Universidad de Deusto
Biblioteca

S. Anselmo

Pauli
Apostoli
Epistolas

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ZACH.1 IRA MAGNA EGO IRASCOR SVPER GETES. ET SAGITAS MEAS COMPLEBO IN EIS DEV 3Z.

D. ANSELMI

CANTVARIENSIS ARCHI-Episcopi, Theologorum omnium sui temporis facile principis, neminiq; eorū qui post eū fuerunt, uel sanctitate, uel eruditione, uel eloquentia secundi, luculentissimæ in omnes sanctissimi PAVLI Apostoli epistolas enarrationes.

Hæ quadringentos prope & quinquaginta annos incuria hominum latuerunt: sed iam nostro seculo industria ac labore uenerandi & generosi domini RENATI *Castenei a situ & squalore uindicatæ sunt: iterumq; nunc mendis, quibus antehac oppletæ erant, innumeris abstersis, maiori quam quis credat diligentia excusæ.*

24444

Bibliotheca Faculti. Philosophiae Prov. Cast. Orient. S.I.

Coloniæ apud Iasparem Gennepæum. Anno Iesu Christi M. D. XLV.

del Coll.º de la Compañia de Jesus de Palencia.
Rodriguez de Sta Cruz rate preco.

Dista el S.t canonigo Sn.

GODEFRIDVS HITTORPIVS, CIVIS CO-

lonienſis, lectori benevolo S.

Vod unum mihi ſemper ſtudium fuit lector optime, ut autores nō minus eruditi q̄ graues, meis impenſis emendatiſſime ederentur, id & modo conati ſumus, conaturi quoque deinceps, ſi hanc operā boni conſulueris. Qui autem poteris male, ſi egregium ac diuinum hunc theologum, hominum incuria ſeculis aliquot ſqualore ac ſitu obrutum, in lucem reuocamus, Anſelmum uidelicet ex Abbate Archiepiſcopum, mira breuitate ac ſermonis ſimplicitate quidem, ſed ſupra modum iucundi, omnes diui Pauli epiſtolas enarrantem? Quo munere neſcio quid hac tempeſtate uel fructuoſius, uel optatius, quodve maiori conſolationi eſſe poſſet aut præſentius antidotum aduerſus tot impiarum opinionum, totq; ſectarum hydras, quæ nunc toto pene orbe, nō ſine maxima eccleſiæ iactura aliæ ex aliis naſcūtur innumerabiles, quas uidebimur oppreſſuri eorum potiſſimum patrocinio, quos Chriſtus gregi ſuo præfecit, qui morum ſeueritate atque ſanctimoniæ exemplo plebem ad pietatis affectū inuitantes, deo lucrifecerunt, quos iā ab initio naſcentis eccleſiæ primum iis quos Chriſtus ipſe reliquit, ſuffecit deinde alios aliis, quo toto ſeculorum decurſu populus ille, cuius uitam ſua morte redemit, talibus antefignanis, ſecurus ſuo imperatori cæleſtis uitæ ſtipendia faceret. Inter quos ut primos exiſtimem ſuperiores illos, Ambroſium, Hieronymum, Auguſtinum, Chryſoſtomum: ita quoque recentiores hos, Anſelmum qui ſedatior Auguſtinus uideri poſſit, Bedam, Thomam, Gregorium, non inter poſtremos habendos putauero. Qui neſcio an ſeculi (in quo uixerunt) uitio, an ſimpliciore quodam affectu pia magis quàm diſerta aut grandia ſectati ſunt. Id enim curarunt, ut quæcunque in ſacris literis uel preſſius uel ſubtilius ſcripta inuenirent, ea aperto minimeque fucato ſermone ita aperirent, ut rudioribus uel occupatis etiam citra negocium perſpicua forent. Sic enim candor exigebat. Quapropter ſatis demirari non poſſum hominum quorundam noſtræ ætatis ſtultam ac cæcam temeritatem, qui uetterum ſcriptorum autoritate reiecta, id ſolum probant, quod ſua domo natum afferūt, ac tantā quidem inter ſe diuerſitate, ut ſi cuipiam inſanire libeat, dubius ſit apud quos poſſit id citiſſime. Erat dum hi eccleſiæ tenerent gubernacula, feruidus hoim erga deū cultus, concors religio, fides & ſpiritus unus. Nec mirum, quippe quos tam ſeculi patres exemplo ac recta doctrina inſtituebant. Optat apud Homerum Agamemnon plures eius generis uiros, qualis grandæuus Neſtor, uidelicet autoritate & prudentia graues, qui Græcorum diſcordia tumultuantem turbam compeſcerent. Quanto rectius Chriſtiani optabimus huiuſce farinæ antiſtites, qui diris his furijs, quibus orbis exagitatur, ultra Sauromatas relegatis, cuncta in ordinem redigant. Quod ſi non datur, certe proximum eſt, ut præclaris eorum monumentis e ſqualore ac ſitu extractis, uel hoc ſaltem pacto nobiſcum uiuere faciamus. Sed ad Anſelmum noſtrum redeo, qui in tenera adhuc ætate mundi illecebras uitiorumque ſordes exoſus, Chriſti odore caprus eſt, quo ipſe paulo poſt ita fragrauit, ut eum ſua cohors, deinde tota natio Anglica idoneum ſpeculatorem deligeret, qui ſuper grege ſibi commiſſo διδ ἀλαστοπῖον εἶχε, nulla docendi autoritate inferior, morū grauitate uenerandus, uitæ ſanctimonia ſuperior omnibus, ingenij acumine mirabilis, eruditione præclarus: quam rem abunde teſtatur quæ reliquit poſteritati ut plurima, ita eruditiſſima opera: inter quæ eximium opus enarrationum in diui Paulil epiſtolas. De quo neſcio gaudendum ne magis ſit, q̄d nunc demum tam præclarus theſaurus in lucem uenerit, an plus dolendum q̄ hucuſque hominū incuria delituerit. Sed utcunque agatur, omnibus certe uotis nobis optandum fuit, ut qui in hanc tempeſtatem longe ἀντιδοτώτερον incidimus, ut ſalutare aliquod antidotum ſicubi nacti, ita hanc diui Pauli arcanam theologiam, quam non homini, ſed deo ipſe acceptam refert, præmuneremus, ne qua loca non recte intellecta offendant. Sunt enim in iis epiſtolis multa quæ non cuiuis obuia ſunt quæ aliter hic, aliter ille, aliter alius accipienda contendat, nec quiſquam qui non clamet, aut ſinu circumferat D. Paulum, quod quidem ut non improbauero, ſic non abſque fidei periculo uidebitur, ſed ſingularis cuiuſdam arrogantiæ, ſui capitis ſequi interpretamentum, huic mordi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cusinhærere, & quiduis citius quàm opinionem semel perperam conceptam uelle omittere. Quod periculum nõ difficile uitabimus, si quapiam medicina præseruati, non illotis (quod aiunt) pedibus ad sacræ scripturæ mysteria perscrutãda accesserimus. Qua quidẽ in re nullos uidebimur potius consulturi, quàm eos qui in sacris studijs diligentissime simul ac diutissime uersati, non incertis coniecturis, ut quidam, sed fideli locorum mutua collatione modestam ac tutam sequuntur intelligentiam. Quis enim Apostolum uno in loco recte intelliget, qui aut non discusserit reliqua, aut pleraque dissimularit? Extollit alibi fidem, alibi opera, pro gentium ad quas scribit, diuersitate. ita enim prudentia requirebat. Hac de causa nihil profecto nostræ tempestati hoc opere ut expectatius, ita quoque fructuosius accidere existimandum est, in quo prudens lector nihil desiderare queat. Nisi forte non paruo mœrore dignum existimemus, præclarum opus tam indigestum & inauspicatum exijsse, ut dubites plus ne laudis meruerint qui à tineis & blattis uindicauerint, an maiore reprehensione digni, quod eruditum autorem innumeris mendorum monstris, quę partim uetustatis squaloribus, partim describentium uel excudentium incuria ita horridum ac conspurcatum ediderunt, ut non minus inuidiæ mereatur tam indiligens & inemendata editio, quàm multum gratiæ apud studiosos habitura erat castigatior emissio. Nam præter dictionum ac orthographiæ pudendos errores, quibus passim scatuit, uel redundabant, uel desiderabantur non pauca. Deinde multa uel truncatim posita, uel ridicule digesta tantam offuderunt caliginem, ut pro lectore, Apolline opus uideretur ad scriptoris genuinum sensum eruendum. Coacti igitur sumus communi studiosorum utilitate integrum opus nuper male natum incudi reddere: qua in re quantum laboris ac tædij deuorauimus, tum in castigando quæ perperam excusa erant, tum in restituendo quæ deerant, nemo facile credet, nisi qui nostram editionem cum superiori contulerit, aut simílem aliquando subierit prouinciam. Quid autem præstitum sit, sedulus lector ipse censeto. Nobis certe in nullo unquam autore tantum fuit molestiæ in repurgandis mendis atque in hoc, quanquam non omnia quæ præstare conati sumus, perficere licuit. Proinde tuum erit optime lector ut quantum uigiliæ ac laboris sumpsimus communi studiosorum utilitate permoti, tantum laboris priuata utilitas sibi apud te uindicet. Nos quod potuimus, præstitimus. Cæterum nihil est cur autorem ulterius commendemus, aut laboris nostri sedulitatem uel magnitudinem referamus, cum idem ipse satis sese tibi commendabit, in quo plane nihil desideres præterquam paucarum dictionum paulo magis anxiam περιλογίαν qua si φιλολογον quispiam offenditur, cogitabit seculum in quo ille uixit, infelicius, secus non sustinuisse, idque studuisse huiuscemodi scriptores, quo magis ad rei ac sententiæ ueritatem uoces accommodarent, quàm ad scrupulosas grammaticorum παραγωγὰς, quod quidem & ipsum Platonem in Cratylo fecisse uidemus. Abstrusiora ueroloca, quorum lectorem in margine libri admonuimus, nõ autori quo nihil est purius, sed ijs potius qui autorem aut parum religiose descripserunt, aut negligenter excuderunt, accepta referemus. Deinde si cubi diuersam sententiam deprehẽderis, nulla sit suspicio, cum cuncta sibi adamussim (si animum aduerterimus) constent, quanquam non omnia pro argumenti uarietate omnibus in locis pari impetu uel attolluntur, uel eleuantur. Quo magis miror eos qui in superiore editione assertiones quasdam notarunt ut suspectas, præsertim cum nihil hic lateat, quo prudens lector moueri queat. Sic enim ubique de fide, de operibus, de gratia, de libero arbitrio, & si qua sunt alia, quorum bonus autor à curiosis suspectus habetur, disputat, ut nisi de industria sententiam male intelligentibus offendiculo esse non possit. Alioqui si illa notare libet, quæ male intelligendo deprauari possunt, nihil in Anselmo mirum erit, cum Euangelistis, imo & ipsi Christo multa ab improbis in impium sensum detorqueantur. Nam quod Pauli uerba subinde aliter quàm habent uulgata exemplaria citat, periculum non est, cum neque sensus discrepet, neque etiamnum tanta sit concordia exemplarium omnium, quin uno & altero dissideant uerbo. Porró quód Tritemius inter Anselmi libros huius nõ meminerit, quid mirum si ad huius conspectum non peruenit, quod tot annis & ad hunc usque diem latuit, cum & ipse testetur pleraque alia esse eiusdem uolumina, quę sibi uidere non licuit? Accipe igit lector optime sanctissimi pariter ac eruditissimi uiri γνήσιον opus, nũc feliciter renatum, & fruere. Vale, operamque nostram qualiscunque est, boni consule. Coloniæ quinto Calendas Septembres anni

M. D. XXXIII.

INDEX RERVM OMNIVM MAXIME SCITV DIGNARVM QVAE IN HIS ANSELMI COMMENTARIIS SPARSIM tractantur, secundum ordinẽ Alphabeti quam fieri potuit diligentissime digestus.

Aaron quo flore recte sacerdos esse cognoscitur 493 a
Aaron quomodo in sacerdotium sit sublimatus 472 d
Aaron ex hominibus assumptus eod. b
Abba quid sit 50 d. 280 c
Abel exẽplum iustitiæ ac fidei nobis factus 510 b
Abraam fide augmentum nominis sui accepit 511 b
Abraam & Lot hospites pio studio suscipientes, qd meruerunt 527 b
Abraam Isaac ducens ad immolandum, deum patrem refert 514 a
Abraam quomodo dictus sit hæres mundi 29 b
Abraæ fides magna 513 c
Abraæ filij qui 28 d
Abundare in suo sensu qualiter quis debeat 95 d
Accedere ad Christum per fidem 505 b
Accusatio alicuius electis dei non poterit nocere 63 b
Achaia uicina est Macedoniæ 103 d
Aculeus mortis quid 398 b
Adam quomodo dictus sit forma futuri 36 b
Adam & Christus quomodo dicũtur esse similes. 36 c
Adam quemadmodum fuit forma morientium, ita & Christus resurgentium 190 a
Adolescentia iuuentus uocatur 408 a
Aduentus domini unicuiq; dies est mortis 111 b
Aduenæ qui sint 310 d
Adulator quis dicatur 107 b
Adulter non prolem, sed uoluptatem quærit 210 b
Adulter si legem seruet, quid ei prosit 45 a
Adulterare uerbum dei quid sit ibidem.
Adulterium & fornicatio quõ perpetrentur 527 c
Aegyptus quid 156 b
Aemulatio quid sit 260 b. 292 d
Aenigma & allegoria in quo differant 179 b
Aes & cymbalum quid significent 177 a, b
Aetates in homine sunt sex 358 b
Aetates septem & earum singularis descriptio. 408 a
Aeuum & tempus quomodo differant 432 b
Azar aduena interpretatur 284 d
Agi plus est quàm regi 36 c
Agnitio & notio quo differunt 366 c
Agnus quomodo uocatur pascha 432 a
Altare in quo crematus est Christus quid designet 528 d.
Altitudo & profundũ quomodo a Paulo sumãtur. 64
Ambigua in meliorem partem sunt uertenda 95 a
Ambulare secundum carnẽm & spũ quid sit 53 b
Amictui comparantur cæli 455 b
Amelia quid sit 294 d
Amen quid 201 b
Amnon in amore Tamar obriguit 437 d
Amore deforẽs aduersitates facile tolerantur. 227 c
Anathema quid 174 a. 265 d
Anathema quomodo a Paulo sumatur 65 b
Andronicus & Iunia cur nobiles in apostolis dicti sint 106 b
Angelus est nomen officij 454 c
Angeli quomodo filij dei uocantur 413 c
Angeli propter nos huc mittuntur 456 d
Angelorum religio pro cultura sumitur 362 d
Angelorum ordines qualiter distinguuntur 255 b
Angustia esse non potest ubi fuerit charitas 32 c
Anima pro homine 90 a
Animæ somnus quid 327 b
Anima uiuens, & spiritus uiuificans quomodo differunt 195 d
Anima quomodo ex fide uiuat 509 a b
Animositas quid sit 260 b
Antichristi crudelitas 391 b
Antichristus quomodo illustratione aduentus domini destruetur 391 a
Antichristi mortis locus ubi ibidem.
Antichristi a morte quadragintaquinq; dies concedẽtur ad pœnitentiam 383 b
Antiquitas & senectus prænunciant mortem 490 a
Apollo quis dicebatur esse 200 a
Apollo unde originem traxit 444 b
Aporior quid significet 218 a
Apostolus nomen dignitatis & potestatis 402 a
Apostolus totius Ecclesiæ præcibus cõceditur. 450 d
Apostolus culpat scindentes unitatem 191 d
Apostolus quomodo Christum uiderit 349 d
Apostolorum gloria quæ sit 201 d
Apostolorum dona digniora quæ fuerint 59 d
Apostolorum electio sit quatuor modis 263 d
Apparere peccatum quid 48 d
Appia uxor Philemonis & mater Archippi 446 a
Aristarchus quis fuerit 370 d
Arbores & herbæ quomodo dicuntur uiuere 194 a
Arca de lignis fethim 492 c
Argumentum quid sit 509 d
Arius quomodo in spiritu diaboli loquebatur 170 d
Arianorum calumnia 171 c
Artes hominum perditorum 22 b
Artes inimici sunt præcauendæ 208 a
Assistere & ministrare quomodo differunt 456 b
Auaritia quid sit 132 a, 242 a. 325 b
Auari deus nummus est 325 d. 366 a
Auaritia idolorum seruitus 414 d
Auaritiam uel cupiditatem esse uitandam 404 c
Audacia dicitur uoluntas deponendi corpus 221 c
Aurum, argentum, lapidesue pretiosi quid significent 123 c
Azyma quid sit 131 d

Baal est dæmonium 77 b
Babylon quid significet 400 c
Balaam dicitur prolapsus in peccatum 476 c
Baptisma aliud in aqua, aliud in lachrymis pœnitentiæ, aliud in sanguine martyrij 475 b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Baptismi trina immersio quid signet 361 a
Baptismum iterans, Christi mortem iterat 506 b
Baptismus Christi quid sit 39 c
Baptismus ad quid Christiano prosit 18 c
Beatus quando quis dicatur esse uniuersaliter 28 a
Belial quid 239 d
Benedictio unde 241 a
Benedictio aliquando sumitur pro baptismi consecratione 274 b
Benefacere & non peccare quomodo differant 141 d
Benignitas quid sit 291.c,314.c,367 b
Bestia, defectus rationis 524 d
Blasphemia quid 324 b.366 b
Bonitas quid 293 c
Boni & mali quomodo prædestinentur 301 c
Bonum elicitur ex malo 338 a
Bonum nihil dici posse, nisi idem uoluntarium 448 c
Bonum nostrum quando dicatur blasphemari 98 c
Bonum perficere quid sit 50 c
Bonum quando eq; à cibis abstinere 406 c
Bonum imperfectum quod 50 c.208 b
Brauium quid 134 a

Caeci mente qui dicantur 17 a
Cælestia corpora & terrestria unde dicatur 194.c,
Cæsio Pauli & Silæ apud Philippenses 374 b
Calami quid signent 491 c
Calceamenta quid 333 d
Caligo, obscuritas ignorantiæ in lege existens 424 d
Calix benedictionis quis 139 c
Calix Moysi quis 168 b
Cantans in gratia domino quis dicatur 368 b
Cantica carnalia ad quos pertinent ibidem
Caput libri, prædicatio diuinitatis 502 c
Carbones ignis congerere quid sit 89 b
Caro quãdiu mortalis est, non potest à concupiscentijs esse libera 49 c
Caro aduersus spũm quo dicatur concupiscere. 191 d
Carnẽ mãducare aut uinũ bibere quãdo licitũ sit. 99 b
Carnis uitium in re bona, non est bonum 50 b
Carne mortua nihil ignobilius 195 a
Castigare corpus quid 354 d
Castitas & cõtinẽtia cõiugatoꝝ, dei dona sunt. 140 a
Castitatis & continentiæ differentia 293 d
Castitatis sanctificatio nascitur ex continentia fornicationis 379 c
Celsitudo peruersa quid 13 c
Cenchreæ quid 305 c
Charitas super omnes uirtutes supereminentissimum obtinet locum 176 d
Charitas fugat angustiam 32 c
Charitas quomodo dicatur non angustiari 219 b
Charitas est uinculum perfectionis 367 d
Charitas qualiter sit nobis lorica 384 b
Cherubim quid 494 a
Christus sine patre & matre quomodo 480 c
Christus fuit legatus patris 215 a
Christus quo est unigenitus & primogenitus 354 c
Christus cur pater misericordiarum uocetur 202 b
Christus quare factus terrenus 196 a
Christus cur dictus sit homo secundus & Adam nouissimus 195 d
Christus quomodo modestus & mansuetus fuit. 241 d
Christus inus diues, foris pauper 237 a
Christus quare dictus fuit petra 156 a
Christus primitiæ dormientium 190 a
Christus est deus pacis & dilectionis 261 d
Christus quo sit mediator inter deum & hoïes. 481 a
Christus nomen est sacramenti 4 a
Christus quomodo dictus sit diuisus 112 b
Christus nouæ legis mediator 525 c
Christus cur à Paulo homo appelletur 38 b
Christus quomodo expoliauit principatus & potestates dæmonum 361 d
Christus & Adam quare dicuntur esse similes 56 c
Christus per figuram uitulus 498 d
Christus quomodo similitudo carnis peccati fuit. 51 a
Christus sicut filius in domo patris 463 a
christus in carne nostra tentatus 472 c
Christus medius stipes qui portat tria brachia 491 c
Christus uerus sacerdos 482 c
Christus pastor in sanguine testamenti æterni dicitur. 531 a
Christus quomodo fuit minor angelis 418 b
Christus quicquid in carne egit, preces & supplicationes fuerunt 479 c
Christus quomodo nec mori nec resurgere gratis potuit 189 a
Christus pro peccatis oblatus est 225 c
Christus non sæpe, sed semel oblatus est in ara crucis 500 b.c
Christus cur sit mortuus pro nobis 33 a
Christus quomodo mortuus sit peccato 412 a
Christus in cruce pendens qualiter dicatur maledictus 65 b
Christi mors & resurrectio quid significent 51 b
Christi pontificium quare comparatur ordini Melchisedec 479 d
Christum indui quis dicatur 93 d
In Christum peccare, & in Christo peccare, differunt 149.b
Christus qualiter apparuit Iacobo 187 c
Christus quos primo ad fidem adduxit 19 d
Cibi communes qui dicebantur 98 a
Circumcisio quid prodest, & circumcisio uera quid intelligitur esse 18 b
Circumcisionis minister fuit Christus & quomodo. 101.c
Circumcisio cordis quæ sit 19 b
Circumcisionem quare admittebat Petrus 270 c
Circumuentio quid sit 379 d
Cœna quid sit & unde dicatur 161 c
Cognitio infelicitatis, summus est ad beatitudinem accessus 51 d
Collectæ in ecclesijs pro pauperibus sustentandis sunt faciendæ 199 b
Colossæ ciuitas Asiæ 311 d
combustio signum est resurrectionis 496 c
Comessationes quid sint 193 a
Compages & medullæ quomodo sumantur 470 d
Comparatio malorum ad mulierem prægnantem 381.a
Concupiscentia carnalis omnium dilectorum est origo 51 a
Concupiscentia aliquando in malam partem sumitur 365 d
Coniugatorum continentia, donum dei 140 a
Concupiscentijs carnalibus nõ consentire, ac eas non habere, magna laus est & perfectio 56 b
Confundi accipitur pro erubescere 459 d
Confusio nascitur ex reprehensione 423 c
Consanguineis potius est subueniendum quàm cæteris 64 d
Conscientia bona coram deo sufficit 339 d
Conscientia propria est sufficiens unicuique ad testimonium 16 d
Conscientia impiorum magna pœna est, piorum uero est gaudium magnum 203 d
Consentire quid sit 13 d
Consilium quid sit 244 c
Consilium pro prælatis erga subditos 395 a
Consilium dei si nosse uis, quid faciendum 69 c
Consolatio miserorum, habere pares 232 d
Consolatur nos deus ut alios consolemur 202 c
Consolamur in passionibus Christi 200 c
Conspersio quid sit 231 d
Consummatio oblationis fit per nouum testamẽtum 504 c
Contemplatio est merces fidei 221 d
Contentio quid sit 83 a.260 b. 292 d
Continentia quid 293 d
Continentia & castitas coniugatorum 140 a
Contra aucupatores & uenatores dignitatum ecclesiasticarum 472 d
Contra temerarios hæreticos 396 d
Contumelia quid 11 d.11 b
Chorinthus caput Achaiæ & Græciæ decus. 109 b. 201 d
Corinthij literarum Græcarum studiosi erant, & philosophiæ amatores 148 b
Corpora cælestia & terrestria unde dicantur 194 c
Corpora mortalia quomodo uiuificabuntur 55 d
Corpus sine spiritu & anima siue charitate comparantur 217 b
Corpus castigare quid 354 d
Corrigi debemus exemplis priorum 118 b
Corripit deus quem diligit 371 b
Creatura munda est, si nos mundi sumus 436 d
Creatura omnis non tota gemit in homine, quomodo intelligatur 59 b
Credere eum, credere ei, & credere in eum, quomodo differunt 27 c
Credere ex auditu quid sit 75 c
Cretenses quare dicuntur semper mendaces 436 a
Crimen quid sit 405 b. 433 b
Crispus & Gaius a Paulo baptizati sunt 112 d
Crux Christi lata, longa, alta & profunda 315 b
Crux Christi quomodo crimina mortificet 347 d
Cuculla quando prosit monacho 18 c
Cuius uincula mirtur Abraam soluere 480 a
Cuius diuisionem sermo dei considerat 470 b
Culpat Apostolus scindentes unitatem charitatis. 505
Cultus idolorum quando apud Romanos fuerit introductus 11 a
Cur Moyses populo loquebatur super terram. 326 b
Cur populus a monte arcetur cum lex accipitur. 334 d
Cymbalum & æs quid significent 177 a.b
Dauidis de stirpe Maria duxit originem. 421
Dauid in adulterij & homicidij perpetratione non intelligitur prolapsus 476 c
Dauidis uerba, spiritus sancti uerba esse 468 c
Dauid tres requies memorat 467 c
Damascus quid 354 d
Decretum quid sit 310 a
Defendere à crimine obiecto, & debito præconio prædicare, diuersa sunt 48 b
Delibatio quid 79 c
Delictum quomodo differat à peccato 306 d
Delictum quid sit 242 d
Demas quid 439 a
Descriptio fidei 7 a
Descriptio primi & secundi tabernaculi 491 a
Detractores qui 13 b
Dei donum inenarrabile quid sit 295 c
Dei consilium si quis nosse uelit, quid agendum sit 69 c
Deitatis nomen creaturis est communicabile 11 d
Deum quando dicamur benedicere 299 d
Deum quomodo gentiles nouerunt 10 b
Deum quis dicatur inuocare 210 a
Deus solus proprie dicitur pater 314 c
Deus pacis & dilectionis est Christus 262 d
Deus quem diligit corripit 373 b
Deus quomodo nos diligebat & oderat 34 b
Deus cui uult miseretur, & quem uult indurat, quomodo intelligatur 68 b
Deus quid in Iacob diligebat & in Esau oderat. 67 a
Deus qualiter dicitur excæcare & indurare cor hominis 11 b
Deus est intentator malorum tentamentorum 377 c
Deus quomodo nos uocat, iustificat & magnificat. 62 c
Deus quomodo naturaliter cognoscitur 9 d
Deus qualiter cooperatur 51 c
Deus per malos purgat bonos 70 a
Deus cur uoluit filium suum pro nobis mori, cum alter nos potuisset redimere 33 c
Deus quomodo iustificatur in sermonibus suis 20 d
Deus quare in promissione iurauit 478 b
Deus cur iurauit per semetipsum ibidem.
Deus spirituale testamentum fecerat 488 d
Deus quare nihil contra naturam faciat 81 a
Deus uult homines fundi suis uicarijs 236 a
Deus suorum nunquam est immemor 632 d
Deus quomodo nouit peccatum 225 b
Deus non per seipsum, sed per angelos Moysi loquebatur 276 c
Deus qualiter dicatur inambulare in nobis 530 c
Deus si illud quod maius est dedit nobis, illud etiam quod minus est dabit 62 d
Deus quare dicitur ignis consumens 526 d
Deus cur dicitur deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob 513 b
Deus quare reseruat conresurrectionem 519 d
Deuterosis apud Hebræos quid 395 d
Dextra iustorum quid sit 227 d
Diabolus quid 419 b c
Diabolus incessanter pios persequitur 427 b
Diabolus quomodo sit proprie aduersarius 527 d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diabolus non potentia, sed iustitia à Christo est uictus 34 c
Dies salutis quid sit 216 b
Dies domini quæ uocatur 122 d
Dies peregrinationis Iacob 130. annorum 512 d
Digitus dei quid 21 b
Dignitatum gradus in ecclesia sunt diuersi 176 b
Dilectio dei probatur per dilectionem proximi 147 b
Dilectio sanctorum sola in fide diligit 444 d
Dilectus & diligibilis quomodo differunt 445 d
Disciplinam domini negligere quid 521 b
Discretio præmiorum 15 a
Discretio difficillima, & quare 272 c
Dissensio quid sit 260 b. 262 d
Diues purpuratus Lazaro micas dare noluit 417 b
Diuitiæ bonitatis in quo manifestantur 14 d
Diuitiæ maiores quæ sint 236 d
Doctor ecclesiæ qualiter sit honestus lucrator 435 c
Doctorum & prædicatorum ecclesiæ reprehensio. 17 c
Doctrina Christi pharisæis fuit molesta 77 d
Doctrina Christiana sanat à languore uitiorum. 417 c
Doctrina sana quæ dicatur 435 a
Dolus quid sit 13 a
Domesticus fidei quis dicatur 296 c
Dominationes quid sint 305 d
Dominationes & thronos non mitti in ministerium. 436 b
Domus æterna quæ sit 220 c
Donationes spirituales quæ sint 26 c
Dona digniora quæ Paulus & cæteri apostoli habuerunt, quæ sint 59 d
Dona fidei diuersa 86 b
Donum maius est quàm delictum 36 d
Donum dei inenarrabile quod sit 243 c
Dorsum curuum habentes cui sint similes 78 b
Dubitare dicitur dicens puto uel æstimo 57 d
Dubium notabile 491 c
Ebrietas quid sit 293 a
Ecclesia & synagoga quomodo differunt. 172 d
Ecclesia Romana primatum habet inter omnes ecclesias 7 a
Ecclesia qualiter dicatur uirgo & sponsa 247 c
Ecclesia qualiter semper habeat inimicos 235 d
Elati qui dicuntur 13 c
Electio apostolorum fit quatuor modis 263 d
Electis dei nullius accusatio nocere poterit 63 a
Eleemosyna debet fieri ex eo quod est bonum 323 c
Eleemosyna quomodo fiat à murmurantibus 242 c
Elementa quasi eleuamenta dicuntur 279 d
Elementa mundi quomodo intelligantur ibidem
Elementa quæ dicantur 363 c
Eligere & prædestinare quomodo differant. 301 c
Emortui non ad omnia, quomodo intelligere debemus 512 b
Enoch trecentis annis p ujam iustitiæ coram deo ambulauit 510 c
Ephesus quomodo interpretatur 299 a
Ephesus metropolis Asiæ 298 c
Epistola quid significet 1
Epistolæ ad quid fidelibus missæ ibidem
Epistolæ Pauli sunt quatuordecim q̃ leguntur ibidem
Epistolas quindecim scripsit Paulus ibidem
Epistola Pauli ad Laodicenses 372 b
Epistolas decem scripsit ad ecclesias ibidem
Epistolas quatuor ad discipulos ibidem
Epistolæ Pauli quare non sint sic scriptæ sicut compositæ ibidem
Epistolarum ordo 2 a
Epistola ad Romanos cæteris profundior 2
Epistola est salutis indicium 512 a
Epaphiræ laus 352 d
Epimenides poeta Cretensis 436 a
Episcopatum desiderans, bene facit 403 d
Episcopus & presbyter idem sunt 336 a. 433 a
Erastus unde dictus arcarius 308 c
Esau fornicarius & profanus extitit 433 d
Esse in carne quid est 45 d
Euangelium quare æternum appelletur 269 c
Euangelij ueritas quæ dicatur 251 b
Euangelium Christi in Iudæos uenit non propter merita operum legis 2 a
Euangelij definitio 4 c
Euangelium qualiter dicitur uirtus dei 8 d
Euangelica doctrina cur sit dicta forma 42 c
Euangelium gratis prædicauit Paulus 258 d
Eucharistia à ieiunis sumenda 367 a
Exacerbare est peius quàm tentare 466 a
Excommunicati quomodo tradebantur diabolo uexandi 131 b
Exemplar & exemplum quomodo differunt. 487 a
Exhortatio ad quos pertineat 503 d
Ex ipso, per ipsum, & in ipso, qualiter hoc intelligitur 48 a. b
Exire extra castra ad Christum, quare iubemur. 519 d
Existimatio Anselmi de epistola q̃ dicitur Pauli ad Laodicenses 372 a
Ex, per, & in, præpositiones quid significent 84 b
Ex malo elicitur bonum 338 a
Ex reprehensione nascitur confusio 421 c
Extranei ad bene agendum, blandimentis sunt alliciendi 354 c
Facies dei quid sit 179 c
Faciens contra conscientiam, ædificat ad gehennam 99 d
Factores leges qui 16 a
Fama bona coram hominibus est necessaria 519 d
Famam suam negligens, crudelis est 349 d
Falsi monachi 427 c
Festi uerba ad Paulum 248 d
Fidei descriptio 7 a
Fides unde dicatur 293 d
Fidei domesticus quis dicatur 296 c
Fides dicitur salutifera quæ per charitatem operatur 424 c
Fides qualiter ab exordio iustificat 27 b
Fides est substantiæ initium 465 d
Fides Noe debet nobis esse exemplum ad salutẽ. 511 a
Fides Abraæ causa fuit augmentationis uocabuli eius 511 b
Fides est uoluntatis, non necessitatis 206 b
Fides diuinitatis confessio & religionis solidum fundamentum 7 a
Fidei Christianorum laus est credere Christum resurrexisse 74 d
Fidem q̃o adhibere possumus rebus futuris 509 d
Fidem nemo potest habere suis meritis præcedentibus 27 a
Fidem quomodo senes consecuti 510 a
Fidei dona sunt diuersa 86 b
Fidei definitio 529 b. c
Fideles in aduersis mente deficere non debent. 518 a. b
Fiduciam pro spe sumi 463 b
Figura consecrationis corporis & sanguinis Christi 473 b
Filium dei quis conculcet 507 b
Filij diffidentiæ qui dicantur 307 b
Filij noctis & tenebrarum qui sint 383 b
Filij promissionis qui dicantur 66 a
Filiorum officium quod sit 17 a
Finis omnium bonorum quis sit 190 d
Finis pro consummatione ponitur 396 a
Finis quomodo accipiatur 396 a
Fluere, effluere, & perefluere quid sit 456 d
Fœmina uitiata, an possit post baptismum inter uirgines dei consecrari 433 c
Fornicatio unde sumatur 325 b
Fornicatio unde proueniat. 292. c. & quomodo committitur 527 c
Fornicatio quomodo fugienda sit 137 c
Fornicatio quælibet noxia, superstitio & infidelitas 140 d
Fructus unde dicatur 293 b
Galaria quæ regio sit 263 a
Gaudia contraria quæ sint 348 d
Gedeon per fidem deuicit reges 516 b
Genealogiæ fugiendæ 443 b
Genitalia membra cur inhonesta dicantur 175 b
Germẽ in malis opibus & sermõibus accipit. 525. c. d
Gentiles quomodo deum nouerunt 10 b
Gladius anceps est sermo doctrinæ 469 d
Gloria apostolorum quæ sit 205 d
Gloriæ ueteris & noui testamenti probatio 213 c
Glorificare dominum quid sit 118 c
Gradus dignitatum in ecclesia sunt diuersi 176 b
Græci quare dicuntur sapientes 8 b
Gratia & pax non sunt semper à deo 6. b. c
Gratia est origo omnium bonorum 308 c
Gratia dei est remissio peccatorum 225 d
Gra sine meritis præcedentibus, datur gratis 373 a
Gratiarum & operationum diuisiones quæ dicantur & quibus sint deputatæ 171 b
Gratias agere quid sit 10 d
Gram prio apostoli acceperũt, postea apostolatũ 6 a
Gratis euangelium prædicauit Paulus 258 d
Hæresis & schisma quomodo differunt. 444. a
Hæresis unde dicatur 443 c
Hæreses Macedoniorum 171 c
Hæreticus quis dicatur esse 166. a
Hæreticorum officium 107 b
Hebræi quid interpretantur 431 d
Hebræi cur ab Apostolo laudentur 508 a
Herbæ & arbores quomodo dicuntur uiuere 194 a
Hermas scriptor fuit libelli qui Pastoris appellatur 106 d
Herodes ex alienigenis fuit primus rex Iudææ. 19. a
Hilaritatis & simplicitatis differentia 87 a
Hircus quid designat 529 a
Homicidium quid sit, & unde dicatur 11. a. 291. d
Homo interior & exterior quid sit 259 c
Homo ex tribus constat 386 a
Homo qualiter sexta ætate natus fuit mundo 468 a
Homo uitam præsentem sine minoribus peccatis an ducere possit 42 b
Homo malus cum incipit tribulari quid faciat 32 d
Homo irascens sibi & pœnitens 323 a
Homo uctus quid esse intelligatur 40 b
Homo sine operibus præcedentibus, an possit iustificari 25 b
Homo iudicia æterna discutere dignus non est. 69 b
Homo quare reparari debuit & non angelus 461 a
Homine facto qualiter deus requieuit ab omni opere 467 c
Hominum perditorum depictio 22 a. b
Honor pro eleemosyna sumitur 400 a
Hora breue spatium dicitur 92 c
Hospes quis dicatur 512 d
Hospitalitas patrum multum placuit deo 517 b
Hostia quid sit 385 a
Hostiam qualem debemus offerre deo 519 c
Hostia uiuens quid 84 d
Hostiæ ueteris legis nullo tempore potuerũt auferre peccata 503 b
Humana tentatio est aliud sapere q̃ res se habet 158 d
Humilitas Petri, & libertas Pauli laudatur 270 d
Humilitas fidelium uera quæ sit 385 c
Humilitas in malam partem aliquando sumitur 362 d
Humilis & mansuetus unde dicatur 516 c
Hypocrisim excludit simplicitas 86 d
Hyssopus herba expellens pulmonis tumorem 499 a
Hyssopus quid designet ibidem
Iacobus primus Hierosolymitanus episcopus 267 b
Iacobus quare ponitur ante Petrum & Iohannẽ 269 c
Iacob quindecim annorum erat quando mortuus est Abraam 511 d
Iannes & Mambres magi Pharaonis 426 b
Ictus oculi quid sit 107 b
Idioma græce, proprietas latine 382 d
Idolum quid sit 247 c
Idolium quid 149 a
Idolothytum unde dicitur 148 a
Idolorum seruitus quid 891 c
Ieiunium magnum quod 440 c
Ieplite an temerarie uouerit 516 d
Ierusalem uisio pacis interpretatur 289 a
Iesus est proprium nomen 4 a
Ignis quatuor officia habet 526 d
Ignis consumens deus dicitur 526 d
Ignominia quid sit & unde dicatur 12 b
Ignorantia docta quomodo in nobis existat 60 d
Ignorantia quodlibet peccatum uocari potest 494 c
Imagine cognoscimus qualitatem & quantitatẽ illius cuius est imago 501 c
Immunditia quid sit 292 c. 325 b
Imperio dei resistit, qui Paulo resistit 363 b
Impietas quid significet 9 c
Incarnationis mysterium later sanctos 108 d
Incidere in manus dei quis dicatur 507 c
Incredulitatis exemplum quid dicatur 469 c

Universidad de Deusto
Biblioteca

In æternum perfectus manet 485 b
Infantia qualiter legem naturalem ignoret 48 a
In fidelem esse & in fide infirmari quomodo sunt diuersa 94 b
Inflatio quid sit 260 b
Inimici sunt præcauendi 208 a
Inimici crucis christi qui 347 c
Inimicitiæ quid sint 491 d
Iniquitas quid sit 27 d
Inobedientia quid 437 a
In ocio uiuens, res aliorum concupiscit 380 c
Inquisitores seculi qui dicantur 114 c
Insipientia plena quæ dicatur 451 a
Insipientia erroris p Iohannem in Asia detegeb. 426 c
Insipientes qui dicantur 13 c
Insipientis est proprias iactare uirtutes 458 a
Inuentio redemptionis humanæ 24 b
Inuentores malorum qui 13 c
Inuidia quid sit 13 a, 291 d
Inuidia in Paulum 209 d
Ioseph Christum præfigurabat 314 c
Iosephuirga quid 314 b
Ira quid sit 291 d
Ira dei quid 374 a
Ira dei in Iudæos quid sit 376 c
Ira dei qualiter extitit 464 c
Ira dei quomodo reuelatur 9 c
Iræ locum dare quando quis dicatur 82 d
Iræ uasa quæ dicantur 70 a
Iracundia à quo 323 b
Iracundus quis 434 a
Isaac ligatus & altari superpositus qd significet. 114 a
Isaac & Iacob cohæredes eiusdem repromissionis. 111 d
Isaac risus interpretatur 285 d
Iudæorum infidelitas quomodo profit 78 c
Iudæus cur gentili in culpa præfertur 15 c
Iudæus & gentilis æquiparant in pœna & gloria. 15 d
Iudæi ignorauerunt quæ sibi iuncta fuerant. 489 b
Iudæus uerus quis dicatur 18 c, 19 a
Iudæi cur gentilibus fuerunt digniores 19 c
Iudæi pauci in apostolicis uiris tempore passionis domini fuerunt saluati 71 c
Iudæi Romanenses quomodo murmurauerunt contra Paulum 2 b
Iudex debet esse æquus in ultione peccatorum. 20 d
Iudicare non debet quis aliquem de eo quod & ipse facit 14 b
Iudicare de alterius conscientia quis non potest. 94 d
Iudicare semetipsum quis dicatur 99 d
Iudicare inter diem & diem, & iudicare omnem diem quid sit 95 c
Iudicia cælestia discutere nullus homo est dignus. 69 b
Iudicium temerarium est in duobus cauendum. 97 b, c
Iunia & Andronicus cur nobiles in apostolis dicti sint 106 b
Iusta & sancta cogitans, nec deo nec homini iniuriam facere potest 349 d
Iustificari minime apud deum, & non iustificari quomodo differunt 74 a
Iustificatio mentis & carnis est duplex 23 b
Iustificatio quæ est ex fide, facit pacem cum deo 31 d
Iustificatio qua Christus iustificat impium 38 a
Iustificatum sequuntur opera, sed non præcedunt iustificandum 25 c
Iustitia quid sit 322 d
Iustitia dei quid 9 a
Iustitia dei quomodo sumitur 77 b
Iustitia pro omni uirtute accipitur 43 b
Iustitia & ueritas in quo teneantur 326 d
Iustitia, pax & gaudium spirituale, quomodo sunt regnum dei 98 d
Iustitiæ pulchritudo ac delectatio qualis sit 43 a
Iustitia non per legem, sed per gratiam habetur. 24 a
Iustitia qualiter sit obseruatio mandatorum dei. 242 d, 322 d
Iustitia episcopi & laici in quo distent 434 c
Iustitia duplex 71 d
Iustitiæ actio, libertas dicitur 66 d
Iusti qualiter suas debent prædicare uirtutes. 252 a
Iustus quomodo dicatur ex fide uiuere 9 a
Iustus ex uitijs filiorum non polluitur 434 a
Iuuenes & senes moribus qui sint 408 c, d

Largitio quomodo dicatur flos 390 b
Latitudo quid sit 315 a
Laudandi deum, modus diuersus 162 b
Laus Epaphræ 352 d
Lazaro micas dare noluit diues purpuratus. 417 b
Legislatio quomodo exponitur 65 c
Lex à gratia distinguitur 211 d
Lex qualiter sit obseruanda 23 b, c
Lex fidei & factorum in quo differunt 25 a
Lex quomodo dicitur per fidem statui & non destrui 25 d, 162 a
Lex ad quid sit data 38 d
Lex subintrauit quomodo intelligatur 38 c
Leges quatuor sibi inuicē repugnātes dimicātes'q. 51 c
Sub lege esse, & in lege esse, differunt 253 b
Lex ubi non est, nec præuaricatio est 29 c
Lex infirmata per carnem quid sit 52 d
Lex Moysi cur non potuit facere perfectos in lege pontifices 501 c
Liber uitæ est memoria dei 348 c
Liberari de corpore mortis huius, & exire de corpore quomodo diuersa sint 51 a
Libertas Pauli & humilitas Petri laudatur. 270 d
Libertas ibi, ubi spiritus domini 285 b
Libertas qualiter dicatur actio iudicum 66 d
Libertas quare sit culpabilis, & seruitus laudabilis. 43 c
Liberum arbitrium qualiter dedit dominus 423 c
Licitum quid intelligatur 361 a
Lingua quid significet 280 d
Linguæ ad quid fuerunt datæ 284 a
Linus primus Romane sedis episcopus 431 c
Locus mortis Antichristi 391 a
Longanimitas quid sit 293, 315 a
Longitudo quid 315 a
Loqui ex syncritate quid 210 b
Lucæ euangelistæ laus 239 b, 259 c
Lucas primo medicus fuit 371 c
Ludus aliquando pro persecutione ponitur 286 b
Lupanaria quæ sint 235 b

Luxuria idolorum seruitus 293 c

Macedoniorum hæresi 171 c
Maceries quid sit 309 c
Maledictum aliud est quod approbat, & aliud quod damnat 87 d
Maledictum est omne peccatum 274 a
Malignitas quid sit, & unde differat 13 b
Malitia quid sit 12 d, 314 b c
Malitia & miseria dies faciunt malos 328 a
Malorum inuentores qui sint 13 c
Malum pro malo quomodo redditur 385 b
Manichæorum error 40 d
Manna panis angelorum uocatum est 155 c
Man suetudo 293 d
Mansuetus & humilis unde dicatur 316 c, 293 d
Manus remissas & genua soluta erigere qd sit 523 d
Manus expansæ quid signant 76 c
Marcus consobrinus Barnabæ 370 d 429 d
MARIA creditur mortua cum Paulus Ierusalem uenerit 267 c
Martyres quare testes dicantur 520 b
Mediator nouæ legis Christus 525 c
Mediator ueteris testamenti Moyses 487 c
Medicamenta famis, sitis & fatigationis quæ sint. 60
Melchisedec Abraæ panem & uinū sacratū dedit. 483
Membra quare arma uocantur 41 d
Membra genitalia cur dicantur inhonesta 175 b
Membra quamuis multa, nullum tamen superfluū. 174 c
Membrum corporis & membrum membri quomodo differunt 176 a
Mendax omnis homo, quomodo exponatur 20 a
Mendax non est iudicandus, qui falsum dicit quod putat esse uerum 204 d
Mens & uoluntas sanctorum quomodo dicatur quiescere 447 b
Mensa de lignis Sethim facta 491 d
Mercimonja an monachum deceant 430 d
Miles dei non implicatur negotijs secularibus 421 a
Militare secundum carnem qui dicuntur 244 b
Ministerium suum quando quis dicatur reddere honorabile, & quando uituperabile 79 a
Ministrare & assistere quomodo differunt 456 b
Modestia quid & unde dicatur 293 d, 348 d, 367 b
Montani & Nouati hæresis 476 b
Mors Christi & resurrectio quid significent 31 b
Mors per unum regnauit, quomodo intelligitur. 37 c
Mortis regnum quod sit 35 d
Mortui quomodo ad nouissimam tubam sunt resurrecturi 197 c
Mortui in anima quomodo dicantur resurgere 5 d
Mortuorum nomine quid intelligatur 197
Mortuum se esse peccato existimans apud semetipsum an possit quandoq; peccare 41 b
Moyses in Sina quid uiderit 487 a
Moyses ueteris testamenti mediator ibidem c
Moyses reputatus est dei famulus 462 c
Moyses cur faciem uelabat cum loqueretur filijs Israel 214 c
Moyses duo fecit tabernacula 490 c
Moyses super terram populo loquitur 526 b
Mulier facta ad imaginem dei 164 d
Mulier est caro fragilis 356 a
Mulieres quos docere debeant 438 b
Mulierem non tangere bonum 339 a
Mulier uiro subijcitur duabus de causis 186 a
Mulieris insolentia uiro est opprobrium 186 a
Mulieres in ministerio Ecclesiastico cōstituūtur. 105
Mulieris pulchritudo & gloria est comā nutrire. 165 c
Mundi rectores qui sint 332 d
Mutuam uicem impendere quid 409 a
Mysterium quid sit 196 d
Mysterium incarnationis latet sanctos 108 d
Mysteria tabernaculorum 491 a b c d

Narrare suos labores & uirtutes, insipientis est. 258 a
Natura dicitur mortem horrere 380 d
Natura in quo est cōis, ab eo nullus est immunis. 37 b
Naturæ cuilibet præstatur ut possit peccare 416 a
Negare deum dicimur, quādo a peccatis uincimur. 437
Nemo sine sanctimonia deum uidebit 523 b
Nemo uenit ad patrem nisi per Christum 484 b
Nemo desperet dum uiuit 465 c
Neomenia unde dicatur 362 b
Nequam dicitur præsens seculum 264 c
Nequitia unde dicatur 13 a
Nero per Leonem designatur 331 d, 431 a b
Nicopolis uictorum ciuitas 444 b
Nominis Pauli interpretatio 263 d
Notio & agnitio quomodo differunt 366 c
Nouati & Montani hæresis 476 b
Noua creatura quid dicatur 297 d
Nouem ordines angelorum qualiter distinguūtur. 215
Nouitas uitæ 92 d
Nox quando dicatur in lucem uerti 29 d
Nubere & uirginitatē obseruare quō differūt 140 a
Nullus sine peccato in hac uita 433 b
Numerus septenarius uniuersitatem exprimit 63 c
Nummus deus auarorum 325 d, 366 a
Nūquid poterit deus parare mensam in deserto 464 a
Nuptiarum bonum est tripartitum 339 c

Obedientia est sola uirtus quæ hominem Deo conciliat 322 b
Oblatio quid dicitur 325 a
Obsecratio quid sit 334 c
Obseruatio mandatorum dei, est iustitia 322 d
Occasione legis opinionū contrarietas orta est. 443 c
Occulta dedecoris quæ sint 216 b
Ocio uacans, res alienas concupiscit 380 c
Odibiles deo qui dicantur 13 b
Odor christi bonus, est ueritatis prædicatio 209 c
Odor qualis dicatur oratio 351 b
Olus comedere qd spūaliter esse intelligitur 95 b
Omnis creaturæ nomine quid contineatur 356 d
Omnis arbor quæ non facit fructū bonū, excidet. 444
Omnis non semper uniuersitatē plenariā denotat. 394 d
Omnis homo mendax quomodo intelligatur 20 a
On, existens interpretatur 422 a
Onesiphori beneficia 431 c
Onesimus pontifex & martyr 449 b
Onesimus quis erat 370 c
Onesimus quomodo fuerit baptizatus 447 c
Opera bona ante fidem facta, uacua sunt. 26 b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Opera tenebrarum quæ sint 91 b
Opera mortua 475 b
Operarius subdolus quis dicatur 250 b
Opimo LXX. interpretum 454 b
Opus euangelistæ quod sit 439 a
Orandi modus quis 182 a
Orandum est tacite 185 b
Oratio quid sit 334 c
Oratio & obsecratio quomodo differunt 349 b
Oratio sine intermissione quomodo intelligatur, 385 c
Orationi semper uacare qualiter nequit humana fragilitas 7 c
Osculandi mos in Ecclesia unde sumptus 107 a
Osculum est signum pacis 200 d
Ostium quid sit 208 d
Pædagogus quid sit 119 c 279 b
Prædia quid 512 d
Parabola quid 495
Parentela quid uocetur 409 a
Paries quid sit 109 c
Paroptoma quid 394 d
Paruuli quomodo reddant rationem 222 b
Pascha quomodo uocatur agnus 131 a
Passio defiderij quid sit 379 c
Passiones peccatorum quæ dicãtur 47 d
Pastores magni qui sint 531 a
Pater sine sua sapientia nunquã esse potuit 451 d
Patiens nemo potest esse nisi in aduersis 32 b
Patientiam seruare quid sit 177 d
Patientiæ summæ est motus insipientium ferre 8 b
Patientia regnum dei repromittit 508 c
Paulus an coniugem habuerit 140 a
Paulus ex ciuitate iuris Romani 430 a
Paulus quomodo penulam habuit 430 a
Paulus cur a Corinthijs nullos sumptus uoluit accipere 204 b
Pauli exemplo possunt uiuere labore manuum suarũ prædicatores & sacerdotes 188 b
Paulus quomodo abundantius cæteris apostolis dicitur laborasse ibidem.
Paulus qualiter minimus apostolorũ est dictus. 187 d
Pauli paupertas 253 c
Paulus gratis euangelium prædicauit 258 d
Paulus sicut mercenarius non fugiebat 254 b
Pauli sermo nunquam uarius 205 b
Paulus multo plura sciuit quam scripsit 102 d
Paulus ex humilitate se omnium sanctorum humillimum appellat 313 a
Pauli libertas & Petri humilitas laudatur 270 d
Paulus cur non dixerit, Si complantati sumus morti eius, sed similitudini mortis eius 40 a
Paulus raptus in tertium cælum quõ intelligitur. 255
Paulus quomodo parturire dicatur 283 d
Paulus cur non est sequutus ueritatem Hebraicam, sed interpretationem Septuaginta 9 b
Pauli nomen cur familiarius quam Sauli 3 c
Paulus quare primo sit uocatus Saulus 3 a
Paulus precibus Stephani fuit conuersus 400 b
Paulus (teste Hieronymo & Beda) Narbonam præteriens, in Hispaniam peruenit 103 a
Paulus quare Christum uocat apostolum 462
Paulus cur crimina contra naturam tam euidenter expressit 12 a
Pauperes qui dicantur 242 a
pauperes quomodo æquabũt diuites in regno dei. 238
paupertas Iesu quid nobis attulerit 416 d
Pax inter angelos & homines 356 a
Peccare est in malorum potestate 82 a
peccata quando ante oculos dei sunt tecta 17 d
peccata quomodo sunt opera mortua 475 b
peccata solius Christi sanguine deleantur 502 a
peccato uiuere 39 b
Sine peccato esse & sine querela 386 b
peccatum quomodo differat a delicto 306
peccatum est stimulus mortis 47 c
peccatum regnare in mortem quid sit 39 a
peccatum est uoluntarium 58 c
peccatum quod pœnitentiæ lamento non diluitur, peccatum est, simul & causa peccati 11 b
peccati initium quemadmodum a muliere fuit, ita initium generationis a uiro est 35 b
peccatum ex maledictione processit 275
peccatum qualiter per legem cognoscitur 46 c
peccatum adueniente mandato quõ reuixerit 47 c
peccatis nemo sibi moritur 96 d
peccatores quomodo non debent desperare 471 c
peccatorum nomen gentibus a Iudæis impositũ 271 c
peccatum ut appareat, quid significet 48 d
peccati nomine quid intelligitur 76 d
peccatorum passiones quæ dicantur 45 d
Pensandum nobis est qualiter loquamur 428 b
Penula quid sit 429 d
Peregrinatio sanctorum patrum quid 512 d
Perfecti qualiter indigent misericordia 346 d
Perfectus quis dicatur 319 d
Perficere bonum quid 506, 208 b
Peripsema quid sit 129 b
Peruersa celsitudo 83 c
Petra scandali & offensionis quis dicatur 72 c
Petrus ubi non fuit imitandus 283 b
Petrus quare circuncisionem permittebat 270 c
Petri humilitas laudatur 270 d
Pharisæis molesta fuit doctrina Christi 77 d
Philemon Paulum socium habere cupiebat 449 c
Philippis Hebraice quid significet 335 c d
Pietas ad quid profit 407 c
Piscina probatica quid significet 278 a
Plemmelia quid sit 294 d
Pœnitentia uera quæ 207 c
Populus cur a mõte prohibetur dum lex datur 524 d
Potestas dominorum morte finitur 449 b
Potestates nequam 361 d
Potestates quid sint 312 c, 305 d
Potestati diuinæ primo est obediendum 90 a
Præceptum legis circa uerbera delinquentium 251 d
Prædestinatio quid sit 61 d, 300 d
Prædestinatus filius dei quomodo intelligitur 5 a
prædestinare & eligere qualiter differant 301 c
Prædicator nomen autoritatis 402 a
Prædicatores aliquando domini uocantur 147 d
Prædicatoris boni conditiones 161 c
prædicatores exẽplo Pauli manuũ suarũ labore possunt uiuere 182 b. 421. a
Prælati sine testimonio duorum uel triũ non possunt condemnare 261 a
Prælatis obediendum 530 a
Prælati qualiter exemplo Pauli debent rogare subditos ut in melius proficiant 384. c
Præmiorum discretio 15 a
Præputium aliquãdo pro peccato carnis ponit. 361 b
Præscripti qui dicantur 273 b
Præteritum pro futuro posuit propheta 418 d
Præuaricatio quid sit 457 d
Presbyter qualiter dicatur episcopus 405 a
Primitiæ hominis quæ dicantur 59 c
Primogenitus quis dicatur 61 a
Primo regnum iustitiæ in nobis, deinde pacis 480 c
Primus quomodo accipiatur 308 c
Princeps habeat eloquentiã cũ uitæ integritate. 435 b
Principatus quid sint 305 d
Principatus nequam 361 d
Principes qui dicantur 332 c
Principi non est resistedum, etiamsi bona nostra auferat 91 a
Principes huius seculi sunt dei ministri 90 d
Principes ad corrigendos malos instituti sunt 90 c
Principium quid sit 355 c
Priscilla uxor fuit Aquilæ 105 d
Probatio gloriæ ueteris & noui testamenti 213 c
Profundum quid 315 a
Prope est uerbum fidei 74 c
Prophetiæ tria sunt tempora 184 c
Prophetizantis fructus seu utilitas 180 b
Propicius & repropiciare unde 461 c
Proximus non potest uere diligi sine deo 92 a.b
Proximus dicitur omnis homo 327. a
Prudentia carnis & prudentia spiritus quid sit 53. d
Psalmorum liber lex uocatur 23. a
Pueros nos effici docet Apostolus, & quomodo 183 c
Pugnatores non damnantur, sed uicti 52 b
Procella, culpæ uindicta per legem facta 524 d
Prodigium, uirtus & signum quo differũt 103 b. 258. c
Quadraginta quinq; dies cõcedentur ad pœnitentiam post Antichristi mortem 583 b
Questio notabilis 493 b
Quatuor in omni sacrificio considerari debent 485 a
Quatuor modis fit apostolorum electio 263 d
Quatuor leges sibi inuicem repugnantes & dimicantes 51 c
Qualis ædificatio erit discipuli, si intelligat magistro se esse maiorem 441 a
Quare non dixit à spiritu sancto 6 c
Quæstiones stultæ quæ sint 443 b
Quinquagenarius numerus 199 d
Qui facit contra cõscientiã, ædificat ad gehennã 99 d
Qui dicunt uidentibus, nolite uidere, & aspicientibus, nolite aspicere 428 d
Quomodo quis ex prædicatione doctoris patiatur detrimentum 233 c
Rahab meretrix fide iustificatur 535 c
Radix in malis cogitationibus inuenitur 521 c
Rapina quid sit 341 a
Raptus Pauli in tertium cælũ quo intelligatur 255 b
Reconciliatio fit ex inimicitijs 54 a
Rectores mundi qui sint 332 d
Redemptio & remissio quomodo differunt 302 a
Redemptionis humanæ inuentio 24 b
Redimere tempus quid 327 d
Regnum cælorũ sancta sanctorum dicitur 485 d
Regnum mortis quod sit 35 d
Repbatio obseruatiõis dierũ, mensiũ & annorũ 281 d
Reprobus quis dicatur 261 d
Res sperandæ quid sint 509 c
Resurgentium ordo quis sit 390 b
Resurgere proprie quid sit 196 d
In resurrectione an maiorem magnitudinem habebimus quàm nunc 319 d
Resurrectio uocatur regeneratio 473 d
Rixa quid sit 292 d
Sabbatum perpetuũ obseruare qui dicantur. 362 b
Sabbatum quid ibidem
Sabbatismus quis uocatur 469 a
Sacerdotem noui testamenti uxoratum, esse potius Iudaicæ institutionis sacerdotẽ q̃ Christianæ 480 d
Sacerdos legalis ministrabat, sed sacerdos euangelicus sedet 503 b
Sacerdotes Christi sine & principio carent 480 d
Sacerdotibus qualiter honor ex charitate sit exhibendus 384 d
Sacerdotes nõ nobilitate, sed uitæ merito eligẽdi 480 d
Sacramentum altaris duobus modis manducare & bibere debemus 169 a
Sacramentum qualiter sit res occulta 405 d
Sacrificium est deo offerendum per manus sacerdotis 6 d
Sacrilegium quid sit 17 d
Salem qualiter non sit Ierusalem 479 d
Samson, Iephte, Barac, fide uicerunt regna 516 a
Sancti an in futuro seculo loquentur ad inuicem 178 d
Sancti qualiter sint orandi 65 a
Sancti quomodo dicantur maledictionibus uti 290 b
Sancti in mundo qui 242 a
Sancti fide uicerunt regna 535 d
Sancti apud deum quomodo dicantur esse multarum facierum 203 d
Sancti patriarchæ qualiter iuxta fidem defuncti sunt 512 c
Sancti & non alij cum Christo surrexerunt 5 c
Sanctitas quid 522 d
Sanctorum conuersatio cauta esse debet 349 d
Sanguinem Christi quis polluat 507 b
Sanguis pro anima sumitur 460 a
Sapere plus quàm oportet est superbire 85 d
Sapientia carnis quomodo inimica sit deo 54 d
Sapiẽtia seculi abijciẽda diuini uerbi cõcionatori 114 c
Sapientia & scientia quomodo differunt 359 a, 302 b
Sapientia in contemplatione æternorum cõsistit, scientia uero in actione temporalium 172 a.b
Sapientiæ supnæ opa publica ac secreta quę sint 83 b
Sapientes qui se dicere uolunt, insipientes appellari debent 10 d
Sara ecclesię formã præferẽs, quare sterilis erat 285 c
Saræ fides quid operatur 518
Satanas quid 108 a, 250, c, 376, d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Saulus rex superbus & infrenis 1. a
Saulus, petitus interpretatur 1. b
Scandalum unde dicatur 72. c
Schisma & hæresis quomodo differunt 444. a
Schismata non esse Paulus admonet 212 a
Scientia secularis falso nomine scientiæ uocatur. 417 c
Scientia in actione temporalium consistit, sapientia uero in contemplatione æternorum 172 a. b
Scribæ qui sint 114 a
Scripturarum intelligentia in quibus consistat 110 d
Scripturæ sanctæ quæ sint 4 d
Scurrilitas quid sit 335 c
Scythiæ ferociores sunt barbaris 367 a
Secta quid 291 d
Seculum præsens quare dicatur nequam 264 c
Seculum seculorum quid sit 316 a
Seculum unde dicatur 452 d
Seditio quid sit 260 b
Seducti qui dicuntur 402 d
Seductores qui 427 c
Segnis quid sit 477 d
Semmare, sepelire est 194 d
Semper discere & nunquam ad scientiam ueritatis peruenire 416 a
Senes & iuuenes morum qui sint 408 c
Senes non sunt imperio cogendi 447 b, c
Senes quomodo fidem consecuti sunt 300 c
Seniores presbyteri dicuntur 402 b
Seraphim ardentes interpretantur 454 c
Sermo inchoationis Christi 475 a
Sermo doctrinæ est gladius anceps 469 d
Sermo dei cuius diuisionem considerat 470 b
Seruire liberaliter quando quis dicatur 41 d
Serui hominum qui dicantur 142 c
Seruitus cur laudabilis 43 c
Seruitutis duo sunt genera 3 d
Signaculum quid dicatur 18 c
Signum, prodigium, & uirtus quomodo differunt 105 b. 338 c
Signum quid sit 18 c
Similitudo Christi demonstratur per Isaac 314 a
Simplicitas quasi sine plicatione 107 d
Simplicitas excludit hypocrisim 86 d
Simplicitas & hilaritas quomodo differunt 87 a
Sina quid 284 d
Sion speculatio dicitur 81 c
Sitis est famis medicamentum 60 a
Societas malorum uitanda 193 b
Sodomiam cur Paulus tam euidenter expressit 11 c
Sola fides quæ per charitatẽ operatur iustificat 110 d
Solus pontifex in anno semel intrabat in secundum tabernaculum quod Moyses extruxerat 495 c
Solutio quæstionis notabilis 493 c
Somnus animæ quid 327 b
Somnus, medicamentum fatigationis 60 a
Sors hæreditas uocatur 353 c
Sortis nomine gratia designatur 353 d
Sosthenes in epistola Pauli quare adiungitur 109 d
Spectaculum facti sunt sancti in opprobrijs 108 a
Sperare contra aliquod insperatum, maius est quam simpliciter sperare 30 c
Spei descriptio 32 b
Spes & spiritussanctus quomodo nos dicantur adiuuare 60 b
Spiritalis potestas non aufert seculari potestati suũ ius 61 b
Spirituales donationes 86 c
Spiritus mundi quid sit 119 c
Spiritus Christi ubi inhabitat 55 a
Spiritussancti donum quando quis dicatur habere 206 a
Spiritussancti appellatione charitas designatur 61 a
Spiritussanctus dominus uocatur 215 a
Spiritussanctus signat credentes 304 a
Spiritu sanctificato, sanctum est & corpus 145 b
Spiritussanctus qualiter dicitur contristari 324
Stabilitas æterna per pedes designatur 523 a
Stadium quor passibus constet & unde dicatur 154 a
Stellæ quid significent 30 d
Stephani precibus Paulus conuersus 400 b
Stigmata quid sint 296 b
Stipendium unde dicatur 44 a
Stultæ quæstiones quæ sint 424 c
441 b
Stultiloquium quid 325 c
Subdolus operarius quis dicatur 256 b
Sublimitas quid 115 a
Superbia initium omnis peccati 454 c
Superbia est mater contentionis & æmulationis 94 c
Superbia ex bene gestis plerunq; nascitur 387 b
Superbia in diuitijs est timenda 416 c
Superbi qui dicantur 13 c
Superbire est plus sapere quam oportet 85 d
Superbus censetur, qui bonum uult agere sine timore domini 231 d
Supergredi & circumuenire differunt 379 d
Supergressio quid sit 379 d
Surrexerunt cum Christo sancti & non alij 5 c
Susurratio quid 260 b
Susurrones qui sint 413 b
Tabernaculum Moysi quid significet 491. a. b. c
Tabernacula duo fecit Moyses 490 c
Tempus & æuum quomodo differunt 432 b
Tempus redimere quid 357 d
Tenebris inesse qui dicantur 381 c
Tentatio humana est aliud sapere, quam res se habet 158 d
Tentatio cui non assentitur, non est peccatum 257 a
Testamentum quid sit 404. a. 497. d
Testamentum nouum quare dicitur æternum 531 a
Testamentum uetus fuit calix Moysi 168 b
Tributum quid sit & unde dicatur 91 b
Trinitatis diuinarum personarum ostensio 10 b
Tristitia præest uitijs alienis tribulari 427 b
Tristitia quæ secundum deum est, qualiter operatur pœnitentiam in salutem 233. c. d
Tristitia huius seculi quæ sit 235 c
Triumphus dei quid sit 209 b
Trophimus Arelatensium episcopus 431 c
Tubæ nomine quid intelligitur 514 c
Turbo quid 524 d
Turpitudo quid sit 326 c

Testamentum Christi morte confirmatum est. 498 b
Testis falsus non erit impunitus 189 b
Testes quomodo considerantur 411 c
Thermur filia Pharaonis 514 d
Thessalonica ciuitas nobilis 372 c
Throni qui dicãtur 355 a
Timotheus quomodo consors Apostoli fuit 108 a
Timotheus cuius fuerit filius 395 a
Timotheus beneficus interpretatur 399 b
Titus Græci eloquij interpres 209 a
Titus Christi ecclesias instruebat 431 c
Titus apud Cretenses episcopus 431 c
Tres uires dicuntur esse in anima 458 c
Tria sunt quæ annunciant de homine 13 c
Vanitas aut uanitates possunt dici quæ mutãtur & transeunt 58 c
Vanitati subiecta est omnis creatura 59 a
Vasa fictilia & lignea quid significant 218 a
Vasa iræ quæ dicantur 70 a. 423. d
Vectigal quid & unde dicatur 91 c
Velamen legis declaratur 504 d
Velare caput uir prohibetur non mulier 163 c
Veneficia quid sint 292 c
Venundatus sub peccato 492. b
Verbum dei quando blasphematur 418 d
Vere uiduæ quæ sit 469 b
Verecundæ mentes quomodo sint arguendæ 111 c
Veritas dei quid sit 9 c
Veritas & iustitia in quo teneantur 326 d
Vermis diuitiarum est superbia 416 d
Vestigia creatoris quæ sint 10 a
Victoria Gedeonis 516 b
Vetus homo quid 40. b, 224. c
Viduæ præ cæteris uacare debent orationibus 469 b
Viæ ad creatorem quæ sint 10 a
Vinum quando dicatur malum 318 b
Vinum modicum consilio Pauli est sumendum 412 b
Vir nulli subijcitur nisi Christo 163 a
Vir mulieris est origo 164 c
Vir principaliter est ad imaginem dei creatus 164 d
Vir perfectus quis sit 319 d
Viro uiuente quomodo ligata sit uxor 45 b
Virga Ioseph explicatur 514 b
Virginitas uera quæ sit 214 a
Virginitatis status quàm nobilis 143 c
Virginitatem obseruare & nubere quomodo differunt 146 a
Virtus, signum, & prodigium qũo differunt 258 c
Virtutes quid sint 305 d
Virtutes proprias iactare, insipientis est 258 a
Viscera quid 317 a
Vita animę quæ sit 274 c
Vitæ nouitas 39 d
Vita præsens sine minoribus peccatis nõ põt duci 42 b
Vitium carnis in re bona, non est bonum 50 b
Viuens in ocio, res aliorum concupiscit 380 c
Vno ore honorificetis deũ ąmodo intelligitur 101 b
Vnctio sancti spiritus sanctificat 255 a
Vocatio, iustificatio, & magnificatio quomodo in nobis fiunt 62 b
Voluntas deponendi corpus dicitur audacia 221 c
Vox uerborum 524 d
Vtilitas & fructus propheti zantis 180 b
Vxor uiro uiuente qualiter sit ligata 45 b
Vxorem habentes non habere, quomodo intelligatur 144 b
Vxores antiquorum patrũ plures quid nobis significarunt 433 d

IN LAVDEM DIVI ANSELMI AD LECTOREM

Anselmus uitæ meritis, post limina uitæ
Diuorum ascriptus cœtibus, astra tenet.
Plurima diuini hic nobis monumenta reliquit
Ingenij, & sacris fontibus hausta dedit.
Hic Pauli ante omnes docto uenerabilis ore
Explicuit breuibus dogmata sacra libris
Sed latuere diu diuina uolumina, quæ nunc
Castaneus diuũm munere restituit.
Non tanta autori, qui scripsit, perdita quã qui
Protulit in lucem, gratia habenda uenit.

Eiusdem domini Castanei ad lectorem.

Legifer in sacro quæcunq; uolumina Moses
Descripsit, uatum quæq; caterua canit,
Hoc libro Anselmus, docto uenerabilis ore
Dum Pauli referat dogmata, cuncta docet.
Ergo age nunc lector, libris gratare repertis,
Qui multis seclis delituere. Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA D. ANSELMI EX TRITEMIO.

ANselmus Archiepiſcopus Cantuarienſis in Anglia, ex Abbate monaſterij Beccenſis in Normannia, ordinis ſancti Benedicti, Lanfranci quondã auditor atque diſcipulus, uir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, & ſecularium literarum peritia nulli ſuo tempore ſecundus, uita & conuerſatione integer atque ſanctiſſimus, mente deuotus, ore facundus, operatione ſtrenuus, uultu angelicus, inceſſu maturus, progreſſu exemplaris, ſtudio ſcripturarum continuus, & omni uirtute ornatus & inſignis fuit. Scripſit pene infinita opuſcula, de quorum numero feruntur ſubiecta.

Contra gentes cur Deus homo	Libri duo	Sæpe & ſtudioſe à mul.
De incarnatione uerbi contra Iudæos	Liber unus	Dño & patri uniuerſæ.
De conceptu uirginali	Liber unus	Cũ in oñibus religioſ.
Proſologion	Liber unus	Eia nunc homuncio fu.
Monologion	Liber unus	Si quis unam naturam.
De ſpiritu ſancto contra Græcos	Liber unus	Negaſ à Græcis q̃ ſpũs.
De caſu diaboli	Liber unus	Illud Apſi, Quid habes.
De diuerſitate ſacramentorum	Liber unus	Dño & amico Vualra.
De fermento & azymo	Liber unus	Anſelmus ſeruus eccl.
De uoluntate Dei	Liber unus	Humana ratio cũ de.
De ſancta Trinitate	Liber unus	
In Cantica canticorum	Liber unus	
De pace & concordia	Liber unus.	
De libero arbitrio	Liber unus	Cum liberũ arbitriũ uſ.
De gratia & libero arbitrio	Liber unus	De tribus illis quæſtio.
Dialogus de ueritate	Liber unus	Q̃m deũ ueritatẽ eſſe.
De ſimilitudinibus	Liber unus	Voluntas tripliciter in.
De menſuratione crucis	Liber unus	Q̃m iubente filio tuo.
Meditationes	Liber unus	Dñe deus meus, da cor.
Meditationes de paſſione domini	Liber unus	Anima Chriana, aia de.
De beata uita	Liber unus.	
De beata ſufficientia	Liber unus.	
De bona occupatione	Liber unus.	
De laudibus ſanctæ Mariæ	Liber unus.	
Stimulus amoris	Liber unus.	Ieſum Nazarenũ à Iud.
Pro inſipiente	Liber unus	Dubitanti utrum ſit.
Contra inſipientem	Liber unus	Q̃m nõ me reprehen.
De miſeria hominis	Liber unus	Terret me uita mea.
De Antichriſto	Liber unus.	
Dialogus Chriſtiani & gentilis	Liber unus	
De octo beatitudinibus	Liber unus.	
De membris deo attributis	Liber unus	Vbicũq; ſacra ſcriptur.
De ſacramentis & officijs diuinis	Libri duo	Celebratio Miſſę in cõ.
Prouerbia, id eſt, de domo conſcientiæ	Liber unus	Domus hęc in qua hab.
In Hexameron	Liber unus	
Ad Lanfrancum Archiepiſcopum	Liber unus.	
De Grammatico	Liber unus.	
De ſancto Iohanne Baptiſta	Liber unus.	
In Aſſumptione ſanctæ Mariæ	Homilia una	Intrauit Ieſus &c. Quid
Ad Guilhelmum Hirſaugienſem	Epiſtola una	Ex q̃ueſtra p̃hitas mi.
Epiſtolarum ad diuerſos	Liber unus	Seruus ſeruorũ dei in.
De peccato originali	Liber unus.	

Sermones etiam nonnulli.

Sed & alia complura ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt: Claruit ſub Henrico imperatore tertio, Anno domini M. LXXX.

D. ANSELMI CANTVARIENSIS ARCHIEPISCOPI, IN *epiſtolam Pauli Apoſtoli ad Romanos, præfatio.*

DE epiſtolis Pauli apoſtoli, adiuuante domino loquuturi, primo uideamus quid ipſum nomen epiſtola ſignificet, Epiſtola græce, ſupermiſſa latine dicitur, ſicut epigramma ſuper litera, & epitaphium ſuper ſepulchrũ. Epi enim græce, latine ſuper, ſtola uero miſſa dicitur. Et hinc epiſtolæ dicuntur ſupermiſſæ, eo quod ſuper id, quod fideles acceperant, ſint eis miſſæ. Acceperant enim euangelium, & adhuc ſuperadditæ ſint illis epiſtolæ, & ob uarias cauſas directæ. Nam ſicut prophetæ poſt editam legẽ Moyſi, in qua omnia dei mandata legebantur, ſemper doctrina ſua compreſſerũt rediuiua populi peccata, & propter exemplum libris ad noſtram etiam memoriam trãſmiſerunt: ſic & Apoſtolus poſt euangeliũ, quod eſt legis ſupplementum, & in quo nobis exempla & præceptа uiuendi pleniſſime digeſta ſunt, has epiſtolas uoluit ad ſingulas eccleſias deſtinare, ſcilicet ut in initio naſcentis eccleſiæ nouis cauſis exiſtentibus, & præſentia atq; orientia reſecaret uitia, & poſt futuras excluderet quæſtiones. Sicut ergo neceſſariæ fuerunt poſt legem prophetiæ, ſic neceſſariæ ſunt poſt euangelium epiſtolæ. Quoniam ſicut ea, quæ in lege fuerant obſcuriſſime dicta, per prophetas aliquantulum manifeſtabantur, & tranſgreſſores eiuſdem legis per eos corrigebãtur: ſic q̃ in euangelio obſcure & generaliter dictum fuerat, apoſtolica inſtructione per partes elucidatũ eſt, & tranſgreſſores euangelicorum præceptorum ſunt correcti, & ad obſeruantiam eorum incitati.

¶ Huius autẽ Pauli Apoſtoli epiſtolæ ſunt quatuordecim, quas legit eccleſia, qui tñ & quintã decimam ad Laodicenſes ſine dubio ſcripſit. Et cum in prima, quã habemus ad Corinthios, dicit: 1.Cor.5. Scripſi uobis in epiſtola, ne cõmiſceamini fornicarijs, uidetur ſignificare aliã epiſtolã ſe iam eis ſcripſiſſe. Cum ergo plurimas epiſtolas ſcripſerit, non ſine certa myſterij ratione patres uoluerunt, ut quatuordecim tantum legerentur in eccleſia: decem uidelicet ad eccleſias miſſæ, quatuor autem ad diſcipulos. Sed & ex ipſo epiſtolarũ numero oſtendere uoluerunt, q̃ doctor egregius, legis & euangelij ſecreta rimatus eſſet, denarius enim numerus legem ſignificat, propter decalogum eius: quaternarius autem euangelium, propter quatuor eius libros. Decem itaq; tenentur, quas ſcripſit ad eccleſias, ut demonſtretur nouum teſtamentum à ueteri non diſcrepare, nec Apoſtolum in aliquo contra legem Moyſi feciſſe, cuius epiſtolæ ordinantur ad numerum primorũ decalogi mandatorũ eiuſdem legis: & quot præceptis Moyſes filios Iſrael inſtituit à Pharaonis iugo liberatos, totidem hic epiſtolis à diaboli & idolatriæ ſeruitute ereptos edoceret. Per quatuor autem ad diſcipulos ſcriptas, nouum deſignatur teſtamentum. Vnde & ijdem diſcipuli maioris perfectiõis fuerunt, quàm eccleſiæ, ad quas decem ſunt miſſæ, ut ſignificaretur imperfectio eorum qui ſub lege fuerunt, & perfectio eorum qui euangelium cuſtodiunt. Quod autem quatuor ad diſcipulos poſt nouem ad eccleſias poſuere patres, & illam, quæ eſt ad Hebræos, ad ultimum locauerunt: certiſſime datur intelligi, quod nouum in ueteri teſtamento continetur, & quod unũ ſine altero non proderat. Sicut enim quaternarius denario iunctus explet hanc ſummam, id eſt, quatuordecim: ita nouum & uetus teſtamentum unum quid operantur, & intendunt fidei ueritatem ac morum honeſtatem intimare cordibus auditorum ſuorum. ¶ Itaq; quatuordecim epiſtolis continetur doctrina Pauli, qua tam maiores quàm minores, quomodo uiuant & credant, inſtruuntur: quoniã ſancta eccleſia iuxta eius inſtitutionem utrunq; teſtamentum cuſtodiens, & tam ſecundum legis catalogum, quàm ſecundum quatuor euangelij libros uiuens, ad perfectionis culmen proficit.

¶ His ita præmiſſis, uidẽdum eſt quaratiõe alio ordine à ſanctis patribus ſp̃ũs ſancti cõſilio iſtæ epiſtolæ in uno uolumine ſunt collectæ, quã ab Apoſtolo factæ. Quæ & nobis derelictæ ſunt ad correctionem & exhortationẽ noſtrã, ut oñes quotquot uulnerati cadimus, ubi inueniamus quomodo reſurgere queamus, & inde recuperare quod amiſimus. Ideo quẽdam gradationis aſcẽſum in his notare poſſumus, quoniam eccleſiæ, quæ magis in fide & morum honeſtate q̃ declaratione illaq; regitur, epiſtolæ ſunt præpoſitæ, ut ſecundũ quod minus perfectis eccleſijs miſſæ p̃cedũt epi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ftolæ,& ſubſequuntur ad perfectiores deſtinatæ,gradus quidã aſcenſionis à minoribus ad maiora inueniantur. Nemo enim repẽte fit ſummus, ſed à minimis quiſq; inchoat ut ad maiora pueniat.

¶ Epiſtola ergo ad Romanos prima eſt: quia cum fides prima uirtus ſit & fundamentum aliarum uirtutum,& ſine qua impoſſibile eſt placere deo,dignum fuit ut illa epiſtola in capite aliarũ
Heb. 11. locaretur,in qua de prima uirtute agitur, & in qua corriguntur,atq; ad fidei perfectiõem reuocantur,quicunq; Romanis ſecundum fidei imperfectionem ſunt ſimiles. Illa uero quæ eſt ad Corinthios,iure huic ſupponitur,quoniam eos qui fidem iam acceperant, in bono opere inſtruit. Primo enim iaciendum eſt fundamentum,id eſt fides,& inde bona opera ſunt ſuperædificanda. Propter quod in illa ad Romanos,facta eſt omnibus fidelibus inſtructio ſecundum fidem: in hac aũt ad Corinthios,ſecundum operationem. Sic & cæteræ deinceps congruo ordine ſunt poſitæ.

¶ Fuerunt nonnulli tamen qui dixerunt epiſtolam ad Romanos ideo primam eſſe poſitam, quia Romani tam rudes erant,ut non dei gratia, ſed ſuis meritis crederẽt ſe eſſe ſaluatos. Sed hoc non ita declarat in omnibus textus ipſius epiſtolæ,quæ omnibus ſenſu profundior eſt. Ideoq; magis credendum eſt,quod illi qui membra epiſtolarum in uno corpore collegerunt,illam iudicauerunt ſedere in capite,quæ ad urbem directa eſt, quæ in illo tempore caput totius extitit orbis, &
☞ quia uſq; hodie Romana eccleſia omnium eccleſiarum obtinet principatũ. ¶ Materia uero omnium epiſtolarum eſt fides & boni mores. Intentio autem eſt,ipſam fidem ac mores commẽdare, & ad illos prouocare,uidelicet ſuadendo bona,diſſuadendo mala: praue agentibus mala comminando,bene agentibus bona promittẽdo. Et propter quam finalem cauſam? Nulli dubium quin propter ueram beatitudinem promerendam. Ad hanc igitur unam & generalem intentionem aliæ ſpeciales reducentur intentiones,nec quicquam per omnes diuerſos tractatus interſeritur,q̃ non ad inſtructionem fidei & morum uel principaliter,uel ſecundario operetur. Et idcirco ad ethicam pertinet tractatus earundam epiſtolarum. Illa uero quæ eſt ad Romanos, quantum ex eius textu intelligi poteſt,quæſtionem habet talem: Vtrum iudæis euãgelium Chriſti uenerit propter merita operum legis: an uero nullis operum meritis præcedentibus, omnibus gentibus uenerit iuſtificatio fidei quæ eſt in Chriſto Ieſu: ut non,quia iuſti erant homines,crederent, ſed credendo iuſtificati,deinceps iuſte uiuere inciperent. ¶ In hac igitur epiſtola docere intẽdit Apoſtolus, omnibus ueniſſe gratiam euãgelij Chriſti. Quam & idcirco gratiam uocari oſtendit,quia non quaſi debitum iuſtitiæ redditum eſt,ſed gratuito datum. Coperant enim nonnulli, qui ex iudæis crediderant,tumultuari aduerſus gentes,& maxime aduerſus ipſum Paulum, quod incircumciſos & à legis uetuſtæ uinculis liberos admitteret ad euangelij gratiam, prædicans eis ut in Chriſtum crederent,nullo impoſito cãrnalis circumciſionis iugo. Sed Apoſtolus tãta moderatione inuicẽ utroſq; cõciliat,ut nec iudæos ſupbire permittat tanq̃ de meritis operũ legis,nec gẽtes merito fidei aduerſus iudæos inflari,q̃ ipſi receperint Chriſtum quẽ illi crucifixerunt. Pro Chriſto enim,ſicut ali-
2. Cor. 5. bi dicit,legatione fungens,id eſt,pro lapide angulari utrunq; populum tam ex iudæis q̃ ex gentibus connectit in Chriſto per uinculum gratiæ, utriſq; auferens omnem ſuperbiam meritorum,& iuſtificandos utroſq; per diſciplinam humilitatis aſſocians. Quod ſi quis quæſierit quõ iudæi, qui Romæ erant conuerſi,murmurarent contra Paulũ,quẽ necdũ uiderant, ſciat ipſum non eis ignotum fuiſſe,quia fama prædicationis eius ubiq; audiebatur,& quidam ex diſcipulis eius atq; ex diſcipulis Petri iam uenerant Romam,& multos ibi tam ex iudæis q̃ ex gentibus ad fidem conuerterant. Sed inter eos nuper conuerſos,erat,ut diximus, ſchiſma & altercatio: Iudei enim gloriabantur de ſuis meritis & nobilitate generis, non intelligentes ſe ad fidem per gratiam dei ueniſſe, ſed æſtimantes hoc ſuis & patrum meritis accepiſſe: Gentiles autem, licet non præceſſiſſent merita eorum,de quibus gloriari poſſent,ut ſe iudæis anteferrent,tamen iudæos quaſi interfectores Chriſti, ac præuaricatores legis deſpiciebant,& ſe ſola ignorantia præpeditos fuiſſe,quod non antea crediderant,aſſerebant,ſcilicet uiribus rationis & arbitrij ſui,non æſtimantes neceſſarium eſſe opus diuinæ gratiæ. Vtroſq; ita contentioſe uiuentes,ſic corrigit Apoſtolus. Iudæis enim oſtendit fidem & cætera ſpiritualia bona nullis præcedentibus meritis eueniſſe,ſed ex ſola gratia: q̃m lex neminẽ iuſtificauit,ſolũmodo dans peccati notitiam. Sic etiam probat gentes non ex ignorantia,ſed ſcienter ex ſtudio multumq; grauiter deum offendiſſe: quia licet ſcriptam legem non habuerint,naturalem tñ habuerũt. Et cum cognitum de creatura creatorem,ut deum uenerari debuiſſent, gloriam eius in manufacta ſimulacra mutauerunt. Vtroſq; etiam ſimiliter ueniam cõſecutos, æquales eſſe ueriſſima ratione demonſtrat, præſertim cum in lege prædictum ſit, & iudæos & gentes ad Chriſti fidem eſſe uocandos. Quamobrem uicißim eos humilians,ad pacem & concordiam cohortat.

¶ Occaſio itaq; huius epiſtolæ fuit eoꝝ altercatio, circa quam totum uerſatur negocium. In q̃ tractatu intendit Apoſtolus ſuperbiam & elationẽ utriuſq; partis reprimere, per quam ad inuicẽ diſſentiebant,ut nullo iure nulliſq; ſuis meritis glorientur, ſed ad humilitatem potius reuocent, & totũ quicquid boni habent,gratiæ dei deputẽt,& ita p humilitatẽ in concordiã & pacẽ redeãt.

¶ Materia uero huius epiſtolæ eſt, eccleſia iudæoꝝ & gentilium, ob ſupra dictas cauſas diſcordantium. Sed his iam explicitis,ad librum accedamus. Apoſtolus enim priusq; exponere incipiat quod intendit,prologũ facit,quo auditores attentos,dociles ac beneuolos reddit, ſalutatiq;,dicẽs:

A PAVLVS ſeruus Ieſu Chri, uocatus apoſtolus, ſegregatus in euangeliũ dei,q̃d ante ꝓmiſerat ꝑ prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus ẽ ei ex ſemine Dauid ſcdm carnẽ,q̃ ꝓdeſtinatus eſt filius dei in uirtute,ſcdm ſpiritum ſanctificationis,ex reſurrectione mortuorũ Ieſu Chriſti dñi noſtri,ꝑ quem accepimus gratiã,& apoſtolatũ ad obediẽdum fidei in oĩbus gentibus pro nomine eius,in q̃bus eſtis & uos uocati Ieſu Chri,oĩbus q̃ ſunt Romę, dilectis dei,uocatis ſctis: Gratia uobis & pax a deo patre,& dño noſtro Ieſu Chriſto.
B

¶ Iam primũ uideamus,cur is qui antea dictus ẽ Saulus, nunc dicat̃ Paulus. Saul rex ſuperbus & infrenis fuit,& perſecutor ſancti Dauid, atq; de tribu Beniamin natus. De qua tribu & iſte Saulus fuit,atq; nomen & ſæuitiam, uelut hæreditatem,à Saule percepit. Saulus ergo nomen ẽ ſuꝑbi perſecutoris. Sed & Saul atq; Saulus,idem nomẽ eſt. Quod enim Saulus à nobis dicitur, hoc idioma Grecũ & Latinum fecit, ut Hebræa nomina ad ſuoꝝ caſuum ſimilitudinẽ declinaret: & ſicut pro Ioſeph Ioſephus,pro Iacob Iacobus, ita Saul quoq; Saulus in noſtra lingua dicitur. Qui cũ Paulum proconſulem Chriſto ſubiugaſſet,ipſe quoq; ex Saulo Paulus appellari uoluit,ob eã clara pulchræ uictoriæ inſignia. Plus em̃ hoſtis uincitur in eo quem plus tenet, & de quo plures tenent. Plus
Locus obſcurus. autẽ ſuperbos tenet nomine nobilitatis, & de his plures nomine autoritatis. Sicut ergo ille qui Africam ſubegit Scipio,dictus ẽ Africanus: ſic & Apoſtolus iſte poſt Pauli ſubiugationem, ſemper uocatus eſt Paulus,qui antea ſolebat appellari Saulus. Nec immerito: Nam Saulus ſiue Saul interpretatur peritus, eo quod ad debellandam eccleſiam à diabolo fuerat poſtulatus. Paulus uero dicitur mirabilis, & digne ad prædicationem gentium miſſus. Nominatur Paulus,id ẽ mirabilis: ut mirabiliter lucrifaceret mercedem fidei. Eſt enim dux ualde mirabilis,qui non in ſapientia uerbi,nõ in diuitijs,non in eloquentia, non in uana ſeculi gloria,ſed in Chriſti paſſionibus gloriatur. Poteſt & alia ratio ſuper hac re proferri,quia forſitan binomius fuit: ſcilicet ut & Saulus uocaretur & Paulus. Nam & hoc probabilius dici uidetur,qa quod eum à Paulo proconſule quem Chriſto ſubiecit, Paulum uocari diximus, nulla talis conſuetudo in diuinis ſcripturis deprehenditur. Sed in eiſdem ſcripturis inuenimus nonnullos binis, aliosq; etiam ternis uſos eſſe nominibus,ſicut Sedechiam, eundemq; Ioachim: ſicut Oziam, eundemq; Azariam: ſicut Salomonem, eundemq; Ididan ſiue Eccleſiaſten, aliosq; plurimos. Sed nec apoſtolis CHRISTI mos iſte defuit. Nam unus ex eis uocatus eſt Matthæus & Leui, alius aut̃ Lebbæus & Iudas Thadæus. Quia ergo moris erat binis uel ternis nominibus uti Hebræos,uidetur & hic Apoſtolus duplici uſus eſſe uocabulo: & donec quidem genti proprie miniſtrabat, Saulus eſſe uocatus, quia hoc magis appellationi patriæ uernaculum uidebatur: Paulus autem cum græcis & gentibus leges ac præcepta daret. Nam & hoc Actu. 13
ipſum quod ſcriptura dicit, Saulus autem qui & Paulus, manifeſte uidetur oſtendere, non ei tunc primum Pauli nomen impoſitum eſſe, ſed ueteris appellationis id fuiſſe. Siue ergo iſta, ſiue prior ratio ſit uerior, unum pro certo eſt, quia iſte Apoſtolus ex quo ad prædicandum gentibus cum Barnaba miſſus eſt, maluit Paulus uocari, q̃ Saulus. Et hoc nomen ſuum celebre,& omnibus cognitum præponit in hac epiſtola, ut Romani, audito tanti uiri nomine, attendant quid eis uelit
D perſuadere, quid dignetur præcipere, ſcilicet ut ad audiendum ſolicĩti,& ad obediendum exiſtant parati. *Paulus* (inquit) ac ſi diceret, Vos Romani pacem debetis inter uos habere, quia ille qui uobis ſcribit, eſt Paulus,id eſt, non perſecutor Chriſtianorum, ſed doctor: non diſſipator eccleſiæ, ſed conſtructor: neq; diſſenſionis, ſed unitatis & concordiæ perſuaſor. Nec debetis in elationem tolli, quia ille qui uos docet, eſt *ſeruus*, id eſt, humilis, & non abſque iugo domini. Seruus enim, nomen humilitatis eſt, ut ad eam prouocet. Sed cum dominus electis diſcipulis dicat: Iam non dicam uos ſeruos, quomodo iſte eſt ſeruus? Sed ſunt duo genera ſeruitutis: unum timoris, alterum dilectionis: unum timentium ſeruorum, alterum diligẽtium & placentium filiorum. Electi ergo diſcipuli non ſunt ſerui ſecundum ſeruitutem timoris, Iohan. 15
quem perfecta dilectio foras mittit, ſed ſecundũ 1. Ioh. 4.
ſeruitutem caſti timoris, quem perfecta charitas gignit. Paulus itaque ſeruus eſt, non ex ſeruili timore, ſed ex caſto amore ſeruiens deo. Qui perſonam ſuam & officium primo commendat, ut ſermonibus ſuis & correctionibus Romani facilius adquieſcant. & exemplum ab eo humilitatis & concordiæ ſumant. Paulus enim ſicut diximus interpretat̃ mirabilis. Et ipſe reuera mirabilis erat, quem deus tanta meritorum prærogatiua mirificauerat. Et tamen ſe in omnibus humiliabat, & ſe ſeruum humiliter fatebatur, ut exemplum omnibus daret humilitatis, ne quiſquam de ſuis meritis aut uiribus gloriaretur, ſed omnes gratiæ domini reputarent, quicquid boni haberent: & ſe nõ ſuperbe liberos, ſed humiliter ſeruos cognoſcerent. Quod autem alij dicunt Paulum dici latine modicum, & græce quietum, nos multum non

Universidad de Deusto
Biblioteca

A approbamus, quia hoc nomen non ē Græcū aut Latinum, sed Hebraicum, ideoq; iuxta Hebraicum sensum intelligendum. *Paulus seruus Iesu Christi.* Ac si dicat, non me liberum facio, nec me domino meo æquiparo, sed eius seruum me reputo & subiectum, & quicquid boni habeo, eius gratiæ totum adscribo. Vos autem non seruos eius, sed liberos constituitis, & donum gratię eius, quod in uobis est, derogantes, meritis uestris & ingenij uiribus ascripsistis. Seruus (inquit) sum Iesu CHRISTI. Et hoc ad commendationem personæ suæ ualet, quia & seruus est honestus, & dominus incomparabiliter honestior. Ideoq; tanti domini tam honestus seruus, libenter debet suscipi. Nondum se dicit apostolum, sed tantummodo seruū, cum in alijs epistolis mox præferat nomen auctoritatis, quia nondum Romanis prædicauerat, nec adhuc apostolus esse uidebatur. Et ideo eis præponit nomen humilitatis, cum illos ad humilitatem inuitaret, quod si per autoritatis nomen ad

Loco ob scurior. obediendum constringeret. *Seruus* IESV CHRISTI. Aliam significationem habet IESVS, aliam CHRISTVS, cum sit unus Iesus CHRISTVS, saluator noster. IESVS enim proprium nomen est illi, quomodo Moyses proprio nomine appellatus est, quomodo Aaron, quomodo Elias. Christus autem sacramenti nomen

B est, quomodo si dicatur legislator, quomodo si dicatur sacerdos, quomodo si dicatur prophetа. Sic enim & CHRISTVS commendatur unus, in quo esset redemptio totius populi Israel. Quē iudæi uenturum expectabant, sed quia uenit humilis, non cognouerunt eum. *uocatus apostolus in euangelium dei.* Vocatus est ab infidelitate ad fidem, quando pergenti ire ad Damascum CHRISTVS illi de cælo est loquutus. Et institutus est apostolus, quod latine dicitur missus, quādo post

Actuū. 9. orantē in templo apparuit illi dominus, dicens: Festina & exi uelociter ex Ierusalem, quoniam nō recipient testimonium tuum de me. Vade, quoniam ego ad nationes longe mittam te. Qui *& segregatus* est *in euangelium dei*, dicente post apud An-

Actu. 13 tiochiam spiritu sancto: Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus, ad quod assumpsi eos. In his omnibus gloriari Paulus posset, quoniam hæc omnia, domino apparente & loquente, consecutus est. Magnus enim ostenditur, quem sic deus per seipsum promouere dignatur. Sed cum maximas gloriandi occasiones habeat, in omnibus tamen se humiliat, ut omnes exemplo sui ad

Matt. 20 & 22. humilitatem trahat. Et ideo seruum se in prima fronte nominat. Vocatio autem, qua uocatus est, non illa ē de qua dicitur: Multi sunt uocati, pauci uero electi, sed illa potius de qua ipse loquitur:

Rom. 8. Quos autem prædestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit. Qui & apostolus, id ē, à CHRISTO missus ē, ut legatione ꝓ eo fungens, omnes ad uitam uocaret. Et non sicut cæteri apostoli missus ē, sed segregatus in euangelium dei. Cum enim unicuique apostolorum destinata esset ad prædicandum sua prouincia, Paulo C
& Barnabæ commissum ē officium prædicandi in omnibus gentibus. Et ita segregati sunt isti duo, id ē, seorsum à grege cæterorum prædicatorum, euangelizare missi. Vel segregati in euangelium, quia de grege cæterorum prædicatorum, qui Antiochiæ morabantur, electi sunt à spiritu sancto in opus prędicationis. Euangelium, interpretatur bonum nuntium: quia ibi nuntiatur humana salus ꝓ incarnationem & mortem & resurrectionē Christi. Quod euangelium non ē hominum, sed *dei*, id ē, non ab hominibus institutum uel inuentum, sed à deo. *Quod ante promiserat per prophetas suos.* Ad commendationem prædicatoris, ponit commēdationem euangelij. Vnde etiam prædicator ipse satis posset gloriari, quasi dicat: Segregatus sum in euangelium, quod non ē subitum nec improui sum, quia ante completionem promiserat illud deus, ut cum desiderio expectaretur, & ueniens deuote & absq; ullo scrupulo susciperetur. Non ē friuolū neq; recens, quod deus pater promiserat gratis, & non nouiter, sed ante, id ē, per multa prius secula. Promiserat illud ante ꝓphetas, neq; per alienos prophetas, sed suos. Nam & prophetæ qui non fuerunt sui, nōnulla de Christo prædixerūt, sicut Sybilla & Vergilius. Sed Apostolus D
de illis prophetis loquitur qui fuerunt eius, sicut Isaias & Ieremias. Promiserat (inquam) per prophetas, & hoc non uerbis tantum, sed *in scripturis*, non secularibus, sed *sanctis*, id ē, diuinis. Nam in libris gentium, inueniunt testimonia ueritatis, sicut idem Apostolus Athenienſibus loquens ostendit. Sed quia in eisdem libris etiā errores prædicātur, ideo non sunt sancti quāuis aliquid in eis ad Christum pertinens, inueniat. Sed scripturæ illæ sunt sanctæ, quæ fuerunt Hebræorum populo diuinitus creditæ, & in eis leguntur promissiones euangelij dandi, quas per ueros prophetas suos ab antiquis tēporibus fecit. In eis scripturis relictæ sunt promissiōes scriptæ, ne obliuiōi darent, & ad notitiā posteroꝝ non peruenirent. Scripturis dico, *de filio suo*, quia omnes illæ de unigenito dei sunt factæ, & omes eius diuinitatem, per quam omnia facta sunt, prædicāt, eiusq; humanitate omia restauranda prænuntiant. *Qui factus est.* i. qui manens q̄d erat, assumpsit quod nō erat. Dico, factus ē, & hoc nō secundū diuinitatē, sed *secundum carnem*, qa secū-dum diuinitatē genitus ē à patre, non factus: secundum carnem ꝙ factus ē ei, id ē, ad honorē eius, ut pater glorificaretur per humilitatem incarnationis & obedientiæ illius. Factus ē, & hoc nō ex qualibet stirpe, sed *ex semine Dauid*, quia incorrupta matre eius, ex cuius sanctificato uirginali utero ipse carnem assumpsit, orta est ex progenie Dauid, cui deus promiserat, quod ex semine eius rex æternus esset suscitandus. Sic enim dixisse legitur: Cumq; completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum poste, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum eius. Ipse ædificabit domum nomini meo, *2. Thc. 1*

A & stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Secundum istam promissionem filius Dei ex semine Dauid factus est homo, ut ædificaret domum, quæ est ecclesia, & regnaret in sempiternum. *Qui prædestinatus est filius dei in uirtute.* Prædestinatus, id est, præordinatus à deo patre secundum humanitatem, hoc est, sola gratia prælectus, ut qui futurus erat secundum carnem filius Dauid, esset tamen in uirtute diuinitatis filius Dei, id est, ita susciperetur humanitas à uerbo Dei in unitate personæ, ut idem homo filius Dei esset propter unionem uerbi, filius Dei esset *secundum spiritū sanctificationis*, id est, secundum quod spiritussanctus uterum uirginis ex quo ille nasceretur, sanctificauit, sicut & angelus dixit: Spiritussanctus superue-

Luce. 1. niet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, idcoque & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei. Prædestinatus est, & hoc *ex resurrectione mortuorum*, id ē, ut præcederet resurrectionē mortuorum. Quorum mortuorum *eiusdem domini nostri Iesu Christi.* Ac si diceretur, suorum mortuorū, qui ad eum pertinent & membra eius sunt. Hos enim præcessit, qui eum ad cæleste regnum, quo eos præcessit, sequuturi sunt, & ad beatā incorruptionem. Ex resurrectione autē cæterorum mor-

B tuorum non est prædestinatꝰ, quos non erat præcessurus, sed dānaturus: quia non præcessit illos, qui eum sequuturi non erant ad gloriā uitæ æternæ, id est, reprobos q ad pœnas resurrecturi sunt. Vel ita: *Qui prædestinatus est secundum carnem*, quoniam Deus ab æterno prædestinauit, ut uerbū eius caro fieret, quam & resuscitans glorificaret. Prædestinatus est, ut sit filius Dei in uirtute immortalitatis & potentiæ, de qua post resurrectionem ait:

Mat. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Nam cum de electis ipse dicat, quia filij sunt Dei, cum sine resurrectionis, cur non ipse magis qui secundum diuinitatem naturaliter est semper filius Dei, in resurrectione secundum humanitatem factus esse dicatur Dei filius? Hoc enim docet idem

Actu. 13. Paulus, ubi de patre dicit in Actibus apostolorū: Resuscitans Iesum Christum, sicut in Psalmo secūdo scriptum est: filius meus es tu, ego hodie genui te. Pater ergo resuscitans CHRISTVM, dixit ei, filius meus es tu, ego hodie genui te, ut illa resuscitatio, secundum Pauli sensum, intelligatur quædam generatio, quia & nostra resurrectio uocatur generatio, dicente domino: In regeneratio-

Matt. 19 ne cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ. Christus itaque secundum humanitatem qui dū esset mortalis, erat filius hominis, in resurrectione uestiens immortalitatem, factus est Dei, nec tamen destitit esse filius hominis, quia uerꝰ homo permansit, sed gloriam quam humanitus non habebat, accepit. Et hoc ē ꝙ nunc dr, quia ꝓdestinatus ē esse filiꝰ dei in uirtute ex resurrectiōe, nec dr ex resurrectiōe sua, sed q̄d maioris uirtutis est, *ex resurrectione mortuorū*, quia multos mortuos fecit secum resurgere. Et ne generalem bonoꝝ atque C
malorum resurrectionem intelligeremus, quæ futura est in die nouissimo, *Mortuorum*, inquit, IESV CHRISTI, id ē, solummodo electorum, ad Christum pertinentium, quia tunc non nisi sancti cum eo surrexerunt. Vnde & dominum nostrum uocat eum, quia qui in morte sua mortem nostram & hostem antiquum destruxit, in resurrectione debitum super nos dominatum accepit; sicut præmissimus, cum tunc dixisset, Data est mihi omnis

Matt. 28 potestas in cælo & in terra. Prædestinatus est, inquit, esse filius dei in uirtute ex resurrectione, & hoc secundum spiritum sanctificationis, id est, secundum quod spiritussanctus eum sanctificauit ab ipso exordio conceptionis eius. Nam per spiritum quo sic sanctificatus fuerat, suscitatus est, à

Rom. 8. morte, ut esset eo modo quo diximus, filius Dei: quia & nobis dicitur, Qui suscitauit Iesum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Vel *prædestinatus est*, ut diximus, secundum humanitatem, ut esset filius dei *in uirtute*, id est, in eadem potentia cum patre per unionem uerbi, cui pſonaliter homo ille unitus, *secundum spiritum sanctificationis*, id est, secūdum quod operatus est spiritussanctus cōceptionem eius in utero uirginis. Qui spiritus est D
sanctificationis, quia sanctificat omnes qui sanctificant. Et hæc sanctificatio est à resurrectiōe mortuorum, id est, incipit à remissione peccatorum. Qui enim mortui sunt in anima, prius resurgunt à morte peccati, & tunc sanctificātur per spiritum sanctum. Et tales mortui qui sic ad uitam redeūt, sunt Iesu Christi domini nostri. Præordinati ēm sunt ad uitam ut sint membra Christi: ideo non perseuerant in morte peccati, sed pœnitendo resurgunt. Itaque cum audimus, filius dei in uirtute Iesu Christi, uel filius dei secundum spiritum sanctificationis Iesu Christi, uel filius dei ex resurrectione mortuorum Iesu Christi, cum dici potuisset usitate, in uirtute sua, uel spiritum sanctificationis suæ, uel ex resurrectione mortuorū eius, uel mortuorum suorum, non cogimur intelligere aliam personam, sed unam eandemque, scilicet filij Dei domini nostri Iesu Christi, *per quem accepimus gratiam*. Ad commendationem suæ personę commendauerat euangeliū quod ipse prædicat, & ad commendationem euāgeliī commendauit Christum qui auctor eius est. Et nunc, quid ipse per eum sit adeptus, indicat. Quasi dicat: Talis ac tantus est Christus, per quem mediatorem accepimus à patre ego & Barnabas uel cæteri apostoli gratiam et apostolatum: *gratiam*, cum omnibꝰ fidelibus: *apostolatum* uero, non cum omnibus. Si tantummodo apostolatum diceret se accepisse, ingratus esset gratiæ qua illi peccata dimissa sunt, & tanquam meritis priorum operum accepisse uideretur apostolatum. Optime ergo tenet ordinēcausæ, ut nemo audeant dicere meritis uitæ prioris ad euangelium se esse perductum, cū nec ipsi apostoli accipere apostolatū proprie potuissent, nisi prius cōmuniter cum cæteris gratiam, quæ peccatores sa

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nat & iustificat, accepissent. Prius itaque *gratiam*, qua purgarẽtur à peccatis & sanctificarẽtur, acceperunt: & post *apostolatum*, id est, egationem, ut excurrerent ubiq; prædicare ipsam euangelij gratiam, *ad obediendum fidei*, id est, ut obediatur fidei, pro nomine Christi, id est, ut omnes credant in Christum, & signentur in eius nomine qui saluari cupiunt. Et hoc fiat non in Iudæis tantum, sed *in omnibus gentibus*, ubicunque per totius orbis amplitudinem diffusæ sunt gentes. Vel obediatur fidei ut faciant fideles quæcunque fides expetit, non solum credendo, sed etiam operando: & hoc *pro nomine* Christi, id est, pro gloria *eius*, non pro sua, scilicet ut in bonis quæ fecerint, non suam, sed Christi gloriam quærant: nec suum, sed Christi nomẽ magnificare cupiant. Accepi, inquit, apostolatũ *in omnibus gentibus*, ut in eis obedire faciam plurimos fidei *pro nomine Christi* glorificando. *In quibus* gentibus, super quas scilicet mihi datus est apostolat9, *estis etiam uos*. Hoc dicit ut familiarius admoneat. In quibus fidei obedientibus estis & uos o Romani, qui per gratiam prædicationis estis ad fidem *uocati*, & estis non eorum qui uos uocauerunt, *sed Christi* ad quem uocauerunt. *Vocati enim* Iesu *Christi estis*, id est, ad hoc uocati ad fidem, ut sitis Iesu Christi, non Petri uel alterius. ¶ Hucusque dictum est, quis esset qui scribit epistolam. Est enim qui scribit, *Paulus seruus Christi Iesu, uocatus apostolus, segregatus in euangelium Dei*. Sed quia occurrebat quod euangelium, respondit: *Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo*. Item quia occurrebat de quo filio suo, respondit: *Qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnem, qui prædestinatus est filius Dei in uirtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri*. Et si diceret, quomodo tu ad eum pertines? respondit: *Per quem accepimus gratiam & apostolatũ ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius*. Item si diceretur, quæ igitur causa, ut scribas ad nos? respondit: In quibus estis & uos uocati Iesu Christi. Deinde adiungit ex more epistolæ, quibus scribat. *Omnibus*, inquit, *qui sunt Romæ, dilectis Dei, uocatis sanctis*. Non ait, diligentibus deum, sed dilectis, dicitur, ut bonitatem DEI potius quàm
1. Ioh. 4. meritum illorum significaret. Prior enim dilexit nos ante omnia merita, ut nos dilecti, eum diligeremus. Quos & gratuito suo munere prædicatores uocauit, atq; per baptismum sanctificauit. Omnia ergo bona diuinæ gratiæ, non humanis meritis sunt ascribenda. Eos enim, qui odibiles & proculac turpes erant, dilexit & uocauit & sanctificauit. Vel, ut breuius concludam, dilexit, ut uocaret ad sanctitatem. Post hæc, ut compleatur usitatum epistolæ principium, salutat illos, dicens: *Gratia uobis & pax a Deo patre nostro & a domino* &c. Gratia & pax sit uobis à DEO, quia non omnis gratia neque omnis pax est Dei uel à Deo. Nam & iudices mali prebent gratiam in accipiendis personis aliqua cupiditate illecti, aut timore perterriti; atque mala pax est, qua uitijs aut diabolo con

B cordatur. Sed illa gratia ẽ à patre & Christo, qua nobis remittũtur peccata, quibus aduersabamur Deo: & pax, qua reconciliamur ei. Cum enim per gratiam remissis peccatis, assumptæ fuerint inimicitiæ, restat ut pace adhæreamus ei, à quo nos sola peccata dirimebant. Gratia uocatur, quia non ex merito retributa, sed ex donante concessa est. Talis, inquit, gratia & pax sit uobis à DEO patre nostro, qui nos in filios adoptauit, & amari atq; honorari uult à nobis ut pater, *& a domino* IESV CHRISTO, id est, à filio qui nos de manu inimici redemit, & suo dominio mancipauit, & est saluator atque rex noster. Gratiam & pacem optat à patre & filio, nec adiungit spiritum sanctum, qa ipse spiritus sanctus donum dei est: & donum dei, gratia & pax est. Ideoque tota trinitas in hac salutatione ponitur, dum pater & CHRISTVS à patre nominantur, & spiritus sanctus gratia & pax significatur. Nullo enim modo dari hominib9 D gratia potest, qua liberamur à peccatis, & pax qua reconciliamur deo, nisi in spiritu sancto.

Primum quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis, quia fides uestra annunciatur in uniuerso mundo.

¶ Commendata multis modis sua persona, & facta salutatione, sicut mos est in epistolis, iterum reddit eos benevolos, nimiam erga eos oste-
dẽdo se habere charitatem. Nam quia illos asperrime erat remorsurus, primo leniter inchoat, & illorum benevolentiam captat, ne si statim eos acriter reprehendere cœpisset, illorum impatientia reprehensiones illas grauiter ferret, quasi dicat: Multa sum uobis dicturus. *Et primum quidem*, antequam illa dicam, hoc uobis intimo, *quia gratias ago* DEO *meo pro omnibus uobis*, congaudens bono inceptui uestro. Ago, inquã, gratias deo meo, qui eum sit natura & potestate Deus omnium, merito & uolũtate paucorum est. Ideo dixit, deo meo. Non enim potest uox ista esse nisi sanctorũ, quorum deus dicitur, sicut deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob. Non potest uox ista eorũ esse, quorum deus uêter est, uel qui uitium aliud quodlibet fecere sibi deum. *Ago gratias deo*, id est, sacrificium laudis illi offero, non per me, sed p magnum pontificem, id est Iesum CHRISTVM. Qui enim uult deo sacrificium offerre, per manus pontificis debet offerre. Et ego tale sacrificium p hunc sacerdotem offero pro omnibus uobis, ut & uos similiter faciatis, agentes semper Deo gratias pro beneficijs quæ uobis contulit. Agere eñ deo gratias est sentire oñia bona ab eo esse data, & pro his laudare corde, uoce & opere. Agatis et uos gratias deo per Iesum mediatorem, per quem uobis dedit deus quicquid boni habetis, & p quẽ accipitis quicquid boni offertis. Vel ita: Ago gra-

A tias pro omnibus fidelibus. Et primum quidem pro omnibus uobis, scilicet quia uos primi estis, quoniam Romana ecclesia primatum habet inẽ omnes ecclesias. Et hic quoq; patet quod hæc epistola debuit prima poni. Ago gratias deo, quẽ digne colendo meum facio, nõ per legem, sed per Christum. Ago inquam gratias, primum quidẽ pro uobis, deinde pro cæteris. Primũ pro uobis, de quibus magna omnibus utilitas uenit, quia fides uestra etsi nondũ perfecta, iam tamen *annuntiatur in uniuerso mundo*. Roma tunc erat caput mundi, & de toto orbe illuc conueniebant, atq; Romanos suscepisse fidem Christianæ religiõis ubiq; diuulgabant, sicq; iã securius cæteræ per orbem nationes eandẽ fidem suscipiebant. Et hæc ẽ laus fideliũ Romanoq;, quia tale de eis exemplõ ubiq; spargebatur. Ideoq; cauere debebant, ne sicut fama fidei ipsorum procul audita fuerat, ita rumor dissensionis audiretur, & multis noceret. Incitanẽ enim ad profectum per hoc, quod fides eoq; ubiq; renuntiatur. Fides ẽ diuinitatis confessio, & religionis solidum fundamentum: quia ueraciter credimus id, quod uidere non possumus. Proprie yo
B nomẽ fidei inde uocatur, quia fiat quod dictum ẽ aut promissum. Fides enim est dicta ab eo, quod fit illud quod inter utroq; placitum est, i. inẽ deũ & hominem, scilicet ut homo faciat opere qđ dicit ore, & deus reddat ei beatitudinẽ quã ꝓmisit.

Testis enim mihi est deus, cui seruio in spiritu meo in euangelio filij eius, q̃ sine intermissione memoriam uestri facio semper in orationibus meis, obsecrans si quo modo tandem aliquãdo prosperum iter habeam in uoluntate dei ueniendi ad uos. Desidero enim uidere uos, ut aliquid impartiar uobis gratiæ spiritalis ad confirmãdos uos, id est, simul consolari in uobis, per eã quæ inuicem est, fidem uestram atque meam.

¶ Dixi quia gratias ago pro uobis, & hoc nõ falaciter dixi: nam deus ẽ mihi testis quod semper sum uestri memor in oratiõibus meis. *Deus*, cuius scientia non fallitur, ipse *mihi testis est*, qui nouit arcana, qui ueritatem considerat, ipse mihi testis est, quod uera sunt quæ dico. *Cui seruio in spiritu meo*, id ẽ, in affectu mentis meæ; quia non per simulationem illi famulatum exhibeo, sed quicquid foris bene erga seruitutem eius operor, hoc intus in uoluntate cordis similiter facio. Seruio illi, & hoc *in euangelio filij eius*, idẽ, in prædicatione unigeniti eius, per cuius incarnationem & mortem ac resurrectionem annuntio datam esse mundo salutem. Et ipse pater mihi testis ẽ, quod in orationi-

C bus meis semper facio memoriam uestri, id ẽ, ꝯtinuoq; oro pro me, oro & pro uobis: nec uestri obliuiscor in precibus meis, sed iugiter memoro, & hoc sine intermissione. Ecce prior facit Apostolus, quod alijs præcipit: Sine intermissione orate. Et tamen quod ait, *sine intermissione memoriam facio uestri*, nõ sic accipiendum ẽ, quasi semper hoc ageret, cum fragilitas humana hoc implere non possit: sed ita potius intelligendũ ẽ, quod nullus dies pertransiret, in quo pro eis non oraret. Hoc etiam dicit ut eum diligant, & audire desiderent, quem tanto studio pro ipsis orantem cognoscunt. Memor uestri sum in precibus meis, *obsecrans*, id ẽ, ob sacra quæ percepistis: deum orans, *si quo modo*, id ẽ, ut aliquo mõ prospero uel aduerso, *tandem*, id ẽ, post multa desideria, *aliquando*, id ẽ, saltem semel, si sæpius non potero: seu aliquando, id ẽ, aliquo tempore, siue æstatis, siue hyemis, *habeam iter prosperum*, id ẽ, efficax desiderioꝝ meoꝝ, *iter* dico *ueniendi ad uos*, & hoc *in uoluntate dei*, quia tunc erit utilis aduentus meus. Prosperum iter habeam in uoluntate dei, quoniam aliter prosperum iter nõ
D habeo, nisi uoluntas dei, quæ omnia nouit, & in bonis omnibus nos præuenit ac fouet, illuc me direxerit, ubi fructum aliquem habeam. Vel prosperum iter habeam in uoluntate dei, quia non semper proseritas itineris in dei uoluntate perficitur, sicut eorum qui prosperis successibus ad malum currunt. Ideo uenire ad uos obsecro, quia *desidero uidere uos*, & hoc scilicet, *ut impartiar uobis aliquid*, id est, ut faciam uos in aliquo participes spiritalis gratiæ, qui nunc carnali sensu ad inuicem contenditis. *Impartiar uobis aliquid* gratiæ spiritalis quæ in me est, id est, gratuiti beneficij dei, uidelicet prædicationis, uel miraculorum, *ad confirmandos uos*, id est, ut uos confirmem, quia iam aliquid habetis, sed adhuc infirmi & uacillãtes estis, ideoq; spiritali gratia ad confirmationem indigetis, per quam firmi esse possitis. Volo inquam uobis impartiri aliquid gratiæ spiritalis ad confirmandos uos in fide, id est, uolo simul consolari in uobis, *per eam quæ inuicem est fidem*, ut per communem fidem inuicem consolemur, & de gratia sancti spiritus inuicem gratulemur. Modo enim sum ego desolatus, & uos similiter, licet non sentiatis. Sed sic consolationem accipiemus ego & uos, si ego opus meum in uobis firmum & stabile uidero, & si uos apostolicæ gratiæ fueritis participes. Et ita *simul*, id est, uicario modo & ego in uobis, & uos in me, consolationem habebimus, *per eam fidem quæ est inuicem*, id est, communis, quod est græce catholica. *fidem*, dico *uestram atq; meam*, id est, si uestrã fidem uidero meam, & meam esse uestram, ut una eademq; sit & uestra & mea fides, tunc simul consolabimur.

Nolo eñ uos ignorare fratres, qa sæpe proposui uenire ad uos, & prohibitus sum usque adhuc, ut aliquem fructum

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeam in uobis, ſicut & in cæteris gẽ-
tibus. Græcis ac barbaris, ſapientibus
& inſipientibus debitor ſum, ita quod
in me promptũ eſt, & uobis qui Romę
eſtis, euangelizare.

¶Credendum eſt quod dixi, me deſiderium ha-
bere ueniendi ad uos, quia o *fratres* mei, id ẽ, eiuſ-
dem matris eccleſiæ filij, *nolo uos ignorare* quod nõ
ſolum *uolui*, ſed *propoſui uenire ad uos*, & hoc *ſæpe*
propoſui, ſed efficere nondum potui, quia *prohibi-*
tus ſum uſq; adhuc. i. uſque ad hoc tempus, uel à ſpi-
ritu ſancto, uel à membris diaboli multa impedi-
menta mihi, diſpenſante deo, ingerentibus. Ideo
toties propoſui ad uos uenire, *ut habeam in uobis*
aliquem fructum, æternæ mercedis, *ſicut & in cæteris*
gentibus, id eſt, ut pro labore prædicationis, quam
uobis impendo, habeam fructum ſupernæ retri-
butionis, ſicut habiturus ſum pro cæteris genti-
bus, quibus hucuſque prædicaui ab Ieruſalem in
circuitu puniuerſam Aſiam uſque in Illyricum,
ubi Europa incipit. Exemplo gentium iſtarum,
prouocat Romanos. Vel *habeam fructum in uobis*, id
eſt, ut uos accepto ſemine prædicationis, fructifi-
cetis uirtutes & opera bona, quia fructum illum
reputo meum. Volo, inquam, fructum in uobis
taliter acquirere, ſicut & in cæteris: quia omni-
bus *ſum debitor*, omnibus debitorem fecit me deus,
Græcis ac barbaris, ſapientibus & inſipientibus. Græci
duabus appellationibus omne hominum genus
diſtinxerunt, dicentes unumquemq; uel Græ-
cum eſſe uel barbarum. Nam quia ipſi Græci legi-
bus utebantur, omnes reliquos tanquam ſine le-
gibus uiuentes, barbaros appellauerunt. Et Apo
ſtolus non ſolum Græcis, ſed & barbaris, nec ſo-
lum ſapientibus, ſed & inſipientibus debitor eſt,
quia omnibus prædicare miſſus ẽ. Græcos dicit
ſapientes, apud quos omnis philoſophia erat: bar
baros autem uocat inſipientes, uelut imperitos.
Sed quomodo his omnibus eſt debitor, qui nihil
ab eis accepit, niſi quia per gratiam ſancti ſpiritus
ei datum eſt, ut omnium iſtorum linguis loqui
poſſet? Nam quia linguarum notitiam non pro ſe
quis, ſed pro his quibus prædicandum eſt, accipit,
debitor omnibus illis efficitur, quorum accipit à
deo linguæ notitiam. Sapientibus autem debitor
eſt per hoc, quod accepit ſapientiam in myſterio
abſconditam, quam perfectis & ſapientibus lo-
queretur. Inſipientibus quoq; factus eſt debitor
in eo, quod patientiæ gratiam & longanimitatis
accepit. Summæ etenim patientiæ eſt, ferre inſi-
pientium motus. Itaq; debitor eſt Apoſtolus *ſa-*
pientibus, ut eos ad maiora ſapientiæ arcana pro-
moueat: & *inſipientibus*, ut illos eruditat, quod tam-
diu patienter ferat, donec ab illis inſipientiam re-
moueat. Poſſunt etiam iuſti nomine ſapientium,
atque peccatores appellatione inſipientium deſi-
gnari. Et Apoſtolus debitor eſt *ſapientibus & inſipi-*
entibus, quia prædicatoris eſt debitum, iuſtis inui-
gilare ne cadant, & peccatoribus ut reſurgant:
iuſtos admonere ut uiam iuſtitiæ teneant, pec-
catores corripere ut uiam iniquitatis deſerant.
Debitor ſum Græcis & barbaris, atq; ſapientibus
& inſipientibus. *Ita & uobis qui Romæ eſtis*, ſum de-
bitor euangelizare, quia ſicut aliis, ſic & uobis de-
beo prædicare, quoniam ad omnes ſum miſſus.
De iudæis tacet, quia magiſter gentium eſt. Quod
ſcilicet euangelizare promptum eſt in me, quia ad
hoc agendum ſum paratus & uelox.

Non enim erubeſco euangeliũ. Vir-
tus enim dei in ſalutẽ omni credẽti, Iudæo
primũ & Græco. Iuſtitia enim dei reuelat
in eo ex fide in fidẽ, ſicut ſcriptum eſt,
Iuſtus autem ex fide uiuit. *Abac. 2*

¶Ideo ſum promptus ad euangelizandum,
quia non erubeſco euangelium, id eſt, nulla eſt mihi eru
beſcentia ex prædicatione euangelij, ſicut nõnul-
lis qui erubeſcebant prædicare Chriſtum crucifi-
xum, non intelligentes nihil dignius deo, quàm *Hebr. 10*
quod ad humanam ſalutem proficit. Nam inſigne
uirtutis & pietatis eſt, quod dominus propter ſa-
lutem imaginis ſuæ dignatus eſt uſq; ad paſſionẽ
crucis humiliari. Quod nunc Apoſtolus intuens,
non erubeſco, inquit, *euangelium*. Et quare non eru-
beſcis? Quia ipſum euangelium *eſt uirtus dei*, id eſt,
quod in euangelio prædicatur, uidelicet crux &
mors & reſurrectio ſaluatoris, eſt uirtus dei, q̃uis
ſtultitia uideatur in incredulis. Nulla enim ma-
ior uirtus eſt, quàm deuicta morte, homini uitã
perditam reddere. Talis *uirtus eſt* euangelium, ui-
delicet quia uirtutem uictoriæ Chriſti annunci-
at. Et *uirtus eſt* quia gratiam præſtat, per cuius áti-
xilium ualeamus facere quæ præcipit. Quod qa
lex non fecit, infirma fuit. Virtus eſt ualens, *in ſalu-*
tem omni credenti, *Iudæo primum*, ac deinde *Græco*, id
eſt, gentili, hoc ẽ, omni credenti, tam de circunci-
ſione, quàm de præputio, ualet euangeliũ ad æter-
nam ſalutem, Iudæus cauſa patrum, & quia pri-
or cognouit deum, proponitur gentili, quamuis
non ſit iam dignior propter hoc quod dominus
dixerat, filius meus primogenitus Iſrael. Vere
euangelium eſt uirtus dei, *nam iuſtitia dei reuelatur*
in eo, quæ uelata fuerat in ueteri teſtamento. Vel
ita: Vere euangelium ualet in ſalutem omni cre-
denti, *nam iuſtitia dei reuelatur in eo*, id ẽ, iuſtitia fidei
quæ tegebatur in lege. *Iuſtitia enim dei eſt*, qua gra
tis iuſtificat impium per fidem ſine operibus legis.
Quam reuelat euangelium, dum dat fidẽ homini,
per quam iuſtificatur qui credit deum iuſtum &
ueracem in promiſſis, ut inquirentes ſe remune-
ret, & contra, negligentes ſe damnet. Iuſtitia dico,
tendens *ex fide in fidem*, id eſt, ex fide ueteris teſta-
menti in fidem noui. Populus enim Iſrael in fide
erat, quia crediderat deo & Moyſi famulo eius.
Ex qua fide nunc ad fidem euangelicam tranſit.

Eius quippe eſt iuſtitia, qui tranſit de fide in fidẽ,
ut libẽter tranſeat iudæus, & quicunq; alius ex fi-
de ueteris in fidẽ noui teſtamenti. *Iuſtitia enim reue-*
latur ex fide legis, ubi prædicatur unus deus, *in fidẽ*
euangelij, ubi manifeſtat pater & filius & ſpiritus
ſanctus. Ex fide primi aduenẽ domini, in fidem
ſecundi. Ex fide reſurrectionis primæ, in fidem ſe-
cũdæ. Ex fide prædicatorũ, in fidem populorum.
Ex fide humanitatis Chriſti, in fidem eius diuini-
tatis. Ita reuelatur in euangelio ex fide iuſtitia, per
quam ſaluamur, ſicut ſcriptũ eſt in Habacuc: *iuſtus*
autem ex fide, id ẽ, qui iuſtificatẽ eſt ex fide, *uiuit*, id
eſt, æternam uitam conſequitur. Et ita ex fide iu-
ſtitia, & ex iuſtitia uita. Vel iuſtus uiuit interim *ex*
fide, dum eſt in hac peregrinatione, donec ad patri
am peruenies, uiuat ex ſpecie. Per fidem uiuere in
cipit anima, quæ per infidelitatem erat mortua. Fi
des autem qua uiuitur, ipſa eſt quæ per dilectio-
nem operatur: qm̃ fides ſi non habeat opera, mor *Iacob. 2.*
tua eſt in ſemetipſa. Quod tamen de illis qui tem-
pus operandi habent, intelligitur. Nã ſi quis mox
ut per fidẽ in baptiſmo iuſtificatus eſt, ex hac luce
migrauerit, hic ſola fide ſine ullis operibus uitam
conſequetur. Qui uero tempus bene operandi ha
bet, & operari negligit, fruſtra de fide præſumit.
Quod Apoſtolus dixit, quia iuſtus ex fide uiuit.
In propheta ſic legimus, Iuſtus autẽ in fide ſua ui-
uet. Sed ideo Apoſtolus magis translatione Se-
ptuaginta interpretum uſus eſt, qa ſcribebat Ro-
manis, qui ſcripturas Hebraicas neſciebant: nec
erat ei cura de uerbis, cum ſenſus eſſet in tuto, &
damnum ex eo præſens diſputatio non haberet:
quia & Hebræi qui Græcas literas dedicerant, edi
tionem Septuaginta interpretũ legebant. Ob hoc
ergo & iſtud & alia plura teſtimonia quæ ponit,
ab Hebraicæ ueritatis translatione, qua nunc uti-
mur, diſcordare uidẽtur: quia aliquando ſumit à
Septuaginta interpretib9, aliquando ſicut loquẽs
eodem ſpũ quo prophetæ, ſenſum ſumit tantum-
modo, utens ſuis uerbis ſuaq; diſpoſitione.

Reuelat enim ira dei de cælo ſup om *Galat. 3.*
nem impietatẽ & iniuſtitiam hoim eo-
rum, qui ueritatẽ dei in iniuſtitia deti-
nent. quia quod notũ eſt dei, manifeſtũ
eſt in illis. Deus em̃ illis manifeſtauit.
Inuiſibilia enim ipſius a creatura mũdi
p ea quæ facta ſunt intellecta, conſpici-
untur: ſempiterna quoq; uirtus eius et
diuinitas, ut ſint inexcuſabiles.

¶Nunc aggreditur gentiles ſecundum priorẽ
ſtatum, qui iactabant bonam naturam, & excuſa
bant ſuas turpitudines per ignorãtiam, oſtendẽs
eos & prius notitiam habuiſſe, & poſt per culpã
perdidiſſe, atq; bonam naturam ſibiipſis à deo reli
ctam, in omia mala præcipitatam. Quaſi dicat: In
euangelio *reuelatur iuſtitia Dei*, non ſolum qua iuſti
ficat per fidem pœnitentes, ſed & qua damnat in
malitia perſeuerantes. Nam ira dei quã iuſte pec- C
cantibus inferet, id ẽ, uindicta qua eos percutiet,
reuelatur in eodem euangelio ſuper eos uentura
de cælo. Vel ita: Ex fide eſt iuſtitia, & inde ſalus:
quia ex impietate eſt iniuſtitia, & inde ira, id eſt,
pœna. *Nam ira Dei reuelatur* &c. Non dixit, Inferẽ,
ſed, Reuelatur. Vbi enim reuelatur, non infertur,
non percutit: ſed reuelatur, ut terreat, & territis
non inferatur. Reuelatur per euãgelium, quæ an-
te erat occulta hominibus. Reuelatur ira dei, id ẽ,
animaduerſio diſtricti iudicis. Reuelatur *de cælo* ut
nouerint homines non ſolum bñficia, ſed & pla-
gas expectare de cælo. Vel *de cælo*, id eſt, de Eccle-
ſia reuelatur ira futuri iudicij, quoniam ab eccle-
ſia manifeſtatur peccantib9 ira iudicis uenturi de
cælis in fine ſeculi, *ſuper omnem impietatem & iniuſti-*
tiam hominum, id ẽ, ad conculcandam in ſupplicijs
eorum peruerſitatẽ, qui debitum cultum deo de-
negant, & qui in luxuria cæteriſque uitijs male ui
uunt. Impietas enim infidelitatem ſignificat, iniu-
ſtitia uero criminoſam conuerſationem. Impie-
tatem hominum. Eorum hominum dico, *qui* D
ueritatem DEI *detinent in iniuſtitia*. Omne quod mu-
tari poteſt, ueritas non eſt. Veritas dei eſt inuiſi-
bilis & incommutabilis eius ſubſtantia. Quam
detinent in iniuſtitia, quicunq; per uiſibiles & mu
tabiles creaturas, hominibus demõſtrauerunt co-
lendam idolorum culturam. *Veritatem* Dei, id eſt,
quod ipſe eſt uerus Deus, *detinent in iniuſtitia*: quia
cum uere ſciant uni creatori Deo debere cultum
ſummæ uenerationis exhiberi, eum iniuſte exhi-
bent creaturæ. *Veritatem* Dei, id ẽ, ueram de deo co
gnitionem, *detinent in iniuſtitia*, id ẽ, in malo opere,
malentes iniuſte morari in uoluptatibus ſuis, nec
pro dei ueritate quæ ſe illis ſponte offert, uolẽte-
à nequitia ſua recedere, ſed ipſam ueritatem in
nequitia ſi fieri poſſit, detineri ſecum. Dixi quia
detinẽt ueritatem dei, nec ſinunt ut ad aliorũ no-
titiam perueniat, dum ſimulacra pro deo docent
adorari. Nam illi nouerũt ipſam ueritatem, quã
cæteris abſcondũt: quia *quod notum eſt* Dei, id eſt, q
naturali ingenio ſciri poteſt de deo, *manifeſtum eſt*
illis. Multa enim ſunt quæ de deo per naturam ſci
ri non poſſunt, ſicut eſt myſterium incarnationis
& paſſionis, quod latuit ſapiẽtes mundi. Sed hoc
de deo naturaliter ſciri poteſt, quod ipſe ſit deus:
quia omnis creatura oſtẽdit ſe non eſſe deum, ſed
eſſe alium q eam fecerit, cuius ſeruitio parere ne-
ceſſe ſit: ita quod notum ẽ de deo, manifeſtum eſt
illis. Vel manifeſtum eſt in illis, id ẽ, in cordibus eo
rum, quamuis exterius in opere ipſorum non ap-
pareat. Habent enim in ſe unde noſcant eum, ſcili
cet naturalem rationem. Vere manifeſtum eſt in
illis, ſiue illis, quia Deus per opus ſuum manifeſta
uit illis, quoniã uirtus eius occulta ex his quæ pa-
lam ſunt, manifeſtat. Dominꝰ manifeſtauit, id ẽ,
nõ ſolũ naturalis ratio profuit, ſed deus quotidie
adiuuit, ne ſola natura ſufficere uideretur. Deus il
lis manifeſtauit oñſione creaturaq;, quoniã natu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

taliingenio intellexerunt qa hoc non est creator, ꝙ creatura. *Nam inuisibilia ipsius*, id ē, æternitis, uirtus, diuinitas & omnipotētia conspiciunt *a creatura mūdi* i. ab hoīe, in quo p quandā affinitatem oēs creaturę sunt, quia cōmune habet esse cum lapidibus, uiuere cum arboribꝫ, sentire cū aīalibus, intelligere cum angelis. Ab hac creatura mundi. i. ab hoīe, *conspitiūtur inuisibilia* dei, *intellecta p ea quæ facta sunt*, id est, per creaturas. Nam si uigilanter exteriora conspicimus, per ipsa eadem ad interiora reuocamur. Vestigia quippe creatoris sunt mira opera uisibilis creaturæ, quoniā per hæc q̄ ab ipso sunt, imus ad ipsum, menti enim ñr̄æ pctō suo exterius sparsæ, necdū deus sic interius innotescit: sed dum facturæ suæ decus foras proponit, quasi quibusdam nutibus innuit, & quæ intus sequamur ostendit, ac miro modo ipsis formis exterioribus nos ad interiora pducit. Viæ quippe ad creatorem sunt opera considerata creaturæ, quæ dum facta cernimus, porentiam factoris miramur. Nam quocūque se uerterit anima si uigilanter intendit, in ipsdem ipsis dominum inuenit, per quæ reliquit: eiusque potentiam eorum rursum consideratione cognoscit, quorum amore deseruit: & per quæ auersa cecidit, per hæc conuersa reuocatur. Vbi enim lapsi sumus, ibi incumbimꝰ ut surgamus. Et quasi ibi surgendo manum considerationis figimus, ubi pede amoris lubrici corruentes, negligendo iacebamus. Quia enim ab inuisibilibus per uisibilia cecidimus, dignum est ut ad inuisibilia ipsis rursum uisibilibus innitamur: et quo casu anima uenit ad infima, eo gradu reuertatur ad summa. Bene itaq; dr, quod *inuisibilia Dei conspiciuntur a creatura mundi*, id est, ab homine: *intellecta per ea quæ facta sunt*, quoniam per uisibiles facturas intelligitur inuisibilis factor. Sic enim & gentiles quamuis legem aut prophetas non haberent, cognouerūt deum, per uisibilem scilicet creaturam peruenientes ad intelligentiam inuisibilis creatoris. *Inuisibilia ipsius a creatura mundi*, id est, ab homine, qui omni creaturæ mundi præeminet; uel *a creatura*, id est, à constitutione mundi, conspiciūtur intellecta per ea quæ facta sunt ab eo, *sempiterna quoque uirtus eius & diuinitas*, quæ nihilo minus sempiterna ex conjecturis agnoscitur creaturæ similiter. Virtus est quæ regit omnia, diuinitas quæ replet uniuersa. Potest etiā *sempiterna uirtus eius* intelligi filius eius, per quem facta sunt omnia, & qui nunquam cœpit esse, sed sempiternus. i. semper æternus est cum eo, diuinitas autem spiritus sanctus. Intelligitur itaq; per uisibiles creaturas inuisibilis pater, & sempiterna uirtus eius, quæ est filius, ac diuinitas, id est, spiritus sanctꝰ, ad quē maxime sanctificatio pertinet. Ita ut & gentiles qui scripturas diuinas non habebant, sint inexcusabiles, qm̄ non fuerunt ueritatis ignari, sed ipsi ueritati quæ se illis reuelauerat, extiterunt ingrati.

Loco ob scurus.

Quia cum cognouissent deū, nō sicut deū glorificauerūt, aut gratias egerūt,

sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiēs cor eorꝝ. Dicentes enim se esse sapiētes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriā incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum & quadrupedum & serpentiū. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorꝝ in immunditiā, ut cōtumelijs afficiant corpora sua in semetipsis, qui cōmutauerunt ueritatem dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus in secula, Amen.

Ephesi. 4

¶ Non possunt excusari de ignorantia, sicut uolebant asserere. Qui reuera per naturalem rationē cognouerunt deum. *Et cum cognouissent eum*, nō glorificauerunt eum sicut deum, bñ uiuendo & colendo, aut etiam *gratias illi non egerunt* de cognitione eius, quam ipso donante perceperant. Debuissent enim illum glorificare digne colēdo & prædicando, atq; uoluntatem eius faciendo, & gratias illi ꝓ agere quod eorꝝ cordibus notitiam sui dignatus esset infundere. Gratias agere, id ē, pia deuotione grati existere, ut recognoscerent se sapientiam & oīa bona ab illo habere. Sed nō glorificauerūt eum, nec gratias ei reddiderunt, sed sibi tribuentes sapientiam, quam à se non habebant, & se putantes aliquid esse, cum nihil essent, euanuerunt in cogitationibus suis, quas à se, non à deo conceperant, *& obscuratum est* paulatim *cor eorum*, donec omnino fieret insipiens. *Euanuerunt*, quoniam uani, & falsi fuerunt *in cogitationibus suis*, & ratio mentis eorum fumo superbiæ obscurata est, dum in seipsis gloriarentur. Et uere euanuerunt; *Nam dicentes se esse sapientes*, id est, iactantes se quasi proprio sensu sapientiam inuenisse, *stulti facti sunt*, id est, obscuratum est insipiens cor eorum. Cum enim quidam eorum non solum ad instituta utilissimarū artium, & doctrinam liberalium disciplinarum, sed etiam ad inquisitionem summi boni aciē mentis intenderint, & inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta cōspexerint, non agentes tamen gratias deo, nec cōfitentes illum sibi esse huius facultatis autorem, sed dicentes se esse sapientes, id est, non in Deo, sed in semetipsis gloriantes, quasi ad ueritatis inspectionem suis studijs, atque rationibus propinquassent, *euanuerunt in cogitationibus suis*: & quod illuminante Dei gratia inuenerant, obcæcante superbia perdiderunt, relapsi à superna luce in tenebras suas, id est, ab incommutabili atque æterno bono, ad mutabilē corruptibilemque naturam. *Et mutauerunt* non solum sensu, sed & opere: quantum ad se, mutauerunt *gloriam incorruptibilis Dei*, talem scilicet fingētes Deum, qualis non est, & non sicut eum cognouerunt tradentes hominibus, sed simulachra pro deo coli censentes. Qui dum per cogitationum suarum uanitatem formas & imagines in deo requirerēt, dei imaginem perdiderunt: & in tantas stultitiæ tenebras deuoluti sunt, ut gloriam dei ad corporalem & corruptibilem humanæ formæ effigiem uerterent, & diuinæ maiestatis eminentiā ad brutorum animalium formas inclinarent. *Mutauerūt gloriam dei*, qui ē incorruptibilis & æternus, *in similitudinem imaginis corruptibilis hominis*, quasi similem facientes gloriam dei, id ē, gloriosum deum imagini hominis, & ipsam imaginem uelut deū colētes. Nec solum in similitudinem hominis mutauerunt gloriam dei, sed etiam in similitudinem *uolucrum & quadrupedum & serpentium*. A digniorib⁹ creaturis ad minus dignas gradatim descendit, ut ostendit illos in profundiores stultitiæ tenebras corruisse. Mos fuit ab antiquo Romanis adorare simulachra hominū, ut Romuli, Iouis & aliorꝫ, maxime ab aduentu Æneæ in Italiam: uolucrum autem & quadrupedum atq; serpentium, ex quo Alexandria ab Augusto uicta ē & Romæ subiugata. Consueuerāt enim colere deos omniū gentium, quas superassent. In tam uiles formas mutauerunt, ut dictum est, gloriam dei. *Propter quod deus tradidit*. i. dimisit, *illos in desideria cordis eorū*. Tradere enim dicitur deus, dum non retinet delinquentes, propter arbitrij libertatem ad malum promptissimam. Manifestum quoq; ē deum operari in cordibus hominum, ad inclinādas eorum uoluntates quocunq; uoluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum, iudicio utiq; suo, nonnunq̄ aperto, nonnunq̄ occulto, semper autem iusto. Nam propter præcedentia peccata, multiplicantur sequentia. Et deus qui peccatorem diu expectat ut redeat, nō redeūti atq; contēnenti ponit adhuc ubi grauius impingat. Peccatum quippe quod per pœnitentiam citius non deletur, aut peccatum ē & causa peccati, aut peccatum & pœna peccati, aut peccatum simul & causa & pœna peccati. Omne enim quod prius male committit, peccatum est. Sed si citius pœnitendo non tergitur, iusto iudicio omnipotēs deus obligatam peccantis mentem, etiam in culpā alteram permittit cadere. Peccatum ergo q̄ pœnitentiæ lamento non diluitur, peccatum est simul & causa peccati: qa ex illo oritur, unde adhuc peccatoris animus altius obligetur. Peccatū uero, quod ex peccato, id ē, ex secundo sequitur, peccatum simul est & pœna peccati: quia excrescente cæcitate ex retributione prioris culpæ generatur, ut quasi iam quędam sint in peccatore supplicia, ipsa incrementa uitiorum. Fit uero nōnunquam ut unum idemq; peccatum, & peccatū sit & pœna peccati simul & causa peccati. Quod bene Apostolus hoc loco demonstrat, dicens de infidelibus ac lubricis: *Cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis.* Ecce est peccatū & causa peccati. Ex qua causa quid sequitur adiungit: Et

obscuratum est insipiens cor eorū. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrū & quadrupedū & serpentiū. Ecce ē pctm̄ solummō. Et pœna peccati esset, si non adhuc ex hoc pctō & aliud sequeretur. Nam post infidelitatem eorꝫ subditur: *Propter quod tradidit illos deus &c.* Qui igit cognoscentes deum, non sicut deū glorificauerunt, ex eo pctō & causa peccati ad hoc q̄ꝙ pducti sunt, ut ad cultum serpentium & uolucrū laberentur. Sed qa per hanc etiā cæcitatem usq; ad immunditiam carnis & contumelias ceciderunt ipsa infidelitatis eorꝫ cæcitas, præcedenti intellectui & peccatum ē & pœna peccati: subsequenti ꝙo immunditiæ, peccatū facta ē & causa peccati. Prioris itaq; peccati merito, peccatorꝫ subsequētium fouea tegit, ut qui malum sciens perpetrat, deinceps iuste in alijs etiam nesciens cadat. Hoc quippe agit, ut culpis culpæ ferianꝫ, quatenus supplicia fiant peccantium, ipsa incrementa uitiorꝫ. Merito itaq; post idololatriæ culpam subditur: Propter quod tradidit illos deus &c. quoniam deus illos iuste deseruit & proprijs uoluntatibus, qui sibi prærulerant idola, & sicut scriptura loquitur: Initium fornicationis ē exquisitio idolorum, & adinuentio illorum corruptio uitæ est. Tradidit igitur illos ob idololatriam, id est, subtrahendo gratiam suam, permisit illos *in desideria cordis eorum*, id ē, ut inciderent in ea, quæ cor eorum desiderabat secundū carnis ardorem: desideria dico tendentia in immunditiam, id ē, in carnis macularionem, usq; adeo, *ut afficiant corpora sua contumelijs*, id ē, ut scilicet ipsi applicent corpora sua, *in contumelijs*, id est, in contumeliosis operibus. Contumelia est quæ ingeritur alicui contra dignitatem personæ. Et isti corporibus suis ac naturæ grandē fecere contumeliam, subdendo se tam pudendis turpitudinibus. Contumelijs affecerunt corpora sua, & hoc *in semetipsis*, id ē, se soli sine alijs maculantes. Illiſſe afficiunt corpora sua, qui commutauerunt ueritatem dei in mendacium, id ē, quod de deo uerum est, dederunt idolo, qm̄ sicut scriptura dicit: Incommunicabile nomen imposuerunt lignis & lapidibus. Nomen quippe deitatis est incōmunicabile creaturis, qm̄ solus creator proprie & uere deus nominatur. Sed gentiles hoc nomen imposuerunt lignis & lapidibus, qm̄ idola lignea & lapidea instituerunt appellari deus. Et hoc ē q̄d nūc dicunt in mendaciū mutasse ueritatē dei. Veritas em̄ dei, ꝙ ipse ueracit deus sit. Quā ueritatē uertit in mendaciū, qui idolum dicit uel putat esse deū. Falsum ē em̄ hoc. Nec solum ita ueritatē mutauerunt in falsitatem, æstimantes idola deos esse, q̄d falsum ē, sed etiā coluerunt ipsa idola, ne dicerēt, nō colo simulacra, sed res eorum, ut solem & cętera huiusmodi. Coluerūt nō creatorē, sed creaturā. i. non deum, sed idola, diligenter ornando coronis aureis ipsas imagines dæmonum, & eas flexis genibus adorando. *& seruierunt* thura & sacrificia offerendo *creaturæ potius quam creatori*, qua-

Sapi. 14

Sapi. 14

Universidad de Deusto
Biblioteca

A si esset melius seruire creaturæ, id ē, idolis & dæmonibus, quàm deo, *qui est benedictus in secula*, id ē, in æternum, *amen*, id est, uere. Cui qui adhæserūt, & ipsi cum eo benedicti erunt in secula ueracit. Sed gentiles effecti sunt maledicti & temporales, qui benedictum in secula reliquerunt.

Propterea tradidit illos deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorū immutauerunt naturalem usum, in eū usum qui est contra naturā. Similiter autem & masculi, relicto naturali usu fœminæ, exarserūt in desiderijs suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes.

¶Dixi quia seruierunt creaturæ, *Propterea tradidit illos deus*, id ē, ire permisit *in passiones*, id ē, in uoluptates, quæ etsi delectent, sunt passiones naturæ.
B Ecce iterum uindicta. Præcedens enim culpa q̄ seruierunt creaturæ, uindicta est, subsequentibus turpitudinum passiōibus. Superius dicti sunt mutasse gloriam dei in similitudinem imaginis uoluerum & serpentium, nec tamen coluisse dixit eos illa. Et propterea ceciderūt in immunditiam carnis uindice deo, cuius gloriam in idola mutauerunt. Deinde crescente errore, coluerunt pro deo ipsa idola quæ fecerāt, & seruierunt eis, sicut Apostolus loquit, ac propterea detestabilioribus adhuc immūditijs puniuntur. *Tradidit illos deus in passiones ignominiæ*, id est, in ardores uoluptatum nec nominandarum. Ignominia enim dicitur, quasi sine nomine. Appellatur enim ignominia, eo q̄ desinat habere dignitatis nomen ille, qui in aliquo crimine deprehenditur. Et uere in ignominiosas passiones traditi sunt: *Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem usum*. Non dixit cōiugalem usum sed naturalem: eum uolens intelligi, qui fit in mēbris ad hoc creatis, ut per ea possit ad generandū utercp̄ sexus cōmiscri. Ac per hoc cum eisdē mēbris etiam meretrici quisq̄ miscetur, naturalis est usus, nec tamen laudabilis, sed culpabilis. Ab ea uero parte corporis, quæ non ad generandum ē instituta, etsi coniuge quis utatur, contra naturā est & flagitiosum. Ita immutauerut fœminæ eum naturalem usum, in eum qui est contra naturam quia ipsæ fœminæ in fœminas turpia exercuerūt. Nec solum fœminæ contra naturam fornicatæ sunt, sed etiam masculi similiter relictis fœminis. quibus naturaliter possent misceri: exarserunt p iniquam uoluntatem *in desiderijs suis*, id ē, à se genitis. Exarserunt spiritu fornicationis inuicem, & nequissima desideria cōpleuerunt turpissimis operibus, *& mercedem quam oportuit erroris sui*, id ē, uindictam dignam & congruam peccato erroris sui receperunt, *in semetipsis*, id est, deum uindicauerūt in natura sua. Ideo enim Apostolus ipsa crimina euidenter expressit, ut cognoscamus eos rationē perdidisse naturæ, qui tam amentes effecti sunt, C ut oīa peruerterent in deū peruersi. Neq; em̄ ordinem naturæ seruare poterant, qui autorem naturæ dereliquerant. Idcirco fœminæ in fœminas, & uiri in uiros turpia egerunt, in quibus par culpa fuit, tam fœminarum quàm etiam uirorum.

Et sicut non probauerunt deū habere in notitia, tradidit illos deus in reprobū sensum, ut faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, neqtia, plenos inuidia, homicidio, contentiōe, dolo, malignitate, susurrones, detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuētores malorum, pa D rentibus non obedientes, insipiētes, incompositos, sine affectione, absq; fœdere, sine misericordia. Qui cum iustitiam dei cognouissent, nō intellexerūt, quoniam qui tale agūt, digni sunt morte: non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus.

¶Prædicta mala fecerunt gentiles. Et quia nec dū respicere uoluerunt, adhuc in alia ceciderunt. Cōmiserunt enim abominanda quæ diximus, & *non probauerunt dominum hæc habere in notitia*, id est, cum multis rationibus possent probare deū habere in notitia hæc crimina, tamen putauerunt deū ignorare & negligere ea. Et sicut ex syn culpa hoc putauerunt, sic ex eadem culpa factum ē, quod tradidit illos deus in reprobum sensum, ut putarent omia reprobanda esse facienda: & cum tā turpia operarentur, nescirent se malum operari. Vel ita: Non solum supradictas abominationes fecerunt, sed etiam *non probauerūt*, id ē, nō elegerunt deum habere *in notitia*, id ē, ut cognoscerent eum. Ille *probat*, id ē, probum & laudabile esse iudicat, habere deū in notitia, qui pia deuotiōe studet eum in animo semper habere, & tanquā præsentē timet eū ac reueretur, & peccare nō audet. Sed hoc gentiles non fecerunt. *Et sicut non probauerunt deum habere in notitia*, id est, ut haberent eum in notitia sua, uel eum scirent nosse mala quæ faciebant, *tradidit*, id ē, dimisit *illos deus in reprobum sensum*, ut iam nihil intelligant nisi quod à probitate remotum ē: *ut faciant ea quæ non conueniunt* rationi uel naturæ. Ea q̄ non conueniunt facere, est illa agere, quæ diuinæ leges detestantur. Illos dico non parum habentes iniquitatis, sed repletos omni iniquitate. Cuius partes enumerantur, cum subditur: Malitia, fornicatione &c. Genus em̄ præmittitur, & species subiunguntur, ut gentiles euidentius accusentur & terreantur. Malitia pertinet ad mentem, formi-

A catio ad carnem: Malitia enim est, qua quis machinatur lædere alium quocunque modo. Fornicatio autem dicitur à fornicibus, id est, ab arcuatis, in quibus meretrices prostituebātur. Sed hoc in loco intelligitur fornicatio noīari, quicquid extra legale connubiū committitur. Auaritia uero est insatiabilis amor habendi. Nequitia est temeritas uel præsumptio, quādo quis audet quod nequit efficere. Vel nequitia dicitur à nequicquam: & est defectio boni, quando quis ab amore cœlestium deficit, & in amorem terrenorum exardescit. Sic enim tendit ad nequicquam, id est, ad uanitatem & ad non esse, recedēs à uero Dei esse. Inuidia uero est, quæ aliena felicitate torquetur, & in duplicem scinditur passionem, cum quis aut quod ipse est, alium esse non uult: aut alium uidens esse meliorem, dolet se nō esse consimilem. Homicidium autem, ex homine & cæde compositum est. Et pulchre homicidium inuidiæ sociauit Apostolus, quoniam ipsa est prima huius criminis materia. Nam primum homicidium & diaboli & Cain, de inuidia ortū est, & adhuc nonnunquam fiunt homicidia per inuidiam. Contentio autem est, ubi non ratione aliquid, sed animi pertinacia defenditur: & ubi non ueritas quæritur, sed animositas fatigatur. Dolus uero est mentis calliditas, ab eo quod eludat. Aliud enim agit & aliud simulat. Dolus inquam est occulta malitia, blādis sermonibus adornata, cum aliud sonat in ore, & aliud latet in corde. Malignitas autem est mala uoluntas, quę
B malo igne accensa, neminē uult amare, nec operari unde debeat amari. Inter malitiam & malignitatem hæc distinctio est, quod cogitatio prauа mentis, malitia dicitur: malitiæ autem uotū uel opus, malignitas appellatur. Susurrones uero sunt, qui in auribus alicuius loquūtur malum de alio. Detractores autē, qui uirtutes ab aliquo suis uerbis detrahunt uel minuunt. Susurro quippe à sono loquutionis dicitur: quia non in facie alicuius, sed in aure loquitur secrete derogando. Detractio autem est, aliorum bene gesta opera uel in malum uitiose mutare, uel inuidendo fallaci fraude diminuere, cum aut mala dicūtur quę bona sunt, aut parua bona quę magna sunt. Detrahere enim est, bona alterius deorsum trahere, id est, inclinare & premere, uel de ipsis bonis aliqua trahere, ut pauciora seu minora quam sunt, ostendantur esse. Ne autem uiderentur susurrones & detractores parum peccare mox addidit, Deo odibiles. Odibiles enim sunt Deo, qui male susurrant de proximis suis uel detrahunt eis. Vel Deo odibiles dicuntur, qui seminant inter amicos discordias. Vnde Salomon testatur, quia sex sunt quæ odit Deus, & septimum quod detestatur anima eius: ipsumq̄ septimū est ille, qui
Prou. 6. seminat inter fratres discordiam. Contumelioſi uero uocantur, qui ueloces sunt in uerborū uel factorum iniurijs. Contumelia enim dicitur factum uel dictum, quod indignum & inconueniens est illi, cui iniuste & contumaciter infertur.

Superbi sunt, qui iudicant de se supra quàm de- C
beant esse. Superbia enim est, peruersæ celsitudinis appetitio. Peruersa autem celsitudo est, deserto eo cui debet animus inhærere principio, sibi quodā modo fieri se principium. Hoc fit, cum sibi nimis placet, id est, cum ab illo incommutabili bono deficit, quod magis ei placere debuit, quàm ipse sibi. Elati quoque sunt, qui efferunt supra mensuram suam, uel qui maiorum institutis non acquiescunt, dum nolunt pati priorem uel parem. Inuentores malorum sunt, qui noua genera peccandi reperiunt, uel noua tormenta, quibus alios crucient, siue nouas leges iniustas, aut alia quæhibet mala primi inueniunt. Hæc em̄ malis studijs illi solent agenda inuenire, quibus non sufficit, ut faciant mala quæ priores sui fecerunt, aut quæ contemporaneos suos adhuc facere conspiciunt. Qui uero sunt parētibus non obedientes, feris sunt indomabiliores: quoniam feræ suis parentibus sunt subditæ & acquiescentes. Insipientes autem sunt, qui ab ipso fonte sapientiæ, qui deus est, recesserunt. Et ideo incompositi, quia omnis insipiens inordinatus est. Incompositi sunt habitu, incessu & motu. Incompositio enim corporis, indicat qualitatem mētis. Sine affectione sunt, qui uiscera dilectionis, quibus erga alterum moueantur, non habent, sed durū & insensibile cor erga proximi dilectionem gerunt. Absque fœdere sunt, qui societatem omnium fugiunt, qui fœdus cōcordiæ & societatis habere cum nullo uolunt. Sine misericordia sunt, qui non compatiuntur miserijs aliorum. Et omia hæc mala fuerunt in gentilibus. Qui cum iustitiam dei cognouissent, non intellexerunt, quoniā qui talia agunt, digni sunt morte. Per hoc quod D
eis naturaliter displicet malum, cognouerunt iustitiā dei. Et licet hanc ita cognouissent, non intellexerunt eos qui talia faciunt, dignos esse perpetua morte. Quoniam si intellexissent, timuissent: si timuissent, nunquam talia commissent. Amiserunt enim lumen intelligentiæ, ex quo deseruerunt fontem cœlestis sapientiæ. Et ideo quamuis non intellexissent, nō possunt excusari, quia præcedentibus culpis meruerant sic excæcari. Qui ne putarentur his tantum pœnis affligi, quibus delectabantur, id est, supradictis criminum turpitudinibus, addit ultimā mortem æternā Apostolus: Digni sunt, inquit, morte qui talia faciūt. Vbi cum magno timore notandum est, quia nō nulla quæ putātur leuia, posuit inter ista pro quibus æterna mors acquiritur, sicut sunt ea quæ faciunt susurrones & detractores, & incompositi uel contentioſi. *Digni, inquit, sunt morte non solum qui faciunt ea, sed & qui consentiunt facientibus*, ut nullus excusetur. Sunt em̄ quidā qui se reos nō putant, si non operātur quæ mala sunt, cōsentiunt aūt facientibus. Cōsentire aūt est, si quis cum possit reprehēdere, taceat uel aduletur. Sed facientes & cōsentiētes, æternā mortē merētur. Hucusq̄ uitia gētiliū Apostolus detestando manifestauit, ne iam de pristinis actibus se excusarēt: sed quales antea

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fuerant, humiliter recognoscerēt: ne se Iudæis superbe præferrent, sed tanto magis deū diligerēt, ac gratiæ eius obnoxij fierēt, quāto plura & maiora peccata ab eo sibi esse dimissa considerarēt.

CAPVT II.

PRopter q̄d inexcusabilis es o hō omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterū, teipsum cōdemnas. Eadem enim agis, q̄ iudicas. Scimus enim qm̄ iudicium dei est secundum ueritatem, in eos qui talia agunt.

Matt. 7.

¶ Omnes, inquit, & facientes, & assentientes, digni sunt morte. *Propter quod*, i. propter quā causam, *inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas* alios. homo dico, non gentilis tm̄, sed & omnis, siue gētilis, siue Iudæus, siue maior, siue minor. Cū enim dicit omnis, subintrat iam mōstrare nō solū gentilem, sed etiā Iudæū, qui secundū legem uolebat iudicare de gentilibus. Cōmuniter ergo nunc de Iudæis & gētilibus agit, Iudæus em̄ iudicabat gētilem scām pristinam conuersationē, & gentilis Iudæum. Vterq; aūt hō. Si Iudæus gentilem iudicat de idololatria, & multi Iudæoꝝ coluerūt idola. Si gentilis Iudæū de legis p̄uaricatione, & ipse præuaricator est legis naturalis. *Inexcusabilis*, inq̄, *es o homo omnis qui iudicas*. Hic oſtēdit, quia unusquisq; hō naturaliter scit, q̄uis se hoc scire non aduertat, scilicet se a deo scām actus proprios iudicandum. Quomodo enim ipse alium peccantem

B iudicio suo damnaret, si deum ita facturū naturali sensu non uideret? Omnes enim per naturalem legem atq; rationem norunt, & innocentiā præmium, & malitiam mereri suppliciū. Inexcusabilis es, quia tu ipse testis es damnatiōis tuæ. Nam *in quo iudicio iudicas alterum* ad damnationē, *in eo condēnas teipsum*: qm̄ eadem agis tu ipse, quæ iudicas in altero esse damnabilia. Et sicut iudicas de alio, sic potes scire quod deus iudicabit de teipso. Et uere iudicaberis à deo, sicut iudicas alios qui faciunt ea quæ & tu facis: quia scimus quod iudiciū dei est secundū ueritatē in eos qui talia faciunt. Nō enim accipiet personā in iudicio: sed siue maior, siue minor, siue Iudæus, siue gētilis sit quisq;, deus illum uero iudicio, prout dignū fuerit, iudicabit. Notandum quoq;, quod hæc sententia similiter damnandum manifestet etiam nostri tēporis quēlibet iudicem, uel ecclesiasticum, uel secularem, qui facit ea quæ in alijs iudicat.

Existimas aūt hoc o hō, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, qm̄ tu effugies iudiciū dei? An diuitias bonitatis eius & patiētię & lōganimitatis contēnis, ignorās qm̄ benignitas dei ad pœnitentiā te adducit? Scām duritiā autē tuā & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelatiōis iusti iudi-

Mat. 16. cij dei, qui reddet unicuiq; scām opera eius: his quidē, qui scām patiētiam bo- C
ni operis, gloriam & honorē & incorruptiōem quærentibus, uitam ętернā: his autē qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt ueritati, credūnt autē iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animā hominis operantis malum, Iudæi primū & Grę ci. Gloria autem & honor & pax omni operāti bonū, Iudęo primū & Gręco.

¶ Nos scimus iudiciū dei esse in eos qui talia faciunt. Sed tu cum eadē facias, putas te euasurū illud iudiciū? Et hoc est q̄d increpatiue dicit, *Existimas aūt hoc o homo qui iudicas*, i. iudicio tuo damnas eos, qui talia agunt, & facis ea, *quoniam tu effugies iudicium dei*? Quamuis enim potestatem nunc super cæteros habeas, & nō sit qui te in hoc mundo iudicet, non tamen existimare deum tibi parciturum debes, si male egeris. Putare enim posset aliquis imperitus, quod tanto liberius sibi peccare liceret, quanto diligentius alios à peccato compesceret. *Existimas quoniam iudicium eius effugies*, id est, nūquid tibi de impunitate blandiris, quia deus in præsenti non reddit? *An contemnis diuitias bonitatis eius*, id est, diuitem & copiosam eius bonitatem, quia nunc misericordiæ tempus est, & *diuitias patientiæ eius*, qua peccantes patiēter tolerat. D
& *longanimitatis*, qua diutius illos ad pœnitentiam expectat? Seuere loquitur Apostolus, quia mala & dura mens non reuocatur nisi terrore. Diuitiæ autem bonitatis dei in hoc manifestantur, quod tāta quotidie in terris mala faciunt homines, & tamen eis deus solem suum producit, & pluuias ministrat, aliaq; multa bona largitur, blandiens ut ad pœnitentiam per bēficia prouocet. Dīues esse mōstratur & patiētia eius, qui tot & tanta mala facientes patienter sustinet. Dīues est & longanimitas eius, quoniā nō statim punit eos, sed expectat ad pœnitentiā per multa tempora. Sed has diuitias bonitatis & patiētiæ & lōganimitatis cōremnit, qui nō sic utitur eis ad pœnitētiam, ut deus intendit, sed ad uanam securitatem uertit, æstimans deum aut non curare humanas res, aut donare quod differt. An contēnis, inquit, has diuitias, *ignorans*, id est, nō cogitās, *quoniam benignitas*, id est, pia misericordia *dei adducit te*, quantum in se est, *ad pœnitentiam*, dum tibi spatium adhuc tēporis indulget? Ipsa te prouocat ad pœnitendum. Sic tu *secundum duritiam tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram*. quia durus es & in malitia tua pertinax, de qua nec corde pœnites. Sunt enim quibus mala q̄ agūt, displicēt. Sed tu nec in corde pœnitentiā agis, quia nimis induratum est in malitia cor tuū. Et *secundum hanc duritiam tuam thesaurizas tibi iram*, id est, accumulas & reponis tibi uindictam exercendam *in die iræ*. id est, in die ultionis extremæ. *Iram thesaurizas*, id est, in occulto multiplicas tibi, deterius peccando per

A indultum temporis spatium. Nam qui conuerti non uis, etiam spatio tēporis accepto, per hoc mala tua ad reatū auges, per quod ea dilucere poteras, si conuerti uelles. De benignitate enim dei iram sibi reprobus thesaurizat, quia dū ad pœnitentiā tēpus accipit & ad peccandū expendit, ipsum remedium gratiæ uertit in augmētū culpę. Vnde & omnipotēs deus, quia collata remedia conspicit ad culpæ argumentū trahi, ipsam benignitatem quā contulit, in iudicij distributionem uertit, ut inde plus feriat, unde mō amplius exspectat: & quia hō deserere malū non uult ut uiuat, augeat unde moriat. *Thesaurizas*, inquit, *tibi iram uenturā in die iræ*. i. in die iudicij, qua deus uidebit iratus esse reprobis, licet nulla mentis p̄turbatiōe moueatur. *& in die reuelationis iusti iudicij*, id est, in qua reuelabit quod nunc occultum est, iustū iudiciū dei, qui tā iuste iudicabit, *ut reddat unicuiq; secundū opera eius*. Et uere ita unicuiq; reddet, nā bonis bona, & malis mala. Et hoc est: *His quidem* reddet gloriam, qui sunt boni operis *scām patientiam*. i. qui bona operantur, bene utentes patiētia dei, uel qui *scām patientiam* bū operantur. i. mercedem boni operis sui per patientiam expectant, perdurantes usq; in finem in bono & patientia, ut bona faciant & mala tolerent. His reddet *gloriam*, ut fulgeant sicut sol in regno patris eorum: *honorem*, ut sint ei similes sicut Iohannes dicit: Quia cum apparuerit, similes ei erimus. *& incorruptionem*, id est, immortalitatem. Hæc reddet deus illis, qui sunt secundum patientiam boni operis, *et hoc quærentibus uitam æternam*, id est, illis solummodo, qui ex patiētia & bona actione sua nil aliud quām uitam æternam quærunt. Etsi enim patientiam boni operis oſtēdunt, gloriam tamē & incorruptionem non recipient, si intentione cordis uitam æternam non quærunt. istis quidē gloria dabitur. *Sed his qui sunt ex contentione*, sicut uos qui nunc contenditis adinuicē, *qui sunt ex contentione*, id est, ex ueritatis impugnatione, ubi quod asseritur, non ratione, sed animi pertinacia defenditur. *& qui non acquiescunt* euangelicæ *ueritati* cum eis annunciatur, ut faciāt quod ueritas præcipit, *sed credunt iniquitati*, quā diligūt, promittētes sibi impunitatem malorum quæ faciunt. His redditur *ira*, id est, iusta ultio Dei, *& indignatio*, id est, seueritas eius, *tribulatio* de reatu conscientiæ *& angustia* de uana pœnitentia, quando erunt inter se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Vel *ira*, id ē, pœna, *& indignatio*, quia sibi ipsis indignabuntur, quod male agentes iram dei meruerunt. Huiusmodi *ira & indignatio* dabitur corporibus & animabus eorum in futuro. Et ante. quam animæ eorum resocientur corporibus, interim ueniet *tribulatio*, quantū ad exteriorem cruciatum: *& angustia* quantum ad conscientiam, quæ torquebit intrinsecus ipsas animas. Vel post resurrectionem *tribulatio* in corporibus, *& angustia* in animabus. Hæc pœna ueniet *in omnem animam operantis malum*: quia anima prima peccat, & idcirco pœnam principaliter sentit. Superius eti-

Alias districtionem

2. Ioh. 3

B

am dictum erat, reprobū thesaurizare sibi iram in die iudicij. Et nunc ne quis putaret quod reprobi usq; ad diem illam sine pœna essent, additur, pœnam esse dandam *in omnem animam hominis operantis malum*. Ac si dicatur: Non solum in illa die & deinceps sentiet iram malus, sed & ante. *In omnem animam operantis malū, Iudæi primum & deinde Græci*, id est, gentilis. Iudæus gentili in culpa præfertur, quia præter naturalē legem, & Moysi legē scriptā habuit, ac præuaricatus est. Iudæus semp ante ponit, quia primus deum cognouit: & credens, propter Abraam honorificētior est: diffidēs aūt, peius tractandus, qm̄ promissa patribus refutauit. Ostenso aūt quod male operātes ex utroq; populo sint puniendi, ostendit econtra quod bñ agentes ex circuncisione & præputio sint glorificandi, ideoq; sententiā præmissam repetit: Pœna erit male operanti. Sed *gloria*, id est, splendor clarificati corporis, *& honor*. i. locus ad dexteram iudicis, *& pax*, id est, omnimoda quies in regno, erit *omni operanti bonum*: non dico omni qui uideī operari bonum, sed qui ueraciter operatur quod deus bonum iudicat. *Iudæo primum*. Primum credulitatis tempore, non dignitate. Iudæi enim primo crediderunt, ac bonū operari sunt, & postea Græci, per quos signantur gentiles, sed nunc utriq; parem in regno locum beatitudinis habent.

Non est em̄ p̄sonarū acceptio apud deum. Quicūq; em̄ sine lege peccauerūt, sine lege peribunt. Et quicunq; in lege peccauerunt, p legē iudicabuntur. Nō em̄ auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur.

Deut. 10. 2. Par. 19 D

¶ Iure æquiparo Iudæum & gentilem in pœna & gloria, quia deus iudicat non secundū personas, sed secundum merita. *Non enim est apud deū acceptio personarum*, sed acceptio bonorum operū. Siue enim Iudæus, siue gentilis, unusquisq; secundum opera sua iudicatur a deo. Et uere deus personam non accipit. *Nam quicunque peccauerūt sine lege*, sicut gentiles, qui legem scriptam non acceperūt: *peribunt sine lege*. i. nō fiet de eis legale iudiciū, quia in gehennā sine iudicio præcipitabuntur. *Et quicunq; in lege peccauerunt* sicut Iudæi, qui legem Moysi non seruauerunt, *p legem iudicabuntur*. i. dānabuntur: quia ipsi audient uerba iudicis, ut pereant propter legē eius quam acceperūt ac uiolauerunt. Vel hoc potest hæc sententia intelligi demonstrare, quod quicunq; minus peccat, minus punietur: & qui magis peccat durius damnabitur. *Nam quicūque peccauerūt sine lege*. id est, sine legis transgressione, sicut gentes, scilicet qui minus peccauerūt. *sine lege peribūt*, id est, minus punientur: quia tantum propter peccata sua damnabuntur, non propter transgressionem legis Mosaicæ, quia non habuerunt illam. Et ediuerso *quicunque peccauerunt in lege*, id est, grauius peccauerūt legem transgrediendo, *p legem iudicabuntur*, id est, atrocius damnabunt; quia & propter legis præ-

Ephe. 6. Col. 3. Actu. 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uaricationem, & propter peccata sua punientur. Et uere per legem iudicabuntur, ut pereant, quia propter solam legis notitiã non saluabũtur, quoniam solo legis auditu non iustificantur, & sine iustitia nemo saluatur. *Non enim* illi qui tantum *auditores* sunt *legis iusti sunt apud deum*, quamuis apud homines æstimentur iusti: *sed factores legis iustificabuntur*, id est, iusti iustificabuntur. Factores enim legis, utique iusti sunt. Ac per hoc tantundem est ac si diceretur: Factores legis creabũtur, nõ quia erant, sed ut sint, ut uel sic intelligerent etiam iudæi legis auditores, indigere se gratia iustificatoris, ut possent esse factores. Vel *iustificabuntur*, id est, iusti deputabuntur. Factores enim legis illi sunt, qui credunt in Christum, quem lex promisit, & de quo Moyses ait: ipsum audietis tanquã me. Sed credere in eum & audire eũ, id est, obedire ei, nemo potest nisi donante ipsius gratia.

Deut. 18

Cum enim gẽtes quæ legẽ non habẽt, naturaliter ea q̃ legis sunt faciunt, eiusmodi legẽ non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptũ in cordibus suis, testimoniũ reddẽte illis conscientia ipsorum, & inter se inuicẽ cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die, qua iudicabit deus occulta hominum secundum euãgelium meum per Iesum Christum.

B ¶ Factores legis iustificantur, quia etiam gentes. Et hoc est quod adiungit, *cum enim gentes &c.* Vel ita dixerat gentilem damnari si male operaretur, & saluari si bene. Sed cum legem nõ habeat, & quasi nesciat quid sit bonũ, & quid sit malum, uideretur neutrũ sibi debere imputari. Contra Apostolus: Et si non habet legem scriptam, habet naturalem, qua intelligit & sibi conscius est, quid sit bonum uel malum: & ideo credẽdus est bene uel male operari, & merito saluari uel damnari. Quod non est nisi per gratiam & fidem, quę renouat naturalem imaginem dei in homine scriptam, sine qua renouatione male operatur & damnatur accusante eum conscientia. Et hoc est quod ait: *gentes quæ legem* Mosaicã *non habent, naturaliter* .i. naturali rõne suadente, *faciunt ea quæ legis sunt*, id est, quæ lex fieri iubet, *non habentes legem eiusmodi*, id est, scriptam, *ipsi sunt sibi lex*, id est, naturalis ratio est eis lex, qui bona laudantes & mala damnantes, *ostendunt opus legis esse scriptum in cordibus suis*, id est, firmiter impressum rationi eorum. Nullus enim est qui facit alteri iniuriã, nisi qui fieri nolit sibi. Et in hoc trãsgreditur naturæ legem, quam non sinitur ignorare, dum id quod facit, non uult pati. Opus enim legis est, non occidere, non mœchari, non furari, nõ concupiscere, non falsum testimonium dicere, patrẽ & matrẽ honorare, & his similia facere, unumq; deum creatorem omnium credere. Et hæc omnia naturalis ratio scripsit in corde gẽtilium. Et ita nouerũt quid agendum esset, & quid uitandum, *testimonium reddente illis* in die iudicij *conscientia ipsorum* de his quæ fecerunt: quia ipsi sibi testes erunt bonorum & malorum quæ gesserunt, scientes inde se merito saluari uel damnari. Nec solum conscientia operum, sed & *cogitationum* malarum uel bonarum, cogitationum dico *accusantium inter se inuicem aut etiam defendentium*: quia uicissim se accusabunt uel defendent ipsæ cogitatiões in cõspectu iudicis, ut cogitationes nostræ omnes uno tempore congregatæ, iustum iudicem probent, dũ aut accusat nos nostra conscientia aut excusat, utrum plura sint peccata an bona opera, & utrum uetera an noua, utrum deleta pœnitẽtia an nouis sceleribus instaurata. Ita uel accusabunt uel defendent nos cogitationes nostræ, non utiq; illæ quæ tunc erunt, sed istæ quæ nunc sunt in nobis. Cũ enim siue bona siue mala cogitamus uelut incerta, sic in corde nostro tam bonarum quàm malarum cogitationum notæ quædã & signacula relinquuntur. Quæ in occulto nunc pectoris posita, in die illa reuelabuntur ab eo, qui solus potest occulta hominum scire. Quarum notarum causas non latere deum, etiam conscientia nostra contestabitur. Et quia non solum opera, sed etiam cogitationes in illo iudicio tã subtiliter exquirent, ideo fidelis quisq; semetipsum debet introrsus discutere nunc, & uehemẽter ante iudicium examinare, ut districtus iudex eo iam trãquillus ueniat, quo reum suum discutere appetit, tã proculpa punitum cernit. *Testimonium*, inquit, *reddente illis conscientia*: quoniam conscientia propria sufficit unicuiq; ad testimoniũ. Conscientia, subaudiatur operũ & *cogitationũ inter se inuicem accusantium uel etiã defendentiũ*. Nõ dicit quod eædẽ cogitationes accusant & defendãt, sed quod uicissim q̃dã accusant, & quædã defendant contra malignorũ spirituũ accusationẽ. *Conscientia reddente testimoniũ in die quæ iudicabit deus*, uel *in die* .i. in luce, *cũ iudicabit deus occulta hominũ* .i. secreta cordis uel pctã latentia, per cõfessionem nõ manifestata, iudicabit deus: & hoc *secundum euangeliũ meũ*, id est, secundũ euangelium quod ego prædico. & iudicabit non per seipsum, sed *per Iesum Christum*: quia pater non iudicat quemquam per seipsum, sed per filium, quoniam omne iudicium dedit filio.

C

D

Si autẽ tu Iudęus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti uoluntatẽ eius, & ꝓbas utiliora, instructus p legem, cõfidis teipsum ducem cęcorũ esse, lumen eorũ qui in tenebris sunt, eruditorẽ insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & ueritatis in lege.

¶ Postquam alloquutus est gentium partes, uel communiter de Iudæis & gentibus est loquutus, nunc ad solos Iudęos sermonem dirigit, cupiens eos humiliare, quoniam ex accepta lege

A superbiebant, & gentes quasi peccatrices despiciebant. Grauius enim accusat illos peccasse præuaricando legẽ. Quasi dicat: Gentilis habet tm̃ naturalem legem, sed tu si Iudæus uocaris & legem scriptam habes, maiora dona diuinitus accepisti, & maiora bona debes operari. *Si tu cognominaris Iudæus*, id est, si à tua cognatione trahis hoc nomen quod est Iudæus, non habens nõis significatum, hoc est, non rei ueritate Iudęus, sed solo nomine, quod tibi propter dignitatẽ uendicas à Iuda, qui dignior fuit inter filios Iacob. *& requiescis in lege*, id ẽ, delectaris in scriptura legis, quia nõ est tibi laborandũ ad ꝙuirendã ueritatẽ, sicut gentilibus qui legẽ nõ habẽt, *& gloriaris in deo*, non eo modo quo postulat gratia, quæ non operũ meritis, sed gratuita datur, sed uelut qui solus meruerit legẽ eius accipere. *& nosti uoluntatem eius* .i. quid ipse uelit ab hoĩbus fieri; uel uolũtatem eius, de redemptiõe humani gñis. *& probas utiliora*, id est, de utilibus utiliora scis eligere. *instructus p legem*, quia p naturam multa utilia probant, per legẽ uero utiliora, & per gratiã perfectiora. si talis es, *confidis teipsum esse ducem cæcorũ* .i. te posse ducere per uiã iustitiæ eos qui non intelligunt quid debeãt agere, & te esse lumẽ eorũ qui in tenebris sunt, quod scilicet possis eos illuminare. Cæcos in tenebris posi tos, intelligamus gentiles, qui & lumine rationis priuati sunt: & si quid sciunt, tñ in tenebris sunt. Vel quoslibet mente cæcatos & in tenebris ignorantiæ constitutos accipiamus, quorum Iudæus

B se nõ solum manuductorẽ, sed & illuminatorẽ esse gloriatur propter legis notitiam. *Et eruditorem insipientiũ*, id est, quod imperitos Iudæos ponere possit extra ruditatem, qua legem aliquõ mõ sciunt, sed qũo eam debeant intelligere, dubij sunt, & inde inter se loquuntur. & *magistrum infantium*. eorũ Iudæorum, qui neq; fari sciunt de legis dubietatibus, *habentem formam scientiæ & ueritatis in lege*, ut alijs exemplar scientiæ legis sit & ueritatis. Quidam em̃ habent scientiam & intellectũ alicuius libri, & ita sentiunt sicut autor ipse sensit, non tñ habent inde ueritatem, quia nesciunt qũo sit uerum, nec etiam uerum esse sciunt. Sed Iudęus habere se iactat & sensum legis, & scire uerũ esse illũ sensum legis, ita ut alijs habere uolẽtibus sit exẽplar, tanq̃ qui ex legis litera formam scientiæ & ueritatis acceperit. Et quia hæc omnia profitẽ quidem, nec tamẽ uere tenet, ideo subiungitur.

Qui ergo aliũ doces, teipsũ nõ doces? Qui p̃dicas nõ furãdum, furaris? Qui dicis nõ mœchãdũ, mœcharis? Qui abominaris idola, sacrilegiũ facis? Qui in lege gloriaris, p ꝓuaricationẽ legis deũ inhonoras? Nomen em̃ dei p uos blasphemat inẽ gẽtes, sicut scriptũ est.

Isaiæ 52. Ezec. 36

¶ Quãdoquidem ita gloriaris de lege, & alios te docere iactas, *ergo tu qui alium doces, cur non doces teipsum*, id est, tu dux cæcorum, quomodo uiam rectam nõ uides? Si enim uideres, per ipsam utiq; ambulares. Tu lumen eorũ qui in tenebris sunt, quomodo non abijcis opera tenebrarum? Eruditor insipiẽtium, cur etiam timorem domini, qui est initium sapientiæ, reliquisti? Magister infantium, cur puer es sensu? Qui habes formam scientiæ & ueritatis in lege, cur nec ipse sequeris, nec alios sequi malo tuo exemplo permittis? Quare non conuenit uita tua doctrinæ tuæ, & opus tuũ destruit fidem tuam? *Qui prædicas non furandum, furaris?* *Qui dicis non mœchandum*, id est, non adulterandum, *mœcharis?* *Qui abominaris idola, sacrilegium facis?* id est, tuipse facis quod prædicas fieri non debere, dum fidem Christi à lege per malam interpretationem surripis: & legem adulteras, quũ ablata ueritate mendacium ponis; ac sacrilegus es, dum Christum, quem propheticus sermo significat, negas. Et cur hæc facis? Cur sensum de Christo furaris ex lege? Et cur mœcharis, id ẽ, adulteras, hoc est, mentem tuam falsitate corrumpi facis, contemnẽdo ueritatẽ Christianæ fidei quasi legitimum uirum, & eligendo mendacium uelut adulterum? Non enim est una mœchario, sed omne quod totũ deo debes, si alij quàm deo rediderís, siue amorẽ, siue timorẽ, siue seruitium, siue obediẽtiam, siue spem. Et ideo grauius ab illo delinquitur, à quo perfectio prędicatur. Et tu qui idola detestaris, cur sacrilegium facis? id ẽ, cur aufers Christum de sacro, hoc est, à lege, negando eum ibi sonari? Sacrilegium enim uocatur sacri furtum, quia legere uel sublegere, furari dicitur. Sacrilegiũ quippe est, uel sacrum de sacro auferre, sicut reliquias de ecclesia: uel sacrũ de non sacro, sicut crucem de domo laici: uel non sacrum de sacro, sicut capam laici de ecclesia. Et sacrilegium facit, qui sacrum Christi intellectum à sacra lege tollit. Sacrilegium enim est in hoc loco proprie, quod in deum committitur, quasi sacri uiolatio uel mandatorum præuaricatio. Vnde & additur: *Qui in lege gloriaris*, id est, qui de lege quã solus ex omnibus populis qui sub cœlo sunt, accepisse te iactas, *cur deũ per præuaricationem eiusdem legis inhonoras* faciendo furta & adulteria & sacrilegia? Nam secundum literam multi Iudæorũ hoc fecisse reperiuntur, furta uidelicet & adulteria & sacrilegia. Figuratur aũt per hunc, quẽ ita nũc increpat Apostolus, quilibet doctor ecclesiæ, qui bona prædicat & mala facit, destruens moribus, quod astruit uocibus. Cui rectè dicitur: *Qui alium doces, teipsum non doces* &c. Deinde probat quod Iudæi præuaricãdo legẽ inhonorauerint deum. Vere deũ inhonoras tu & similes tui, *nam nomen dei* .i. gloria & fama nominis dei. *blasphematur*, id est, uituperatur, *inter gentes per uos*, id est, per malã conuersationem uestrã. Sicut enim bona uita fidelium, causa est ut deus glorificetur à uidentibus: sic quando illi qui legem dei acceperũt, male uiuũt, illorum praua cõuersatio, causa est ut deus blasphemetur. *Sicut scriptum est*. Ideo non apposuit ubi uel quibus uerbis hoc scriptũ sit, quia Iudæis loquebatur, qui legẽ & prophetas habebãt: & ubi

Ecclẽ. 1.

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A hoc scriptum esset, satis nouerant, uidelicet in Ie-
ezech. 36 zechiele, per quē deus de illis qui in Chaldæa te-
nebantur captiui, conquestus est, dicens: Ingressi
sunt ad gentes, & polluerunt nomen sanctū meū,
cum dicerēt de eis, populus dñi iste est, & de ter-
ra egressi sunt. Sic tunc p illos blasphemabatur
nomen dñi, quod ipsi malis operibus suis pollue
rant in oculis gentiū. Putabāt eīm gentes quod ea
q̄ Iudæi faciebant, placerent deo ipsoꝝ, & ideo
uituperabant eū. Similiter & p eorum nequitiā,
qui tēpore quo Paulus hæc scribebat, dispersi in-
ter gentes erant, blasphemabat deus à gentibus.
Sic & nunc p nonnullos religiōis professores, dū
prauitatis exempla de se ostendunt, blasphema-
tur plerunq; deus ab imperitis & secularibus.

Circūcisio quidē prodest, si legem ob-
serues. Si autē p̄uaricator legis sis, cir-
cuncisio tua p̄putium facta est. Si igit̄
p̄putium iustitias legis custodiat, nōne
p̄putium illius in circuncisionem repu-
tabit̄, & iudicabit id quod ex natura est
p̄putium, legem cōsummās, te qui per
literā & circuncisionem legis p̄uarica-
tor es? Nō eīm qui in manifesto Iudęus
est, neq; q̄ in manifesto in carne est cir-
cūcisio, sed qui in absēdito Iudęus, &
B circūcisio cordis in spū, non litera, cui-
us laus nō ex hoīibus, sed ex deo est.

¶Ostenderat legē non ualere Iudæis, & nunc
ostendit nec circūcisionē illis prodesse. Probauē-
rat eos non posse gloriari de lege, quia transgressi
sunt eam. i. moralia præcepta eius. Possent ipsi re-
spondere, dicentes: Quāuis ipsa lex non proficiat
nobis, quia trāsgressi sumus illā, sicut tu dicis, tū
de circuncisione possumus gloriari, quia per eam
præcellimus gentes incircuncisas. Et Apostolus:
Circūcisio quidem prodest, si legem obserues. i. cū obser-
uantia moralium præceptoꝝ in fide factoꝝ. *Sed
si sis præuaricator legis*, sicut es, ut probauimus. i. si
quod circuncisio exigit, nō impleas, tunc *circunci-
sio tua* carnalis, de qua multū gloriaris, *facta est præ-
putiū*. i. plus nō ualet tibi q̄m si circuncisus nō esses.
Prodest, inquit, suo tēpore circūcisio, quia ludęū
facit uiuere & nō exterminari. Prodest circūcisio,
quia facit in lege esse. Prodest, qa obediendo deo
facit signū futuræ ueritatis, dū populus rudis sub
timore custodit: Carnis eīm circuncisio, ueram
cordis circuncisionē p̄signat. Et ideo ante salua-
toris aduentū prodest carnalis circūcisio, *si legem
obserues*. i. si & moribus circuncidaris. Nō eīm alia
intelligitur esse uera circuncisio, q̄m animæ purga-
tio & uitioꝝ abiectio. Et ideirco p̄dest carnis cir-
cuncisio, si & mēs p̄ obseruantiā moraliū præce-
ptoꝝ legis circuncisa sit. Signum prodest, si res
adsit. Cæterū signum sine re superfluū erit. Hoc
est enim quod subdit, quia *si præuaricator legis sis*,
circuncisio tua præputium facta est: qm̄ cū sis carne cir- C
cuncisus, opere es incircuncisus. Similiter dici po-
test Christiano: Baptismus prodest, si euangeliū
obserues. Si aūt præuaricator legis sis. i. euange-
lij, baptismus tuus nihil tibi ualebit. Sic & mo-
nacho: Cuculla prodest, si regulā obserues. Si aūt
præuaricator regulæ sis, cuculla tua inutilis facta
est. Deinde infertur à cōtrarijs sic: Quandoquidē
si præuaricator legis fueris, circuncisio tibi non
plus prodest, q̄ præputium: igitur si præputium
obseruet legem, tantundem prodest ad salutem,
quantum circuncisio cum obseruatione legis. Et
hoc est: *Si præputiū*. i. gentilis qui in præputio car-
nis ad fidē Christi uenit, *custodiat iustitias legis*, id ē, Exod. 20
p̄cepta moralia, per q̄ iustificat hō, sicut Nō moe-
chaberis. Nō cōcupisces, Honora patrē & matrē,
&, Diliges proximum tuum sicut teipsum, *nonne
præputium illius reputabitur in circuncisionem?* id est,
nonne ipse habens præputium, æquiparabitur
Iudæo habenti circuncisionem cum legis obser-
uatione? id est, non oberit ei præputium habere,
si legem spiritaliter obseruet, sed in filijs Abrahæ
reputabitur: & quod circuncisio facit Iudæo le-
gem obseruanti, idem faciet ei præputium, post-
quam cum fide præcepta legis obseruabit. Et non
solum æqualis erit Iudæo, sed etiam Iudæum iu-
dicabit, non potestate iudicij, sed comparatione
facti melioris. *præputium*, id est, præputiatus, *con-
summans*, id est, complēs *legem*, te o Iudæe, *qui per
literam & circuncisionem es præuaricator legis*. Præpu-
tium, inquam, quod est ex natura, id est, quod ita
permanet ut natura dictauit, nec circuncidendo D
resecauit quod sibi natura dedit, illud præputi-
um custodiēdo naturalem legem, quam tu præ-
uaricaris in litera, *iudicabit te*, id est, comparatio-
ne sui iudicabilem te ostender. Ita secularis uir, si
religiose uixerit, condemnabit respectu sui eum,
qui religionis habitum & professionē habet, nec
tū religiose uiuit. Dixi quod circuncisio tua præ-
putium facta est, & præputium gētilis in circun-
cisionem reputabit. Nec immerito: *Non enim est* ue-
rus *Iudæus* ille *qui in manifesto Iudæus est*. i. in uocabu-
lo & natione & legis obseruantia carnali, neque
est uera circuncisio illa, *quæ in manifesto*, id est, quæ
corporeis oculis uideri potest *in carne*, id est, in cu-
tis ablatiōe: sed ille est uerus Iudæus, *qui in absco-
dito Iudæus est*, id est, in secreto cordis confitens &
laudans deum, & illa est uera circuncisio quæ est
cordis. Antiqui patres & circuncisionem carnis
habebant propter signaculū fidei, & circuncisio-
nē cordis propter ipsam fidem. Sunt ergo Iudæi
in circuncisione carnis, & sunt Iudæi in circūcisi-
one cordis. Ab his patribus degenerantes isti qui
in nomine gloriātur & facta perdiderunt, reman
serunt in carne Iudæi, & in corde pagani. Qui id-
circo maxime Iudæi sunt appellati, quia Iudas
unus erat ex duodecim filijs Iacob, & de tribu
eius regnū ueniebat Iudæis, sicut & ipse Iacob pro-
phetauerat, dicēs: Nō auferet sceptrum de Iuda & Gen. 49
dux de femoribus eius, donec ueniat qui mitten
dus est. Nunc̄ ergo post Dauid habuerunt regē

A Iudæi, nisi de tribu Iuda, donec Christus ueniret,
qui & ipse de tribu Iuda nasci dignatus est, utpo-
te uerus rex. Herodes enim, sub quo dominus na
tus ē, primus ex alienigenis regnauit in Iudęa. ita-
que ipso iam ueniente dño, euersum est regnū Iu
dæorum & sublatum ab eis. Modo non habent
regnum, quia nōluerunt cognoscere regem ueꝝ.
Qui ergo à Iuda, de cuius stirpe regem habebant,
uocabantur Iudæi, uideamus si iam hoc nomine
sunt appellandi. ipsi enim uoce sua abdicauerunt
se ab isto nomine, ut Iudæi non sint digni appella
ri, nisi tantum carne. Cum enim sæuirent in Chri
stū, qui de Iuda & de Dauid rex eis datus fuerat,
ait illis Pilatus: Regem uestrum crucifigam? At illi:
Non habemus regem nisi Cæsarem. Si non ha-
bebant regē nisi Cæsarem, ablatum erat sceptrū
ex Iuda. Et si ablatum erat sceptrum ex Iuda, iam
uenerat qui mittendus erat, & illi uirtutē Iudaici
nominis perdiderant. Illi aūt uere sunt Iudæi, qui
Christiani facti sunt ex Iudæis. Cæteri uero Iudęi
qui in Christū non crediderūt, etiā nomē ipsum
perdere digni fuerūt. Iudæa ergo uera, Christi ec-
clesia est, credens in illum regem, qui uenit ex tri
bu Iuda per uirginem Mariam. Recte itaque dicit
Apostolus non uere Iudæum esse, qui in manife-
sto Iudæus est, neq; ueram, quæ in manifesto in
carne circuncisio est, sed eū qui in abscondito Iu-
dæus est, & eam circuncisionem, quæ est *cordis in
spiritu, non in litera*, id est, ut secūdum spm̄, non se-
B cundum literam lex intelligat. Circuncisio cor-
dis, est uoluntas pura ab omni illicita cōcupiscen-
tia. Quæ circūcisio nō fit litera docēte & mināte,
sed spiritu adiuuāte & sanāte. *Cuius*, circuncisiōis
uel Iudæi, *laus non ex hominibus, sed ex deo est*, qa nō
ex inani uocabulo laudat̄ ab hoīibus, sed ex inti-
ma ueritate à deo, qui per suam gratiam p̄stitit
ei, unde laudari possit & dicere: In dño laudabit̄
anima mea. Nam etiamsi homines talem Iudæū
uel talem circuncisionem laudent, laus illa non
ex hoīibus est, sed ex deo. i. non ex humanis meri-
tis, sed ex dei gratia. Non enm̄ sure quisquam lau
dari potest solis suis meritis, si ei gratia superna
defuerit: sed cuicūq; gratia illa affuerit, hūc uere
laudabilem facit. Sic & nonnulli gloriātur apud
homines de exteriori habitu religionis, qui tamē
intus non habent quod foris ostendunt: alij uero
moribus sunt religiosi, qui uestem non gerunt re-
ligionis: nec ab hominibus laudantur quasi reli-
giosi, sed à deo, qui nouit quod sunt.

CAPVT III.

QVid ergo amplius est Iudæo? aut
q̄ utilitas circūcisionis? Multū p
oēm modū. Primū quidē quia credita
sunt illis eloquia dei. Quid eīm si qui-
dā illoꝝ nō crediderunt? nūquid incre
dulitas illoꝝ fidē dei euacuauit? Absit.
Est autē deus uerax, oīmis autē hō men
dax, sicut scriptū est: Vt iustificeris in

C sermonibus tuis, & uincas cum iudi-
caris.

¶ Dixerat Apostolus quod circuncisio, si legē
seruet, utilis est: si uero præuaricetur, in præputi-
um uertitur: & econtra, si præputium impleat le-
gem, reputatur in circuncisionem. Nunc autem
quia uidet quod sibi possent obijcere Iudæi, Ergo
nihil est amplius nobis quàm gētilibus, & sic de-
us superflue fecit nos circuncidi, ipsemet ponit
illam obiectionē, ostendendo quid illis sit maius
quàm gentilibus. Quandoquidē circuncisio præ-
uaricans legem, fit præpitium: & præpitum com
summans legem, reputatur in circuncisionem, id
est, Iudæus fit gentilis, & gentilis Iudæus, *ergo quid
amplius est Iudæo*, qui dicit̄ peculiaris populus dei,
quàm gentili, qui dicitur canis immūdus? *aut quæ
utilitas est circuncisionis*, id est, quid cōsequutus est
de circuncisione? Huic interrogationi uel obiecti
oni respondet̄, quia *multum* amplius Iudæo secun
dum priora tempora, & hoc *per omnem modum*, id
est, per corporalem & spiritalē modum. In utroq;
enim modo fecit deus multa Iudæis, quæ genti-
libus non fecit: & ita secundum priorem statum
sunt dignioris, sed nunc in fide non excellentio-
res. Corporali modo pluit illis māna in deserto,
& introduxit eos in terram promissionis, ac ma-
gnis opibus ditauit: spiritali quoque modo bene
fecit eis, dans illis notitiam sui, & aperiēs uolun-
tatem suam, & iustificans eos per fidem uenturi
redemptoris. *Primum quidem*. Quasi dicat, Vt alia
minora de temporalibus prætermittam, hoc pri
mum & præcipuum pono, *quod eloquia dei*, id est,
lex & propheræ *illis* ut amicis *sunt credita*, per quæ
intelligerent de futura incarnatiōe sapientiæ dei
& redemptiōe hominum. Vel credita sunt ab il- D
lis, quia nos credimus ueras esse scripturas, quas
illi tradiderunt nobis, & à nulla allia gente libros
diuinæ autoritatis recepimus. Siue credita sunt
ab illis. i. ipsi ea crediderunt, q̄ propheræ & lex de
Christo p̄dixerant: & ita facilius receperunt chri
stū, quē in ipsis eloquijs intelligebāt promissum.
Et uere *credita sunt illis*, hoc est, illi ea crediderunt.
Quid enim obest, si quidam illorū non crediderūt? Vel
ita: Vere plus habuerunt in eo quod deus credi-
dit illis eloquia sua, quoniam propter hæc chri-
stus ad eos uenit, & ad fidem primos adduxit.
Quid eīm obfuit, si quidā illoꝝ non crediderunt?
Nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit, id est,
manē fecit fidem dei, qua credunt homines in de-
um? *Absit*, ut euacuaret eam. Non eīm ideo minus
factum est credentibus, si alij credere nōluerunt:
nec fides propter eos uacua remansit, sed repleta
est credentibus. Vel fides dei est fides promissio-
nis, quam fecit Abraæ de christo & multitudine
spiritalium filiorum. Et si quidam Iudæorū non
crediderunt, nunquid incredulitas illorū euacua
uit fidem dei? id est, nunquid uacuam & inexple-
tam fecit promissionē dei? Absit hoc ab humanis
cordibus, ut diuinam promissionē putēt euacua-
ram. Licet enim aliqui fuerunt increduli, tñ alij

Universidad de Deusto
Biblioteca

A crediderunt, in quibus completa est ueritas promissionis. Nō est euacuata fides promissionū dei, sed deus est in promissionibus suis uerax, qm̄ ueraciter illas adimplet. *Deus* quidē *uerax est, in omnibus* quæ loquitur, sed *omnis homo est mendax.* Hoc addit, ut appareat promissionem dei factam esse & cōpletam, non propter aliquam hoīm dignitatem, sed propter miseriam, ut gratia detur indignis, & cōmendatior sit gratia. Deus dicit uerax, id est, inuariabilis tam in essentia q̄m in promissis. Hō autem mendax, nec ueꝝ esse habens propter pcta defluens. Omis nanq; hō mendax est, id est, hūana natura sic est ex primitiuo casu corrupta, ueneno serpentis infecta, ut sine mendacio peccatorum non existat in hoc seculo. Non enim solū modo uerbis, sed & factis est mendax. Omnis hō, inquantū homo est, est mendax. Sed nonnulli q̄ per gratiam dei supra homines fiunt, etiam ueraces per eandē gratiam efficiuntur. Quibus de cau sis fidem suam deus non permisit euacuari, tum propter suam immutabilem ueritatē, tum propter uenialem statum humanæ fragilitatis, quæ postquam à ueritate decidit, sine pctōrum mendacio non potest existere. Ita est deus uerax, & hō
Psal. 50. mendax, *sicut scriptum est* in psalmo: *ut iustificeris in sermonibus tuis.* Quasi diceret Psalmista: O dñe, p̄nunciasti quidem sine personarum acceptione te in pctōres uindicaturum: & dum nunc mihi remittis, propitiationem tuam mendaciū iudicāt. Sed uincis, dum iudicaris iniustus esse remittendo pcta mea: quia dum homo ipse culpā in se lamentando persequit, indulgentia pietatis tuæ nō
B iniusta esse probatur. Dum in me reatum arguis per prophetā, probas te habere de nostris operibus curā, & uincis eos qui te incuriosum humanoꝝ actuū iudicabant. Sicq; tu uerax esse probaris, homines aūt mēdaces. Peccaui, & malum coram te feci, ut tu mittendo filium tuum de stirpe mea, sicut promisisti, iustificeris sermonibus tuæ promissionis. i. iustus & uerax esse comproberis, non dimittēdo propter iniquitatem meam quin filium tuū, sicut loquutus es, ex semine meo carnem suscipere facias ut mundū redimat. *& uincas* implendo promissa, *cum iudicaris* non debere implere propter pcta mea. Iustificeris in sermonibus tuis, implēdo illos. Iustitia enim sermonū est ueritas, & uincas reprehensores tuos mendaces, cum iudicaris ab illis iniustis, dum mihi parcis & dignum me tua promissiōe facis. Hanc lineā Apostolus sequitur nunc, quasi dicens: Vel trāsgressi quidem Iudæi fecerunt nomen dñi blasphemari, ut diceret: Hæc erat illa gens sancta & populus electus, qui se nunc trāsgressione & inexpiabili sacrilegio & crimine impietatis inuoluit: ecce per sceIus eorum uacuata sunt promissa dei. Sed nō ita est. Nam si transgressores à gratia exciderunt, ueridicam dñi promissionē obedientia fideliū consequitur. Ac sic cōfusis illis, qui eloquia diuina in irritū adducta iactabant, iustificat deus in sermonibus suis, & uincit cum iudicatur, dum gratiam ab incredulis repudiatam, credentibus confert.

Si aūt iniquitas nostra iustitiā dei com C
mēdat, q̄d dicemus? Nunquid iniquus est deus q̄ infert irā? Scdm hoīem dico, Absit. Alioquin q̄o iudicabit deus hunc mundū? Si em̄ ueritas dei in meo mendacio abundauit in gloriā ipsius, quid adhuc & ego tanq̄ peccator iudicor? et nō sicut blasphemamur, et sicut quidā aiunt nos dicere, faciamus mala, ut ueniant bona, q̄rū dānatio iusta est.

¶ Dixit quod dominus est uerax, & omnis homo mendax, quod indignis dat bona, in quo apparet commēdabilior eius iustitia & gratia. Vnde peruersus aliquis dicens deus uti malis quasi instrumento ad gloriam suam, ex eo deducit ut dicat iniquum deum, qui peccata punit quæ sibi prosunt. Quod Apostolus remouet. Vertitur em̄ hoc loco duarum ratio personarum, id est, cuiuslibet imperiti male interpretantis, & Apostoli refellentis. Nam propter sentētiam, qua dictum fuerat, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris, uidebatur ei pars diuersa respōdere. O Apostole, magnum peccatis nostris solatiū contulisti, dicendo quod iustificet deus innumerorum indulgentia delictorum, quia iniuste peccata nostra puniuntur, quæ ad manifestandā dei patientiam beneuolentiamq; proficiunt. Et Apo D
stolus: Deus quidem iustificat in sermōibus suis. Sed *si iniquitas nostra* licut tibi uidet, *commendat iustitiam dei*, id est, maiorem declarat, dum remittit aut iudicat, *quid dicemus* subaudi, de hoc inconuenienti quod inde oritur? Scilicet, *nūquid iniquus est deus qui infert iram*, id est, pœnam propter peccata, id est, tunc est iniquus, si nos punit propter pcta nostra, quæ illius gloriam augent. *Secundum hominem dico*, id est, secundū carnalem sensum, qui de superiori sententia tam imperite sentis. Qua em̄ iustitia damnabit iniustitiam, si iuxta opinionem tuam humana iniquitate sit iniustior? Sed *absit*, ut puterur iniquus dum peccatores punit. Nō ergo iniquitas nostra iustitiam eius commendat, nec eum peccata, sed bonorum operum gesta glorificant. Et ideo peccata iuste ulciscitur, qui sanctis operibus pie delectatur. Vere non est iniquus feriendo peccatores. Nam *alioquin*, id est, si alio modo est, si hoc non est quod non sit iniquus, *quomodo iudicabit ipse deus hunc mūdum?* Repugnat enim ut sit iniquus & iudex fiat, cum ōis iudex sit æquus. Non pōt ergo iudex esse, si iniquus est, inferendo peccātibus irā. Restat igit esse eū iustū & æquū in ultiōe pctōrum, ac p hoc iuste iudicaturū, cū bona bonis & mala malis reddiderit, qa nō prosuerūt ad cōmēdandā iustitiā eius iniquitates nostrę, sicut dicebas, nec glorificatus est p eas. Adhuc au tē respōdet Apostolus p̄dicte obiectiōi, probans q̄d iniquitas nostra iustitiā dei nō glorificat, nec ipse ē iniustus si punit. Vere ita ē. *Nā si ueritas i.* iu

A stitia *dei in meo mendacio*, id est, per meum peccatū *abundauit*, id est, creuit *in gloriā ipsius*, hoc est, si mēdacium peccati mei fecit crescere ueritatem iustitiæ dei, ut gloria eius per hoc magis dilataretur secundum opinionē tuam, *quid adhuc*, postquam ita peccando, secundum te glorificaui deum, etiā *ego iudicor* nunc ab eo, non solum in futuro *tanq̄ peccator*, quod non sum, si peccata mea glorificauerunt deum? Iniquitas, est genus siue totum: mēdacium uero, species siue pars iniquitatis. Similiter iustitia, genus est uel totum: ueritas autem species siue pars iustitiæ. Et idcirco ueritas pro iustitia est posita, quoniam omnis ueritas est iustitia: mendacium autem pro iniquitate uel pro peccato, quia oīe mendacium est iniquitas uel peccatum. Qui adhuc, inquit iudicor, si mendacium iniquitatis meæ, secundū quod tu putas, glorificauit deum? Et quid, id est, cur, nō facimus *mala ut ueniant bona*, id est, cur non assidue peccamus, ut deus assidue dimittat & laudabilior fiat? *sicut blasphemamur*, id est, sicut à peruersis hominibus imponitur nobis hoc sentire, *& sicut quidam aiunt* praui *nos dicere*, id est, p̄dicare, *Faciamus mala ut ueniant bona*. Hoc non dicebant apostoli, sed dice-
Roma. 5 bant, quia ubi abundauerat pctm̄, superabundauit & gratia. Sed peruersi homines occasione uerborum huiusmodi, asserebant eos dicere, faciamus mala ut ueniant bona, ut auctoritate prædi-
B cationis apostolicæ peccata sua fouerent & defenderent. *Quorum damnatio est iusta*, quia iuste dānabuntur, qui sibi in peccatis suis inimica securitate blandiūtur, & ex uerbis apostolorū in malis suis cōfirmantur. Potest & aliter intelligi discussa sententia: Vere deus si infert iram malis, nō est iniquus. Nā si aliter est, quid adhuc etiā post cōuersionē ego, qui nunc tantus apostolus sum, iudicor à uobis tanq̄ peccator, id est, tanquā qui peccaui in persequutione fidelium? Hoc est, si deus malis iuste iram nō infert, cur magnitudinem iniquitatis meæ iudicatis ad pœnā? Dico quia iudicor, & merito, si ueritas dei abundauit, *in meo mendacio*. i. si mendaciū infidelitatis & negationis meæ à deo magnum fuit, ut ueritas diuinæ promissiōis & fidei cōmendabilior inde fieret in gloriam ipsius. Hoc est dicere: Merito iudicor, utpote pctōr, quia ueritatē Christianæ fidei negabā, & ueritatem supernæ promissionis exinanire laborabam persequendo fideles: & tñ ueritas ipsa fidei uel promissionis, per fæuitiā meā clarior facta est in his, q̄s martyrizaui, sicut in Stephano. Et cum ego de his merito iudicer, constat quia deus non est iniustus, dum pctōres in iudicio damnat. Et nō est ita de nobis, *sicut blasphemamur*. i. iniuste & falso uituperamur, *& sicut quidam*, non nominandi *aiunt nos dicere*, id est, aliis prædicare, *faciamus mala*, id est, peccemus, *ut ueniant* nobis à Deo *bona*, id est, ut deus remedia suæ misericordiæ nobis tribuat condonando peccata. *Quorum*, id est, eorum qui talia de nobis garriunt, *iusta est damnatio*, id est, iusto dei iudicio tales dānantur, nec est deus iniquus dum infert eis iram.

Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaq̄. A
Causati em̄ sumus Iudæos & Græcos oīes sub pctō esse, sicut scriptum est: Quia nō est iustus quisq̄, nō est intelligens, nō est requirens deū. Oēs declina- *Psal. 13.*
uerunt, simul inutiles facti sunt, nō est qui faciat bonū, non est usq; ad unum. Sepulchrum patens est guttur eorꝝ, linguis suis dolose agebant, uenenū aspidum sub labijs eorꝝ. Quorꝝ os maledictione & amaritudine plenum est, ueloces pedes eorꝝ ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in uijs eorꝝ, & uiam pacis non cognouerunt, *Isaiæ 59*
non est timor dei ante oculos eorum.

¶ Quia multū per oēm modum Iudæo fuisse amplius, q̄ Græco dixerat, ideo nunc Iudæi uolebant se præferre gētilibus, quasi qui per præcedētia iustitiæ opera meruissent ad gratiā uocari. Sed ipse arrogantiā eorꝝ deprimens, ostendit eos fuisse pctōres, sicut & gentiles. Q̄quidē in priori statu multū fecit deus per oēm modū amplius Iudæo q̄ Græco. Igitur quid ex hac re uideē esse consequens, est inde consequens, *quia præcellimus eos*, id est, Græcos in gratia noua, quam nunc peD
pimus. *Nequaq̄* est inde consequens, quod nos iudæi præcellamus eos & digniores eis simus: quia & nos, sicut & illi, peccauimus. Nā *causati sumus*, id est, multis causis & rationibus iam monstrauimus, *Iudæos & Græcos omnes* ante gratiam istā *sub peccato esse*. Et ideo nullus præcedit alium. Superius ostendit gentiles sub pctō esse, cum diceret: Tradidit illos deus in desideria cordis eorꝝ &c. Iudæos autem, ubi dixit, Qui prædicas non furandum, furaris? qui dicis non mœchandū, mœcharis? &c. Ita diximus eos sub pctō esse *sicut scriptum est* de Iudæis, de quibus minus uidebatur, quia *nō est iustus quisquam* eorum, quoniam ex operibus legis sine gratia nemo iustificatur. *non est intelligens*, quia nullus eorū scripturas sanctas intelligit uel Christum, nec per uerba, nec per miracula deum esse intelligit. *Non est requirens deū*, quamuis Christus deus uenisset eos quærere, ut ad æternam eorꝝ patriam reduceret, tñ nullus eorum requirit eū, cum iam sit quæsitus ab eo. Hoc enim de illis dictum est, qui nondū uenerūt ad Christum. *Non est requirens deum*, uel Iudæus, uel gentilis quisquam, ut scilicet quærat ac requirat quomodo uoluntatem eius impleat, quatenus ad inuentionē uisionis eius pertingere mereatur, sed *omnes declinauerunt*, id est, deorsum ab eius requisitione se retraxerunt, ponentes cor in infimis, & occupantes infirmitatibus corporis. Et *simul omnes facti sunt inutiles*, id est, nihil utilitatis sibi conquirentes: quia non solum Gentiles, sed & Iudæi, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

per legem sine Christo uoluerunt saluari, frustra laborauerunt. Non est qui facit bonum, cum lu-
A dæos præuaricatio mandatorum, gētes uero naturæ lex uiolata condemnet. Et ideo etiam non est inter eos qui faciat bonum, quia quicquid fit sine fide Christi, nequaq̄ est bonum, quamuis bonum uideatur esse. Non est usq; ad unum, id est, nec unus ex eis qui faciat bonum, quia si quis per singulos eorum numerando & inquirendo usq; ad unum transeat, non inueniet qui operetur bonum. Vel non est in oībus qui faciat bonū usq; ad unum, id est, donec ueniatur ad eum qui unus & singularis est, id est, ad Christum, cui nemo comparari potest. Christus enim tantummodo facit bonum, & in se & in suis. Non est ex eis qui faciat bonum, sed omnes ipsi multa mala faciunt. *Nam guttur eorum est sepulchrū patēs*: quia sicut ex patenti sepulchro exit nimius fœtor putrefa-
Psal. 13. cti cadaueris, sic ex aperto gutture eorū exit per mala colloquia fœtor putentis conscientiæ ipsorum, ut inficiat & corrumpat mores audientiū. Clausum enim sepulchrum esset guttur eorū, si pudor eos adhuc cohiberet, ne internum fœtorē mortuæ suæ animæ foras in publicum loquēdo proferrent. Sed patens sepulchrum est guttur eorum, quia quod in malis ultimum est, uerecundiam perdiderūt, ut iam publice crimina sua loqui non erubescant, sed guttur suum impudēter aperiant, & ex eo fœtorem mortuæ animæ circunstantibus proferant. Et etiam *linguis suis* suauia & blāda uerba humiliter depromentes, *agebant do-*
lose, quoniā alia proferebant ore, & alia medita-
B bantur in corde, iuxta illud: Loquūtur pacē cum
Psal. 27. proximo suo, mala autē in cordibus eorum. In uerbis habebāt bona, *sed uenenum aspidum erat sub labijs eorum*, id est, insanabile odiū latebat sub dictis eorum. Aspidum quippe uenenum pernicio sius est quām cæterorum serpentium, ideoq; per illud pessima designatur malitia. Et uenenum aspidum tegit sub labijs eorū, qui blanda loquuntur, sed morsu uenenati uerbi fraudulenter animam audientis necāt, sicut detractores, sicut poētæ, sicut quilibet seductores. Hostes enim sunt animarum, licet se fingant amicos: & idcirco per malitiā fraudis eas ueneno suo inficiūt, ut interficiant. *Quorum os etiam maledictione plenum est & amaritudine*, quia non solum fictis uerbis blandiūtur, sed etiam alijs pleno ore maledicūt & amara loquuntur. Hæ sunt enim artes pessimorum hominum, ut alijs adulentur, alijs maledicant: & alijs blandiantur, alijs amara loquantur. Nec dicūtur habere maledictionem & amaritudinem in ore, sed os eorum plenum esse fertur maledictiōe & amaritudine, ut abūdantia maledictiōis & amaritudinis in ore ipsorū monstreē esse. *Pedes* quoq; *eorum sunt ueloces ad effundendum sanguinem*, quia cito currunt ad perpetrandum homicidium. Vel pedes, id est, affectus, eorum sunt ueloces, id est, parati & festiui ad effundēdum sanguinem, quia ex deliberatione faciunt homicidia. *Contritio & infelicitas est in uijs eorū*, quia tam ipsi quām omnes qui in uijs actionum ipsarum ambulant, cōteren-
C tur gehēnalibus supplicijs, & felicitate carebūt supernæ beatitudinis. Et hoc ideo, quia *nō cognouerunt uiam pacis*, id est, uiam iustæ actiōis, qua peuenirent ad quietem perpetuæ pacis. Nec mirū, si nesciunt uiam, qua renderent ad æternam pacem, quia *timor dei* qui est initium sapientiæ, *non est ante oculos* cordis *eorum*. Nam quia initium sapien-
Eccle. tiæ abiecerunt, ad profectum sapientiæ nequaquam peruenerunt. Sicq; superbia qua timorem dei ab intuitu suæ mentis remouerūt, fecit ut uiā pacis ignorarent, & uiā mortis ambularent. Hæc de prauitatibus infidelium Iudæorum atq; gentilium, autoritate prophetica locutus est Apostolus, ut maxime Iudæos, qui de legis operibus gloriabantur, conuinceret multis peccatis irritos fuisse. Non autem putandum est, eum ex solo tertiodecimo psalmo ista posuisse, neq; eū habētur in Hebræo simul ita per ordinē, sed potius ex diuersis psalmis, & ex lib. Isaiæ cōiunxisse. Nā quod ait, Quia non est iustus quisquā, nō est intelligens, nō est requirens deum, oēs declinauerunt, simul inutiles facti sunt, nō est qui faciat bonū, non est usq; ad unū, ex tertiodecimo psalmo sumpsit. Quod aūt subiecit, Sepulchrū patēs est guttur eorū, linguis suis dolose agebāt, in quinto psalmo legit. Quodq; mox addidit, Venenū aspidū sub labijs eorū, centesimi tricesimi noni psalmi ē. Rursumq; quod ait: Quorū os maledictiōe & amaritudine plenū est, de nono psalmo sumptum est, ubi singulariter dicit: Cuius maledicti one os plenū est & amaritudine, Quod aūt sequi D tur, Veloces pedes eorū ad effundendum sanguinem, contritio & infelicitas in uijs eorū, & uiam pacis non cognouerūt, in Isaia reperit. Et iterum q̄d in fine dicit, Nō est timor dei ante oculos eorū, in tricesimiquinti psalmi principio sic est: Dixit iniustus ut delinquat in semetipso, non est timor dei ante oculos eius. Nec in hoc cuiq; uideat esse diuersum, si q̄d in suis locis numero dicit singulari, ab Apostolo pluraliter ponit, qui scribebat ad plurimos, & in unū sensum multa colligebat exēpla. Patet itaq; non tā Apostolū de Psalmo tertiodecimo sumpsisse, quod in Hebraico non habetur, nec in Septuaginta interpretibus, sed in editione uulgata, q̄s eos, qui artem contexendarum inter se scripturarum Apostoli nescie bant, quæ esse aptū locum, ubi assumptū ab eo ponerent testimoniū, quod absq; autoritate scripturæ positum in epistola non putabant.

Scimus aūt qm̄ quæcūq; lex loquitur, his q in lege sunt loquit, ut oīe os obstruatur, & subditus fiat oīis mundus deo, quia ex operibus legis nō iustificabitur oīs caro corā illo. Per legē em̄ cognitio peccati, nunc aūt sine lege iustitia dei manifestata est, testificata a lege & prophetis. Iustitia aūt dei p fidē Iesu

A Chri in oēs & sup oēs qui credūt in eū.

¶Ne dicerent Iudæi, hæc quæ protulisti, nō sunt dicta de nobis, sed de gentibus, ostēdit Apostolus, quia quæ in lege scripta sunt, his qui sub lege tenentur, dicta sunt. Legem appellat hoc loco librum psalmorum, sicut & dns, ubi ait: Nonne
Psal. 81. scriptum est in lege uestra, quia ego dixi dij estis?
Iohā. 11 Vel totum uetus testamentum appellauit nunc legem. Quasi diceret: Vos quidē ad alios uultis hæc detorquere, *sed nos scimus quia* nō solum ista, sed etiā *omnia quæcūq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur*, id est, Iudæis, siue bona, siue mala. Quāuis ergo & in gentibus omnia mala hæc essent, quæ nunc Apostolus propheticis uerbis describit, de Iudæis tamen proprie dicta sunt omnia: quia non necesse erat scelera gentium, de quibus nemo dubitabat, propheticis testimonijs astruere, sed potius Iudæorum, qui de transactis operibus iustitiæ gloriari uolebant. *Quæcunq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur*: quoniā omne quod in lege de gentibus dicitur, etiam ipsum hoc de Iudæis dicitur, quia ipsorum principalis est causa. Omnia quæ lex loquitur, etiam dum pessima flagitia describit, loquit sine dubio, *his qui sunt in lege* positi, & ad ipsos pertinet quicquid lex dicit, ita *ut omne os*, non solum gentium, sed etiā Iudæorum, *obstruatur*, id est, obmutescat, dum non habent unde glorientur, sed omnes sub peccato es-
B se monstrantur. Vel ideo loquitur lex omnia his qui in lege sunt, ut *omne os* etiam Iudæorū *obstruatur*, non inueniens quid de meritis suis iactet, cū lex dicat: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Et ut *subditus fiat omnis mundus deo*, ut sciat se sine gratia dei saluū esse non posse, uel certe in confessione peccati speret misericordiam, cognoscens se esse in peccatis. *Omnis mundus*, id est oēs homines qui in mundo sunt, non solum gētiles, sed & Iudæi, fiant deo subiecti. Quod debent humiliter facere, *quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro*, id est, in carne uiuens non iustificabit ex carnali obseruātia legis coram deo, qui uidet intima cordis, licet coram hominibus uideatur iustificari. Hic contra eos incipit Apostolus disputare magno diuturnoq; conflictu, qui gloriabantur in lege, & per legem se iustificari credebant, non per gratiam, docens per ordinem, legem nō potuisse auferre, sed potius auxisse pcām quod auferet gratia: quia lex iubere nouit, cui succumbit infirmitas, sicut gratia iuuare, qua infundit charitas. Et notandum quia nunc legem quinq; libros Moysi nominat. Et cuius legis operibus nemo iustificabitur corā deo, quia nihil ad perfectum adduxit lex, quæ timorem pœnæ incussit, non amorem iustitiæ infudit. Qui enim timore supplicij non amore sanctitatis obseruabat legem, mallet utique non esse quod timeret, ut impune legem ei præterire liceret. Ac propterea licet ipsam legem actibus impleret, & in oculis hominum iustus appareret, in oculis tamē interni inspectoris erat iniustus: quia quod foris in ope-
re demonstrabat, intus in uoluntate non habebat. Non dicimus nō iustificatos fuisse eos qui fu C
erunt legi obedientes, sed dicimus quia nisi ex gratia iustificati fuissent, non essent uere obedientes. Vere ex legis operibus nemo ueraciter iustificatur, quia *per legem* est tantum *peccati cognitio*, non consumptio. Prohibet enim lex peccatum, non aufert, & prohibendo ostēdit esse malum quod prohibet. Per legem fuit cognitio peccati, & per eam nemo sine gratia iustificatus est: sed nunc in hoc tēpore gratiæ *est manifestata gratia dei*, quæ tēpore legis fuit operta. *Manifestata est sine lege*, i. sine legis auxilio, *iustitia*, non hominis, non propriæ uoluntatis, sed *dei*. Et iustitia dei, nō qua iustus est deus, sed qua induit hominem cum iustificat impiū. Et ut certius teneatur ista iustitia, *testificata est a lege & prophetis*, id est, testimonium ei perhibuerunt lex & prophetæ. Nam lex quidem dum iuberet & minaretur & neminem iustificaret, satis indicauit dono dei hominem iustificari per aditorium spiritus. Prophetæ autem, quia id quod prædixerunt, impleuit aduentus Christi. Et hæc iustitia est sine lege, quia deus eam per spiritū gratiæ credenti confert sine adiutorio legis, id est, nō adiutus à lege: quandoquidem per legem ostendit homini infirmitatem suam, ut ad eius miseri cordiam per fidem cōfugiens sanetur. Dixi iustitiam dei esse manifestatā. Sed *hæc iustitia dei est per fidem Iesu Christi*, id est, per fidem qua creditur in Christū. Sic enim ista fides Christi dicta est, qua credimus in Christum, sicut illa iustitia Dei, qua iustificamur à deo. Vtraque enim nostra est. Sed idcirco dei & Christi dicitur, quia eius largitate donatur. Hæc iustitia quæ confertur per fidem, fides ipsa, occulta inspiratione dei & gratiæ do
no infunditur, non labore humano, nec opere ue D
teris testamenti adquiritur, quia ipsius donū esse ut credamus. Est ergo iustitia hæc *super oēs qui credunt*, cælitus data, superans merita omnium & Iudæorum & gentilium. Ideo etiā per fidem super eos est iustia, quæ per legem esse non potuit, quia fides impetrat quod lex imperat.

Non enim est distinctio. Omnis enim peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiā ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiatorē per fidē in sanguine ipsius, ad ostensionē iustitiæ suæ propter remissionē præcedentium delictorū, in sustentatione dei, ad ostensionē iustitiæ eius in hoc tēpore, ut sit ipse iustus, & iustificans eum qui ex fide est Iesu Christi.

¶ Ideo dixi super omnes æqualiter esse iustitiam per fidem, quia *non est distinctio* in accipienda illa iustitia, sed siue Iudæus siue gentilis fidem habuerit, iustificabitur. Verenō est distinctio utro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A runque, quia omnes & Iudæi & gentiles peccauerunt, uel in se uel in Adam. Quoniam lex siue in paradiso data, siue naturaliter insita, siue in literis promulgata, præuaricata est ab ipsis. *Omnes* ergo *peccauerunt & egẽt* adhuc quotidie *gloria dei*, id ẽ, ut deus magis magisq; glorificetur in eis, tribuendo beneficia gratiæ suæ per remissionem quotidianorum delictorum & multiplicationẽ uirtutũ. Non gloria sua egent, ut glorientur quasi de suis meritis, sed egent gloria dei, id est, omino necessariũ est illis, ut gloria dei dilatetur in ipsis. Si ẽm iustitia ex operibus legis haberetur, iam ipsa iustitia non esset gloria dei, sed potius hominum legem obseruantium. Sed quia per gratiam, non p legem habetur iustitia, illa iustitia est gloria dei, non hominum, ut quicquid habet homo, non sibi, sed deo ascribat. Gloria dei adhuc egent, iam tamen *iustificati gratis*, id est, sine ullis meritis. Et iustificati non per legem, nec propriam uoluntatẽ, sed *per gratiam*. Non quod sine uolũtate nostra fiat, sed uoluntas nostra ostenditur infirma per legem, ut sanet gratia uoluntatem, & sana uolũtas impleat legem, non constituta sub lege, nec indigens lege. Hoc totũ idcirco Apostolus loquitur, ne fides ipsa supbire incipiat & dicat: Si ex fide, quomodo gratiæ? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur quàm datur? Sed si quis dixerit, Vt merear iustificationẽ, habeo fidem, respondetur ei: Quid enim habes quod non accepisti? Cum ergo fides impetrat iustificationem, sicut unicuiq; deus partitus est etiam ipsius mensuram fidei, non gratiam dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici comitante, non ducente: pedissequa, non præuia uolũtate. *Iustificati*, inquit, *per gratiã*, quæ nõ meritis redditur, sed gratis datur, propter quod gratia nominatur. Quæ gratia uenit *per redemptionem, quæ est in Christo Iesu*, non in alio aliquo. In eo enim inuenta est redemptio humani generis, id est, in eius sanguine, quæ in nulla alia re poterat inueniri. Non emit nos Christus, quia per naturam ipsius semper fueramus: sed redemit, quia captiui peccato tenebamur. Qui cũ aliquem redimit, suũ docet fuisse quem redimit. Ira Christus nos redemit, quia eius eramus. Quẽ Christũ *deus* pater *proposuit*, id est, longe ante præordinauit futurã *propitiationem*, id est, expiationem peccatorum nostrorum: hoc est, ut per eum ipse pater expiaret nos à peccatis, & propitius nobis fieret. Vel *proposuit* i. in propatulo omibus illũ posuit *propitiationẽ in sanguine ipsius*. i. ut ipse esset nõ solũ propitiator, sed etiã, ppitiatio, & illam propitiationem haberemus in sanguine eius, qui in remissionẽ peccatorũ effusus est. Nam absque sanguinis effusione, sicut iste dicit Apostolus, nõ fit remissio peccatorũ, quia uidelicet non nisi per sanguinẽ Christi dari ualet propitiatio & remissio peccatorum, in cuius typo quotiescunq; peccata in lege dimitti dicũtur, sanguis hostiæ offertur. Proposuit autem deus Christũ propitiationem per fidem, ut qui in eum crederẽt, ipsi propitiationem hanc haberent. Vel proposuit eum

B

propitiationẽ per fidem in sanguine ipsius, quoniam aliter non erit ipse propitiatio alicui, nisi credat eum fudisse sanguinem suum pro redemptione gñis humani, & subiungat huic fidei bona opera, prout poterit. Proposuit, inquit, eũ, id est, in publico posuit per prædicationem Apostolorum, hunc esse propitiationem pro peccatis nostris: & hoc fecit *ad ostẽsionem iustitiæ suæ*, id est, per eum manifestaret hominibus suam uerã iustitiã, quæ prius latebat, dum putarẽt homines operibus legis se posse iustificari. Veram ergo iustitiã ostendit in Christo credentibus, & ostendit eam esse suam, non hominum, id est, à seipso datã hominibus, non ab ipsis ortã, nec ex legis operibus habitam. Quam scilicet iustitiam ostẽdit *propter remissionem præcedentium delictorũ*, id est, ut remitteret delicta quæ præcesserant non solum in gẽtilibus, sed etiam in Iudæis, qui ueram iustitiam nec dum nouerant. Oẽs enim peccauerunt. Sed per ostensionem suæ iustitiæ placuit deo, ut remitteret illis præcedentes culpas, & iustificaret eos, ut deinceps iuste uiuerent. Præcedentia ẽm ob hoc Apostolus determinauit, ne quis intelligeret illa esse remissa, quæ post acceptam gratiam commisit. Præcesserunt delicta, & hoc factũ est, *in sustentatione dei*, qui non statim percussit delinquentes, sed diu patienter sustinuit, ut ad pœnitentiã conuerteret. Sustentatione dico, prærogata *ad ostensionem iustitiæ eius*, id est, ad hoc lõganimiter sustinuit eos, ut tandẽ conuersis ostenderet iustitiã suam *in hoc tempore* gratiæ, quam prioribus temporibus nõ manifestauerat, dum putarent homines se per seipsos posse iustificari. Ad hoc, inquã, sustinuit & iustitiã suam qua iustificari posset homines, ostendit, *ut sit ipse iustus*, id est, iuste agens oĩa. Iustum nanq; fuit, ut qui in futuro seculo iudicaturus est singulos secundum opera eorum, in isto seculo patiẽter eos sustineret, & quid agere deberent illis ostenderet. Iustus ergo est in hac sustentatione & iustitiæ ostensione, quoniã oĩa quæ facere debuit, fecit. Et per hæc etiam est *iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi*: quia dũ sustinet, & iustitiam suam ostendit, infundit ipsam iustitiã cordi credentis. Non iustificat eum qui est ex lege, sed eum qui est ex Christi fide, id est, ex fide qua creditur in Christum. Ex hac enim datur iustificatio, & non ex operibus legis aut naturæ.

C

D

Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa ẽ. Per quã legẽ? Factorũ? Nõ, sed p legẽ fidei. Arbitramur ẽm iustificari hoiem per fidẽ sine opibus legis. An Iudeorũ deus tm̃? Nõne & gentiũ? Imo & gentiũ. Quoniãquidem unus est deus qui iustificat circũcisionem ex fide, & ꝑputium per fidẽ. Legẽ ergo destruimus p fidem? Absit, sed legem statuimus.

¶Quandoquidẽ iustitia est dei, nõ hominis, & ex fide, non ex lege, *ergo ubi est gloriatio tua* o Iu-

A dæe? Id est, ubi est elatio tua, in qua gloriabaris per legis opera te iustificatum? hoc est, non habes materiam gloriãdi in lege, quia exclusa est, id est, eiecta & ablata tibi causa gloriandi, elimina ea est gloriatio, quam in corde habebas. Et attende per quid. Nam *per quam legem* putas eam exclusam? Putas per legem factorum, id est, operum? *Non* est exclusa per legem factorum, *sed per legem fidei*, id est, non per laborem operum, sed per facilitatem fidei. Lex enim fidei est, qua in Christum credimus, & auxilium gratiæ eius ad bene agendum precamur. Lex fidei est in spiritu iuuante, lex factorum in litera iubente. Quod lex operũ minando imperat, hoc lex fidei credendo impetrat. Lex operum dicit, Non concupisces: lex fidei dicit, Cum scirem quia nemo potest esse continens nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum, adq; dominũ & deprecatus sum. Ipsa est illa sapientia quæ pietas uocatur, qua colitur pater luminum, à quo est oĩe datum optimum & omne donum perfectũ. Colitur autem sacrificio laudis, actionibusq; gratiarum, ut cultor eius non in seipso, sed in illo gloretur. Ac per hoc lege operum dicit deus, fac quod iubeo: lege fidei dicitur deo, da quod iubes. Non ergo per legem operum excludit gloriatio corũ, qui cum sibi iuste uidentur uiuere, ita gloriantur quasi non acceperint, sed per legem fidei, quia p eam quisq; cognoscit si quid bene uiuit, dei gratia se habere, & ut perficiatur in dilectionem iustitiæ, non se aliunde consequuturũ. In lege itaq; factorum, est dei iubentis iustitia: in lege autem fidei, subuenientis misericordia. Hæc est enim lex fidei, qua credimus & oramus per gratiam nobis donari, ut faciamus quod per nosmetipsos implere non possumus, ne ignorantes dei iustitiam & nostram uolentes statuere, iustitiæ dei nõ simus subiecti. Vere, inquit, per legem fidei exclusa est gloriatio tua, qua de legis obseruatiõe tumebas: quia nos apostoli *arbitramur*, id est, certi sumus, *iustificari* quemlibet *hominem per fidem sine operibus legis* præcedentibus. Non ideo enim Apostolus hoc dicit, ut si quis crediderit, non ad eum pertineat bene operari: sed ideo potius, ut nemo putet meritis priorum bonorum operum se peruenisse ad donum iustificationis, quæ est in fide. In hoc enim se gentibus in Christum credentibus Iudæi præferre cupiebant, quod dicebant se meritis bonorum operum, quæ per legem sunt, peruenisse ad euangelicam gratiam. Ideoq; scandalizabantur multi qui ex Iudæis crediderant, quod incircuncisis gentibus Christi gratia traderetur. Vnde nunc Apostolus dicit posse hominẽ sine operibus, scilicet præcedentibus, iustificari per fidẽ. Nam iustificatus per fidem, quomodo potest nisi iuste deinceps operari, quamuis nihil antea iuste operatus ad fidei iustificationem peruenerit, non merito bonorum operũ, sed gratia dei, quæ uacare in illo non potest, cum iam per dilectionẽ bene operatur? Quod si cum crediderit, mox de hac uita discesserit, iustificatio fidei manet cum illo, nec præcedentibus bonis operibus, quia non merito ad illam, sed gratia peruenit: nec consequentibus, quia in hac uita esse non sinitur. Vnde manifestum est, quia quod Apostolus dicit iustificari hominem per fidem sine operibus, non ita debet intelligi, ut accepta fide, si uixerit, dicamus eum iustum etiamsi male uixerit, sed ut sciat se quisq; per fidem iustificari, etiam si legis opera non præcesserint. Sequuntur enim iustificatum, non præcedunt iustificandum. De illis autem, qui post acceptionem fidei nolunt bene operari, testatur Iacobus, quia fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa. Post hæc Apostolus ut ostendat & gentiles ad istam gratiam debere suscipi sicut Iudæos, ait: *An Iudæorum deus tantum?* Quasi dicat: Vos putatis quod ad uos tantum de us pertineat, & uos soli gratiã eius suscipere debeatis. Sed nunquid hoc uerum est? An Iudæorum tantum est deus? *Nonne* est *etiam gentium* sicut Iudæorum? *Imo*, id est, magis hoc eligam dicere, quia est *& gentium* & Iudæorum, id est, omnes homines fecit, & similiter de oĩbus cura est ei. Non solum uobis, sed & gentibus uenit Christus, uobis ex lege promissus, sed ad illas missus. Propter ea multo magis & gentium, quia ante legem sancti in præputio placuerunt deo. Ob hoc enim dixit, *imo & gentium*, ut ostenderet magis gẽtes, quoniam ante fuerunt sancti præputiati ꝙ circũcisi, & Abraam ante circuncisionem fide iustificatus est. Sed Iudæi tumendo dicunt: Gentes idola colendo, deum dereliquerunt. Quibus respondetur: Et uos. Sed nos, inquiunt, conuertimur. Et illi, Nobis, atiũ, Christus uenit promissus. Et illis. Non ergo uidetur tantum est deus, quoniam ex Adam nati sumus, & per prophetas prædictum est, gentes Christo credituras. Vere gentium deus est sicut Iudæorum. Quod cũ alijs modis possit probari, hoc unũ pono, *quoniamquidem unus est deus*, non plures dij. Et in hoc apparet unus esse omnium, quia iustificat omnes per eandem causam: Nam *circumcisionem*, id est, circuncisos *iustificat ex fide, & præputium*, id est, præputiatos *p fidem*, hoc est enim ex fide, quod per fidem. Nã nec circuncisio, nec præputiũ sine fide iustificatur. Et quandoquidem homo iustificatur per fidem sine legis operibus, *ergo legem destruimus per fidem? Non, sed statuimus*. Quod Iudæus posset inferre, ipse Apostolus sub interrogatiõe infert, ut remoueat. Quia, inquit, per fidem iustificari dicimus quẽlibet hominem sine legis opere, ergo per fidem destruimus legem? *Absit* ut destruamus eam. Sed potius *statuimus*, id est, firmam & stabilem esse facimus legem. Per legem enim, cognitio peccati: per fidem impetratio gratiæ contra peccatum: per gratiam sanatio animæ ã uitio peccati; per animæ sanitatem, libertas arbitrij: per liberum arbitrium, iustitiæ dilectio: per iustitiæ dilectionem, legis operatio. Ac per hoc lex non destruitur, sed statuitur per fidem: quia fides impetrat gratiam qua lex impleatur, gratia sanat uoluntatem qua iustitia libere diligatur. Vel ita: *Legem ergo* &c. Quoniam

Iacob. 2.

B

Sapien. 8

Iacob. 1.

C

D

Locus obscurus.

c

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Apostolus dicebat hominem iustificari per fidē sine legis obseruantia, ne Iudæi dicerent, Legem ergo destruis, in qua omnes qui crediderunt iusti, circuncisi fuerunt. Non soluo, ait, non destruo, sed confirmo, dum hanc prædico circuncisionē
Deut. 30 quam illa prædixit. In nouissimis, inquit, diebus circuncidet dominus deus cor tuum, & cor semi nis tui. Tūc destruerem legem, si illam mentitam dicerem, hoc est, non cessaturam, cum illa promi
Ieye. 44. serit se esse cessaturā, sicut Ieremias ait: Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentū nouum, non secūdum testamentum quod feci pa tribus eorum, in die qua apprehendi manus illo rum ut reducerem eos de terra Aegypti: sed hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit dominus, dando leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum super scribam eas. Non destruitur lex, cū impleta cessat. Non eam destruimus, sed magis statuimus, id est, stare facimus, dum probamus uerum esse, q̄d dixit de antiquis iustis & de gentibus credituris, & spiritalem circuncisionem uēturam, dum hoc efficit fides quod lex iubet.

CAPVT IIII.

QVid ergo dicem9 inuenisse Abra am patrē nostrū sēdm carnem? Si em̄ Abraā ex opibus iustificatus ē, ha bet gloriā, sed non apud deū. Quid em̄
Gene. 15 scriptura dicit? Credidit Abraam deo,
B & reputatum est illi ad iustitiam.

¶ Reuocat illos ad caput circuncisionis, ut q̄d in initio constiterit, id habeatur in toto. Quādo quidem fide iustificatur homo sine operibus, & nemo iustificari ualet absq; fide, *ergo quid dicemus*, id est, quid possumus dicere, *Abraam patrem nostrū*, quem imitari debemus, *inuenisse secundum carnem*, id est, secundum carnis circuncisionem, uel secun dum carnalia legis opera? Ac si dicat: Nihil iustifi cationis dicere possumus eum inuenisse secūdum carnem, sed potius secundum mentem, circunci sio enim in carne est, fides autem mente. Et ipse non per circuncisionem, sed per fidem legitur in uenisse iustificationem, sicut generaliter dictum est, omnem hominem posse iustificari per fidem sine operibus. Vel secundum carnem est pater noster, quia ex eo carnis originē ducimus, & cir cuncisionem carnis ab ipso habemus nos Iudæi. Secundum fidem uero, pater est credentium ex gētibus. Et quid dicimus eum inuenisse per quod iustus esset? Opera legis? Non. Quia si dixerimus quod ex operibus legis sit iustificatus, hoc incon ueniens incurremus, quod habet gloriam de suis operibus, sed non apud deum, quod omnino fal sum est, quia omnes scimus eum habere gloriam apud deum. Non ergo ex operibus, sed ex fide iu stificatus est. Sicut enim fides sine subsequenti bus operibus bonis uacua est, ita quælibet ope ra bona ante fidem. *Habet gloriam*, apud semetip sum uel apud homines, *sed non apud deum*. Multi C enim gloriantē de operibus, & multi pagani pro pterea nolunt fieri Christiani, quia quasi sufficiūt sibi de bona uita sua. Et dicit aliquis talium, Be ne uiuere opus est. Quid mihi præceperus est Christus, ut bene uiuā? Iam bene uiuo. Quid mi hi necessarius est Christus? Nullum homicidium, nullum furtum, nullam rapinam facio, res alie nas non concupisco, nullo adulterio contamino nor, non inuenitur aliquid in uita mea quod re prehendatur, & qui reprehenderit, faciat me Christianum. Iste talis habet gloriā, sed nō apud deum. Non autem sic pater noster Abraam glo riatus est. Non enim ex operibus legis inuenit iu stitiam, utpote qui ante legem fuit, sed potius ex fide, quia promissis dei credidit. Vere non ex ope ribus est iustificatus. *Nam quid dicit scriptura* in Ge nesi? id est, unde dicit scriptura iustificatū Abra am? Ex fide. Testatur em̄ quia *credidit Abraam deo* promittenti quod semen eius futurū esset multi plex & clarissimum sicut stellæ cœli, & quod ita firmiter credidit, *reputatū est illi* diuinitus *ad iustiti am*. i. per hanc credulitatem nō solū liberatus est ab oīi originali & actuali pcto, sed & iustus est à deo reputatus. Ergo ex fide iustificatus ē Abra am. Sed si fidem opera non præcesserunt, tamen sequuta sunt. Nā qui prius ex fide iustificatus est in conspectu dei, postea & ex operibus est iustifi catus etiam in conspectu hominum. Vnde & Ia cobus apostolus in epistola sua contra eos qui no lebant bene operari, sed de sola fide præsume D bant, ipsius Abraæ opera commendauit, dicens: Vis autem scire o homo inanis, quoniā fides sine operibus otiosa est? Abraam pater noster non ne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac fili um suum super altare? Nec est Iacobus in hac sen tentia contrarius Paulo dicenti, quia si Abraam ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deum, ac per hoc asserēti quia non ex operibus est iustificatus. Vterq; enim uerum di cit. Paulus quippe, commendans iustitiam quæ ex fide est, aduersus eos qui fidem negligentes, gloriabantur de iustitia quæ est ex operibus, di xit Abraam non esse iustificatum ex operibus, sed quæ fidem præcederent. Iacobus autem ut dictū est, aduersus illos qui præcepta fide torpebant ocio, & putabant se per eandem fidem, utpote iu stificatos, posse saluari, etiam si bona opera non haberent, dixit Abraham ex operibus esse iustifi- *Gene. 22*
catum, sed quæ fidem sequuta sunt. Vnde ut ostenderet se non dissentire à Paulo, sed potius concordare, protinus addidit: Vides quoniam fi des cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est, & suppleta est scriptura, dicens: Credidit Abraam deo, & reputatum est il li ad iustitiam, & amicus dei appellatus est? Et adhuc subiecit: Videris quoniam ex operibus iu stificatur homo, & non ex fide tantum? Manife stum est enim, cum loqui de operibus quæ fidē subsequuntur. Quia Paulus sine præcedentibus operibus dixit hominē sola fide posse iustificari.

A Nemo enim fidem suis præcedētibus meritis ha bere potest. Et ideo qui per fidem gratis sibi datā iustificatur, non in se, sed in domino gloriatur: quia dum non ex operibus habet fiduciam, per omnia deo se intelligit debitorem, nihil inueni ens quod sibi arrogare possit ex meritis.

Ei autē qui operat̄, merces nō imputat̄ sēdm gratiā, sed secundū debitū. Ei ue ro qui non operatur, credenti aūt in eū qui iustificat impium, reputatur fides ad iustitiam sēdm propositum gratiæ dei, sicut & Dauid dicit beatitudinem hoīs, cui deus accepto fert iustitiā sine operibus: Beati quor̄ remissæ sunt ini
Psal. 31. quitates, & quor̄ tecta sunt pcta. Bea tus uir cui nō imputauit dīs peccatū.

¶ Dixi quia Abraam iustus est ex fide. Sed *ei qui operatur* opera legis quæ Abraam non fecit, uel aliqua bona ut gratiam mereatur, ut Iudæus se fecisse dicebat, si merces est ei, non est ex gra tia, sed ex debito meriti sui. Sed si quis quærere uoluerit ante gratiam, quid meruerit ut accipe ret eam, mala sua poterit inuenire, nō bona. Gra tia enim gratis datur, unde etiam nūcupatur. Si ergo gratia, non iam ex operibus. Alioqui gra tia iam non est gratia. Errat igitur Iudæus uel qui
B libet alius, qui se putat merito præcedētium ope rum peruenisse ad gratiam Dei. Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei? Putat quod ipse pri or dederit deo, & pro mercede sui operis accepe rit euangelicam gratiam. quod non ita est. Huic enim qui ante operatur, non gratia, sed debitum redditur. Illi uero qui non facit opera legis, sed absque præcedenti opere accedit ad fidem, suffi cit ipsa fides ad iustitiam, ita attribuit Apostolus alijs quod de Abraam dixerat, scilicet quod si est iustus ex operibus, habet gloriam, sed non apud Deum, & ideo ex fide. Vel hoc modo fides in exordio iustificat sine operibus. Sed qui sic iusti ficatus est, non debet deinceps à bonis operibus torpere. Nam ei qui post fidem quam gratis ac ceperit, operatur opera bona, *non imputatur mer ces*, id est, non recompensatur æterna remunera tio *secundum gratiam*, id est, secundum fidem tan tum, sed *secundum debitum* operatiōis suæ. Ita fit ei qui post acceptam fidem uiuit & bene operatur, non enim aliter à domino mercedē percipit. Sed *ei qui non operatur*, id est, qui postquā baptizatus est, non habet tempus operandi, uel propter infir mitatem nō potest operari, quanquam uelit, sed absq; opere de hac uita rapitur cum fide & bona uoluntate, huic nihil operanti, sed tantummo do *credenti in eum qui iustificat impium*, id est, in De um, *reputatur fides eius ad iustitiam*, id est, sola fides sufficit ei ad iustitiam, & ita ad salutem *secundum propositum gratiæ* Dei, id est, secundum quod Deus per gratiam suam longe ante proposuit, uel se cundum gratiam dei propositam omnibus cre dere uolentibus. Credenti, inquit, in eum qui iu stificat impiū. Aliud est credere eum, aliud est cre dere ei, aliud credere in eum. Credere eum, est credere quod ipse sit, Credere ei, ē credere quod ipse uera dicat. Credere in eum, est credendo a mare, credendo in eum ire, & eius membris in corporari. Et idcirco fides qua creditur in eum, ipsa est sola quam ille approbat. Credēti in eum qui iustificat impium. Impius est, qui non recte credit, etiam si nihil cuiquam auferat, si pauperi bus tribuat, si uxorem alienam nō concupiscat; si nulli fraudem faciat, si depositum reddat, quia hæc omnia facit non ea intentione qua debuit; & idcirco bona non sunt, quoniam non de bo na radice prodeunt. Quisquis ergo sine fide ope rari bona uult, impius profecto est. Sed credat in eum qui iustificat impium, ut & ipse ex impio fi at pius: & per fidem iustificatus, possit deinceps opera pietatis & iustitiæ facere. Ei qui sic credit, reputatur fides eius ad iustitiam secundum pro positum gratiæ dei, qui sic per gratiam suam pro posuit & decreuit, ut cessante lege fides iustificet. Et hoc dico ego ex gratia fieri, *sicut & Dauid dicit* *Psal. 31.*
hic & in futuro esse *beatitudinem* illius *hominis, cui accepto*, id est, ad gratiam assumpto, *deus fert iustiti am sine operibus* præcedentibus. Magna enim bea titudo est hominis, sine labore legis uel pœniten tiæ fidem per solam gratiam promereri secundū D proposito dei, quo proposuit gratis peccata di mittere. Illi accepto fert deus iustitiam sine ope ribus, qui per fidem qua primum deo credidit, & de præterito absoluitur, & de præsenti iustifica tur, & ad futura fidei opera præparatur. Probare uult Apostolus, & in ipsa lege prædici iustitiam sine operibus prodesse, nec se hoc de suo defen dere, sed prophetæ testimonio confirmare. *Beati*, inquit, *sunt illi quorum iniquitates sunt remissæ, et quorum peccata* sunt oculis dei *tecta*. Iniquitas est, contra legem uel extra legem agere. Vnde & grę ce dicitur anomia, id ē, sine lege, quia lex nomos. Iniquitas ergo est, à lege deuiare, uel contra le gem agere. Peccatū uero etiam illud dici potest, quod contra quām naturam docet, & conscientia arguit, delinquitur. Et iuxta hunc sensum iniqui tas ad Iudæos, peccatum autem ad gentes perti nere uidetur. Sed utrorunque culpas dominus p̄ gratiam suam, si crediderint, abluit. Quod enim remittitur, non est; & quod tegitur, non apparet; & ideo non imputatur. Beati sunt illi quorum inf quitates sunt remissę in baptismo, uel etiam ignē dilectionis postea liquefactæ & consumptæ, si cut illius peccatricis, cui remissa sunt pcta multa, quia dilexit multum. Et quorum peccata super *Luce 7.*
positis actibus bonis sunt tecta. Omne enim q̄d tegitur, interius ponitur; & hoc unde tegitur, de super ducitur. Quando igitur abdicamus mala quæ fecimus, & eligimus bona q̄ facimus, quasi tegimen rei superducimus quam erubescimus iu dæi. Et ita ante Dei oculos teguntur peccata, dū eis superducuntur bona facta. Potest etiam ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gẽtes magis pertinere iniquitas, quæ dicitur anomia. i. sine lege, quia gẽtes sine lege erãt. Et possumus cotũ in baptismo intelligere fieri. i. & iniquitates remitti. i. deleri: & pcta tegi, ut ultra non uideantur ad pœnã. *Beatus* est etiam *uir* ille, *cui* credenti dñs propter fidem suã *non imputauit* ad pœnam *peccatũ* originale uel aliquod peccatũ. Sicut enim Abrahæ reputata est fides ad iustitiam, ita & omni credenti: cum fides ad iustitiam in baptismo reputatur, peccatum utiq; non imputatur.

Beatitudo ergo hæc in circuncisiõe tm̃ manet, an etiã in p̃putio? Dicimus em̃ quia reputata est Abraæ fides ad iustitiam. Quo ergo reputata est? In circuncisiõe, an in p̃putio? Non in circuncisione, sed in præputio. Et signũ accepit circuncisionis, signaculũ iustitiæ fidei q̃ est in præputio, ut sit pater oĩm credentium p̃ præputium, ut reputetur & illis ad iustitiã, & sit pater circuncisionis, non his tm̃ qui sunt ex circuncisione, sed his qui sectantur uestigia fidei, q̃ est in præputio patris nostri Abraç.

¶ Qñquidem Dauid uniuersaliter dicit eũ esse
B beatum, cuius iniquitates uel pcta deus gratis remittit, *ergo hæc beatitudo* repromissionis pctorum *manet tantũ in circuncisione*, id est, in Iudæis, *an & in præptio*, id est, in gentilitate? Id est, cum cõstet q̃d beatitudo ista per fidem sit ex gratia, mõ quæriť in quibus sit, in Iudæis tm̃, an etiam in gentibus. Quod ideo quæro, quia constat de Abraã quod iustus est per fidem. Et cum hoc constet, quæro in quo statu sit iustificatus, postquam est circuncisus uel ante. Et sicut in eo uidebitur, sic in alijs credi poterit. Et hoc est: Idcirco quærimus an sit etiam in præputio ista beatitudo, quia *dicimus* omnes & confitemur, *quia fides Abraæ reputata est ad iustitiam*, id est, fide iustificatus est. *Quomodo ergo reputata est* ad iustitiam? *In circuncisione, an in præputio?* Id est, cum omnes confiteamur eum per fidẽ iustificatum, uideamus utrum propterea sit iustus quia est circuncisus, an ideo sit circuncisus, quia inuentus est iustus. *Non in circuncisione* est reputata fides eius ad iustitiam, *sed in præputio*. Id est, ante iustificatus est per fidem, quam circuncideretur. Non ergo propter circuncisionem iustificatus est. Quomodo, inquit, reputata est fides eius? Cum esset in circuncisione, an cum esset in præputio? Si enim fuisset tunc temporis in circuncisione, uidetur utique à fidei huius gratia exclusum esse præputium. Sed erat adhuc tũc in præputio. Et cum in præputio positus per fidem sit iustificatus, iure princeps & pater dicitur omnium credentium in præputio. In præputio est iustificatus. Cur ergo post circuncisus? Non hoc superflue factum est, sed *accepit signum circuncisionis*, non qua fieret, sed qua ostenderetur iustus.

C In præputio per fidem iustificatus est, & deindè accepit signum circuncisionis, id est, circuncisionem exteriorem, quæ esset signum interioris. Signum enim dicitur, cum per hoc quod uidetur, aliud aliquid indicatur. Bene ergo circuncisio signum appellatur in Abraham, quia & ipsa aliud uidebatur, & aliud intelligebatur: quia iam tunc carnalis illa circũcisio signum erat spiritalis circuncisionis, quæ non in carne suscipitur, sed in corde. Et tale signum quod sit *signaculum*, id est, habẽs similitudinem signatæ rei, ut sicut carne libidinis, sic spolietur omnibus primæ nariuitatis sordibus. Et quia nondum dixerat cuius signum, subdit: *Iustitiæ fidei*, id est, quæ est ex fide. fidei dico, *quæ est in præputio*, id est, quam ipse habuit existens in præputio. Vel *signaculum*, id est, celans quoddam mysterium. Signaculũ enim dicitur, cum alicui rei seruãdæ pro tempore custodia imponitur, quod nemo alius nisi ipse qui impressit, debeat resignare. Sic in circuncisione Abraæ concluſum est pro tẽpore mysterium quoddã, quod celaret inimicis, & seruaret amicis ad similitudinem sigilli, scilicet quod sicut iussum est Abrahæ ut octaua die circũcideret homo ex eius semine, sic in octaua post finem septem dierum seculi aufferret omnis uetustas & corruptio ab electis dei. Vel hoc mysteriũ sigillatũ est in eo, quod Abraam primo iustificatus est, & post accepit circuncisionem, quæ esset signaculum iustitiæ fidei eius, *ut ipse sit pater credentium per præputiũ*, id est, in præputio, *& sit pater circũcisionis*. Effectus enim est utriusq; generis pater, his qui sunt in præputio per fidem, & his qui sunt in circuncisione, per carnem. Et hoc Abrahæ sigillum tunc credimus resignandum, id est, aperiendum, cum plenitudo gẽtium introierit, & omnis Israel saluus erit. Tunc enim patenter cognoscetur Abraam esse pater non solum gentium, sed etiam circuncisionis per fidem. Nam idcirco ante iustificatus est in fide, dũ adhuc esset incircũcisus, & post circũcidi iussus est, ut ostẽderetur primo pater futurus multarũ gentium, & postea illorũ qui ex circuncisione crediturí sunt. Neque enim hi qui secundum carnẽ nascuntur ex Abraam, filij Abraæ dicendi sunt, ni fidem & opera Abraæ habeant. Hoc itaque sigillabatur in circuncisione Abrahæ, ut sit pater, id est, exemplum omnium credẽtium per præputium, id est, in præputio. Sic enim dicit per præputiũ, pro in p̃putio, sicut dicere solemus, per illud tẽpus, pro in illo tẽpore. uel sit pater per præputium, id est, per id quod datũ est ei tẽpore præputij. Si enim post circuncisionem datum esset, diceretur ex ea hoc accepisse, per hoc q̃d accepit in p̃putio, id est, per fidem sit pater credẽtium de gentibus, ut reputetur & illis credulitas ad iustitiam, id est, ut sicut Abraã in præputio iustificatus est per fidem, ita & illi iustificenť credẽdo, licet præputium non exuerint. Et circũcisionem ideo accepit, ut sit pater circũcisionis, id est, Hebræorum. Nam ante in præputio iustus fuit, ut esset incircuncisorum iustorum pater: & circũcisus iustus

A permansit, ut circuncisorum iustorum fieret pater. Fieret inquã pater, *non his tantũ qui sunt ex carnali circuncisione*. i. Iudæis: *sed & his* qui corde sunt circuncisi, nõ carne. i. gentilibus, *qui sectantur uestigia* fidei Abraæ, hoc est, qui illũ in fide imitanť, ut ita ample credant sicut ille. *Quæ* fides *est in præputio patris nostri Abraæ*, id est, apparet in patre nostro Abraam, dũ ipse est adhuc in præputio. Ideo toties reperit de p̃putio, ut ostendat gẽtiles eodẽ modo per fidem iustificari, sicut & Iudæos.

Gene. 17 Non enim p̃ legem promissio Abraæ aut semini eius, ut hæres esset mundi, sed p̃ iustitiã fidei. Si em̃ qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim irã operatur: Vbi em̃ nõ est lex, nec p̃uaricatio. Ideo ex fide, ut sedm̃ gratiam firma sit promissio oĩmi semini, nõ ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abraæ, qui est pater oĩm nostrũ, sicut scriptũ est, Quia patrem multarũ gentium posui te ante deum cui credidisti, qui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt.

B ¶ Vere Abraam est pater omnium credentiũ Iudæoꝝ & gentiũ, quia per fidem adeptus est hãc paternitatẽ, non per legem. *Non enim p̃ legem* facta est ei *promissio*, quia lex nondũ erat. Non per legẽ, *sed p̃ iustitiam fidei*. i. quam per fidem obtinuerat, facta est *Abraæ* promissio, *& semini eius*, id est, Christo. Hæc scilicet promissio, *ut ipse esset hæres mũdi*, id est, possessor aliquorum de toto mũdo, qui eũ imitarenť: & in Christo q̃ ex eo nasciturus erat, possideret omnia. Abraham est hæres mundi, id est, possidens totum orbem per fidẽ, quia ipse est oĩbus exemplũ fidei & oẽs sancti sunt filij eius per fidẽ. Semen quoq; eius. i. Christus, est hæres
Psalm. 2. . i. dñs mundi scdm̃ regiam potestatẽ, per quẽ benedictio filijs Abraæ, & cui pater dixit, Dabo tibi gentes hæreditatem &c. Et hæc promissa fuerant Abrahæ & semini eius, non per legem quæ nondum erat, sed per fidem qua ipse deo crediderat. Et merito. Legis enim obseruantia pœnã tantũmodo effugit, fidei uero meritum spem repromissiõis expectat. Et præceptum seruis imponitur, fides ab amicis quæritur. Vere non per legem, sed per fidem Abraã est hæres mundi: quia *si* illi *qui* sunt *ex lege*, id est, carnales Iudæi, *sunt hæredes*, id est, possessores hæreditatis, quam Deus Abraç promisit, *tũc fides est exinanita*, id est, inanis & inutilis facta, cum gentes per eam non possint hæreditare cœlestẽ patriam, *& abolita*, id est, delata & in irritum ducta est *promissio* dei, qua dictũ est Abraæ, quia in semine tuo, id est, in Christo, benedicentur omnes gentes, id est, benedictionẽ hæreditare possidebunt. Nam si ex lege tantũ sierent hæredes, ut Iudæi uolebant astruere, gentes q̃ lege carent, sine bñdictione hæreditatis remanerent. Non ergo per legẽ Abraã est hæres mundi, quia nec filij eius sunt per legẽ hæredes, id est, æternæ hæreditatis possessores. Nam si hoc esset, inconuenientia sequerentur, quod scilicet superflua esset fides qua ipse iustificatus est, & qua iustificantur cæteri, cum per eã non posset hæreditas ęterna acquiri, & promissio diuina remaneret inexpleta, quę promisit oẽs gẽtes benedicẽdas, qm̃ nullus gẽtilium bñdiceretur, & ita nulli essent hæredes. Et uere ex lege non est hæreditas: Nam *lex* potius *iram operatur*, quia peccantẽ in se aut lapidari continuo, aut igne cremari, aut alio gñe supplicij iubet interfici. Lex iram operať & præuaricationẽ. Ex ea enim est p̃uaricatio, nã sine ea non est. *Vbi enim non est lex, nec præuaricatio*, id est, transgressio. Qui ergo legem non acceperũt, iniqui dici possunt, præuaricatores non possunt. Iudicanť utriq; secundũ merita sua, sed tamẽ ira dei maior est in præuaricatores, qui per legem cognoscunt pctm̃, & tamen faciunt. Et ita non potest per legem hæreditas haberi, sed potius ira. *Ideo ex fide* sunt hæredes. Ex fide, quæ est donum misericordiæ & iustificat credentes, habetur hæreditas, ita *ut secundũ gratiam* dei, non secundũ merita hoĩm, *firma*, id est, uerax & rata *sit promissio*, quam deus fecit Abraæ de multiplicatiõe filiorum, qui perpetuam hæreditatẽ essent possessuri. Non em̃ firma esset, sed potius infirma & irrita, nisi ipse per gratiam suam implesset eam. Ideo non de nostrę uoluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promisit. Promisit em̃ q̃d ipse facturus fuerat, nõ quod homines. Quia etsi faciunt homines bona quæ pertinent ad colẽdum deum, ipse facit ut illi faciant quæ præcepit, non illi faciunt ut ipse faciat q̃d promisit. Alioquin ut dei promissa compleantur, non in dei, sed in hominũ potestate est: & quod à domino promissum est, ab ipsis reddi, tur Abraæ. Sed nõ ita fieri potest, per gratiam ergo dei gratuito munere nobis concessam implentur eius promissa, dum per donum suæ gratiæ facit ut credamus & bene operemur, sicq; hæredes efficiamur. Firma sit promissio *omni semini* Abraæ. i. non parti seminis, sed oĩ semini. Volebãt em̃ Iudæi ut quãtum ad eos, firma esset: & quantum ad gentiles, cassa. Sed non ita deus promisit, cum diceret, in semine tuo benedicentur omnes gentes. Firma sit omni semini, id est, omni populo fidelium imitatori Abraæ, *non solum ei qui ex lege est*, id est, qui ex ueteri testamento uenit ad nouũ, *sed & ei qui est ex fide Abrahæ*. i. qui non sibi promissa lege sequitur fidẽ Abraæ, qui sine lege per fidẽ iustificatus esse memoratur. *Qui est pater* non omnium hominũ, sed *omnium nostrũ*, id est, non solum qui ex lege descẽdimus, sed & qui ex fide legi succedimus, scilicet & circũcisiorum & præputiatorum credentium est pater, id est, institutor et exemplũ. Ita est pater credẽtium, sicut in Genesi *scriptum est*, dicẽte domino, *Quia patrem*, id est, autorem secundũ fidem, non dico Iudæoꝝ. *sed mul-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tarum gentiũ posui te. Multaꝝ aũt, non quarundã,
Cent. 17 sed oĩm. Si ergo pater multaꝝ gentium futurus
esse promittitur, recte non solum eoꝝ qui ex circuncisione ueniunt, sed eoꝝ qui ex gentibus credunt, pater noĩatur. In eo enim quod ipse dicitur pater multarum gentium, superbia confunditur Iudæoꝝ: quia Iudæorum carne, gẽrium aũt fide pater est. Vbi recte Apostolus ex sua interpretatione addidit, *ante deũ cui credidisti*, significans fidem in interiore homine esse in cõspectu dei, non in ostentatione hoĩm, sicut carnalis circumcisio: et per eandẽ fidem, non per carnem eum esse patrẽ gentium, quas ante dei oculos in fide gñauit. *Qui* deus, sicut Apostolus subiungit, *uiuificat mortuos*, id ẽ, à morte animæ suscitat per baptismũ Iudæos, *& uocat*, ad fidem *ea quæ non sunt* .i. gentiles, de
Exod. 3. quibus scriptum est, Oẽs gentes quasi nõ sint, sic sunt corã eo. Ipse enim uere est qui ait, Ego sum qui sum. A quo quisquis recedit etiã esse amittit, ut iure dicat non esse. Et tales erant gentes idolis seruientes. Sed ipse *uocat ea quæ non sunt tanq̃ ea quæ sunt*. i. gentiles ad fidem adducit, sicut Iudæos qui ob unius dei cultum dicuntur esse. Vel oẽs peccatores siue gentiles, intelligamus mortuos. Et hos enim deus per gratiã suam uiuificat, ut ex fide uiuant. Et uocat ea quę nõ sunt, tanq̃ ea quæ sunt. Apud eum quippe factum est, quod eius dispositione futurũ est. quia de illo per prophetam dicit, Qui fecit quæ futura sunt. Nondũ erant quibus
B promitteret, qñ Abraæ loquebat, ne quisquam de meritis gloriaret. Et quibus promissum est, etiã ipsi promissi sunt, ut totũ corpus Christi dicat, Gratia dei sum id quod sum. Dũ em̃ deus uocare dicit ea q̃ non sunt, sola gratia uocantis apparet, non aliquod meritum eorum, qui nec esse adhuc habuerunt qñ uocantur. Elegit, inquit, nos ante mundi constitutionẽ. In mundo facti sumus, nec mundus erat qñ electi sumus. Quis hoc explicare sufficiat? Eliguntur qui nõ sunt, nec erat qui elegit, nec uane elegit. Elegit tamẽ, & habet electos quos creaturus est, eligẽdos. Habet autem apud semetipsum, non in natura sua, sed in præscientia sua. Recte itaque dicitur uocare ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt. De Abraam uero subdit,

Gen. 13. Qui cõtra spem in spẽ credidit, ut fieret pater multarꝝ gentium, secũm quod ei dictũ est: Sic erit semen tuũ sicut stellæ cœli, & sicut arena maris. Et nõ infirmatus est fide, nec cõsiderauit corpus suũ emortuũ, cum fere centum annoꝝ esset, & emortuã uuluam Sarę. In repromissiõe etiã dei nõ hęsitauit diffidentia, sed cõfortatus est fide, dãs gloriam deo, pleniſſime sciens, quia quæcũq̃ promisit, potẽs est & facere. Ideo reputatũ est illi ad iustitiã, sed & propter nos, q̃bus reputabit̃ credentibus
C in eũ, qui suscitauit Iesum Christũ dominum nostrum a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostrã.

¶ Incipit commendare fidem Abraæ, ut imitemur. Sæpe em̃ iam dixerat eũ credidisse, & ideo pergit nunc ostendere, qũo & q̃ firmiter crediderit. Qui credidit in spem habendi filiũ per promissionem dei, & hoc contra spem carnis suæ, q̃ iam erat quasi per naturã deficiens & frigida *contra spem*, id est, contra hoc quod prius sperabat se non amplius filiũ gñare, *credidit* eundo *in spem*. i. ut speraret se posse gñare, quia deus promittebat. Dum enim uiridi essent ætate, sperauit scẽm naturam ex iuuencula uxore sobolẽ habere, nec potuit. Modo aũt cõtrarium sperauit, ut scilicet uetulus ex uetula & sterili generaret per dei potentiam. Sicq̃ contra ueterẽ spem credidit in nouam spem. Maius est em̃ sperare cõtra aliquod insperatum, q̃ simpliciter sperare. *Credidit* Abraham *ut fieret pater multarum gentium*. i. cã ualide credidit, ut ꝓpter fidei meritũ susciperet ex sua coniuge filiũ, de quo populus Hebræorũ ꝓpagaretur, & ex illo populo Christus carnẽ assumeret, in quẽ oẽs gẽtes crederent. Hoc em̃ ordine factus est Abraã pater multaꝝ gentiũ. Et hoc iuxta *quod dictũ est ei* diuinitus, *Sic erit semen tuũ sicut stellæ cœli, & sicut arena maris*. Non quod essent tot uel carnaliter uel spiri- D
taliter ex eo processuri, quot sunt stellæ uel arena quæ numerari nõ potest: sed quod illi, qui ex eo siue carnaliter siue spũaliter erant nascituri, ita futuri essent hoĩbus innumerabiles, ut stellæ & arena. Mystice uero per stellas intelligunt̃ spiritales filij cœlo inhærentes, & desuper lucẽtes fulgore uirtutũ: per arenã uero siue Iudęi siue Christiani carnales, in infimis corde iacentes, & fructũ boni operis nõ ferentes. Abraã credidit. Et quia posset ad horã credere & postea deficere, subdit, quia *non infirmatus est fide*. Credidit em̃ deo promittẽti, & in illa fide nõ est infirmatus. i. debilitatus, cum multas causas infirmandi haberet scẽm humanã rationem, scilicet quod nec ipse iã nec uxor eius idonei essent ad gñandum. Ideo enim quod credidit, non *considerauit corpus suum emortuũ*, & uere emortuũ, *cũ esset uere centũ annorũ*. Et licet tãto tẽpore uixisset, tm̃ nõ hoc attẽdit, nec etiã cogitauit *uuluam Saræ emortuã*. Sara em̃ sterilis erat, & cruore menstruo iam destituta: propter quod iã parere nõ posset, etiam si sterilis nõ fuisset. Porro si fœmina ita sit prouectioris ætatis, ut ei solita mulierum adhuc fluant, de iuuene parere potest, de seniore nõ potest, quamuis adhuc possit ille senior, sed de adolescentula gignere, sicut Abraam post mortẽ Saræ de Cethura potuit, quia uiuidã eius ætatem inuenit. Hoc ergo est quod mirum commẽdat Apostolus, & ad hoc dicit Abraæ iam fuisse corpus emortuum, quoniam non ex omni fœmina, cui adhuc esset aliq̃d pariẽdi tempus extre-

A mum, gñare ipse in illa ætate adhuc posset. Ad aliquid em̃ emortuũ corpus intelligere debemus, non ad omnia. Nam si ad oĩa, non iam senectus uiui, sed cadauer esset mortui. Sara quoq; magis erat destituta cunctis uiribus gñandi. Et tũ nihil horum considerauit Abraam, cum audiret sibi à deo soboles promitti, sed potentiã promittentis attendens, nihil difficile esse credidit in his, quę promittebat omnipotẽs. Ita fuit credulus in promissione qua dictum est ei, qm̃ qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis hæredem: uel qñ audiuit quia ex Sara dabo tibi filium cui bñdicturus sum. *In repromissione etiam dei* .i. qñ deus iterum ei promisit, quia reuertẽs ueniam ad te tẽpore isto, uita comite, & habebit filium Sara uxor tua, *non hæsitauit diffidentia*, id est, non dubitauit ut diffideret de completione promissionum, *sed confortatus est fide*, id est, omnino fortis & constans factus est in fide, *dans gloriam deo*, id est, glorificans deũ qui per munus gratiæ suæ daturus erat ei filium contra naturam ex uetula sterili, & per illum filium in Christo populum credentiũ plenissime, id est, multo intuitu ueritatis & potẽtiæ dei, *sciens quia quæcunq; promisit, potens est etiam facere*. Deus igitur eos quos promisit bonos, facit ut ipsi faciant bona. Neque enim eos propterea promisit Abraæ, quia præsciuit à seipsis bonos futuros. Nam si ita
B est, non suum, sed eorum est quod promisit. Nõ autem sic credidit Abraam, sed dedit gloriam nõ humanis meritis, sed deo, pleniſſime credẽs quia quæ promisit, potens est & facere. Non ait, quæ præsciuit potẽs promittere, aut quæ prædixit potens ostendere, quæ promisit potens præscire, sed quæ promisit potens & facere. Ipse ergo facit bonos eos qui boni fiunt, & ipse facit in bono perseuerare eos qui perseuerant. Hoc enim promittit deus quod ipse facit. Non enim promittit & aliud facit. Quod iam non est promittere, sed prædicere. Cauẽdũ est igitur ne homo se extollat aduersus deum, dicens se facere quod promisit deus. Ipse enim & fidem gentium, sicut Abraæ promiserat, facit, qui potens est facere quod promisit, & omnia bona operat̃ in sanctis. Hæc ita credidit Abraã, *ideo & reputatum est illi ad iustitiam*. Diceret aliquis: Quid ad nos q̃ Abraã credidit, quod per fidem iustificatus est? Hoc illius gloria fuit. Et Apostolus: Ipse quidem ita per fidẽ magnificatus est. Sed tamẽ nõ est scriptum tm̃ propter ipsum, id est, propter laudem & commendationem ipsius, hoc scilicet, quia reputatum est illi ad iustitiã quod bñ credidit, *sed etiam propter nos* instruẽdos, ut profectum fidei ex illa scriptura caperemus, intelligẽtes quia si ita credamus deo, ut ille credidit, etiam nobis *reputabitur* fides ad iustitiã *credentibus in eum, qui suscitauit iesum a mortuis*, id est, à numero mortuorum perpetualiter separauit, suscitans eum amplius non reuersurum in corruptionem, quod Iudæi non credunt. Suscitauit eum à mortuis, ut nos à uitiorum sordibus faceret resurgere. *Qui* Iesus *traditus est* in mortem, ut nos posse mus mori delictis nostris; *& resurrexit*, ut nos in uirtutum honestatem resurgeremus iusti. Etenim mors ipsius significat interitũ ueteris uitæ nostrę, resurrectio aũt gratiã nouæ conuersationis. Tra- A
ditus est in manus persequentiũ *propter delicta nostra* tollẽda, ne nos propter illa traderemur in manus dæmonum cruciandi: & per mortẽ iure diaboli destructo, *resurrexit propter iustificationem nostram*. i. ut nos iustificando suscitaret à morte animę, quatenus iuste uiueremus, quod aliter nõ poteramus. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostrã. Sonat in eius traditiõe delictũ, sonat in eius resurrectiõe iustitia. Ergo moriatur delictũ & resurgat iustitia.

CAPVT V.

IVstificati igit̃ ex fide, pacem habeamus ad deum, per dñm nostrum Iesum Christũ, p quẽ & accessum habemus p fidem in gratiã istam in qua stamus, & gloriamur in spe glorię filiorꝝ dei. Non solũ aũt, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes q̃d tribulatio patientiam operat̃, patientia autẽ probationẽ, probatio uero spem. Spes autem non confundit, quia charitas dei Iacob. 1. diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. D

¶ Qñquidem multis modis hactenus probatũ est, nõ ex operibus legis, nec ex uiribus liberi arbitrij, sed ex fide iustificari hoĩem, *igitur ex fide sumus iustificati*, nõ ex lege, nec ex nobis. Et nos ita iustificati, *habeamus pacem ad deũ*, quã non habetis, dum inuicẽ arrogatis falsam iustificationem, alij ꝑ legem, alij per uires liberi arbitrij. Quasi dicat: Hæc dissensio cõtra deũ est, qua de meritis uestris gloriamini, quasi per uosmetipsos iustificari. Sed iustificatio q̃ ex fide est, pacem cũ deo facit: quia inimicas ꝑsumptiões humanoꝝ meritoꝝ expellit, & animũ deo humiliter subjcit, dum se sola gratia saluari cognoscit. Ex fide sumus iustificati, & cũ gratis, quia & ipsa fides donũ supernæ gratiæ est. Et cũ fides impetrat iustificationẽ, nõ gratiã dei aliquid meriti ꝓcedit humani, sed ipsa gratia mereꝝ augeri, ut aucta mereatur & perfici comitante, non ducente: pedissequa, non præuia uoluntate. Ità ergo iustificati, iam de cætero pacem habeamus ad deũ, quia reconciliati sumus ei per mediatorem Iesum. Non iam à diuina uoluntate discordemus, sed pacem ad deum habere studeamus. *Per dominum Iesum*, id est, nõ per nosipsos, sed per auxilium & gratiam reconciliatoris nostri, *per quem habemus* non solum ablutionem nostræ uetustatis in sanguine ipsius, ut sic ascendamus ad indumentum iustitiæ & nouitatis, sed etiam *accessum* habemus per illũ, *in istam gratiam*, id est, in hanc uirtutum sublimitatem gratis datam, & hoc nõ per legem, sed *per fidem*. Hoc est dicere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Fides concessa nobis ex gratia, apud deum impetrat & remissionem delictorum & perfectionem omnium uirtutum, per Christum qui est ostium, accessimus per fidem in gratiã istam, id est, in bonæ uitæ obseruãtiam, *in qua stamus*, id est, statum rectitudinis habemus, qui in Adã cecideramus: quia qui manet in uitijs, nõ stat, sed prostratus iacet. Elias uero stabat qui ait: Viuit dominus in cuius cõspectu sto. Stamus, inquit, in hac gratia, nõ cadentes ab illa nec recedentes, *& gloriamur in spe gloriæ filiorũ dei*, id est, in eo quod speramus gloriam quam habent filij dei. Tantum enim est quod speramus, quantũ ex se psumere nullus auderet: quia in sola dei uirtute est ut hõ in filiorũ dei numerum possit ascendere. Et magna ualde gloria est, per fidẽ ac spem in numerũ filiorũ dei ascisci. Quod adeo magnũ est, ut à multis pro ipsa magnitudine incredibile uideat, eo quod speramus gloriã filiorũ dei nos consequuturos. *Non solũ autẽ* gloriamur de spe gloriæ huius, *sed etiã gloriamur* per Christi gratiam *in tribulationibus*, p quas oportet nos intrare in regnũ cælorũ. Gloriamur sine periculo uanitatis de tolerantia tribulationum, quia nouimus quãta merces inde sequat. Et hoc est quod gradatim ascendendo prosequit. Gloriamur in tribulationibus, quia sumus *scientes quod tribulatio operatur* in nobis *patientiã*, i. facit nos esse patiẽtes. nemo enim patiens esse potest, nisi in aduersis. *patientia aũt* operatur *probationem*, quia cuius patientiã uinci non potest, ille perfectus esse probatur. Multi enim ante experimentũ tribulationis putãt se fortes esse, qui in ipso experimento deficiunt & inbecilles esse apparent: & multi prius se putãt infirmos, qui in ipso articulo passionis apparent fortissimi, dũ oĩa uiriliter patiẽdo superant. Et ita probationẽ operat patientia, dũ & sibi & alijs unũquenq; liquido manifestat, qui anteq; pati inciperet, & sibi & alijs ignotus erat. *probatio uero* operat *spem*, quia unusquisq; ex eo q̃ per tribulationes insuperabilis esse probatus est, incipit habere spem, i. certitudinẽ futuræ gloriæ, quæ humanæ rationi uana uidet, sed testimonio uirtutis firmat. Si quis enim nondũ sibi probatus sperat pmium, non sperat, sed psumit. Nã tribulationes quibus patientia fidelij probat, non solum eas debemus intelligere q̃ extrinsecus accidunt. i. de dãnis uel languoribus, uel ex quolibet corporis cruciatu, sed eas etiam quas intus sibi faciunt aut perferunt, dũ in requie positi semetipsos affligunt & atterunt, obsistẽdo uoluptatibus suis, refrenando libidinẽ &c. q̃ ad bonum continentiæ uel abstinentiæ pertinent, *faciendo*. Ex quibus sine dubio nascitur patientia, quæ probabilis effecta, generat spem. Spes autem est bonorũ expectatio futurorum. Quæ exprimit humilitatis affectum & sedulæ seruitutis obsequium, quæ non est inanis, quia non confundit, id est, non generat confusionem sic sperãti, quia quicquid spe rauit adipiscitur. Ille enim sua spe cõfunditur qui dicit, Ego quod sperabam non inueni. Vir autem qui per patientiam in tentationibus est probatus

Act. 14

B

non confunditur sua spe: quoniam magnitudine C
præmij quod inuenit, exuperat magnitudo spei
eius. *Spes nõ confundit*, quia in deo posita est, qui fallere non potest, quia uerax est: nõ in homine, qui falleret quia mendax est. in deo posita est, & idcir co sequitur: *quia charitas dei* &c. Vel ita, Spes non facit erubescere, quia implerur. Et constat eã esse implendam ex eo, quod iam spiritũ sanctũ in arram habemus, quo & late diligimus. Et hoc est: Quia charitas dei. i. quã ex deo habemus, postq̃ deum & proximũ diligimus. *diffusa est*. i. late & copiose data *in cordibus nostris*. Vbi enim charitas ẽ, angustia esse non põt, quia mox angustia excluditur, & cor dilatatur, ut tm̃ habitatorem. i. spiritũ sanctum intra se possit habere. Nõ enim à nobis ipsis, sed à spiritu sancto possumus habere charitatẽ. Nã cum dixisset, charitas dei diffusa est in cordibus nostris, ne putaret quisq; à se sibi esse quod diligit deũ, cõtinuo addidit, *per spiritũ sanctum qui datus est nobis*. Vt ergo ames deũ, habitet in te deus & amet se de te. i. ad amorẽ suũ moueat te, accendat te, illuminet te, excitet te. Per spm̃, inqt, sanctũ qui datus est nobis, quia & deus est & donum dei. Et propter hunc diuitem habitatorem faciebat Apostolus quod supra dixit, Gloriamur in tribulatiõibus. Quomodo enim in his gloriatur, si egestatem intus pateretur? Videbantur foris angustiæ, sed intus latitudo erat. Quid autem facit malus homo cũ cœperit tribulari? Foris nihil habet, ablata sunt omnia, in cõscientia nullũ solatium est. Nõ est quo exeat, quia dura sunt: nõ D
est quo intret, quia mala sunt. Male secũ torquea
tur necesse est, quia sibi ipse tormento est. Ipse est
enim pœna sua, quem torquet conscientia sua. Bo
ni uero quicquid exterius patiuntur, facile p in-
ternã consolationẽ uincunt. Et si in hac uita, ubi
tanta tormenta sunt, possunt boni & iusti uiri cũ
talia patiuntur, nõ solum æquo animo tolerare,
sed etiam in dei charitate gloriari, quid cogitandum est de illa uita quæ nobis promittitur, ubi
nullam de corpore molestiam sentiemus?

Vt quid em̃ Chr̃us cum adhuc infirmi
essemus, scdm̃ tẽpus pro impijs mortuus est? uix enim pro iusto qs moritur. Hebr. 1. Fo.
Nã ꝑ bono forsitan qs audeat mori.
Cõmendat autẽ deus charitatẽ suam in
nobis, qm̃ cũ adhuc pctõres essemus,
scdm̃ tẽpus Chr̃us ꝑ nobis mortuus ẽ.
Multo magis igit̃ iustificati nũc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira ꝑ ipm.

¶Cum deus nos diligat. uel nos eum per spiritum sanctũ, spes nostra implebitur. Nam nisi ita
sit, frustra passus est Christus. Et hoc est: *Vt quid
Christus pro impijs*, id est, pro dilectione impiorum
mortuus est, nisi ut spes impleatur? Vel ita: Volens
Apostolus ostendere plenius uirtutes charitatis,
quam per spiritum sanctũ diffusam in cordibus

A nostris dixerat, exponit q̃bus causis diffusa sit in nobis, asserẽs Christũ pro impijs esse mortuũ. im pij nanq; eramus, anteq̃ cõuerteremur ad deum Christũ. Et Christus utiq; mortem ꝑ nobis, anteq̃ crederemus, excepit. Quod proculdubio non fecisset, nisi nimiã & abundantissimã erga nos charitatem habuisset, uel ipse Christus moriendo ꝑ impijs, uel deus pater unigenitũ suũ pro impiorũ redemptione tradendo. Vere charitas dei diffusa est in cordibus nr̃is. Nã quare mortuus est Christus ꝑ nobis, nisi ut charitas dei diffunderet̃ in nobis, ut diligeremus eũ qui prior dilexit nos? *ut qd enim*. i. propter qd aliud *Christus pro nobis mortuus est cum adhuc essemus infirmi*? id est indigentes medico. Tam grauiter enim ægrotabamus, ut non aliter q̃ medici morte sanari possemus. Mortuus ẽ *secundũ tempus*, id est, nõ ut alij qui morte detinentur: sed ad horã ꝑ nobis mortem sustinuit, resurgens die tertia, ne desperaremus de eius potẽtia, cuius apparet in morte beneuolẽtia. Mortuus (inquit) est, & hoc non ꝑ quibuslibet, sed *pro impijs*, id est, pro fœdis & execrãdis & à deo penitus separatis. Et ipse tam magnũ fecit, ut ꝑ talibus mori tẽporaliter dignaretur, ut æternã mortẽ ab eis auerteret. Hinc beneficiorũ eius apparet magnitudo, ut qui indebite ab eo tm̃ dilecti sumus, consideremus quantũ eum diligere debeamus, aut si quid ei ꝓponere debeamus, cũ ille nobis impijs nec uitã suam præposuerit, nec mortem denega-
B uerit. Pium enim dm̃ usque ad mortem diligere debemus, quem ꝑ impijs seruis cruciatũ mortis excepisse cognoscimus. Vbi & ꝑ sumptio humana reprimit, ne suis meritis aliqd tribuat. Et uere mirãda eius bonitas, qui ꝑ impijs dignatus ẽ mori. *Vix enim pro iusto quis moritur*, id ẽ, raro est ut aliquis pro iusto moriatur, nedum pro impio: quoniam dubitat unusquisq; mortem subire, etiamsi mortis sit causa iusta. Raro dico, nã forsitan põt inueniri ut quis audeat mori pro bono, id est, ꝑ re bona uel pro bono uiro. Quasi dicat: Difficile hoc inuenitur, metu mortis cuncta terrente. Vel plustum intelligatur iustitia legis: per bonum uero, bonitas euangelicæ gratiæ. Et uix ꝑ iusto quis moritur, quia ueteri lege in qua iustitia est, uix pauci inuenti sunt, qui suum in martyrio sanguinem fuderũt. *Nam pro bono forsitan quis audeat mori*. qm̃ in nouo testamẽto, in quo bonitas est atque clemẽtia, innumerabiles exteterũt, q̃ suas in mortem audacter animas tradiderunt. Sed tamen ad cõparationẽ carnalium & mori ꝑ domino trepidantium tam pauci fuerunt, ut propter raritatẽ dicatur de eis, forsitã quis audeat mori. Forsiran, dicitur propter eos qui mori necdũ audent: quis, propter raritatem eorum qui audent, licet sint innumerabiles. Nonnulli uero sic interpretãtur: Si ille ꝑ nobis impijs mortuus est & peccatoribus, quãto magis nos absq; ulla dubitatiõe pro iusto & bono debemus occumbere? Iustum aũt & bonum non putemus esse diuersum, nec aliquã proprie significare ꝓsonam, sed absolute iustam rem & bonam: pro qua difficulter, sed interdum aliquis inueniri potest qui suum sanguinẽ fundat C
Vix pro iusto & bono quis moritur. Dominus
aũt noster pro impijs & peccatoribus est mortuus, in quo laudabilior charitas fulget. Neq; enim merita nostra præcesserant, pro quibus filius dei moreretur: sed magis quia nulla erãt merita, magna erat misericordia. Diceret aliquis: Cum deus sit omnipotens, & alijs modis nos potuisset liberare, cur filium suum pro nobis mori uoluit? Ad quod Apostolus: Non sine causa deus id fecit, sed hoc mõ *commendat charitatem suam in nobis*. Quando indebite aliquid redditur, tunc charitas commendatur. Et quid tam indebitum, quàm ut sine peccato dñs pius pro peccatoribus seruis impijs moreretur? Et in hoc cõmendatur nobis charitas patris, qa sic nos dilexit. Cur ergo nõ fieret mors Christi, imo cur ꝑ remissis alijs innumerabilibq; modis, quibus ad nos liberandos uti potuisset omnipotens, id potissimum non eligeretur ut fieret, ubi nec de diuinitate eius aliquid immutatũ est, & de humanitate suscepta tantũ beneficij collatum est hominibus, ut à dei filio mors tẽporalis indebita redderet̃, quia eos ab æterna morte debita liberaret? Peccata enim nostra diabolus tenebat, & ꝑ illa nos merito tenebat in morte. Dimisit ea illi qui sua nõ habebat, & ab illo eſt immerito perductus ad mortem. Tantũ enim ualuit sanguis ille, ut neminem Christo indutum in æterna morte debita detinere debeat, qui Christũ mortẽ indebita uel ad tẽpus occidit. Commẽdat itaque deus pater nimiam charitatẽ suam in nobis, *quoniã cũ adhuc peccatores essemus*, nihilq; nobis nisi pœna deberetur, Christus pro nobis pœnã mortis excepit, ut nos à cruciatu perpetuæ mortis saluaret. Qui ergo peccatoribus donauit mortem D
suam, quid seruat iustis nisi uitam suã? Incredibi
lius est enim quod mortuus est æternus, quàm ut
in æternum uiuat mortalis. Iam quod incredibili
us est reniemus. Si propter hominem mortuus est
deus, non est uicturus homo cum Deo? Non est
mortalis uicturus in æternum, propter quẽ mortuus est qui uiuit in æternũ? Carne tñ sola mortuus est. Mortuus est pro nobis peccatoribus. Multo magis ergo saluabit iustificatos. Nam qui fecit q̃d maius & difficilius est, multo leuius faciet quod minus & facilius est. difficilius quippe est, ꝑ peccatoribus mori & peccata tollere, quàm iustos & cooperantes saluare. *Multo magis igitur nos iustificati*, id est, à peccatis omnibus liberati, *nunc* id est, in hoc tẽpore gratiæ, *in sanguine ipsius*, sine culpa ꝑ peccatis nostris effuso, *salui erimus ab ira*, id est, à pœna damnationis æternæ, *per ipsum* mediatorem & reconciliatorem.

Si enim cũ inimici essemus, recõciliati
sumus deo ꝑ mortẽ filij eius, multo magis recõciliati, salui erimus in uita ipsius. Non solũ autẽ, sed & gloriamur in deo per dm̃ nostrũ Iesum Christum, ꝑ quẽ nunc recõciliationẽ accepimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ¶ Vere salui erimus ab ira per ipsum. Nam *si cum essemus inimici*, id est, per amorem iniquitatũ Deo contrarij, *reconciliati*, id est, in pacem reducti sumus Deo *p mortem filij eius*, tunc multomagis q̃ iam iumus recõciliati, erimus salui in uita ipsius: quia qualem ipse iam secũdum humanitatem habet uitam, talem & nos habebimus. In uita erimus salui, qui per mortẽ sumus reconciliati. Dedit enim pro nobis mortem suam, & reconciliati sumus, qui alienati & inimici facti fueramus per transgressionem. Nemo enim reconciliatur, nisi ex inimicitijs. Inimicos aũt nos deo primi parentis fecit trãsgressio. Quos supra dixerat peccatores, hos nunc inimicos dei nominat: & q̃s supra iustificatos in sanguine Christi, hos nunc reconciliatos deo per mortem filij eius: & quos supra saluos ab ira per ipsum, eos nũc saluos in uita ipsius. Nõ ergo ante gratiam istam quoquo modo peccatores, sed in talibus peccatis fuimus, ut inimici essemus dei. Sed reconciliati sumus ei per mortẽ filij eius. Quomodo per mortem? An cum irasceretur nobis, uidit mortẽ filij sui pro nobis & placatus est nobis? Nũquid ergo filius eius usqueadeo nobis iam placatus erat, ut pro nobis etiã mori dignaretur: pater uero usqueadeo adhuc irasceb batur, ut nisi filius pro nobis moreretur, non placaretur? Non. Superius enim dictũ est: Commendat autem charitatem suam deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Hebebat ergo pater erga nos charitatem, etiam cum inimicitias aduersus eum exercentes, deseruiremus peccatis. Et in sequentibus epistolæ huius dicitur: Si deus pro nobis, q̃s contra nos? Qui etiam proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Nunquid ergo si implacatus nobis esset, filium pro nobis traderet? Veraciter enim dictum est ei, quia nihil odisti eorum quæ fecisti. Sed tamẽ nihilo minus ueraciter ei dictum est, Odisti omnes qui operantur iniquitatẽ. Proinde miro modo & diligebat nos, & oderat. Diligebat quales ipse fecerat, oderat quales per operationẽ iniquitatis fueramus per nos facti. Et quadam iustitia dei in potestatẽ diaboli traditum erat genus humanum, peccato primi hominis in omnes utriusque sexus commixtione nascentes originaliter transeunte, & parentum primorũ debito uniuersos posteros obligante. Si ergo commissio peccatorum per iram dei iustam hominem subdidit diabolo, profecto remissio peccatorum per recõciliationem dei benignam eruit hominem à diabolo. Non enim sicut hominis animi perturbatio, est ira dei, sed iusta uindicta uocatur eius ira. Etsi iusta diuina uindicta tale nomẽ accepit, etiam reconciliatio dei, quæ non recte intelligitur, nisi cum talis ira finit. Nec aliter inimici eramus deo, nisi quemadmodũ iustitiæ sunt inimica peccata. Quibus remissis, tales inimicitiæ finiuntur, & recõciliantur iusto quos ipse iustificat. Quos tamẽ etiã inimicos utique dilexit, quãdoquidem pro his cum adhuc inimici essent, filium tradidit. Quod ergo reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, non sic intelligatur, quasi nos ideo reconciliauerit ei filius, ut iam inciperet amare quos oderat, sicut reconciliatur inimicus inimico, ut deinde sint amici & inuicem diligant qui oderant inuicem, sed iam nos diligenti reconciliati sumus ei, cum quo propter peccatum inimicitias habebamus. Et per hanc reconciliationem à diabolo sumus erepti, qui non potentia dei, sed iustitia superandus fuit. Nã quid omnipotente potentius, uel cuius creaturæ potẽtia ualet ei comparari? Sed cum diabolus uitio peruersitatis suæ factus sit amator potẽtiæ & desertor oppugnatorq̃ iustitiæ, in quo homines magis eum imitantur, placuit deo ut nõ potentia diabolus, sed iustitia uinceret, atq̃ ita & homines imitantes Christum, iustitia quærerent diabolũ uincere, non potentia. Quæ est igitur iustitia, qua uictus est diabolus à Christo? Quia cum in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tamen. Et utiq̃ iustũ est ut debitores quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes quem sine ullo debito occidit. Hocẽ quod iustificari dicimur in sanguine Christi. Sic quippe in remissionem peccatorum nostrorum innocẽs ille sanguis effusus est. Hoc est q̃d reconciliari deo dicimur per mortem filij eius. Remissis enim peccatis nostris, finiuntur inimicitiæ, & pacem cum deo assequimur, à quo nos sola peccata dirimebant. Sic ergo per mortẽ eius *reconciliati, multo magis salui erimus, in uita ipsius*, qui in uita nostra perieramus. Nã si mors ipsius tm̃ potuit ut illud faceret quod difficilius erat, tunc uita. i. resurrectio & gloria eius illud facere poterit, ubi minor difficultas est. *Non solũ aũt salui erimus in futuro, sed etiam nũc gloriamur* spe *in deo*. i. in eo quod cõsideramus nos cũ deo futuros in illa gloria. Vel nõ in nobis, sed in deo gloriamur: nec p nos, sed *p dominũ nostrũ Iesum Christũ, p quem nunc* iam in p̃senti uita *reconciliationem accepimus*, secundum ea quæ superius disputata sunt.

Roma. 7

Sapi. 11. Psal. 5.

Propterea sicut p unum hoĩem in hunc mundum pcm̃ intrauit, & per peccatum mors, & in oẽs homines ptransijt, in quo oẽs peccauerunt. Vsq; ad legẽ enim peccatũ erat in mundo. Peccatũ autem non imputabatur, cum lex non esset. Sed regnauit mors ab Adã usque ad Moysen, etiam in eos qui nõ peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri.

¶ Nũc prolixius disputare inchoat de duobus hoĩbus: uno primo Adã, p cuius pcm̃ & mortẽ tanq̃ hæreditarijs malis & posteri eius obligati sumus: altero aũt secũdo Adã, qui nõ hõ tm̃, sed & deus est. Quo pro nobis soluente quod nõ debebat, à debitis & paternis & ꝓprijs liberati sumus. Proinde, quoniã propter unum illũ tenebat diabolus omnes per eius uitiatam carnem concupiscentialiter gñatos, iustum est ut propter hunc unum dimittat omnes per ipsius immaculatam gratiam spiritaliter regeneratos. Nam quia dixerat Apostolus nos esse per Christũ reconciliatos, pergit ostendere quod conueniẽter per unũ obedientẽ simus recõciliati, qui per unũ inobedientẽ fueramus à deo separati. Reconciliationem accepimus per Christum. *propterea* id est, quia per eũ sumus reconciliati, idcirco *sicut per unum hominem intrauit peccatum* in orbẽ, *& per peccatũ mors*, ita subaudi per unum redemptorem reddita est iustitia, & per iustitiam uita. Per unum hominẽ qui primus peccauit, intrauit originale peccatũ in hunc miserum mundum, id est, in uniuersum genus humanum: quoniam peccãdo omnẽ suam stirpem in seipso tanquam in radice uitiauit, ut quicquid prolis ex simul damnata per quam peccauerat, coniuge (per carnalem concupiscentiam inquam inobedieti pœna similis retributa est) nasceretur, traheret peccatũ originale. Sicut enim Christus, in quo omnes uiuificabuntur, præter id quod se ad iustitiam exemplum imitãtibus præbuit, dat etiam sui spiritus occultissimam fidelibus gratiõ, quam latenter infundit & paruulis baptizatis: sic & Adam in quo omnes moriũtur, præter id q̃d eis qui præceptum domini uoluntate transgredi untur, imitationis exemplum est, occulta etiam tabe carnalis concupiscentiæ suæ tabefecit in se omnes de sua stirpe uenturos. Peccatum enim generationis hic intelligitur, non imitationis. Nam sicut à muliere initium peccati fuit, sic initium generatiõis à uiro est. Prior enim uir seminat, ut fœmina pariat. Ideo per unum hominem peccatũ intrauit in mundum, quia per semen generationis intrauit, quod à uiro excipiens fœmina concipit. Opus hoc castum in coniuge non habet culpam, sed origo peccati trahit secum debitam pœnam. Nõ enim maritus, quia maritus est, mortalis nõ est, aut aliunde nisi peccato mortalis est. itaque per unum hominẽ peccatũ intrauit in mundum, & per peccatum mors, quia si homo nõ peccasset, nũquam moreretur. *Et ita in omnes homines* peccatũ siue mors *pertransijt*, ut nullus ex uiro & fœmina genitus, immunis esset à peccato & morte. Notandum est enim quod dicitur, pertrãsijt. Inde est paruulus reus. Peccatum nondum fecit, sed traxit. Et enim illud peccatũ nõ in fonte manet, sed pertransijt in omnes per uitiatam carnem genitos. *in quo*, id est, in primo homine *omnes peccauerunt* quia q̃ ipse peccauit, omnes in illo erant, & tota hũani generis massa in illo est infecta peccati ueneno. Sic & in Christo iustificantur omnes qui credunt in eum, propter occultam communicationem & inspirationem gratiæ spiritalis: quia quisquis adhæret domino, unus spiritus est cum eo. Et sicut per peccatum primi hominis quod in omnes pertransijt, amisimus uitam: sic per iustitiam secundi hominis, quæ in omnes qui membra eius fiũt, diffunditur, recuperabimus uitã. Dixi quia peccatum in omnes pertransijt, & uerum dixi. Nam ab Adam usq; ad legem peccatũ originale in omnibus fuit. De Iudæis nõ probo quod fuerint sub originali peccato, quia legẽ habebãt, & se esse sub illo per legem cognoscere poterãt: sed de illis, qui ante legem fuerãt, & peccatũ originale non cognoscebant. Nam usque ad legem Moysi, peccatum illud erat in toto mundo. Erat quidem, sed non imputabatur, id est, nõ intus in anima esse putabaẽ aliquod huiusmodi pctm̃, cũ lex non esset, quæ casum primi hominis, ex quo pctm̃ illud propagatũ est, intimaret. In oẽs itaq; pctm̃ illud pertransijt, quia etiã ante legẽ, cũ non ita uideret, legem nõ docẽt. Vel ita: Quin Iudæi uel lent dicere iustitiam & uitã esse redditã per legẽ potius q̃ per Christum, ut Apostolus docebat, oñdit Apostolus iustitiã non potuisse reddi per legem, quæ peccatum auferre nõ ualuit. Nam *usque ad legem*, id est, quamdiu lex mansit, *peccatum originale erat in mundo*, id est, non fuit deletum p̃ legem. Istud usque, non est terminale, sed comprehensiuum, sicut cum dicitur, Et uitam usque in seculum. Vsque ad legem fuit peccatum, quia nec lex potuit illud auferre, quæ subintrauit ut magis abũdaret peccatum: siue naturalis lex, in qua quisq; iam ratione utens, incipit peccato originali addere & propria: siue ipsa q̃ scripta p Moysen, populo data est. Quod igit ait, quia usq; ad legem pctm̃ erat in mundo, non idcirco dictũ est, quod deinceps non fuerit, sed quia non poterat p̃ literã legis auferri, quod solo poterat spũ gratiæ. Ne quisquã ergo fidens uiribus, non dico uoluntaris, sed potius uanitatis suæ, putaret libero arbitrio legẽ potuisse sufficere, & Christi gratiã derideret, ideo ait Apostolus, quia usq; ad legem peccatum erat in mundo. Et addidit: *Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset*. Non dixit, Non erat, sed Non imputabatur, id est, ignorabatur, & peccatum esse non putabatur. Neque enim à domino Deo, tanquam non esset habebatur, sed ab hominibus cæcis nesciebatur: quia non erat lex, qua arguente demonstraretur siue lex rationis in paruulis, siue lex literæ in populo. Ante legem non imputabatur pctm̃, sed regnauit mors, secure possidente homines diabolo pro impunitate credita, usq; ad Moysen, per quem redijt cognitio unius dei. Prius enim aut ignorabant deum homines, aut non putabant eum curare quid egissent. Sed ubi lex data est, nouerunt deum curare humana & iudicare. *Regnauit*, inquit, *mors ab Adam usq; ad Moysen*, id est, à primo homine usque ad ipsam etiam legem, quæ diuinitus promulgata est: quia nec ipsa potuit regnum mortis auferre, quæ non regnat utiq; nisi per peccatum. Regnum enim mortis uult intelligi, quando ita dominabatur in hominibus reatus peccati, ut eos ad uitam æternam, quæ uera uita est, uenire non sinat, sed ad secũdam etiam, quæ pœnaliter æterna est, mortẽ trahat. Hoc regnũ mortis sola in quolibet homine gratia destruit saluatoris, quæ operata est etiam in antiquis sanctis, quicũque antequam in carne Christus ueniret, ad eius tamẽ adiuuantem gratiam, nõ ad legis literam, quæ iube-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re tm̃, non adiuuare poterat, pertinebant. Quod autem dicit: Vsq; ad Moysen, id est, usq; ad finẽ legis & initium gratiæ mortẽ regnasse, eo genere loquutionis ait, quo dicimus, uerbi gratia, fuerunt usq; ad Atilam. Nõ enim principium regni eius, sed finem designamus. Sic & usq; ad Moysen, id est, usq; ad finem legis & principiũ gratiæ, pestis late diffusa per orbem regnabat, quia medicus deerat. Vbi uero de cęlis medicus aduenit, mors potestatem perdidit. Ergo in omnibus regnauit mors ab Adã usq; ad Moysen, qui Christi gratia nõ adiuti sunt, ut in eis regnum mortis destrueretur. Vere in omnibus, *etiam in eis qui nõ peccauerũt in similitudinem prævaricationis Adæ*, id est, qui nondum sua & propria uoluntate, sicut ille, peccauerunt, sed ab illo peccatum originale traxerunt. Quia in seipsis cũ iam non nati essent, nec ratione adhuc uterent, qua ille utebatur quando peccauit, nec præceptũ accepissent, quod ille trãsgressus est, solo originali uitio tenebantur obstricti, per quod eos regnum mortis traheret ad condemnationem, quod est occidi in gehẽna. Potest & sic intelligi, ut cum dixisset, regnauit mors etiã in eis qui nõ peccauerũt, quasi nos moneret quare in eis regnauerit qui non peccauerunt, adderet in similitudinem prævaricationis Adæ, id ẽ, quia erat in horum membris similitudo prævaricationis Adæ. *Qui est forma futuri*, quia ipse formã mortis inflixit posteris suis. In illo enim constituta est forma condemnationis futuris posteris, qui eius
B propagine creãrẽtur, ut ex uno in condemnationem nascerentur, ex qua nõ liberat nisi gratia saluatoris. Vel forma est futuri, id ẽ, Christi, partim à simili, partim à cõtrario. A simili, qa sicut Adã sine patre à deo ex uirgine terra factus ẽ, ita Christus ex uirgine Maria sine semine à deo creatus ẽ. Sicut ille est pater oĩm secundũ carnem, sic Christus scdm fidem. Dormiuit Adam ut fieret Eua, mortuus est Christus ut fieret ecclesia. Dormiẽti Adæ facta est Eua de latere, mortuo Christo lancea percussum est latus, ut profluerent sacramẽta quibus formaret ecclesia. A contrario quoq; est Adã forma Christi, ut qũo per illius inobedientiam peccatores cõstituti sunt multi, ita per Christi obedientiam iusti constituãtur multi. Et sicut in illo oẽs moriuntur, sic & in Christo oẽs uiuificentur. Sicut enim manducatum est ab Adam, suadente diabolo, & omnes qui nascũtur ex eo, morti addicti sunt: ita ieiunatum est à Christo, & oẽs qui per eum renascũtur, uitæ æternæ restituuntur. Sicut ille communicare potuit filijs peccatum & mortem, sic iste suis iustitiam suam & uitam. Sicut ille est pater p̃sentis seculi, & princeps
Isaiæ. 9. discordiæ, sic iste pater futuri seculi & princeps pacis. Sed non sicut delictum, ita & donum.

Si em̃ unius delicto multi mortui sunt, multo magis gr̃a dei & donũ in gratia unius hoĩs Iesu Christi in plures abundauit. Et non sicut per unũ pc̃tm̃, ita & donum. Nã iudicium quidẽ ex uno in
C cõdemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si em̃ unius delicto mors regnauit p̃ unũ, multo magis abundantiã gr̃æ & donatiõis & iustitiæ accipiẽtes in uita, regnabũt p̃ unum Iesum Chr̃m. Igitur sicut p̃ unius delictũ in oẽs homines in condẽnationem, sic p̃ unius iustitiã in oẽs hoẽs in iustificationem uitæ. Sicut enim per unius hominis inobediẽtiam peccatores constituti sunt multi, ita & p̃ unius obedientiam iusti constituẽtur multi.

¶ His uerbis declarat Apostolus, qualiter Adã forma Christi sit à contrario, & qualiter eadẽ forma non sit ex omni parte conformis. Nam similes quidem à contrario sunt, sed tamẽ in hoc differũt, quod non sicut delictum Adæ, ita & donũ Christi: quia plus boni Christus cõfert, q̃ ille mali. Similes enim sunt Christus & Adam, sed non sicut delictum, ita & donum, i. non sic efficax peccatum Adæ ad damnationẽ, ut gratia Christi ad saluationẽ. Quamuis enim delictum & donũ in hoc sint similia, quod sicut delictum operatur discordiam inter nos & deum, & tandẽ in nobis mortem, ita donum reconciliationem & æternã beatitudinẽ: atq; sicut per unum hoĩem intrauit
D pc̃tm̃ in omnes, & per peccatum mors, ita donum per unum uenit in omnes, & per donum uita: in hoc tm̃ differunt, quod delictum operatur in omnibus mortẽ rẽporalem, donum autẽ uitam sempiternã. Plus ergo p̃stat Christus regeneratis, q̃ nocuit Adam generatis. Et uere donum est maius & potentius quàm delictum. Nam si delictũ unius adeo potuit & efficax fuit, ut multos duceret in mortẽ, multo magis abundauit gratia dei, id est, remissio peccatorum, quam deus gratis dat sine præcedenti merito humano: & donum, id ẽ, largitio uirtutum. Hæc inquã gratia & donatio, abundauit in gratia unius hominis Iesu Christi, id est, in perfectione uirtutũ quæ in homine Christo est, & abundauit in plures, id est, in omnes sanctos abundanter uenit. Non in p̃lures transit gratia quàm delictum, neque enim plures iustificantur quàm condemnantur, cum iniqui multo plures sint: sed in plures dictum est, uelut si diceretur, nõ in paucos. Neque enim pauci, sed plures sunt, in quos redundat ista gratia. Et multo magis abundat quàm delictum, quia omnes qui per Christũ liberantur, temporaliter propter Adam moriuntur, propter ipsum autem Christum sine fine uicturi sunt. In eo autẽ quod præmisit, *Si enim unius delicto multi mortui sunt*, dum diceret Multi, & non Omnes, innuit se dicere de illis, in quibus delictũ Adæ mortem animæ fecit. Sed *gratia dei multomagis abundauit*, quia primus parens unum delictum in omnes misit, Christus autem etiã delicta illa quæ homines propria uoluntate addiderunt ori-

A ginali, in quo nati sunt, gratia sua soluit, & iustificationem atq; uitam æternã dedit. *Et non sicut per unũ* peccantẽ uenit cõdemnatio, *ita & donũ* gratiæ post datũ est, quia maius est donũ q̃ delictũ. Ostẽderat delictũ & donum differre secundum effectum, quia delictum genuit mortẽ, donum autẽ uitam: & nunc rursum ostẽdit quod alio modo differunt, quia non sic, sed copiosius est donum gratiæ per unũ Christũ donantẽ, sicut fuerat delictum per unum Adã peccantem. Non solum in hoc, inquit, non æqualis est forma, quia Adã temporaliter nocuit eis quos in æternũ Christus redemit: sed etiam quia illius uno delicto posteri eius, nisi à Christo redimãtur, tradunt in cõdemnationem: Christi aũt redẽptio etiam multa delicta dissoluit, quę originali sunt addita. Et uere ita est. *Nam iudicium quidem*, .i. sentẽtia diuini iudicij *ex uno* delicto Adæ ducit *in condemnationẽ*, sed *gratia*, id est, gratuitũ donum dei *ex multis delictis* in baptismo liberans ducit *in iustificationem*, quia nõ solum ignoscit, sed & iustificat, ideo dixit iudicium ex uno delicto in condẽnationem, quia sufficeret ad condemnationẽ, etiã si nõ esset in hominibus nisi originale peccatũ. Quamuis enim condẽnatio grauior eorũ sit, qui originali delicto etiã propria cõiunxerunt, & tanto singulis grauior, quanto grauius quisque peccauit, tamẽ etiã illud solũ quod originaliter tractũ est, nõ tm̃ à regno dei separat, ueꝝ & à salute ac uita æterna facit alienos,
B quæ nulla esse alia potest p̃ter regnũ dei, quo sola Christi societas introducit. Ac per hoc ad Adã in quo omnes peccauimus, nõ omnia nostra peccata, sed tantũ originale traximus: à Christo uero, in quo omnes iustificamur, nõ illius tantũ originalis, sed etiam cæterorũ quæ ipsi addidimus, peccatoꝝ remissionem cõsequimur. Et ideo non sicut per unũ pc̃tm̃, ita est & donũ. Nam iudicium quidem ex uno delicto si non remittitur, .i. originali, in condemnationem iam potest ducere: *gratia uero ex multis delictis* remissis, hoc est, nõ solum originali, ueꝝ etiam omnibus cęteris, *ad iustificationem* p̃ducit. Quicunq; enim ex illo uno homine multi in seipsis futuri erant, tm̃ in illo unus erant. Proinde illud peccatum solius esset, si ex illo nullus exisset. Porro aũt in q̃ erat natura communis, ab eius uitio nullus est immunis. Sed inde sola Christi gratia liberat, quę nõ secundũ merita hominũ, sed gratis datur, quoniam deus iudex est: & iusto eius iudicio in alijs demonstrat, quid in eis q̃bus datur, cõferat gratia. Nõ ergo simus ingrati ei, qui secundũ placitum uoluntatis suæ tã multos liberat de tam debita perditione, ut si inde liberaret neminem, non esset iniustus: sed qui liberantur, gratiam diligant: qui non liberantur, debitum agnoscant. Si in remittendo debitum apparet bonitas, & in exigendo æquitas, laudent misericordiam qui liberantur, non culpent iudicium qui puniuntur. Dixerat autem quod gratia nos à multis delictis emundãs iustificauit, & nũc consequẽter adiungit, quod per illorum delicto
C tum remissionem & iustitiæ adeptionem non solum uiuemus, sed & regnabimus, & hoc per Iesum Christum. Sed præmittit inde quasi quandam probationem, quia si in peccato Adæ mori ebamur, multo magis in gratia Christi uiuemus. Et hoc est: Gratia dei nos à delictis multis liberãs & iustificans, saluauit à condemnatione cæterorum, quia per illam regnabimus. *Nam mors per unum* in cæteros transiens, *delicto*, id est, ob delictum unius, *regnauit*, id est, regnum occidẽdi oẽs potenter obtinuit. Vel per unum regnauit, quia sic in omnibus regnum obtinuit, ut in illo uno qui primus peccauit, haberet initiũ regni sui. Sive per unum (ut diximus) in cæteros uenit, quia quasi uires in illo habuit, in omnes posteros exercuit. Et si mors ita per unum in delicto unius regnauit, tunc multo magis regnãbit, *per unum Christum, accipientes*, id est, non à se, sed à deo habentes, *abundantiam gratiæ*, id est, remissionem peccatorum abundantem: quia non solum originale, sed & actualia remittuntur, & abundantiã *donatiõis*, id est, spiritalium charismatum, *& iustitiæ*, id est, bonæ operationis. Isti inquam, qui hæc diuinitus consequuntur, regnabunt per unum Iesum Christum. Regnabunt multo magis q̃ in eis mors intrauit, quia ipsi regnabunt æternaliter, mors autem regnauit temporaliter. Itaque ob unius delictum mors regnauit per unũ, quia mortis uinculo tenebantur omnes in illo uno, in quo oẽs peccauerunt, etiam si propria peccata non adderent. Alioquin non ob unius delictum mors per unum regnauit, sed ob delicta multorum per unumquenque peccantem. Sed abundantiam
D gratiæ & donationis & iustitiæ accipiunt, quia non solum eis peccatum illud in quo omnes peccauerunt, sed etiam quæ addiderũt, gratia remissionis deletur: eisq; tanta iustitia donatur, ut cum Adam consenserit ad peccandum suadenti, non cedant isti etiã cogenti. Qui multo magis in uitã regnabunt, quia in æterna uita sine fine regnabũt magis quàm in eis mors temporaliter & cum fine regnauit. *Igitur sicut per unius*, &c. Quoniã multa interposuerat ad propositam probationẽ pertinentia, ostendendo donum efficacius esse q̃ delictũ, & esse multiplicius q̃ delictũ, repetit antecedens, ut cõueniẽter subinferat ipsum cõsequẽs. Et hoc ẽ: Qm̃ *p unius delictũ* trãsiens *in oẽs hoĩes* p̃uentũ est ab hominibus *in condemnationẽ*, *igitur & per unius iustitiam in omnes homines* transeunte, peruenitur *in iustificationẽ*, q̃ est causa *uitæ perennis*. Et sicut illud factũ est, sic fit & istud, id est, q̃ digne illud, tam digne & istud. Vel ita: Quãdoquidem Adam est forma Christi, & quia maius est donũ Christi atq; plus cõfert, igit sicut iuste per delictũ unius trãsiens in oẽs homines, itũ est in condemnationẽ corporis & animæ, sic iusto iudicio etiã per unius iustitiã uenientẽ in omes homines electos, itum est in iustificationem, ut participatiõe iustitiæ Christi iustificent, q̃ iustificatio est causa uitæ, sicut cõdẽnatio causa mortis æternæ. Sicut ubi delictum solum sine actuali peccato oẽs p̃ce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipitauit in condemnationem, & sic in mortē, ita
A sine nostro opere præcedente gratia Christi nos
duxit ad iustificationē, & sic ad uitam æternam.
Eam quippe iustificationē dicit, qua Christus iu-
stificat impium. Quæ iustificatio transit in omēs
hoīes, non quia oēs homines ueniant ad gratiā iu
stificationis Christi, cū tam multi alienati ab illa
in æternū morianē: sed quia oēs qui renascunē
in iustificationē, non nisi per Christū renascunē,
sicut oēs qui nascuntur in condēnationem, nō
nisi per Adā nascuntur. Nemo est quippe in illa
gñatione præter Adam, & nemo in ista regnati-
one præter Christū. Ideo dictū est, oēs & oēs.
Nam si aliqui possent carne gñari non per Adā,
& aliqui spiritu regñari non per Christū, non li-
quido oēs, siue hic, siue ibi, dicerent. Eosdē au-
tem oēs, postea multos dicit. Possunt quippe
in aliqua re oēs esse, qui pauci sunt. Sed multos
habet gñatio carnalis, multos & spiritualis, q̄uis
non tam multos hęc spiritalis q̄ illa carnalis. Sed
tñ sicut illa oēs habet homines, sic ista omnes iu-
stos homines: quia sicut nemo præter illam ho-
mo, sic nemo præter istam iustus hō, & utraque
multi. De quibus subditur: *Sicut enim per inobedien
tiam* &c. Et determinat Apostolus delictum uni-
us & iustitiam unius, ut sicut ille merito peccati
multos perdidit, sic & iste merito iustitiæ inde li
berasse uideatur. Vere sicut delictum unius con-
B demnauit omnes, sic iustitia unius iustificat om-
nes. Nam sicut per inobediētiam unius primi ho
minis, q̄ est delictum ipsius, pc̄ōres cōstituti sunt
multi. i. oēs qui ex eo nati sunt, originale pc̄m
ex eo traxerunt; ita per obedientiam unius homi
nis Christi, constituētur multi iusti. i. iustificabun
tur fide incarnatiōis & passionis eius, in qua fuit
obediēs usq; ad mortem. Ideo hic Christum ho-
minem dicit, cū sit & deus, ne quis existimet uel
antiquos iustos, per deū tantummodo Christū. i.
per uerbum quod erat in principio, non etiam p
fidem incarnationis eius, qua & homo, potuisse
iustificari. Hic finitur disputatio de duobus, Adā
scilicet & Christo, ex quibus alter nobis pc̄m &
mortem intulit, alter iustitiā & uitam reddidit.

**Lex autē subintrauit ut abūdaret deli
ctum. Vbi autē abūdauit delictum, su
perabundauit gratia, ut sicut regnauit
pc̄m in mortem, ita & gratia regnet p
iustitiam in uitam æternam, per Iesum
Christum dominum nostrum.**

CAPVT VI.

QVid ergo dicemus? Permanebi-
mus in peccato ut gratia abūdet?
Absit. Qui enim mortui sumus pecca-
to, quomodo adhuc uiuemus in illo?

¶ Supra dixerat quia usq; ad legē pc̄m in mū
do fuit, quod non originale tantū, sed omne pec
catum intelligi uoluit. Et ideo usq; ad legē fuit,
quia nec lex potuit illud auferre. Vsq; ad legem C
enim dictum est, ut etiam ipsam legem sententia
ista concluderet, quomodo dictum est in euange
lio, omēs generatiōes ab Abraā usq; ad Dauid, Matth. 1.
generationes quatuordecim. Non enim excepto
Dauid, sed ipso etiā cōputato, numerus iste com
pletur. Sic lex nō est extra permansionē peccati,
quod dictū est, usq; ad ipsam fuisse. Imo sicut nūc
dicit, *lex subintrauit ut abundaret delictū*. Intrauerat
em̄ in mundū ab initio pc̄m̄ siue delictū, sed lex
subintrauit. i. subsequenti tempore intrauit, non
ut per eam finiretur delictum, sed ut abundaret
ex prævaricatione. Lex enim, siue naturalem in-
telligamus, quæ in eorum apparet ætatibus, qui
iam ratione uti possunt: siue conscriptā, quæ da
ta est p Moysen, non potuit uiuificare aut libera-
re à lege peccati & mortis, quę tracta est ab Adā,
sed magis addidit prævaricationis augmentum.
Vbi em̄ non est lex, nec prævaricatio. Prævari-
cata ergo lege, quæ in paradiso data fuerat, nasci
tur homo ex Adam cum lege peccati & mortis,
de qua dicit, Video aliam legem in mēbris me-
is &c. Quæ tamē nisi mala consuetudine postea
roboretur, facilius uincitur, non tamen sine gra-
tia dei. Lege autē alia prævaricata, quæ est in usu
rationis animæ rationalis, in ætate hoīs iā ratiōe
utentis, prævaricatores fiunt omnes peccatores
terræ. Prævaricata uero lege, etiā illa quæ data
est per Moysen, multo amplius abundat delictū.
Lex ergo subintrauit ut abūdaret delictum, siue
cum homines negligunt quod deus iubet, siue cū
de uiribus suis præsumentes, adiutorium gratiæ D
non implorant, & addūt infirmitati superbiam.
Qui em̄ tales sunt, ignorant qua dispensatiōe lex
data sit. Non em̄ data est lex quæ posset uiuifica-
re, quia gratia uiuificat per fidē. Sed data est lex,
ad ostendendū quātis peccatoꝝ uinculis cōstrin
gerentur, qui de suis uiribus ad implendā iustitiā
præsumebant. Et ideo pc̄ā non minuit, sed adie-
cit. Non tñ propter hunc effectū data est, sed ex
hominū prauitate hoc contigit. Non em̄ uitio le
gis, sed illoꝝ sic abundauit peccatū, cum & con
cupiscentia ex prohibitione ardentior facta est,
& peccātibus contra legē prævaricationis crimē
accessit. Non ergo Iudæi de lege glorientur, quia
non sunt per eam iustificati, sed abundātiori de-
licto grauati. Ideoq; magis humilient & confugi-
ant ad implorandā Christi gratiā, per quam & à
pc̄ō prævaricationis liberent atq; sanent. Delic-
tum em̄ abundauit per legē. Sed nō ideo despici
antur Iudæi, qui ad Christū uenerunt, quia *ubi*. i.
in quibus *abundauit delictum*, q̄m accepta lege non
ignoranter, sed scientes delinquebant. *ibi*. i. in eis
superabundauit gratia dei, hoc est, sic abundauit, &
sic dona sua multiplicauit, ut deleret omnino deli
ctum, & superior atq; maior existeret q̄s fuerat
delictū. Superabundauit, quia & hos perficit q̄s
diabolus uincere nō potuit: & delictū ad tempus
fuit, gratia uero in æternū. Ita supabundauit gra
tia, *ut sicut regnauit in mortem peccatū*, etiā quod nō
ex Adam traxerunt hoīes, sed sua uoluntate ad-

diderunt, *ita & gratia regnet p iustitiam in uitam æter
A nam*. Nō tamen est aliqua iustitia præter Christū,
sicut aliqua peccata præter Adam. Ideo cum di-
xisset, sicut regnauit peccatū in mortem, hic non
addidit, p unum aut p Adam, quia supra dixerat
etiam de peccato illo q̄d subintrante lege abun-
dauit, & hoc utiq; non est originis, sed iā propriæ
uoluntatis. Cum aūt dixisset sic, & gratia regnet
per iustitiā in uitam æternam, addidit: *p Iesum Chri
stum dominū nostrum*, qa generante carne illud tan-
tummodo trahitur q̄d est originale peccatū, rege
nante aūt spiritu non solum originalis, sed etiā
uoluntariorū remissio peccatorū. Ita ergo supera
būdauit gratia, ut sicut regnauit peccatū in mor-
tem. i. sicut prævaluit actuale peccatum & efficax
fuit ducere homines in mortem: sic & *gratia*. i. re-
missio peccatorum & accumulatio uirtutum *re-
gnet*. i. prævaleat, & omnem uoluntatem suam in
nobis poterter compleat. *per iustitiam*. i. per subse-
quentem bonam operationem nostram, ducens
nos in uitam æternam, non per nos ipsos, neque
per legem, sed *per Iesum Christum*. Post hæc quæsti-
onem quæ ab alio fieri poterat, ipse sibi facit: &
quod opponi poterat, remouet. Quasi dicat:
Quoniam supra dixi, quia ubi abundauit pecca-
tum, superabundauit gratia, *ergo quid* ex hoc *dice-
mus: Permanebimus in peccato ut gratia abūdet in nobis?*
id est, ut abundantiam gratiæ consequamur? *Ab-
B sit* ut in eo iam maneamus. *Nam qui iam sumus mor-
tui peccato*, id est, qui per baptismum extincti pec
cato sumus, *quomodo adhuc uiuemus in illo?* Obedire
desideriis peccati, hoc est uiuere peccato. Sed cum
id gratia præstiterit, ut moreremur peccato, quid
aliud facimus, si uiuimus in eo, nisi ut gratiæ si-
mus ingrati? Neque enim qui laudat beneficium
medicinæ, morbos docet & uulnera, à qbus ho-
minem illa sanat: sed quanto magis medicina præ
dicatur, tanto magis uulnera & morbi uituperan
tur. Sic laus & prædicatio gratiæ, uituperatio &
damnatio est delictorum.

**An ignoratis qa quicūq; baptizati su-
mus in Christo Iesu, in morte ipsius ba
ptizati sumus? Cōsepulti em̄ sumus cū
illo p baptismū in mortē, ut quō surre
xit Christus a mortuis p gloriā patris,
ita & nos in nouitate uitæ ambulemus.**

Ephsi. 4. *Colos*. 3. ¶ Mortui sumus peccato per baptismum quem
in morte Christi pcepimus, & an hoc ignoratis?
An ignoratis quia quicunque, siue serui, siue liberi, si-
ue paruuli, siue magni, *baptizati*. i. tincti & abluti
sumus in Christo Iesu. i. noīe Christi *in morte ipsius bapti
zati sumus?* Ac si dicat: Nunquid sacramentū ipsi-
us baptismi ignoratis? In morte quippe Christi
baptizamur, ut in ipsius morte credētes & imitā-
tes q̄si mortui uiuamus. Mortui em̄ per baptismū
pc̄ō, non debemus ei iterū uiuere, ut iterū mori
ei necesse sit, quia in morte Christi. i. in similitudi-
nem mortis Christi sumus baptizati, ut sicut ille
semel mortuus est & semper uiuit, ita nos semel
mortui malo, semper uiuamus bono. Quomō-
do enim mortuus peccare non potest, ita & nos C
in Christo sumus commortui, & implicari pec-
catis capitalibus nō debemus: quia qui crucifixus
est, nihil aliud facit nisi horam mortis expectat,
& spiritum suum deo commendat, nihilq; iam in
hoc mundo appetit. Nam quēadmodum pedes
& manus Christi cruci sunt affixi, ut in nullā par
tem moueri possent, ita manus & pedes nostri de-
bent imitatione mortis eius ligari, ut non possint
ad peccatum moueri. Et ita nihil aliud intelliga-
mus esse Christi baptismum, nisi mortis Christi si
militudinem: nihil autem aliud mortem Christi
crucifixi, nisi remissionis peccati similitudinem,
ut quemadmodum in illo mors uera facta est, sic
in nobis uera remissio peccatorum: & quemad-
modum in illo uera resurrectio est, ita & in nobis
uera iustificatio. Et si hinc ostendimur mortui es-
se peccato, quia in morte Christi baptizati su-
mus, profecto paruuli qui baptizātur in Christo,
peccato moriuntur, quia in morte ipsius baptizan
tur. Nullo enim excepto dictum est, quia quicun
que baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsi-
us baptizati sumus. Et ideo dictum est, ut proba-
retur nos mortuos esse peccato. Cui autem pecca
to paruuli renascendo moriuntur, nisi quod nas-
cendo traxerunt? Vel in morte Christi sumus ba-
ptizati, quia mors eius est causa huius purificatio
nis. Vere in morte Christi sumus baptizati, id D
est, in baptismo similes morti eius effecti, quia eti
am consepulti sumus illi per baptismum. Sicut
enim nemo uiuus potest sepeliri cum mortuo, ita
nemo qui adhuc uiuit in peccato, potest in bapti-
smo cōsepeliri Christo. *Consepulti sumus cum illo per
baptismum*, ut quemadmodum ipse fuit sepultus
corpore, sic peccatum nostrū lateat & sepeliatur
sepulchro aquæ: sicut ipse tribus diebus in sepul-
chro iacuit, sic nos tribus uicibus sepulchro ba-
ptismatis immergimur. Nam quod tertio mergi-
mur, triduanæ sepulturæ sacramenta signamus:
& dum tertio ab aquis educimur, resurrectio tri-
duani temporis exprimitur. Quia in illo aquarum
elemento sepelimur, renouati per spritū sanctum
resurgamus. In aqua enim imago mortis, in spiri-
tu pignus est uitæ, ut per aquam moriatur cor-
pus peccati, quæ quasi quodam tumulo corpus
includit, ut p uirtutem spiritus renouemur à mor
te peccati. Consepulti sumus cum illo per bapti-
smum, & hoc *in mortem*. i. in defectum uitiorum,
ut uitia in nobis sint mortua ad exemplum mor
tis eius. Ad hoc sumus commortui & consepulti,
*ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam pa-
tris, ita & nos* à uitijs surgentes ad bona opera, *am-
bulemus* de bono in melius *in nouitate uitæ*. Id est, ut
quomodo glorificatur pater per resurrectionem
filij, ita & per conuersationis nostræ nouitatem
glorificet. Nouitas aūt uitæ est, ubi ueterē hoīem
cū actibus suis deponimus, & induimus nouū, q̄
secūm deū creatus est, in iustitia & sctitate ✠ itatis.

Si enim cōplantati facti sumus similitu *Ephesi*. 4. *Colos*. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dini mortis eius, simul & resurrectonis
erimus, hoc scientes qa uetus hō noster
crucifixus ē, ut destruat corpꝰ peccati,
ut ultra nō seruiamus peccato. Qui em̄
mortuus est, iustificatus est a peccato.
Si aūt mortui sumus cū Christo, credi-
mus qa simul etiam uiuemus cum illo.

¶ Debemus exemplo resurrectionis Christi ambulare in nouitate uitæ, ut nouā & incorrupti bilē conuersationē ducamus, nec iam uitioꝝ pu tredine corrumpamur. Nā *si sumus facti complantati.i.* ueteri ritu auulsi, & in nouitatē conuersatio. nis translati, hærentes *similitudini mortis eius.i.* imitantes p posse nostro mortē eius, ut abstineamus nosā peccato, q̄ ille prorsus caruit, *simul & resurrectionis* eius similitudini *erimus* cōplantati. Arbor q̄ plantat, moritur anteq̄ crescat, & demortua uiui ficat, & uiuificata fructificat. Sic Chr̄us, qui lignū uitæ est, iuxta Salomonē, auulsus de p̄senti secu. Prou. 11. lo, mortuus est, & p resurrectionē uiuificatus, cre uit in toram mundi latitudinē, in quo & multū fructū affert. Notandū autem qa non dixit Apo stolus, Si em̄ complantati sumus morti eius, sed similitudini mortis eius. Christus enim semel ita mortuus est pc̄tō. i. carni, ut peccatū omnino non fecerit. Nos aūt ipsa morte q̄ ille mortuus ē, pc̄tō
B non possumus mori, ut om̄ino nesciamus pc̄tm̄, similitudinē tamen habere possumus, ut imitan. tes eū abstineamus nos ā peccato. Hoc em̄ recipe re potest humana natura, ut in similitudine mor tis eius fiat, dum ipsum imitādo nō peccat. Debe mus ergo cōplantari similitudini .i. ad similitudi. nem mortis eius, ut imitantes innocentiā mortis eius, extinguamur uitijs, & fructificemus in opi bus bonis. Tūc em̄ & resurrectiōis eius similitudi ni cōplantabimur. Om̄is enim plātatio posi hye mis mortem, resurrectionē in uere germinat. Si igit̄ & nos in Christi morte cōplantati sumus per hyemem huius seculi, in uere futuri seculi, pferemus ex ipsa radice fructus iustitiæ. In similitudi nē resurrectionis eius cōplātabimur, quādo refor mabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Cōplantemur, inquit, simi. litudini mortis euis, *hoc scientes, quia uetus homo no- ster simul crucifixus est*: quoniā in illa morte domini, pc̄ti nostri figura pependit. Crucifixio quippe ue teris hominis, pœnitentiæ doloris intelliguntur, & continentię salubris cruciatus. Christus em̄ qui uixerat uetus homo secundū pœnam. i. secundū famē & sitim & huiusmodi. hoc modo uetustatem, id est, nostræ mortalitatis infirmitatē finiuit & deposuit, ut dolorē crucis sustinens, sic haberet membra distenta & confixa, ut ad priores actus moueri nō possent, ā quibus etiā sepultus, quieuit humanis subtractus aspectibus, exigens ā nobis ut uetustatem peccatoꝝ cum dolore pœnitentiæ deponamus, & membra nostra per continentiam sint confixa, ne ad priora redeamus, ā quibus ita perfecte quiescamus, ut nec eorū uisio & memoria habeatur. Etsi iam ista cōpleuimus, tunc uere C uetus homo noster simul cum Christo crucifixus est. Vetus em̄ homo, est uetusta conuersatio, formes & cōsuetudo peccati, & quicquid uitioꝝ ex primo parente sumpsit initiū. Qui tamen noster est, qa ex nobis, non ex deo. Et iste uetus hō cum crucifixione Christi ita debilitatus est, *ut* dominante ratione *destruatur corpus peccati.i.* tota peccatoꝝ massa, ita *ut ultra non seruiamus peccato*. Corpus peccati. i. pc̄tm̄, secundum om̄ia membra sua destruatur. Vnum em̄ uitium, membrū est peccati: corpus uero, uniuersitas delictoꝝ, quorum principium est originale pc̄tm̄. Christus aūt non ex parte, sed integer est crucifixus, ut nos ex toto moriamur pc̄tō & uiuamus deo. Gratia em̄ dei p baptismum Christi, qui uenit in similitudine carnis peccati, id agit, ut destruatur corpus pc̄ti. Destruitur aūt, non ut in ipsa uiuente carne cōcupiscentia innata repente absumatur & non sit, sed ne obsit mortuo quæ inerat nato. Destruitur, non ut interim non sit, sed ut nō cogamur ei seruire. Hoc em̄ est quod ait, ut ultra nō seruiamus peccato. Et uere nō cogemur peccato seruire, quia iustificati sumus: & uere iustificati, qa mortui. *Qui enim mortuus est* cum Christo, *iustificatus est*. i. liber effectus ā *peccato* & alienatus: nec potest iam peccare, quia sicut & Iohannes ait, Omnis qui natus est ex deo, non peccat. Crucifixus enim, omnibus membris dolore occupatis, peccare non p̄ōt, sed concupiscentijs & passionibus contra dicit. Et qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Ille est iustificatus, qui mortuus est id est, qui seipsum pro Christo uitijs mortifica uit aut martyriū pertulit. Sed *si mortui sumus cū Christo*. i. si imtatione mortis eius uitijs sumus mortificati, ut ultra non uiuamus eis, *credimus* & pro certo speramus, *quia simul etiam uiuemus cum illo*, ut ubi ipse est, & nos simus: & quomodo ipse in æternū & beate uiuit, ita & nos uiuamus,

Scientes q̄ Christus resurgēs ex mortuis, iā non moriē, mors illi ultra non dominabiē. Quod em̄ mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem uiuit, uiuit deo. Ita & uos existimate, uos quidem mortuos esse peccato, uiuentes autem deo in Christo Iesu.

¶ Viuemus cū Christo qui sine fine uiuit, nos dico iā *scientes qđ Christus resurgens ex mortuis, iam amplius non moritur*, id est, nō dissoluit, sicut Lazarus & & filius uiduæ, quos ipse suscitauit, iteꝝ mortui sunt. Non em̄ talis fuit eius resurrectio q̄lis eorū: sed talis, ut amplius mori nō possit, & talis etiam nobis p̄missa est. Iam nō moritur Christus, *& mors illi ultra non dominabitur*, q̄ ad horā illi p ipsius piam uoluntatē dominata est in cruce. Hoc dictū est cō tra Manichęos, qui negāt Christum ueram carnē habuisse. Ad hoc enim humanitatem suscepit, ut mors ei tēporalis in passione dominaret, id ē, ueraciter affligeret eū sicut ueꝝ hominē & occide-

A ret, sicꝝ mors æterna dn̄ium in nobis amitteret Sed non ultra dn̄abitur ei mors aliqua passione, quia iam nihil molestiæ sustinebit. Impij uero licet post gn̄alem resurrectionē iam nō morianē, tamē sine fine mors illis dn̄abitur, quia sicut scr. *Psal. 48.* ptum est, Mors depascet eos. Et ad distinctionem talis immortalitatis, dicit̄ nunc Christus ita post resurrectionem suam immortalis, ut ei per alicuius molestiæ passiōem mors ultra dominari nequeat. Nām & electis eius similis incorruptio & impassibilitas tribuetur. Vere iam non moritur Christus, quia semel est mortuus, id ē, ita ut mortem ultra nō iteret. Semel, quia p peccato tollendo q̄ una mors sufficit tolerare, & ideo non est opus repetitiōe. Et hoc ē: *Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel.* Vel pc̄tō mortus est, id ē, carni, in qua erat non peccatum, sed similitudo peccati. Peccato enim mortuus est, quia similitudini carnis peccati mortuus est, quādo moriēdo exutus est carne, ut per hoc mysterium significaret eos, qui in morte ipsius baptizanē, mori peccato ut uiuant deo. Peccatum enim non inerat ei. Et tñ quodammodo peccato mortuus est, dū more retur carni, in qua erat similitudo peccati, ut cum secundū uetustatē peccati nunc̄ uixisset, nostrā ex morte ueteri, qua in pc̄tō mortui fueramus, reuiuiscentē uitā nouā sua resurrectiōe signaret. Et ideo mortuus est semel, ut nosā duplici morte liberaret. Nos em̄ quia & mente ā deo recessimus, & carne ad puluerem redimus, pœna duplę
B mortis astringimur. Sed ille pro nobis sola carne mortuus est, ut simplā mortē suā duplæ nr̄æ conIungeret, & nos ab utraq̄ morte liberaret. Quod ergo mortuus est pc̄tō, id est, peccati similitudini, mortuus est semel. i. sola carne. Sed *quod* post resurrectionē *uiuit, uiuit deo*. i. in æterna beatitudine patris: quia sicut uita patris, ita & uita Christi nullam inquietudinē recipit. *Ita & uos*, id ē, sicut mors Christi semel peccato facta est, & uita deo perenniter manet, ita uos semel peccato moriamini, ut iā amplius pc̄tō nō uiuatis, ne iteꝝ oporteat nos pc̄tō mori, & deo semper in bonis operibus uiuatis. Et hoc est: *Ita & uos existimate, uos* imitatione Christi *mortuos quidem peccato*. i. alienatos ā pc̄tō tempore baptismatis, sed *uiuentes deo* in uirtutibus & nouitate uitæ, quæ est prima resurrectio, ut adhæreatis deo, & unus cum eo spūs effiaciamini: & hoc nō in uiribus arbitrij uestri, sed *in Christo Iesu*. i. in eius gr̄a & uirtute, quia sicut Pe
Actu. 4. trus ait, Non est in alio aliquo salus. Nō sine causa autem dictū est, existimate. i. cogitate, uos mortuos esse peccato. Qui enim cogitat uel existimat apud semetipsum, peccatum mortuum esse, non peccat. uerbi gr̄a: Si me concupiscentia mulieris trahat, si argēti, si auri, si prædij cupiditas pulset, & ponā in corde meo q̄ mortuus sim cū Christo, & de morte cogitem, extinguiē cōtinuo concupiscentia, & effugatur pc̄tm̄. Omnia hæc ad illam respiciunt quæstionem, ne uideatur Apostolus dedisse locum peccandi in eo quod ait, Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia.

Non ergo regnet pc̄tm̄ in uro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius. Sed neq̄ exhibeatis mēbra urā arma iniqtatis peccato, sed exhibete uos deo tanquam ex mortuis uiuentes, & membra uestra arma iustitiæ deo. Peccatum enim uobis nō dominabiē. Nō enim sub lege estis, sed sub gratia. C

¶ Quia dixi mortuos esse pc̄tō & nō debere uiuere in eo, cū memo sit sine pc̄tō, determinat ā q. bus maxime est cauendum, q̄si concludat qđ supra q̄rebatur, permanebimus in pc̄tō? Quia, inquit, mortui estis pc̄tō, & tñ non potestis in hac uita esse sine peccato, *ergo saltē non regnet peccatū in uestro mortali corpore*. Non ait, non sit, sed nō regnet. Pc̄tm̄ quippe in corpore mortali non ꝓhibuit esse, sed regnare: qa in carne corruptibili nō regnare potest, sed non esse non p̄ōt. Hoc ipsum nāq̄ de pc̄tō tentari, ei pc̄tm̄ est. Quo quia q̄diu uiuimus perfecte omni modo nō caremus, Apostolus, qm̄ hoc expellere plene non potuit, ei de cordibus nr̄is regnū tulit, ut appetitus illicitus, etsi plerunq̄ bonis nr̄is cogitationibus occulte se q̄si fur ingerit, saltē si ingredit, non dn̄etur. Quū enim quælibet culpa cor iniqui pulsat, & resistēs non inuenit, sed suo dn̄o substernit, proculdubio regnat in eo, qm̄ ad uitia mox ut pulsauerit, inclinat. Sed non ita fiat in uobis, Etsi *sit peccatum*. i. fomes & delectatio peccati. *in corpore uestro*. i. iam uestri iuris, corpore dico mortali, & ideo non sine pc̄tō, tñ *non regnet* in eo pc̄tm̄, id est, nō faciat q̄d illicite cupit. In corpore mortali dictū est, quia in immortali corpore non erit pc̄tm̄. Ineſt mō peccatum cū delectaris, regnat si cōsenseris. Est ita q̄ pc̄tm̄ in corpore, sed non regnet, *ut obediatis concupiscentijs eius*, quæ ex carnis infirmitate nascuntur. Si enim non obedieritis, etsi est pc̄tm̄ in carne, quod suadeat, quod delectet ad malum, nō obediendo facitis ut non regnet quod est, & ita fiet postea ut non sit quod erat, quādo absorbebitur mors in uictoriam. Et non solummodo non regnet in uobis per consensum, sed etiam non regnet per operationē. Et hoc ē: Nō obediatis p cō sensum illicitis cōcupiscentijs, *sed neq; exhibeatis*. i. tribuatis *peccato*. i. fomiti peccati *membra uestra arma*. i. instrumenta *iniquitatis*, hoc est, prauæ actionis, qua uirtutes debellantur sicut quibusdam armis. Membra uocanē arma, quia his uel iustitiæ uel pc̄tō militamus. Et unumquodq̄ membrum, si officium suum in malos usus conuerterit, arma iniquitatis efficitur, ad iustitiam expugnandam, si manus furto, linguaq̄ mendacio fuerit intenta, si oculus concupiscentię seruiat ad expugnandam pudicitiā, & cætera membra similibus uitijs sint occupata. Peccatum enim quod est in corpore nostro, quidam tyrannus est pugnans aduersum nos, & membra nostra pro armis habere quærit ad debellandum nos. Non ergo sinamus eum

Universidad de Deusto
Biblioteca

membris nostris contra nos pugnare. Surgit ira? non demus iræ linguam ad maledicendum, manum aut pedē ad feriendum. Nō surgeret ira ista irrationabilis, nisi pctm esset in mēbris. Sed tollamus illi regnum, non habeat arma quibus contra nos pugnet. Discet enim non surgere, cum arma coperit non inuenire. Ne exhibeatis, inquā, mēbra uestra peccato arma iniquitatis .i. quibus impleat iniquitas, *sed exhibete uos deo tanq̄ uiuentes ex mortuis*.i. uelut iam à morte resuscitatis. post resurrectionē enim non carnaliter uiuitur, nec peccatur, sed diuinis & spiritalib. intendit: & uos q̄ à uorte animæ surrexistis, iam spiritaliter & sancte & deo uiuere debetis. *& membra uestra* exhibete *deo arma iustitiæ*, ut per ea deus pro iustitia pugnet aduersus regnū peccati. deus em̄ est qui operatur in uobis, scilicet ut manus q̄ ante rapiebat aliena, nunc tribuat sua: oculus qui ante uidebat ad peccandū, nunc uideat ad boni operis ministerium. Sic & cætera mēbra iustitiæ seruiāt. Quod bñ si uultis, implere potestis. *Nam peccatū*.i. fomes peccati & delectatio iniquitatis, q̄ in carne est, *nō dominabitur*.i. non p̄ualebit *uobis*, ut olim solebat. Ideo non dñabitur, quia *non estis* modo *sub lege* iubente & non iuuante, *sed sub gratia* liberante & iuuante. Sub lege enim positis, non sub gr̄a dñatur pctm̄, à quo non fit hō liber lege, sed gr̄a. Non qa lex mala est, sed quia illa nō libera est, quos reos
B facit iubēdo, non adiuuando. Gratia quippe adiuuat ut legis quisq̄ sit factor, sine qua gratia sub lege positus, tantummodo erat legis auditor.

Quid ergo? Peccabimus, qm̄ nō sum9 sub lege, sed sub gr̄a? Absit. Nescitis qm̄ cui exhibetis uos seruos ad obediendū, serui estis eius cui obedistis, siue pctī ad mortē, siue obeditiōis ad iustitiam? Gr̄as autē deo, q̄ fuistis serui peccati, obedistis aūt ex corde in eā formā doctrinæ in qua traditi estis. Liberati autem a pctō, serui facti estis iustitiæ.

¶Qm̄ sub gr̄a sumus, *ergo quid* faciemus? *Peccabimus, quoniam nō sumus sub lege, sed sub gratia?* Id est, ergo cessante uindicta legis impune peccabimus? *Absit* ut peccemus. Lex em̄ peccantes mox interfici iubebat, gr̄a uero etiā post culpā expectat ad pœnitentiā. Et ideo nunc isti uolebant Apostoli sententiā ad hoc inflectere, ut liceret eis peccare, qm̄ exuti erant à legis terrore. Sed hoc ipse remouet. Absit, inquit, ut ideo licentius peccemus. i. criminalia & capitalia pctā cōmittamus, qualia lex dānare cōsueuerat, nā sine minoribus peccatis hæc uita non pōt duci. Vere non debetis peccare, sed potius bñ operari: qa si peccaueritis, serui peccati eritis, sicut ecōtra si bñ egeritis, serui iustitiæ efficiemini. Et minus turpe est, ut cūdei gr̄a nos à pctō liberauerit, rursum occasione eius peccato seruiatis. An *nescitis*, id est, an ignoratis quia *cui exhibetis*, id ē, præparatis & præsentatis, *uos seruos*, id est, pronos *ad obediendum, serui estis eius*, id ē, C
uolūtati eius seruire habetis, *cui obedistis*, id est, cuius obeditioni colla uestra subiecistis? Postquam illi obedistis, serui eius estis, etsi non antea, cūprimum illi consentiendo uos exhiberetis. Cuicūq̄ obedistis, serui eius estis, *siue peccati* ducētis *ad mortem* æternā, *siue* sanctæ *obeditionis* ducentis uos *ad iustitiam*.i. ad iustitiæ consummationē. Qui enim per fidē primo iustificati estis, nunc si diuinis p̄ceptis obedientes fueritis, ad summā iustitiæ perfectionem ascendetis. Eius estis serui, cui obedistis. Sed *gratias ago deo*, quia licet prius fuissetis serui peccati, iam tñ non estis. Inde gratias refero, non uobis, non libero arbitrio uestro, *sed deo*, per quē factū est, ut peccati seruitutē euaderitis. Gratias, inquit, deo, quia *serui peccati fuistis*, sed ipso liberante & adiuuante iam non estis, qm̄ *obedistis* deo nō ex timore legis, sed *ex corde*.i. ex bona cordis uoluntate, uel non specie tenus, non simulatiōe, sed ex cordis puritate. Obedistis dico, tendentes *in eā formam*, id est, regulam euāgelicæ *doctrinæ*, in qua traditi estis. Hoc est, in doctrinam informantem & commonentem mores uestros, in qua traditi estis à gratia dei, nō per uos accessistis, uel à doctoribus estis in ea traditi. Quæ scilicet doctrina est forma, quia imaginem dei deformatam restituit. Nec solū obedistis, sed etiā *liberati* estis *a peccato* per spiritū sanctū quem accepistis in baptismo: quia ubi spiritus dñi, ibi libertas. Et à peccati seruitute liberati, *facti estis* consentiendo & operando *serui iustitiæ*, q̄d est summa libertas. Serui iustitiæ D
estis, cui obedistis, id est, Christi qui factus est nobis sapientia à deo & iustitia & sanctificatio. 1.Cor.1

Humanū dico, ꝓpter infirmitatē carnis uræ. Sicut em̄ exhibuistis membra uestra seruire immūditiæ & iniquitati ad iniquitatē, ita nunc exhibete mēbra ura seruire iustitię in sanctificatiōem.

¶Hactenus non esse peccandum, hinc quid deinceps sit agendum, de quo nullus possit se excusare, quia nullus est qui non possit bene operari, saltē uolūtate, q̄d itē est p̄ gr̄am. *Humanū*, inqt, *dico*.i. q̄d potestis portare dico, quod nō excedat uires humanitatis & fragilitatis uestræ, sed quod satis complere potestis, & hoc facio *propter infirmitatem*, id est, debilitatem & fragilitatē *carnis*.i. carnalitatis *uestræ*, qa uideo uos adhuc esse debiles secundū carnē, & ideo humane uos instruo. Vere est humanum, id est, leue & non asperū quod dico, quia hoc præcipio: *Sicut exhibuistis*, id est, p̄parauistis *membra uestra seruire* operando *immunditiæ*, id ē, libidini quæ carnē maculat, *& iniquitati*, id est, iniquæ actioni, quæ etsi uestrum corpus nō inquinat, proximo tamen nocere appetit, iniquitati dico, ducēti *ad iniquitatem* aliam maiorem, ut per incrementa malorum proficeretis semper in peius. *ita nunc* post conuersionem cum sitis liberati, *exhibete*, id est, præparate *membra uestra* quæ sunt uestri iuris, *seruire* operando *iustitiæ* ducenti

A *in sanctificationem*, id est, in boni cōsummationem, & ideo est seruiendum iustitiæ, ex qua prouenit tanta utilitas & honestas. Hoc est, sicut tūc nullus timor coegit, sed uoluptas peccati duxit, ita nūc delectatio iustitiæ adultæ, etsi nondum perfectæ. Si nequaq̄ amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonoꝝ, quales fuistis dudum in actione uitiorum, ne debiliores uos habeat sancta libertas, q̄s in carne ualidos habuit usus terrenæ uoluptatis. Ita scilicet unusquisq̄ uestrū uirtutibus seruiat, sicut uitijs seruiebat. Multo em̄ amplius & multo intentius iustitiæ, q̄ immunditiæ, seruiendum est. Sed ego, inquit, humane ago. Eadē postulo, similia requiro, ut unūquodq̄ membrū ministerium q̄d exhibuit uitijs, apter uirtutibus: & actum quod exhibuit immunditiæ, ad castitatem nunc sanctificationemq̄ conuertat. Si nō plus potestis, uel tm̄ nunc agite quantū tunc egistis, ne fidem & doctrinā nostram quasi asperam & importabilē fugiatis. Quid est aūt, sicut illud, ita & hoc agite, nisi quemadmodū ad peccandum nullus uos cogebat timor, sed ipsius libido uolutasque peccati: sic ad iuste uiuendū non uos supplicij metus urgeat, sed delectatio ducat, charitasq̄ iustitiæ: & q̄ fortiter & instanter illa egistis, tā fortiter & instanter ista nūc agite? Et hęc quidē nondū est perfecta iustitia. Tantū ne em̄ digna est iustitia, quātum digna fuit iniquitas? Sic amāda est ista, quomō amatur illa? Absit ut sic, & uitam uel sic. Ergo plus est amanda. In iniquitate em̄ secuti estis uoluptatē,
B sed pro iustitia deberis tolerare dolorem. Ecce ne scio quis impudicus adolescens iniecit oculos in coniugem alienam, adamauit, cupit peruenire, quærit tamen latere. Sic enim amat uoluptatem, plus ut timeat dolorem. Suauitas enim illa uoluptatis nō est tanta, ut uincat etiam dolorem pœnarum. Pulchritudo autem & delectatio iustitiæ tanta est, ut cuicunq̄ amorem suū perfecte inspirauerit, faciat eum contemnere non solum quicquid in hoc mundo delectabat, sed & quicquid terret, quicquid cruciat. Ad hanc iustitiæ perfectā delectationem hortari nunc uolebat Apostolus, sed auditores suos minus idoneos uidit. Ideoque cōdescendit eorum infirmitati, & præceptum q̄d eis dabat, temperauit. Humanū, inquit, dico, &c. usq̄ in sanctificationē. Iustitiam hic pro omnibus simul uirtutibus nominauit, sicut e contrario iniquitatem pro omnibus simul uitijs posuit. Deinde addit iustitiæ sanctificationem, quo uidelicet castitatis partem & generaliter cum cæteris, & p̄ semetipsam specialiter cōmendaret. Et monet auditores, ut si necdum pro iustitia pœnas, dolores, mortemq̄ contemnere ualent, saltem iustitię delectationem præponant uoluptatibus sui corporis, ut paulatim p̄ficiant ad maiora iustitiæ merita, & fortius atq̄ deuotius seruiant sanctitati quā luxuriæ prius seruierant, nec iam aliquid pro iustitia pati respuant. Sicut enim ille est miquissimus, quem nec pœnæ corporales deterrent ab immundis operibus sordidæ uoluptatis, ita ille est iustissimus, q̄ nec pœnaꝝ corporalium terrore reuocatur à sanctis operibus luminosissimæ charitatis.

Cū enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quē ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nūc erubescitis? Nam finis illorum mors est. C
Iohā. 8. Isaiæ 1. Iezec. 36

¶Ideo iustitiæ seruire debetis, non immunditiæ, quia *cum essetis serui peccati*, id est, cum pctō dñaret uobis, & regnaret in corpore uō mortali, *liberi fuistis iustitiæ*.i. caruistis dūinio iustitię, quia nemo potest duobus dūis seruire. Quandiu enim quis pctō seruit, liber est iustitiæ, id est, alienus à iustitia. Et notandū est esse & libertatem culpabilem, & seruitutē laudabilē. Nam libere esse iustitiæ, crimen est: seruū uero eius esse, laudabile est. Liberū aūt arbitriū usqueadeo in pctōribus non periit, ut per ipsum peccent maxime oēs, qui cū delectatione peccant & amore peccati. Nam dicente Apostolo, cū essetis serui peccati, liberi fuistis iustitiæ, ostendūtur etiam pctō non potuisse seruire, nisi alia libertate. Liberi ergo à iustitia nō sunt, nisi arbitrio libertatis: liberi aūt à pctō non fiunt, nisi gratia saluatoris. Propter quod admirabilis doctor etiam uerba ipsa discreuit. Liberos enim dixit iustitiæ, non liberatos: à peccato autē non liberos, ne sibi hoc tribuerent, sed uigilantissime maluit paulo superius dicere liberatos, referens ad illam domini sententiam: Si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. Sed hæc uoluntas, *Mat. 6. Lucæ 19*
quæ libera est in malis, quia delectat malis, ideo libera in bonis non est, quia liberata non est. Male libera est, quādo eam peccare delectat. Libera- *Iohan. 8.*
liter enim seruit, qui sui domini uoluntatē libenter facit. Ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati seruus est. Vnde ad iuste faciendum liber non erit, nisi à peccato liberatus, iustitiæ seruus esse cœperit. Ipsa est uera libertas propter recte factī lætitiam, simul & pia seruitus propter præceptī obedientiam. Et quandoquidem peccato seruistis, *ergo quem fructum*, id est, quam utilitatē *habuistis tunc in illis* uitiosę actibus, *in quibus* maiorem turpitudinē *erubescitis nunc*, cum sanæ mētis estis? Quasi dicat: Nullum fructum ibi tunc habuistis, uel si quem uoluptatis fructum habere uos putatis, ille talis fuit, unde merito nūc erubescatis. Hæc remuneratio facit eos priora abhorrere, & magis obnoxios esse gratiæ. Merito nūc de præteritis erubescitis, *nam finis illorum*, id est, exitus uitæ *est mors*. Vel ita: De fructu quæro, nam de fine patet, quia finis illorū est mors, non illa quæ communis est omnibus, sed illa quam nullus euadere ualet, nisi qui cōuertitur ad iustitiam, & de præteritis male gestis erubescit.

Nunc uero liberati a pctō, serui aūt facti deo, habetis fructū uestrū in sanctificationē, finem uero uitā æternā. Stipendiū em̄ peccati, mors. Gr̄a aūt dei, uita æterna in Christo Iesu dño nostro. D

¶De seruitute peccati habuistis fructū cōsu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fio nis & in fine habituri eratis mortem æternã: sed de dei seruitio nũc habetis fructũ sanctificationis, & in fine habebitis uitã sempiternã. Et hoc erat tũc quidem ita. Sed *nũc* cũ conuersi estis per Christi gratiã, *liberati a peccato* cui seruiebatis, nec solũ à peccati seruitio erepti, *sed* etiã *facti dei serui*, qui tunc eratis liberi iustitiæ, ut iam libere possitis opera bona facere, & *habetis fructũ uestrũ*. i. uobis utilem & congruũ, qui fructus proculdubio charitas est & opera eius, quam nullo mõ per nos habere possumus, sed per spiritũ sanctũ qui datus est. Hunc fructũ habetis donãte spiritu sãcto, ducti in *sanctificationem*, i. in uirtutũ consummationem: nec solũ hoc habebitis, sed etiam *finẽ* laboris, quem in dei seruitio sustinetis, percipietis *uitã æternam* corporis & animæ. Dixi quia finis illorũ quæ prius faciebatis, est mors, & merito dixi. Nã *stipendiũ*. i. pmiũ *peccati* est *mors*. Sed rursus ecõtrario subiecit, quia pro nobis q̃ nũc facitis, cõsequemini in fine uitã æternam, qm *gratia dei* quæ misericorditer bñ agẽtes remunerat, est *uita æterna*. Stipendium dicit à stipe & pendo. Et quod est merces operanti, hoc est, stipendiũ militanti. Stipendium ergo peccati merito mors dicit, quia militiæ diabolicę mors ęterna ranc̃ debitum reddit. Vbi cũ posset Apostolus dicere & recte dicere, Stipendium aũt iustitiæ uita æterna, maluit dicere: Gratia aũt dei uita æterna, ut hinc intelligeremus nõ meritis nr̃is deum nos ad æternam uitã, sed pro sua miseratione perducere. Cum enim diceret, stipẽdium aũt iustitiæ uita æterna? Et uere est, quia sicut merito peccati tanq̃ stipendiũ redditur mors, ita merito iustitiæ tanc̃ stipẽdiũ uita æterna. Sed aduersus elationẽ caute militans, stipendium, inquit, peccati mors. Recte stipendiũ, quia debet, quia digne retribuit, quia merito redditur. Deinde ne iustitia de humano se extolleret bono merito, sicut humanũ meritũ malum non dubitat esse peccatũ, nõ à cõtrario retulit, dicẽs, stipendiũ iustitiæ uita æterna, sed gratia, inquit, dei uita æterna. Et hæc ne pter mediatorem aliq̃ uia aliaquæreret, adiecit, *in Christo Iesu domino nostro*. Tanq̃ diceret: Audito quod stipẽdiũ peccati sit mors, quid te disponis extollere o humana nõ iustia, sed noĩe iustitiæ plane superbia? Quid te disponis extollere, & contrariã morti uitam æternam tanc̃ debitũ stipendium flagitare? Cui debetur uita æterna, uera iustitia est. Si aũt uera iustitia ẽ, ex te non est. Desursum est, descendens à patre luminum. ut haberes eam, profecto accepisti. Quid enim boni habes quod nõ accepisti? Quapropter si accepturus es uitam æternã, iustitiæ quidẽ stipendiũ est, sed tibi gratia ẽ, cui gratia est & ipsa iustitia. Tibi enim tanc̃ debita reddereť, si ex te tibi esset iustitia cui debereť. Nunc uero de plenitudine eius accepimus non solum gratiam, q̃ nũc iuste in laboribꝰ usq̃ in finẽ uiuamus, sed etiã gratiã pro hac gratia, ut in requie postea sine fine uiuamus. Gratia enim nisi gratis esset, gratia non esset. Et ideo intelligendũ, ut diximus, etiam ipsa hõis bona merita, esse dei munera. Quibus cũ uita æterna redditur, gr̃a pro gratia redditur.

Iacob. 1. 1. Cor. 4

CAPVT VII.

ANignoratis fratres (sciẽtibus eñ legẽ loquor) quia lex in hoĩe dñatur, quãto tẽpore uiuit? Nam q̃ sub uiro est mulier, uiuẽte uiro alligata est legi. Si aũt mortuus fuerit uir eius, soluta ẽ a lege uiri. Igit̃ uiuẽte uiro uocabit̃ adultera, si fuerit cũ alio uiro. Si autẽ mortus fuerit uir eius, liberata ẽ a lege uiri, ut nõ sit adultera, si fuerit cũ alio uiro. Itaq̃ fratres mei & uos mortificati estis legi p corpus Chr̃i, ut sitis alterius q̃ ex mortuis resurrexit, ut fructificaremus deo. *1. Cor. 7*

¶Dicerent Iudęi: Cur dicis in Christo Iesu uitã æternam & non potius in lege obseruantia? Et Apostolus: Quia iam finẽ habet, & non dat uitã, sed auget pcm̃. Hactenus eñ de ui gr̃æ locutus est, & nunc incipit difficultatẽ legis oñdere & q̃d ultra nõ sit tenẽda, ut illos hortet sine timore sub gr̃a uiuere. Ne enim mirarent quod dixerat, non estis sub lege, sed sub gr̃a, inchoat p rationes demonstrare, legem esse finitã, & prius etiã non iustificasse subditos, sed magis pctõres constituisse. Nam usq̃ ad Christũ fuit data, & ideo post acceptionem gr̃æ non est tenẽda. Quod in his sententijs oñditur, an ignoratis fratres &c. Ordo est. *An ignoratis* hoc *quod lex in hoĩe dñatur*, ut ei obediat *quanto tẽpore uiuit*. i. quamdiu statũ habet ipsa lex. Quod nõ debetis ignorare, quia legẽ scitis, & *ego loquor scientibus legẽ* in qua q̃d dico manifestat. Scientes legẽ, intelligamus Hebræos, quos scdm legem de legis fine instruit Apostolus. Vel etiã gẽtiles Romani sciebant lege, quia nõ erãt barbari, sed naturalẽ iustitiã cõprehenderant partim ex Græcis, sicut Græci ex Hebræis. Lex in hoĩe dñatur quãto tempore ipsa lex uiuit, & idcirco cum mortua fuerit, nõ dñabitur illi amplius, sed liberũ dimittet. Docet aũt dñs eã esse iam mortuã. i. cessasse iuxta carnalẽ intelligentiã uel obseruantiã, dicẽs: Lex & pphetæ usq̃ ad Ioannẽ, ex eo regnũ dei euangelizat. Quod bñ pfiguratũ est, qñ mortuus est Moyses, & Iesus suscepit principatũ populi Israel. Moyses eñ legẽ designauit, & Iesus dñm Chr̃m atq̃ gratiam euangelicã. Mortuo igitur Moyse, successit Iesus in principatũ: qñ mortua lege secũdum carnales obseruãtias, succedit euangelica gr̃a. Et hoc est quod Apostolus dixerat, non estis sub lege, sed sub gr̃a. i. non estis sub Moyse, sed sub Iesu: quia Moyses mortuus est, & Iesus imperat, iustum ergo fuit ut Moyses (id est, lex) dñaretur in quolibet homine subiecto quãdiu uiueret, & post mortem suã dñium amitteret, quatenus quicunq̃ tẽpore legis seruiliter cogebantur eã facere, post liberatoris aduentũ possent liberi ad euãgelicam libertatẽ uenire. Quod Apostolus p simile probat. *Nam mulier quæ est sub uiro, uiuente uiro alligata est legi uiri*, ut nõ possit ab eo discedere. Sed *si uir eius fuerit mortuus, soluta est a lege uiri*. Sic etiam quandiu lex statũ habuit, debet seruari: sed si lex statum amittit, soluitur homo ab ea. Et quia uiuente uiro alligata est legi, *igitur uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cũ alio uiro*. Sic finita & sublata lege, liberatus est homo per gratiam, ut nõ præuaricetur si ad Christũ transierit dimissis figuris. Hoc enim exẽplo docet Apostolus Christianum à lege factoꝝ exutum, nõ ab omni lege, sicut mulier à lege uiri exuitur, non à lege naturæ, nec ultra debere esse sub lege. Si eñ lex ei uiuit, adulter est, nec prodest Christianũ dici. Nam si legẽ seruat, adulter est & in fide & in lege, nec prodest ei Christus. Hæc etiã similitudo tota debet intelligi mystica, ut uir sit Moses, hoc est, lex: mulier, anima uel plebs. Nam mulier quę est sub uiro, id est, plebs uel anima Iudaica, quæ est sub Moyse, uiuente uiro, id est, uiuente Moyse, hoc est, statum habẽte lege, alligata est legi, ut non possit recedere ab eius carnali obseruatione. Si aũt mortuus fuerit uir eius, id est, Moyses, quẽ admodũ supra docuimus, soluta est mulier à lege uiri, id est, plebs Hebræorum à iugo legis, ut nõ impediat Christo copulari. Et quia nunc solũmodo soluitur, igitur uiuente uiro. i. uiuẽte Moyse, durãte legis actu, uocabitur adultera si fuerit cũ alio uiro, id est, crimen incurrit adulterij, si carnalem legis obseruantiã deserẽs, solã spiritalẽ Christi doctrinam tenere uoluerit. Nõ eñ deserenda fuit suo tẽpore illa carnalis obseruatio legis, sicut & nunc non est assumenda. Sed *si mortuus fuerit uir eius* Moyses. i. si lex actu cessante dormierit *liberata est* ipsa plebs Hebræoꝝ *a lege uiri*, id ẽ, à contritione Mosaycæ institutionis, *ut non sit adultera*, sed casta, *si fuerit cũ alio uiro*. i. cum Christo, ut illi soli cõplexibus amoris inhæreat, & solam spiritalem doctrinã custodiat. Deinde Apostolus adaptat similitudinẽ. Q̃nquidem, inquit, uiuẽte uiro alligata est mulier, & eo mortuo soluta est, iuxta sensum qui tractatus est, *itaque & uos o fratres mei* quẽadmodũ nos apostoli, *mortificati estis legi*, ut ulterius nõ uiuatis in ea. Debuisset dicere, mortificata ẽ uobis lex: sed hoc inter Iudæos dicere adhuc intractabile uidebat, & ideo magis intelligẽdum reliquit. Et idẽ ualet q̃d dixit: Lex eñ mortua est, quãdo carnalis eius actio penitus cessat. Et ille legi mortuus est, qui ab huiusce modi actione cessauit, caute ergo loquutus est Apostolus ne Iudæos offenderet, eligens potius dicere, mortificati estis legi, q̃, mortificata est lex uobis, cũ utrunq̃ idẽ significet. Nihil, inquit, legi debetis, q̃ data est usq̃ ad Christũ: sed mortificati estis illi *per corpus Christi*. i. per hoc quod Christus carnẽ assumpsit. Ex quo enim ille corpus induit, lex mori cœpit in actione fideliũ, quia lex & prophetæ usq̃ ad Ioannẽ, sicut ipse loquit. Dimissis ergo per nouitatẽ gratiæ peccatis, cessante in uobis actiõe legis, mortificati estis legi per corpus Christi, i. per mysteriũ incarnationis eius. Vel mortificati estis legi, i. figuratiuis umbris, per corpus Christi. i. per cõpletionẽ solidæ ueritatis q̃ est in Christo. Quantum enim distat inter umbrã & corpus, tm̃ inter illa q̃ fiebant in ueteri testamento, & ea q̃ fiunt in nouo. Et ideo per corpus Chr̃i mortuus est legi, quia per ueritatẽ euangelicã cessauit ab umbrali actione legis. Mortificati estis legi. i. soluti à lege mortuo uobis Moyse, *ut sitis* spõsa *alterius* uiri, cuius nõ pudet esse, *qui surrexit ex mortuis*, & superata morte in æternũ uiuit. Vel merito debetis eius esse, qa uos sanguine suo redemit, & calcata morte surrexit ut uos posslideat, quos moriendo adquisiuit. Ideo surrexit, ut & nos à morte aiæ faceret resurgere *ut fructificaremus*. i. fructũ boni operis faceremus *deo*, q̃ antea fructifica bam9 morti. Cũ enim essemus in carne, passiões peccatoꝝ quæ p legem erãt, operabant̃ in mẽbris nostris, ut fructificarẽt morti. Nunc aũt soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiam9 in nouitate spũs, & nõ in uetustate literę.

¶Vere nunc debemus fructificare deo, cum simus lege mortificati, qnoniam prius fructificauimus morti. *Nam cum essemus in carne*, q̃ carnis sunt operantes, quod est sub lege esse, *passiones peccatorum quæ p legem erant, operabantur in membris nostris*. Cũ essemus in carne, inquit, id ẽ, carnalibus desiderijs astricti teneremur. Cum essemus in carne, id est, præsumeremus de carne. Non enim qui loquebatur Apostolus, iam exierat de ista carne, aut eis loquebatur qui iam exierãt de ista carne, sed adhuc & qui loquebatur, & quibus loquebatur, in carne erant. Quid est ergo, cum essemus in carne, nisi cum de carne præsumeremus, hoc est, de nobis confideremus? De homine enim dictũ est, Videbit omnis caro salutare dei, id est, omnis homo. Ergo cum essemus in carne, id est, in cõcupiscẽtijs carnalibus uersaremur, & ibi totã spem nostram tanquam in nobis poneremus, passiones peccatorum, id est, incentiua uitiorum, quæ per legem erant, quia per legem accesserant. Vbi enim non erat gratia liberatoris, augebat peccandi desiderium prohibitio peccatorum. Illæ passiones operabãtur in membris nostris, id est, ducebãt membra nostra ad mala opera. Et hoc ideo, quia eramus in carne. Passiones enim illæ peccatorum, id est, uehementes concupiscentiæ, dictæ passiones, quia intrinsecus mẽtem affligunt, ideir co nos uicerũt, quia in malo loco nos inuenerũt, hoc est, in carne. Migrandum est ergo à carne, etiam dum adhuc uiuimus in carne, ut nõ simus in carne, sed in spiritu, id est, nõ in nobis, sed in deo spem ponamus: nec in carnalibus, sed in spiritalibus delectemur. Nam qui in carne est, id ẽ, qui in se remanet, nec se transcendit ut ad deum cor subleuet, non habet deũ adiutorem, & idcirco su

Matt. 11. *Luce. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

peratur,& sit non impletor legis,sed prævarica-
A tor.Et ita passiones peccatorum,id est,concupis-
centiæ uehemẽtes & immoderata desideria ope-
rantur in membris eorum qui in carne sunt, id est,
ducunt ad effectum operis mala quę cupiunt,dũ
manus agunt mala,os loquitur mẽdacium,ocu-
li uident illicita,aures delectantur audire praua.
Quæ passiones sunt per legem,quoniam ipsa le-
gis prohibitio fuit causa ut ille appetitus carnis
adeo uehemens esset.Minor enim erat concupis-
centia,quando ante legem securus homo pecca-
bat.Multo autem maior facta est,quando legem
dei cœpit transgredi.Et hæ(sicut dictum est)passi-
ones operantur in membris nostris, *ut fructifica-
rent morti*,id ẽ, ut facerẽt opera digna morte æter-
na.Fructus enim peccati,mors est. Et si damnan-
dus erat peccator, quam spem habet prævarica-
tor? Tunc quidẽ sub lege positi fructificabamus
morti.Sed nunc cũ simus mortificati legi per cor-
pus Christi,soluti sumus per libertatẽ nouæ gra-
tiæ à lege. Quæ dicitur lex mortis, quia per me-
dium,id est,per peccatum fuit causa mortis, dũ
peccantes nõ ad pœnitentiã expectaret, sed mox
interfici iuberet.Ideo etiam lex mortis,quia stipẽ
diũ peccati, mors:aculeus uero mortis,peccatũ:
uirtus autem peccati,lex. Peccãdo enim ad mor-
tem animæ labimur, & uehementius peccamus
lege prohibente, ꝙ si nulla lege prohiberemur.
B Sed iam remissis peccatis,*soluti sumus* ab hac *lege
in qua detinebamur*,id est, ui quadã necessitatis car-
nalis eius mãdata seruare cogebamur,nec ad spi-
ritalem libertatem assurgere permittebamur, ꝙ
nunquam soluí,nisi per gratiam Christi potera-
mus. Soluti inquã sumus, *ita ut seruiamus deo in no-
uitate spiritus,& non in uetustate literæ*,id ẽ, spiritalis
gratiæ præceptis obediamus,nõ literam legis se-
quẽtes,quæ iã senuit,ut mori,id est,cessare debe-
at.Quod em̃ antiquatur & senescit,prope interi-
tum est.Et lex quid aliud est ꝙ̃ sola litera,eis qui
eam legere nouerunt,& implere nõ possunt? Nõ
enim ignoraẽ ab eis quibus cõscripta est. Sed qm̃
intantum nota est,inquãtum scripta legitur, nõ
inquantum dilecta perficitur, nihil est aliud tali-
bus nisi litera. Quæ litera non est adiutrix legen-
tium, sed testis peccantium. Ab eius ergo dam-
natione liberantur,qui per spiritum sanctum in-
nouantur,ut iam non sint obligati literæ ad pœ-
nã,sed intellectu per iustitiã copulati.Itaq; seruia-
mus in nouitate spiritus,id est,in nouitatequam
dat spiritus sanctus infundendo charitatẽ & in-
nouando interiorẽ hominẽ. Et sic in hac nouita-
te seruiamus, ut nihil addamus de legis opibus,
quæ uetusta sunt & sepulturæ magis tradenda.
Quid ergo dicemus? Lex peccatũ est?
Absit. Sed pc̃tm̃ nõ cognoui nisi ꝑ le-
gem.Nã concupiscentiã nesciebã, nisi
Exod.20 lex diceret,Non cõcupisces. Occasiõe
Deut.5. autẽ accepta, peccatum ꝑ mandatum
operatũ est in me oẽm concupiscentiã.

¶ Videbatur Apostolus per supradicta uer-
ba legem culpasse,& ideo sentiens contra obscu- C
ritatem dictorum suorum cogitationes hominũ
commoueri,prior ipse uoluit dicere & remoue-
re,quod sibi aliquis poterat obijcere: Quia dixi,
inquit,passiones peccatorum esse per legem:quia
dixi, soluti sumus à lege mortis in qua detinebа-
mur:quia dixi,seruiamus in nouitate spiritus,&
non in uetustate literæ,*ergo quid dicemus* ex his uer-
bis meis? Dicemus ex his esse consequẽs quia *lex
peccatum est? Absit* ut hoc dicamus, absit ut lex sit
peccatum.Non est peccatum lex,quia nõ est ma-
la,sed bona quãtum ad se.Et quamuis bona, nõ
tamen sufficiens ad salutẽ sine gratia.Quod nunc
Apostolus ingreditur ostendere,& loquitur uo-
ce humani generis:Lex,inquit, nõ est peccatum,
sed index peccati,quia *peccatum non cognoui nisi per
legem*.Quare intelligimus legem ad hoc datã es-
se,non ut peccatum insereretur,neq; ut extirpare
tur,sed tantum ut demõstraretur,quatenus ani-
mam humanam quasi de innocentia securã, ipsa
demonstratione peccati ream faceret:ut quia pec
catum sine gratia uinci non posset, ipsa reatus so
licitudine ad percipiendam gratiam conuertere-
tur.Idcirco non ait,peccatum non feci nisi per le
gem,sed,peccatum non cognoui nisi per legem.
Vnde apparet per legem peccatum nõ insitum,
sed demõstratum esse.Et quomodo medicina nõ
est causa mortis,si ostendat uenena mortifera,li-
cet his mali homines abutãtur ad mortẽ, & uel
interficiant uel insidiẽtur inimicis: sic lex data est D
ut peccatorum uenena monstraret,& hominem
male libertate sua abutẽtem,qui prius ferebatur
improuidus,& per præcipitia labebatur, freno le
gis retineret, & cõpositis doceret incedere gres-
sibus.Lex docuit hominem quid esset peccatũ,
quia prius nesciebãtur quædam uel esse peccata,
uel adeo grauia,uel esse punienda. Vere peccatũ
non cognoui,nisi per legem. *Nam concupiscentiam*
esse pc̃tm̃ *nesciebam,nisi lex diceret*. *Non concupisces*:
hoc ideo elegit Apostolus gñale quiddam, quo
cuncta complexus est,tanquam hæc esset uox le
gis,ab omni peccato prohibentis,quod ait,Non
concupisces. Neque enim peccatum ullum, nisi
concupiscendo committit.Non ait, concupiscẽ-
tiam non habebam:sed,nesciebam eam esse pec-
catum.Habebam quidem eam,sed tanquam na-
turale bonum esse credebam. Postquam autem
lex dixit,Non concupisces,cognoui nõ natura-
le bonum,sed per peccatum accidẽs esse malum
concupiscentiam. Per hæc & sequentia Apostо-
lus in se solo generalẽ agit causam,& sub perso-
na sua fragilitatẽ describit conditionis humanę.
Nesciebam,inquit, cocupiscentiam esse malum,
donec audiui eam prohiberi in lege. Sed *peccatũ*,
id est,fomes peccati, *accepta occasione* stimulandi
per mandatum legis *operatum est in me omnem concupi-
scentiam*.Peccati enim nomine, uel fomes peccati
nunc intelligit, uel diabolus autor peccati. Et ta
lis est nostra carnalitas,ut ardẽtius desideret pro-
hibita:q̃bus non memoratis, faceret quasi sopita

A Sed & diabolus uidens legem in auxilium homi
nibus datã,magis exarsit & magis institit,ut eam
illis uerteret in perniciem, cum prius quasi secure
possidens eos minus tentaret. Et sic occasione per
mandatum accepta, fecit in me omnem concupi
scẽtiam. Minor enim concupiscentia erat,quan-
do ante legẽ securus peccabam.Minor erat,quan
do meam mouebat libidinem. Omnis est, quan-
do transcendit legem. Cum ergo putarem quod
propriis uiribus iubente lege possem cõcupiscen
tiam libidinis uincere, maioribus urgebar eius sti
mulis,& infirmitate in me eius cupiditas augeba-
tur.Nam ubi spiritus sanctus non adiuuat, inspi-
rans pro concupiscentia mala concupiscentiam
bonam,id est, diffundẽs in cordibus charitatem,
profecto lex quamuis bona, auget,phibendo de-
siderium malum, sicut aquæ impetus, si in eam
partem non cesset influere, uehemẽtior fit obice
oppositо,cuius molem cum euicerit, maiore cu-
mulo præcipitatus,uehementius ꝑ prona prouol
uitur. Similiter nanq; & fluuius concupiscentiæ
oppositis sibi legis obicibus frenatus est, non sic
catus:ac postmodum ruptis eisdem obicibus,ue
hementior exiuit. Nescio em̃ quomodo hoc ip-
sum q̃d concupiscitur, fit iucũdius dum uetatur.
Recte itaq; dicitur, quia peccatum occasione sti-
mulandi accepta per mandatum legis operatum
est in me omnem concupiscentiam: quia ubi non
est gratia liberatoris, auget peccandi desiderium
B prohibitio peccatorum:& lex dum concupiscen
tiam prohibet, quodammodo eam inflammat.

Sine lege em̃ peccatũ mortuũ erat. Ego
aũt uiuebã sine lege aliqñ. Sed cum ue-
nisset mãdatũ,peccatũ reuixit,ego aũt
mortuus sum. & inuentũ est mihi man
datũ q̃d erat ad uitã,hoc esse ad mortẽ.
Nam peccatũ occasione accepta ꝑ man
datum seduxit me, & per illud occidit.

¶ Vere ꝑ legem cognoui peccatum. Nam *si-
ne lege erat peccatum mortuum*,id est,latebat,non ap
parebat,& omnino tanquam sepultum ignoraba
tur. Vel ita: Iure dixi,per mandatum. Nã quan-
do lex non erat,pc̃tm̃ mortuum,i.debile & quasi
sopitum erat,dum prohibitione legis non incita-
retur. Pc̃tm̃ quidem erat mortuũ ante legẽ. Sed
ego uiuebam sine lege aliquando.i.prius quam data es-
set lex. Viuebam sine lege,id est, nulla ex peccа-
to morte terrebar,quia nõ apparebat cum lex nõ
esset. Patet quia nõ ex persona sua proprie,sed ge
neraliter ex persona hominis loquitur Apostо-
lus. Viuebam.i.uiuere me arbitrabar,quia nescie
bam animam meam per peccatũ esse mortuam,
dum me sine peccato esse putarem. *Sed cum uenisset
mandatum*,id est,cum data esset lex, ilico *peccatum
reuixit*,id est,apparuit, sentiri cœpit, rebellare ad-
uersum me cœpit. Reuixit pc̃tm̃, quia aliquando
uixerat. Non em̃ potest reuiuiscere nisi q̃d uixit
aliquando. uixerat enim aliquando pc̃tm̃ in para
diso, quando contra datum præceptum satis ap- C
parebat admissum. Cum aũt à nascentibus trahi-
tur, tanq; mortuũ sit latet, ne repugnans iustitiæ
malum eius prohibitione sentiat. Cum em̃ aliud
iubeat atq; probatur,& aliud delectat atq; damna
tur,tunc pc̃tm̃ quodãmodo in notitia nati hoīs
reuiuiscit,quod in notitia primi facti hoīs aliqñ
iam uixerat.Sic igit adueniente mãdato legis re-
uixit pc̃tm̃,quod mortuũ fuerat.i.occultatũ, eũ
mortales nati sine mandato legis hoīes uiuerẽt,
sequẽtes concupiscẽtias suas sine ulla cohibitiõe.
Peccatum quidem reuixit,sed *ego mortuus sum*.i.
mortuum me esse cognoui manifestatiõe pecca-
ti.Quia iam etiam præuaricatione peccat,qui ui-
det per legem quid facere non debeat,& tñ facit.
Mortuus sum in anima, quia p̃uaricator factus
sum,& inde me mortuũ esse perspexi. Vel ideo
uidi me mortuum,quia reatus p̃uaricationis cer
tum mortis supplicium cõminabat. *Et inuentũ est
mihi mandatũ quod erat* datum *ad uitam* consequen-
dam,*hoc esse ad mortem* incurrendam. Quod em̃,
si custodiret,proficiebat ad uitã,hoc neglectum
perduxit ad mortẽ.Mandato enim si obediatur,
utiq; uita est.Sed inuentũ est esse ad mortem,dũ
fit contra mandatum,ut non solum peccatum si
at,quod etiã ante mandatũ fiebat, sed hoc abun
dantius & perniciosius,ut iam ab sciente & præ-
uaricante peccetur.Inuentum est mihi, id est, nõ
deus ad mortem dedit mandatum,sed uisum est
mihi tanq; mortiferũ,eo quod illud uirtute pro-
pria implere non possem,cum ego non mandatі
uitio,sed stimulo cõcupiscẽtiæ morte percussus,
morerer.Stimulus em̃ mortis, pc̃tm̃ est. Idẽ igi-
tur mandatũ,quod erat datum ad uitã intẽctione D
dantis,quia bonũ erat obedienti, inuentũ est, id
est,probatum mihi peccanti esse ad mortem. Et
uere ad mortẽ.*Nam peccatum*, id est, fomes & de-
lectatio peccati,*occasione accepta per mandatum*, q̃d
erat contra se,*seduxit me* falsa dulcedine, id est,se-
orsum à bono duxit,& in malum traxit,*& per il
lud occidit*,id est, per mandati transgressionem ad
æternam damnationẽ perduxit. Gladio em̃ quẽ
portabã.i.mãdato legis,occidit me inimicus,qa
præsumebã de uiribus meis, & ideo sum uictus.
Seduxit em̃ me pc̃tm̃ occsione accepta per man-
datum, siue quia suasio delectationis ad peccan-
dum uehementior est cum adest prohibitio, siue
quia etiam si quid homo fecerit secũdum iussa le
gis,si adhuc non sit fides quæ in gratia est,uult si-
bi tribuere,nõ deo,superbiendo plus peccat.Pec
catũ itaq; non legitime utens lege, ex ꝓhibitione
aucto desiderio,dulcius factum est, & ideo sedu-
xit uel fefellit. Fallax enim dulcedo est, quã plu-
res atq; maiores pœnaq; amaritudines sequũtur.
Quia ergo ab hominibus nõdum spiritalem gra
tiam consequẽtibus suauius admittitur quod ue
tatur,fallit peccatũ falsa dulcedine:quia uero ac-
cedit etiã reatus p̃uarications,occidit. Hæc dixi-
mus,legẽ q̃ per Moysen data est,intelligẽtes. Est
aũt & naturalis lex,q̃ in corde scripta omnes cõ-
net nationes;& nullus hoīm est,nisi qui adhuc ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pers est factionis, qui hanc nesciat legem. Vnde et omnis mundus sub pctō, & uniuersi homines præuaricatores legis sunt. Et idcirco iustum iudiciū dei est scribentis in corde humani gñis: Quod tibi fieri noluerīs, alteri ne feceris. Quis ēm ignoret homicidium, adulteriū, furtum, & oēm cōcupiscentiam esse malum ex eo quod sibi nolit fieri? Si ēm mala esse nesciret, nunq; sibi doleret illata. Hanc legem nescit puericia, ignorat infantia: & peccans absq; mandato, nō tenet lege peccati. Male dicit patri & parentes uerberat, & quia necdum accepit legem sapiētiæ, mortuum est in eo pctm. Cū autem mandatum uenerit, hoc est, tempus intelligentiæ appetentis bona & uitantis mala, tunc incipit ei peccatū reuiuiscere, & ille mori reusq; esse peccati. Atq; ita fit ut tempus intelligentiæ, quo dei mandata cognoscimus ut perueniamus ad uitam, operetur in nobis mortem, si agamus, negligentius, & occasio sapiētiæ seducat nos atq; supplantet & ducat ad mortem. Non quod intelligentia peccatum sit, lex enim intelligentiæ sancta & iusta & bona est, sed per intelligentiam peccatorum atque uirtutum mihi peccatū nascitur, quod priusquam intelligerem, peccatum esse nō noueram. Atque ita factū est, ut quod mihi pro bono datum est, meo uitio mutetur in malum.

Tob. 4. Mat. 7.

1. Tim. 1

Itaq; lex sctā quidem, & mandatū sanctum & iustū & bonū. Quod ergo bonū est, mihi factū est mors? Absit. Sed

B pctm ut appareat peccatum, p bonum mihi operatū est mortem, ut fiat supra modū peccans pctm per mandatum.

¶ Qū quidem lex dicit, nō concupisces, & mandatum legis datū est ad uitā, *it aq; lex quidem* est *sancta*,

Exo. 20. id est, sine uitio, qm prohibenda prohibet, & *mandatū*. i. quicquid à me est iussum fieri, est *sanctū*. i. non reprehensibile, & *iustū*. i. æquum, quia nil præter æquitatem mandat faciēdum, dum dicit: Oculum pro oculo, pedem pro pede, dētem pro dente exiges, & similia. Hoc ēm ualde iustum est, & *bonū* est mādatum, id est, utile & fructuosum. Lex ipsa est sancta, id est, pura à sorde oīs uitij, qa nihil inquinationis in se habet, sed absq; uitio do

Deut. 5. cet, dū dicit: Non cōcupisces. Non mœchaberis, & similia, quāuis per eā praui hoīes magis inflamentur ad concupiscendum & mœchandum. Et mādatum, id est, hoc quod per eā præcipitur, est sanctum in se & iustum, id est, iustificās peccatorem: & bonum, id est, utile, uitam adquirens. Lex enim in hoc loco dicitur secundum quod prohibet malum, uelut cū dicit: Non concupisces, Nō furaberis. Non falsum testimonium dices: mādatum autem secundum quod præcipit facere bona, sicut est: Honora patrem & matrem. &, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Et notandū quàm parenter ab Apostolo nunc lex laudatur. Paulo ante uerbo illo quo dixerat, Absit, dens sentirat eam à crimine, nondum laudauerat. Aliud est ēm à crimine obiecto defendere, aliud est debito præconio prædicare. Crimē obiectum fuit: Quid ergo dicemus? lex peccatum est? Defensio, Absit. Modo autem, itaque lex quidem &c. Lex quidem sancta est, sed illi non sunt sancti, qui male utuntur lege. Nam in male utente uitium est, nō in mandato ipso quod bonum est. Quoniam lex bona est, si quis ea legitime utatur. Male autē utitur lege, qui non se subdit deo pia humilitate, ut per gratiam lex possit impleri. Neq; enim lex iubet delictum, ut illa subintrante abundaret delictum, sed superbos etiam adiectores præuaricationis effecit, ut eo modo humiliati discerent ad gratiam pertinere per fidem, ut iam non essent legi subditi per reatū, sed sociati per iustitiam. Lex quidem sancta est, & mandatum bonum. Et cum hoc constet quod ipsa sancta sit & mandatū eius bonum, & tamē idem mandatum quod erat ad uitam, inuentum sit mihi esse ad mortē, *ergo* mandatū *quod bonum est, factum est mihi mors?* id est, nunquid mandatum bonū, quod cōtra mortis opera datum est, in mortem mihi est commutatū? *Absit*, Ego uidelicet quod morior, nō mandati boni uitio morior: sed mandatū bonum uitio meo transgressus sum, & ita mortem merui. Non mihi mandatum per se causa mortis extitit, sed ego mihi feci, qui peccando morte digna cōmisi. Nō mandatum est mihi efficiens causa mortis, *sed peccatū*, id est, fomes peccati, qui bonam rem uertit in malum, est efficiens causa mortis. Nam peccatum, id est, fomes peccati, & incentiua uitiorū ac delectatio mala, uel diabolus autor peccati, *operatum est mihi mortem*. i. fecit me operari opera digna morte, *per bonū*, id est, per transgressionē boni mandati. Ita operatum est mihi mortem animæ, *ut* ipsum peccatum quod prius latebat in corde meo, *appareat* foris *peccatū* esse in manifesto opere. Ita scilicet appareat, *ut* idem peccatum, id est, fomes peccati & concupiscentia, *fiat supra modum peccans peccatum*, id est, plus quàm antea *per mandatum* sine quo nec tātum ardebat, & per quod accreuit præuaricatio. Vel ita intelligendum est: Vt per legem appareat peccatum, quod per ignorantiam latebat: Iam enim dixerat, sine lege peccatū mortuum erat, id est, latebat & ignorabatur, tanquam in quibusdā ignorantiæ tenebris sepultū. Modo autem uideamus quàm ueredicat, peccatum ut appareat peccatū. Non enim dicit, ut sit, quia erat & quando non apparebat pctm. Quid est, ut appareat peccatum? Quia concupiscentiā nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Nō ait, concupiscentiam non habebam: sed, concupiscentiam nesciebā. Sic etiam hic nō ait, ut sit peccatum; sed, ut appareat peccatum, per bonū operatum est mihi mortem. Quam mortem? Vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatū. Supra modū, quia accessit & præuaricatio. Quando enim delinquebam sine mandato, minus erat. Quando autem delinquo per mandatū, excedo modū. Lex enim modificauerat omnia, sed ego modum legis transgredior instinctu cōcupiscentiæ impulsus. Vel supra modum, quia ualde im-

A moderatius creuit pctm per legem, dum per eius prohibitionem magis inflammaretur, & eam scienter transgrederetur. Quod quidem ad hoc utile fuit, ut sentiret anima seipsam non sufficere ad extrahendum se de seruitute pcti, atq; hoc modo de tumescēte & extincta oīm superbia, subderet liberatori suo, & auxiliū gratiæ eius implorareť.

Scimus ēm q̄ lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato. Quod enim operor, nō intelligo. Nō enim quod uolo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio.

¶ Superius dixi, quia lex est sctā. Et uere est sancta, quia *scimus quod* ipsa *est spiritalis*, id ē, à sctō spiritu data, & mandans spiritalia, atq; spm hoīs alens & instruēs de diuinis & cœlestibus. Sed *ego sum carnalis*. i. carni cōsentio, *uenūdatus sum* pctō. i. peccans precio temporaliū uoluptatū. Dulcedo enim mortiferæ uoluptatis, preciū est quo se uendit unusquisq; diabolo, ponens se sub pctō, id est, faciens se seruum peccati. Vere animā meam diabolo uendidi, accipiens preciū uoluptatis & subdens me pctō. Nam *quod operor non intelligo*, quia aliud uideo me agere, & aliud per legem scire. Quod operor non intelligo. i. non agnosco in p̄ceptis ueritatis ubi est uera scientia. Secundū hāc

Matt. 7. B loquutionem dicit dns peccatoribus, Non noui uos. Non enim eum aliquid latet. Sed quia pctā non inueniunt in regulis præceptorū, quas habet ueritas, ideo ipsa ueritas pctōribus dicit, Non noui uos. Sicut enim tenebræ oculis non uidendo, sic pctā mente ignorando sentiuntur. Vere non intelligo in lege faciēdum esse, quod facio. Quia *bonū quod* secundū rationē *uolo, non hoc ago, sed malum quod odi* secundū ratiōis iudicium, *illud ago* secundū carnis appetitū. Nam ratio quidē naturaliter uult bonū, sed hæc uoluntas semp caret affectu, nisi per gratiam fuerit adiuta. Et hæc quidē uerba hoc modo conueniunt homini carnali & sub lege posito, sed melius intelliguntur esse etiam spiritalis hoīs, iamq; sub gratia constituti, uel ipsius Apostoli. Scimus, inquit, qđ lex spiritalis est, id est, spiritalia iubet. ¶ Hucusq; legem excusauerat, qđ non debet refundiin eam culpa. Hic ostendere incipit, quod nec in principalem naturā debet refundi, & ita non in creatorem, sed in hoīes qui ex se uitiati sunt, ut prauis nequeāt motibus resistere. Lex spiritalis est, sed ego carnalis sum. i. carnale corpus adhuc gero, in q̄ & carnales motus sentio. Quandiu enim hic uiuitur, sic est. Ita ergo dixit Apostolus, ego autē carnalis sum, ideo quia nōdum spiritale corpus habebat, sicut posset dicere, ego autē mortalis sum: quod utiq; nō nisi secundū corpus intelligeretur dixisse, quod nōdum fuerat immortalitate uestitū. Item quod adiunxit, uenūdatus sub pctō, ne quisquam eum nondū redemptū Chri sanguine existimet, hoc etiam secundū illud potest intelligi, quod ait, Et ipsi in nobismetipsis ingemiscimus adoptionē filiorum, expectantes redemptionem corporis nostri. Si enim secundū hoc se dicit uenundatū sub pctō, quod adhuc non est redēptum à corruptione corpus eius, uel uenundatū aliquando in prima transgressione p̄cepti, ut haberet corpus corruptibile quod aggrauat animā, quid prohibet hic Apostolum de se hoc dicere, quod ita dicit, ut *Supi. 9.* etiam in ipso possit intelligi, etiam si in sua persona non se solum, sed omnes accipi uelit, qui se nouerunt spirituali dilectione cum carnis affectione sine consensione confligere? Venūdatus, inquit, sum; quia quod operor non affectu consentiendi & implēdi, sed ipso motu concupiscēdi, non intelligo in regulis p̄ceptorū cœlestium. Vel non intelligo, id est, non approbo. Et uere nō intelligo quod operor. Nam bonū quod uolo, hoc nō ago: sed malū quod odi, illud facio. Non hoc sic intelligamus tanq; uellet Apostolus esse castus, & esset adulter: aut uellet esse misericors, & esset crudelis: aut uellet eē pius, & esset impius. Sed ad quid? Volo non cōcupiscere, & concupisco. Et si concupiscētiæ nō consentio, & post cōcupiscentias meas non eo, tamē adhuc concupisco. Et hoc est, quia bonum quod uolo, id est, non concupiscere, hoc non ago: sed malum quod odi, id est, concupiscere, illud facio. i. ex carne concupisco. Quandiu ēm caro mortalis est, non pōt à concupiscētijs penitus esse libera. Minui quidem q̄tidie possunt concupiscētiæ, sed ex toto nō possunt auferri, quandiu hic uiuit. Et ideo non ago bonum qđ uolo, i. ut non concupiscā: sed facio malum quod odi. i. concupisco, quamuis non cedā, q̄uis non consentiā, ut desiderio peccati non obediā.

D

Si aūt q̄d nolo, illud facio, cōsentio legi qm bona est. Nunc autē non iā ego operor illud, sed q̄d habitat in me peccatū. Scio enim quia nō habitat in me, hoc ē, in carne mea, bonū. Nā uelle adiacet mihi, perficere aūt bonū non inuenio. Non ēm q̄d uolo bonum, hoc facio: sed q̄d nolo malū, hoc ago. Si autē quod nolo, illud facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū.

¶ Dixi me nō facere qđ uolo, sed potius q̄d nolo. *Sed si* ego *illud facio quod nolo*, id ē, si ex carnis infirmitate cōcupisco quod nollē facere, *cōsentio legi*, quia nolo q̄d nō uult. Dū quod nolo, ago. i. dum nolo concupiscere & concupisco, consentio legi *quoniam bona est*, qa & ego ipse nolo quod lex. Quia nolo concupiscere, & lex dicit, Nō concupisces. In hoc ēm q̄ uolo qđ & lex uult, absq; dubio consentio legi: concupisco tā, quia non sum sine pctō. Nō implet legem infirmitas mea, sed laudat legem uoluntas mea. Ergo si quod nolo hoc ago, ideo consentio legi, quia nolo, nō qa ago. ipsum autē quod ago, concupiscere est, non *Exod. 20* concupiscentiæ consentire. Lex dicit, Non cōcu *Deut. 5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A piſces,& ego nolo concupiſcere,ſed tamen con-
cupiſco, quamuis concupiſcẽtiæ meæ aſſenſum
non præbeam,quamuis poſt illam non eam. Re-
ſiſto enim,auerto mentẽ,nego arma,teneo mem
bra,& tamen fit in me quod nolo. Quod nõ uule
lex,nolo cum lege. Ergo cõſentio legi. *Nunc autẽ
iam non ego operor illud.* Nunc iam,id eſt,iã redem-
ptus,qui fui ante ſub peccato uenundatus, nunc
iam ſub gratia, quæ liberauit delectationẽ meæ,
uoluntatis cõſenſione cupiditatis,libera eſt mẽs,
caro captiua. Non ego operor illud,quia nõ con
ſentio. *ſed peccatum quod habitat in me* .i. fomes pec-
cati & concupiſcẽtia quæ eſt in carne mea. Quan
do enim peccatum quod in nobis habitat, opera
tur in nobis,tunc nos id nõ operamur,cũ nequa-
quam ei uoluntas noſtra conſentit, & tenet etiã
corporis mẽbra,ne obediãt deſideriis eius. Quid
enim operatur peccatũ nolentibus nobis, niſi ſo-
la illicita deſideria? Quibus ſi uoluntatis nõ adhi
betur aſſenſus, mouetur quidem,ſed nullus ei re-
laxatur effectus. Operatur ergo peccatum in no-
bis hæc deſideria. Quibus ſi obedimus, & nos
operamur. Si uero nõ eis obedimus, nõ nos illud
operamur,ſed qđ in nobis habitat peccatum. Si
autẽ deſideria nulla haberemus illicita, nec nos,
nec pctm mali aliquid operaret in nobis. Motũ
porro illiciti deſiderij(cui nõ obediẽdo nõ id nos
B operamur)ideo nos agere dicimur, quoniam nõ
eſt naturæ uigor alienæ,ſed lãguor noſtræ natu-
ræ. A quo lãguore oĩmodo ſalui erimus, cũ &
animo & corpore immortales facti fuerimꝰ. Lan
guoris huius & infirmitatis, unde illicita deſide-
ria commouetur, quod peccatum appellat Apo
ſtolus, uniuerſus reatus ſacramento baptiſmatis
eſt ſolutus,cum oĩbus quæ illi obedientes feci-
mus,diximus,cogitauimus. Nec nobis deinceps
languor iſte obeſſet, ſi deſideriis eius illicitis nul-
lis unquam obedientiam præberemus, ſiue ope-
ratione,ſiue loquutione, ſiue tacita aſſentiõe,do-
nec etiam ipſe ſanaretur. Cum autem oĩe aliud
peccatum ſit uoluntariũ, ita ut præter uoluntatẽ
omnino fieri non poſſit:hoc ſolũ de quo nũc agi-
tur, etiam præter uoluntatem fit eo mõ quo ex-
poſuimus. Sed ideo peccatum uocat, quia pctõ
factum eſt,& pœna pcti eſt. Non ego,inquit,ope
ror illud,ſed quod habitat in me pctm. Multum
aũt fallitur,qui conſentiens cõcupiſcentiæ carnis
ſuæ,putat ſe adhuc poſſe dicere,nõ ego operor il
lud,etiamſi oderit,quia conſentit. Nam ſi concu
piſcit & conſentit & agit,qño non ipſe illud ope
ratur,etiamſi ſe operari doleat,& uinci grauiter
ingemiſcat? Dixi quia pctm habitat in me. Quod
ideo dixi, *quoniam ſcio quia bonũ non habitat in me,hoc
eſt,in carne mea.* Aliter fortaſſe accipereꝰ, quod di-
xit,in me,& ideo expoſuit,addẽs: Hoc eſt,in car-
ne mea. ac per hoc apertiſſime oſtendit unde lo-
quereꝰ. Ac ſi diceret: Certus ſum quod hæc con-
cupiſcentia, quæ eſt conatui meo aduerſa in cor-
pore meo,non eſt bonũ. Vitiũ carnis in re bona,
non eſt bonũ. Quod cum eſſe deſiterit,caro erit,
ſed iam uitiata uel uitioſa nõ erit. Non dico caro
mea non eſt bona: ſed, bonum in carne meanon C
habitat,quã peccati deprimit conſuetudo, quod
uincere nequeo. Vere in carne mea non habitat
bonum,nam ideo non poſſum perficere bonum
quod uolo. *Nam uelle adiacet mihi* .i. præſto eſt mihi
bona uoluntas, *ſed perficere bonũ non inuenio* .i. tam
longe eſt à me perfectio boni, ut eã inuenire non
poſſim. Hoc eſt perficere bonũ, ut nec cõcupiſcat
hõ. Imperfectum aũt bonum eſt qñ concupiſcit,
etiamſi non concupiſcentiæ conſenſit ad malum.
Quia tunc pficitur bonũ, qñ deſideria mala nul
la ſunt: ſicut tunc pficitur malum, qñ malis deſi
derijs obedit. Qñ aũt ſunt quidẽ,ſed non eis obe-
ditur,nec malũ perficit, quia nec eis obedit, nec
bonum,quia ſunt,ſed fit ex aliqua parte bonum,
quia concupiſcentiæ malæ non conſentit, & ex
aliqua parte remanet malum quia concupiſcit. *Locus de
ſcriptura.*
Ideo Apoſtolus non dixit,facere bonũ non inue
nio:ſed,pficere. Multum enim boni facit,quia fa
cit quod ſcriptum eſt, Poſt concupiſcentias tuas
non eas, ſed non perficit, quia non implet quod
ſcriptũ item eſt, Non concupiſces. Erit aũt quan- *Exo. 20.*
doq; perfectio boni,quandoq; conſumptio mali: *Deuter.5.*
Illud ſummũ,hoc erit nullũ. Quod ſi in iſta mor-
talitate ſperandũ putamus, fallimur. Tunc enim
erit,qñ mors non erit: & ibi erit, ubi uita æterna
erit. Ad hoc igitur dixit lex, Non concupiſces,ut
nos in hoc morbo noſipſos inuenientes iacere,me-
dicinã grãe quæreremus, atq; in eo pcepto ſcire-
mus,& quod debeamus in hac mortalitate,pfici
endo ſemp in melius conari, & quod poſſit à no
bis ad illam immortalitatem beatiſſimã,ubi con D
cupiſcentia nõ erit,peruenire. Niſi enim quãdoq;
perficiendũ eſſet ut nõ concupiſceremus,nec ma-
lum deſideriũ ullum haberemus,numquam fuiſ-
ſet iuſſum. Quod donec in nobis cõpleatur,ſem-
per nos debemus agnoſcere peccatores, & in bo
no imperfectos, atq; pugnare aduerſus peccatũ,
& in bono proficere. Non inuenio perfectionem
boni,quandiu in hac mortalitate uiuo, quia non
poſſum ex toto carere cõcupiſcẽtia. Non eĩ qđ
uolo bonum,hoc ago &c. Volo enim non habe-
re concupiſcentiã,& tñ habeo. Eadem quæ ſupe-
rius dixerat,repetit inculcãs,& tanq; tardiſſimis
oſtendit,ſomno eos excitans. *Non enim facio bonũ
quod uolo,ſed ago malũ quod nolo.* Quia uolo(ut dixi)
penitus carere concupiſcẽtia,ſed nõ ualeo. Et no-
lo concupiſcere,ſed tñ concupiſco ex carne,non
ex mente. Quod nolo,illud facio: *ſed ſi quod nolo,
illud facio.* i. ſi inuitus cõcupiſco, *non ego operor illud,*
quia mente non conſentio, *ſed peccatum quod habi-
tat in me,* operaꝰ illud,i. fomes pcti & cõcupiſcen-
tia habitans in carne mea: q̃ ſcilicet concupiſcen
tia & pcti libido uel delectatio, per trãſgreſionẽ
primi parẽtis ex uitiata natura mihi trãſfuſa eſt.

Inuenio igĩt legẽ uolenti mihi facere
bonũ, qm̃ malum mihi adiacet. Con-
delector eĩ legi dei ſc̃dm interiorẽ ho
minem, uideo autẽ aliã legem in mem-

A bris meis repugnantẽ legi mentis meę,
& captiuantẽ me in legem peccati, quę
eſt in mẽbris meis. Infelix ego homo.
Quis me liberabit de corpore mortis
huius? Gratia dei p Ieſum Chriſtum do
minũ noſtrum. Igitur ego ipſe mente
ſeruio legi dei, carne autẽ legi peccati.

¶ Quãdoquidem ego nõ operor malum, ſed
uolo operari bonum, *igitur inuenio legem mihi* eſſe
bonam, *uolenti facere* q̃d ipſa iubet, *quoniam malum
adiacet.* Bonã inuenio legem. Bona eſt lex. Vnde
probo? Quia implere eã uolo. Igitur mihi uolen-
ti facere bonum, inuenio legẽ bonam .i. utilem in
uenio illam,dum docet quid fieri debeat & quid
non. Vere bonum aliquid eſt lex, qm̃ non ei,ſed
mihi malum adiacet ex cõcupiſcentia,cui tũ non
cõſentio. Malum prauæ delectationis adiacet,id
eſt,uitiũ mihi eſt & mihi incumbit,nec me ſinit p-
ficere bonum qđ uolo. Mihi malũ adiacet .i. pctm
quod habitat in carne mea,uidelicet carnalis con
cupiſcentia, q̃ peccati nomine appellatur, qm̃ ex
illa oriuntur cuncta peccata. Quicquid enim eſt
peccatorum in dictis,in factis, in cogitationibus,
non oriuntur niſi ex mala cupiditate, non oriun
tur niſi ex illicita delectatione. Hæc illicita dele-
ctatio,cui tñ reſiſto, malum eſt quod adiacet mi-
B hi,i. carni meæ. Non enim caro mea, aut de alia
ſubſtantia caro,aut de alio principio caro,at ani-
ma ex deo,& caro de gente tenebrarum, ſed lan-
guor repugnat ſanitati,quoniam ſemiuiuus iacet
in uia. Vere malũ mihi adiacet, quia cum ſecun-
dum interiorẽ hominem cõdelector legi dei, ui-
deo tñ aliam legem in membris meis repugnan-
tem legi mentis meæ. Vel ita: Vere cõſentio legi,
& inuenio illam eſſe bonũ quiddã & utile, q̃uis
malum mihi adiacet. Nam *condelector legi dei* .i. in
hoc quo lex q̃ deus dedit, delectaꝰ, & ego dele-
ctor: quia quicquid ei placet,& mihi ſimul placet-
ſecundũ interiorem hominem .i. ſecundũ ſpiritus & rati
onis affectũ. Condelector quidẽ ei ſecundũ bonę
uolũtatis affectũ, ſed tñ eam cõplere nõ ſufficio,
qm̃ *uideo* .i. attendo, *aliam* .i. diuerſam à dei lege le-
gem .i. prauam ſuggeſtionẽ *in membris meis,* quæ re-
cta dicta eſt lex, qm̃ legitime factũ eſt ut homo q
noluit obedire domino ſuo, non ei ſeruiret caro
ipſius. Nã ſupra hoĩem deus eſt, & infra hominẽ
caro. Et quia homo contẽpſit ſuperiorẽ, torque-
tur ab inferiore. Tunc eĩ nata eſt hæc lex, qñ in
paradiſo cõtempta & tranſgreſſa eſt ab homine
prima lex. Vt eĩ uetitũ cibum comedit, ptinus
Genes. 2. illicitũ carnis motũ ſentire cœpit. Video aliã le-
gem .i. pcti pruriginẽ, in membris meis, ut in auri
bus ad audiendũ illicita, & in oculis ad cõpiſ-
cendũ. Huiuſmodi legẽ .i. peccati ſomitẽ qui ma-
le regit, uideo in mẽbris meis *repugnantem legi men
tis meæ,* id eſt, rationi, q̃ eſt lex naturaliter ſcripta
in corde oĩũ. & *captiuantem me.* i. captiuare co-
nantem, hoc eſt, ad conſentiendũ implendumq;
cogentem *in lege peccati,* id eſt, carnalem concupi-
ſcentiam *quæ eſt in membris meis*, & ibi mouet illi- C
cita deſideria, tanto q̃ periculoſior eſt, quanto ui-
cinior. Quatuor leges oſtendit Apoſtolus inui-
cem dimicantes, legem dei & legem mentis, quæ
duæ in bono concordant, id eſt, legem Moyſi &
legem naturæ uel fidei: item q̃ legem ſuggeſtio-
nis & legem peccati, quæ in malo ſibi conſentiũt.
Et in harum legum contrarietate & repugnan-
tia eſt labor & conflictus omnium militum Chri
ſti, dũ reſiſtunt ne prauis legibus conſentiãt. Poſ-
ſumus etiam iſtam aliam legem & legem pecca-
ti, non duas, ſed unam intelligere, id eſt, ſarcinam
mortalitatis, per quã fit ſæpe ut etiam iniuſte de-
lectet quod nõ licet. & quod ait, captiuantẽ me,
id eſt, captiuantẽ carnem meã in legem peccati. i.
in ſeipſam. Captiuantẽ enim me, dixit: quia & in
ipſa carne non eſt aliena natura, ſed noſtra. Quã
niſi teneret carnalis concupiſcentia, quã legẽ pcti
uocat, non utiq; in ea ullum illiciti deſideriũ, cui
mens obedire non debeat, cõmoueret. Ex parte
em captiuatur, & ex parte iam liber eſt. nam mẽs
quæ interius habet alias delectatiões ſuas, nõ con
ſentit, ſed repugnat delectationibus carnis. Con
delector, inquit, legi dei, delectat me lex, delectat
me q̃d iubet lex, delectat me ipſa iuſticia ſecundũ
interiorẽ hominẽ. Ecce libertas ex parte ſuperi- D
ore. Libertas eĩ delectat. Nam qui adhuc timo-
re facit quod iuſtũ eſt, nondũ deus eum delectat,
ideo q̃ ſeruus eſt. Cum uero nõ iam timuerit pœ-
nam, ſed amauerit iuſticiã, in ipſo amore & dele-
ctatione iuſtitiæ liber erit. Video aũt, inquit, aliã
legem in mẽbris meis. Hæc eſt q̃ remanſerit in fir
mitas. Et ex parte ſentit homo captiuitatem, ubi
nõ eſt impleta iuſtitia. Nam ubi cum delectaꝰ le-
gi dei, non captiuus, ſed legis amicus eſt. Et ideo
liber, quia amicus. Sed nondũ tota, nondũ pura
eſt, nondumq; plena libertas, quia nõdum æterni
tas. Eſt in me quiddam mortuũ, & quiddã uiuũ.
Mors contendit, mẽs non cõſentit. Quid inde ſpe
randũ eſt? *Infelix ego homo.* Etſi non in mente, tñ in
carne infelix homo. Non enim in mente homo,
& in carne infelix hõ: ſed in mente hõ, & in car-
ne homo. Infelix ſum ego homo. Ita qui ſe infeli-
cem exclamat, lugendo implorat cõſolatoris au
xiliũ. Nec paruus eſt ad beatitudinẽ acceſſus, co-
gnitio infelicitatis ſuæ. Infelix ego homo. Et cum
per me ab hac infelicitate nõ poſſim liberari, *quis
me liberabit,* q̃s hoc facere poterit, niſi magnus ali-
quis, ut me liberet *de corpore mortis huius* .i. de hoc
corpore corruptibili in quo mors eſt? Hæc ẽ uox
militis pugnãtis & gemẽtis in labore certaminis.
Cui gementi & auxiliũ liberatoris implorãti, re-
ſpõdetur: *Gratia dei* te liberabit à corpore mortis
huius *p Ieſum Chriſtũ dominum noſtrũ,* quãdo corpus
habebis immortale, ubi nulla concupiſcẽtia re-
manebit. De corpore enim mortis huius nõ oẽs
liberantur, qui finiunt hanc uitã, quoniam aliud
ex exire de corpore, quod oẽs homines dies hu-
ius uitæ nouiſſimus cogit: aliud liberari de cor-
pore mortis huius, quod nõ lex, nõ uires, ppriæ,

Bibliotheca
Facultatis Philosophiae
Provinciae Cast. Orientalis SJ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed sola dei gratia per Iesum Christum sanctis &
A fidelibus eius impertit. Liberari enim à corpore
mortis huius, est omni sanato languore concupi-
scentiæ carnis, nõ ad pœnam corpus recipere, sed
ad gloriam. Nam impij utique non liberantur à
corpore mortis huius, quibus eadẽ corpora red-
duntur ad æterna tormenta. Tunc enim corpus
mortis huius redit ad impiũ, nec inde aliquando
soluetur. Et tunc nõ erit ei uita æterna, sed mors
æterna, quia pœna æterna. Iustus autem liberabi-
tur à corpore mortis huius, nõ ut hoc corpus nõ
habeat, sed ut mortale & onerosum non habeat.
Habebit enim ipsum corpus, sed immortale & le
ue & sine molestia, in his uerbis (ut supra dictum
est) rectè intelligitur Apostolus non quidem se so
lum in sua persona, sed etiã alios sub gratia con-
stitutos significasse. Quãdoquidem condelector
legi dei secũdum interiorem hominem, & uideo
aliam legem in membris meis. *Igitur ego ipse mẽte
seruio legi dei*, amando iustitiam, & resistendo con
cupiscentiæ, *carne autem* seruio *legi peccati* concupi
scendo. Egoipse hæc facio. Non em̃ alius in men
te & alius in carne, sed egoipse in mente, ego in
carne, non duo, sed unus ex utroq;. Mente seruio
lege dei in libertate Christi, carne autem legi pec
cati ex uetustate Adæ. Nouitatis gaudio suspen
dor, uetustatis onere prægrauor. Est mihi bellum
aduersum me. Sed ex qua parte diſpliceo mihi,
iungor deo. Et ex qua parte iungor deo, idoneus
B ero ad uincendum me, quia ille mecum est qui
oñia superat. Mente seruio legi dei, uolẽdo qđ
ipsa uult, & nolendo quod non uult: carne autem
legi peccati, non quidem dando membra cõmit-
tendis iniquitatibus, sed tantum concupiscendo,
quamuis illicitæ concupiscẽtiæ nõ dem manus.

CAPVT VIII.

NIhil ergo nunc dãnationis est his,
qui sunt in Chro Iesu, qui nõ secm
carnẽ ambulant. Lex em̃ spus uitæ in
Chro Iesu liberauit me a lege peccati
& mortis. Nã q̃d impossibile erat legi,
in q̃ infirmabaṫ per carnẽ, deus filium
suũ mittẽs in similitudinẽ carnis pcti,
& de pcto dãnauit pcm̃ in carne, ut iu
stificatio legis implereṫ in nobis, q nõ
secm carnẽ ambulam9, sed secm spm̃.

¶ Igitur egoipse mẽte seruio legi dei, carne aũt
legi pcti. Et quidem ego, qui in me significo quẽli
bet iustum sub gratia constituti, mẽte seruio le-
gi dei, *ergo nihil damnationis est nũc* etsi ante fuit *his
qui sunt in Christo Iesu*, in quo per baptismũ soluta
sunt illis omnia. Dum non essent in Christo, & cõ
sentirent concupiscentiæ, erat illis dãnatio. Nũc
autem cum sint in christo & repugnent cõcupi-
scentiæ, nihil damnationis est illis, quanc̃ ex car
ne concipiscant. quia non pugnatores, sed uicti
damnantur: nec est damnabile si existant deside-
ria carnalia, sed si eis ad peccandum obediaṫ. Nil
damnationis est his qui sunt in Christo. Et ne pu- C
tares hoc postea futurum, ideo additum est, nũc.
Postea illud expecta, ut nec concupiscentia sit in
te contra quam contendas, quia nec ipsa erit. Ni
hil ergo damnationis est nunc illis, quanquã alia
lex in membris eorum adhuc repugnet legi men
tis ipsorum. His qui sunt in Christo, non est dãna
tio, his dico, *qui non ambulant secundum carnem*, id ẽ,
qui non operantur secũdum carnalem appetitũ.
Sunt enim nonnulli qui dicuntur Christiani, &
tñ secundum desideria cordis ambulant, ad quo-
rum distinctionem dicitur nunc non esse damna
tio illis Christianis, qui non secundum carnẽ am-
bulant, id est, non carnaliter uiuunt. Vere nõ est
damnatio his qui sunt in Christo, *nam lex* nõ lite
ræ in monte Sina, sed *spiritus uitæ in Christo Iesu, libe-
rauit me a lege peccati & mortis*, per quam legẽ erat
damnatio. Inest adhuc membris meis lex illa pec
cati, sed iam reũ me non facit, quia liberatus sum
ab illa, ideoq; liber pugno cõtra illam. Lex Moy
si est spiritalis, sed non uitæ, quia non uiuificat di
missis pctis. Lex autem quam spiritus sanctus po-
nit, est uitę, quia uiuificat remittẽdo peccata. Lex
Moysi, est dei, sed factorum: lex operum, lex quæ
iubet, non iuuat: lex quæ ostendit peccatum, nõ
tollit. Lex autem spiritus, lex est fidei, lex gratiæ,
lex misericordiæ, lex quæ tollit peccatum, & li-
berat à lege membrorum, quæ nõ est dei, sed pec
cati & mortis, quoniam reos facit & mortem D
operatur. Et hoc est, Lex enim spiritus uitæ libe-
rauit me à lege peccati & mortis. Lex illa bona
liberauit me ab ista lege mala. Et hoc in Christo
Iesu, id est, in sanguine & gratia Iesu Christi. Me,
id est, quem libet iustum sub gratia constitutum
liberauit in Christo, ut non consentiam legi pec-
cati & mortis, id est, concupiscentiæ. Et quomo-
do sim liberatus ac damnationem euaserim, con-
sequenter exponitur: *Nam quod impossibile erat le-
gi*, deus in Christo fecit. i. damnare peccatum &
dare iustitiam. Impossibile erat legi naturali uel
scripţ, liberare à lege peccati & mortis: quia nec
peccatum tollere, nec mortem uincere præuale-
bat, nec sibi obediẽtem aut perfectum quenquã
facere poterat. Quod impossibile erat legi, Deus
fecit, *in quo* impossibili *infirmabatur* ipsa lex *per car
nem*, id est, ab infirmis nõ poterat impleri per car
nem, quia per spiritum impletur. Lex enim infir-
mata intelligitur, eo quod non impleaṫ, non qđ
ipsa infirma sit, sed quod infirmos faciat minan-
do pœnam, nec adiuuando per gratiam. Quæ in-
firmata esse per carnem dicitur, quia caro non im
plet quod per spiritum impletur, id est, per gratiã
spiritualem. Nam caro ubi non erat gratia, in-
uictissime resistebat. Et lex infirmabatur per car-
nem, id est, per carnis desideria & per fontẽ uitio
rum qui in carne est, quia caro nimiũ rebellabat,
& audiens legem plus incitabat cõcupiscentiam.
Infirmabatur ergo lex literæ per carnem, id est, nõ
efficiebat iustos deditos carni, quoniã caro forti-
ter obsistebat ne lex adimpleret, & lex non ha-

A bebat uires quibus impetũ carnis frangeret. Vel
per carnem infirmabaṫ lex, id est, per carnalem
intellectum & per carnalẽ obseruantiã erat im-
becilla, nõ per seipsam. Sed quod lex infirma nõ
poterat, deus fecit, qui filium suum mittẽs in simi
litudinem carnis peccati, etiã peccatum de pecca-
to damnauit in carne. *Deus filium suum*, id est, ppri
um & consubstantialem atq; coæternum *misit*, id
est, incarnari constituit, ut manens quod erat, as-
sumeret quod non erat. Misit eum *in similitudinem
carnis peccati*, non quasi caro non esset, sed in simi-
litudinẽ carnis peccati, quia caro erat, sed pecca-
ti caro non erat. Nostra enim caro est peccati ca-
ro, quia per libidinis usum generata est. Sola aũt
illius caro non fuit caro peccati, quia non eũ ma
ter concupiscentia, sed gratia concepit. Tamẽ si-
militudo carnis peccati fuit, id ẽ, passibilis & mor
talis, quæ nutriri & esurire & sitire & dormire &
fatigari & mori potuit. Mors enim & infirmitas
non est nisi de peccato. Et utiq; corpus illud mor
tale erat & infirmum, ut cęterorum corpora. Ca
ro peccati habet mortem & peccatum, similitu-
do autem carnis peccati habuit mortem sine pec
cato. Si haberet pctm̃, caro esset peccati. Si mo-
rtem non haberet, non esset similitudo carnis pec
cati. Talis uenit saluator. *Et de peccato damnauit pec
catum in carne*, id est, suscipiendo carnem hominis
B peccatoris, & docendo quemadmodum uiuere-
mus, peccatum in ipsa carne dãnauit, ut æterno-
rum charitate spiritus noster flagrans, non duce-
retur captiuus in consensionem libidinis. Mortẽ
enim non meruit Adam nisi peccando, & Chrus
carnem suscepit mortalem. Ergo sic dicitur mors
pctm̃, quæ facta est pctõ, sicut dicitur lingua Græ
ca, lingua Latina, non ipsum membrũ carnis, sed
quod fit per membrum carnis. Lingua em̃ Græ-
ca uerba Græca sunt, non quia uerba lingua, sed
quia uerba per linguam. Sic igitur pctm̃ domini,
quod factum est de peccato, quia inde carnẽ as-
sumpsit de massa ipsa, quæ mortem meruerat ex
pctõ. Et ut celerius dicam, Maria ex Adam mor-
tua propter pctm̃, nisi diuinitus exempta fuisset
& caro dñi ex Maria mortua ppter delẽda pctã.
De pctõ itaq;, id est, de morte quæ per pctm̃ acci-
dit, dãnauit pctm̃ in carne. Vel de peccato, id est,
de sacrificio pro peccatis oblato. Peccatũ enim
uocabatur in lege, sacrificium pro peccato. Et ta-
le peccatũ fuit caro domini. De peccato igitur,
id ẽ, de sacrificio quod factus est p peccatis, inde
damnauit peccatum, *ut iustificatio legis*, id est, iusti-
ficatio quã pœcepit siue promisit, *impleretur in nobis*
per spiritũ sanctum qui adiuuat, hoc est, lex literę
impleretur in nobis per spm̃ uitæ. In nobis, dico,
qui non secm carnem ambulamus, id est, operamur *sed
secundũ spiritũ*. Caro de terra facta est, spiritus aũt
à deo datus est. Vtraq; ergo desiderãt illud unde
sunt, caro terrena, spiritus cælestia. Si igit spus car
nem superauerit, operantur in eo cœlestia. Si aũt
carni consentit, prævalent ei terrena. Illi ergo nõ
secm carnẽ ambulant, sed secundũ spiritum, qui
non terrenis & carnalibus, sed cœlestibus & spiri-
talibus sunt intenti, nec carnaliter obseruant le-
gem, sed spiritaliter. Quid est enim secundũ car- C
nem ambulare? carnalibus cõcupiscẽtijs consen-
tire. Et quid est secm spiritum ambulare? adiuuã
ri spiritu in mente, & concupiscentijs carnis non
obedire. Sic ergo impletur in nobis per Christi
iustificatio legis, non adhuc illa quæ dicit, Non
concupisces, sed interim illa quæ iubet, Post con
cupiscentias tuas non eas.

Qui enim secm carnem sunt, quæ car-
nis sunt sapiunt. Qui uero secm spiri-
tum, quæ sunt spus sentiũt. Nam pru-
dẽtia carnis, mors est: prudẽtia aũt spi
ritus, uita & pax. Qm̃ sapientia carnis
inimica est deo. Legi enim dei non est
subiecta, neq; enim potest. Qui aũt in
carne sunt, deo placere non possunt.

¶ Vere nullis impleṫ iustificatio, qui non se-
cundum carnẽ ambulant, sed secm spiritum. Nã
qui secundũ carnem sunt id est, qui carni cõsentiunt,
& sequẽdo appetitũ carnis uitã suam ducunt, *sa-
piunt ea quæ sunt carnis*, id est, sciunt carnalia & cu-
riosi sunt in carnalibus, atq; saporem delectabi-
lem illis habere uidentur tẽporalia & terrena, q̃
carnis sunt uel ad carnẽ pertinent, ideoq; tales nõ
iustificanṫ. *Sed* illi *qui* sunt *secundũ spiritũ*, id est, qui D
sctõ spiritui cõsentiunt & ei cõcordant, ut spiri-
tualiter uiuant, *sentiunt ea quæ sunt spus*, id est, diui
na & spiritalia bona sentiunt interius, & spirituali
dulcedine replent, ideoq; iustitia legis per chari-
tatem in illis adimpleṫ. Vere illi qui sapiunt ea
quæ sunt carnis, non iustificanṫ, sed illi potius qui
sentiunt ea quæ sunt spus. Nam finis rerũ hoc in-
dicat, cũ sapientia carnis gñeret mortẽ, & sapien-
tia spus, uitam. Pœna em̃ uel præmiũ uidentur, et
eos qui moriunṫ, non fuisse iustificatos: & eos qui
uitam adepti sunt, impleṫ iustitiã. *Nam prudentia
carnis mors est æterna*: *prudentia aũt spus uita et pax*.
Prudentia enim carnis est, cor machinationibus
tegere, sensum uerbis uelare: quæ falsa sunt, uera
ostendere: quæ uera sunt, fallacia demonstrare.
Hæc nimiæ prudẽtia usu à iuuenibus scitur, hæc
à pueris precio discit. Hãc qui sciunt, cæteros de-
spiciendo superbiunt: hanc qui nescIunt, subiecti
& timidi in alijs mirãtur: quia ab eis hæc eadem
duplicitas, æquitatis nomine palliata diligit, dũ
mentis peruersitas urbanitas uocat, hæc sibi ob
sequentibus præcipit bonorum culmina quære-
re, adepta temporalis gloriæ uanitate gaudere, ir-
rogata ab alijs mala muleiplicius reddere: cum ui
res supperũt, nullis resistentibus cedere: cum uir
tutis possibilitas deest, quicquid explere per ma-
litiam nõ ualet, hoc impacifica bonitate simula-
re. Iure ergo talis prudentia mors animæ dicitur.
Prudentia uero spiritus, id est, iustorum sapientia
est, nihil per ostensiões fingere, sensum uerbis ape
rire, uera ut sunt diligere, falsa deuitare, bona grã
tis exhibere, mala libẽtius tolerare quàm facere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullã iniurlæ ultionẽ quærere: pro ueritate con-
A tumelias pati, lucrum putare. Et hæc prudẽtia est
uita animæ & pax, non solũ in futuro seculo, sed
etiã in præsenti. Diffinitio autẽ prudentiæ, in ap-
petendis bonis & uitandis malis explicari solet.
Eadem nanq; animæ natura, & prudentiã carnis
habet cum inferiora sectaẽ, & prudentiam spũs
cum superiora eligit, sicut aquæ natura & frigo-
re congelascit, & calore soluit. Per prudentiã car
nis propterea deũ Iudæi colebant, ut eis secundũ
carnem bñ esset, ideoq; secundũ animã erant mor
tui. Per prudentiam autẽ spiritus iusti deũ gratis
colunt, id est, quia ipse bonus est, nõ quia dat alia
bona, quæ dat & non bonis. Et ideo per hanc spi
ritalem prudentiã uiuunt etiam nũc in anima &
pacem habent, concordantes uolũtati diuinæ &
amantes proximos, nec se uindicantes cum læsi
fuerint. Multo magis autẽ in futuro uitam habe-
bunt æternã, & pacem tranquillitatis perpetuæ.
Et econtra qui carnaliter sunt prudẽtes, id ẽ, qui
appetunt temporalia bona, & timent tẽporalia
mala, uel suas astute ulciscunt iniurias, & magis
naturalibus credunt rationibus q̃ diuinis senten
tijs, mortẽ animæ & corporis æternam patientẽ.
Et uere per talem prudentiã mori anima & cor
pus. *Quoniam sapientia carnis*, id ẽ, quæ carnalibus
B intendit, & carnalia studiose agit, *inimica est* Deo,
quẽ non sibi finẽ constituit. Quicunq; eñ uolue-
Iacob. 4. rit amicus esse seculi huius, inimicus dei cõstitue-
tur. Inimica est deo, dum nil putat dñm posse p̃-
ter quod in naturis rerũ ũidetur; inimica est deo,
quia eius uoluntati non obtemperat. *Legi enim dei
non est subiecta.* Et facere contra legem, hoc est ini-
micum dei esse. Non quia deo aliquid nocere po
test, sed quia sibi ipsi nocet, quisquis resistit uolun
tati dei. Quod ergo ait, sapientia carnis inimica
est deo, non sic accipiamus quasi inimica ista pos-
sit lædere deum. Resistendo enim inimica est, nõ
nocendo. Illi autem nocet, in quo est sapiẽtia car
nis, quia uitium est. Naturæ nocet in qua inest.
Pellatur uitium, & natura sanabitur. Hæc carna-
lis sapiẽtia nõ est subiecta legi dei, *neque enim potest*
ei esse subiecta. Non dixi, homo non potest: non
dixi, anima non potest: non dixi, caro non potest:
sed dixi, qñ sapientia carnis non potest, id ẽ, uitiũ
non potest, non natura: quõ si dicaẽ, claudicatio
rectæ ambulationi non est subiecta, neq; eñ po-
test. Pes potest, sed claudicatio non potest. Tolle
claudicationẽ, & uidebis rectã ambulationẽ. Sed
quandiu claudicatio est, non põt. Non sit sapien
tia carnis, & hõ est. Sic dictum est, Legi enim dei
nõ est subiecta, neq; eñ põt, tanq̃ si diceret: Nix
nõ calefacit, neq; eñ põt. Quandiu enim nix est,
non calefacit. Sed resolui põt & feruere, ut calefa-
ciat. Sed cum hoc facit, iam nix nõ est. Sic & pru
dentia uel sapientia carnis dicit, cum anima pro
magnis bonis tẽporalia bona concupiscit. Quan-
diu enim appetitus talis animæ inest, legi dei sub
iecta esse non põt. i. non põt implere quæ lex iu-
bet. Sed si spiritalia bona desiderare cœperit, &
tẽporalia contẽnere, desinet esse carnis prudẽtia,
& spũ nõ resistet legi. Sapiẽtia carnis nõ subñcitur C
diuinæ legi. Nec hoc tñ dico, sed etiã istud, quod
illi *qui sunt in carne*. i. qui uoluptatibꝰ carnis adqui
escunt, *deo placere non possunt*. Ipsi eñ in carne sunt,
qui in carne cõfidũt, qui cõcupiscẽtias suas sequũ-
tur, qui in his habitãt, qui earũ uoluptatibus ob-
lectantẽ, qui in eaꝝ delectationibus beatam feli-
cemq; uitam constituunt. Et ideo quandiu tales
sunt, nihil deo quod placeat, agere possunt.

Vos aũt in carne non estis, sed in spíritu, si tñ spiritus dei habitat in uobis. Si quis aũt spiritum Christi nõ habet, hic nõ est eius. Si autẽ Chr̃us in uobis est, corpus quidẽ mortuũ est propter pec-catũ, spũs uero uiuit ꝓpter iustificatio-nem. Quod si spũs eius qui suscitauit a mortuis Iesum, habitat in uobis, q̃ sus-citauit Iesum Chr̃m a mortuis, uiuifica-bit & mortalia corpora uestra, ꝓpter inhabitantem spiritum eius in uobis.

¶ Illi qui sunt in carne, nõ possunt deo placere.
Sed uos non estis in carne, & propterea deo pla-
cetis. In hoc quidẽ seculo adhuc uiuitis, sed tamẽ
in carne nõ estis, quia non in uoluptate carnis iace
tis, sed carnalia desideria supergressi estis. Ne quis
eñ illud qđ p̃missum est, quia qui in carne sunt,
deo placere non possunt, de his dictum putaret,
qui de hac uita nondum exierũt, opportunissime D
subiunxit: *Vos autem non estis in carne*. Vtiq; adhuc in
uita hac constitutis loquebatur, & tñ dixit eos
non esse in carne. Romanis quidem scribebat, sed
uniuersæ electorum ecclesiæ dixit: tritico dixit,
non paleæ: massæ latẽti, nõ stipulæ apparenti. Nõ
estis in carne, quia non facitis opera carnis, cõsen
tiẽdo cõcupiscentiæ carnis. *Sed* estis *in spiritu*, quia
secundum interiorem hominem condelectami-
ni legi dei. Et hoc est, *si tamẽ spiritus dei habitat in uo-
bis*. Nam si spũ uestro præsumitis, adhuc in carne
estis. Sic ergo non estis in carne, ut in spũ dei sitis.
Nam si recedit spũs dei, pondere suo spiritus ho-
minis reuoluitur in carnẽ. Redit ad facta carna-
lia, redit ad concupiscentias seculares. Sic igitur
habete liberum arbitrium, ut imploretis auxili-
um. Non estis in carne. Et hoc uiribus uestris? ab-
sit. Vnde ergo? Si tamen spũs dei habitat in uo-
bis, tunc eñ in carne non estis, sed spũm dei ha-
bitatorem habetis. Sed *si quis spiritum Christi non ha-
ber, hic non est eius*. i. non possidetur à Christo, nec
est membrum Christi. Spiritũ dei dixerat, & spi-
ritum Christi subiunxit, quia non sunt duo spũs
sancti tanquam singulorum, unus patris, & alter
filij, sed unus potius patris & filij. Sicut autẽ ani-
ma mea, id est, spiritus meus uiuificat oñia mem-
bra corporis mei: sic spũs Christi uiuificat omnia
membra corporis Christi, id est, omnes electo-
eius. Si quis autem spiritum Christi non habet,
id est, si quis non uegetatur spiritu Christi, si quis

A non uiuit spiritu Christi, hic non est membrum
Christi, nec possessio Christi, sed diaboli. Charitas
uero testis est, esse spiritum Christi in eo corde
quod ipsa repleuerit. Nunquid enim spũm chri-
sti non habet ille, cuius mentem odia dissipant, ela
tio inflat, ira usque ad diuisionem mentis exaspe-
rat, auaritia cruciat, luxuria eneruat? Non utiq;.
Quia spiritus christi ubi habitat, facit amicos &
inimicos diligi, terrena despici, pro cælestibus
æstuari, carnẽ propter uitia conteri, mentẽ à con-
cupiscentijs frenari. Et iste spiritus est quasi qui-
dam titulus diuinæ possessionis. Quo quisquis ex
toto caret, ad christum non pertinet. *Sed si Christus
est in nobis*, qui ibidem habitat ubi spiritus eius est,
& non alibi: *corpus quidem mortuum est*, non pro-
pter fragilitatem terrenam, quia de terræ pul-
uere factum est, sed *propter peccatum*. Non dico
mortale, sed mortuum. Nam antequam im-
mutaretur in illam incorruptionem, quæ in san-
ctorũ resurrectione promitticur, poterat esse mor
tale, quamuis non moriturum, sicut hoc nostrum
potest esse ægrotabile, quamuis non ægrotatu-
rum. Cuius enim caro est, quæ non ægrotare pos-
sit, si etiam alio casu priusquam ægrotet occum-
bat? Sic & illud corpus primi hominis iam erat
mortale & antequam peccasset. Quam mortalita
tem fuerat assumptura mutatio in æternam in-
corruptionem, si in homine iustitia, id est, obedi-
B entia permaneret. Sed ipsum mortale non est fa-
ctum mortuũ, nisi propter peccatum: quia mox,
ubi præceptum transgressus est homo, eius mem-
bris uelut aliqua ægritudo letalis mors ipsa con-
cepta est. Quã ægritudinem mortis & in nos oẽs
ipse transfundit, ac per eam necessario morituri
sumus. Corpus ergo nostrum non tantum mori-
turum est propter animæ absessum, qui futurus
est, sed etiam mortuum est propter infirmitatem
carnis & sanguinis. Habet quidem adhuc uitam,
sed tamen comparatum corpori illi, quod in re-
surrectione futurum est, inuenitur mortuum, cu-
uius adhuc habens animam. corpus quidem ita
mortuum est adhuc propter pcñm, sed *spiritus* iam
uiuit propter iustificationem. Et hæc uita ex fide facta
Haba. 2 est, quoniã iustus ex fide uiuit. Anima enim iam
Roma. 1 pia quæ fuit impia, propter iustitiam fidei dicitur
Heb. 12 ex morte reuixisse atq; uiuere. Et hoc interim no
bis præstitit gratia saluatoris, ut anima iam per iu
stitiam uiuat, sicut per peccatum mortua fuerat.
Hoc enim dictum est, ne ideo putarent homi-
nes uel nullum uel paruum se habere beneficium
de christi gratia, quia necessario morituri sunt cor
pore: attendere quippe debent, corpus quidem
adhuc peccati meritum gerere, quod conditione
mortis obstrictum est, sed iam spũm cœpisse uiue
re propter iustitiam fidei, qui & ipse fuerat qua-
dam morte infidelitatis extinctus. Nõ igitur, inqt,
parum uobis muneris putetis esse collatum, qđ
quod christus in uobis est, quod in corpore pro-
pter pcñm mortuo, iam propter iustitiã uester spi-
ritus uiuit. Nec ideo de uita quoq; ipsius corporis
desperetis, sed credite *quod si spiritus eius qui suscita-
uit Iesum a mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Iesum
Christũ a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra.* C
Vel ita continuatur: Spiritus quidem uester iã
uiuit, sed si spũs dei habitat in uobis, corpus quo-
que uestrũ uiuet, sicut corpus christi quod iam
suscitatum est, uiuit. Dixerat, si autem Christus
in uobis est: subiecit, quod si spũs pacis habitat in
uobis: quem spũm christi dixerat, hunc spiritum
pacis adiunxit: quia ubi Christus, ibi sine dubio
spũs sanctus habitat, atque unus est spũs Christi
& dei. Quia uero in illa resurrectione futura mu
tatio non solum nullam mortem, quæ facta est
propter peccatum, sed nec mortalitatem habi-
tura est, quod corpus animale habuit ante pecca-
tum: nũc ait, qui suscitauit Iesum christũ à mor-
tuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, ut si
licet iam non solũ non sint mortua, sed nec mor-
talia, cum animale resurget in spũale, & mortale
hoc induet immortalitatẽ, & absorbebit morta-
le à uita. Cum eñ præsentis temporis gratiam de-
terminãs, diceret mortuũ esse quidẽ corpus pro-
pter pcñm, quia uero nõdũ per resurrectionẽ re-
nouato pcñi meritũ manet, hoc ẽ, necessitas mor-
tis, spũm ait uiuere propter iustitiã: qa licet adhuc
corpore mortis huius oneremur, iam secundũ in-
teriorẽ hoiem cœpta renouatione in fidei iustitiã
respiramus, tñ ne humana ignorantia de resurre
ctione corporis nihil speraret, etiã ipsum qđ pro-
pter pcñi meritũ in pñti seculo dixerat mortuũ, D
in futuro propter iustitię meritũ dicit uiuificãdũ,
nec sicut tñ ex mortuo uiuũ fiat, ueꝛsũtia ex mor
tali immortale. Dono eñ dei quod animæ daẽ. i.
spiritu sctõ, nõ solum aĩa cui daẽ, salua & pacata
& sctã fit, sed ipsum etiã corpus uiuificabiẽ, eritq;
in natura sua mũdissimũ. Viuificabit, inquit, mor
talia corpora uã, nõ propter merita uã, sed pro
pter munera sua. i. *propter inhabitãtẽ spũm eius in no-
bis*. His gradibus hoie pfecto, nulla substãtia in-
uenit malõ. Neq; lex mala ẽ, q̃ oñdit homini in
quibus pctõrum uinculis iacet, ut per fidẽ implo-
rato liberatoris auxilio, & solui & erigi & firmi-
ssime cõstitui mereaẽ. In prima ergo actione q̃ est
ante legem, nulla pugna est cũ uoluptatibus hu-
ius seculi. In secũda q̃ sub lege ẽ, pugnamus, sed
uincimur. In tertia q̃ est sub gra, pugnamꝰ & uin
cimus. In quarta q̃ est in resurrectione, non pug-
namus, sed perfecta & æterna pace requiescimus,
quia nihil nobis tunc resistit nõ resistentibus deo.
Subiungiẽ eñ nobis quod inferius nostrum est,
quod propterea non subiungebatur, quia supe-
riorem nobis deseruiamus deum.

Ergo fratres debitores sumus non car ni, ut secundum carnẽ uiuamus. Si eñ secundum carnẽ uixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortifica ueritis, uiuetis.

¶ Dixi qui in carne nõ estis, sed in spiritu, si tñ
spiritus dei habitat in uobis, & si Chr̃us est in uo-
bis, & quia deus uiuificabit & mortalia corpora

Universidad de Deusto
Biblioteca

uestra propter inhabitantem ſpũm eius in uobis.
A Ergo *fratres*, accepto adiutorio, porrecto nobis deſup diuino auxilio, brachio dñi, porrecto nobis auxilio à ſpiritu ſcō, *debitores ſumus*.i. ex debito ſeruire nos oportet *non carni*, ſed ſpũi diuino, q̃ in nobis habitat & tanta bona præſtat. Debitores inquam ſumus, ſed non carni. *ut ſecundum carnem uiuamus*.i. ſecũdum carnis uoluptates & illecebras uitam ducamus. Hoc enim modo fiet, ut propter inhabitantem ſpũm dei uiuificentur, & mortalia corpora ueſtra .i. ut uita in ſe mortem mortificando conuertat, ſi non ſecundum carnẽ, ſed ſecundũ ſpũm uiuere ſtuduerimus. Promiſſa eſt nobis & carnis immortalitas, propter ſpũm dei, quem habemus in nobis. Ergo fratres ſi hanc immortalitatẽ adipiſci uolumus, debitores ſumus non carni, ut ſecundum eius illecebras uiuamus, quia ipſa nos ad mortẽ trahit, ſed potius ſpũi ſancto, ut ſecundum eum uitã noſtram dirigere ſtudeamus, quia ipſe nobis uitam præparauit æternam: & ſic perueniemus ad illam, ſi nunc eius uoluntatem ſecuti fuerimus. Et uere ita ſe habet effectus utriuſq; partis. *Si enim ſecundũ carnem uixeritis, moriemini*.i. ſi ſecundum mortem uixeritis, totum morietur: ſi ſecundum carnis concupiſcentias uixeritis, moriemini perpetualiter & carne & anima. *Si ſpiritu* ſancto *mortificaueritis facta carnis*.idẽ,
B ſecundum deum uiuendo, uoluptates carnis & deſideria eius extinxeritis, *uiuetis* in æternum beati. Hoc eſt opus noſtrum in hac uita, ſpũ mortificare quotidie facta carnis, affligere, minuere, frenare, interimere. Quàm multa enim proficientes iam non delectant, quæ antea delectabãt. Qñ aũt delectabat, & non ei conſentiebatur, mortificabatur. Si iam non delectat, mortificatum eſt.

Quicunq; enim ſpiritu dei aguntur, hi filij ſunt dei. Nõ em̃ accepiſtis ſpm̃ ſeruitutis iterũ in timore, ſed accepiſtis ſpm̃ adoptionis filiorũ, in quo clamamus, abba pater. Ipſe enim ſpũs teſtimoniũ reddit ſpiritui nr̃o, q̃ ſumus filij dei. Si aũt filij, & hæredes: hæredes quidẽ dei, cohæredes autẽ Chriſti, ſi tñ compatimur, ut & conglorificemur.

¶ Vere uiuetis, ſi ſpũ ſancto opera carnis mortificaueritis. Nunc enim filij dei eſtis, & cum eo in perpetuum regnabitis. Et hoc eſt quod hęc Apoſtoli uerba demonſtrant. Viuetis, q̃ filij dei eſtis. Nam quicunq; ſpũ dei aguntur, hi filij ſunt dei. Cum dixiſſet Apoſtolus, ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis, i. illas concupiſcentias carnis, quibus non conſentire magna laus eſt, & quas non habere perfectio eſt, metuendũ erat, ne quiſquam ad mortificãda facta carnis, de ſpũ ſancto præſumeret. Ergo ne hic ſe extolleret humanus ſpũs, & ad hoc opus ſe idoneũ firmumq; iactaret, ſubiecit & ait: *Quicũq; enim ſpiritu dei aguntur, hi filij ſunt dei*. Non qui ſecundum carnem ſuã uiuunt, non qui carnis uoluptate ducuntur, non C
qui ſpiritu ſuo aguñt, nõ qui lege aguñt, ſed quicunq; ſpiritu dei aguñt, hi ſunt filij dei. Spũs ergo dei quo aguñt, ipſe eſt ſpũs quo facta carnis mortificantur, quia ipſe dat continentiam qua frenetur & dometur atq; uincat cõcupiſcentia. Aguntur autẽ ſpiritu dei, ut & ipſi quod agendum eſt agant. & cum egerint, illi à quo aguntur, gratias agant. Spũs em̃ dei qui eos agit, agẽtibus eſt adiutor & ductor. Aguntur ergo ut agãt, & ad hoc eis oſtẽditur quid agere debeãt, ut hoc ſicut agendum eſt agant, i. cum delectatione & dilectatione iuſtitiæ: quia qui ſpũ dei aguntur, charitate aguntur & excitant. Non ergo litera, ſed ſpũs non lege ꝑcipiente, minãte, promittente, ſed ſpiritu exhortante, illuminante, adiuuãte aguntur. Non quia ipſi nihil agãt, ſed ne nihil agãt boni, à bono agũtur ut agãt. Nam tãto magis efficitur quiſq; filius bonus, quãto largius ei datur à patre ſpiritus bonus. Plus uerò eſt agi q̃ regi. Qui em̃ regitur, aliquid agit: & ideo regitur, ut recte agat. Qui autẽ agitur, agere ipſe uix aliquid intelligitur. Quod ergo ſpũs dei ſanctus agit, hoc ẽ quod deus operatur omnia in omnibus. Nec aliquid in nobis libera uoluntas melius agere põt, q̃ ut illi ſe cõmendet qui male agere nõ põt. Dixi quia filij dei eſtis, ſi ſpũ dei agimini. Et uere filij. Nõ enim accepiſtis ſpm̃ ſeruitutis, ſed filiationis. *Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum*.i. ſicut olim in lege. Non eſt uobis iterũ ſpiritus iſte ſeruituris, ſed libertatis. Idẽ em̃ ſpũs eſt legis & euãgelij, ſed propter diuerſa opera diſſimiliter appellatur. Iudæis fuit ſpũs ſeruitutis, ſed Chriſtianis eſt ſpiritus libertatis. Quia eodẽ D
ſpũ .i. digito dei q̃ lex in tabulis lapideis ſcripta eſt, timor incuſſus eſt eis qui gratiã nondũ intelligebant, ut de ſua infirmitate atq; peccatis per legem conuincerent, & lex illis fieret pædagogus, quo perducerent ad gratiam, q̃ eſt in fide Chriſti. Et timor ille ſeruilis erat, quia per eum non tam iuſtitia diligebatur, q̃ pœna timebat. Iam ergo uobis non in timorem datur ſpiritus, ſed in dilectionem, ut non ſerui, ſed filij ſimus. Qui autem adhuc ideo bene agit, quia pœnam timet, & deũ non amat, nondum eſt inter filios. Mandatũ em̃ dei ſi timore fit pœnę, nõ amore iuſtitiæ, ſeruiliter fit, nõ liberaliter, & ideo nec fit. Non enim bonus fructus eſt, qui non de charitatis radice procedit. Non accepiſtis in nouo teſtamẽto ſpm̃ ſeruitutis iterum *in timore*, ſicut quondam in ueteri, *ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorũ*. i. qui uos deo adoptauit in filios. *in quo* ſpũ *clamamus*.i. toto mentis affectu dicimus, *abba pater*. Ipſe ſpũs facit nos deum uocare patrem noſtrum. Et ſi ille eſt pater noſter, ergo nos filij eius. Filij clamant, abba pater. Hoc eſt abba, quod pater. Abba em̃ Hebraice dicitur, pater autem græce uel latine. Sed propter utrunq; populum, circunciſionis uidelicet & præputij, qui ad angularem lapidem .i. ad Chriſtum acceſſit, poſita ſunt hæc duo nomina idem ſignificantia. Hæbræi enim fideles clamãt, abba: gentiles autem, pater. Clamor iſte cordis eſt, non

faucium, non labiorum. Intus ſonat auribus dei.
A Cum autem clamant, aliquid petunt. Et quid petunt, niſi quod de illis dictum eſt, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniã ipſi ſaturabuntur?
Matt. 5. Quæ ẽ iſta petitio, niſi eſuries ſitisq; iuſtitiæ? Huc ergo tranſeant qui ſub lege ſunt, ut ex ſeruis filij fiant, nec ſic tamẽ, ut ſerui eſſe deſiſtant, ſed ut tanquã filij domino & patri liberaliter ſeruiant. Accepimus ſpiritum adoptionis, p quem uocamus deum patrem noſtrum. nam *ipſe ſpiritus* diuinus *teſtimonium reddit ſpiritui noſtro*, id eſt, recognoſcere & intelligere facit ſpiritum noſtrum, quia ſumus filij dei. Ad ipſum enim pertinet quia efficimur unum corpus unici filij dei. Et per hoc quod ipſe ſpiritus ſanctus charitatem nobis infundit, q̃ nos facit imitatores eſſe diuinæ bonitatis, ut diligamus inimicos noſtros, & bene faciamus his qui
Lucæ 6. oderũt nos, ſicut pater cæleſtis ſolem ſuum oriri
Mat. 5. facit ſup bonos & malos, atq; pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, euidenti teſtimonio declarat menti noſtræ nos eſſe filios dei, cuius bonitatẽ pro modulo noſtro ſequmur. Filiorũ enim eſt imitari patrem ſuum. Spũs dei dum facit nos bene agere, teſtatur q̃m̃ *ſumus filij dei. Sed ſi filij ſumus, erimus & hæredes*.i. eiuſdem gloriæ participes. Nõ enim inaniter filij ſumus, ſed magnum inde cõmodum habebimus, quia hæredes patris noſtri erimus, imo
Pſal. 15. ipſe erit hæreditas noſtra, ſicut in Pſalmo canimus, Dominus pars hæreditatis meæ. *Hæredes quidem dei*
B *erimus*. Sed ſi hoc parum uidetur, audiamus adhuc unde amplius gaudeamus, quia eri, mus *cohæredes Chriſti*.i. ſimul cũ Chriſto hæredes eandem ſcilicet q̃ ipſe poſſidet, beatitudinis hæreditatẽ cum eo poſſidentes. Hæredes quidem dei efficiemur, cum ea quæ dei ſunt poſſidere cœperimus.i. incorruptionis & immortalitatis gloriam
Coloſ. 2. atq; theſauros ſapientiæ & ſcientiæ recõditos. Co
Philip. 3. hæredes aũt Chriſti efficiemur, cum reformauerit ipſe corpus humilitatis noſtræ, cõfiguratum corpori claritatis ſuæ. Hæredes aũt dei erimus, ſed non eius morte hãc hæreditatẽ adipiſcemur, cum ipſe mori nõ poſſit, imo cũ ipſe ſit hæreditas, quã
1 Cor. 13 ab eo ꝑcipiemus. Sed qm̃ cum uocati ſumus adhuc paruuli & ad ſpiritalia contemplanda minus idonei, uſq; ad humilitatẽ noſtræ cogitationis ſe miſericordia diuina porrexit, ut quomodocunq; cernere niteremur, q̃d non euidenter atq; perſpicue cernebamus, ip̃m moritur q̃d in ænigmate cernebamus, cũ facie ad faciẽ cernere cœperimus. Con
ibidem. uenient ergo dicit morituq; eſſe q̃d auferet. Cum aũt uenerit q̃d perfectũ eſt, auferetur q̃d ex parte eſt. Ita nobis quodammõ moriẽt pat̃ in ænigmate, & idẽ ipſe ſit hæreditas cũ facie ad faciẽ poſſidet. non qa ipſe moriẽt, ſed imꝑfecta in eũ noſtra uiſio ꝑfecta uiſione ꝓueniẽt. Et tñ niſi illa prior nos nu-
1 Cor. 15 triret ad alia pleniſſimã & euidentiſſimã, non efficeremur idonei. Cohæredes etiã erimus Chriſti, cũ in fine ſeculi abſorpta fuerit mors in uictoria. Nõ timuit ille habere cohæredes, quia hæreditas eius nõ fit anguſta ſi multi poſſederint. Hõ enim ſi habeat unicũ filium, gaudet ad illũ magis, qa ſolus oĩa poſſeſſurus eſt, & nõ habebit fratres, q̃ cum C
eo diuidãt hæreditatẽ, & pauper remaneat. Deus uero unicum, quẽ genuerat & per quẽ cuncta crearat, miſit in hũc mundum, ut nõ eſſet unus, ſed fratres haberet adoptatos, qui cũ eo poſſiderent hæreditatẽ uitæ perennis. Hæreditas inq̃, in q̃ cohæredes eius erimus, nõ minuit multitudine filiorum, nec fit anguſtior numeroſitate cohæredum: ſed tãta eſt multis, quãta paucis: tãta ſingulis, quãta oĩbus. Cohæredes eius erimus, ita *tamen ſi compatimur*.i. ſi cũ eo patimur, ſi paſſionũ eius nõc participes efficimur: ſi qualia p nobis ille pertulit, nos talia p noſe eius pati nõ recuſamus: ſi nõ pro humano fauore uel ꝓpali cõmodo, ſed pamore illius aduerſa ꝓferimus. *ut & conglorificemur*.i. cũ eo glorificemur, facti cohæredes eius & participes gloriæ ipſius. Cõglorificabimur enim, ſi hoc eius nobis gratia conceſſerit, quia cum apparuerit, ſimi- 1. Ioh. 3
les ei erimus, quoniam uidebimus eum ſicuti eſt.

Exiſtimo enim q̃d non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

¶ Ne cui uideret graue, q̃d dixerat nos debere cõpati, mox addidit non eſſe cõdignas paſſiones huius tẽporis ad futurã gloriam q̃ reuelanda eſt in nobis. Oſtendit em̃ per hæc q̃d illa reſpicit q̃ D
non uidentur. i. gaudia ſempitemæ beatitudinis. omnẽ tribulationẽ, quęcunq; ei acciderit, cũ uis ſæua, cũ uis diuturna uideat, leuem ducit & momẽtaneã, eriã ſi tormẽtis ſubijciat & eculeis & ungulis. Nã eo tempore q̃ ſupplicijs corpꝰ eius atterit, ſi aſpiciat ad futuram gloriam & conſideret quomodo per hæc tormenta corpus humilitatis ſuæ transformabitur ut fiat conforme corpori gloriæ unigenti dei, tribulationẽ præſentem pro minimo reputabit, remunerationẽ uero futuræ beatitudinis inæſtimabiliter magnam iudicabit. Et quãto magis multiplicari ſibi tribulationẽ & pœnas uiderit, tanto amplius ſibi pondus & magnitudinẽ gloriæ intelliget cumulari. In eo aũt quod Apoſtolus nũc dicit, *exiſtimo*, nõ dubitat ipſe, ſed dubitãtes increpat, ſicut & alibi ad quoſdã contẽptores ſuos loquẽs, Puto aũt, inq̃t, q̃d & ego ſpũm dei habeã. Qui em̃ dicit, puto uel exiſtimo, dubi- 1. Cor. 7
tare uidet. Sed ille increpat, nõ dubitat. Et ipe dñs q oĩa ſcit, increpãs infidelitatẽ futurã gñis hũani. Cũ uenirit, inq̃t, filius hoĩs, putas inueniet fidẽ in terra? Nã & hoies de his rebus quas certas habẽt, aliq̃ increpatiue dubitant. i. uerbũ dubitationis
Lucæ 18 ponunt, cum corde non dubitent, uelut ſi quis in dignetur ſeruo ſuo & dicat: Contemnis me? Puto quia dñs tuus ſum. Ita & nũc Apoſtolus dicẽs exiſtimo, increpat illos quia hoc nõ ęſtimabãt, uel nõ exiſtimãt. Nõnulli enim dũ futura gaudia minus attendũt, putãt intolerabilia eẽ pãtia mala q̃ pſerũt. Et illoꝝ puſillanimitatẽ uel infidelitatẽ increpat nũc Apl̃us: Si cõpatimur, inquit, & cõglorificabimur. Et uere ꝑ paſſionẽ ꝓueniemus ad glorificationẽ. Nã ego exiſtimo q̃d uos nõ æſtimatis, id

Universidad de Deusto
Biblioteca

A est, ergo indubitanter scio *quod passiones huius tẽporis*, quod tã breue est, *non sunt condignæ*, id est, oẽs simul non sunt dignę *ad* promerendã *gloriam futuram, quæ reuelabitur in nobis*. i. q̃ ita manifestabit ut sit in nobis, quia in unoquoq; nr̃m manebit, & foras apparebit. Hoc est, si quis pateret oẽs pœnarum acerbitates, q̃ in tempore p̃sentis uitæ sufferri possunt, non essent omes illæ passiones dignũ meritum ad consequutionem futuræ gloriæ, quę ablato omni uelamine reuelabitur in nobis, qũ percipiemus illud quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.

2. Cor. 2. Nã expectatio creaturæ reuelationẽ filiorę dei expectat. Vanitati eñ creatura subiecta est nõ uolẽs, sed propter eũ qui subiecit eã in spe. Quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei.

¶ Vere gloria reuelabitur in nobis, qui nunc pro deo molestias sustinemus, quia hęc gloria est ut filij dei appareamus. Hanc enim expectamus. *Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei expectat.* Quod est dicere: Nã & hoc ipsum quod in nobis dolet, cum facta carnis mortificamus, cũ esurimus uel sitimus, per abstinentiam, dum frenamus delectationem concupiscentiæ: per castitatem, dum iniuriarum lacerationes & contumeliarum aculeos per patientiam sustinemus, dum

B neglectis atq; reiectis uoluptatibus nostris, pro fructu matris ecclesiæ laboram9, quicquid in nobis in hac & huiusmodi attritione dolet, creatura est. Dolet enim corpus & anima, quæ utiq; creatura est, & expectat reuelationem filiorum dei, id est, expectat quãdo appareat quod uocatum est in ea gloria ad quam uocatum est. Quia enim filius dei unigenitus non põt appellari creatura, quandoquidẽ per ipsum facta sunt omnia, quæcunq; deus fecit, distincte etiã nos uocamur creatura ante illam euidẽtiam gloriæ, & distincte uocamur filij dei, quamuis hoc adoptione mereamur. Nã ille unigenitus natura filius est, nõ adoptione. Expectatio ergo creaturæ .i. expectatio

Iohã. 1. nostra reuelationem filiorum dei expectat .i. q̃ appareat quod promissum est, quãdo re ipsa manifestum sit, quod nunc spe sumus. Filij enim dei

1. Ioh. 3. sumus, & nõdum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Ipsa est reuelatio filiorum dei, quam nunc expectat expectatio creaturæ. Non quod creatura reuelationem expectet alterius naturæ, quæ non sit creatura, sed ipsa qualis nunc est, expectat quando sit qualis futura est. Tanquam si diceretur: Operante pictore, subiectis sibi coloribus & ad opus eius paratis, expectatio colorum manifestationem imaginis expectat, nõ quia tunc alij erunt aut nõ colores erũt, sed tãtum quod aliam dignitatem habebunt. Dixi quod expectatio creaturæ expectat ut reuelentur filij dei. Quod recte dixi. Nã ipsa *creatura* ad huc *subiecta est uanitati*, id est, tẽporalibus rebus, quæ sunt uanitas: quia quod promittunt, implere non possunt, & euanescũt. i. deficiunt & transeunt. Ait enim Salomon: Vanitas uanitatum, & oĩa uanitas. Quæ abundantia est hominis in oĩ labore suo, quem ipse laborat sub sole? Cui & a domino dictum est: In labore manducabis panẽ. Ita ergo subiecta est hũana creatura uanitati. Et subiecta est *non uolens*, quia hõ spõte peccauit, sed non sponte damnatus est. Pctm̃ enim fuit uoluntariũ, id est, cõtra præceptum facere ueritatis, peccati autem pœna, i. subñci fallaciæ, nõ uolũtaria. Sponte (ut dixi) peccauit creatura hæc, & inimica facta est ueritati: sed ut merito puniret, nõ sponte subiecta est uanitati. Diligit hõ spõte uanitatẽ, cum deserta soliditate ueritatis, opinabilia sequitur. i. mirabilia. Vanitates enim sunt quæ mutantur & trãseunt. Cum autem inde meritas pœnas luit, subijcitur non sponte uanitati, sicut subiecta est in homine peccante. Vanitati enim creatura non uolẽs subñcitur, quia homo qui ingenitæ cõstitutæ statum uolẽs deseruit, pressus iustæ mortalitatis pondere, nolẽs mutabilitatis suæ corruptioni seruit. Non ergo spõte creatura uanitati subiecta est, *sed propter eũ qui subiecit eã in spe*. i. propter eius iustitiã atq; clementiam, qui neq; impunitũ pctm̃ reliquit, neq; insanabilẽ uoluit esse peccantem. In spe ẽ subiecta uanitati, propter misericordiam liberãtis per remissionem pctorum & adoptionem gratiæ. Ergo in spe, qua sperat se adhæsuram contemplandæ ueritati, subiecta est interim uanitati. *Quia & ipsa creatura*. i. ipse homo, cũ D iam signaculo imaginis propter pctm̃ amisso, nõ tamẽ tota penitus imagine deleta, remansit tantũmodo creatura, & ipsa creatura .i. & ipsa quæ nondum uocatur filiorũ forma perfecta, sed tm̃ creatura, *liberabitur a seruitute corruptionis*. Quod itaq; ait, & ipsa liberabitur, facit intelligi & ipsæ quẽadmodũ nos. i. & de ipsis non est desperãdũ, qui nondum uocantur filij dei, quia nõdum crediderunt, sed tantum creatura, quia & ipsi credituri sunt, & liberabuntur ã seruitute corruptiõis, quẽadmodum nos qui iam filij dei sumus, quamuis nondum apparuerit quid erimus. Liberabit ergo à seruitute corruptionis, *in libertatem gloriæ filiorum dei*. i. erunt & ipsi ex seruis liberi, & ex corruptibilibus incorrupti in uita perfecta, quam habebunt filij dei. Tunc eñ creatura hoc à seruitute corruptionis eripiet, cum ad filiorę dei gloriã incorruptam resurgendo subleuabitur. Electos eñ nunc pœna corruptiõis aggrauat, sed tunc incorruptionis gloria exaltat. Et quantũ ad præsentis necessitatis pondera, nunc in dei filijs de libertate nil ostenditur, tantum ad subsequentis libertatis gloriam tunc in eis de seruitute nil apparet. Creatura ergo seruitute corruptionis exuta, & dignitate libertatis adepta, in filiorũ dei gloriam uertitur: quia unita deo per spũm, quasi hoc ipsum quod creatura est, transisse ac subegisse declaratur. Eiq; ita tũc inhæret, ut illi de corruptiõe quæ per resurrectionẽ uincit, nihil iam in suo amore

A contradicat, sed unita glorię sui redemptoris fiat. Cuius redemptoris respectu potest intelligi dictum, quia & ipsa liberabitur, scilicet sicut iam à corruptione liberatus est ipse dominus.

Scimus enim q̃d omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi spiritus primitias habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionẽ filiorum, expectantes redemptionem corporis nostri.

¶ Vere nõ uolens subiecta est creatura uanitati. Nam inde gemit. *Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit.* Vel liberabitur à seruitute corruptionis. Nã ideo gemit, quia non est adhuc inde liberata. In unoquoq; autem homine, oĩs creatura non uniuersaliter, sicut est cœlũ & terra & oĩa quæ in eis sunt, sed generatim quodãmodo intelligi potest: quia rationalis in illo est, q̃ habere creduntur angeli: sensualis, q̃ & bestiæ nõ carent, utũtur eñ sensibus & sensualibus motibus ad appetẽda utilia & uitanda cõtraria. & uitalis priuata sensu, qualis aduerti in arboribus põt. Nam & in nobis sine sensu nostro fiunt corporis incrementa, & capilli nec cum p̃ciduntur sentiunt, & tũ crescunt. Iam uero corporalis creatura euidentius apparet in nobis, q̃ licet ex terra facta atq; formata sit, in

B sunt tñ illi ex oĩbus huius corporei mundi elementis quædã particulę ad tẽperiem ualetudinis. Nam & calore mẽbra uegetantur, q est ab igne, cuius etiã lux per oculos emicat; & aẽre uenarum decursus, quas arterias uocant, atq; spiramẽta pulmonis implent: & humor nisi esset, nulla spiramẽta cõfluerent, uitamq; assumeret siccitas. Nam & ipse sanguis humido lapsu alias uenas replẽs, quasi riuis & fluminibus p̃ cuncta diffundit, ita nullũ est creaturę genus, quod nõ hominis possit agnosci. Ac sic omis creatura in eo congemiscit adhuc.

Mar. vlt. Propter q̃d & dñs euangeliũ iussit omni creaturæ p̃dicari, qa in unoquoq; hoie (sicut disseruimus) est oĩs creatura. Omnis itaq; creatura gemit in hoie. Non tota, sed oĩs. Tanq; si dicaf quod solẽ oẽs uidẽt, qui sunt incolumes, sed nõ toti uidẽt, quia tm̃ oculis uident, ita & in hoie oĩs creatura est, qa & intelligit & sentit & uiuit & corpus habet: sed nõ tota creatura in ipso est, quia sunt præter ipsum & angeli qui intelligũt, & pecora quæ sentiunt, & arbores q̃ uiuunt, & lapides qui tantummodo sunt. *Scimus* ergo *quod omnis creatura*, id est, hõ fidelis *ingemiscit*, id est, in interiori suo gemit ac gemitum semper recentem habet, quandiu subiecta est uanitati. *& etiam parturit*, id est, cum summa difficultate & onere bonũ opus facit. Nam sicut mulier magnis doloribus & conatibus profert filium, ita fidelis homo nisibus magnis & laboribus producit fructum boni operis. Laborat eñ & affligit uigilijs & ieiunijs, alijsq; sanctis actiõibus. Et hoc facit usq; adhuc. Nã etsi sunt aliqui iã in sinu Abraę, & latro ille cum dño in paradiso cõstitutus, illo die q̃ credidit, gemere destiterit, tñ usq; adhuc oĩs creatura ingemiscit & parturit in illis sanctis, qui adhuc in præsenti uita laborant. *Non solum autem illa* ingemiscit, *sed & nos ipsi*. i. non solum in hoie corpus & anima & spũs simul dolẽt ex difficultatibus corporis, sed & nos ipsi, exceptis corporibus, in nobis ipsis ingemiscimus, nos dico *primitias spiritus habentes*, id est, quorum iam spũs rantq; sacrificium oblati sunt deo, & diuino charitatis igne cõprehensi. Hæ sunt eñ primitiæ hominis, quia ueritas primum spm̃ nostrum obtinet, ut per hunc cætera cõprehendantur. Iam ergo habet primitias oblatas deo, qui dicit, Mẽte seruio legi dei, carne aũt lege pcti, & de quo dicitur, Spũs quidem promptus est, caro autem infirma. Non solum, inquit, oĩs creatura, Roma. 7 id est, cum corpore, sed etiã nos ipsi habentes pri Mar. 14 mitias spũs, id est, nos animæ quæ iam primitias mentes nostros obtulimus deo, *in nobis ipsis ingemiscimus*. i. præter corpus, *adoptionem filiorum expectantes corporis nostri redemptionem*, id est, ut etiam ipsum corpus accipiẽs beneficium adoptionis filiorę, qua uocati sumus, totos nos liberatos, trãsactis oibus molestijs, ex omni parte dei filios esse manifestet. Nõ solũ illa ingemiscit, sed & nos ipsi primitias spũs habentes, id est, qui iã spiritu ideo seruimus, qui iam mente deo credimus, & in ipsa fide primitias quasdã dedimus ut primitias nras sequamur. Et nos ipsi primitias spũs habentes. i. qui nondum quidem ex toto quod sumus, sed ex ea parte qua pctoribus meliores sumus, deo, D nõ uanitati subditi sumus: hoc est, per primitias spiritus & ipsi in nobis metipsis ingemiscimus. Videtur etiam specialiter designare apostolicam dignitatẽ in eo quod ait, & nos ipsi primitias spũs habentes, id est, qui primi spũm sanctum accepimus & digniora eius dona habemus. Non solũ, inquit, omnis creatura, id est, omnis ecclesia creata in operibus bonis, quæ subdita est nobis, sed & nos ipsi primitias spũs habentes, id est, nos apostoli qui ad hoc electi sumus, ut primitias spũs acciperemus, & per hoc maiores sumus quod eius primitias habemus, uel quia primo uenit in nos, uel quia dignius & euidentius dona sua declarat in nobis per genera linguarum, per sanationẽ infirmorũ, per resurrectionẽ mortuorę, & per similia opera, & nos ipsi qui tanti sumus, qui iam primitijs sancti spũs acceptis lætamur, adhuc gemimus miserias habẽtes ut alij: gemimus intra nos, quia in nobis est unde gemamus. Vel quãuis nõ corã hoibus, tamen intra nos, id ẽ, in interiore nostro gemimus: nec fictus est gemit9 noster, sed intra mentis arcana resonat. Et gemimus expectantes adoptionem filiorum, quia nec dilatione nec aduersitate frãgimur, sed lõganimiter & fortiter expectamus adoptionẽ filiorę, id est, ut secũdum corpus accipiamus gloriã adoptiõis, ut & anima & corpore toti simus immortales, & beati atque in omni substãtia nra appareamus adoptioni filij dei. Hanc adoptionẽ expectamus, scilicet redemptionẽ corporis nostri, id ẽ, ut & ipsum quod adhuc corrũpit, incorruptibile fiat & immortale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Hæc est enim redẽptio nostri corporis, ut ab omnibus molestijs redimat.i. liberetur & ueram salutem consequatur. Nondum enim habet salutem. Nam esuries & sitis interficit, si subuentum non fuerit. Medicamentum enim famis est cibus, & medicamẽtum sitis est potus, & medicamentum fatigationis est somnus. Si sepositis istis non sunt morbi, est sanitas. Si autẽ habes aliquid quod te possit interficere nisi manducaueris, noli gloriari de sanitate, sed gemens expecta redemptionem corporis tui. Gaude redemptum, sed nondum re. Spe securus es. Etenim si non gemueris in spe, non peruenies ad rem.

Spe eñ salui facti sumus. Spes aũt quę uidet, non ẽst spes. Nã quod uidet qs, quid sperat? Si autẽ quod nõ uidemus speramus, per patẽtiam expectamus.

¶ Quasi diceret Apostolo: Quid tibi profuit Christus si adhuc gemis? & qũo saluator saluum te fecit? qui enim gemit adhuc, ægrotat, subiunxit atq; ait, Spe eñ &c. Ideo geminus quia *spe salui facti sumus*. ideo speramus nos saluandos, & q̃d speramus, iam quidẽ expectamus, sed nondũ tenemus: & donec teneamus, in tẽpore suspiramꝰ, quia desideramus quod nondũ tenemus. Nondũ re saluati sumus, sed adhuc spe: quia nondũ uenit nostri gaudij plenitudo, uondũ habemus corpus cœleste & spiritale. i. corpus angelicum in societate angelorũ, sed speramus. Spe quidem iam habemus hanc salutem, hanc gloriam. Sed *spes quæ uidetur, non est spes*. Et ideo nondum in re uidemus ipsam salutem, quam in spe habemus. Certitudo quæ p̃sentialiter uidet, non est spes. Nã *quod uidet quis, quid sperat?* Quod enim uidet, quare sperat? Non speratur, sed scitur. Sed *si nos speramus quod non uidemus*, id est, redemptionem corporis nostri & societatem angelorum, *p patientiam expectamus* illud. Spes enim ad augmentum meriti operatur in nobis expectationẽ futuræ saluationis, & etiã in ipsa expectatione patientiam: quia inuisibilem salutem, spe nos confortante, expectamus longanimiter patiendo mala præsentia, & ideo gemere cogimur. In malis enim si quisquam patitur, nõ in bonis quibus fruitur, opus est patientia.

Similiter aũt & spiritus adiuuat infirmitatem nostrã. Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spũs postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis.

¶ Spes nos adiuuat ut patienter expectare possimus, similiter aũt & spũs. Et ideo de expectatiõe uel patientia nihil nobis attribuimus, sed totum deo, cuius bñficijs hęc possumus. Non solũ enim spes nos adiuuat, sed etiã *spiritus* sanctus *similiter adiuuat infirmitatem nostram*, quia charitatẽ nobis infundit, per quam nostra coroboratur infirmitas, ut patiẽter expectare ualeat salutẽ quam sperat. Similiter ut spes, adiuuat nos charitas. i. spũs sanctus non solũ in aduersitatum tolerantia, sed & in oñonibus, quia nec bñ orare sine eo possumus. Nã quia ingemiscimus & petimus liberari, spũs adiuuat ne uel ante tẽpus liberari peramus, uel contraria nobis dari. Adiuuat infirmitatẽ nostram, docẽs & faciens orare. *Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse postulat pro nobis.* Nescimus prout oportet quid orare debeamus, quia molestiæ tribulatiõesq; tẽporales plerũq; prosunt uel ad sanandũ tumorẽ superbiæ, & ad probandam exercẽdamq; patientiã, cui p̃batæ & exercitatæ clarior merces superiorq; seruat, uel ad q̃cunq; flagellãda & abolenda pcã, & tñ nos nescientes quid ista prosint, ab omni optamus tribulatiõe liberari. Quid enim nobis expediat, non satis scimus. Aliq̃n quod putamus obesse, prodest: & q̃ putamus prodesse, obest. Infirmi enim sumus: & quæ medicamenta nobis sint utilia, medicus quidem nouit, nos aũt ignoramus. In his ergo tribulationibus, q̃ possunt & prodesse & nocere, quid oremus sicut oportet nescimus: & tñ quia dura, quia molesta, quia contra sensum nostræ infirmitatis sunt, uniuersali humana uoluntate, utã nobis hæc auferantur, oramus. Sed hoc deuotionis debemus domino deo nostro, ut si ea nõ abstulerit, nõ ideo nos ab eo negligi existimemꝰ, sed potius pia patientia malorum bona speremus ampliora. Sic eñ uirtus in infirmitate perficit. Vel etiam dum beatam uitam petimus, in qua sumus immortales atq; incorruptibles corpore & spiritu, qñ ipsa est pax, quæ præcellit omnem intellectum, etiam ipsam in oratione poscendo, quid oremus sicut oportet nescimus: sed quicquid cogitationibus occurrit, abijcimus, respuimus, improbamus, non hoc esse quod quærimus nouimus, quamuis illud nondũ quale sit nouerimus. Est ergo in nobis quædam (ut ita dicam) docta ignorãtia, sed docta spiritu dei, qui adiuuat infirmitatem nostram. Nos nescimus quid oremus sicut oportet, sed ipse spiritus postulat pro nobis, id est, postulantes nos facit, *gemitibus inenarrabilibus*. Postulare enim nos facit, inspirans nobis desiderium etiam adhuc incognitæ tantæ rei, quam per patientiã expectamus. Et facit postulare gemitibus inenarrabilibus. Quomodo enim narratur, quando desideratur quod ignoratur? Quod utiq; si omnimodo ignoraretur, non desideraret. Et rursus si uideretur, non desideraretur, nec gemitibus quæreret. Minor uero est qui postulat, q̃ qui postulatur. Quomodo ergo spũs postulare dicitur, qui minor non est? Indigẽtis enim certissimum indicium est, postulare gemitibus. Nullius autem rei esse indigẽtem, fas est, credere spiritum sanctũ. Sed iuxta quod præmisimus ipse postulat, qui ad postulandum eos quos repleuerit, inflãmat. Et ipse dicitur gemere, eo quod nos gemere faciat desiderio futuræ beatitudinis. ita eñ dictum est, postulat, quia postulare nos efficit, no

A bisq; postulandi & gemendi inspirat affectum, sicut illud in euangelio: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Neq; enim & hoc ita fit de nobis tanq̃ nihil facientibus nobis. Adiutorium igit̃ spiritus sancti sic expressum est, ut ipse facere dicerẽt, q̃d ut faciamus facit. Vsitati eñ sunt tales loquutionum modi, quando per efficientem significatur id quod efficitur: sicut frigus pigrum dicimus, quia pigros facit: & diem tristem uel lætũ, quia tristes uel lætos facit. Sic & dominus Abraæ dixit, Nũc cognoui quod timeas deum. i. nunc ut cognosceres feci. Secundum quã loquutionem ipse qui est dei sapientia, dixit se nescire diem uel horam finis seculi. Quid enim potest esse, quod ipse nesciret? Sed quia hoc utiliter discipulis occultabat, nescientẽ se esse dixit, quia illos nescientes occultando faciebat. Secundũ hanc figuram & patrem solum scire dixit ipsum diẽ, quia eundem filium scire faceret. Eodẽ loquutionis modo & spiritus sanctus postulare uel gemere dicitur, quia eos in quibus habitat, postulãtes & gementes facit. Vel appellatione spiritus sancti designatur charitas, q̃ per spiritum sanctum diffusa est in cordibus nostris. Sanctus ergo spiritus interpellat & pro nobis gemit. i. charitas interpellat, charitas postulat, charitas gemit, charitas orat. Contra hanc aures claudere non nouit qui illam dedit, sed *qui scrutatur corda*, id est, deus, qui in occulto cogitationis suæ oĩa cordium arcana uidet, *scit quid desideret spiritus*, id est, approbat & implet hoc quod spiritus facit nos desiderare, *quia secundum deum*, id est, secundum dei uoluntatem, *postulat pro sanctis*, id est, postulare sanctos facit p̃ seipsis, uel spiritus. i. charitas, secũdum deũ postulat p̃ sanctis, q̃a nihil petit charitas, nisi q̃d deo gratũ est, & ideo ipse scit, id est, approbat desiderium seu petitionem eius.

Matt. 10

Gene. 22

Mat. 25

B

Scimus aũt quoniam diligẽtibus deum oñia cooperanť in bonum, his q̃ secundum p̃positũ uocati sunt sancti. Nam quos p̃sciuit, & p̃destinauit cõformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos aũt prædestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit, q̃s aũt iustificauit, illos & magnificauit.

¶ Dũ patimur aduersa, nescimus sicut oportet q̃d orare debeamus. Sed hoc pro certo *scimus q̃a diligentibus deũ*, ita ut ipsam dilectionẽ operibus probent, *omnia* uel aduersa uel prospera *cooperanť*. i. simul fiunt *in bonũ*. Pallium eñ significationem hoc loco habet q̃d dictũ ẽ, cooperanť. Et dilectoribus dei oĩa cooperanť. i. simul fiunt cũcta in bonum: quia in bonũ uertunť illis oĩa quæcũq; ipsis accidunt, non solũ illa q̃ appetuntur ut molesta, Vsqueadeo prorsus oĩa, ut etiam si qui eoꝝ deuiant & exorbitãt, etiam hoc ipsum eis proficiat in bonũ, quia humiliores redeũt atq; doctiores, & robustius atque cautius post insistũt bonis actibus. Vel diligentibus deũ omnia cooperatur ipse deus in bonũ, siue spiritus sanctus, de quo supradictum est, qui & deus est. Cooperatur enim deus, id est, cum electis suis operatur, dum illi agunt & ipse cum eis. Et ita cooperatur eis, ut omnia uertat in bonum & utilitatem eorum. Sed quia nõ nulli diligunt deũ, & in eo bono quod cœperũt non permanent usq; in finem, mox determinando subditur: *his qui secundum propositum uocati sunt sancti*. Hi eñ in eo quod diligũt deum, permanẽt usque in finem: & qui ad tempus inde deuiãt, reuertuntur ut usq; in finẽ perducant, quod in bono esse cœperunt. Nam secundum propositũ occultissimæ iustitiæ bonitatisq; suæ deus quos p̃destinauit, ipsos uocat & iustificat & glorificat. Propositum enim deus illos ad uitam uenire, cuius propositum mutari non potest. Secundũ hoc propositum, non secũdum suum meritum uocati sunt à deo per p̃dicatores ut sancti sint. Et uere secundum dei propositum, nã quos præsciuit &c. Ordo est: *Nam quos præsciuit cõformes fieri imaginis filij*, id ẽ, imitatores futuros Christi, *etiam prædestinauit*, illos hoc fore, ita ut sit ipse primogenitus in multis fratribus, id est, primatum habens in collegio sanctorum, & iure hæreditatem patris obtinens, alijsq; fratribus dispertiens. Secũdum propositũ sunt uocati, id est, quod uocati sunt, non aliunde est q̃ à prædordinatione Dei. Nam deus quos ab æterno præsciuit fieri conformes filij sui, etiã prædestinauit, id est, per appositam gratiam præparauit illos, ut uerbo prædicationis crederent. Prædestinatio est gratiæ præparatio, quæ sine præscientia non potest esse, potest autem sine prædestinatione præscientia. Prædestinatione quippe deus ea præsciuit quæ fuerat ipse facturus. Vnde dictum est: Fecit quæ futura sunt. præscire autẽ potest etiã quæ ipse non facit, sicut quæcunque peccata. Quocirca p̃destinatio dei quæ in bono est, gratiæ (ut dixi) præparatio est. Gratia uero est ipsius prædestinationis effectus. Hæc est prædestinatio sanctorum, præscientia scilicet & præparatio beneficiorum dei, de quibus certissime liberãtur quicunq; liberantur. Ex his enim qui prædestinati sunt, nullus cum diabolo perit, nullus usq; ad mortem sub diaboli potestate remanebit. Horũ enim si quisq; perit, fallitur deus. Sed nemo eorũ perit, quia falli non potest qui prædestinauit eos. Quod autem ait prædestinatos conformes fieri imaginis filij dei, potest secũdum interiorem hominẽ intelligi, ut in mẽte conformentur illi. Potest & sic accipi, ut quẽadmodum nobis ille mortalitate, ita nos illi efficiamur conformes immortalitate. Secundum hanc imaginem filij, cui per immortalitatem conformamur in corpore, etiã illud agimus qđ ait Apostolus: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginẽ eius qui de cælo est: ut scilicet qui secundum Adã mortales sumus, secundum Chm̃ immortales nos futuros fide uera & spe certa firmaq; teneamus. Sic eñ nunc eandem imaginẽ portare pos-

C

D

1 Cor. 15

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumus nondum in uisione, sed in fide: nondum in re, sed in spe. De corporis quippe resurrectione tunc loquebatur Apostolus, cum hæc diceret, de inde, *ut sit*, inquit, *ipse primogenitus in multis fratribus*. Secundum id quod unigenitus est, non habet fratres: secundum id autem quod primogenitus est, fratres uocare dignatus est omnes, qui post eius & per eius primatū in dei gratiam renascuntur per adoptionem filiorum. Primogenitus em̄ dicitur respectu fratrum cōsequentium in id quo ipse præcessit. Vnde & alio loco primogenitum eum à mortuis dicit, ut sit ipse primatum tenens: quia resurrectio mortuorum, ut iam non morian tur, ante illum nulla: post illum autē, multorum sanctorum est. Dixi quia quos præsciuit, & prædestinauit, *quos autem prædestinauit, hos & uocauit*. Hic subaudire debemus, secundum propositum. Sunt enim & aliq̄ uocati, sed non electi, ac per hoc non secundum propositum uocati, *& quos uocauit*, hoc est, secundum propositum, *hos & iustificauit*. Quomodo si aliquis imperator disponeret aliquē infimum sublimare ad consulatum, & daret illi sumptus quibus se præparet idoneum, & ornaret ut digne promoueri posset ad tantum honorem: ita deus illis quos prędestinauit ad uitam, dat uirtutum & bonorum operum gradus, per quos ad tantam sublimitatem possint erigi. Vocat enim illos & iustificat & magnificat. Et hæc sua dona quibuscunque ipse donauit, procul dubio se daturum esse præsciuit, & in sua præscientia præparauit. Quos ergo prædestinauit, ipsos & uocauit uocatione illa de qua dictū est, Sine pœnitentia sunt dona & uocatio dei. Nā in sua quæ falli mutariq̄ non potest, præscientia opera sua disponere, id domino nec aliud quicquā est prædestinare. Non ergō alios, sed quos prædestinauit, ipsos & uocauit: nec alios, sed quos ita uocauit, ipsos & iustificauit: nec alios, *sed quos* prædestinauit & uocauit *& iustificauit, illos & magnificauit* siue glorificauit. Prædestinatio nostra non in nobis facta est, sed in occulto apud ipsum in eius præscientia. Tria uero reliqua in nobis fiunt, uocatio & iustificatio & magnificatio. Vocamur prædestinatione pœnitentiæ, iustificamur innouatione misericordiæ & timore iudicij, magnificamur profectu uirtutum, siue glorificamur æterna beatitudine. Ista omnia iam facta sunt, p̄destinauit, præsciuit, uocauit, iustificauit, magnificauit: quoniam om̄es iam præsciti ac prædestinati sunt, & multi iam uocati atque iustificati & magnificati sunt, quamuis adhuc usq̄ in finem seculi multi uocandi & iustificandi sint atq̄ magnificandi. Verba tamen præteriti temporis, posita sunt de rebus etiā futuris, tanquam iam fecerit deus, quæ iam ut fierent, ex æternitate disposuit qui fecit quæ futura sunt. Quicunq̄ ergo Iudæi prouidentissima dispositione præsciti, prædestinati, uocati, iustificati, magnificati uel glorificati sunt: non etiam non dum renati, sed etiam non nati, iam filij dei sunt, & omnino perire non possunt. Talibus ipse deus omnia cooperatur in bonum.

Quid ergo dicemus ad hęc? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo nō etiam cum illo omnia nobis donauit?

¶ Quoniam quidē deus tot & tanta beneficia nobis cōtulit, non pro meritis nostris, sed p̄ gratia, *ergo quid dicemus ad hæc* tam magna eius dona? Videlicet dicemus ultrius quod aliquid à nobis habeamus? Nō, sed om̄ia gratiæ dei ascribemus. Etsi deus gratuito munere suo tanta nobis, cōfert, quis poterit nobis quicq̄ horum auferre? uel quis poterit eius uoluntati resistere, qui nos ad gloriā præordinauit p̄ducere? *Si deus pro nobis quis contra nos erit?* Deus pro nobis ut prædestinaret nos, deus pro nobis ut magnificaret siue glorificaret nos. Si deus pro nobis, quis cōtra nos? Si deus in his omnibus pro nobis est, qui nobis uult aduersari, paret se, si potest bellare aduersus deum. Nō enim lædit nos, nisi qui deū uincit. Et quis est qui uincit omnipotentem? Quicunq̄ reluctari uoluerit, sibi nocet. Si deus pro nobis, quis cōtra nos? Etiam si totus mūdus contra nos insurgat, & om̄i genere tormentorū in nos sæuiat, quid totus mundus, quādo pro nobis est per quē factus est mundus? Quid est om̄is qui deo nititur resistere parāti nos ad regnum perducere? *Qui etiam filio proprio*. i. non adoptiuo, sed naturali & cōsubstantiali *non pepercit sed pro nobis omnibus*. i. pro nostrum om̄ium salute, *tradidit illum*, id est, exposuit in mortem. Et qui illud quod maius est, dedit nobis. i. filium, etiam illud quod minus est, dabit nobis. i. regnū suum. Nam qui filiū dedit, quomodo aliqui negare potuit? *Quomodo non etiam omnia donauit nobis cum illo?* Vbi em̄ dedit nobis illū in quo om̄ia bona sunt, ibi cum illo omnia nobis utilia dedit. i. fidem, remissionem peccatoꝝ, perfectionem uirtutum, diuersa dona sancti spiritus, & in futuro seculo beatitudinem sempiternam. Et tunc qualis erit spiritus hominis, nullum omnino habens uitium, nec sub quo iaceat, nec cui cedat, nec cōtra qđ saltem laudabiliter dimicet pacatissima uirtute p̄fectus? Rerum ibi omnium quanta, q̄ speciosa, q̄ certa scientia, sine errore aliquo uel labore, ubi dei sapientia de ipso suo fonte potabitur cum summa felicitate, sine difficultate? Quale erit corpus, quod omni modo spiritui subditum, & eo sufficienter uiuificatum, nullis alimonijs indigebit? Nō enim animale, sed spirituale erit, habens quidem carnis, sed sine ulla carnali corruptione, substantiam. Cum enim beatitudinem illam obtinuerimus, tunc habebimus omnia. Nostra quippe erunt ad uiuendum superiora, nostra erunt ad conuiuendum æqualia, nostra erunt ad damnandum inferiora. Sic enim habentur ibi omnia, ut sint & omnium singula, & omnia singulorum.

Quis accusabit aduersus electos dei? Deus q̄ iustificat? Quis est q̄ cōdēnet? Christus Iesus q̄ mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dexterā dei, qui etiā interpellat pro nobis,

¶ Vere salutē & oīa bona eīs Chīs deus nobis donauit, & habebimus illa. Nā quis nos accusabit, ut faciat nos his priuari? Quis aduersus. i. qs contrarius accusabit electos dei, quos secundum immutabile propositū uocauit? Vel *quis accusabit*, id est, quis accusationē deferet *aduersus electos dei?* Nullius accusatio nocere illis poterit. Diabolus quidem nititur eos accusare. Sed quis est diabolus, uel q̄ eius accusatio aduersus eos q̄s deus eligit? eius accusatio cōtra eos non ualet. Quis ergo accusabit eos? *Deus?* Non, quia ipse *iustificat* eos. Et repugnans est, ut q̄s iustificat, illos accuset. Deus nō uult illos accusare, alius non potest. Et cū nullus accuset, *quis est qui condemnet* eos? Nullus. Nam condēnabit eos *Iesus Christus?* Nequaq̄ rex salutor cōdemnabit eos, *qui mortuus est* ut ipsi uiuant. Dico mortuus est, ut nos pctō moriamur: imo ut maius bñficium designem, dico quia etiam *resurrexit*, ut nos cum eo resurgamus, & primæ resurrectiōis participes simus. Qui & in cælū sublimatus *est in dexterā dei*, ut nos post se eleuet, & dexteram partē, quæ perpetuā beatitudinē designat, tenere faciat. Potēs est subuenire suis, quia est ad dexterā dei. i. om̄i creaturæ p̄latus, & in honore positus in quo pater est, *qui etiam interpellat pro nobis*, quia hunc habemus apud patrē aduocatū & intercessorem. Vnigenitum em̄ filiū pro hoibus interpellare, est apud coæternum patrē, seipsum hominem demonstrare: eumq̄ pro humana natura rogasse, est eandem naturā in diuinitatis suæ celsitudinem suscepisse. Interpellat igitur pro nobis dns non uoce, sed miseratiōe: quia quod damnari in electis noluit, suscipiendo liberauit.

Quis ergo nos separabit a charitate Chri? Tribulatio, an angustia, an p̄secuutio, an fames, an nuditas, an periculū, an gladius? Sicut scriptū est. Quia *ppter te mortificamur tota die, estimati sum9 ut oues occisiōis.* **Sed in his oībus superamus ppter eū q̄ dilexit nos.**

¶ Q̄quidem Chīs pro nobis mortē pertulit, & adhuc interpellat pro nobis, *ergo quis separabit nos a charitate Christi?* id ē, quis poterit separare nos ab amore q̄ diligimus Chīm? Nullus hoc facere poterit. Nā faciet hoc *tribulatio?* id ē, corporis afflictio. Nequaq̄. *an angustia?* id ē, mentis anxietas hoc facere poterit, ut non diligamus Chīm? Minime. *an persecuutio*. i. de loco ad locum expulsio, separabit nos à Chīi dilectione? Nō. Etsi om̄imodā tribulationē sustineamus, etsi animi angustia torqueamur, etsi nos aduersarij p̄ diuersa loca p̄sequantur, nunq̄ à Chīi amore diuelli poterim9. *an* nos ab eo *fames* separabit. i. desideriū comedēdi sine abundantia cibi? Absit. *an nuditas*, id est, penuria uestis hoc faciet? Nequaq̄. *an periculū*. i. apparatus mortis nos diuidet à Chīo? *an gladius?* id est, ipsa mors gladio facta ualebit hoc facere? Nequaq̄. Per hæc septem designant uniuersa q̄ nos in hoc seculo possunt affligere, quia septenarius uniuersitatem solet exprimere. Sed nullum horum poterit nos ab amore Christi separare, si electi sumus. Et hoc dico *sicut scriptū est* de nobis, ubi uox nīa exprimit, dicens Chīo: *Quia propter te mortificamur*, q̄m à te separari nō possumus. Non propē crimen, nō propter humanum fauorem, sed propter te mortificamur. Hæc est causa martyꝝ. Propter te à quo nolumus separari, mortificamur, id est, uarijs pœnis afficimur. *tota die*. i. toto tēpore illuminatiōis nostræ, ex q̄ de tenebris ad lucē uenimus. *Æstimati em̄ sumus* ab aduersarijs nīis *sicut oues occisionis*. i. existimant nos sine respectu misericordiæ debere occidi, cū nec resistamus eis, sed in simplicitate & mansuetudine nostra innocenter mori simus parati. Hæc oīa pro Christo patimur, nec ab his superamur. *sed in omnibus his superamus*, id est, superiores & uictores efficimur, non propter nostras uires, sed *propter eū qui dilexit nos*: quia dum in illius amore pendemus, sensum doloris non recipimus. Illius enim charitas qua nos dilexit, & nostrum ad se affectum rapuit, cruciatum corporis & dolorem sentire nos non finit.

Certus sum em̄ quia neq̄ mors, neq̄ uita, neq̄ angeli, neq̄ principatus, neq̄ uirtutes, neq̄ instātia, neq̄ futura, neq̄ fortitudo, neq̄ altitudo, neq̄ profundū, neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro,

¶ Vere nihil nos separabit à charitate dei, nam inde certus sum. Nō opinor, sed *certus sum*, id est, pro certo & constanti firmiter teneo, quod *neq̄ mors* ulla, *neq̄ uita* temporalis promissa, nec aliqd eorum quæ subduntur, poterit nos separare ab amore Christi. Nemo nos separabit inde minando mortē, quia id ipsum quod diligimus deum, mori nō potest. Nemo inde separat nos pollicendo uitam, nemo enim ab ipso fonte separat nos aquam pollicendo. Non separat inde qui minat mortem: quia qui credit in Christum, licet moriatur, uiuit. Neque qui pollicetur uitā, quia Christus uitam dat æternā. Et ideo temporalis uitæ pollicitatio, æternæ comparatione cōtemnenda est. *Neq̄ angeli* separant inde, siue boni siue mali, quia etiam si boni angeli dicerent ut Christū nō amaremus, qđ nunq̄ docent, nō eis acquiescere mus. Licet, inquit, angelus de cælo euāgelizet uobis p̄ter id qđ accepistis, anathema sit. Non igitur angelus aliquis inde separat, quia nō est angelus, cū inhęremus deo, nīa mente potentior. *Neq̄ principatus*. i. illi angeli qui habent principatū super alios, siue bonos, siue malos. In utrisq̄ em̄ p̄minēt alij alijs. Es dns cōtrarios principatus expoliauit,

Psal. 43.

Galat. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

triumphãs illos in semetipso. Boni uero principatus nunq̃ nos ab illo separare uolẽt, quoꝝ maximum studiũ est, subiectos ad eum reducere. Nec etiam *uirtutes* inde separãt, id est, adhuc sublimiores angelicæ fortitudines: qa si bonæ sunt, fauẽt nobis ut cõiungamur deo. si uero malæ, reprimũtur ab eo. Enumeratis omnibus aduersis q̃ in terra sunt, ascendit in cælum: & oñdere uolẽs quia parum est si cõtemnat terrena supplicia propter Christũ, adiungit etiã hoc, quia neq; angeli, neq; principatus, neq; uirtutes &c. Quod aũt dicit, tale est: Non solũ hoĩes abstrahere me non possunt ab amore christi, sed ne angeli quidẽ, neq; oẽs simul cælorꝝ uirtutes. si conueniant in unũ, nec si à regno decedere me necesse sit, aut etiã in gehennã trudi pro chro. Quod em̃ ait, altitudo & pfundũ & uita & mors, regnum cælorꝝ & gehennã designare uidet. Hæc aũt dicit, nõ qd angeli affectare possint aliqñ eum à chro separare, sed etiã ea q̃ impossibilia sunt, fieri posse dicit magis, quã se à Chri amore seiungi, ut per hæc quanta in eo uis esset dei charitatis, oñderet. *Neq; instãtia* aduersa separãt nos inde. hoc em̃ leuiora eo sentimus, quo ei à q̃ nos separare moliunt, arctius inhæremus. *Neq; futura* .i. futurorꝝ promissio, separat inde; quia quicquid boni futurꝝ est, certius promittit deus: & nihil est ipso deo melius, qui iam profecto bñ sibi inhærentibus p̃sens est. Neq; instantia, id est, aliqua imminentia p̃sentialiter aduersa uel prospera, neque futura bona uel mala separant nos à Chro, hoc est, nec p̃sentia nec futura tẽporalia, q̃ uel delectant, uel premunt, uel spem dant, uel timorem incutiunt. *Neq; fortitudo* alicuius fortiter nobis uiolentiã inferentis separat inde: quia ille cui inhæremus, fortior est oñibus. *Neq; altitudo*. i. si quis nos in altũ leuauerit ut duriꝰ p̃cipitet. *Neq; profundũ*. i. si quis nos in profundum maris demerserit, aut in imum carceris deposuerit. Siue altitudo. i. sublimitas mundani honoris promissa: & profundum, id est, ultima delectio extremæ calamitatis, quæ in hoc mundo perferri potest, cõminata. Vel altitudo & profundum, id est, sublimitas eloquentiæ secularis, & profunda perscrutatio naturaliũ rerũ. Siue etiã altitudo & profundum, id est, inanis curiositas earũ rerum, quæ uel in cælo uel in abysso sunt aut esse putantur. Sed quocunq; modo sublimitas & profundum intelligatur, non poterit nos ab amore christi separare. *Neque creatura alia*, id est, creatura uisibilis: quia & nos sumus quidẽ creatura, sed uisibilis. Et ideo alia creatura, id ẽ, diuersa ab interiori homine nostro, quo christum diligimus, non nos ab amore eius diuidet: quia amor corporum qui per creaturam aliam exprimitur, non hoc faciet. Vel alia creatura melius intelligitur de his dici, quæ non sunt. Et ea ergo q̃ non sunt cõmemorat, ut ostendat quia etiam si essent ea quæ non sunt, se tamẽ mouere à ꝓposito aut mutare nõ possent. Certus sum, inquit, quia nihil horꝝ q̃ enumeraui, *poterit nos separare a charitate dei*, qui omnibus melior est, & tot tãtaq; bñficia nobis cõtulit, *quæ* charitas est nobis *in Christo Iesu domino nr̃o*: qa nobis charitatẽ suã in Chro pater ostẽdit, quẽ ꝓ nobis tradidit: & nemo patrẽ diligere põt, nisi Chrm dilexerit.

CAPVT IX.

VEritatẽ dico in Chro Iesu, non mentior, testimoniũ mihi phibente conscientia mea in spiritu sancto, qm̃ tristitia est mihi magna, & cõtinuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Chro, pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnẽ, q̃ sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorꝝ & gloria & testamẽtũ & legislatio & obsequium & ꝓmissa, quorꝝ patres, ex q̃bus est Christus secundum carnẽ, qui est super omnia deus benedictus in secula, amen.

¶ Modo nihil potest me & alios electos à Christo separare, sed olim fui ab eo separatꝰ, & optabam semper esse alienatus. unde nũc doleo, sicꝝ mala uertuntur in bonum. Nam ueritatem dico &c. Vel ita continuatur: Certus sum quod nihil poterit nos ab amore Christi separare, cum ex supradictis beneficijs, quia nos præsciuit & prædestinauit & uocauit & iustificauit: tum ex hoc q̃d cum essem per sequutor ecclesiæ dei, nullo mõ potui fideles ab eius charitate quãtumcũq; laboraui diuellere, ut mõ multũ inde doleam, q̃d tam tam crudelitatẽ in eos exercuerim. Nam ego existens *in Christo*, id est, in corpore Christi, *dico uobis ueritatem* ita purã, quod *non mentior*, sicut nõnulli qui dum uera loquuntur, intermiscẽt falsa. Et quia nonnulli uera loqui uidentur, qui nõ ita habent in corde, adiungo me ueritatem ore proferre, *testimoniũ perhibente mihi conscientia mea*: quia etsi uos non creditis, mea tamen conscientia mihi testis est quia uerum dico: & testatur hoc nõ in sua autoritate, sed in spiritu sancto, qui facit eã hoc testari. De hoc dico tam firmam ueritatem, *quia tristitia est mihi* non exigua, sed *magna & dolor* nõ horarius, sed *continuus cordi meo*. Et cur est mihi nunc tanta tristitia, & tãlongus animi dolor? Inde scilicet quia *ego ipse* qui modo sum tãtus apostolus, ante fidem nõ solum uolebã, sed & *optabam esse anathema*, id est, alienatio aliorꝝ *a Christo*, ut alienatos & diuisos uel separatos à Christo facerẽ illos. Et hoc optabã *pro fratribus meis*. i. pro Iudæis, qui mei sunt fratres in lege, quoꝝ legẽ uolebã defendere, *q̃ sunt cognati mei sedm carnẽ*, & ideo amplius iuuãdi erãt, qa oĩm cõmoda q̃rere debemus, sed maxime cõsanguineorꝝ. Sed ego male iuuabam eos, quia impediebã illos, ne in Chm̃ crederent. *Qui sunt Israelitæ*. i. de gñe Israel descẽdẽtes. Vel aliter, Affectũ suũ erga Iudæos oñdit Apostolus, dicens & iuramento confirmans, se eorꝝ causa plurimum contristari, quod Christo credere noluerũt, qui eis fuerat repromissus, & ad eos uenit missus. Tristitia, inquit, est mihi nõ leuis, seg magna,

A & dolor continuus cordi meo, nõ qui ad horam pungat & transeat, sed qui iugiter maneat. Doleo genus meũ beneficio Christi priuari. Optabam em̃, id est, iam dudum optare cœpi egoipse esse anathema. i. alienatus à Christo pro fratribus meis Iudæis, ut ipsi adhærerent christo: optabã perire, ut illi saluarent̃. Iuxta hunc sensum & beatus Micheas, cũ multa mala Iudæis uentura prophetaret, ait: Vtinã non essem uir habẽs spũm, & mendaciũ potius loquerer. Amore em̃ gentis suę uoluit se alienũ esse à spũ sancto & falsiloquũ, dum mõ plagas illas & captiuitates & exitia, quę ipse sua uaticinatiõe p̃dixerat, plebs Iudaica euaderet. Sicut ergo Micheas à spũ sancto alienus fieri uoluit p̃ amore plebis suæ, ita Paul. anathema .i. alienus optauit fieri p̃ nimietate dilectionis fratrũ suorꝝ. Par est em̃ alienũ esse à spũ sancto, & alienum à Chro. Moyses quoq; ꝓ eodẽ populo mirabilitẽ intercessit, obĵciẽs semetipsum ꝓ eis, dicens: Si dimittis eis pcm̃, dimitte: si aũt non uis, dele me de libro tuo, quẽ scripsisti. Vbi demõstratũ est, intercessio sanctorꝝ quantũ ꝓ illis ualeat apud deũ. Securus em̃ Moyses de iustitia dei q̃ eum delere nõ posset, impetrauit misericordiã, ne illos q̃ iuste posset, deleret. Intercessit ergo pariter deleri pro ipsis q̃ ipsos, sciens apud misericordiã se id agere, quæ qm̃ nullo modo deleret ipsum, etiã illis parceret propter ipsum. Sed ficõsideremus
B Moysis uocẽ intercedentis, perspiciemus eũdem & Moysis & Pauli erga creditũ sibi gregem affectum. Pastor em̃ bonus ponit animã suam ꝓ ouibus. Et hoc ipsum est dicere, optabã anathema esse à Chro: & dele me de libro quẽ scripsisti. Qui enim deletur de libro dei, anathema fit à deo. Simulq; cernamus Apostolũ, quantæ charitatis in Chro sit, ut pro illo cupiat mori & solus perire, dummodo oĩe in illum credat hominũ genus. Perire aũt non in perpetuũ, sed impræsentiarũ. Vult perire in carne, ut alij saluent in spiritu: suũ sanguinẽ fundere, ut multorꝝ animæ conseruentur. Anathema em̃ interdum occisionẽ sonat, sicut & hoc loco. Optat ergo pro salute fratrũ anathema esse, imitari uolens dominũ, qui & ipse cũ non esset maledictio, pro nobis factus est maledictio. Scriptum em̃ de illo fuit: Maledictus à deo q̃ pendet in ligno. Et sicut Christus fuit maledictus à deo, sic Apostolus anathema à Christo. Hoc est em̃ hic anathema, quod ibi maledictus: & hoc est hicà Chro, quod ibi à deo. Christus em̃ in cruce pendens fuit maledictus. i. morti addictus à patre, & Paul. in passione martyrij fuit anathema à Christo. i. alienatus atq; priuatus uita, uolente christo. Optabam em̃ anathema esse à Christo pro fratribus meis, ut illi nõ essent à christo alieni, qui sunt cognati mei, nõ secundum spiritũ, sed secundum carnem, quia in spiritu sunt à me alieni. Affectũ suum (ut diximus) circa illos ostendit, & multa de illis præconia enumerat, ut omnibus pro illis dolorem incutiat, quia tanto peiores sunt etiam gentibus. *Quorum*, inquit, *est adoptio filiorum*, de quibus quondam dominus loquebatur, Filius meus primogenitus Israel. &, Filios enutriui & exaltaui. & quorum *gloria*, ut de cunctis gentibus eligerentur in peculiarẽ populum dei. & quorum *testamenta*, unum in litera, alterum in spiritu: ut qui prius in carne seruierant ceremonijs legis abolitis, postea seruirent in spiritu mandatis euangelij sempiterni. Testamenta em̃ ad illos præcipue pertinent, quia & uetus testamentũ illis est datum, & nouum in ueteri figuratum. & quorum est *legislatio*, id est, ueteris ac noui testamenti datio, quia in ueteri datum est eis & nouum. Vel legislatio. i. Mosaicæ legis datio. & quorũ est *obsequium*. i. executio mandatorũ cælestium & cultus dei. & quorum sunt *promissa* diuina, ut quicquid promissum est patribus, cõpleatur filijs, nisi culpa eorum obstiterit. Multæ enim de CHRISTO promissiones factæ sunt patribus eorum. *quorũ patres* sunt illi nominatissimi, quos uetus scriptura laudat, & quod maius est omnibus, *ex quibus est Christus secundum carnem* de Maria uirgine natus. Quorum patres, ecce laus à prioribus. & ex quibus christus, ecce laus à posterioribus. Ex eis. i. ex genere eorꝝ, est Christus secundum carnẽ, *qui* factus est ex semine Dauid secundũ carnem, sed ex natura suæ diuinitatis, in qua est æqualis patri, *est ipse super omnia deus benedictus in secula amen*. Per hoc enim q̃d deus super omnia dicitur, deus naturaliter esse ostenditur. Deus em̃ aliquando nuncupatiue, aliquãdo uero essentialiter dicit̃. Nuncupatiue, sicut Moysi dictum est: Ecce constitui te deum Pharaonis. Essentialiter sicut ait, Ego sum deus Abraam & deus Isaac & deus Iacob. Qui uero nuncupatiue D dicitur deus, inter omnia: qui autem essentialiter dicitur deus, super omnia. Vt ergo Paulus ostenderet Christum naturaliter deum, non hunc deum tantummodo, sed super omnia deum memorauit. Quia & electus quisq; sicut præmissimus, uel in exemplo p̃rogando positus, dici deus potest, sed inter omnia, qm̃ nuncupatiue: Christus aũt deus sup omnia, quia naturaliter deus. Et hoc Amẽ, id est, uere. Et ppterea est dolor cordis Apostolo, quia iste tantus ac talis non recipitur à Iudæis, de quoꝝ stirpe generatus est. Et in quibus tanta fuerunt bona, dolet cur tanta nũc mala sint. Nihilominus tamen laudat iudicij ueritatem, ne sentiret tia dei in propinquos & fratres suos displicere uideatur, & uel austera esse uel nimia. Nam subdit:

Exodi. 7.
Isaiæ. 1.

Exodi. 7.

Deut. 21
Galat. 3.

Nõ autem q̃d exciderit uerbũ dei. Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ: neq; qui semen sunt Abrahę, oñes filij, sed in Isaac uocabitur tibi semẽ. Id est, non qui filij carnis, hi filij dei: sed qui filij sunt promissionis, æstimãtur in semine.

ꝓmissionis enim uerbũ hoc est, Secundũ hoc tempus ueniam, & erit Saræ filius.

¶ Doleo, inquit, de perditione istorum, sed *non* ideo *quod exciderit uerbũ dei*. i. nõ propterea q̃d euanuerit promissio dei, qui semẽ Abraæ saluari

Universidad de Deusto
Biblioteca

promisit. Non ob hoc tñ contristor qđ exciderit uerbum dei, quia nõ excidit, nõ irritum est deu-
A ctũ, sed ratum & stabile manet, licet qdam illoꝝ non crediderint: quia uerbũ promissionis non est factũ ludæis tñ, sed electis. *Non enim omnes qui sunt ex Israel*. i. ex carnali stirpe Iacob, *hi sunt Israelitæ*. i. per meritũ fidei & iustitiæ in Israelitica sorte numerandi; neq; quia semẽ sunt secundũ carnem, id circo omes filij sunt. Multi em̃ ex eo carnaliter, p creati sunt, qui nõ censentur eius filij, sicut omes quos Cethura peperit uel filius Agar. Itaq; uerbum dei excidere, esset promissa nõ impleri. Sed uolens Apostolus ostendere quia nõ excidit uerbũ diuinæ promissionis, non em̃ omnes, inquit, q ex Israel, hi sunt Israelitæ: *neq; qui semen sunt Abraæ, omnes filij, sed in Isaac uocabitur tibi semen*. hic em̃ declarat illos, qui nõ crediderunt, nõ esse Israelitas uel filios Abraæ, nec deũ promisisse uel decreuisse illos fore saluãdos. Et ideo incipit ratiocinari, quare alto & iusto iudicio dei, repulsis illis gentes sint intromissæ. Non omes illi sunt filij, & idcirco habituri hæreditatẽ aut salutẽ, sed in Isaac, inquit, uocabitur tibi semen, *non q filij carnis, hi sunt filij dei: sed q filij sunt promissionis, æstimantur in semine*. In Isaac quippe, qui Abraæ promissus est filius, p̃figurati sunt, non qui se iustos ipsos, sed ds deus fuerat ipse facturus. Propter qđ & filij promissiõis dicunt, ac p hoc ipsi filij promissionis, ut sint semẽ Abraæ, in Isaac uocant. i. in Chr̃m, uocante gratia, cõgregant. Filij em̃ carnis ptinent ad terrenã Ierusalẽ, quæ
B seruit cũ filijs suis; promissionis aũt filij ad eam q̃ sursum est, liberã matrẽ nr̃am æternã in cælis. Hi ergo uere sunt filij Abraæ, qui gratuito dei munere sicut Isaac promittunt, & gratuito eius munere boni efficiũtur. Nã sicut Isaac nõ meruit ut nasciturus promitteret, sic & isti. Et uere promissus ẽ Abraæ filio. Nã *hoc est uerbũ promissionis*. i. in hoc uerbo p̃misit deus: *Secũdũ hoc tempus ueniam*. i. reuoluto anno ostendã me tibi adesse in effectu uirtutis, *& erit tũc Saræ filius* in utero. Secundũ hoc, inqt, tempus ueniam, ut uerbi gratia, si tũc uer erat uel autumnus, sequẽti anno ueniret in uere uel autumno. In hac sñia contendit Apostolus ostẽdere quõ Isaac nõ filius sit carnis, sed filius dei, rediens ad ea q̃ de ipso in Genesi scripta sunt. Promissionis, inqt, uerbum &c. Nõ ergo per ordinem natiuitatis carnalis, Isaac natus est, quippe cũ & Abraã emortui iã corporis haberẽt, & uulua Saræ esset emortua, sicut superius ostensum est: sed per uirturem eius qui dixit, Secundum hoc tempus ueniam, & erit Saræ filius, id est, habebit Sara filium. Merito igitur non carnis, sed dei filius esse dicitur, qui & aduentu & sermone dei nascitur, ac propterea spiritales ecclesiæ filios aptissime prælignat.

Non solũ autem, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. Cũ
Gene. 25 enim nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni aut mali, ut secũdum electionẽ propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocãte dictum est ei, q̃ maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

C ¶Isaac q promissus est, utiq; nullis operibus promeruerat ut nasciturus, p̃mitteret, ut in Isaac uocaret semẽ Abraæ. i. illi ptinerent ad sortẽ sanctorum q̃ in Chr̃o est, qui se intelligerẽt filios promissionis, nõ supbientes de meritis suis, sed gr̃æ uocationis deputãtes, qđ cohæredes essent Chr̃i. Cum em̃ promissum ẽ ut essent, nihil utiq; meruerũt q nondũ erant. Promissus, inq̃, est Isaac. Sed *non solum* ille promissus est, q reprobato Ismaele solus possideret hæreditatẽ patris, *sed Rebecca* promissio nẽ similẽ diuinitus accepit, *habens* in utero geminos *ex uno concubitu Isaac patris nostri*, quẽ ut patrẽ habemus imitari. Ex uno cõcubitu habuit eos Rebecca, ut nõ solũ suis, neq; de parentũ meritis, sed nec de ipsius quidem unius patris mutata sorte in melius uoluntate gloriaretr Iacob, dicẽs ideo se d creatore dilectũ, quia pat eius qñ eum seminauit, melioribus laudabilioribusq; moribus fuit. Ex uno, inqt, cõcubitu. Vnũ tunc ad seminãdos eos meritũ patris, unũ ad cõcipiendos meritũ matris. Simul em̃ ambo sunt uno tẽpore cõcepti. Promissio facta Saræ uel Abraæ, ostẽdit qđ nullus, p̃pter genus saluat; ista Rebeccæ, qđ propt nullũ meritum suũ uel parentũ aliqs eligit, sed sola gr̃a. Vel ne qs diceret qđ Ismael ex ancilla cõcubina genitus nõ debuit hæres fieri, sed Isaac ex libera uxore natus, ꝺd. s. ille p indignitatẽ matris sit hæreditate priuat9, & iste nõ p dei gr̃am, sed p matris meritum & dignitatẽ sit hæres effectus, p̃ponit Apostolus exẽplũ de alijs duob9. i. de Esau & Iacob, in q̃bus unũ fuit meritũ patris & matris, & ex q̃bus alt reprobatus est, alt uero sola gr̃a electus. Et hi duo sicut duo filij Abraæ, tenuerũt figurã reprobandoꝝ & saluãdoꝝ. Diximus q̃d Rebecca gemi
D nos in utero portãs, accepit diuinitus p̃missionẽ, in q̃ declaratũ est q̃d alter eoꝝ reprobãdus eẽt, & alt eligẽdus. Nã dictũ est ei, qa maior seruiet minori. Et tũc facta est hæc promissio, qñ nec boni nec mali quicq̃ adhuc fecerant filij. *Cũ enim nondũ nati fuissent, aut aliqd egissent boni uel mali*, qa & in utero Iudæi possent aliqd meruisse luctãdo, dictũ est ei .i. matri, qa maior seruiet minori. Ideo tũc dictũ est, *ut propositũ*. i. præfinitio uel p̃ordinatio dei, *maneret*. i. impleret & rata cõstaret *secundũ electionem*, .i. secm gratiam q̃ eligit quos eligit. Et dictum est, *non ex operibus* patris uel matris, nec ex futuris operibus filioꝝ, *sed ex uocante*. i. ex deo qui p gratiã uocabat Iacob. Nã si futura opa uel bona huius uel mala illius, q̃ deus utiq; p̃sciebat, uellet Apostolus intelligi, nequaq̃ diceret, nõ ex operib9, sed diceret, ex futuris operibus, *dictũ est ei*, inqt, *qa maior*. i. Esau qui erat primogenitus, *seruiet minori*. i. Iacob. Hic iã seruitus unius & libertas alterius p̃nunciata ẽ. Et utiq; seruitus actionẽ iniqtatis hoc loco designat, libertas uero actionẽ iustitiæ. Nã si ad corporeã seruitutẽ respiciamus, magis uidebitur Iacob illi seruisse, quàm ipse Iacob. Iacob quippe de

A Mesopotamia rediẽs, obtulit ei multa munera, & dñm eũ uocauit, & humiliter adorauit. Quõ igitur seruiuit ei Esau, nisi affligẽdo eum & premendo ac persequendo? Vñ Salomon ait: Qui
Prou. 11 stultus est, seruiet sapiẽti. Quia cõtra sapiẽtis uitã dũ stultus p̃mens terrorem potestatis exercet, dum hunc laboribus fatigat, cõtumelijs lacerat, profecto hunc ab omni uitioꝝ rubigine urendo purgat. Stultus ergo sapienti & dñando seruit, quẽ ad meliorẽ statũ premendo prouehit. Et iuxta hunc modũ Esau fratri suo seruiuit. Secm literam aũt Esau. i. populus Idumæoꝝ, qui de Esau descẽdit, seruiuit minori. i. subditus fuit populo Iudaico. Allegorice uero Esau. i. populus Iudæorum qui fuit primogenitus, seruiuit minori. i. populo Chr̃ianoꝝ, qui sequutus est. In q̃ sententia B. Apost. etiam testimoniũ Malachiæ lõge posterioris assumpsit, ut intelligeremus hoc apertum postea per prophetã, quod anteq̃ illi nascerent, erant Iudæi p̃destinatione per gr̃am. Ita, inquit, dictũ est, quia maior seruiet minori, *sicut scriptũ est* .i. sicut in Genesi legitur, & sicut Malachias lõge
Malac. 1 post de hac re antiquũ dei consilium declarauit, dicentis: *Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui*. Hoc em̃ quod dicit, sicut scriptum est, & ad librũ Genesis & ad scripturã Malachiæ refert. Quid uero deus
B diligebat in Iacob anteq̃ feciſſet aliquid boni, nisi gratuitũ misericordiæ suæ donũ? Quid aũt oderat in Esau anteq̃ natus feciſſet aliquid mali, nisi originale pctm̃? Nam nec in illo diligeret iustitiã, quã nullam ille fecerat; neq; in isto odisset naturam, quã bonã ipse fecerat. Nãanteq̃ nascerent, nihil boni uel mali fecerant. Quo dicto declaratũ quia nec in utero peccauerũt aut iustitiã fecerũt, nec in cælo aiæ ipsoꝝ ante corporũ societatẽ conuersatæ, sunt secdm fabulas gentiliũ. Nam si aiæ illoꝝ in cælo fuissent anteq̃ corporibus sociarentur, fecissent utiq; ibi aliquid boni uel mali. Sed nihil fecerãt. Vñ patet nec illoꝝ animas in cælo unq̃ ante natiuitatẽ fuisse. Nihil egerãt, & q̃tum ad originale pctm̃ attinet, ambo pares erãt, quantum aũt ad propriũ ullius eoꝝ, nullũ erat. Et tñ unus eoꝝ eligit, alter reprobatur: unus succedit in hæreditate, alter exhæredatur. Non facit deus populum suum de Esau, sed facit de Iacob. Semẽ unũ, diuersi qui cõcepti sunt; unus uterus, diuersi qui nati sunt. Dũ essent in utero, dictũ est matri, quia maior seruiet minori: & dictũ, nõ ex opib9, sed ex uocãte. i. ex eo qui uocãdo ad fidẽ gratis iustificat impiũ, ut secm electionẽ ꝓpositũ dei maneret, nõ meritũ hoĩs anteiret. Nõ em̃ dicit electionẽ uoluntatis hũanæ uel naturæ, cõparem̃ esset in utroq; mortis dãnationisq; cõditio, sed electionem proculdubio gr̃æ, q̃ non inuenit eligendos, sed facit. Propositũ iustificatiõis manet nõ secundum debiti, sed secundũ gr̃æ electiõem, q̃ eligendos facit deus, non inuenit, quia nequaq̃ inuenit opera bona in hoĩbus q̃ elegat, sed facit ut ipsi faciant opera q̃ possit eligere. Nemo autem eligit, nisi iam distans ab illo qui reiicitur. Et propterea electionẽ præcedit iustificati o. Et tñ ex his duobus anteq̃ aliquid egissent, alter electus est, & alter repulsus, ut intelligat Iacob ex illa massa originalis iniquitatis, ubi fratrem, cum q̃ habuit cõmunem causam, uidet per iustitiã meruisse damnari, non nisi per gratiam se potuisse discerni. C

Quid ergo dicemus? Nunqd iniquitas apud deũ? Absit. Moysi em̃ dicit: Miserebor cui miserebor, & mĩam præstabo cui miserebor. Igit̃ non uolẽtis neq; currẽtis, sed miserẽtis ẽ dei. Dicit em̃ scriptura Pharaõi, qa in hoc ipm̃ excitaui te, ut oñdam in te uirtutẽ meã, & annuncit̃ nomẽ meum in uniuersa terra. Ergo cui uult miseretur, & quẽ uult indurat. Exod 33 Exodi. 9

¶Cum rem stupendam proposuisset Apostolus, quõ de nondum natis, nec aliquid agentibus boni uel mali, recte dici potuerit, q̃d unum deus dilexerit, & alteꝝ odio habuerit, ipse sibi obiecta quæstione mortũ exprimẽs auditoris. *Quid ergo dicemus*, inquit, *Numquid iniquitas est apud deũ? Absit*. Vt dicit enim q̃d his auditis humana posset infirmitas uel ignorantia cogitare, & eandem quæstionẽ sibi proponit. Si, inquit, Esau & Iacob nec dum nati erant, nec aliquid boni aut mali egerant, ut uel promererent deũ uel offenderent, & electio eoꝝ atq; abiectio, nõ merita singuloꝝ, sed uoluntatẽ eligentis & abijcientis oñderet, ergo quid dicemus? Nũquid inferemus quod iniquitas sit apud deum, qui alteꝝ elegit, & alteꝝ abijcit, cũ uterq; sit æqualis meriti, imo nullius meriti? Absit, ut apud eum sit iniquitas. Et quare absit? Quia hũc p misericordiã eligit, illum per iustitiam reprobat, in quo neutro est iniquitas. Hunc per misericordiã, quia ita *dicit Moysi*: *Miserebor* ut credat, *cui miserebor*, ut eũ uocẽ: *& misericordiam præstabo*, ut bñ operetur, cui misertus fuero ut credat. Vel miserebor uocando, cui miserebor prædestinando; & misericordiam præstabo, uitam perennem dando, *cui miserebor* bona opera largiẽdo. Vel miserebor inspirãdo bonam uoluntatẽ, cui miserebor secm prædestinationẽ: & misericordiã præstabo secundũ bonæ uolũtatis executionẽ, dãdo gr̃am ad oñe opus bonũ peragendũ, cui miserebor pctã dimittẽdo. In quibus uerbis docemur, ex illa massa primi hoĩs, cui mors merito debeꝫ, nõ ad merita hoĩm, sed ad dei misericordiã perti
D nere, quod quisq; liberatur: atq; ita nõ esse iniquitatem apud deum, quia neq; remittendo, neq; exigendo quod debetur, iniustus est. Ibi em̃ gratuita est indulgentia, ubi iusta posset esse uindicta, ut hinc euidentius appareret à pœna debita liberato & gratis iustificato, quantum beneficij conferatur, quod alter æqualiter reus sine punitis iniquitate punitur. Non enim iniquus est deus, siue iudiciũ pœnale ingerat digno, siue misericordiã præstet indigno. Ambo itaq; gemini natura filij iræ nascebãtur, nullis quidem operibus propris, sed originaliter ex eodẽ uinculo dãnationis obstricti. Sed qui dixit, Miserebor cui miserebor, Ia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cob dilexit per misericordiā gratuitā, Esau autē odio habuit p iudiciū debitū. Quod cū deberet ambobus, in altero agnouit alter non de suis distantibus meritis sibi esse gloriandū, quod in eadem causa suppliciū non incurrit, sed de diuinæ gratiæ largitate. Similiter & oīs quicunq; miseri cordiam consequit, de propriæ uirtutū meritis gloriari prohibet, dicēte dño, Miserebor cui miserebor. Non em̄ ait, Miserebor talibus uel talibus: sed, Cui miserebor, ut neminē p̄cedentem bonis operibus suis misericordiam tantæ uocationis meruisse demonstret. In eo aūt quod addidit, & misericordiā præstabo cui miserebor, intelligendū fortasse est, q̄d aut ipsius misericordię suæ firmitatē deus ista repetitione monstrauit, sicut Amen amē, sicut fiat fiat, sicut repetitio somnij Pharaonis, pluraq; similia; aut in utrisq; populis. i. gentibus & Hebreis, hoc modo prænunciauit misericordiā se esse factur̄. Et q̄nquidem nullo præcedēte merito deus per misericordiam elegit Iacob, & sic cæteros, *igitur non uolentis neq; currētis*. Operantis, est ut perueniat ad uitam, *sed miserentis est dei* qui p̄stat illi misericordiā. Sed hoc, inquit, recipimus ut faciat deus q̄dcunq; uoluit, & absq; merito & operibus, uel eligat aliquē uel cōdemnet, igit̄ non est uolentis neq; currētis hominis, sed miserentis dei. Nō ergo ideo misertus est deꝰ, quia uoluit & cucurrit Iacob, sed ideo uoluit & cucurrit Iacob, quia misertus est deus. Pa-
Psal. 36. rat̄ enim uoluntas à dño, & à dño gressus hoīs dirigent̄, & uiam eius uolet. Dein quia propter la-
Psal. 98. B cob dicta est ista sentētia gr̄alis, nō uolentis neq; currētis, sed miserētis est dei, dat̄ etiam exēplum de Pharaone propter id q̄d dictum est, Esau autē odio habui, & subdit: *Dicit enim scriptura* &c. Esau per iustitiam deus reprobauit, quia hoc dicit scriptura, inducēs deum loquentē Pharaoni per Moysen, *quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te uirtutem meam*. Non feci te malum, sed excitaui. Malus em̄ eras, sed q̄si sopitus. Ego autē oñdens tibi signa, & mandās ut populum meum dimitteres, excitaui te in eandē malitiam ut deterior fias.
Apoc. 17 Hoc em̄ iustū est, ut qui in sordibus est, sordescat adhuc. Neq; hoc ē inutile, quod excitatus es, sed ut in te obdurato & resistente oñdam uirtutem meam, multiplicando signa mea, & ad ultimū te submergēdo atq; populū meum potēter liberando. *& annuncietur nom̄ meū in uniuersa terra*. i. fama & gloria noīs mei resonet ubiq; terrar̄, & om̄es gentes notitiam mei discant, fama uirtutis operū meor̄ ubiq; diuulgata, scilicet quo modo ualida manu populum meū eduxerim de medio inimicor̄ suor̄, & ipsos à tergo persequētes in mari rubro submerserim, ut nec unus superesset. Post hęc ad utrunq; i. ad illud quod dictum est de Iacob, & ad aliud quod de Esau uel de Pharaone, cōcludit̄. Q̄nquidem, inquit, deus sola misericordia Iacob elegit. Esau autē iuste reprobauit, uel Pharaonē excitauit in perniciē ipsius, quia utrunq; sic uoluit, *ergo cui uult miseretur, & quē uult indurat*. Misereī utiq; gratuito dono, indurat autē iustissimo merito. Miserēt secundū gr̄am quæ gratis dat̄, nō meritis reddit: indurat autē secundū iudiciū q̄d meritis reddit. Miserēt magna bonitate, indurat autē nulla iniquitate, ut nec liberatus de suis meritis glorietur, nec damnatus nisi de suis meritis conqueratur. Sola em̄ gr̄a redēptoris discernit à perditis, q̄s in unā perditionis concreuerat massam, ab origine ducta causa cōmunionis. Cū ergo totus mūdus iustissime posset dānari, deus cui uult miserēt, & quē uult indurat. i. non miserēt ei, nec emollit cor eius, nec tū iustitia ē eius uolūtas uolētis alīj misereri, alīj; nō uolētis. Quis em̄ dicat aliquem potentē iniuste agere, si ex duobus reis unum iuste uelit interimere, & alterum misericorditer liberare? Sic & deus in nullo potest reprehendi, siue damnet, siue misereatur. Meritum em̄ misericordiæ nullū est, meritum autē indurationis est p̄t̄m totius massę dānatæ. Nec indurat deus impartiendo duritiam, sed non impartiendo misericordiam, sicut nec digni sunt. Quod facit æquitate occulta, ab humanis sensibus remota.

C **Dicit itaque mihi: Quid adhuc queritꝰ? Voluntati em̄ eius quis resistit? O hō, tu quis es qui respōdeas deo? Nunquid dicit figmentum ei q̄ finxit se, quid me fecisti sic? An nō habet potestatē figulus luti ex eadē massa facere aliud uas in honorem, aliud uero in contumeliam?** *Isaiæ 45. & 29. Ierem. 18.*

D ¶Ex prædicta sentētia p̄euidit Apostolus meueri audacē infirmitatē eor̄, scil. qui secūm coniecturas cordis humani, inscrutabilē altitudinē iudicior̄ dei cogitare conant̄, & de culpis suis se excusare nitunt̄, & hāc sibi ex aduerso opponēs, ait: Q̄m dixi, quia deus cui uult miserēt, & quem uult indurat, *itaq;* .i. ergo *dicis*, id est, obijcis, *mihi: Quid adhuc queritur* deus de nobis? Nam *uoluntati eius quis resistit?* Hoc ē dicere: Quid de nobis sit q̄re la quod deū offendamus male uiuendo, cū illius uoluntati nemo possit resistere, qui nos obdurauit misericordiam non præstādo? Conquerit̄ em̄ deus sæpe de hoībus, sicut p̄innumerabiles apparet scripturar̄ locos, q̄d nolunt credere & recte uiuere. Vñ & fideles ac facientes uoluntatē eius, *Luce 1.* conuersari dicunt̄ sine querela, eo q̄d de illis non queratur scriptura. De diuersis aūt queritur. Sed cur, inquiunt, queritur atq; causatur nos nō uel bona fecisse, uel mala fecisse, cū in potestate illius sit et uoluntate, absq; bonis uel malis operibus, uel eligere aliquē uel abīcere, præsertim cū uoluntati eius humana fragilitas resistere non possit? Cur querelam faceret de peccatis hoīm, cum nequeat uitare q̄ipse uult? Sic solēt carnales in uoluptatibus uiuētes aduersus deū murmurare, & uoluntati eius, nō suo uitio quod mali sunt, deputare, ualidāq; cōtra eū talibus uerbis calumniā parare. Quos redarguit Apostolus ab huiusmodi præsumptiōe, & quæstionē eor̄ breui sermone dissoluit, dicēs: *O hō, tu quis es qui respondeas deo?* Et est

A sensus: Et ex eo quod respondere uis, deo calumniam facis. & quia de scripturis tāta perquiris, ut loquaris cōtra deum, & iustitiā uoluntatis eius inquiras, ostendis te esse liberi arbitrij, & posse recte agere si uolueris. Quidam aūt stulti putauerunt hoc loco Apostolum in responsione defecisse, & inopia reddēdæ rationis repressisse cōtradictoris audaciam. Sed magnū habet pondus quod dictū est, o hō tu quis es &c. & in talibus quæstionibus ad suæ capacitatis cōsiderationē reuocare hoīem uerbo quidē breui, sed re ipsa magna, est redditio rationis. Si em̄ hæc non capit, quis est qui respondeat? Si aūt capit magis, non inuenit quid respondeat. Videt igitur, si capiꝫ, uniuersum genus humanum tam iusto iudicio diuino in apostatica radice damnatū, ut etiam si nullus inde liberaret, nemo recte dei posset uituperare iustitiam; & qui liberantur, sic oportuisse liberari, ut ex pluribus non liberatis atq; in condēnatione iustissima derelictis, ostēderetur quid cōmeruisset uniuersa cōsperssio, & quo etiā istos debitū iudiciū dei duceret, nisi eis indebita misericordia subuenisset, ut uolentiū de suis meritis gloriari omne os obstruatur, & qui gloriat̄, in dño glorietur. O homo, tu quis es qui respondeas deo? Quis sit ille, attende: quis sis tu, attende. Ille deus est, tu hō. Sed iustitiā loqui uideris tu, & fons ille iustitiæ siccatus est?
B Satis sit interim tibi ex fide adhuc uiuenti, & nondum cernenti quod p̄fectū est, sed ex parte scienti, nosse uel credere quod neminē deus liberet nisi gratuita misericordia, & neminē dānet nisi q̄uissima iustitia. Cur aūt illum potius q̄m illum liberet, aut nō liberet, scrutet̄ qui pōt iudicios̄ eius tam magnū profundū, sed caueat p̄cipitiū. Tu em̄ hō quis es ut rādeas deo? Rādere enim deo non posse cōuincitur, qui hō nominatur; quia p hoc quod de humo sumptus est, iudicia superna discutere dignus nō est. O homo. i. carnalis pertinens ad Adam, tu luteus, q̄s es. i. cuius ualentiæ, qui rādeas deo. i. qui rationibus cōtra deum agas, q̄d iniuste eligat & reprobet; siue causas iudicios̄ eius inquiras, cur istū eligat & illū reprobet. Deus p opera sua quod dāmodo te interrogat, & tu si causas & rationes operū eius intellexeris, rādebis ei, quia cōsilium uolūtatis eius intelliges. Sed tu hō quis es ut hoc facias? Excede hominē, excede carnalitatē, excede mores & sensus humanos, si uis hoc attin-
1. Cor. 2. gere. Esto prius unus ex illis, de quibus dicitur, Sapientiā loquimur inter perfectos, & tūc demum recte & nō præpostere audies, si qua sunt de animarū meritis, & de gratia uel iustitia secreta oīpotētis dei. P̄ctōres enim credere iubētur, ut à peccatis credendo purgentur. Nesciunt em̄ quod recte uiuēdo uisuri sunt. Quapropter cū uidere nō possint nisi recte uiuāt, nec recte uiuere ualeāt nisi credant, manifestum est à fide incipiendū, ut præcepta quibus credentes à seculo hoc auertuntur, cor mundū faciant ubi uideri deus possit. Ideo recte dicitur hoībus in uetustate uitæ manentibus, & propterea tenebrosum oculū animi gerētibus, o homo tu quis es &c. Nō enim sanctos hoc loco Apostolus prohibuit à quærendo, de quibus ait: Spiritalis aūt iudicat omnia, sed luteos atq; terre- C nos homines, qui adhuc imaginem illius portāt, qui primus factus est de terra terrenus: & quia ei à quo factus est, obtemperare noluit, in id lapsus est, unde factus. Talibus ergo dicitur: O homo tu quis es qui respondeas deo? Et additur: *Nunquid* *1. Cor. 2.* *dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic me fecisti?* Vbi ostenditur quasi à simili & etiā à minori, quia deus nihil iniuste facit, si unius miseretur & ab alio misericordiam auertit. Si, inquit, figmentum formatum in immundum usum, nō potest accusare de iustitia fictorem suū, cum figmentum multo dignius opus sit quantū ad figulum, quām tu homo ad deum: tum ille qui uerus figulus, id est creator & artifex & formator noster ē, habet potestatem salua iustitia cuius uult misereri, & quē uult indurare. Sed tu quādiu figmentū es, nōdū p̄fectus es filius: quia nondū habuisti plenissimā gratiam, quia nobis data est ptās filios dei fieri, ut possis audire, Iā non dicā uos seruos, sed amicos, & tū iā uis rndere deo & nosse consiliū eius. Qui *Iohan. 1.* si hominis tibi æqualis cōsiliū nosse uoluisses, im- *Iohā. 15* pudēter faceres, nisi prius in amicitiā receperis. Si ergo consiliū dei nosse uis, prius crude p meritū sanctitatis amicus eius fieri, ut nō sis luteū figmētū, sed uir spiritalis. Nā ut manifestū sit, nō sanctificato spū, sed carnali luto ista dici, mox subdit:
An nō habet potestatē figulus luti, ex eadē massa facere aliud uas in honorē, aliud in contumeliā? Ex q̄ em̄ in pa- D radiso natura nostra peccauit, iā à dei prouidentia non secundū cælum, sed secundū terram, id ē, non secundum spiritū, sed secūdum gr̄ationem mortalem formamur, & omnes ex una massa luti facti sumus, quod est massa p̄ctī. Cum ergo meritum peccādo amiserimus, & misericordia dei remota, nihil aliud peccātibus nisi æterna dānatio debeat̄, non frustra uideret̄ iniquitas, ut ex ea fierent uasa in cōtumeliā. Cum uero p liber̄ arbitriū primi hoīs in condemnationem uniuersa defluxerint, p culdubio quod ex ea fiunt uasa in honorem, non ipsius iustitiæ q̄ gr̄am nulla præcesserit, sed dei misericordiæ attribuendum est: quod uero in contumeliam, nō iniquitati dei, quæ nulla est, sed iudicio deputandū est. Qui figulus est, cum fragiles, infirmos & terrenos facit. Et ex eadem massa, quæ tota in Adam perijt, facit scīm uoluntatem suam alia uasa in honorem per misericordiam, alia in contumeliam per iudicium.
Quod si uolēs deus ostēdere irā, & nosta facere potētiam suā, sustinuit in multa patiētia uasa irę apta in interitū, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordię, q̄ p̄parauit in gloriā, q̄s & uocauit nos nō solū ex Iudęis, sed etiā ex gētibus, sicut in Osee dicit: Vocabo nō plebē meā, plebē meā: & nō misericordiā cōsequutam, misericordiā consequutam. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

A erit in loco ubi dictū est eis, Non plebs mea uos, ibi uocabuntur filij dei uiui.

¶ Ostensum superius est, quia etsi deus nihil boni det, non tñ iniquus est, nec potest ei hō respondere. *Quod*, id est, sed si ipse quibusdam etiā bona dedit, quid ei respondebis? Quid dices, si deus bona illis impendit, scilicet cum essent apti in interitum, sustinuit eos in multa patientia, & interim dum expectaret, ostendit multis indicijs, ut ipsos nōnunquā puniendo uel alios coram eis, futuram iram ut sibi cauerent, & in hoc quod sustinuit & irā ostendit, notificauit potentiā, quia per malos purgat bonos? Quasi dicat: Potes dicere qđ iuste subtrahit gratiam & damnat illos, qui ita expectati noluerunt resipiscere, sed hac gratia abusi sunt. *Si uolens deus ostendere* in perditis *iram* reddendo illis uindictam, *& notificare potentiam suam* bene utendo malis, quia tam potens est eius bonitas, ut bñ utatur etiam malis, *sustinuit in multa patientia*, id est, diutissime patienter tolerauit *uasa iræ*, id est, homines qui pleni eius ira sunt, uasa dico *apta in interitū*, id est, idonea æternæ morti, si hoc fecit deus, nō est inde accusanda eius patiētia, sed eorum pertinacia, qui diu expectati noluerunt conuerti. Nam ideo sustinuit eos, cum sciret non
B cōuertendos, ut fierent inexcusabiles, & peorum malitiam purgarent boni. Idcirco sustinuit eos, *ut* in futuro seculo *ostenderet diuitias gloriæ suæ*, id est, largissimas opes beatitudinis æternæ, uenturas *in uasa misericordiæ*, id est, in electos homines plenos misericordia eius, *quæ* electa uasa ipse *præparauit in gloriam*, cū econtrario uasa iræ sint apta in interitum cadere. Quia quod à uasis iræ exigit iustitia punientis, hoc uasis misericordiæ dimittit pietas liberantis, & insuper gloriā eis largit gra saluantis. Notandum autē, quia in eo quod superius ait, figulum habere potestatē ex eadem massa facere aliud uas in honorem, aliud in contumeliam, ostendit mystice creatorem non posse reprehēdi, si ex eadem naturæ massa alios creat ad honorē sanctitatis, alios autē sic creat, ut abire sinat in contumeliam nequissimæ operationis & iustæ damnationis. In eo autem quod nunc dicis, quod si uolens deus &c. declarat quia nō potest accusari, si diu uiuentes in carne malos patienter tolerat, ut eos in malitia perseuerantes postmodū acerbius puniat: & bonos eoꝝ prauitate uexari permittit, ut eis pro patientiæ merito maiorem gloriæ coronam reddat. Si eos quos indurat, patienter sustinet, ut eos iustius dānet postęꝫ diu sustinuerit, non eius accusanda est patiētia & infinita clementia, sed eoꝝ duritia, qui bonitate eius in perditionem abutunt. Alioqui unus est solis calor, & secundum essentias subiacentes alia indurat, alia liquefacit, alia soluit, alia constringit. Liquat enim cera, & indurat lutum, & tñ caloris non est diuersa natura. Sic & bonitas dei atq; clementia uasa iræ. i. populū Iudæoꝝ & cæteros reprobos indurat: uasa uero misericordiæ, id est, electos, liquat. Non pōt figmentum fictori suo dicere, cur me sicisti sic? quia & ipse fictor habet potestatē facere ex eodem luto, prout uoluerit, alia uasa ad ho C
nestos usus, alia ad inhonestos. Quod, id est, sed si deus uolens ostēdere iram, sustinuit in multa patientia uasa iræ, tu quis es qui respōdeas deo? Voluit deus ostendere iram suam, non utiq; animi perturbationem, sicut est quæ circa homines nuncupatur, sed iustam uindictam, & notam facere potentiam suam, ad quam pertinet damnare inimicos. In hoc quoq; demonstratur eius potentia, quod & malis bene uti optimus possit. Ostendere ergo uoluit hāc potētiam, qua bene utitur etiam malis, multa illis naturalia & temporalia bona largiens, eorumq; malitiā & comparationē ad exercendos & admonendos bonos accommodans, ut in eis discant agere gratias deo, quod ab eis non suis meritis quæ in eadem massa paria fuerunt, sed illius miseratione discreti sunt. Si enim soli hi crearentur ex Adam, qui essent per gratiam redimendi, & præter hos qui ut Iudæi in filios adoptantur, nulli alij homines nascerentur, latet beneficium quod donaretur indignis, quia nullis ex eadē damnabili stirpe uenientibus debitum supplicium redderet. Volēs itaq; deus ostendere iram & notificare potētiam suam, sustinuit in multa patientia uasa iræ aptata *in interitū*, id est, reprobos homines, in quibus latet ira eius, q aptati sunt in perditiōem, lōganimiter tolerauit, ut ordinate disponeret eos, & uteretur illis ad instructionem salutis eorum quorum miseretur, ideoq; uasa misericordiæ uocantur. Non quod illi essent necessaria siue angelica, siue hūana pcta, D
cui nec iustitia creaturæ cuiusquam est necessaria, sed ut ostēderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, ne se in bonis operibus tanquā de proprijs extollerent uiribus: sed humiliter intelligerēt, nisi illis dei gra nō debita, sed gratuita subueniret, id fuisse reddendum meritis suis, quod alijs in eadem massa redditum cernerent. Ita em̄ quid sibi præstetur discunt gratis iustificati, dum non suo merito, sed gloria ditissimæ dei misericordię discernuntur à damnatis, cum quibus eadem iustitia fuerant & ipsi damnandi. Cæteri autem homines ad istam gratiam non pertinentes, quorū tamen & animam & corpus dei bonitas operata est, & quicquid habet ipsa natura præter uitium, quod eidem infixit superbientis uoluntatis audacia, proter hoc à deo (qui illos ita peccatu- Rom. 1. 1. Cor. 2.
ros, ut æterno essent igne damnandi, sine dubitatione præsciuit) creati sunt, ut in his ostenderet liberum desertoris arbitrium sine sui gratia quid ualeret, & in eorū iustis ac debitis pœnis uasa misericordiæ, quæ nō suorum operum meritis, sed gratuita dei gratia discreta sunt ab illa concreatione, quid sibi collatum esset, addiscerent: ut oē os obstruatur, & qui gloriatur, in dño glorietur. *Vt ostenderet*, inquit, *diuitias gloriæ suæ*, qua glorificatur in sanctis, bñ faciēs eos operari, *in uasa misericordiæ*, id ē, in homines quos replet sua misericordia, *quæ*, id est, quos homines electos *præparauit*, id est, *præordinauit ad gloriam* æternam. *Quos & uo*

A *cauit* scilicet *nos, non solū ex Iudæis*, ut ipsi Iudæi uolebant, *sed etiam ex gentibus*, ut ex utrisque fieret unus credentium populus. Ex quo ostenditur, non gētes elegi uel Iudæos, sed hominum uoluntates diuinit9 illuminatas. Quos & uocauit nos, pro eo positum est, ac si dixisset: Sicut nos quos uocauit non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus. Superiora enim quasi de Pharaone & Aegyptijs, qui fuerunt uasa iræ, & de filijs Israel q erāt uasa misericordiæ, disputare uidetur. Nunc autē ne solum illi antiqui Israelitæ intelligerent uasa misericordię, ostendit quia & nos qui ad nouam gratiam uocati sumus, nō solum ex illo Hebrǫrum populo, sed etiam ex gentilitate, uocata uasa sumus eiusdem misericordiæ. Etiam ex gentibus uocauit nos deus, *sicut* ipse *dicit* loquēs *in Osee*: *Non plebem meam*, id est, gentilitatem quæ nō erat plebs mea, *uocabo plebem meam*, id est, uocabulum peculiaris populi mei dabo illi in gratiam nominis christiani, *& non misericordiam consequutam*, id est, eandem gentilitatem quæ misericordiā consequuta non fuerat, sed sine misericordia perditioni relicta erat, uocabo *consequutam misericordiam*, id est, hoc uocabulū illi dabo, ut appelletur consequuta misericordiam, ut nomen indicet beneficium. *Et erit* istud in tempore gratiæ *in loco*, id est,
B in terra gentiū, *ubi dictum est eis* diuinitus, *Non plebs mea* estis *uos ibi*, id est, in eadem gentium regione *uocabūtur* qui ibi fuerint, *filij dei uiui*. Per hoc quod deus gentiles ad cultum suum non uocabat, sed in errore reliqrat, dicebat eis, Nō plebs mea uos. Sed in loco ꝰtium ubi hoc antea dictum est, ibi postmodum prædicata per apostolos euangelij gratia, uocati sunt qui illic crediderūt, filij dei nō mortui, sed uiui. Coluerant enim prius multos deos mortuos. i. homines nortuos, quos sibi deos constituerant, sicut Iouem & Apollinem & Herculem, & ideo ne quis talium intelligeretur, nunc deus à propheta dici, cum de gentibus sermo esset, cognominauit deum uiuum.

Isaiæ. 10 Isaias aūt clamat, p Israel: Si fuerit numerus filiorū Israel tanqꝫ arena maris, reliquiæ saluæ fiēt. Verbū autē cōsummās & abbreuiās in æquitate, quia uerbum breuiatū faciet dñs super terrā. Et sicut *Isaiæ 1.* pdixit Isaias, Nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semē, sicut Sodoma facti essem9, et sicut Gomorrha similes fuissem9.

¶ Quia nos dixerat uocatos non solum ex iudæis sed etiā ex gentibus, & gentium uocationē, de quibus minus uidebatur, astruxerat prophetico testimonio, uult similiter autoritate prophetica Iudæorum uocationem ostendere. Osee dicit de gentiū conuersiōe, sed *Isaias clamat*, id est, aperte & publice testatur *pro Israel*, id est, pro conuersione Iudæorum. *Si fuerit numerus* &c. Hoc est, etiam si multitudo non crediderit, tamen pauci credent. Et reuera, si legamus Iosephum, quant ahominum in Ierusalem & in Iudæa fuerit multitudo quando passus est dominus, intelligimus uix C
paucos in Apostolis & in apostolicis uiris saluatos esse ex Iudæis. Sed quia non fracti sunt infideles & superbi, ac p hoc infructuosi rami, ut inserereť oleaster gentiū, ideo perire potuit radix patriarchiarum & prophetarum. Quia *si fuerit*, inquit, *numerus filiorum Israel* sicut *arena maris*, id est, si fuerint tot Iudæi, ut non possint numero comprehendi, sed omnem supputationē uicerit multitudo eorum, sicut arena quæ non potest numerari, *reliquiæ saluæ fient*, id est, illi quos sibi dominus relinquet, quando alios abꝺiciet, saluabuntur. Vel si numerus eorum fuerit sterilis & grauis ut arena maris, reliquiæ quæ erunt fulgentes & cælo inhærentes sicut stellæ, saluabuntur. Vtrunque enim promissum est Abraæ. Erit, inquit, semen tuum sicut stellæ cæli, & uelut arena quæ est inlittore maris. Vere saluabuntur, nam *uerbum* erit *consummans & abbreuians in æquitate*, id eo saluabuntur, quia uerbum euangelij quod eis tradetur, erit consummans hominem in iustitia, id est, perfectionem iustitiæ dans, & ea consummans ac perficiens quæ lex non poterat. Et abbreuians, id est, in uno geminæ charitatis præcepto comprehendens omnia, quæ lex multiplicibus præceptis instituerat. Et erit abbreuians in æquitate, secundum illud: Quod tibi non uis ab alio fieri, tu alij ne feceris. Et prout uultis ut facīt uobis homines, & uos facite illis similiter. Vel in uno Christo abbreuians omnia legalia, D
& hoc in æquitate, quia æquum est hoc uerbum breuiari, ut nihil desit ad iustitiā de oībus præfiguratis. Siue in æquitate, quia quæ æqua sunt, retinet, ut moralia: quæ ius est tolli, tollit, ut figuras. Vere nouum uerbum erit abbreuians, *quia uerbum breuiatum faciet dominus super terram*, id est, ut compendio fidei per gratiam saluos faciat credentes, non per innumerabiles obseruatiōes, quibus Iudæorum plebs seruiliter onerata premebatur. Hoc uerbum fecit dominus super terram conuersans inter homines. Dictum fuit, reliquias esse saluandas ex multitudine pereuntium. Et *sicut* iterum *prædixit Isaias*, *Nisi dominus sabaoth*. i. exercituum, cui seruiūt exercitus angelorum & hominum, *reliquisset nobis* Iudæis *semen*. i. electos filios qui disseminauerunt per orbem, *sicut Sodoma facti essemus & sicut Gomorrha similes fuissemus*, id est, sicut in Sodoma & Gomorrha post discessum Loth soli reprobi remānserunt q simul perirēt: ita & nos in Ierusalē post Chri resurrectionē soli reprobi & pituri remānsissemus. Hi em̄ q ex circūcisione crediderūt, uocant semen, quia sparsi per terras multiplicati sunt, & uelut grana seminis copiosam segetē fideliū germinauerūt. Et ppter istos nō fuerūt Iudæi sicut Sodoma & Gomorrha, qa nō oēs fuerunt reprobi, nec omnes perierūt, qm isti sunt electi atq; saluati de multitudine illorū. Quid ergo dicemus? Quod gētes q̄ nō sectabātur iustitiam, apprehēderunt iu-

Tob. 4. Matt. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A stitiã, iustitiã autem q̃ ex fide est: Israel uero sectãdo legẽ iustitiæ, in legẽ iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex opibus. Offenderunt em̃ in lapidẽ offensionis, sicut scriptũ est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petram scandali, & omnis qui credit in eum, non confundetur.

Isaiæ 28.

¶ Ab autoritate utriusq; pphetæ infert: Quando quidẽ, inqt, Osee de gẽtibus dicit, Vocabo nõ plebẽ meã, plebẽ meã, & Isaias de filijs Israel clamat, quia reliquiæ eorũ saluabunt, id est, pauci de multitudine, *ergo quid dicemus*. i. quid p hæc prophetarũ dicta de gentibus & Iudæis diffiniemus? Istud possumus ex p̃dictis oraculis inferre & asserere, *quod gẽtes, quæ* necq; per hostias, necq; per uolũtatẽ *sectabantur iustitiam dei, apprehenderunt iustitiam*, non quãcunq;, nõ eam q̃ est ex lege, sed eam *iustitiam quæ est ex fide*. i. per gratiam: quia nõ superbierunt, sed in Chm crediderunt. sed *Israel*. i. carnalis populus Iudæorũ, *sectando* per carnales observantias *legem iustitiæ*. i. legem q̃ est iustitiæ bñ intellecta, *non peruenit in legem iustitiæ*. i. uenit quidẽ aliquãtulum in legẽ iustitiæ, sed nõ peruenit in eã: quia quãuis opera legis faceret, non tñ ex amore
B iustitiæ fecit ea, sed ex timore pœnæ, & ita cordis innocentiã habere non potuit. Vbi probat uera esse supradicta sententia, quia non uolentis necq; currentis, sed miserentis est dei: q̃m gẽtes, ut dictũ est, q̃ iustitiam non q̃sierunt, iustitiam nõ inuenerunt: & Israel qui legem iustitiæ sectabatur, non
Psal. 65. potuit in eam peruenire. Terribilis ergo deus in consilijs super filios hoim, & iudicia eius occulta sunt, nõ iniusta. Gentes q̃ non sectabant iustitiã, quæ ex lege est, quasi propriam suam apprehenderunt iustitiam, quæ est ex fide. Israel autem sectans per opera legem iustitiæ, non puenit corde in legem iustitiæ. Et *quare*? Quasi diligenter hoc attendamus, cur in eam peruenire non potuit. *Quia non ex fide*. i. quia non sperauit in deum, non illam petiuit à deo, non credidit in eũ qui iustificat impiũ. Non ex fide, *sed quasi ex operibus*. i. quasi iustitiã per semetipsum operans, nõ in se credẽs operari deũ. Deus est em̃ qui operat in nobis & uelle & operari pro bona uolũtate. Sed Israel nõ quærebat iustificari ex fide, sed q̃si ex operibus, quia fidem non putauit esse causam & principiũ iustitiæ, sed opera carnalium observationũ iustitiæ principiũ esse credidit: & glorians q̃si de operibus, exclusit à se gr̃am: ac quasi de sanitate p̃sumens, respuit medicinam. Vere non ex fide iustificari q̃siuit populus Iudæorũ, sed uelut ex operibus. nam *offenderũt in lapidem offensionis*. i. Christũ humilem per superbiã suam calcareuolẽtes gressum suæ rectæ actionis læserunt, & quassati corruerũt. Quasi ipsa sua iustitia offenderũt in Christum, quia uelut de iustitia timuerũt, & fidẽ christi spreuerunt. Qui ad similitudinẽ parui lapidis,
C à quo nõ cauẽt, fuit eis habilis ad offendendum, latẽs in humilitate. Oĩbus quoq; malis est ipse Chrus lapis offensiõis: quia quicquid dicit, amarum est illis, & cõmouẽt ex dictis eius. Ita offenderunt in hunc lapidẽ, *sicut scriptũ est* apud Isaiam dicente patre: *Ecce pono in Sion lapidem offensionis*. i. per incarnationis mysterium pono Christum in Sion, hoc est, in ecclesia fundamẽtum, qui Iudæis erit lapis offensiõis, quia nõ sibi cauebunt ab illo humili & paruo, propter suæ mẽtis cæcitatẽ, sed offendẽt in eũ & corruẽt. & pono ibi *petram scandali*, id est, eundem Chm qui in passione erit illis petra scandali. i. deformis & asper & durus, in q̃ scandalizabunt irascentes & indignantes, cum se filiũ dei dixerit. Lapis uocat politus & lubricus, q̃ si calcat, pes cito labitur: petra uero dicitur, q̃ est inculta & aspera. Chrus ergo in natiuitate uel in conuersatione & p̃dicatione sua Iudæis fuit lapis offensionis, & in passione petra scandali: quia qui prius in ortu & humana conuersatione uisus est eis contemptibilis & conculcabilis, postmodum in passione nimiũ deformis & asper illis apparuit. Plus aũt est scandalũ q̃ offensio: quia scandalũ dicit à Græco, quod ẽ scandalizo, & est proprie impactio pedum. Ita ergo Iudęi offenderunt in Christum, ut oĩno impingerẽt pedẽ ibi & confringerẽt. Non solum em̃ contempserunt eũ, sed & crucifixerunt. Pono hunc lapidẽ offensionis,
D quantum ad reprobos: & propter electos subiungo, quia *omnis* siue Iudæus, siue gentilis, siue seruus, siue liber, *qui crediderit in eũ*, *non confundetur*. i. non erubescet in futuro cum ille uenerit ad iudicium. Qui em̃ crediderit in eũ, non habebit suam iustitiã, quæ ex lege est, q̃uis sit bona lex, sed implebit ipsam legẽ nõ sua iustitia, sed data ex deo. Ita em̃ non confundet. Nam qui in se gloriatur, confundet. non em̃ sine peccatis inuenit. Ille autẽ tantummodo non confundetur, qui in dño gloriatur. Quicunq; illum fide expectant, cum uenerit, gaudebũt. Qui sine fide sunt, cum uenerit qđ nunc nõ uident, erubescunt: quomodo solẽt confundi qui inueniunt in aliqua culpa, & eis insultatur ab omnibus: sed tñ non transiet illa confusio nec delebitur. Notandum aũt, quia hoc testimonium Apostolus ex duobus locis libri Isaiæ coniunxit. Ita em̃ ibi legit: Ecce ego mittã in fundamentis Sion lapidẽ comprobatum, lapidẽ angularem, prcioſum, in fundamento fundatum. Qui crediderit, nõ festinet. Atq; alibi in eodem libro: Et erit, inquit, uobis in sanctificatiõem: in lapidem aũt offensionis & in petrã scãdali, duabus domibus Israel. Vnde perspicuũ est, Apostolos in interpretatiõe ueteꝝ scripturarũ sensum quæsisse, non uerba: nec magnopere de ordine, sermonibusq; curasse, cum intellectui res pateret.

Isaiæ 28.

Isaiæ 8.

CAPVT X.

FRatres, uolũtas quidẽ cordis mei, & obsecratio ad dñm fit pro illis in salutem. Testimonium enim phibeo

A illis, q̃ æmulationẽ dei habent, sed nõ secundũ sciẽtiam. Ignorãtes em̃ dei iustitiam, & suam quærentes statuere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti. finis em̃ legis Christus ad iustitiam omni credenti.

¶ Hinc iam incipit de spe Iudęorũ loqui, ne etiã gentes superbire audeant aduersus eos. Sicut em̃ Iudæorũ superbia refellẽda erat tanq̃ ex ore gloriantiũ, sic & gentilibus occurrẽdum est, ne tanq̃ Iudæis prælati superbiant. Dixi quia non peruenerunt in legẽ iustitiæ, sed offenderunt in lapidẽ offensionis, nõ quia illos odio habeã, nec quia de illis oĩno desperem. Nam sciatis *fratres*, quia intima *uolũtas cordis mei fit pro illis in salutẽ*. i. ex corde uolo illorum salutem. Voluntas quidem cordis mei pro illis optat, ut accipiant salutem, quãuis illorũ uoluntas adhuc obsistat. Potens est em̃ deus illorũ corda conuertere. Non solum uoluntas, sed etiã *obsecratio*. i. oratio cũ obtestatiõe sacroꝝ, *fit à me pro illis ad deũ in salutẽ*. i. ut efficacior sit oratio mea pro illis, facio eam cum adiuratione sacroꝝ, in salutem illorũ dirigẽs intentionẽ, hoc est, ut credant & per fidem consequantur salutẽ. Non em̃ aliter saluari poterunt. Quãuis Apostolus eis instanter euangelium prædicaret, pꝝ tñ esse credebat, nisi pro illis etiam oraret ut crede-
B rent. q̃m uoluntas ut ad uera credenda moueat, nõ sibi sufficit, nisi per gr̃am deus illi opituletur, nec ipsa conuersio fieri potest sine dei adiutorio. Obsecro, inquit, pro illis, & iustũ est ut obsecrẽ. nam æmulationem dei habent. Nã ego qui olim similis fui, & idcirco noui intentionẽ cordis ipsorum, *perhibeo illis testimonũ*, q̃ *æmulationem dei habẽt*. i. bono zelo mouentur ad defendendam legem, *sed non secundũ scientiam*: quia imprudenter agunt, dum nos quasi præuaricatores legis persequunt. Nescĩunt em̃ quia nos potius q̃ ipsi legem adimplemus, qui spiritualiter eam obseruamus: & idcirco bona quidem intentione uolũt legem contra præuaricatores defendere, sed non secũdum scientiam, quia nesciunt qui sunt illi contra quos mouentur. Hoc & dominus sic prænunciauit:
Iohã. 16. Venit hora ut oĩs qui interficit uos, arbitret obsequium se præstare deo. Putabant em̃ se deo placere ex eo, quod Chrianos uelut pro defensione legis interficiebant, quia æmulationem dei habebant, sed non scũm scientiam. Vere non secundũ scientiam. Nam *ignorãtes iustitiam dei*. i. quæ à deo data per fidẽ Chri, & *quærẽtes statuere suam iustitiã*. i. quã suis uiribus per obseruantiam legis putant se facere, *non sunt subiecti iustitiæ dei*. i. Chro. De se em̃ præsumentes, gratiã repellebãt, & in Chm propterea nõ credebant, ignorãtes iustitiã dei, & suã uolentes statuere. Iustitia dei hic dicit, nõ qua iustus est deus, sed quã dat homini, ut iustus sit hõ per deum. Iustitia autẽ illorũ erat, quia de suis uiribus præsumebant, & quasi impletores legis seipsos ex sua uirtute dicebant. Ignorabant ergo iustitiam dei, i. quam dat homini deus, qui solus est
C iustus atq; iustificans: & uolebant constituere suam. i. uelut à se sibi paratam, non ab illo impertitam: & ideo iustitiæ dei non erant subiecti, quia superbi erant, de suo putantes, nõ de dei placere posse se deo. Vere ignorabant iustitiam dei. nam *Christus* quem cæci respuebant, est *finis*, id est, consummatio *legis*, qa in eo lex cõsummatur & perficitur. Finis, id est, perfectio legis, est Christus *ad iustitiam* cõplendam *omni* in se *credenti*: quia oĩs qui in christum credit, habet ipsum Christũ consummationem legis, ut per eum faciat iustitiam. Sunt em̃ opera quæ uidentur bona sine fide christi, & non sunt bona, quia nõ referuntur ad eũ finem ex quo sunt bona. Talia erant opera istorũ, qui suam iustitiã quærebant statuere, quia ipsum quod dĩ, Non concupisces, & cætera huiusmodi mandata sancta & bona ipsis tribuebantur: quæ Exo. 20.
ut possit hõ facere, deus operatur in homine per Christi fidem, qui finis est ad iustitiã oĩ credenti, cui per spiritũ incorporatus factusq; membrũ eius, põt quisq; illo incrementũ intrinsecus dante operari iustitiam, de cuius operibus etiam ipse dixit, quia sine me nihil potestis facere. Finis enim Iohã. 15
dicitur ipse Christus, quia quicquid agimus, ad illum referimus. & cum ad eum peruenerimus, nõ habebimꝰ ultra quod quæramus, sed ibi permanebimus. In eum nanq; dirigitur nostra intentio. Ad quem cum peruenerimus, non erit ultra quo tendamus, quia ibi est oĩm bonoꝝ plenitudo.

Moyses em̃ scripsit, q̃m iustitiã q̃ ex lege est, qui fecerit hõ, uiuet in ea. Quę aũt ex fide est iustitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, qs ascẽdit in cęlũ? i. Chm deducere. aut qs ascẽdit in abyssum? hoc ẽ Chm ex mortuis reuocare. Sed qd dicit scriptura? Prope ẽ uerbũ in ore tuo & in corde tuo. Hoc est ꝟbum fidei quod p̃dicamus, quia si cõfitearis in ore tuo dñm Iesum, & in corde tuo credideris q̃ deus illum excitauit a mortuis, saluus eris.

Leui. 18
Deut. 30
ibidem.

¶ Vere Christus est finis legis ad ueram iustitiã. nam in ipsa lege antequã ad Chm ueniatur, est quædã umbratilis iustitia. Moyses enim ita scripsit. Probat Apostolus autoritate Moysi duas esse iustitias, quia dixerat Iudæos esse ignorantes iustitiã dei, & suam quærẽtes statuere. Vere sunt duæ, una per legem, altera per Christum. Moyses *enim scripsit*, quia *homo qui fecerit iustitiam quæ ex lege est, uiuet in ea*, legẽ hoc loco pro ipsis operibus ponens. Qui autem uiuebant in his operibus, timebant utiq;, ne si nõ ea fecissent, lapidationem uel combustionẽ uel aliquid huiusmodi paterentur. Ergo qui fecerit (inquit) ea, uiuet in illis, id est, habebit præmium ne ista morte puniatur: nõ ergo apud deum, ex cuius fide si quis in hac uita uixerit, cum hinc exierit, tunc eum magis habebit pẽsentissimum præmium. Non itaq; ex fide uiuit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quisquis p̄sentia quæ uidet, uel cupit uel timet:
A quia fides dei ad inuisibilia pertinet, quæ post da-
buntur. Nā est & ista quædam in operibus iusti-
tia, quando sine suo præmio relicta nō est, ut qui
fecerit eam, uiuat in illa. Vnde & superius dictū
est, quia etsi Abraam ex operibus iustificatus est,
haber gloriam, sed nō apud deum. Aliud est er-
go, nō iustificari apud deum: aliud, nō iustificari.
Qui omnino nō iustificatur, nec illa seruat q̄ tem
porale habent præmium, nec illa q̄ æternum: qui
aūt in operibus legis iustificatur, nō apud deum
iustificatur, quia temporalē exinde expectat uisi-
bilem; mercedem. Sed tñ etiam ista est, ut dixi,
quædam terrena carnalisq; iustitia. Hæc Moyses
de iustitia legis. Sed *quæ est ex fide iustitia, sic dicit* ipse:
Ne dixeris in corde &c. Vel si iustitia legis in qua
uiuitur, est uera iustitia intelligenda, q̄ uitam præ
stat æternam, ideo proponit iustitia legis, quod
qui fecerit eam, uiuet in illa, ut cum quisq; infirmi
tatem suam cognouerit, nō per suas uires, neque
per literam legis ipsius, quod fieri nō potest, sed p
fidem concilians iustificatorē, perueniat & saciat
& uiuat in ea. Opus em̄ quod q̄ fecerit, uiuet in eo,
non fit nisi à iustificato. Iustificatio aūt ex fide im-
petratur, & ita per iustitiam fidei complet uera
iustitia legis. De cuius fidei iustitia sic dicit Mo-
B yses, uel ipsa dicit in corde hominis: *Ne dixeris in
corde tuo*, id est, ne saltem cogites, *quis ascendet in cæ-
lum?* id est, nullus homo ascendet, quia *hoc est Chri-
stum deducere*, quantum ad te, id est, si hoc cogitaue
ris, CHRISTVM ascendisse negabis. *Aut* non
dixeris in corde tuo, *quis descendet in abyssum?* id est,
nullus pro cōtempta lege descēdet in infernum.
quia *hoc est Christum a mortuis reuocare*, quantum ad
te, id est, hoc cogitare, est non credere quod Chri
stus pro nobis mortuus sit, & in infernum pro li-
beratione iustorum, qui ibi tenebantur, descende
rit. Vel ita: Cum audieris post resurrectionē præ
dicari Christum ascendisse in cælum, noli dicere
in corde tuo, mendacium est, quis enim ascendet?
Quia hęc infidelitas, quantum in te est, Christum
de cælo ad terrā deducit. Aut cum audieris præ-
dicari quod ad infernum descēdit, noli dubitare
& putare hoc incredibile: quia hæc incredulitas,
quantum ad te, reuocat christum à mortuis. i. ne
gat fuisse mortuum. Nā si in abyssum descendisse
dubitetur, nec mortuus esse creditur: quia sicut
mortuus ē ut mortem occideret, sic in abyssum de
scendit ut nos inde retraheret. Et hæc est iustitia fi
dei, distans à iustitia moralitatis legis, ut nō dubi
tet quis de spe dei quæ in Chō est, ut nō diffidat
Christū spoliasse infernum, & cum sanctorū ani-
mabus cælum ascendisse: quia qui hoc credit, ex
hoc efficitur iustus. Potest & ita intelligi: Ne dixe
ris in corde tuo, quis ascendet in cælū? id est, quis
illuc ascendet Christū inde ad nos deducere. aut
quis descēdet in abyssum? hoc est, quis in infernū
descendet Christum inde ex mortuis reuocare.
Non em̄ expectauit Christus ut aliquis homo as-
cenderet in cælum ad deducendū eum, quod im
possibile erat; sed ipse sua sponte descendit, à pa-
terna sede ueniens quærere & saluū facere quod
C perierat. Neq; fuit necesse uel possibile ut aliquis
in abyssum descēderet ad reuocandū inde Chm
à mortuis: quia ipse sua uirtute, ligato forti aduer *Luce. xi*
sario & spoliato inferno, resurrexit à mortuis. Ne
dicas, inquit, quis ascendet in cælū Christum de
ducere? quasi & in terra nō sit Christus, qui per di
uinitatem est ubique: aut quis descendet in abys-
sum Christū ex mortuis reuocare? quasi christus
in abysso contineri possit, qui nullo loco contine
tur, sed omnia continet: uel inter mortuos mora
ri possit, qui uita est. Hoc ne dixeris. *Sed quid dicit
scriptura* per Moysen de Chō? *Prope est uerbum*, id ē, *Deut. 30*
Christus qui est uerbū & sapientia dei, est prope, *1. Cor. 1.*
hoc est, nō longe est à natura animorum & loquē
di ratione. Prope est *in ore tuo* ad confitendū, *& in
corde tuo* ad credendū. Et ideo nō per loca quæras
eum, qui sicut uerbū & ueritas & sapientia ubiq;
est, & in corde iustorum manet atq; in ore: sed cre
das quia uerbū quod personaliter unitum est hu
manitati, prope nos est. qm̄ non à loquutione no
stra remotum est, neq; ab intellectu. Hoc uerbum
quod Moyses dicit ita esse prope, *est uerbū fidei quod
prædicamus*, id est, christus, in quo nostra fides con
stat, quem annunciamus. Hoc prædicamus de Ie-
su, quia si confitearis &c. Vel ratio redditur, cur
in ore & in corde uerbum hoc debeat esse. *Quia si
confitearis in ore tuo dominum iesum, & in corde tuo cre
deris quod deus illum excitauit a mortuis, saluus eris.*
Non est laus fidei Christianorum, quia credunt
D mortuum Iesum, sed quia credunt resurrexisse
Christum. Nam mortuū & paganus credit. Hæc
est laus fidei quia credimus eum resurrexisse, &
speramus nos quoque per eum resurrecturos esse.
Non em̄ ait, si confessus fueris quia eum deus tra
didit ad occidendū; sed si confessus fueris qa deus
eum suscitauit à mortuis, tūc saluus eris. intātum
saluus, inquantum iustus. Quare aūt credimus &
mortuū? Quia credere eum resurrexisse non pos-
sumus, nisi prius mortuum fuisse credamus. Peril
net autē ista confessio præcipue ad martyres, qui
coram tyrannis Christum confitebantur, & pro
eius confessione moriebantur. Nā nostro tempo
re facile est ut quisque Christum uoce confitea-
tur, ideoque uox sola non sufficit sine operibus.
Corde em̄ creditur ad iustitiā, ore aūt *Ysaie. 28*
cōfessio fit ad salutē. Dicit em̄ scriptu-
ra: Omnis qui credit in illum, nō con-
fundetur. Nō est em̄ distinctio Iudęi & *Ioel. 2.*
Græci. Nā idem dns omniū, diues in
omnes qui inuocāt illū. Omis em̄ qcun
que inuocauerit nomē dni, saluus erit.

¶ Vere si resurrectionem Christi credideris, &
ore confessus fueris, saluus eris. nam *corde creditur
ad iustitiam*, sed *ore confessio fit ad salutem*. Hoc est, qui *Habac. 2*
corde credit, habet in præsenti iustitiā, quia iustus
ex fide uiuit: & qui ore confitetur, habet in futuro
salutem. Et idcirco oportet nos esse & iustitiæ me
mores & saluti: quandoquidē in sempiternā iu-

A stitia regnaturi, à præsenti seculo maligno salui fi
eri nō possumus, nisi & nos ad salutē proximorū
nitētes, etiā ore profiteamur q̄d corde gestamus.
Credere em̄ dat salutē, quia iustitiā parit quæ est
causa salutis, si quod cor credit, os confiteatur.
Hoc est enim cōfiteri, dicere quod habes in cor-
de. Si autē aliud in corde habes & aliud dicis, lo-
queris, non confiteris. Noli erubescere de spe tua
in conspectu hominum. Quomodo uiuit in cor
de tuo, habitet in ore tuo: qa non sine causa signū
suū Chīus in frōti nobis figi uoluit tanq; in sede
pudoris, ne christi opprobria Chīanus erubes-
cat. Pax ē ergo in corde habere Chīm, & nolle cō
fiteri dum timet opprobriū. Qui em̄ salutē cupit
habere, debet fidē suā ore proferre, quia ore con
fessio fit ad salutē. Alioquin credulitas cordis nō
dat salutē, q̄uis corde credat ad iustitiā. uere fi-
des ore prolata perducit ad salutē, nā *scriptura di-
cit* in libro Isaiæ: oīs non solū Iudæus, sed & gen-
tilis, *qui credit in illū*, hoc est, in Chm. *non confundet*,
id est, non erubescet in die iudicij, quia salutem
quā credit, consequet. Et uere oīs. Nō *est enim distin
ctio Iudæi & Græci*. i. propheta neq; Iudæū, neq; gen
tilem noīauit: sed in eo qcāit, omnis, ostendit de
utroq; populo, quia quicūq; syncera fide rectisq;
B operibus deo ingemuerit, saluus esse possit. Vere
nō est distinctio. *Nam idem dominus est omniū*, siue Iu
dæoꝝ, siue gentiliū, *diues in oēs*, id est, sufficiens di
tare oēs *qui inuocant illū*. i. qui pia deuotione in se
ipsos uocant illū, p̄parando se dignos tali habita
tore. Illis est diues qui inuocāt, non mō credunt:
quia credere dat remissiōem pctōrum, inuocare
impetrat promissa dei. Orās inuocat, sed hoc nō
potest nisi prius credat. Iure dixi quia est diues in
omnes non in quosdam uel in paucos inuocato-
res suos: quia sicut Ioel testatur, cum gratiæ tem-
pus prænunciat, *omnis quicunque inuocauerit nomen
domini saluus erit*. Nullus excipitur, nulli gra hæc
denegatur: sed omnis Iudæus & gētilis, cuiuscun
que gradus & conditionis sit, quicunq; pijs preci
bus inuocauerit nomen domini, præparans se
dignum ad excipiendum in sui cordis templum
habitatorem deum, saluus erit æterna salute.

Quō ergo inuocabunt in quē non credi-
derunt? Aut quō credent ei quē non au-
dierunt? Quō aūt audient sine p̄dicante?
Quomodo uero p̄dicabunt nisi mittant,
sicut scripiū est, Quā speciosi pedes euan
Ysa. 52. gelizantiū pacē, euangelizantium bona.
Nahū. 1.

¶ Probato quod de utroq; populo assumuntur
qui salui fiant, ostendit quod per missionem ad
utroscq; factam assumuntur: quā qui non recipit,
inexcusabilis est. Quicunque inuocauerit nomē
domini, saluus erit. Ergo oportet credere. Quia
quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Inuoca-
tio, inquit, saluat. Nemo autem inuocat qui non
credit. Nisi enim crediderint, non inuocabunt: &
nisi inuocauerint, non saluabūtur. Hoc maxime
de gentibus dicitur, ne quis Iudæos tantum puta
ret ad fidem uocandos. Quomodo inuocabunt
Christum in quem non crediderunt? Prius opor C
tet ut credant. *Aut quomodo credent ei quem non audie
runt?* Prius enim necesse ē ut ab ore alicuius audi
ant illum. Credere nanq; est ex auditu. Sed *quomo
do audiēt eū sine* aliquo *prædicante?* Necesse ē ut ali-
quis prædicet, à quo cæteri audiant quid credere
debeant. Non enim audient nisi prædicatū fue-
rit. Sed *quomodo* doctores *prædicabunt nisi mittantur?*
Nō possunt prædicare nisi missi fuerint, quia nō
sunt ueri apostoli nisi missi. Et inanis est hominū
conatus, nisi deus missos suos iuuerit. Nec eis an-
nunciādi uirtus ulla subsistit, nisi affuerit illis ipse
qui misit. His dictis refutat Apostolus eos, q̄ ne-
gabant ad incircūcisas gentes mittēdos esse præ-
cones Christi, & ostendit salutem per dei gratiā
omnibus aduenisse. Salus, inquit, est ex inuocati-
one, inuocatio ex fide, fides ex auditu, auditus ex
prædicatione, prædicatio ex missiōe, ut ita totum
descendat ex fonte gratiæ. Omnia ergo nō ex no
bis, sed ex dei gratia sunt nobis; qua p̄missi sunt
prædicatores nostræ salutis, *sicut* in Isaia *scriptum
est: Quam speciosi*, id ē, admirabiliter pulchri, *pedes*,
id est, gressus apostoloꝝ mūdum illuminantiū,
in quo apparet eos à deo missos, qm̄ aliter hoc fa
cere non possent. Speciosi sunt, id est, pulchritudi
ne uirtutum & claritate miraculoꝝ ac prædicati
onis decorati sunt: pedes, id est, incessus apostolo
rū *euangelizantiū*, id ē, bū nunciantiū hominibus
pacem, id est, reconciliationem & concordiam ad D
dm̄, & *euangelizantium bona* regni cælorum.

Sed non oēs obediunt euangelio. Isaias
enim dicit: Domine, quis credidit audi- *Isaiæ. 53*
tui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus *Ioh. 12.*
autem per uerbum Christi.

¶ Apostoli quidem oībus euāgelizant, sed
non omnes obediunt euangelio, ut pœnitentiam
de p̄teritis agentes, & de cætero recte uiuētes, ſtu
deant habere pacem cū deo. Nam cū auditus sit
ex gratia, necessaria est & alia gratia quæ cor mo
ueat: quia nil foris proficit sermo docētis, si deus
intus cor nō tetigerit audientis. Et uere *non omnes
obediunt euangelio*, sed pauci. Nā Isaias uoce prædi
catoꝝ dicit, querimoniam faciens de raritate au-
ditoꝝ: *Domine, quis*, id est, quàm raruꝰ est *qui credidit
auditui nostro*, id est, auditui prædicationis quam à
te audiuimus & eis nūciauimus? Raro ex multis
inuenitur aliquis qui credat. Et qui non credunt,
manifestum est quia non obediūt. Auditui præ-
dicationis crediderūt pauci de multitudine, ergo
fides est ex auditu: quia ex eo quod audiuimus à do
ctoribus, incipimus credere: sed *auditus* est nō per
merita nostra, sed per *uerbum* prædicatiōis *Christi*
quod ab eius gratia doctores perceperint.

Sed dico: Nunquid nō audierūt? Et qui
dem in omnē terram exiuit sonus eorū, *Psal. 18.*
& in fines orbis terræ uerba eorum.

¶ Isaias dicit quod pauci crediderunt, *sed* ego

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dico. *Numquid non audierunt?* Vtiq; audierũt, & ideo inexcusabiles sunt qui non crediderũt. *Et quidem* audire potuerunt non solũ proximi, sed & remotissimi. Nã *in omnem terram exiuit sonus*. i. fama, *eorũ*. i. apostolorũ, *& in fines terræ*. i. in oẽs mũdi terminos in circuitu processerũt ipsa *uerba eorũ*, ut ueritas non solũ per famam audiretur, sed & per ipsa prædicantium dicta cognosceretur. Quod tamẽ ex toto necdum fuerat impletũ, quando scribebat Apostolus: sed uerbis præteriti temporis loquutus est, sicut & propheta quod futurum erat, & ex magna parte iam completum fuerat.

Sed dico: Nũquid Israel nõ cognouit? Primus Moyses dicit: Ego ad ęmulationẽ uos adducã in non gentẽ, in gentẽ insipientẽ, in irã uos mittã. Isaias autẽ audet & dicit: Inuentus sum a nõ qrentibus me, palã apparui his q̃ me nõ interrogabãt. Ad Israel autẽ dicit: Tota die expãdi manus meas ad populũ non credentem, sed contradicentem mihi.

Deut. 32.

Isaiæ. 65.

¶ In oẽs gentes usq; ad orbis terminos processit fama Chr̃iani noĩs. *Sed dico: Nũquid Israel non cognouit* q̃d totus mũdus audiuit? Nõ ignorauit Israel hãc salutẽ, sed cognouit quia posset audisse & cognouisse. Cognouit, quia cõtradicere nõ potuit.

B Sed non uere cognouit, ut in mente eius bñ sederet. Cognouit ad testimoniũ suæ damnationis, nõ in adiutoriũ suæ saluationis. Vere cognouit, qa *Moyses primus* doctor eorũ *dicit* hoc, & oẽs prophetæ post eum similia loquunt̃. Hoc enim innuit in eo qd Moyses nunc primus appellat, quẽ alij sequuti sunt in eodẽ sensu, Moyses uoce dei dicit ut dæis in cantico, dum infidelitatem eorũ pronunciat: *Ego adducam uos ad æmulationem in non gentem*. i. tale quid faciam genti paganorũ, quæ nec gens dicenda est, propter iustitiam idololatriæ, unde uos æmulationẽ, hoc ẽ, inuidiam habebitis. Inuidia nanq; tabescunt Iudæi, dum gẽtes deum eorũ & legẽ atq; ꝓphetas ad se pertinere dicũt. Et ita adducti sunt ad inuidiam in nõ gentem, hoc est, contra gentilem populum, de quo dictum erat,

Isaiæ 40. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram deo. Vel in nõ gentẽ, q̃ cum esset gens, gentilitatẽ credendo deposuit: & facta est nõ gens. i. plebs Christiana per baptismum. Quandiu enim fuerat infidelis, fuit gens: sed in ecclesia dicitur populus ac

1. Pet. 2 quisitiõis. ꝓta, inquit, mittã uos in æmulationẽ in non gentẽ. i. contra conuersam gentilitatẽ, quę si dem apprehendet quã uos respuetis, in gentẽ insipientem. i. contra eandem gẽtilitatem, q̃ dei sapientiam ignorabat, & stultitiã idololatriæ prædicabat. *& mittã uos in iram*, hoc est, in indignationẽ hoc ẽ, permittã uos irasci & indignari. hoc ẽ, tãta bñficia gentilitati tribuã, ut uos inde irascamini. Hoc Moyses dixit, & hanc scripturã Iudæi legũt & legerunt, ideoq; prædicationẽ Chr̃i in gentibus peorbem esse cognoscũt. Hoc Moyses, sed *Isaias audet & dicit*. i. audacius loquit̃ de salute gentium: quia quamuis sciret sibi imminere periculum, audacter tñ uerbũ dei prædicabat. Manasses enim rex, ut Hebræi testant̃, serra lignea post serrauit eum. Sciebat igitur Isaias contemnendũ se esse ab impijs & interficiendum, & tñ abiecto timore prædicabat dei gr̃am, & ex persona chr̃i dicebat: *Inuentus sum a non quærentibus me*. i. sponte me obtuli gẽtilibus, & per fidẽ me ab illis inueniri feci, qui me quærere non nouerãt, nec in scripturis aduentum meũ scrutabantur sicut Iudæi, qui adhuc in libris suis aduentum quærũt & expectant. *palam*, non per ænigmata & figuras, sicut in lege, sed manifesta ueritatis cognitiõe *apparui his* gẽtilibus *qui me non interrogabant* ab alijs, quia interrogare non dedicerant. Ita ad gentes, sed *ad Israel*, carnalem *dicit*: *Tota die*, id est, toto tempore quo cum eis in terra conuersatus sum, illuminãs mundum, *expandi manus*, id est, ampliaui operum meorum beneficia, *ad populum* Iudaicum *non credentem* mihi, & quod peius est, *contradicẽtem*. Conuenienter enim per extentas manus tota die, continuatio bonorum operum intelligitur, ã quorũ intentiõe saluator nunq̃ cessauit, sed infideli populo semper exhibuit, ac sicut nutrix paruulũ expansis manibus excipere paratus fuit. Significãt enim expansæ manus, & parẽtis clementiã suos filios in sinum recipere gestientis. Possunt & largitatem donantis exprimere, quod nihil eis parẽtibus denegauerit, sed roganti leproso mox sanitatem reddiderit, & oculos cæcorũ rogantiũ protinus aperuerit, sicq; cætera petentibus dederit.

C

D

Mat. 8 Luc. 5

CAPVT XI.

Dico ergo: Nũquid repulit deus populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abram de tribu Beniamin. Non repulit deus plebẽ suam quam præsciuit.

¶ Quia tor autoritatibus confutauit Iudæos, ne insultarent eis gentiles, & dicerent eos ex toto esse repulsos, incipit rursum de eorum salute loqui, ostendens nõ omnes esse reprobatos. Commemorauerat enim prophetæ testimonium de prænunciata futura incredulitate populi Israel, Tota die expandi manus &c. Et ne quis male intelligens, uniuersum illum populum crimine incredulitatis & contradictiõis arbitrarẽt esse damnatum, continuo subiecit: *Dico ergo* &c. Hic ostendit quam plebem dixerit utique Israeliticam. Quam si totam deus reprobasset atque damnasset, non utique esset ipse Christi apostolus, ex semine Abraæ & tribu Beniamin. Quia, inquit, dixi populum non credentem & contradicẽtem, ergo dico & hanc quæstionem facio: *Nũquid propter* multitudinem incredulorum & contradicentiũ *repulit deus populum suum*, ut euacuaret promissiones quas patribus eorũ fecerat? *Absit* ut repelleret eum, qui tot milia credentiũ inde elegit. Vere non oẽm populum illũ repulit. *Nam & ego*

A qui hæc loquor, *sum Israelita*. i. sum ex eodem populo Iudæus, non proselytus, *ex semine Abraam*. i. descendens ex Abraã, *de tribu Beniamin*, id ẽ, per lineam Beniamin. Nõ me repulit deus, qui ita sum ex illa gente. Similiter non repulit plebem suam ex Israel, quã præsciuit, id ẽ, prędestinauit. Prædestinatio enim hoc loco significat̃ nomine præscientiæ. *Non repulit*, inquit, *deus plebẽ suam quam præscisci*
uit, id est, ad uitã prædestinauit. Arque ut oñderet dei gratia fuisse relictas Israeliticæ gẽtis reliquias, non meritis operum eorum, sequutus adiunxit ualde necessarium testimonium, dicens:

An nescitis in Elia quid dicit scriptura, quemadmodũ interpellat deum aduersus Israel? Dñe, prophetas tuos occiderũt, altaria tua suffoderũt, & ego relictus
3. Re. 19 **sum solus, & q̃runt animã meã. Sed qd dicit illi respõsum diuinũ? Reliqui mihi septem milia uirorũ, qui nõ curuauerũt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ scdm electionem gr̃æ saluæ factæ sunt. Si aũt gratia, iã nõ ex ope**
B **ribus. Alioquin gratia iam non est gr̃a.**

¶ Inde, inquit, potest uideri quod deus multos sua gratia reseruauit, quos non repulit, quoniam eo tempore Eliæ tam pauci fuerunt, ut ipsi Eliæ nulli uiderentur esse quos non repulerit, & tñ tunc in tanta bonorũ oppressione fuerunt multi quos gr̃a dei reseruauit. Et hoc est, q̃d interrogando dicitad increpationem eorũ, qui totã plebem Israeliticam ã deo repulsam esse putabãt: *An nescitis qd scriptura* tertij libri Regũ *dicit in Elia*, id ẽ, in gestis Eliæ, scil. *quemadmodũ deũ aduersus Israel*, id ẽ, inter se & illos iudicem eũ *interpellat*, & cõtra perfidos prouocat? *Domine*, inquit, *prophetas tuos* præcepto impijssimę reginæ Izabel *occiderunt*, & *altaria tua suffoderũt*, id est, ã fundamento subuerterũt, *& ego relictus sum solus* ex tuis, *& quærunt animam meam* i. me occidere. Quasi dicat: Non debes eis parcere quia tanta mala fecerunt. Ipse sic interpellabat, & se solũ putabat. *Sed qd dicit illi responsum diuinũ?* id ẽ, quid respondet ei dñs? *Reliqui mihi septem milia uirorũ*. Non ait, relicta sunt mihi: aut, reliquerunt se mihi. Vbi non humanũ opus, sed diuina gr̃a patenter ostendit̃. In septem uero milibus uirorũ, pfecta summa uiriter agentiũ exprimit̃: Reliqui, inquit, id ẽ, per gr̃am reseruaui, septem milia uirorũ, quia tunc erãt multi quos deus sibi reseruauerat, quamuis nesciret Elias, q̃m grana latebãt, sub aceruo paleaꝝ. *Qui non curuauerunt genua ante Baal*, id est, non adorauerunt dæmonium, quod adorabat populus Israel sub rege Achab. Vbi
3. Re. 16 omnem populum simul propheta putauerat refutatum, inuenta sunt septem milia uirorum qui permanserunt in testamento dei. *Sic ergo & in hoc tempore* gr̃æ facilius *salue factæ sunt reliquiæ*: hoc est, Quandoquidem ante tẽpus gratiæ deus tot milia ex sua gratia reseruauit contra opiniõem tanti prophetæ: ergo sic, id est, simili modo etiam in hoc tẽpore gratiæ & prædicationis euangelij credẽdum est, multos esse quos deus præsciuit & suos esse prædestinauit, & hoc non secundũ humanum meritũ, *sed secundum electionem gratiæ*, quam nulla operum merita præcesserunt. In hac ergo electione & in his reliquijs est illa plebs, quã propterea deus nõ repulit, quia præsciuit. Præsciuit enim reliquias quas secundum electionẽ gratiæ fuerat ipse facturus, hoc est, prædestinauit. Dixi quia secundum electionem gratiæ sunt saluatæ. Sed *si gratia* saluatæ sunt, *iam ex operibus* eorum processit illa salus. *Alioquin*, id ẽ, si aliter est, *gratia*, id est, gratuitum donũ dei *iam non est gratia*. i. gratuitum donum, sed debitum. Si enim gratia ullis bonis meritis datur, iam nõ gratis dat̃, sed debita redditur. Ac per hoc non uero nomine nuncupatur, ubi merces non imputatur secundum gratiã, sed secũdum debitũ. Si aũt uera est gr̃a, id ẽ, gratuita, nihil inuenit in homine cui merito debeatur. Quod bene intelligitur in eo quod dictũ est, pro nihilo saluos facies eos. Ipsa em̃ dat merita, nõ meritis datur: & præuenit etiam fidem, ex qua omnia bona opera incipiunt. *Psal. 55.*

C

Quid ergo? Quod q̃rebat Israel, non est cõsequutus, electio aũt consequuta est. Ceteri uero excęcati sunt, sicut scriptũ est: Dedit illis deus spm̃ cõpũctionis, oculos ut nõ uideãt, & aures ut nõ audiãt, usq; in hodiernũ diẽ. Et Dauid dicit: Fiat mẽsa eorũ corã ipsis in laqueum & in captionẽ & in scandalũ, & in retributionẽ illis. Obscurẽt oculi eorũ ne uideãt, & dorsum eorũ sp̃ incurua. *Isaiæ. 6.* *Psal. 68.*

D

¶ Quandoquidem non ex operibus, sed gratia dei tantum saluatæ sunt reliquiæ de multitudine Israelitarum, *ergo quid* dicẽdum est? Hoc scilicet, quia *quod quærebant Israel*, id est, iustitiã uel salutẽ, quam quærebat in lege populus Iudæorum, *non est consequutus* per opera legis, sed *electio*, id est, illa pars quæ ex eodẽ populo est electa, *consequuta est* per gratiam, iustitiam & salutẽ. Electio cõsequuta est, sed *cæteri* qui non pertinent ad sortem electionis, *excæcati sunt* iusto dei iudicio, *sicut scriptum est*: *Dedit illis deus*. i. iuste permisit ut illi haberent *spiritũ compunctionis*, id est, spiritum malignum, quo compungerentur & stimularentur ad malũ. Mala enim significat hic compunctionem, quia sæpe fit ut bonum homini sit molestum, ut pharisæis doctrina chr̃i. Et dedit eis iusto iudicio *oculos ut non uideant, & aures ut non audiant, usque in hodiernum diem*, id est, usque ad præsens tempus. Hic enim oculos & aures interioris hominis debemus intelligere, quibus excæcati & surdi effecti sunt, q̃ Christum uidentes in corpore & audiẽtes doctri

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nam eius, neq; credere opibus quæ uidebant, nec obedire uerbo quod audiebant, uoluerunt. Quicunq; enim cum intellexisset, credere noluit id qđ uerũ est, debet cõsequi quod uult, ut de cætero nõ possit credere. In uoluntate ergo sua adiuti sunt, ut quia scientes ueq; dicebant esse falsum, de cætero non intelligerent. Cæci itaq; sunt oculi cordis eoꝝ, ut lucem ueritatis Chri nequeant uidere: &
Isaiæ.29 aures surdæ, ut spirituales scripturarũ sensus non possint audire. Vbi aũt scripta sic hæc sententia, nõ satis apparet. Tũ beatus Hieronymus dicit eã in Isaia scriptã, ubi nos legimus: Miscuit uobis do
Deut.29 minus spũm soporis. claudet oculos uestros. prophetas & principes uestros, qui uident uisiones,
Psal.68. operiet. Ego aũt si aliud quã tantus doctor audeꝛem dicere, magis in Deuteronomio illã inueniri putarẽ, ubi Moyses loquitur: Nõ dedit uobis dominus cor intelligens & oculos uidentes & aures quę possint audire, usq; in præsentẽ diem. Hęc uel Isaias uel Moyses de excęcatione & surditate eoꝝ loquitur. Et Dauid inde dicit: *Mensa eorũ.i.* scriptura q̃ uarijs sententiarũ ferculis cõsueuit eos pascere, *fiat in laqueum.i.* uertaẽ eis in laqueũ ut illaqueet eos. *coram ipsis.i.* uidẽtibus ipsis, ut iniquitatẽ suam agnoscant, & in ea pertinacissime pseuerent: tantu mq; ualeat animi ipsorũ præsumptio, ut coram ipsis laqueus sit & incidant in eũ. Hæc nõ optantis, sed prophecantis sunt uerba: nõ imprecantis
B ut hoc fiat, sed pdicentis qđ hoc fiat. Fiat ergo, quia non potest aliter, nisi ut talibus ista eueniant, esse. Fiat illis mensa in laqueum, ut scriptura male intellecta illaqueet eos, & faciat inhærere literæ, ne ueniant ad Christum & ad euangelium & fiat illis *in captionem*, ut capiat eos & teneat, ne recedere possint à ueritate. & fiat *illis in retributionem*, ut per eam recipiant malos suorũ uicissitudinẽ, i. ęternã damnationẽ. *Obscurentur oculi* cordis *eorum ne uideant*, ut qm̃ sine causa uiderũt, fiat illis & nõ uidere. Et post oculorum obtenebrationẽ *incurua semper dorsum eorũ*, ut posteq; cessauerint supna cognoscere, semper de inferiorb9 cogitent. Qui eñ supnis intendunt, curuum dorsum nõ habẽt: qa erecti stant, dũ spem repositã sibi in cælo expectãt. At uero q futurę uitæ spem nõ intelligũt, iam excæcati de terrenis & infimis cogitãt. & hoc est habere dorsum curuum, quia terrã semp intueẽ qui curuus est. Et tales sunt nunc omes Iudæi, similes scilicet brutis animalibus, q̃ꝝ uultus in terrã pnus est & uẽtri intentus.

Dico ergo: Nunquid sic offenderunt ut caderent? Absit. Sed illorũ delicto salus gentibus, ut illos ęmulenẽ. Quod si delictum illorũ diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium, quanto magis plenitudo eorum?

¶ Quoniam Iudæos autoritate propheꝛæ docuit excæcatos esse & scandalum.i. offendiculum & impactionẽ pedum ptulisse, ne gentiles his uer bis haberent occasionẽ spernendi eos, ingreditur iteꝝ loqui de salute eoꝝ. Quia, inquit, aspere lo- C quutus sum de excæcatione eoꝝ & offensione, ergo ne quis desperet de salute eoꝝ, *dico*, *Nunquid sic offenderunt.i.* pedibus impegerunt, *ut caderent?* .i. ut tantummõ caderent q̃si ad pœnam suam solum. *Absit.* Quasi nõ ceciderunt, qa nec oẽs ceciderunt & quidã ex his qui ceciderunt, Iudæi pdestinatione semper stantes fuerunt, & ex casu cęteroꝝ mundus est erectus. Non eñ irreparabiliter & sine utilitate ceciderũt, sed casus eoꝝ prodest, & ipsi possunt restitui. Absit ut ex toto caderent. Nõ ita ceciderunt, *sed illorũ delicto salus est gentibus*. Ipm eoꝝ lapsum talem esse dicit, nõ ut illi caderent, sed ut delicto suo salutẽ gentibus darẽt. Deinde incipit ex hoc loco Iudæoꝝ populum cõmendare & de ipo casu infidelitatis, ut nõ superbiant gentes, qa etiã casus Iudęoꝝ tam pciosus extitit p salute gentium, sed magis caueãt, ne dũ superbiunt, similiter cadãt. Absit, inqt, ut caderent, sed illoꝝ delicto salus est gentibus. Nõ dixit qa nõ ceciderunt, sed qa illoꝝ casus non fuit inanis: qm̃ ad salutẽ gentium pfecit, dum pdicatores euangelij à se repellerent, & ad gentes migrare facerent. Delicto illoꝝ salus est gentibus, qa propter necẽ saluatoris dispersi, p oẽs gentes gerunt scripturas sctãs, & testimonio nobis sunt, prophetias nos nõ finxisse de Chro, & fidẽ gentium corroborant, Illoꝝ delicto salus est D gentibus, *ut illos æmulentur* Iudæi, hoc est, imitentur. Hoc sæpe factũ est, & plenius fiet in fine seculi, qñ Iudæi christianos sequent in fide Chri. Nam sicut nunc illoꝝ lapsus salutẽ gentibus dedit, ita nunc gentiũ fides & cõuersatio Iudęis æmulationẽ conuersionis cõfert & salutis. Põt etiã intelligi, ut gentes Iudæos æmulent. i. ut credãt sicut & ipi credebãt, ut dei æmulatione cõtra opa eoꝝ mala mouean. Dixi delictũ eorum pdesse. *Quod si*, hoc ẽ, sed si *delictũ .i.* qđ Chm occiderũt, uel ꝟbum pdicationis repulerũt, *diuitiæ sunt mũdi.i.* ditauit mũdum fide & religiosis operib9 & moribꝫ, *& diminutio eorũ .i.* paucitas ad fidẽ cõuersa, hoc ẽ, pauci de eis conuersi, *diuitiæ sunt gentiũ.i.* ditauerũt gentes fide & ꝟtutum pfectione, ac spũs sancti charismatibꝫ, *quanto magis plenitudo eorũ*, q̃ in fine mũdi cõuerte, ditabit mundum? Id est, si malum eoꝝ uertit deus in bonum, hoc ẽ, in diuitias mundi, multo magis bonum eoꝝ, cum in fine multitudo uel plenitudo eoꝝ cõuersa fuerit, ditabit gentes doctrina & exemplo. In q̃ ostendit nec inutilẽ, nec irreparabilẽ casum eoꝝ. Mirabiliter eñ disponit oñia dei sapientia, apud quã nec ipsa delicta, nec lapsus inutiliter cedunt. Nã cum unusquisq; ex ppositi sui libertate delinquat, dispẽsatio diuinæ sapientiæ p hoc ipm, in quo illi dãno suæ neligentiæ pauperes fiunt, alios diuites facit: sicut nunc delictũ Iudæoꝝ ditauit gentes, ut eoꝝ sine labore legis fierent cohæredes & cõcorporales. Põt & ita intelligi quod ait, si diminutio eoꝝ diuitiæ sunt gentiũ, quanto magis plenitudo eoꝝ? Id est, si pauci eoꝝ credentes tantum profuerunt gentibus, ut eas spiritalibus diuitijs replerent, quanto magis si plurimi

A uel omnes credidissent, prodesse illis poterant ad doctrinam? Duobus eñ modis diminutio eorũ uersa est in diuitias gentium: uel quia gentes ab illis paucis sumpserũt exemplum credendi, uel qa cum ipsi pauci credidissent ex Iudæis, uentum est ad gentes, ut maior fieret numerus credentium.

Vobis enim dico gentibus: Quandiu quidẽ ego sum gentiũ apostolus, ministerium meũ honorificabo, si q̃ modo ad æmulandũ prouocem carnem meã, ut saluos faciam aliquos ex illis.

¶ Dixi quia plenitudo eoꝝ conuerteẽ. Bñ eñ poterunt cõuerti. nã & ego pro cõuersione eorũ laborabo. *Vobis enim dico gentibus*, qui mihi specialiter estis cõmissi. *Quandiu quidem ego sum apostolus gentiũ*, qđ semp sum donec uiuo, *honorificabo ministerium meũ*. Gentiũ sum apostolus, non Iudæorũ, et rõ & hoꝝ minister. Et quandiu sum apostolus gẽtium, ad q̃s specialiter missus sum, honorificabo .i. honorabile faciam ministeriũ meum p conuersionẽ Iudęoꝝ. Quia cum sim positus ad pdicandũ gentibus, non solum illis pdicabo, sed etiam ut Iudæi conuertant laborabo. In quo honorabile mi
B nisterium meum facio, superaddendo ultra q̃ debeo. Ille uero ministerium suũ reddit honorabile, qui quicquid sibi præceptum est & plus facit. Ille uero qui minus & remissius q̃ debet operat, ministerium suũ uituperabile reddit. honorificabo inquã ministeriũ meũ, tentans *si quo.i.* aliquo *modo prouocem carnẽ meam.i.* Iudæos, ex quoꝝ gñe uenio, *ad æmulandũ.i.* ad imitandũ me, si quocũq; mõ talẽ me exhibeã, ut illi me æmulent & desiderẽt tales eẽ. Si hac nõ potero uia, aggrediar alia. i. nũc docẽdo, nũc exhortãdo, nũc scribẽdo, nunc bona exẽpla mõstrando, nũc orãdo, nũc miracula faciẽdo, tẽtabo si aliq̃ modo prouocare possim ad æmulãdũ me eos, q sunt caro mea, ut & in spũ mihi fiãt ffes, *ut* ita *saluos faciam* saltẽ *aliquos ex illis*.

Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi, quę assumptio nisi uita ex mortuis?

¶ Ideo laboro ut aliquẽ ex illis ad fidẽ conuertam, qa utilis erit eorũ conuersio. Nã *si amissio illorũ .i.* quod deus propter infidelitatem amisit eos, & reliquit in manu hostis antiqui, *est reconciliatio mundi.i.* causa ut gentes de toto mundo recõciliarent creatori suo, *quæ erit assumptio.i.* qđ deus assumet eos in fine seculi qui tũc erunt, *nisi uita ex mortuis?* Si huius gentis abiectio reconciliationẽ præstitit mundo, & tanta fuit in hac gente gratia, q̃ sublata ab ea, mundũ uniuersum deo recõciliare sufficeret, quantũ putamus tunc deum misereri mundo, cũ gens ista reconciliari meruerit deo? Et quid sit qđ ex reconciliatiõe Israel mũdus adquirat, breuiter oñditur. i. uita ex mortuis. Tunc eñ erit assumptio Israel, q̃iam mortui uitã recipient, & mundus ex corruptibili incorruptibilis fi- C et, & mortales immortalitate donabunt. Absurdum nanq; uidet, si quum offensio eoꝝ recõcilationem mũdo donauerit, assumptio eoꝝ nõ magis aliquid mundo & præstãtius largiat. Assumptio eoꝝ erit uita ex mortuis. *Quod.i.* sed, *si delibatio eoꝝ, sancta est, & massa*. Ne dicatis, inqt, fieri nõ posse ut multitudo eoꝝ assumatur, quasi totũ genus sit repudiatũ. quia si delibatio. i. pauci de illis assumpti, ut apostoli & alij discipuli, si illa delibatio sancta est, tunc & massa (.i. gens tota) põt sanctificari. Ostendit per simile, quia sicut illi pauci qui tempore apostolorum conuersi sunt, dulces fuerunt, sic erit & multitudo quæ in fine conuertetur. Nam sicut delibatio alicuius panis est dulcis & bona, similiter & ipsa massa quæ remanet, dulcis esse credenda est & bona. Est enim delibatio, parua ex aliqua re assumptio ad experimentum totius massæ, ut ex cibo uel potu. Sed si delibatio sancta est, & massa: quia sapor sanctitatis, qui in paucis primis inuentus est, inuenietur & in multitudine nouissimoꝝ: *& si radix* est *sancta.i.* patriarchæ, à quibus trahunt humorem fidei tunc *& rami* sancti sunt, qui de gñe eoꝝ excreuerunt.

Q̃ si aliq ex ramis fracti sunt, tu aũt cũ oleaster esses, insertꝰ es ĩ illis, et socius radicis et pinguedinis oliuę factꝰes, noli gloriari aduersꝰ ramos. Q̃ si gloriaris, nõ tu radicẽ portas, sed radix te.

¶ Sancti sunt & rami. *quod.i.* sed *si aliqui ex ramis fracti sunt.i.* ab arbore sanctæ plebis dei p superbiam & infidelitatẽ excisi, noli gloriari. Putata est oliua, nõ amputata, & inde supbi rami fracti sunt ipse blasphemꝰ & impius populus Iudæoꝝ. Mã serunt tñ rami boni & utiles. nã inde apostoli & multi alij. Et cũ ibi rami utiles relicti essent p dei miam, insertꝰ es & *tu* gẽtilis, *cũ esses oleaster.i.* agrestis & sterilis naturaliter, *insertus es in illis.i.* aliena operatione coniũctus radici in loco illoꝝ. Illi enim amiserũt radicẽ, tu tenes eã. Huius eñ arboris radix Abraã & Isaac & Iacob, vñ efloruit populus dei. Et isti nũc sunt in requie apud deũ in honore magno. Videamꝰ quẽadmodũ & ipse dñs prænũciet & insertionẽ oleastri & fractionẽ ramoꝝ: Multi, inqt, uenient ab oriente & occidẽte. Tã late terrã occupauerat oleaster, amara sylua & sterili. *Matt.8.* Sed q ueniũt, iã præcisi sunt de sylua. Vbi inserendi sunt ne aresc̃at? Et recũbent, inqt, cũ Abraã & Isaac & Iacob in regno cælorꝝ. Et qd erit de illis, quibus erat plena arbor? Quid nisi quia præcident & arescent ut isti inserantur? Filij, inquit, regni ejicient in tenebras exteriores. Hoc itaq; commemorat Apostolus factum, quod dñs prædixit faciẽdum. Si, inquit, aliqui ex ramis fracti sunt. i. aliqui ex filijs à sanctitate & promissione patrum abscissi, ut arescant & comburantur. sed tu cum esses oleaster, insertus es in illis, id est, operatione diuinæ pietatis in loco ipsorum plantatus, & *factus socius radicis*, id est, patriarcharum in fide & moribus, *& pinguedinis oliuæ*, id est, spiritalis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gratiæ fructiferi populi Hebræorū ante aduentū dñi, nunc fractus es socius & particeps, *noli gloriari aduersus ramos* fractos .i. noli insultare malis aliorum. Gentes em̄ iam in christum credentes, erigebant se cōtra Iudæos, quia crucifixerant Christū, cum & de ipsis ueniret alius paries ad angularem lapidem, & ideo reprimit illas Apostolus: Noli, inquiens, gloriari aduersus ramos. Q̄d. i. sed *si gloriaris* aduersus eos, scito quia *non tu radicem portas*, quæ est in patriarchis & prophetis, & sustines, *sed radix te*. i. non tu fundamentū & sustentatio es radicis, sed radix tui. Gens illa nihil à te, sed tu ab illa fidem habes. Non es stabilis, si illos per quos stas, destruis.

Dicis ergo: Fracti sunt rami ut ego inserar. Bene. Propt̄ incredulitatē fracti sunt, tu aūt fide stas. Noli altū sapere, sed time. Si em̄ deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.

¶Quoniam dixi aliquos ex ramis fractos, te uero cū esses oleaster, insertum loco ipsorum, *ergo* propter hæc uerba mea *dicis* mihi: *Fracti sunt rami* ob hoc *ut ergo inserar* loco fracturæ ipsorum. Et ad hoc increpatiue tibi respondeo, quia *bene* dicis.

B Quod est dicere: Nō bene dicis, quia iactanter dicis, & falsum dicis. *Fracti sunt* enim *propter incredulitatem suam*, non propter insertionem tuam: sed *tu fide stas* in radice, de qua sunt præcisi. Nullis em̄ tuis meritis fidei insertus es gratis, ne putes quod personam tuam deus acceperit, & illos sine causa proiecerit. Dei est em̄ beneficium, non meritum tuum. Fide em̄ stas. i. non merito tuo, sed gratia dei. Neq; enim propter iustitiā tuam uel meritū tuum fracti sunt rami, sed propt̄ infidelitatē suā. Suo uitio fracti sunt, & inde tibi prouenit opportunitas salutis nō propter te, sed porpt̄ dei misericordiā. Et ideo *noli altū sapere*. i. superbire noli qa insertus es, *sed time* ne frangaris p̄ infidelitatē aut superbiā, sicut illi fracti sunt, qa in Christum credere noluerunt, qui semper in illa radice & in illa arbore prædicatus est. Et ideo fracti sunt inde, q̄ in eum uenientē non crediderūt: & tu insertus es ibi, quia in eum credidisti. Noli ergo altū sapere, id ē, noli extolli, sed time ne gratiā quā accepisti,
1. Ioh. 4 perdas. Time nō seruili timore, quē charitas ex-
Psal. 18. pellit: sed timore casto, qui permanet in seculū seculi. Illo enim timetur, ne incidatur in tormentū supplicij; isto aut̄, ne dimittat̄ gratia bñficij. Illo mens pœna terretur, nō iustitia delectat̄: isto anima timet ne amittat gratiam, per quam in ea factum est ut eam non peccare delectet, timens ne deus eam deserat, etiam si nullus dolorū cruciatibus puniat. Hic timor castus est, nec eū ejicit charitas, sed ascisc it. Itaque noli altum sapere, sed time isto time: quia qui altum sapit, & ideo non timet, utiq; pernicioſe nō timet. Timor, uirtutum custos est: securitas ad lapsum facilis. Time ascendere, time eradicari. Nam *si deus naturalibus ramis non pepercit*. i. illis qui secundum patrum suorum
C instituta fuerunt in hac fidei radice, & de hac patriarcharum stirpe naturaliter originē ducebant, timendum est *ne forte* contingat ut *nec tibi placeat*. Putas enim quod tibi aduentitio parcat, si eum offenderis, qui nec naturalibus pepercit? si eos ob culpam incredulitatis percussit & fregit, caue ne & te percuciat & conterat.

Vidi ergo bonitatē & seueritatē dei. In eos quidē qui ceciderunt, seueritatē: in te aūt bonitatē dei, si pmāseris in bonitate. Alioqui & tu excideris. Sed & illi si nō pmāserint in incredulitate, inserētur. Potēs ē em̄ deo iterū inserere illos.

¶Q̄n quidem iusto dei iudicio fracti sunt rami, tu uero sola dei gr̄a ipsorū loco insertus es, *ergo uide*. i. considera & attende ex una parte *bonitatem* diuinæ pietatis, qua donant̄ peccata conuersis, et ex alia *seueritatem dei*. i. districtā iustitiam, q̄ frāgit infidelis superbia naturalium ramorū. Salubriter enim non solū bonitas, sed etiam seueritas dei ut detur, qm̄ & amatur utiliter deus, & timetur. Et Apostolus gentilem populū, ut in fide stabilis firmusq; pmaneat, præcepto monet & exemplo terret. Vide, inquit, piam bonitatē & rectam seueritatem dei, dū alios misericorditer eligit, alios iuste repellit, & per utrūq; discc humiliari. *In eos quidem* ramos *qui* fracti *ceciderūt*, uide *seueritatem* iustæ
D percussionis, sed *in te* qui loco illorū misericorditer insertus es, agnosce *bonitatem* gr̄æ *dei*, *si tamen permanseris in bonitate*, ut bonis operibus humiliter insistas usq; in finem. *Alioqui*. i. nisi permanseris & perseueraueris in bona & religiosa conuersatione, *& tu excideris* ab arbore gentis sanctorū, in qua es insertus. Notandū quod hi qui ex propria oliua deciderūt, fracti dicūtur: hi uero qui ex oleastro inseruntur, si iterum peccauerint, non frangendi, quod utiq; esset leuius, sed excidendi asseruntur. In quo acrior profecto dei seueritas demonstratur, si cum esset oleaster, ex peccatorum sylua collectus est, & ad radicem fidei atq; sanctitatis adductꝰ, postea amaros malitię succos proferat. Si, inquit, bonus esse desieris, tu q̄q; excideris à bona radice. Nec solum tu, si ad malitiā redieris, excidium patieris, *sed* etiam *illi inserentur* sicut tu iā insertus es *si non pmanserint in incredulitate*. Quod bene potest fieri. *Potens est enim deus iterū* p̄ fidem reuocare *illos* ad radicem suam & *inserere*.

Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturā insertus es in bonam oliuā, quanto magis hi secundum naturam inserentur suæ oliuæ.

¶ Vere potest deus iterū illos inserere, qui potuit te. Nā *si tu excisus es* ferro uerbi dei *ex naturali oleastro*. i. ex agresti gentilitate in qua natus eras, *& contra naturā insertus es in bonā oliuam*. i. in fructiferam plebē dei, *quanto magis hi scm̄ naturam*, id ē, sub lege nati, & per legem docti cultum dei, *inse-*

A *rentur suæ oliuæ*. i. unientur suæ plebi. Cōtra naturam insertus es in oliuam, quia oliua solet in oleastrū inseri, non oleaster in oliuam. Nā quisquis hoc fecerit, nō inueniet fructum nisi oleastri. Q̄d em̄ inseritur, hoc crescit & eius rei fructus. Sed deus omnipotentia sua fecit, ut oleaster in radice oliuæ insereretur, & nō syluestres baccas, sed oliuæ fructū daret. Id enim cōtra naturam dixit, quod est cōtra consuetudinē naturæ, quam notitia humana comprehendit, ut oleaster insertus in olea, non oleastri baccas, sed oliuę pinguedinem ferat. Deus aūt creator & conditor oīm naturarū, nihil contra naturam facit. Id em̄ non incongrue dicimus deum contra naturā facere, quod facit cōtra id quod nouimus in natura. Hinc enim etiam appellamus cognitum nobis cursum naturæ. Contra quem deus cū aliquid facit, magnalia uel mirabilia nominantur. Contra illam ꝙ summā naturæ legē a notitia remotam, siue impioꝝ, siue infirmorum, tam deus nullo mō facit, q̄ contra seipm non facit. Populus itaq; gentilis excisus est de oleastro. i. de ritibus sterilium gētium, & insertus est in bonā oliuā. i. unitus per fidē patriarchis, ut fructū oliuæ faciat contra naturā. i. contra institutiones patrū suoꝝ, qm̄ idololatria & huiusmōi opera gentibus exusu sunt natura. Nomen aūt oliuę
Iere. 11. ex libro Ieremiæ sumptū est, ubi Israeliticæ plebi
B dictū est: Oliuam huberē, pulchram, fructiferam, speciosam uocauit dñs nomen tuum.

Nolo em̄ uos ignorare fratres mysterium hoc, ut nō sitis uobis ipsis sapientes, qa cæcitas ex pte cōtingit in Israel, donec plenitudo gentiū intraret, & sic oīs Israel saluus fieret, sicut scriptū est: Ve
Isaie. 59 niet ex Sion qui eripiat & auertat impietatē a Iacob. Et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum.

¶Dixi quia fracti rami inserentur suæ oliuę. Et uerū est, quia interim quidā, & in fine plenitudo eorū inseret. Quod uolo uos scire, ut in spe salutis eorum gaudeatis. Nam *nolo uos o fratres ignorare hoc mysterium*. i. secretum diuini iudicij sacramentum, *ut non sitis uobis ipsis sapientes*. i. ne putetis uos uestro iudicio & ingenio id posse discutere, uel ne superbiatis de uestra electione & illorū abiectione. Qui enim secundū deum sapit, in beneficijs dei non insultat abiectis, sed cum timore gratias agit misericordiæ largientis. Non uobis, sed deo fitis sapientes, ut nō uobis, sed deo militet uestra sapientia. Hoc mysteriū diuini consilij nolo ut ignoretis, *quia cæcitas contigit in Israel* nō ex toto, sed *ex parte*. i. Israelitæ cæcati sunt, nō oēs, sed quidā: hoc est legis defensores, legis tractatores, legis doctores, legis intellectores autorem legis ignoraverunt & crucifixerūt. Ipsa est cæcitas quæ ex parte cōtigit in Israel, ut crucifigeretur Christus. Ignorauerunt em̄ Iudæi, & crucifixerunt. Ita contigit in eis cæcitas, māsura in ipsis *donec plenitudo gentiū*
C *intraret* ad fidē, *& sic*. i. postq̄ plenaria gentiū multitudo conuersa esset, *omnis Israel* æmulando gentes *saluus fieret*, credēs in Christū prædicante Elia. Terminus enim cæcitatis Israel erit, ubi plenaria multitudo ex omnibus gentibus ingressa fuerit: quia tunc Iudæi qui inuenti fuerint, credēt, & lumen oculorū mentis recipient ad prædicatiōem Eliæ & Enoch. Salus fiet Israel accepta Christi gratia *sicut scriptum est* in Isaia: *Veniet ex Sion*. i. nascetur Christus ex populo Iudæorum, speculante à
Isaiæ 59. lōge futurā salutē & humani gn̄is redemptionē. Sion nanq; speculatio dr̄. Veniet inquam ille, *qui* cum quadā ui *eripiat impietatem a Iacob*. i. infidelitatem ab eis, de quorum stirpe nascet̄. Quod fit interim, quia uix aliquis conuertitur ex illis: & in fine *auertat*, quia tunc facile. Cultus Iudæorū à pastoribus domini est impietas. Et hanc impietatem ab illis, qui de Iacob crediderunt, eripuit Chr̄us quadā difficultate, uidelicet multis prædicationibus & signis, & multis nouæ gr̄æ præconibus. Hoc christus in eis, qui tempore suo uel apostolorum ac deinceps crediderunt, fecit: & adhuc quotidie in his, qui ex eodem populo fidem suscipiunt, & cum magno labore conuertunt̄, facit. Et plenius auertet ab eis impietatē, qui per Eliam & Enoch auertentur ab infidelitate & idolatria, ne Antichristum ut deū recipiant, sicut gētes. Et *hoc testamentum*. i. firma & stabilis promissio, ait dñs, com-
D plebit *illis a me*, scil. ut impietas ab eis auertat̄ per Christum, *cum abstulero peccata eorum* in baptismo. Hoc est, tūc per Christi mei gratiam auertetur ab eis iniquitas, cum per eiusdem christi sanguinem deleuero peccata eorum. Hæc sententia sic legit̄ in Isaia: Et uenerit Sion redemptor, & eis qui rede unt ab iniquitate in Iacob, dicit dominus, hoc est fœdus meum cum eis, dicit dominus. Nam quod in translatiōe nostra dicitur, Venerit Sion redemptor, Apostolus ait, Veniet ex Sion qui eripiat. Et quod additur, Et auertat impietatem à Iacob. Et quod sequitur, Hoc est fœdus meū cū eis, ipse interpretatus ē, Hoc illis à me testamētū. & autoritate apostolica addidit, cū abstulero pcta eorū.

Secundum euangelium quidem inimici propter uos, secundum electionem autem charissimi propter patres. Sine pœnitētia em̄ sunt dona & uocatio dei.

¶ In fine conuertētur, sed modo sunt inimici. Superius em̄ cū diceretur, quia cæcitas ex parte cōtigit in Israel, partuit qa pars illius populi excæcata ē, & pars fidei lumine illustrata. Q̄d ideo accidit, quia alij ex ipsis facti sunt inimici Christo, & alij charissimi. *Secundū euangeliū quidem* sunt *inimici*. i. secundū ǒd euangelij noua prædicatio euacuare uidetur circumcisionē & sabbatū & carnales legis ceremonias. Et sunt inimici *propter uos*, q̄ ad fidem susceptī estis: quia inde grauiter sunt irati, ǒd uos ad dei cultū estis adducti. Vel propter uos. i. ut uobis locus intrādi fieret, pmissi sunt ad inimicitias erumpere. Secundū euangelium qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dem inimici sunt propter uos, quia eorum inimicitia qua occiderunt Christum, euangelium (sicut uidemus) sine dubitatione profecit. Et hoc ex dei dispensatione uenit, qui bene uti nouit etiam malis, non ut ei prosint uasa iræ, sed ut ipso illis bene utente prosit uasis misericordiæ. Est ergo in malorum potestate peccare. Vt aũt peccando hoc uel hoc ex eorum malitia sequatur bonum, non est in eorum potestate, sed diuidentis tenebras & ordinantis eas, ut hinc etiam quod faciunt cõtra uoluntatem dei, non impleatur nisi uoluntate dei. Tãta quippe ab inimicis Iudæis aduersus Iesum manus dei & consilium prædestinauit fieri, quãta necessaria fuerant euangelio propter uos. Ita secundũ euangelium sunt inimici propter uos, sed *secundũ electionem* alij ex ipsis sunt *charissimi*, nõ propter merita sua, quia gratis sunt electi, sed *propter patres* quibus ista sunt promissa. Secundũ electionem, quę facta est de ipsis secundum gratiam, non secundum debitum, i. secundum hoc quod deus elegit illos ab æterno, sunt charissimi propter patris, i. propter cõplendas promissiones patrum, scilicet ut deus compleret in filijs, quod patribus eorum promiserat. Iure dico, scẽm electionem, non secundum opus eorum, quia dona dei spritalia, quæ suis fidelibus tribuit, & uocatio qua uocat eos ad fidem, sunt sine pœnitentia eorum, qm̃

B misericordia dei prẽuenit omnem bonam uoluntatem eorum uel actionem. Nec requirit diuina gratia in baptismo gemitum uel planctũ uel aliquod opus eorum, nisi solam fidem, sed omnia gratis cõdonat. Hoc ideo dicit, ne putent illos nõ posse accipere misericordiam, qa eos dolere non uident. Vel ita potius: Secũdum electionem sunt electi propter patres, quoniam̃ dona uirtutum q̃ deus præbet electis, & uocatio qua uocauit eos ab æterno, sunt sine pœnitentia eius. i. sine mutatione stabiliter fixa sunt, sine mutatione cõsilij eius permanent. Nam quia omnes pœnitentes mutare solent illud, unde pœnitentiam agunt, pœnitentia pro mutatione, ut causa pro effectu poni consueuit. Vnde scriptura testat dominum pœnituisse quod constituisset Saul regem, & dixisse de his, quos in diluuio erat deleturus, Pœnitet me fecisse eos. *Sine pœnitẽtia* ergo *sunt dona*. i. pmissa dei
1 Reg. 15 gratuito facta, *& uocatio* ab æterno: quia nõ mutabit deus uocationis uel largitionis suæ sententiã,
Gene. 6 sed quos ante mundi cõstitutionem in prædestinatione sua elegit, hos fructum boni operis afferre faciet tempore suo, & fructus eorum manebit:
Ephe. 1. Psalm. 1 nec eum nisi manentem uitæ huius inueniet finis, quia perseuerantiã habebunt in benefactis. Non enim uocatione illa uocati sunt, de q̃ dictum est,
Mat. 20 Multi uocati, pauci electi: sed illa, qua soli uocantur electi, qui intus audiunt à patre & discunt, & ueniunt ad filium. Istorum nemo perit, quia ome
Iohã. 18. quod dedit ei pater, non perdit ex eo quicquam. Quisquis ergo inde est, omino non perit, nec erat inde qui perit. Propter quod dictum est: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum.

C Sicut em̃ aliquãdo & uos nõ credidistis deo, nũc aũt misericordiam cõsequuti estis propter illorũ incredulitatẽ, ita & isti nunc nõ crediderunt in uestram misericordiam, ut & ipsi misericordiam consequant̃. Conclusit em̃ deus omnia in incredulitate, ut omniũ misereatur.

¶ Vere cum plenitudo gentium ingressa fuerit, tunc omnis Israel saluus erit, quamuis mõ sint inimici. Nam *sicut*. i. qua ratione *uos* scilicet nec causam superbiæ haberetis, *aliquando*. i. longo tempore plus quàm isti, *non credidistis deo*, quod hoc ualuit, ut mõ humiles credatis, sed *nunc*. i. nup siue tempore gratię *consequuti estis misericordiam propter incredulitatem eorum*, quæ aliqua causa est uestræ misericordiæ, *ita*. i. eadem ratione *& ista*, ne postea cum fuerint cõuersi, habeant materiam in lege gloriandi, *nunc* in tempore gratiæ *non crediderunt* uenientes *in uestram misericordiam, ut & ipsi* in fine humiliati *misericordiam consequantur*. Hoc est, sicut uos gentes quondam nõ credistis deo, nec tamen idcirco penitus reliquit uos deus, præsertim cum in uocatione temporis Israel nunquam excluſi sitis, sed D semper uobis in proselytis ianua patuerit reuertendi, & aliq̃n plenam misericordiam ad ultimũ consequuti estis, occasio tamen cõferendæ in uos misericordiæ & populi incredulitas extitit, ita etiã hi qui nunc de populo Israel non crediderunt, & pro incredulitate sua derelicti sunt, ut ad nos dei misericordia flecteretur, non usq̃ quaque derilinquentur in incredulitate sua: sed postquã plenitudinis gentium fuerit impleta dispensatio, etiam ipsi misericordiam consequentur: & quotidie patet eis ostium misericordię, si conuerti uoluerint. Cum enim misericors deus gentes traxit, iratus Iudæam repulit. Actumq; est ut sicut dudum ad percipiendã fidem gẽtilitas fuerat obdurata, ita post modum ad fidem gentilitate susceptа, Iudæa perfidiæ torpore durescеret. Hæc itaq; sententia Apostoli primũ quidem de uocatione Iudæorum & repulsione gentium subtiliter est prolata, ideo ita de utrisq; actum est, quia *deus conclusit*. i. concludi permisit *omnia* i. Iudæos & gentes *in incredulitate*, ut incredulitas cõcluderet eos ac detineret, quoniam aliter ex superbia ruerent, *ut omnium*. i. Iudæorum & gentium *misereatur*, nõ quod nullum damnaturus sit, quod quidẽ falso opinati sunt. Omnium itaq; miseretur uasorum misericordiæ. Quid est omnium? Et eorum scilicet quos ex gentibus, & eos q; quos ex Iudæis prædestinauit, uocauit, iustificauit, glorificauit. Deficiente em̃ ab utrisque fide, nisi iudicium suũ potestas diuina differret, uniuersitas hominum sententiam damnationis excideret. Sed in misericordiam ira translata est tunc præcipue, qñ nemo poterat de suis meritis gloriari. Considerans igitur Apostolus tantas diuitias bonitatis dei, & tam magnum opus sapiẽtiæ eius erga rationales creaturas, qui tantum dies est in

misericordia, & cuius tanta est bonitas & patientiæ longanimitas, dum immensitatem carum cordis oculis intuetur, repente stupore simul & pauore percussus exclamat, subiungens:

A O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientię dei. Quam incomprehensibilia sunt
Sapien. 9 Isaiæ. 40 iudicia eius, & inuestigabiles uię eius:
1. Cor. 2. Quis em̃ cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuet ei? Quoniam ex ipso & p ipsum & in ipso sunt omia. Ipsi gloria in secula seculorum, amen.

¶ Nã quia superius multa posuerat, unde quæstiones istæ possent fieri, quare Iacob elegit, Esau uero reprobauit, & cur alios indurat alijs; misereтur, & quare prius Iudæos q̃ gentes elegit, & post saluatoris aduentum quare Iudæos populũ suum reprobauit & gentes assumpsit, rursum; circa finẽ seculi cur omnẽ Israel saluabit, & multitudinẽ gentium perire sustinebit, ne quis inde q̃reret solutionem, und nunq̃ peruenireтur ad finem, prorumpit in admirationẽ, in qua illa non esse humanis sensibus intelligibilia ostendit. Ne

B quis em̃ quæreret, quare sic saluanť, cum multi alij modi saluationũ sint, hoc non posse sciri per admirationẽ innuit Apostolus: O, inquit, altitudo &c. ac si dicat: Hic standũ est, hic humana ratio deficit: nec secreta diuinæ sapientiæ penetrat, ut intelligere possit cur ita diuinitus agať de singulis, ut isti eliganť & illi reprobentur, & nunc Iudæi, nunc gentiles ad fidẽ ingrediant̃. Nam o quanta est altitudo diuitiaꝝ sapientiæ & scientiæ dei, q̃ secreto cõsilio suo sic disponit omnia, ut seruata
Sapien. 8 unicuiq; arbitrij libertate, & mala alioꝝ uertat alijs in bonũ, & per incredulitatẽ aliorum operetť alioꝝ salutem. Tãta est hæc altitudo, ut exuperet omnẽ sensum, quia educit sup omnia in obscuritatẽ omnem intellectũ & oẽm rationem. Et hæc altitudo est diuitiaꝝ sapientiæ & sciẽtiæ dei: magnus em̃ habet diuitias sapientia & scientia eius, q̃ nouit omia & sapienter disponit omia. Sapientia de diuinis & spũalibus dicit, scientia de humanis atq; corporalib9. Est em̃ sapientia in deo & de ipo & de angelis, atq; de oĩbus supcælestibus creaturis, qm̃ has prẽter ipm deum nemo pfecte cognoscit. Neq; em̃ uel ipsi angeli seipsos pfecte cognoscũt, inquantũ deus illos perfecte intelligit usq; ad plenũ. Scientia quoq; de omibus humanis & miũ danis rebus est in eo perfecta. Per hãc sapientiã & scientiã gubernat & disponit ipse sapiẽter omia ce lestia & terrena, licet nos abscõditas causas operę eius ignoremus. Iuxta beatũ Gregoriũ, publica sapientiæ supernæ sunt opera, cum omipotens deus regit quos creat, pficit bona q̃ inchoat, & aspirando adiuuat quos uisitationis suæ lumine illustrat. Cũctis etenim liquet quia ipse pficit q̃d ipse ex munere suæ begnitatis inchoauit. Secreta uero sapiẽtię supernæ sunt opa, cum deus quos creauit, deserit: cum bona q̃ præueniendo cœpat nequaq; prosequẽdo cõummat: cũ claritate nos suę C illustrationis illuminat, & tñ permissis eranis tentationibus, tenebris cæcitatis pulsat: cum dona q̃ cõtulit, minime custodit: cum & mentis nostrę ad se desideria excitat, & tñ occulto iudicio difficultatẽ nostræ imbecillitatis angustat. Quæ nimirũ secreta eius sapientiæ pauci ualent inquirere, sed nullus inuenire. Quia quod sup nos de nobis ab immortali sapientia nõ iniuste disponiť, iustum pfecto est ut à nobis adhuc mortalibus ignoreť. Sed hæc ipsa sapientiæ illius secreta cõspicere ut cuniq;, iam incomprehensibiliratis eius est potentiã uidere: quia dũ in ipsa consiliorum eius inquisitione deficimus, deficiendo uerius discimus quẽ timeamus. Ad hæc igiť sapientiæ illius secreta se extendens Aplus, ait: O *altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei*. Mira est em̃ celsitudo tantaq; diuitiarum diuinæ sapiẽtiæ & scientiæ, quã nihil latere põt uel effugere: sed ipsa uno intuitu cõspicit omnia, & uirtute suæ oẽmpotentiæ cõtinet uniuersa. O *quam incomprehensibilia sunt iudicia eius*. i. dispositiones de omnibus rebus, *& inuestigabiles uiæ eius*, per quas ambulat in cũctis operibus suis. qm̃ iudicia eius, quibus unãquanq; animam atq; omnẽ naturam rationalẽ dispensat, penetrare nemo sufficit: nec uias eius quibus, quidẽter incedit, inuestigare quispiam ualet. i. nec hõ, nec angelus. Valde ergo D paruũ sensum habemus ad discutiendã iustitiam iudicioꝝ eius, ad discutiendã gratiã gratuitã nullis p̃cedentibus meritis, non inquam q̃ non tam mouet, cũ præstať indignis, q̃ cum æque indignis alijs denegať. Vię aũt eius inuestigabiles illę sunt, de quib9 in Psalmo canit: Vniuersæ uiæ dñi misericordia & ueritas. Misericordia igiť & ueritas *Psal. 24.* eius inuestigabiles sunt: quia cuius uult misereť, non iustitiæ, sed misericordiæ gratia: & quẽ uult obdurat, nõ iniquitate, sed ueritate uindictæ. Per has em̃ uias uenit ad oẽs: & inuestigari non põt, cur ad hũc ueniat p uiam misericordiæ, ad illũ uero p uiam ueritatis uel iustitiæ. Nulla em̃ creatura p̃scrutari ualet, cur ipse misereať huic potius q̃ illi. Vere sapiẽtia & scięntia eius est mirabilis, & iudicia eius incomprehensibilia. Nã *quis cognouit sensum domini* in sapientia & scientia? Id est, quis pfecte nouit secreta sensus illius? qs arcanoꝝ mentis eius fuit consciusť Nullus. *aut quis consiliarius eius fuit* in dispositione rerũ, cuius cõsilio aliq̃d ageret, uel q̃ eius cõsilium sciret? Nullus. Hic uersus ex libro Isaiæ sumptus est, cuius autoritate p̃bat Apostolus nõ debere talia inuestigari ab hoĩbus, q̃ etiam propheta se ignorare demonstrat. Si quis nouit cõsiliũ alterius, & p hoc nouit quod ipse cõsultus .i. interrogatus sibi dedit, uel quia q̃d ille inuenit, sibi reuelauit. Quare nulli datur occultũ dei consilium, cum ipse nec aliquẽ consuluerit, nec inuentũ alicui reuelauerit. Nã sicut sensus eius non põt cognosci, ita consiliũ eius non põt sciri. Quis fuit consiliarius eius? *aut quis prior dedit* illi quicquã, & p hoc *retribuetur* ei ab ipso? Nullus, quia ipse prævenit omnes. Hoc probat inuestigabiles esse uias

Universidad de Deusto
Biblioteca

A eius, quia cum sit initium omnium bonorum, in-
uestigari nō potest cur ipse aliis gratiā suā gratui-
to munere tribuat, & aliis non tribuat, sicut cerni-
mus factū in Iacob & Esau. Quis prior dedit illi,
& retribuetur ei? id est, quis prior fecit aliquid bo
ni sine deo, cuius bonitatis est etiā quod sumus &
uiuimus? Nullus em̄ deum meritis antecessit, ut
tenere eum quasi debitorem possit: sed ipse pote-
rius omnes (ut dictum est) sua gratia præuenit, ut
subsequi possint eorum bona opera. *Quoniam ex
ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia.* Et ipsum igitur
initium fidei nostræ ex ipso est, neq; enim hoc ex-
cepto ex ipso sunt cætera. Ex ipso sunt oīa, i. bo
na uolūtas & bona actio & omnes naturæ. Neq;
enim ex ipso sunt pctā, quæ naturaliter subsisten
tia non sunt, sed bene cōditam substantiam uiti
ant. Ex ipso autem, non hoc significat qđ, de ipso.
Quod em̄ de ipso est, potest dici ex ipso: non aūt
omne quod ex ipso, recte dicitur de ipso. Ex ipso
enim cælum & terra, quia ipse fecit ea: non autem
de ipso, quia non de substantia sua. Sicut aliquis
homo si generet filium & faciat domum, ex ipso
filius & ex ipso domus: sed filius de ipso, de terra
domus & ligno. Sed hoc ideo, quia homo est, qui
non potest aliquid etiam de nihilo facere. Deus
B autem ex quo omnia, & per quē omnia, & in quo
omnia, nō opus habet aliqua materia, cui ipse non
fecerat, adiuuari potentiam suam, & ideo cuncta
fecit de nihilo. Ex ipso, pōt intelligi ex patre om-
nia: & per ipsum, per filium omnia; & in ipso, in
spū sancto omnia. Per has prępositiones, Ex, Per,
In, ostendit diuersitas personarū. Per idem prono-
men quod est, ipse, designat identitas substantiæ,
dum dicitur, ex ipso, & per ipsum, & in ipso. Nec
solum eadem substantia patris & filij & spūs san-
cti, sed & æqualitas p hoc demonstrat, & tota tri
nitas omnia creasse & cōtinere declarat. Et ideo
ipsi gloria in secula seculorū, amen. Dicēdo ter, ipsum,
distinxit (ut diximus) personas: & subiungendo,
ipsi gloria, non diuisit substantiam. Possumus &
absque personarum distinctione hæc de eodem,
qui est trinitas, intelligere. Sic em̄ exponit Ambro
sius: Quid est ex ipso? Quod ipsius uoluntate na-
tura omnium sit, & ipse sit autor omniū quæ esse
cœperunt. Per ipsum, quid est? Quia per ipsum in
stitutio & perseuerantia omnibus impertita uide
tur. In ipso, quid est? Quia omnia admirabili quo
dam desiderio & inenarrabili amore autorem ui
tæ & ministratorem gratiæ suę ac munerisintuen
tur, secundum quod scriptum est: Oculi omniū
Psa.144 in te sperant, & aperies manū tuam, & implebis
omnem animam bona uoluntate. Et quoniā ita
sunt ex ipso, & per ipsum, & in ipso omnia, idcir-
co ipsi gloria in secula. Illi autem nolunt ut sit ipsi
gloria in iustificandis impijs gratuita gratia, qui
eius ignorantes iustitiam, uolunt suam constitue
re, ut sui meriti præcedat aliquid, quasi priores
uolentes dare ut recribuatur eis ab illo, & sua
putantes præire merita ad illum ex quo omnia.

CAPVT XII.

OBsecro itaq; uos fratres p̄ misericor
diam dei, ut exhibeatis corpora ue
stra hostiā uiuentē, sanctam, deo placen C
tem, rationabile obsequium uestrum. Philip.

¶Ab hoc loco incipit moralis admonitio post
tractatum legis & fidei, ac naturam Iudaici popu
li & gentilis. Cum enim per omnem textum hu-
ius epistolæ in superioribus docuisset Apostolus,
quomodo à Iudæis ad gentes, à circumcisione ad
fidem, à litera ad spiritū, ab umbra ad ueritatem,
ab obseruantia carnali ad spiritalē religiōis sum-
ma trāslata fit, & hæc ita futura propheticis ostē
disset uocibus designata, iam nunc spiritales ob
seruantiæ huius, ad quam cultus dei ritum docu
it esse translatū, aggreditur mores, & statuta san
cire, & ad bonam uitam utrunq; simul populum
monere. Hucusq; enim ostensum est, ne alter ad-
uersus alterum superbiret; nunc ut alter de alteri
us utilitate laboret, quasi dicat: Hactenus uitia ex
tirpaui, nunc itaque uirtutes plantare disposui.
Et ideo obsecro uos o fratres &cæ. Vel ita conti-
nuatur ad proximum: Quandoquidem ex Deo
sunt omnia, & ex gratia eius habemus quicquid
boni habemus, *ita q; obsecro uos fratres*, id ē, quod
rogo, fraternitas exigit. Non per potentiam im-
pero, nihil enim proficit legis imperiū: sed quasi
qui officium susceperim reconciliandi uos Deo,
obsecro *per misericordiam dei*, i. per misericordiam
uobis à deo factam. Quia enim omnes sub pecca D
to concluſi sunt, nō iam meritis hominū, sed mi-
sericordia dei salus humana consistit. Ad quam
misericordiā pertinet & sacrificiū, quo se quisq;
deo mactat extinguēdo uitia: qa & in seipsum ia
cit mām; sicut scriptū est, Miserere aīæ ruæ placēs
deo. Et ideo per misericordiā rogat Apost. exhi-
beri corpora hostiam. Obsecro, inquit, *ut exhibea-
tis*, id est, offeratis *corpora uestra hostiam uiuentē*. Ho
stia quippe & immolatur & uiua est, quando &
ab hac uita homo non deficit, & tamen se à carna
libus desideriis occidit. Hostia enim occiditur ut
offeratur. Sed hostia uiuens est, corpus pro domi
no afflictum. Quod & hostia dicitur, & uiuens,
qa uiuit in uirtutibus, & est à uitijs occisum. Ho
stia uidelicet, quia iam huic mundo est à prauis
actibus mortuum; uiuēs autem, quia cūcta quæ
prævalet, bona operatur. In lege corpora bruto-
rum animalium hostia mortua, sed in euange-
lio corpora hominum offeruntur hostia uiua.
Tunc hostia occidebatur, ut homines causa pcti
subiecti, mortui offendentur: nunc qui à pcto
sunt liberi, uiua offertur in signum uitæ æternæ.
Quienim membra sua mortificant ab incentiuo
libidinis, & actus corporis sui deo placitos ha-
bent, hostiam uiuentem offerunt, & legem sacri
ficiorū, qui in Leuitico lata est, spiritaliter com-
plent. Sic exhibite corpora ura, hostiam uiuen-
tem, *sanctam*, i. á peccati contagio mundam, & *deo
placentem*, i. uirtutum meritis acceptabilē. Et *obse-*

A *quium uestrū* in dei cultū exhibete *rationabile* ut ra-
tionabiliter oīa faciatis, nec sit quicq; in actio-
nibus obsequij qđ deo impendatis, unde rationē
reddere nō possitis. Vel rationabiliter, i. cum dis-
cretione facite oīa, ne quid nimis aut impru-
denter agatis, sed cuncta moderate & sapienter.
Ephesi. 5 Et nolite conformari huic seculo, sed
1 Thes. 4 reformamini in nouitate sensus uestri,
ut probetis quæ sit uoluntas dei bona
& bene placens, & perfecta.

¶Ita uos ipsos sacrificium facite. *Et nolite confor-
mari huic seculo*, i. nolite formam huius seculi uobis
imprimere, ut similes efficiamini huic seculo ne-
quā, *sed reformamini*, i. rursum formamini ad ima-
ginem dei, q̄ in uobis per pctū deformata est, ut
incipiat illa imago ab illo reformari, à quo for-
mata est. Nō em̄ reformare seipsam potest, sicut
potuit deformare. Ab ea deformitate, qua per cu
piditates seculares cōformamini huic seculo, re-
formamini nunc in nouitate sensus uestri, ut sen-
sus mentis uestræ semp igne charitatis ut aurum
innouetur. Sicut gñalis prohibitio est in lege, Nō
concupisces; & gñalis iussio est, Diliges: ita nunc
Exod. 20 apud Apostolum prohibitio est, Nolite confor-
mari huic seculo: iussio autem, sed reformamini
in nouitate sensus uestri. Illud pertinet ad nō con
B cupiscere, hoc ad diligere; illud ad continentiam,
hoc ad iustitiam; illud ad declinandū à malo, hoc
ad faciendum bonū. Nō concupiscendo enim, ue
tustate expoliamur: & diligēdo nouitate indui-
mur. Reformaī autem sensus uester per exercitia
sapientiæ & emundationē uerbi dei, ac legis eius
intelligentiam spiritalē. Et quanto quis quotidie
ex scripturaū proficit lectione, tanto altius intel-
lectus eius ascendit, tantoq; semp & quotidie ma
gis nouus efficit, & sēdm hanc pulchritudinē re-
formaī ad imaginem dei. Iustitia enim cum in no
bis est, uel quælibet uirtus qua recte sapienterq;
uiuit, interioris hoīs pulchritudo est. Et anima q̄
se refert ad deum, ut igne amoris eius accēsa, for-
mam concupiscentiæ secularis amittat, ei tanq;
incommutabili formæ subdita reformatur, hinc
ei placens, quod ex eius pulchritudine acceperit.
Reformamini, inquit, *in nouitate sensus uestri, ut pro
betis quæ sit uoluntas dei*. Nisi enim à dño renoua-
tus sit sensus noster & dei sapiētia illuminatus, p-
bare nō potest quæ sit uoluntas dei. In multis em̄
putatur esse uoluntas dei, & non est: ubi errant &
falluntur, qui sensum non habēt diuinitus refor-
matum. Probetis quæ sit uoluntas dei *bona* in his
qui bona inchoant, *& bene placens* in his qui per-
seuerāt, *& perfecta* in his qui cōsummant. Vel bo-
na, quantū ad coniugatos: bene placens, quantū
ad continentes: perfecta, quantum ad uirgines.

Dico em̄ per gratiā q̄ data est mihi, oī-
bus q sunt inter uos, nō plus sapere q̄
oportet sapere, sed sapere ad sobrieta
tem, & unicuiq; sicut deus diuisit men

surā fidei. Sicut enim in uno corpore C
multa membra habemus, oia aūt mem
bra non eundem actū habent: ita multi
unum corpus sumus in Christo, singu
li autem alter alterius membra.

¶Voluntatē dei q̄ in præceptis eius est, probe-
tis, ut scīm eam recte uiuatis. nam dico uobis, i.
præcipio ne inscrutabilia eius arcana discutere p̄-
sumatis. *Dico enim per gratiam quæ data est mihi* i. per
apostolatum gratis mihi datum, *omnibus qui sunt
inter uos, non plus sapere*, i. non plus inuestigare de
mysterijs q̄ *oportet sapere*. Dat intelligi, fuisse quos
dam inter eos, qui se intromittebāt de illis quæ-
stionibus quas superius denotauit, & conabanē
rimari illa secreta dei. Quos nunc apostolica au-
toritate corrigit, dicens eis, non plus sapere, i. nō
plus inquirere de occultis dei, q̄s oporter, id ē, q̄s
ad fidē & religiosos mores pertinet: *sed sapere ad
sobrietatem*, ut mens eoīū non inebrietē, ut sensum
perdat nimietate sapiētiæ, dum in his quæ supra
uires humanæ ratiōis sunt, se immerserit, sed mo-
derato intelligentiæ poculo sobria sit. Obedien-
dū ualde ē huic præcepto. Si em̄ pro uiribus suis
alatur infans, fiet ut crescendo plus capiat. Si au-
rem uires capacitatis suæ excedat, deficiet ante q̄s
crescat. Et ideo non est supra modum exquiren D
da sapientia, sed in huiusmodi inquisitionibus ser
uanda est temperantia. Vel quod ait, non plus sa
pere quām oportet sapere, sed sapere ad sobrieta-
tem, hoc est quod supra dixerat, Nolt altū sape-
re, sed time. Videt em̄ adhuc superbientes ramos Rom. 11
oleastri insultare ramis, qui de bona oliua fracti
sunt: sed ideo præcipit eis non plus sapere quām
oportet, id est, non plus de se sentire quām expe-
dit, nō plus de se gloriari propter causam alioī.
Superbia enim semper sibi uidetur esse sapiens,
& ideo plus quām oportet sapere, hoc est, super-
bire. Dico, inquit, omnibus qui sunt inter uos, nō
supra modum sapere, sed ad sobrietatē, *& unicuiq;*
dico sapere *sicut diuisit deus* singulis *mensuram fidei*:
quia deus unicuiq; mensuram dedit fidei, ut ab
alio minus, ab alio amplius haberet, & unicui-
que pro modo suæ perfectionis propria mensu-
ra compleretur. Vel sapiat unusquisque sicut ei
deus dimisit mensurā fidei, id est, intelligat unus-
quisq; quæ in eo sit mensura gratiæ dei, quā con-
sequi meruit per fidem. Interdum enim accipit
quis à deo, ut sapiat in officio uisitandi infirmos,
aut erga misericordias pauperū, aut erga uidua-
rum aut pupillorum defensionem, aut erga hos-
pitalitatis solicitudinem. Hæc ergo singula diui-
sit unicuiq; deus secundum mensuram fidei. Sed
nisi is, qui accepit gratiam ut de uno aliquo hoī
saperet, intellexerit mensuram gratiæ sibi datæ,
sed uoluerit præsumere de sapientia dei, de uer-
bo doctrinæ, de profundioris sciētiæ ratione, in
qua gratiam non accepit, & non tam discere q̄s
docere quæ nescit, iste cū minus sapiat, plus uult
sapere quām oportet. Non enim sapit ad sobrie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tatē, ut custodiat qūo deus diuisit unicuiq; mensuram fidei. Vel ut euidentius adhuc de his Apostolus adsignet, introduxit exemplū & dicit: *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autē membra non eūdem actū habent, ita multi unū corpus sumus in Christo. singuli aūt alter alterius membra.* Ordinatissime enim tali exemplo cōponit oīe corpo ecclesiæ. Sicut, inquit, membra corporis singula quæq; proprios habent actus, & officijs suis unū, quodq; membrū deseruit, nec tñ possibile est ut non consensu mutuo sibi inuicē cedant, sic in ecclesia quæ est corpus Christi, diuersos singuli habemus actus. Verbi grā: Alius studet sapiētiæ & uerbo doctrinæ, & est oculus in hoc corpore; alio est studiosus auditor uerbi dei, & est auris huius corporis: alius ad uisendos decumbentis & requirendos tribulatos & eruendos in necessitatibus positos est impiger, & ē corporis ecclesiæ pes. Et ita inuenīt unusquisq; erga unū aliquod officium specialius operam dare. Nec tñ unum debet sufficere, sed sēm formam propositi exempli. sicut uerbi gratia, oculus speciale officium habet ut uideat, unum tñ est ex omnibus & in oībus membris, & cū singulis agit omnia, & cū ipso singula quæq; agunt oīa: ita & qui per grām fidei unum aliquod donum speciale meruerit, illud quidem principaliter administrat, in omnibus uero actibus alioꝝ habeē & particeps. Et hoc est quod dicit: Vere diuisa est unicuiq; mēsura fidei, & diuersa sunt dona fidei, nam ita est etiam in cæteris donis grāe. Sicut eñ in uno &c. Vel ideo mensurate diuisit deus donum fidei, quia multi unū corpus sumus: & ideo oīa necessaria sunt dāda, sed nō uni mēbro, ut nec ecclesia indigeat. & sit subseruiēdi materia, ut sit mutua dilectio, dū alter opus habet altero. Sicut enim corpus nostrū est unū, & in ipso multa habemus membra, ita unum est corpus Chri quod ē ecclesia, & in ipso sunt multi fideles quasi uaria mēbra, quia multi unū corpus sumus in Christo. Nullus reiicitur maior uel minor. Et sicut in corpore humano non omnia mēbra habēt eundē actū, sed diuersa diuersos, & non oīa habent omnes actus in se, sed per alia supplentur: eodem modo in ecclesia singuli quiq; nostrum sumus membra alter alterius, ut inuicē seruiamus. Sicut enim manus seruit oculo, oculus pedi, sic in ecclesia oīum seruitus debet esse communis. Nos multi per diuersa dona uel opera sumus unum corpus per unitatē charitatis & cōcordiæ in Christo, sed singuli sumus membra alter alterius. i. alijs seruientes & alijs indigentes, ut hoc mō charitatis inter nos uinculo coniungemur, quoniā singuli indigemus, & quod huic in seipso deest, suppletur per alium.

Habentes autē donationes, sēm gratiam quæ data est nobis, differentes.

¶ Singuli sumus membra, alter alterius, non uno quidē modo, sed *habentes* diuersas *donationes* spiritalium munerum *differentes* ab inuicē *secundum gratiam, quæ data est nobis* à deo; quia secundū quod unicuique deus dedit gratis, habet iste hoc donum & ille aliud. C

Siue prophetiam secundum rationem fidei: siue ministerium, in ministrādo: siue qui docet, in doctrina.

¶ Nunc differētiam donationum incipit exponere, ac uelut diuersoꝝ membroꝝ actus enumerare. Et quasi oculis uisum, ita menti quæ interior est oculus, prophetiæ adsignat mysterium. Et alij tanquā manui officium ascribit, & alij tanquam linguæ doctrinā tribuit. Simili modo & cætera diuidit. Singuli sumus inuicem membra, ad hoc habentes dona differentia, *siue* habentes *prophetiam*. i. futurorum uel quorumlibet occultorum manifestationem, membra sumus aliorū, ut illis prophetemus, ut quemadmodum oculus alijs membris, & nos alijs fidelibus per prophetiam seruiamus præuidendo illis futura, quatenus ad euitanda imminētia mala reddamus illos cautiores. Nos dico, habentes hanc prophetandi gratiam *secundum rationem fidei*, ut nihil extra fidei regulam loquamur aut sapiamus. Vel secundum rationem fidei, quia prout credentium siue auditorū exigit capacitas seu salus, datur gratia prophetiæ. A prophetia incipit enumerare spiritales donationes, quia credētes accepto spiritu sancto, D mox prophetabāt. *Siue* habētes *ministerium* ut diacones, ut ministremus sacris altaribus, *in ministrando* sumus membra aliorum, pro quorū utilitate ministramus. Vel ministeriū, ut terrena alimenta sanctis ministremus, in ministrādo sumus eorū membra. *Siue* ille *qui docet* ignorantes, *in doctrina*. i. in exhibitione doctrinæ fit membrum eorum.

Qui exhortatur, in exhortādo: qui tribuit, in simplicitate: qui præest, in solicitudine: qui miseret, in hilaritate. Dilectio sine simulatione.

¶ Qui *exhortatur* alios ut faciant bonum quod ipsi nonfaciunt, sed sciunt & negligunt, *in exhortādo* sit membrū eoꝝ. *Qui tribuit* de suo alijs, *in simplicitate* sit membrū eoꝝ. i. si nihil repetat ab illis quibus dedit, sed tm̄ à deo qui remunerator est omnium bonoꝝ. Vel qui tribuit indigentibus, in simplicitate cordis hoc faciat, hoc ē, ne uideatur manibus bō facere indigentibus, & corde laudē quæriat ab hominibus. Simplicitas excludit hypocrisim. Qui eleemosynā tribuit, faciat hoc in simplicitate supernæ intentionis, non in duplicitate p̄sentis & futuræ gloriæ. *Qui præst* fratribus uel ecclesiæ, *in solicitudine* præsit, ut solicitꝰ uigiler sup custodiā gregis sibi cōmissi: nō in solicitudine humanaꝝ causarum, aut secularium rerum, hæc enim solicitudo abijcienda est ab his qui ecclesiæ præsunt, sed in huiusmodi solicitudine, qualē habebat Apostolus, gerens solicitudinem omnium ecclesiarum. Qui ergo præest ecclesiæ, talem habere solicitudinē debet, & illam aliam secularem habere oīno nō debet. *Qui miseretur, in hilaritate hoc faciat*; hoc est, qui misero pie compatitur,

A impendens illi bñficium misericordiæ, in hilaritate mentis hoc agat, quia hilarem datorē diligit
1.Cor.9 deus. Qui eñ res suas prærogat, si infidelis sit & receptuꝝ se desperet, contristat̄ tanq; qui eas perdidit. Qui uero cū fide & spe hoc agit, in hilaritate & lętitia hoc agit, certus qđ pro paruis magna recipiet, & insuper æternā consequet uitā. Opera eñ misericordiæ non ob aliud fiunt, nisi ut à
Matt. 5. miseria liberemur, iuxta illud: Beati misericordes, qm̄ ipsi misericordiam consequent. Quod cō
Iacob. 2. tra Iacobus ait: iudiciū sine misericordia illi qui non facit misericordiam. Nā quia in multis offendimus oēs, suggerit opus misericordiæ tanq; quotidiana medicina quotidianis, etsi leuioribꝰ, tñ uulneribus. Misericordia uero multiplex est, scil. peccanti ignoscere, oppresso subuenire, esurientem pascere, nudum uestire, & similia facere. Et ideo qui misereť, in hilaritate hoc faciat, ut ex hilaritate uultus & animi gratum magis fiat bñficium eius tam deo, q̄ hoībus. Iam dixerat, Qui tribuit, in simplicitate: & nunc dicit, Qui misereatur, in hilaritate. Et utriusq; sententiæ forsitan uidetur unum opus esse, non tñ & operis ipsius affectus. Aliud est eñ dare intelligenti, aliud affectum misericordiæ cum indigēte partiri. Et aliud
B est simplicitas, aliud hilaritas: qm̄ simplicitas duplicem excludit intentionē, hilaritas oñdit fretū animum spe cælestium præmioꝝ. *Dilectio* quoq; *sine simulatione* sit in uobis. Oīs dilectio quæ nō est secundum deū, simulata est & non uera: quia creator animæ deus idcirco ei cum cæteris uirtutibus etiam affectum dilectionis inseruit, ut diligat deū & ea quæ uult deus. Cum ergo hoc opus dilectionis deus in anima dederit, quicunq; aliud dilexerit quàm deum & quæ deo placent, charitas in eo ficta & simulata dicēda est. Sed & si quis proximum suum diligat, & cum errantem uiderit, non commoneat nec corrigat, simulata charitas ista dicenda est. Et ideo nihil adulatorium, nihil fucatum habere charitas debet.

Odientes malū, adhęrētes bono, charitatē fraternitatis inuicē diligentes, honore inuicē p̄uenientes, solicitudine nō pigri, spiritu feruentes, dño seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes,
Heb.13. oratiōi instantes, necessitatibus sctōrū communicātes, hospitalitatē sectātes.

¶ Sitis *odientes* omne *malum*, & *adhærentes bono*. Odit malū, qui non solum nō uincitur uoluptate, sed etiam odit opera uoluptatis. Et adhæret bono, quē nulla tentatio nullaq; aduersitas separare ualet à bono. Et ita debetis ex ordine proficere, ut primū oderitis & in uobis & in alijs oīe malum: deinde firmiter adhæreatis bono, ne unquā diuellamini ab eo. Sitis *diligentes inuicem charitatem fraternitatis*, id est, amate inter uos fraternā charitatē, diligite & habere studete ipsam dilectionem, quæ uos mutuo fœderat ut fratres. Iste erga illum, & ille erga istum diligat hanc charitatem fraternitatis & seruare studeat. Et sitis alij C
alios *inuicem præuenientes honore*, ut unusquisq; festinet aliū magis honorare, q̄ honorari ab illo, & maiorem ei reuerentiam exhibere, sibiq; illū præferre, & ille similiter huic faciat. Sitis etiam *solicitudine nō pigri*. i. & soliciti corde & impigri opere, ut & de uestra aliorumq; salute sitis soliciti, & q̄d ad salutem pertinet, agere nō sitis pigri. Sitis etiā *spiritu feruentes*, ut etsi actu semper implere nō potestis quod pie desideratis, spiritus tñ igne charitatis ferueat in uobis, ut nihil remissum, nihil tepidum sit in uobis. Sitis etiā *domino seruientes*, ut nulli uitiorum seruatis, sed dño, cui seruus uitiorū seruire non potest. Dño seruite, ut quicquid boni feceritis, ad dñi gloriam referatis: & quicquid pro eius amore proximis feceritis, ei uos facere credatis. Sitis *spe* cælestium bonorum *gaudentes*, ut non respiciatis ea quæ uidentur, sed expectetis ea quæ non uidentur. Sitis & *in tribulatione patientes*, ut patienter propter cæleste præmium toleretis oēm tribulationē, ut nec conturbemini ira, uel odio contra persequutorem, neq; murmuretis contra deum. Et ut possitis aduersa patienter sustinere, sitis *orationi instantes*, ne deficiatis in tribulatione. In quo enim non sufficit humana fragilitas, auxilium dei orationibus implorandum D
est. Sitis *necessitatibus sanctorum* uestra bona *communicantes*, id est, honeste & decenter non quasi eleemosynā indigentibus præbētes, sed censum uīm quodam mō cum ipsis habentes cōmunem. Sitis & *hospitalitatem sectantes*, non solum uenientes ad domum uestram hospites susc̄ipiatis, sed etiam sectemini ac perquiratis eos ubiq;, ne forte in plateis alicubi sedeant, ne extra te.um iaceant.

Benedicite persequētibus uos, benedicite, & nolite maledicere. Gaudere cū gaudētibus, flere cū flentibus. Idipsum inuicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

¶ *Benedicite persequentibus uos*. i. bona illis orate qui mala uobis fecerint. *benedicite* illis *& nolite maledicere*, id est, nec saltem uoluntatem maledicendi habeatis in corde. Remouet eos à cōmuni consuetudine, dum prohibet aduersarijs maledicere. Et quia graue & uelut intolerabile erat eis hoc præceptum, quo iussit persequentibus benedicere, ideo reperit ut magis mentibus ingerat, & ut benedictio eius sit absq; maledictionis admixtione, dicens: Benedicite, & nolite maledicere. Scriptura uero sacra duobꝰ modis maledictum memorat, aliud uidelicet quod approbat, aliud qđ damnat. Aliter enim maledictum profertur iudicio iustitiæ, aliter liuore uindictæ. Maledictū iu- Gen.11.
dicio iustitiæ profertur, sicut Abraæ dicitur: Maledicā maledicentibus tibi. Rursum, quia maledictum liuore uindictæ promitur, Apostolus nūc admonet: Benedicite, inquiens, & nolite maledicere. Deus ergo maledicere dicitur, & tamen ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ledicere homo prohibetur: quia quod homo agit malitia uindictæ, deus non facit nisi examine & uirtute iustitiæ. *Gaudere* subaudiri debetis, *cum gaudentibus* de spiritali profectu, *& flere cũ flentibus* de spiritali detrimẽto. Non enim quibuscunq; gaudijs gaudia nostra sunt socianda, nec quibuscũq; fletibus lachrymæ nostræ iungendæ. Neque em præceptum habemus, ut cum illis qui de acquisitione pecuniæ uel huiusmodi rebus gaudẽt, gaudeamus. sed potius cum illis, qui spe supernorũ bonorum gaudent, uel de accepta remissione & gratia spiritus sancti lætantur, & de similibus bonis. Similiter nec cum illis flere iubemur, quos flere facit tristitia seculi, quæ mortem operatur: sed cum illis potius, qui pro suis uel aliorum peccatis flent, aut qui non desiderio uitæ æternæ seu quibuslibet causis huiusmodi fundunt lachrymas. *Idipsum sitis inuicem sentientes*. i. quod iste sentit, idipsum sentiat ille, ut nulla dissensio sit inter uos, sed unanimis cõcordia. uos dico *non alta sapientes*, id est, non in corde tumentes, non superbientes, *sed humilibus consentientes*, id est, uoluntati humilium adquiescentes, ut uos quoq; sitis humiles. Cõsentientes sitis eis, quod non fit ore, sed corde: quia tunc uera humilitas est, cũ non est in sola lingua.

Prou. 3. **Nolite eẽ prudẽtes apud uosmetipsos.**

B Id est, nolite prudentiam uobis arrogare. Qui enim sibiipsi prudens esse uidetur, hic cum arrogantia stultus est. Nec potest ueram sapientiam dei scire, qui suam stultitiã quasi sapientiã colit. Qui ergo apud seipsum prudens est, apud deum

2. Cor. 8. prudens esse non potest, qm̃ scientia inflat.

Nulli malum pro malo reddentes.

Qui enim malum pro malo reddit, aut simile peccatum, aut grauius facit. Nam ille qui malum prior intulit, non sensit forsitan malum esse quod fecit. Qui autem malũ reddit, eo ipso qd' ad ulciscendum motus est, probatur sensisse malũ esse quod reddidit. Et ideo nullus se uindicet, ne deterius quàm hostis eius peccet.

Prouidẽtes bona non tantũ corã deo, sed etiam coram omnibus hominibus.

¶ Sitis *prouidentes bona*. i. prouida discretione

2. Pet. 3. cõsiderantes, ut ea quæ feceritis sint bona, *non tantum coram deo*, qui uidet cõscientiam: *sed etiã coram oĩbus hominibus* fidelibus & infidelibus, qui uident actionẽ, ne possint eã reprehendere. Prouidenda sunt enim bona coram cunctis hoĩbus, nõ ut placeamus singulorum uel uitijs uel moribus, ne simus contrarij sentẽtiæ, qua dicitur: Si adhuc ho-

Galat. 1. minibus placerem, Christi seruus non essem. Sed qui uitæ suæ & morum actuum q; libram sic tenet, ut non possit ab ullo homine reprehendi, iste bona coram omnibus hominibus prouidet, siue illis placeant quæ bona sunt, siue non placeant. Et ideo prouidendum est, ne ex bonis nostris fiat hominibus scandalum, sed bonum exemplum. Sunt enim nonnulli qui non curant quicquid dicatur de eis, dummodo ipsi intentionem bonam habeant. Sed qui salutem proximi negligit, crude C lis existit.

Si fieri potest, quod ex uobis est, cũ omnibus hominibus pacem habentes.

¶ Sitis *habentes pacem cum omnibus hominibus*, *si* Hebr. 12 *fieri potest*, quia difficile ẽ ut fiat, *quod* tũ *est ex uobis*, id est, habere pacem, cum oĩbus nõ remanet à uestra parte, qa uos erga nullũ pacẽ uiolatis. Vel si bonũ quod à uŕa parte ẽ, uidelicet obseruatio iustitiæ, põt fieri ut non impediat ab ullis hoĩbus, sitis habentes pacẽ cũ cunctis hoĩbus. iuxta beatũ uero Gregoriũ, direxit Apostolus hoc p̃ceptum ad rectores ecclesiæ. Hortaturus em ut pacẽ cũ oĩbus haberẽt, præmisit dicens, si fieri potest: atq; subiunxit, quod ex uobis est. Difficile quippe erat, ut si male acta corriperent, habere pacem cũ omnibus possent. Sed cum tẽporalis pax in prauorum cordibus ex nostra increpatione consumitur, inuiolata necesse est in nostro corde seruetur. Recte itaq; ait, quod ex uobis est. Acsi diceret: Quia pax ex duarum partium consensu subsistit, si ab eis qui corripiuntur, expellitur, integra tamen in uestra qui corripitis, mente teneatur.

Non uosmetipsos defendẽtes charissimi, sed date locũ irę. Scriptũ ẽ em̃: Mihi uindictã, & ego retribuã, dicit dñs. Deut. 32 D

¶ Dico, pacem habeatis, si fieri potest, cum oĩbus, *non defendentes uosmetipsos charissimi*, si quis uos aggressus fuerit, id est, non percutientes eum qui uos percusserit: *sed date locum iræ*, id est, sinite iram persecutoris in uobis expleri. Ille enim dat locum iræ, qui aduersarium permittit facere quæ uult. Vel ille dat locum iræ, qui iram superbientium humiliter fugiendo declinat, non se contra acceptas contumelias erigens, sed de loco pia humilitate recedens. Vel date locum iræ, id est, iudicio dei. Non præcipit ut nolint uindicari, sed ut nosipsi uindicantes, demus locum iræ dei, qui dixit: Mihi uindictam, & ego retribuam. Nec em̃ propter exaturandum odium desiderant sancti uindictam, quod ab eorũ perfectione longe est. Nam iustus quisq; magis cupit inimicum suum corrigi quàm puniri. Et cum in eum uidet à domino uindicari, non eius delectat pœna, quia non eum odit: sed diuina iustitia, quia deũ diligit. Sic quippe inimicus diligitur, ut nõ displiceat dei iustitia qua punitur. Et sic placet iustitia qua punitur, ut nõ de malo eius, sed de bono iudice gaudeatur. Ait itaq;: Non uosmetipsos defendẽtes charissimi, sed date locum iræ. Ac si dicat: Quid opus est uosipsos uestras ultũ ire iniurias, qui nec corda hominũ nosse, nec agnita eorũ scelera tranquillo ualetis aĩo iudicare? Quin potius q̃d in uos peccatur, quasi fratribus & proximis ex corde remittite, ut & uobis deus uestra peccata remittat, scientes quia si corrigi uoluerint, eos socios bonos habebitis: sin aliter, rectius diuino iudicio, qd' errare non potest, sicut nec irasci põt, quàm uestro damnabuntur. Et uere iudicium eius debetis exo-

A pectare, *scriptum est enim* in Iezechiele. Nã ubi nos Iezec. 9. legimus secundum Hebraicã ueritatẽ, Appropin quauerunt uisitationes urbis, Septuaginta interpretes transtulerunt, *Mihi uindictã, & ego retribuã, dicit dñs*. Et ideo patet Hebræos qui Romæ credi derunt, habuisse in autoritate translationem Septuaginta interpretum, iuxta quã Apostolus eis profert testimoniũ. Nõ em̃ proferret eis testimonium ex scriptura, quã nõ reciperẽt. Ob hoc, inquit, dũm expectate, quia ipse sicut scriptũ est, dixit: Ego retribuam mihi uindictã. i. omia mala q̃ uobis irrogantur, mihi fiunt, licet sim impassibi lis: sed ego uindictam pro his retribuam, puniens æternaliter eos qui temporaliter uos affligunt.

Prou. 25 **Sed si esurierit inimicꝰ tuus, ciba illũ: si sitit, potũ da illi. Hoc enim faciẽs, carbones ignis cõgeres sup̃ caput eiꝰ. Noli uinci a malo, sed uince in bono malũ.**

¶ Non defendas te ab aduersario ut referias eum, & malũ illi pro malo reddas, sed potius bonum illi pro malo rependẽ, ut iuxta Salomonis præceptum, *si esurierit inimicus tuus* pascas *illum*, *si sitierit*, potes illũ. Et quare? quia *hoc faciens, congeres*

B *super caput*, id ẽ, accumulabis super mentẽ *eius carbones ignis*, id est, feruentes & urentes pœnitentiæ dolores. Beneficijs enim tuis uictus, dolebit se in iurias tibi fecisse, à quo bona recipit: & conuertetur ad pœnitentiam, sicq; lucraberis eum Christo. Vel carbones ignis, id est, charitatem igne sancti spiritus feruentem congeres super cor eius. Hoc est dicere: Sicut carbones ardentes incẽdunt corpus super quod congerũtur, sic bona facta tua inflamabũt ad dilectionẽ cor eius qui te persequebatur, sicq; ad feruorem sancti spiritus exemplo tuo prouocabis eum ut bene agat. Absit enim ut credamus Salomonẽ uel Apostolũ docere uoluisse, ut eo animo bona faciamus inimicis nostris, ut ipsi in his ingrati persistentes, maiora tormentorum incendia perpetuo sustineant. Non est hoc

Matt. 5. benefacere his qui oderũt nos, sed male illis facere. Sed hoc potiꝰ in hac sentẽtia iubemur, ut misericordiam facientes egẽtibus inimicis, emolliamus fomentis bñficiorum duriciam cordis eoꝝ, & ad redimendũ nos in dño studeamus inflãmare illos, adhibito dilectionis igne, ut uirtutẽ mansuetudinis & patientiæ nostræ mirantes incipiãt imitari: reiectisq; uitijs, ad uirtutũ opera conuertantur. Vnde ne quis hæc Salomonis uerba Iudaico sensu uellet intelligere, mox Apostolꝰ subdidit: *Noli uinci a malo, sed uince in bono malum*. Quo enim potest uincere in bono malũ, qui in superficie bonus ẽ, & in abdito malus: qui opere parcit, & corde sæuit, in animo mitis, uolũtate crudelis? Noli uinci à malo, sed uince in bono malũ. Cõtende cũ malo, sed bonitate. Ipsa est enim uera contentio, uel certamen salubre, ut sit bonus contra malũ, non ut sint duo mali. Situ iã nõ es malus, obsta malo ut sis bonus. Si displicet tibi malus, noli fieri malus. Nam si repercutis malo, uis uincere malum. In sensibus, uel motibus animorum ille dicitur uicisse, qui alterum ad suam traxerit C partem, sicut hæreticum aut paganum. Si ergo mali uicissitudinem à te receperit ille, te uicit, & passionis similitudine uitio suo subdidit. Si autẽ per patientiam tuam cessare eum ab ira uel iniuria feceris, tu uicisti, & de peccato ad salutem lucrando proximum, triumphasti.

CAPVT XIII.

OMnis aĩa potestatibus sublimioribus subdita sit. Nõ est em̃ potestas nisi a deo. Quę aũt sunt, a deo ordinata sunt. Itaq; q̃ resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui aũt resistunt ipsi, sibi damnationem acquirunt. Sapien. 6

¶ Sicut superius reprehẽdit illos qui gloriabantur de meritis, ita nũc ingreditur illos redarguere, qui postquam erant ad fidem conuersi, nolebant subijci alicui potestati. Videbat enim quod infideles, dei fidelibus non deberent dñari, etsi fideles deberent esse pares. Quam superbiã removet, dicens: *Omnis anima*. i. omis homo *sit* humilitẽ *subdita potestatibus* uel secularibus uel ecclesiasticis *sublimioribus* sc̃; hoc est, omnis hõ sit subiectus superpositis sibi potestatibꝰ. A parte enim maiore D significat totũ hoĩem, sicut rursum à parte inferiore totus hõ significat, ubi propheta dicit: Quia Isaiæ 40. uidebit omis caro salutare dei. Et recte admonet, ne quis ex eo q̃d in libertatẽ uocatus est, factusq; Christianus, extollatur in superbiam, & non arbitretur in huius uitæ itinere seruandũ esse ordinem suũ, & potestatibus quibus pro tempore rerũ temporalium gubernatio tradita est, non se puter esse subdendum. Cũ enim cõstemus ex anima & corpore, & quandiu in hac uita temporali sumus, etiam rebus temporalibus ad subsidiũ eiusdẽ uitæ utimur, oportet nos ex ea parte quæ ad hãc uitam pertinet, subditos esse potestatibꝰ, id ẽ, res humanas cũ aliquo honore administrantibus: ex illa uero parte qua deo credimus, & in regnũ eius uocamur, non debemus subditi esse cuiquam homini id ipsum in nobis euertere cupiẽti, quod deus ad uitam æternã donare dignatus est. Si quis ergo putat qm̃ Christianus est, non sibi esse uectigal reddendũ siue tributum, aut nõ esse honorem exhibendũ debitum eis, quæ hæc curant, potestatibus, in magno errore uersatur. Item si quis sic se putat esse subdendũ, ut etiam in suam fidem habere potestatem arbitretꝰ eũ, qui temporalibus administrandis aliqua sublimitate præcellit, in maiorẽ errorẽ labit. Sed modus iste seruandus est, quem dñs ipse præcepit, ut reddamus Cæsari quæ sunt Cæsaris, & deo quæ sunt Mat. 22 dei. Quamuis enim ad illud regnũ uocati simus, Lucæ 20 ubi nulla erit potestas huiusmodi, in hoc tñ itinere conditionẽ nostram pro ipso rerꝫ humanarꝫ ordine debemus tolerare, nihil simulate facientes, & in hoc non tam hominibus, quàm deo qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc iubet, obtemperantes. Itaque omnis anima
A sit subdita sublimioribus potestatibus, id ē, oīs
homo sit subditus primum diuinæ potestati, de-
inde mundanæ. Nam si mundana potestas iusse-
rit quod non debes facere, cōtemne potestatem,
timendo sublimiorem potestatem. Ipsos huma-
nas rerū gradus aduerte. Si aliquid iusserit pro-
curator, nonne faciendum est? Tamen si contra
proconsulem iubeat, non utique contemnis po-
testatem, sed eligis maiori seruire. Non hinc de-
bet minor irasci, si maior prælata est. Rursus si ali
quid proconsul iubeat, & aliud imperator, nun-
quid dubitat, illo contempto, huic esse seruien-
dum? Ergo si aliud imperator, & aliud deus iube
at, quid faciemus? Nunquid non deus imperatori
est præferendus? ita ergo sublimioribus potestati
bus anima subijciatur, id est, homo. Siue idcirco
ponit anima pro homine, qui secundū hanc dis-
cernit, cui subdi debeat, & cui non. Vel homo q
promotione uirtutum sublimatus est, anima uo-
catur à digniore parte. Vel non solum corpus sit
subditum, sed anima, id est, uoluntas: hoc est, non
solū corpore, sed & uoluntate seruiatis. Ideo de-
betis subijci, quia *non est potestas nisi a deo*. Nunquā
B enim posset fieri nisi operatione solius dei, ut tot
homines uni seruirēt, quem considerant unius se-
cum esse fragilitatis & naturæ. Sed quia deus sub
ditis inspirat timorem & obediendi uoluntatē,
contingit ita. Nec ualet quicquam aliquid posse,
Ioh. 19 nisi diuinitus ei datum fuerit. Potestas oīs est à
deo. Sed *ea quæ sunt a deo, ordinata sunt*. Ergo pote-
stas est ordinata, id est, rationabiliter à deo dispo-
sita. Itaq; *qui resistit potestati*, nolens tributa dare, ho
norem deferre & his similia, *dei ordinationi resistit*,
qui hoc ordinauit ut ralib9 subijciamur, hoc em̄
contra illos dicitur, qui se putabant ita debere uti
libertate Christiana, ut nulli uel honorem defer-
rent, uel tributa redderent, unde magnum pote-
rat aduersus Christianam religionem scādalum
nasci à principibus seculi. De bona potestate pa-
tet, quod eā perfecit deus rationabiliter. De ma-
la quoq; uideri potest, dum & boni per eam pur
gantur: & mali damnantur, & ipsa deterius pre-
cipitat. Qui potestati resistit, cū deus eam ordina-
uerit, dei ordinationi resistit. Sed hoc tam graue
pc̄m est, quod *qui resistunt ipsi*, pro contumacia &
peruersitate *sibi damnationem* æternæ mortis *acqui-
runt*. Et ideo non debet quis resistere, sed subijci.

Nā principes nō sunt timori boni ope
ris, sed mali. Vis aūt nō timere potesta
tem? Bonū fac, & habebis laudē ex illa.
Dei em̄ minister est tibi in bonū. Si au-
tem male feceris, time. Non enim sine
causa gladiū portat. Dei em̄ minister
est, uindex in irā ei q male agit. Ideoq;
necessitate subditi estote, non solū pro
pter iram, sed etiam propter conscien-
tiā. Ideo em̄ & tributa p̄statis. Ministri C
enim dei sunt, in hoc ipsum seruientes.
Reddite ergo oībus debita: cui tribu-
tū, tributū: cui uectigal, uictigal: cui ti- Mat. 22
morē, timorē: cui honorem, honorem.

¶ Merito acquirūt sibi damnationem qui resi-
stūt potestati, quia *principes non sunt* his *timori* qui
sunt *boni operis*, sed qui sunt praui. i. nō bū operan
tibus, sed male agētibus. Principes dicit, qui pro-
pter corrigendam uitā, & prohibēda aduersa con
stituuntur, dei habentes imaginē, ut sub uno sint
cæteri homines. Qui non sunt timori bū agentibus,
sed male: quia nō ad bonos, sed ad malos punien-
dos sunt instituti. Naturaliter em̄ oēs norunt &
innocentiam præmio, & malitiam supplicio di-
gnam esse. Et princeps, si est bonus, bū operantē
non punit, sed diligit. Si aūt malus est, non nocet
bono, sed purgat eum. Ideoq; nō est quod timere
debeat, qui bū agit. Qui uero mala operat, debet
timere: quia principes ad hoc sunt cōstituti, ut ma
la puniant. Ille timeat. Sed si *uis non timere potesta-
tem*, do tibi consilium, *Bonum* opus *fac & habebis
laudem ex illa*. Bonum fecere apostoli & martyres,
tamen non eos laudauerunt, sed potius increpe-
cerunt potestates. Ideoq; uoluit Apostolus dice-
re, Bonum fac, laudabit te potestas, sed tempera- D
uit uerba, & ait: Bonum fac, & habebis laudē ex
illa. Si enim iusta est potestas, habebit laudē ex
illa in ipsa laudante. Si autem iniqua est, mortuus
pro fide, pro iustitia, p ueritate, habebit laudem
ex illa in illum sæuiente. Ex illa enim habebit, nō
ipsa laudāte, sed ipsa tibi laudis occasionē p̄bēn-
te. Hæc Augustinus. Gregorius uero sanctus sic
ait: Paulus cum infirmum auditorem suum per-
pēderet, aut praua adhuc uelle agere, aut de acti-
one recta humanæ laudis retributione gaudere,
ait: Vis non timere potestatem? Bonum fac, & ha
bebis laudem ex illa. Neq; enim ideo bona agen-
da sunt, ut potestas huius mundi nulla timeatur,
aut per hæc gloria transitoriæ laudis quæratur.
Sed cum infirmam mētem ad tantū robur ascen
dere non posse pensaret, ut & prauitatem simul
uitaret & laudem, prædicator egregius eriā mo-
nendo aliquid obtulit, & aliquid tulit. Conceden
do enim lenia, subtraxit acriora, ut quia ad dese
renda cuncta simul non assurgeret, dum in quo
dam suo animus familiariter relinquitur, à quo-
dam suo sine dolore tolleretur. Laudem habebis
ex potestate, quia ille potens, siue bonus, siue ma
lus sit, *est dei minister* proficiens *tibi in bonum*. Nam
si bonus fueris, nutritor tuus est: si malo fueris, ten
tator tuus est. Et nutrimenta libenter accipe, &
in tentatione ut aurum probare. Si beneferceris,
non timebis principem. *Si male feceris*, tunc *time*
illum. Et timēdus tibi est, quia *non sine causa gladiū
portat*, sed ut malos puniat. Gladiū habet materia
lem, uel gladium. i. iudiciariā potestatē, ut reos
feriat. Nec mirū, quia *dei minister est uindex in iram ei
q male agit*, ut loco dei uindicet in malos. Est em̄

uindex ei. i. ad damnum eius q̄ male agit. Est uin-
A dex in iram. i. propter iram dei uindicandam, uel
uindex in iram dei ostendendam. Quia hæc puni
tio indicat perlistentes in malo grauius puniēdos.
Nam si homo iudex amore iustitiæ peccata sub-
ditorum punit, considerandū est, qua animaduer
sione deus iudex, qui sine pc̄tō est, & puram iusti
tiam habet, pc̄tā peruersorum puniet. Ideo prin-
ceps seculi est minister dei, ut uice eius interim ul
tionem faciat, & iudicium eius præfiguret, quoni
am fortia quæque crimina, q̄ uindicari uult deus,
non per antistites & rectores ecclesiarum, sed per
mundanos iudices uoluit uindicare. Et hoc sciens
Apostolus, recte eum ministrum dei nominat, &
uindicem in eum qui male agit. Dei minister est.
Et *ideo subditi estote* illi *necessitate*, quia necesse est p
pter hāc uitam subditos illi uos esse, nec resistere,
si quid auferre uoluerit ex rebus huic tempori ne-
cessarijs, ī quas sibi data est potestas. Subditi esto-
te nō *solum propter iram*, ut effugiatis offensionem
hominum, *sed etiam propter conscientiam*, ut non si-
mulate quasi ad occulum hominum ista faciatis,
sed pura dilectionis conscientia propter deū, qui
B omnes homines uult saluos fieri & in agnitionē
1 Tim. 2. ueritatis uenire. Non solum propter iram princi-
pum uitandam subijciamini illis, qd̄ potest etiam
simulate fieri, sed etiam propter conscientiam, ut
in uestra conscientia certi sitis illorum dilectione
uos id facere, quibus uos deus subijci uoluit. Et
debetis esse subditi, quia etiam *ideo*, id est, propter
obedientē subiectionem *tributa præstatis* illis, qua-
si reddituris, dum pugnant pro patria & agunt
iudicia. Tributa præstaris, & merito, quia *ministri
dei sunt*, qui uobis eos constituit. Cuius enim iussu
homines nascuntur, huius iussu reges constituun-
tur, apti his q eo tempore ab ipsis reguntur. Qui-
dam enim illorum ad correptionem & utilitatem
subiectorum & conseruationem iustitiæ dantur,
quidam autem ad timorem & pœnam & incre-
pationem, quidam uero ad illusionem & contu-
meliam & superbiā. Ministri dei sunt, *in hoc ipsum
seruientes* ei, quod tributa exigunt à uobis, & po-
testatem exercent ad utilitatem bonorum & de-
trimentum malorum. Vel uos præstatis illis tri-
buta, in hoc ipsum deo seruientes, q̄a ministri dei
sunt. Aut certe illi qui tributa à uobis exigunt, in
hoc ipsum uobis sunt seruientes, quia propter il-
la quæ à uobis percipiunt, utilitati uestræ subser-
uiunt, dum patriam defendunt & res uestras cu-
Mat. 17. stodiunt. Et quia ministri dei sunt, q uos illis sub-
iecit, *ergo reddite omnibus* illis *debita*, sicut & domi-
nus p se & Petro censum reddidit, significans qd̄
potestas spiritalis potestati seculari non aufert su-
um ius. Omnibus reddite debita, ut sic laudetur
ecclesiastica doctrina. *Cui tributum* debetis, reddite
tributum: & *cui uictigal*, reddite *uictigal*. Tributum
est redditus uel pensio. Et dictum est tributum,
eo quod olim per tribus singulas exigebatur, si-
cut post per singula territoria. Sic enim per tres
partes diuisus erat Romanus populus, ut qui pre
erant in singulis partibus, tribuni dicerentur. Vn-

de etiam sumptus quos dabant populi, tributa
nominarunt. Vectigal quoq; redditus est uel pen C
sio, siue tributum fiscale. Sed cū uectigal à uehen
do, id ē, à portando dictū est. Tributum illi cēsus
dicuntur, qui dantur de terris, & quos homines
de capitibus suis dant: uectigal uero, quod adue-
hitur de longinquis regionibus. Tributū, quod à
præsentibus daī: uectigal, quod ex remotis pro-
uincijs mittitur. Tributū, quod regiones soluūt:
uectigal, stipendium quod datur dominis q̄ per
patrias uehuntur. Tributum quod domi soluī
statutis temporibus: uectigal, quod à transeunti-
bus & sua negotia uehentibus daī pro rebus suis
conseruandis. *Cui timorem* debetis, *timorem* reddi-
te, ut reuereamini dominos atque timeatis, & *cui
honorem*, ut honoretis regem, siue parētem aut se-
nem, uel huiusmodi personam, *honorem* reddite.
Per hæc præcepta ordinat Apostolus ecclesiam
dei, ut nihil aduersus principes seculi gerens, per
quietem & tranquillitatem uitæ opus iustitiæ &
pietatis exerceat. Si enim ponamus, uerbi gratia,
credentes in Christo potestatibus seculi non esse
subiectos, tributa nō reddere, neq; uectigalia sol-
uere, nulli timorem, nulli honorē deferre, nōne
per hæc regum & principum merito in semet-
ipsos arma cōuerterent, & persecutores quidem
suos excusabiles, semetipsos uero culpabiles fa- D
cerent? Non enim fidei, sed contumaciæ causa
impugnati uiderentur, & essent eis causa quidem
mortis digna, meritum uero mortis indignum.
Sic nanque Iudæi perire meruerunt gladio Ro-
manorum.

Nemini quicquam debeatis, nisi ut in- Mat. 22.
uicē diligatis. Qui enim diligit proxi- Galat. 5.
mum, legem impleuit. Nam, Nō adul- Iacob. 2.
terabis, Non occides, Non furaberis,
Non falsum testimoniū dices, Nō con
cupisces, & si quod est aliud mandatū,
in hoc uerbo instauratur, Diliges pro-
ximum tuum sicut teipsum. Dilectio
proximi malum non operatur. Plenitu
do ergo legis est dilectio.

¶ Sic reddite omnibus debita, quamuis *nemini
quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis*. Cæterā
enim cum reddita fuerint, non debētur. dilectio
aūt tanto magis debetur, quāto amplius impen-
ditur. Ipsa quippe exigit debitū, ut fraternæ cha-
ritati seruiētes, eum qui se adiuuari recte uelit, in
quo possumus adiuuemus, semper existētes debi
tores charitatis. Ipsa est enim quæ semper reddit,
& semp debetur. Debetur nāq;, etiam si reddita
fuerit: quia nullū tempus est, q̄n impendenda nō
sit. Nec cum redditur, amittitur: sed potius red-
dendo multiplicatur, quoniam habendo reddit,
non carendo. Quoniam pecunia cum recipitur,
accedit ad eum cui datur, sed ab eo recedit à quo
datur. Charitas uero non solum apud eū crescit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A qui hanc ab eo quem diligit, exigit, etiam si non recipit, sed etiã ille à quo eam recipit, tunc incipit habere cum reddit. Et ideo cætera sic soluite, ut non debeatis: charitatem uero ita soluite, ut semper habeatis & debeatis. Et merito semper est hæbẽda, quia *qui diligit proximum, legem impleuit.* Sola enim charitas iustitiã legis adimplet, quã timor implere nõ poterat. Hoc loco sola dilectio proximi ad perfectionem p̃cipi uidetur, & taceri dilectio dei, cum in utroq; præcepto lex pendeat & pro-

Matt.22. phetæ. Sed qui proximum diligit, cõsequens est ut ipsam dilectionem præcipue diligat. Nam nec proximum uere sine deo, nec deũ uere sine proximo potest diligere. Sed cur Apostolus solam proximi dilectionem cõmemorare maluit, qua legẽ dixit impleri, nisi qa in dilectione dei pñt homines mentiri, quia rariores tentationes eam probant, in dilectione aũt proximi facilius cõuincunt eam non habere, dũ.s. inique omnibus uel aliquibus agunt? Cum ergo alterum dilectionis p̃ceptum sine altero teneri non possit, etiã unum eorum commemorare plerunq; sufficit, cum agitur de operibus iustitiæ, sed opportunius illud, de quo quisq; facilius conuincitur. Itaq; dilectione proximi lex impletur. Et hoc per partes probatur. *Nam* omnia

Leui.19. hæc præcepta complentur amore proximi. *Non adulterabis.* Quis em̃ adulterat uxorem eius quem diligit? *Non occides.* Quis occidit eum quem diligit?

B *Non furaberis.* Quis furatur res eius, quem sicut seipsum diligit? *Non falsum testimonium dices.* Quis falsum profert testimonium cõtra eum, quem sicut se diligit? Omnia igitur hæc mandata *& si quod est aliud mandatum* simile his in lege, *instauratur.* i. adimpletur & perficitur *in hoc uerbo* quo dicitur, *Diliges proximum tuum sicut teipsum*, id est, recto amore quo te diligis. Qui em̃ se ut oportet diligit, ac deinde proximum tanquam se, necesse est ut cuncta præcepta hic custodiat. Nam hæc præcepta malum prohibent. *Dilectio proximi malum non operatur.* Qui ergo amat homines, aut quia iusti sunt, aut ut iusti sint, amare debet. Sic enim & seipsum amare debet, aut quia iustus est, aut ut iustus sit. Sic em̃ diligit proximum tanquam seipsum sine ullo periculo. Qui enim aliter diligit se, iniuste se diligit:

Psal.10. quoniam ad hoc se diligit, ut fit iniustus, ad hoc ergo ut sit malus, ac per hoc iam nõ se diligit. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Tenenda est igitur uera dilectio, per quã omne malum opus uitatur, & omne bonũ opus impletur. Et quandoquidem qui proximum diligit, singula quæque præcepta legis impleuit, quia nec malum operatur, & bonum facit, *ergo dilectio est plenitudo legis*, id est, plenaria legis adimpletio: quia plene legem adimplet, dum & ab his abstinet quę lex prohibet, & ea facit quæ lex iubet.

Et hoc scientes tempus, qa hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nr̃a salus, quã cum credidimus.

¶ Dixi ut nemini quicquam debeatis nisi dilectionem, quia per eam potestis uniuersam legem implere: & nunc dico, ut sitis *scientes*, i. cognoscentes & intelligentes *hoc tempus* gratiæ, in quo spũs C sanctus datur credentibus, per quẽ charitate repleantur, qua legẽ impleant, sicq; uitam æternam merito percipiant. Sciatis hoc tempus, in quo per aduentum saluatoris gratia dei mundo illuxit, *quia hora est*, id est, opportunum, sed breue spatiũ tẽporis. *iam nos de somno surgere*, id est, ut surgamus ad bene agendum à torpore negligẽtiæ uel ignorantiæ. Hora est, id est, breue spatium: quia q; hodie habemus horã, nescimus si cras habuerimus uitam. Et ideo iam, id est, cũ celeritate quadam sine dilatione, surgendum est à somno desidiæ, ut mẽte uigilemus & bonis operibus occupemur. In uitijs nostris requiescebamus torpẽtes, & uelut quodam sopore detenti: sed nũc scire debemus quod sit hoc tempus in quo sumus, quia hora est ut iã ab illo somno mẽtis surgamus, & amodo in bonis operibus laborem9. Vere amplius non est nobis iacendum in somno, sed potius surgẽdum est, quia *nunc est propior salus nostra* æterna quã tũc erat *cum credidimus*, id est, cum credere cœpimus: quoniam morti iam uiciniores sumus, in qua retributionem percipiemus. Et cum magis ac magis ad salutem nostram propinquemus, & omnia ruant ad occasum, iam omnis torpor bene operandi à nobis excutiatur, & ad salutem quæ iam D instat, cum alacritate festinemus, cũ hæc uita ad præsens finiatur. Turpius est enim, si non surgimus qui iam saluti propinquamus quæ nr̃a erit, si surrexerimus: alioquin salute carebimus. Vel nunc, id est, quando surgimus, propior est nostra salus, id est, nobis uicinior: hoc est, magis ad nos pertinens, & magis nostri iuris, quàm tunc erat cum primum credidimus. Si enim tunc moreremur, salus & uita prope esset: sed nunc ad nos magis attinet, quoniam tunc ex sola misericordia erat uenia, nunc uero ex gratia & meritorum nostrorum actione corona. Nam bene operans est uicinior æternæ uitæ. Baptismus uero est ad ueniam, uita autem bona ad coronam.

Nox præcessit, dies autem appropin- *Lucæ 21.*
quauit. Abijciamus ergo opa tenebrarum, & induamur arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus.

¶ Vere propinquior est nostra salus quàm antea. Nox enim infidelitatis & iniquitatis *præcessit*, sed *dies* fidei & iustitiæ *appropinquauit*. Noctis em̃ tenebris premimur, cum perperratione iniquitatis obscuramur. Sed nox in lucem uertitur, cũ erroris nostri obscuritas ueritatis cognitione radiatur. Nox in lucem uertitur, cũ corda nostra iustitiæ fulgor illuminat, quæ cæcitas culpæ deprimebat. Hoc nunc diluculum discipulorum mentibus oriri uiderat Apostolus, cum dicebat: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Qui enim post discessum noctis, non iam uenisse, sed appropinquasse diem insinuat, esse proculdubio ante solem post tenebras adhuc aurorã demon-

A strat. Nondum enim in splendore suæ claritatis apparuit sol iustitiæ CHRISTVS, sed iam uicinus eius instat aduentus. Et ideo nondum perfectum diem, sed adhuc diluculum & auroram habemus. Vita enim fidelium, quæ in hac carne & in hoc seculo ducitur, in comparatione uitæ infidelis & impiç, non irrationabiliter lux & dies appellatur, sed tamen in comparatione illius dici, quo ęquales angelis facti, uidebimus deum sicuti est, adhuc nox est. Nox & dies. Dies in compara-

Iohan.3. tione infidelium, nox in comparatione angelorum. Habent enim diem angeli, quẽ nos nondum habemus: sed tamen iam habemus, quem non habent infideles. Recte igitur p̃termisso, quem nunc habet uita fidelium, dicitur, quia nox infidelitatis præcessit, & dies æternitatis appropinquauit. Dies æternæ beatitudinis appropinquauit, quia iam remissa sunt peccata, iustificati iam credentes. Et quia nox præterijt, & dies appropinquauit, *ergo abijciamus opera tenebrarum*, id est, illa facta quæ solebamus agere dum tenebris ignorantiæ premeremur, *& induamur arma lucis*, id est, uirtutes quas

B exigit lux diuinæ cognitionis, per quas impugnemus *opera tenebrarum* & principes talium operum, id est, dæmones. Minus enim decorum est, sub tempore nouæ lucis opera ueterum tenebrarum gerere, id est, opera mala, quç in tenebris ignorantiæ uenerunt, uel tenebras amant & ad tenebras ducunt. Opera uero lucis, non tam opera quàm arma uocantur: quia dum recte agimus, dum lucem fidei bonis operib9 sequimur, hostes nostros armis talibus depellimus. Induamus ut ornamentum opera lucis, id est, opera quæ fides exigit: & acceptis huiusmodi armis, *ambulemus honeste sicut in die*, id est, pergamus in uia mandatorum dei laudabiliter, sicut decet in die fidei. Iam enim (sicut diximus) uita fidelium, in comparatione uitæ infidelium, dies est. Et ideo nos qui iam in die sumus, debemus sicut in die honeste ambulare, ut honestas uirtutum undique nos adornet in uia nostræ actionis, quos illustrat dies fidei, & notitia ueritatis, in qua uidemus quid honestum sit, & quid inhonestum. Quæ sint autem opera tenebrarum, quç abijcienda sunt, cõsequenter ostenditur, cum dicitur:

Non in comesationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione.

Galat.5. 1 Petri.2

¶ Et de armis lucis quæ induenda sunt, subditur:

Sed induimini dominum nostrum Iesum Christum.

¶ Et post adiungitur:

Et carnis curã ne feceritis in desiderijs.

¶ Ambulemus honeste sicut in die, nos di- C
co existentes, *non in comesationibus*, id est, superfluis manducationibus, *& ebrietatibus*, i. nimijs uini ingurgitationibus, *non in cubilibus*, id est, pigritijs dormiendi, *& impudicijs*, id est, libidinibus quæ in nimijs epulationibus & potationibus atque cubilibus nutriuntur. Comesationes enim sunt inhonesta & luxuriosa cõuiuia, quibus necessaria comes est turpissima temulentia. Et qd aliud subsequitur, nisi cubilia & impudicitiæ? A fœdis cubitationib9 cubilia sunt appellata, quæ non tam rationalibus hominibus q̃ feris & beluis cõueniunt. In cubilibus em̃ & impudicitijs agunt, qui cõmunes habẽt stratus, & more ferarum illicite cõmiscentur ibi. Notandũ est, in his Romanos fuisse, & ideo non esse illis ius gloriandi. Et hæc quatuor uitia carnis sunt, duo autem quæ ad animum pertinent, subdunt, cum dicitur: *Non in contentione & æmulatione.* Aegebant uero Romani in contentione & æmulatione, quia contendebant adinuicem, & se alij alijs præferebant, in quo minoribus maiores inuidebant. Horum autem morborum, id est, contentionis & æmulationis, mater superbia est, & humanæ laudis auiditas, nec adhuc sanari potest, nisi qui superbiã calcauerit, & humanas laudes contempserit. In his non inueniamini, qa hęc sunt opera tenebrarum. *Sed induimini dominum Iesum Christum,* D quia hoc est arma lucis indui. Christus enim sapientia est & iustitia & sanctificatio & ueritas & omnes simul uirtutes. Quas q; assumpserit, Christum *Ephesi.5.* dicitur indutus esse. Christum induimini, id est, formam Christi sumite uestem, ut habitus & forma illius undique fulgeat, & repręsentetur in nobis. Cum uestem induimur, ex omni parte circundamur. Christum igitur est indutus, qui undique bono opere protegitur, ut nullam partem actionis suæ peccato nudam relinquat. Nã qui in alijs actionibus iustus est in alijs iniustus, quasi hoc latus cooperuit, illud nudauit. Nec iam bona sunt opera, quæ subortis alijs prauis operibus inquinantur. Qui ergo undique Christianus apparet in cunctis operibus suis, hic Christum dicendus est esse indutus. Christum induimini, *& carnis curam ne feceritis*, non dico, in necessarijs, sed *in desiderijs.* *1.Cor.2. 1Petri.2*
In necessarijs enim p̃mittitur fieri, quia nemo unquam carnẽ suam odio habuit: sed in necessarijs prohibetur, quoniam carnalia desideria militant aduersus animam. Neque enim mortali in carne adhuc uiuentib9 funditus cura carnis abscindit, sed ut discrete seruiat, temperatur. Discretione ergo magni moderaminis frenanda est, ut seruiat, & non principetur: nec quasi domina animũ uincat, sed subacta mentis domino quasi ancilla famuletur: & ad necessitatem salutis fiat, non ad desideria uoluptatis. Quæ em̃ in desiderijs fieri prohibetur, procul dubio in necessitates conceditur. Quia uidelicet mens nostra à carnali delectatione superanda est, sed à carnis cura necessaria sepanda non est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XIIII.

A INfirmum aũt in fide assumite, non in disceptationibus cogitationũ. Alius eñ credit manducare se oñia. Qui aũt infirmus est, holus mãducet. Is qui manducat, non manducantẽ non spernat: & qui non manducat, manducantem nõ iudicet. Deus eñ illũ assumpsit. Tu quis es qui iudicas alienũ seruum? Suo dño stat aut cadit. Stabit autẽ. Potens est enim deus statuere illum.

Iacob. 4.

¶ Iterum, quia erat inter Romanos aliud genus contentionis, redarguit eos inde, & ad concordiã reuocat. Contendebant eñ de differentijs ciborũ, quia quidã illorũ cum integra fide oẽs cibos comedebant: alij ỹo à quibusdam abstinendũ esse credebant, & inde ab inuicem dissentiebãt. Illi eñ q ex gentibus crediderant, extollabãt se in libertate fidei, quia nihil cõmune uel immundũ esse crederent, aduersus eos qui ex circũcisione uenientes, obseruabãt adhuc traditione legis ciborũ differẽtiam. Et inde reprimit eos Apostolus, & monet ne insultent eis, q̃bus longa cõsuetudo in obser-
B uandis cibis discretionẽ adhuc aliquã & cunctationẽ mouebat. Et unumquenq; talem, uocat infirmum in fide, quia nõ credit omnia licere manducari. Perfecta eñ fides nullum cibũ Iudaico sensu credit respuẽdum, q̃a omnis creatura dei bona est, & nihil abijciendum q̃d cum gratiarum actione percipitur. Sed quisquis ita non credit, adhuc infirmus est in fide, si iam fidem habet. Sed tamẽ hunc nõ abijci, sed assumi iubet Apostolus, nec q̃ si infidelem iudicari. Aliud est enim infidelem esse, aliud infirmari in fide: quia infidelis non habet, infirmus aũt iam habet, sed adhuc ex parte dubitat. Et ideo non est repellendus, sed assumendus. Et hoc est quod ait, *Infirmum autem &c.* Quod sic continuatur. Ea quæ superius dixi, ita ut docui, facite in uobisipsis, i. induite Christum, & his similia facite: sed hæc q̃ nunc dico, facite erga proximos, scilicet infirmum in fide assumite ut sanetis eum, sicut Christus medicus pctõres. i. male habentes suscepit sanandos. Assumite eum non in disceptationibus cogitationum eius, id est, nõ ut de occulto cogitationum iudicetis eum. Forte dubitat aliquid nouitas ipsius. Amate abundãtius dubitantem. Amore uestro curate de corde infirmi dubitationem. Et si incognitum uobis est quo animo id faciat, non inde disceptemus. Non nobis usurpemus dijudicare cogitationes aliorum, sed deo probemus cogitationes nostras etiam pro illis, de quibus forte aliquid dubitamus. Vere infirmus, est assumendus ab eo qui firmus est. Nam *alius credit licere manducare omnia* gña ciborum, & est firmus iste, atq; infirmum debet assumere: alius uero non credit ita licere, & infirmus est, ac in dige assumi. Hoc uidet debuisse dicere. Sed ponit consilium de illo, per quod satis intelligitur dicens: *Qui aũt infirmus est*. i. qui nõ credit oñia esse manducanda, *holus manducet*. i. relinquat arbitrio suo, ne cum scrupulo edat, ut si uoluerit, non solum ab oñi carne, sed etiã à cæteris cibis abstineat, & holera tantũ comedat. Alius credit manducare omnia. i. gentilis quisq; ad fidem conuersus oñes cibos indifferenter posse comedi iudicat: sed qui infirmus est. i. Hebræus quilibet adhuc in fide pusillanimis & titubans, qui alias carnes mũdas, & alias arbitrat immundas, holus manducet, in quo nulla est suspicio immunditiæ, sed indifferenter comedit ab omnibus. Melius est eñ ut permittatur illa solum comedere, quæritus legis in qua nutritus est, nõ prohibuit, & cum pusillanimitate retineat in fide, ut paulatim crescẽdo ad sublimiora proficiat, quàm ut de pusillanimitate eradicetur, & discedat penitus à fide. Et ideo *is qui manducat* oñia. i. gentilis q nullum cibũ credit immũdũ, *non spernat*. i. non uilem reputet *non manducantem*. i. Hebræum, q adhuc propter legis cõsuetudinẽ q̃dam cibos respuit. *Et q non manducat*. i. Iudæus qui se abstinet ab aliqbus, ne ritum legis uioleť, *non iudicet*. i. non damnet *manducantem*. i. gentilem oñes cibos indifferenter sumentẽ. Gentiles enim quos carnalis intellectus legis à fide nõ retrahebat, firmiter credebant nihil abijciendũ, qd' cum gratia-
D rum actione percipit: & ideo spernebant Iudæos infirmiores in fide, q̃s adhuc uidebãt ꝓpter antiquã legis obseruantiam cibos discernere. Et contra Iudæi cum uiderent illos alimenta illa percipere, q̃ ipsi putabant immunda esse, grauiter eos inde iudicabant. Ideoque iubet illis Apostolus, ne istos quasi infirmos & hebetes spernant: & istis, ne illos q̃si gulosos & immundos iudicent. Erant etiam nonnulli inter eos, q non propter legẽ, sed propter sobrietatẽ se abstinebant à carnibus & uino, & spernebant ť à cæteris, quasi qui dei creaturas reijcerent. Ipsi uero iudicabant cæteros quasi uoraces & gulosos. Et idcirco præcepit Apostolus, ut is qui mãducat oñes cibos, nec ieiunat, nõ spernat non manducantem. i. ieiunantem et à carnibus abstinentẽ, cũ in uoluntate uniuscuiusq; sit edere uel non edere: & rursus is qui non manducat, sed abstinet & ieiunat, manducantẽ bis in die, & carnibus uescentem uel huiusmodi cibis nõ iudicet. i. nõ de illo male existimet, cum possint bono animo & simplici corde sine uicio concupiscẽtiæ, quicunq; humani cibi indifferenter sumi. De talibus eñ rebus, q̃ bono aĩo possunt fieri, quãuis etiam possint non bono, uolebant illi cum homines essent, in occulto cordis ferre sentẽtiam, de quibus solus deus iudicat. De manifestis eñ iudicare possunt homines, sed de his quæ incertũ est quo animo fiant, quia possunt & bono & malo animo fieri, iudiciũ relinquendum est deo, ut non audeat quisq; de alterius conscientia, quam nõ uidet, iudicare. Non enim damnãdus est, cuius cogitatio aperta nõ est, & de quo nescit qualis postea sit futurus. Ieiunans non iudicet manducãtem, id est, nõ credat peccare, cum nesciat quo animo

A manducet. Et quare? Quia *deus illum assumpsit* ut sus esset. Et cum sit à deo assumptꝰ ut dei sit & deo seruiat, *tu quis es*, id est cuius ualentiæ, *qui iudicas*, id est, damnandum affirmas *alienum seruum*? Cum eñ non tuus seruus sit, sed alterius, in eo q̃ illum iudicas, dominum illius præcipue offendis, quia seruum eius ipso prohibente iudicare p̃sumis. Nam qua conscientia edat uel non edat quisque, dominus est iudex. Et ideirco non est ab homine iudicandus, quia non homini, sed *suo domino stat aut cadit*, id est, ad honorem domini sui stat, si stat: & ad dñm suum pertinet & casus eius, si cadit, quia potest illum uel erigere, uel iudicare. Ideo dico, stat aut cadit, quia ambiguum est. fortasse eñ stat qui putatur cadere, uel cadit qui putatur stare. *Stabit aũt*. Hic innuitur q̃d ambigua debemus in meliorem partem uertere, & plus salutẽ hominis quàm mortẽ optare: atq; in futuro de illo spem boni habere, etiã si aliter sit in p̃senti. Stabit, q̃a *deus est potens illum statuere*. i. stare facere illum. Nõ ipse, sed deus est potens hoc facere. Voluntate eñ sua cadit qui cadit, sed uoluntate dei stat q̃ stat, uel surgit qui surgit. Nam p se potest cadere, sed per deum resurgere. Quãuis de omnibus regeneratis &
B pie uiuentibus loqueretur Apostolus dicens: Tu quis es q̃ iudicas alienũ seruum, suo dño stat aut cadit, continuo tamen respexit ad p̃destinatos & ait: Stabit autẽ. Et ne hoc sibi arrogarent, potest enim, inquit, deus statuere illum. Ipse enim ergo dat pseuerantiam, qui statuere potens est eos qui stant, ut pseuerantissime stent, uel restituere illos qui ceciderint. Possunt hæc forsitã & de spiritali esu, uel ieiunio sic intelligi. Infirmum aũt in fide assumite, ut infirmitatẽ eius paulatim sanetis, non in disceptationibꝰ cogitationiñ. i. non ut de cogitatiõibus eius disceptetis & disputetis, sed deo iudicandas relinquite illas, q̃ potest emendare q̃ quid ibi uidet sibi displicere. Alius enim. i. diuersus ab isto infirmo & robustus, credit mãducare oñia. i. credit se debere ꝓ posse suo & intelligere, & operibus exercere omnia quæ in scripturis dicunt. Qui autem infirmus est. i. quem adhuc cordis & operis infirmitas detinet, holus mãducet. i. infirmitati suę congruos scripturarũ sermones comedat, per quos à uitijs carnis & ægritudine mentis satietur. Is q manducat. i. qui intelligit arcana scripturarum, nõ spernat non mãducantẽ, id est, eum qui hæc non ualet intelligere. Et qui nõ manducat. i. qui non intelligit, nõ iudicet manducantem. i. intelligentẽ. Solent eñ hi qui aliquantulũ uidentur in scientia proficere, spernere & nihil ducere eos qui altioris intelligentiæ minus capaces sunt: & e contra, imperiti & indocti iudicare, id ẽ, incusare & condemnare eos, qui altiora & profundiora perquirunt, q̃ ipsi capere uel assequi nequeunt. Et ideo Apostolus resecare uolens culpã ex utraque parte nascentem, illis quidem præcipit ne inferiores spernant atque despiciant: his uero, ne superiores iudicent, cum peritiam iudicandi non habeant. Qui nõ manducat, ore cordis non præsumat iudicare manducantem, id est, intelligentem: quia deus eum q̃ sic manducat, assumpsit sibi in seruum. Et tu imperite quis es qui alienum C
seruum iudicas, id est, qui dei seruum damnabilẽ esse censes? Suo domino stat in bono opere, uel cadit in praua actione: quia si in bono steterit, domini sui erit: uel si in malum opus ceciderit, à domino suo peribit, uel per dominum suum resurget. Stat aut cadit. Sed stabit etiam si nunc iacet, quia potens est deus illum erigere. Hoc contra indoctos dicitur, qui doctos reprehẽdunt uel dijudicant de quibusdam actionibus suis infirmis.

Nam alius iudicat diem inter diem, alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisq; in suo sensu abundet. Qui sapit diem, domino sapit. Et qui manducat, domino manducat. Gratias enim agit deo. Et qui non manducat, domino nõ manducat, & gratias agit deo.

¶ ure dixi quia stabit ille qui comedit, siue q abstinet: quia quod agit, ex iudicio agit. *Nam alius eorum iudicat diem inter diem* abstinentiæ ducendum, id est, deputandum, *alius autem iudicat omnem diem* in abstinentia ducendum, id est, aliis certis diebus, alius omni die iudicat abstinẽdum. D
Quidam enim in animo suo iudicãt & statuunt, ut diem inter diem in abstinentia ducant, id est, ut alio die abstineant, & alio non abstineant, sicut qui quarta & sexta feria ieiunant, & cæteris diebus comedunt. Alij uero qui considerant uitam hanc esse breuem, iudicant ut oñem diem, id est, continuum uitæ suæ tempus transigant in abstinentia. *unusquisque*, id est, ille qui nonnullis diebus, & iste qui omni die iudicat abstinẽdum. *abundet* operibus bonis *in suo sensu*, id est, faciat q̃d sentit faciendum, quia utrũq; acceptum est apud deum. In suo sensu abundet, id est, suo consilio remittatur, ne scandalum passus, à charitate, quę est mater omniũ, recedat. Et debet permitti abundare, quia *qui sapit diem* uel omnem, uel aliquem esse dandum abstinentiæ, *domino sapit*, hoc est, ad honorem domini se placere putat. *Et qui manducat*, id est, qui non abstinet, *domino manducat*, id est, ad laudẽ domini, cuius oñia creata credit munda, & cui seruiturus sustentatur ex eis. Vere dño. *gratias enim agit deo* pro collatis sibi bñficijs. Effectus indicat, quia domino mãducat, dum illi gratias agit. *Et qui non manducat*. i. qui ieiunat & abstinet, *domino non manducat*, id est, ad honorem domini ieiunat, *& gratias agit deo*, qui sibi dedit tolerantiam abstinentiæ. Ad hoc quippe additum est, & gratias agit deo, ut ostẽderetur quid esset, domino facit, id est, in eius laudem facit. Tunc eñ recte, tunc iuste, tũc pie fit, cum opus bonum in eius fit laudem, cuius gratia donatur ut fiat. In quo affectu proficiẽs, quicquid boni facit, domino facit: hoc est, in eius laudem, cuius gratia percepit ut faciat. Gratiæ igitur deo ab utroque

Universidad de Deusto
Biblioteca

A reseruntur,ab illo pro libertate uescendi,ab hoc
aũt profectu abstinentiæ,& idcirco neuter repre-
hendendus est. Aliter:Dixi quia stabit ille qui mã
ducat ore cordis cibũ doctrinæ sanctæ. Nec mi-
ror si ad standum erigitur. Nã alius ex his ita mandu
cantibus iudicat diem inter diẽ,alius iudicat oẽm
diem,hoc est dicere:Alius quidem nonnulla intel
ligit,alius uero omnia ad intellectũ possibilia,ita
ut sunt uidendo,cognoscit. Si em̃ ignorantiæ ob
scuritas,nox cordis est,intellectus non immerito
dies uocat. Vel nõ de duobus hominibus,sed de
homine & deo accipiatur hæc sententia. Nã alius
est qui iudicat diẽ inter diem,alius qui iudicat oẽm
diem. Hõ enim iudicat diẽ inter diem. i. præsens,
quod est inter præteritum & futurũ: deus aũt iu-
dicat oẽm diem. i. præteritum, præsens & futurũ.
Et ideo stabit qui non stare uidebat,quia deus po
tens est statuere illũ,qui oẽm diem iudicat:& no-
uit si cras steterit,qui hodie iacet. Qui iudicat diẽ
inter diem,homo est: quia potest hodie aliud,&
cras aliud iudicare. i. ut quẽ hodie malũ, cõuictũ,
confessumve damnauerit,cras bonũ inueniet cũ
se correxerit: & quem hodie iustum laudauerit,
cras inueniet damnatum. Qui aũt iudicat omnẽ
diem,deus est,quia non solum qualis quisq; mo-
do sit,sed etiam qualis fuit,& qualis oĩi die futu
B rus sit,nouit. Et ideo secundũ p̃scientiã,qua no
uit quos añ mundi constitutionem prædestinauit,
multi etiã q aperte mali uidẽt,multis bonis me-
liores sunt. Quid em̃ sint hodie uidemꝰ, quid cras
futuri sint ignoramus. Et ideo quidem apud quẽ
sunt præsentia quæ futura sunt,etiam quod futu-
ri sunt iam sunt:nos autẽ secundũ id quod in præ
senti est,quenq; horẽm iudicare possumus. unusq;q
que igit̃ in suo sensu abundet. i. quãtũ humano in-
tellectui,uel unicuiq; homini concessum est,tãtũ
audeat iudicare:nec sublimiora sacramentorum
arcana temere discutiat,sed in eo sensu quẽ habet,
bonis operibus abundare curet:neq; dei sensum
usurpet ut de futuro iudicet,sed suo sensu cõten-
tus sit,q̃ de præsenti tantũ iudicare põt. Qui sapit
diem,dño sapit,i. qui cõtentus est tantũ præsentia
iudicare,nihil cõtra deum usurpat: qa hoc ipsum
quod præsentem diem bñ iudicat,dño sapit. i. ad
honorem dñi. Hoc est autembñ iudicare diem,ut
noueris de eiꝰ correctione nõ esse desperandum
in futurũ, de cuius manifesta culpa iudicaueris in
p̃senti. Et q manducat intelligendo cibos sapien-
tiæ,dño (. i. ad honorẽ dñi) manducat qa gratias
Psalm. 15 agit dicens, bñdicam dominũ qui mihi tribuit in
tellectũ. Et qui nõ manducat. i. qui fortiores sen-
sus scripturarũ non capit,dño non manducat, qa
humilior inde fit. Et hoc est gratias agere,nihil de
se p̃sumere, sed in humilitate deo se prosternere.

Nemo em̃ nostrũ sibi uiuit,& nemo si-
bi moritur, Siue enim uiuimus, dño ui
uimus. siue morimur,dño morimur. Si
ue ergo uiuimus, siue morimur,domi-
ni sumus. In hoc enim Christus mortu-

us est & resurrexit,ut & mortuorum & C
uiuorum dominetur.

¶ Dixi quia manducans ad honorem domini
manducat,& non maducans ad honrem domini
non manducat. Quod iuste dixi. Nam omnes siue
manducantes siue non manducantes, domini su-
mus. *Nemo enim nostrum sibi uiuit*, sed domino: *& ne-
mo nostrum sibi moritur*, sed domino. Nemo sibi ui-
uit,quia qui lege frenatur,non sibi,sed deo qui le
gem dedit,uiuit. Si lex nõ esset,tunc sibi quisq; ui
ueret. Mõ autem paret mandato cęlitus sibi dato,
& uiuit ei q dedit. Et nemo sibi moritur, sed deo,
quo iudice uel coronatur uel damnatur. Nam *si-
ue uiuimus,domino*. i. ad honorẽ domini *uiuimus*, cui
seruimus: *siue morimur*. i. præsentem uitã uitam dis
solutione corporis & anime terminamus, *domino
morimur*. i. ad gloriam eius & secundum uolunta-
tem eius,quia nõ nostram, sed eius gloriam & ui-
uendo & moriendo quærimus. Et qa utrunq; do
mino sacimus, *ergo siue uiuimus, siue morimur, domini
sumus*, ut possideamur ab eo & uiuẽtes & mortui.
Et si semp ipsius sumus uel in uita uel in morte,
semp ad laudem ipsius sit, quicquid à nobis uel de
nobis fit. Siue uiuimus, siue morimur, domini su- D
mus: quia Christus morte sua & resurrectione do
minium acquisiuit sup̃ omnes fideles, siue dum ui
uunt, siue dum mortui sunt. *In hoc enim mortuus est
Christus & resurrexit, ut & mortuorum & uiuorum domi
netur*. Domini sumus & post mortẽ, quia precio
sanguinis sui nos redemit & mortuꝰ. Quomodo
enim p̃dit seruos mortuos, cuius est mors preciũ
eorũ? Non enim tenebit regnum mortis eos, pro
quibus est mortuus liber in mortuis. Dominat ui
uorũ & mortuorũ, ne putet tantũ iudicare de mor
tuis, quasi cõmissum sit sup̃ eos iudicium hoibus
dum uiuũt, sed post mortẽ Christo. Nã & nũc &
tũc dominat ipse & iudicat, atq; sanctis & nũc cum
illo regnant & tũc: qa & nũc conuersatio eorũ in
cælis est, & ipsi postmodũ in cælis erũt. Neq; pio
rum animę mortuorũ separant̃ ab ecclesia, q̃ nunc
etiã est regnũ Christi, & cũ eo nũc primũ regnat
in uiuis & mortuis. Vel ita: Et manducans & non
manducans, ad gloriam dñi hoc facit: quia nemo
nostrum sibi uiuit in uirtutibus. non enim suam,
sed Christi gloriam quærit, à quo sic uiuere habet.
& nemo sibi morit̃ peccatis, quia non se per hoc,
sed Christũ glorificare quærit, qui sibi dedit ut se
metipsum peccatis mortificare possit. Siue em̃ ui-
uimus. i. in nouitate uitæ ambulamꝰ, domino ui-
uimus. i. domino uita nostra deputat̃, quia non à
nobis, sed ab illo est & ad eius laudem fit: siue mo
rimur, id ẽ, mundo & peccato mortificamur, dño
morimur. i. ad honorẽ domini uitijs morimur, ut
peccatis mortui, iustitię uiuamus. Siue ergo mori
mur peccato, siue uiuim9 iustitiæ, domini sumus,
ut & extinctio mali, & uiuificatio boni fiat in no-
bis ad eius gloriã. In hoc em̃ Christus & mortuus
ẽ & resurrexit, ut & mortuorũ & uiuorũ dominet.
Illorũ scilicet mortuorũ, qui mortificant mẽbra

A sua quæ sunt super terram, & mortificationem
Christi in corpore suo circũferunt: uiuorum quo
Colos. 3. que illorum, qui resurrectionis eius exemplo no-
2. Cor. 4. uam & cælestem uitam in terris agunt. Istorum
dominat̃ Christus, quia tales digni sunt dño eius.
Iacob. 4. Tu aũt quid iudicas fratrem tuũ? aut
2. Cor. 5. quare spernis fratrẽ tuum? Oẽs enim
stabimus ante tribunal Chri. Scriptũ
Isaie. 45. est em̃: Viuo ego, dicit dñs, quoniam
Philip. 2. mihi flectetur oĩe genu, & omnis lin-
gua cõfitebitur deo. Itaq; unusquisque
nostrũ p̃ se rationem reddet deo. Non
ergo amplius inuicem iudicemus, sed
hoc iudicate magis, ne ponatis offendi
culum fratri uel scandalum.

¶ Christus ita dominat̃ omnium. Sed *tu quid*, id
est, cur, *iudicas fratrem tuum* mãducantem, cum ne-
scias q̃ necessitate manducet, aut q̃ animo? *aut* tu
manducans *quare spernis fratrem tuum* non mandu
cantẽ, cum ignores q̃ pia deuotione seruet absti-
nentiam? Nõ debes iudicare uel spernere, quia iu
dicandus es. *Omnes enim* nos abstinentes & man-
ducantes *stabimus* iudicandi *ante tribunal*. i. ante se-
B dem iudicialem *Christi*. Iudicantis em̃ est sedere,
iudicandorũ uero ante iudicem stare. Oẽs stabi
mus ante tribunal Christi. Qui ergo fratrem iudi
cat, tantũ crimen elationis incurrit, ut Christi tri-
bunal sibi uideat̃ assumere, & eius iudicium præ-
uenire. Cuius iudicij species, ut notior fieret ho-
minibus iudicandi forma, ex his q̃ inter homines
gerunt̃ assumpta est, quatenus agnosceremus, qa
sicut iudex terrenus celsior est, & quandã locum
qui tribunal appellat̃ ascendit, ut ex eo altior &
eminentior sit cæteris q iudicandi sunt, ne cõspe-
ctum eius lateant uel supplicia reorum, uel allega
tiones innocentiũ: ita iudex omniũ Christus na-
tura & maiestate cunctis eminentior, introspicit
corda & conscientias singulorũ, ac manifestabit
occulta, ut bonis laudẽ tribuat, & malis pœnam
quam merent̃, accipiant. Omnes astabimus Chro
iudici. *Scriptum est enim* apud Isaiam de Chro in p̃-
sona ipsius: *Viuo ego, dicit dominus*, Christus, *quoniam
mihi flectetur omne genu*. i. ego qui fui mortuus, ui-
uo ꝓpetualiter ut iam mori non possim: & quod
ego sic uiuo, causa est qm̃ mihi flectetur omne ge
nu, id est, omnis rigor & fortitudo humiliabitur
meæ potestati, ut per flexionem genuum intelliga
tur subiectio omnium. *& omnis lingua*, id est, oĩis
conscientia *confitebitur deo* quicquid egit, siue bo-
num siue malum. Hoc fiet in iudicio. Et quando-
quidẽ teste scriptura, oĩis lingua cõfitebit̃ deo,
itaq; unusquisque nostrũ reddet deo iudici *rationem pro
se*, id est, respondebit deo pro his quæ fecit, & cur
ea fecerit. Hoc est em̃ reddere rationẽ deo, quod
est confiteri deo. Et quia unusquisque respondе-
bit pro se deo iudici, *ergo non amplius iudicemus inui-
cem* ex opinione, sicut hactenus fecimus. Duo em̃
sunt, in quibus temerariũ iudicium cauere debe-

mus, cum incertũ est quo añ quisquã factum sit, C
uel cum incertũ est qualis futurus sit, qui nunc uel
bonus uel malus apparet. Si erge quispiam (uerbi
gratia) conquestus de stomacho, ieiunare noluit,
& tu id non credens, edacitatis uitio id tribueris,
temere iudicabis. Item si manifestam edacitatem,
ebrietatẽq; cognoueris, & ita reprehenderis quasi
nũquã illa possit corrigi atq; mutari, nihilo minus
temere iudicãbis. Nõ ergo reprehẽdamus ea, quæ
nescimus quo añ fiãt: neq; ita reprehẽdamus quæ
manifesta sunt, ut desperemꝰ sanitatem. Maxime
autem hi temere iudicãt de incertis & facile repre
hendunt, qui magis amant uituperare & damna-
re, quãm emẽdare & corrigere. Quod uitium uel
superbia est, uel inuidentia. Non amplius inuicem
iudicemus, id est, neq; abstinens manducãtem, ne
que manducans abstinentem: *sed hoc magis iudicate*,
id est, hoc potius decernite & præfinite in cordi-
bus uestris, *ne ponatis offendiculum fratri uel scandalũ*,
id est, ne factatis per eicam & ieiunatiõem uãam,
unde frater offendatur uel seãdalũ incurrat. Hoc
potius statuite, ne per obseruantiam ciborũ offen
siones fratribus uel scandalum generetis. Eos qui
ex gentibus edebant monet, ne scandalizent He-
bræos cibo suo, qui adhuc in fide ifirmiores erãt,
& cibos discernebant. Gentiles em̃ qui firmioris D
erãt fidei, omnes cibos indifferẽter sumi posse cre-
debant: sed ludæi scandalizabant̃ inde, cum uide
rent eos coram se uesci cõmunibus escis. Erant &
nõnulli ex eis qui sciẽtes nihil esse idolum, & oĩem
creaturam dei bonam esse, comedebant idolola-
thyca. Quod alij uidentes, & aliquid sanctificatio
nis purãtes esse in illis carnibus, qa idolis erant im
molatæ, ex eis comedebant & peribãt, cæteri ue-
ro irascebantur inde. Et hoc est quod dicit, ne po-
natis offendiculum fratri uel scandalum. i. ne faci-
atis corã fratre unde pereat uestro exemplo idẽ
faciens uel contristet̃. Offendiculum em̃ esset, si ta
li exemplo corrueret à fide christiana: scandalum
uero, si ad tristitiã uel iram puocaret̃. Si em̃ uide-
ret à christiano idololathytum manducari, offen
deretur, id est, moueret̃ à fide, quia putaret idolũ
esse aliquid. Si aũt uideret ab eo comedi cibũ quẽ
putaret immundum, scandalizaretur, id est, ad in
dignationem & iram compelleretur.

Scio & cõfido in dño Iesu, quia nihil cõ
mune p̃ ipsum, nisi ei qui existimat q̃d
commune esse, illi commune est. Si em̃
propter cibum frater tuus cõtristatur,
iam non secundum charitatem ambu-
las. Noli cibo tuo illum perdere, pro q̃
Christus mortuus est.

¶ Non ideo dico offendiculum uel scandalũ,
quo cibus sit immundus, aut quod ego more Iu-
daico suadeam obseruare ciborum differentiam,
quia *scio & confido in domino Iesu* nihil esse cõmune,
id est, scio nihil esse commune per hoc quod mihi
fiducia est in domino Iesu, qui postquã uenit, ab-
soluit à lege. Populus Iudæorũ partem dei se esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

A iactans, cõmunes cibos uocat, quibus omes ueſcuntur homines, ſuillam carnem, oſtreas, lepores
Leui.xx. & iſtiuſmodi animantia, quæ ungulam non findunt, nec ruminãt, nec ſquamoſa in piſcibus ſunt. Cõmune ergo quod cæteris hominibus patet, & quaſi nõ eſt ex parte dei, pro immũdo appellatur. & ſicut uaſa in miniſterijs tẽpli ſegregata, nõ cõmunia, ſed ſancta dicebanẽ, ad quorum diſtinctionẽ reliqua uaſa humanis uſibus dedita, uocabantur cõmunia: ſic & ad diſtinctionẽ illorum ciborũ, quos quaſi mundos & ſecundũ legem edendos ſcriptura ſegregauit, reliqui omnes appellati ſunt cõmunes. Sed Apoſtolus iam à litera legis liberatus, dicit *quia nihil commune eſt per ipſum*, id eſt, per ſe ipſum. Nihil eñ in creaturis dei immundũ eſt natura ſui. Omnia nanq; à bono deo creata, bona eſſe conſtat & munda. Nec tamen in his diſtinctionem legis accuſat, ut abſolute dicat nihil eſſe cõe eorum, quæ lex definiuit immunda. Præmittit enim cauſam, cur per ſeipſum. i. natura ſui, nihil cõmune ſit. Scio, inquit, & confido in domino Ieſu. Manifeſtum eſt eñ, ſaluatoris beneficio omnia munda eſſe, qui de ſub iugo legis eruens homines, reddidit eis ſtatutum priſtinum libertatis. Ita
Matt.7. que uel propter dei creationem, uel propter ſaluatoris aduentum, nihil increaturis eſt naturaliter immundum. Vnde & ipſe dicit, q̃a non quod
Mcc.15. intrat in os, coinquinat hominem. Nihil eſt com-
B mune, *niſi ei qui exiſtimat aliquid commune eſſe, illi eñ commune eſt* propter æſtimationẽ, qua putat illud eſſe cõmune, i. immundum. cogitatio eñ mentis cibum, qui natura ſui non eſt cõmunis uel polluitus, facit pollutum, cum econtrario cibum uere pollutũ (uere enim pollutus, q̃ idolis immolatur) ſimplicitas mentis, q̃ nullum cogitationis ſcrupulo ſitatem habeẽ, ab omni ſuſpicione cõtaminationis abſoluat. Et rurſum etiam ſi mundus ſit cibus, ſuſpicionem tamẽ aliquis patiaẽ, quaſi quod idolis immolatus ſit, pollutus dicitur pro cõſcientiæ ſcrupulo. Dixi ne ponatis offendiculum fratri uel ſcandalum, ideo ſcilicet, *quia ſi propter cibum tuum* ſaltem *contriſtatur frater tuus, iam non ſecundum charitatem ambulas*, id ẽ, iam huius operationis tuæ greſſus nõ tenet uiam fraternitatis: & idcirco graiter peccas, quia charitatem deſeruiſti, ſine qua nihil placet deo. *Noli cibo tuo illum perdere*. Non debes eum cibo tuo uel cõtriſtare. Plus autem caue, ne taliter eum perdas. Noli p̃ cibo tuo, pro tam uili re, tam cito peritura, perdere rem tam magni precij & tam dignam, pro qua Chriſtus ſuſtinuit mortem. Cum definiſſet apoſtolico dogmate, perdñm Ieſum nihil cõmune uel immundũ natura ſui putandum, & dediſſet erga uſus ciborum fidelibus quibuſq; abſolutiſſimam libertatem, rurſus ad ædificandam autoritatem fratrum amoris, licentiam reuocat libertatis, & dicit: Etiam ſi commune nhil eſt, & omnis uſus ciborum licenter admittitur, tamen tu ſi propter cibum quẽ licitum putas, fratrem qui nondum ſcientiæ huius capax eſt, ſcandalizas, iam non ſecundum charitatem agis, nec affectum in te fraterni amoris oſtendis.

Et ideo ne lædas aut contriſtes eum, etiam à licitis
C abſtinere debes. Tibi enim abſtinere à licitis, crimen nullũ eſt: illi uero, in quibus diſcernit & putat non licere, contaminabilis uſus eſt. Qui enim diſcrenit, ſi manducauerit, damnatus eſt. Quod ſi facias, tu utique fratrem tuum ſpernis & perdis, *pro quo Chriſtus mortuus eſt*, & tu ei cauſam perditionis acquiris.

Non ergo blaſphemetur bonum noſtrum. Nõ eſt enim regnum dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax & gaudiũ in ſpiritu ſancto. Qui enim in hoc ſeruit Chr̃o, placet deo, & p̃batus eſt hominib9. Itaque q̃ pacis ſunt, ſectemur: & q̃ ędificationis ſunt, inuicẽ cuſtodiamus.

¶ Quandoquidem frater contriſtatur cibo noſtro aut perditur, *ergo* caueamus *ne bonum noſtrum blaſphemetur*. Blaſphematur eñ bonum noſtrum, ſi propter eſcas contentiones oriuntur: quoniam bona in ſe comeſtio blaſphemabilis eſt, dum alijs
D nocet. Et quia nocet, abſtine. Et abſtinẽdum eſt, quia *non eſt regnũ dei eſca & potus*, id eſt, regnum dei propter quod laboramus & currimus, neque per eſcam, neq; per potum cõſtat: ſed aliena ſunt hæc à regno dei, & ab illa ſanctorum cõuerſatione futura. Nõ erunt ibi carnales epulæ, *ſed iuſtitia & pax & gaudium*. Et quia ſolent homines multũ gaudere corporeis cibis, addidit: *in ſpiritu ſancto*. Ideoq; nos in his uirtutibus exerceamus, quæ nobiſcum poſſint tranſire regnũ cælorum, id eſt, in iuſtitia & pace & gaudio ſpirituali. Has enim tres uirtutes idcirco poſuit, quoniam ad intentionẽ ſuam & ad Romanorũ correctionem ſpecialiter militare uidit: iuſtitiã, ut unuſquiſque non faciat alij, quod ſibi nõ uult fieri: & q̃d ſibi exoptat recte fieri, faciat alij. Pacem, ut illis quies & cõcordia ſit, nõ gloriatio & diſcordia. Gaudium, ut unuſquiſque de bonis fratris ſui gaudeat, ſicut de ſuis. Et iſtæ uirtutes ſunt regnũ dei, quoniam uirtutibus huiuſmodi cõſiſtit regnum ſupernæ beatitudinis. Vel regnũ dei ſunt, quia etiã in p̃ſenti uita regnat deus in illis, in quib9 ſunt hæ uirtutes. Vere iſtæ in ſpiritu ſancto ſunt regnũ dei, nam *qui in hoc*. i. in ſpiritu ſancto, *ſeruit Chriſto*, ut accepta ſpiritus ſancti gr̃a. ſtudeat obedire mandatis Chr̃i, *placet deo patri* qui de Chriſto dixit, Ipſum audite. *& probatus eſt hominibus*, qui uidentes opera eius bona, glorificãt patrem eius qui in cælis eſt, Placet deo ſcdm gaudium quod eſt in ſpiritu ſancto, probat9 apparet hominibus ſecundũ iuſtitiam & pacem. Et quia pax & gaudium eſt regnũ dei, atque per hæc placere poteſt quiſque tam deo quãm hominibus, *itaque ſectemur* ſemper ea *quæ pacis ſunt* & concordiæ, non q̃ belli & diſcordiæ, *& cuſtodiamus* ea *quæ ſunt ædificationis*, id eſt, obſeruemus ea quæ ad ædificationem pertinent, *inuicem*, id eſt, ludæus ad gentilem, & gentilis ad ludæum, ut ſemper alterutrum magis ac magis ædificemur, uel alij per nos.

A Noli propter eſcam deſtruere opus dei. Oñia quid̃ munda ſunt, ſed malum eſt homini qui per offendiculum
Tit.1. manducat. Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere uinum, neque in
2.Cor.8. quo frater tuus offenditur aut ſcandalizatur aut infirmatur. Tu fidẽ habes penes temetipſum: habe corã deo. Beatus q̃ non iudicat ſemetipſum in eo q̃d probat. Qui aũt diſcernit, ſi manducauerit, dãnatus eſt, quia nõ ex fide. Oñe aũt quod non eſt ex fide, peccatum eſt.

¶ Quæ ſunt ædificationis cuſtodire debemus, & ideo *noli propter eſcam tuam deſtruere* in alijs *opus dei*. i. ſubuertere fidem & charitatẽ, quas in eis operatus eſt deus. Soluit eñ opus dei & ædificiũ deſtruit charitatis, q̃ propter ciborũ intemperatiã ſcandalum fratribus ponit. *Omnia quidem* genera ciborũ *munda ſunt, ſed* tamẽ nõnulla ſunt intermit-
B tenda, ne p̃ hæc deſtruatur opus dei, quia *malũ eſt homini q̃ per offendiculũ* aliorum *manducat*. i. qui ita manducat, ut alij p̃ eius mãducationem cadant & à fide deficiant. Quod ergo ſui natura bonũ eſt, ex offenſione efficit malum, ex eo quod offendit̃ frater te utente his cibis, in q̃bus ille ſcandalũ patitur. Oñia enim naturaliter munda ſunt, quãuis lex Moyſi quædã munda & q̃dã immunda ſignificauerit, ut populus q̃ ſub lege cenſebaẽ, diſceret̃ p̃ huiuſmodi obſeruantias à cæteris genubus uideret̃. Et quandiu quidẽ populus ille ſanctus & ſegregatus à cęteris natiõibus habebaẽ, ęqua diſcretio de mundis & immũdis non neceſſaria uidebaẽ, q̃ populum illũ ſecerneret à nationib9, quas ignorantia dei & cultus idolorum faciebat immũdas. Nũc uero gentilibus cunctis ad fidẽ ingreſſis, nõ neceſſe eſt diſtãtias huiuſmodi obſeruare, ſed omnem creaturã dei, ſicut reuera eſt, bonã ęſtimare. Oñia itaque munda ſunt & bona, ſed in malum cõuertuntur eis, q̃ per offenſionẽ fratrum comedunt ea. Et ideo ne frater offendaẽ, abſtinendũ eſt ab eis. Nã *bonum eſt non manducare carnem, nec bibere uinũ* per offenſionẽ fratris, *neque* aliud *in quo frater tuus offenditur aut ſcandalizatur, aut infirmatur*. Alioq; manducare carnẽ & non manducare, uel bibere uinum & nõ bibere, neque malum neque bonũ eſt, ſed mediũ & indifferens. Poteſt eñ non manducare carnẽ & non bibere uinum etiã malus homo & à fide alienus, ut ſæpe etiam nonnullos idolorum cauſa hoc facere contigit. Sed ne frater offendatur uel offendat, ideo nõ manducare carnẽ & non bibere uinum, nõ iam medium uel indifferens, ſed uere bonum eſt. Bonũ eſt enim abſtinere à carne & uino, ſi in eis frater offendit̃. Omnia enim ob hoc fieri oportet, ne deſtruaẽ opus dei. Ideo & manducandum eſt, ſi in eo frater ædificatur: & non eſt manducandum, ſi per hoc decreſcit opus dei. Et bibendum eſt, ſi p̃ hoc proficiat fra-
C ter ad fidem: & non bibendum, ſi per hoc aut frater damnum fidei, aut tu detrimentum charitatis incurras. Sunt & aliæ cauſæ, propter quas à talibus cibis plerique religioſorum abſtinent, ſed nunc tacenẽ ab Apoſtolo, quia rudibus loquit̃. Ob hoc enim ſolummodo ſuadet nunc abſtinendum, ne frater offendatur, aut ſcandalizetur, aut infirmetur. Offenditur enim, ſi propter comeſtionem aut bibitionem offenſus recedit à fide. Vel offendit perturbatus, neſciens quid teneat. Scandalizatur, ſi cõtriſtatur, infirmatur in fide, ſi quãuis non recedat, dubitare incipit. Et ne frater iſta propter cibum tuum patiatur, abſtinere debes. Quod bene potes facere, quia de tuo bono nihil perdis. *Tu* enim *habes penes temetipſum*, id ẽ, in corde tuo, unde nullus auferre poteſt, *fidem* qua credis licitũ manducare omnia, *habe* illam *coram deo*. id eſt, ſerua illam intra conſcientiam, nec iactes illam coram hominibus, ne magis in oſtentatione fiat quod credis, quãm in uirtute. Sufficit tibi habere coram deo huiuſmodi fidem. Non tamẽ id circo cogendus eſt & alius ut omnia manducet, qui nondum habet talem fidem, ut credat omnia eſſe manducãda. Et ideo noli apud homines gloriari de hac fide tua, ſpernendo cæteros qui nondum ſic credunt, ſed in oculis interni arbitri eam retine. Nã *beatus* eſt *qui non iudicat ſemetipſum*, id eſt, qui non facit damnabilem ſeipſum nocẽdo alijs, *in eo quod probat*, id eſt, in eo facto quod laudat & bonum iudicat. Beatus qui nõ aliud facit, quãm quod utile probat. Nam ille ſemetipſum iudicat, D id eſt, proprio iudicio ſe damnat, qui quod dicit non debere ſe facere, facit. Bona enim eſt fides, q̃ credimus omnia eſſe munda, & hanc probamus apud noſmetipſos ueraciter eſſe bonam. Sed ſi hoc fidei bono male uſi fuerimus, ut per offendiculum infirmorũ fratrum manducemus, noſmet ipſos iudicamus, quia ſciẽter hoc facimus, quod non eſſe faciẽdum mẽs noſtra iudicat. Ille quidẽ beatus eſt, qui non ita ſe iudicat. Sed ille *qui diſcernit*. i. qui diſcretionem habet in cibis, putans alios eſſe mũdos & alios immũdos, *ſi* tali cõſciẽtia *manducauerit, damnatus eſt, quia non ex fide* manducat. Et ideo non debemus eum cogere ut manducet, nec exemplo noſtro ad manducandũ prouocare, ſed nos potius propter eum à talibus eſcis abſtinere. Si manducauerit, iam cõſcientia arguente damnatus eſt, quia non ex fide mãducat, dum cibum illum nequaquam credit eſſe mundum, tamen comedit. Digne enim ſubiacet damnationi, quoniam aliter credit agendum, & aliter agit. Ille nõ ex fide comedit. Sed *omne* opus *quod non eſt ex fide, peccatum eſt*. Igiẽ quia comeſtio illius peccatũ eſt, rite damnaẽ. Oñe q̃d non eſt ex fide, peccatũ eſt, quia etiam illud quod eſt bonum, ſi putetur eſſe malũ & tũc fiat, p̃cm̃ eſt. Velut ſi quis (uerbi gratia) caſtitatẽ crederet eſſe malũ, & uiueret caſtus, profecto peccaret. Et propterea omnis infidelitũ uita p̃cm̃ eſt, nihilq; bonũ eſt ſine ſummo bono. Vbi enim deeſt agnitio æternæ & incõmutabilis ueritatis, falſa uirtus eſt etiã in optimis moribus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XV.

A DEbemus aũt nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & nõ nobis placere. Vnusquisque nrm proximo suo placeat in bono, ad ędificationẽ. Etenim Chrs non sibi placuit, sed sicut scriptũ est, Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Psal. 68.

¶ Infirmus sic edit, damnatus est, sed nos firmiores debem9 sustinere taliũ imbecillitates. Vel ita. Offendiculũ uel scandalũ fratri ponere nõ debemus, sed potius *nos* qui *firmiores* sumus, *debemus sustinere imbecillitates infirmoũ*, ut ea in quib9 alij pro infirmitate delinquũt, nos robustiores patienter feramus, & nõ continuo spernentes, abijciamus & abhorrescamus illos, si forte in aliquo infirmitatis uitio uincũtur, neq; sub specie purioris uitę, à cõuentu fratrum & ecclesiæ societate depellamus eos. Cum em̃ non possint se ad nos erigere, debemus nos patienter eor̃ imbecillitates sustinere, i. portare & erigere, nõ abijcere & despicere. Quoniã si porteẽ infirmus, aut erubescit diutius portari, & corrigit cõsuetudinẽ delinqẽdi: aut
B si se corrigere noluerit, q eum portat, p̃mium patientię habebit: & ille deterius peribit. Debemus inquam, eor̃ imbecillitates sustinere, ne cadãt qui titubãt, *& non nobis placere* i. priuato amore diligere, ut diligentes nos ipsos, de alijs nõ curemus: & propria cõmoda quærentes, utilitatẽ alior̃ negligam9. Hoc nullus faciat. Sed *unusquisq; nostrũ proximo* suo nõ in consensu nequitiæ ipsius, uel in alio q̃libet alio, *placeat*, sed potius *in bono* opere & sermone *ad ædificationem* illius. Nõ em̃ propter humanũ fauorem proximo placere debemus in bono qđ agimus, sed propter illius ædificationẽ, ut uerbis & exemplis ædificemus eum. Non nobis placeamus, sed proximo in bonis ad utilitatẽ eius.

Etenim Christus q̃ est caput nostrũ & dux noster sic
Philip. 2. fecit. *non sibi placuit*, quia cũ in forma dei esset, nõ rapinã arbitratus est esse se æqualẽ deo. Sed uolẽs hominibus palcere, ut eis exemplũ bene agendi tribueret & ad salutẽ eos reduceret, semetipsum
Psal. 68 exinaniuit, formã serui accipiens, *& sicut scriptũ est*, improperia sustinuit. *Ceciderunt*, inquit, *super me improperia improperantiũ tibi* o pater. Dum em̃ mihi
Lucæ, 10 improperarent, improperabãt tibi: quia sicut qui
Ioha. 13. me recipit, recipit eum q me misit: & qui me spernit, spernit eum qui me misit: qui mihi improperat, improperat ei qui me misit. Improperia ergo Iudæor̃, hoc modo tibi improperantium ceciderũt sup me, i. onere mortis oppresserũt me. Dixe-
Matt. 9. Mar. 2. runt em̃ me blasphemare in te, & ob hoc ceciderũt. Sicq; pctã peccantiũ in te ceciderũt sup me,
Ioha. 10. quia innocens à peccatoribus occisus sum quasi blasphemus: & tu q me miseras, es exhonoratus.

Quęcunq; em̃ scripta sunt, ad nr̃am doctrinã scripta sunt, ut p patientiã & consolationẽ scripturarũ spem habeamus.

¶ Dixi quia Christus quẽ nos sequi debemus, C
sustinuit (sicut scriptum est) improperia pro salute hominum, & non sibi placuit, sed alijs, ut salui fierent. Et uere nos per hanc psalmi scripturã docemur exemplo eius, non nostra, sed aliorũ commoda q̃rere. *Quæcũq; enim* in ueteri testamẽto *scripta sunt, ad nostram doctrinam*, id ẽ, ut nos per hæc doceamur, *scripta sunt*. Ostendit Apostolus utilitatẽ lectionis ueterum scripturarũ. Quas quia Iudæi non intellexerunt, nos autem Christo aperiente intelligimus, non ad illorum, sed ad nostram doctrinam scripta sunt quæ ibi leguntur. Quæ em̃ scribuntur, propter eos sine dubio scribũtur, qui intellecturi sunt & utilitatẽ ex eis capturi. Et id eo propter nos scripta sunt omnia quæ in lege et prophetis legunt̃, ut nos qui intellecturi eramus, doceremur p ea quid credere & agere deberem9 uel sperare, *ut* scilicet *per patientiam & consolationẽ scripturarum spem habeamus*, per patientiam habeamus spem, quoniam patientia operatur probati- Rom. 5
onem, probatio uero spem. Et per cõsolationem Iacob. 1
scripturarum habeamus spem, quia dum scripturæ nos in aduersis consolantur, in spem supernæ beatitudinis mentem nostram erigũt. In ipsis scripturis docemur per patientiam, ut communicemus passionibus Christi, & pro salute proximorum libenter sustineamus, sicut ille sustinuit pro nobis. Et ibi percipimus consolationẽ, id est, mœroris & afflictionis alleuationem, ne nimia absorbeamur tristitia. Consolatio em̃ nõ doloris ablationem significat, sed temperantiam & quandam mitigationẽ. Et hanc ex scripturis habemus, atq; per hanc, spem: quia dum præsentem tristitiam nostram deus per scripturar̃ suar̃ sententias leuigat & in hilaritatem uertit, dat spem perueniendi ad illud gaudium, cui tristitia non erit admixta. Consolatio nobis datur in recitatione passionum Christi, quia dũ legimus uel audimus quot & quanta ille sine culpa sustinuit, intelligimus nos peccatores omnia debere libenter sustinere: ac deinde sequitur spes, quia per has afflictiones speramus ad illam beatitudinem peruenire, ad quam Christus merito suæ passionis peruenit.

Deus aũt patientiæ & solatij det uobis idipsum sapere in alterutrum sẽdm Iesum Christũ, ut unanimes uno ore honorificetis deũ & patrẽ dñi nostri Iesu Chr̃i. Propter q̃d suscipite inuicẽ, sicut & Christus suscepit uos in honorẽ dei. D

¶ Scripturæ nos docẽt, sed deus uobis tribuat, ut possitis agere quod scripturę docẽt. Deus luce & uirtute suæ gratiæ uestrã imbecillitatẽ corroboret, ut operari uelitis & possitis qđ in scripturis auditis. deus dico patientiæ & solatij, id est, à quo est patientia & solatium, sicut & cæteræ uirtutes. Cum dicitur, deus patiẽtiæ, hoc intimatur, quia deus cũ his est, qui habent in se uirtutẽ patientiæ: sicut & cum dicitur, deus iustitiæ, oñditur in illis esse deus, qui seruant iustitiã. Similiter &

A deus solatij, cum dicitur, oſtẽditur esse cum illis, qui ex scripturis diuinis p intelligentiam spiritalem capiunt solatiũ. *Deus patientiæ & solatij det uobis idipsum sapere in alterutrum*. More patriarcharũ & prophetarũ tribuit nunc Romanis Apostolus benedictionẽ. Grandis enim est ista benedictio, qua precat illis diuinitus dari, ut idipsum sapiant in alterutrum. hoc est, ne iam sit in eis ulla dissensio, sed unum idemq; sapiant omes atque sentiãt, & sicut sibi, ita & proximo suo uelit unusquisq;. Bene autem addidit, *secundũ Iesum Christum*. Potest enim fieri, ut & in malitia aliqui unum uicissim sapiant & consentiat. Qui autem secundum Chrm sapiunt, sine dubio omne quod sapiunt, bonum est. Det, inquit, uobis idipsum sapere inuicem, id est, det uobis tãtam concordiam inuicẽ, ut quod unus sentit, sentiat alter, & sapientiæ sensus transeat in alterutrum. i. de isto in illum, & de illo in istum. Et hoc secundũ Christum, id est, in oñi bono per quod regem nostrum sequimur, nõ in malo per quod ei cõtraimus. Ita sapiatis, *ut unanimes*, id est, unum omes animum habentes, *uno ore honorificetis deum & patrem domni nostri Iesu Christi*. Vno ore dicitur, quando unus atque idem sensus & sermo per diuersorum ora procedit. Idem sapiatis, ut unanimes uno ore deum honoretis, quoniam aliter eum honorare nõ potistis. Non enim honoratur nisi ab illis q idipsum in Christo sapiunt, &
E unanimi uoluntate atq; eadem oris confessione laudant eum. Qui sẽdm humanitatẽ christi, est deus eius: & sẽdm diuinitatem eius, est pater ipsius. Vno sensu & concordi uita debetis eum honorare. Propter quod, i. ut eum concorditer honoretis, *suscipite inuicem* alij alios, ne iam alter alterum abijciat, causa mundorum uel immũdorum ciborum dissentiens ab eo. Vbi pro eis orationem prę misit, oſtẽdit quia nõ ex uiribus & meritis hominum, sed ex dei gratia salus est. Vbi uero admonitionem subiungit, ut sẽinuicem suscipiant, libertq; arbitrium in eis demonstrat: & quod ex suo arbitrio per præcedentem dei gratiam corroborato, salutem suam operari possint, indicat. Nam si nihil possent ex uiribus suis, non eos admoneret: & si solo arbitrio sufficerent, deum p ipsis non oraret, sed solummodo exhortaretur eos. Suscipite uos inuicem, *sicut & Christus suscepit uos*, qui nullius horruit immũditias, nec reputauit alicui delicta sua. Nihil ergo de immunditia animalium iudicetis, sicut nec ille immunditias credentium reputauit. Suscepit autem uos *in honorem dei*, quoniam
Matth. 5 ad hoc uos suscepit, ut iuxta præceptum eius, uideant homines opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cælis est.

Dico em̃ Christum Iesum ministrũ fuisse circũcisionis, propter ueritatẽ dei ad confirmandas p̃missiones patrum,

2 Reg. 17 gentes aũt super misericordia honora-
Psal. 17. re deũ, sicut scriptũ est. Propterea confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Lętamini gentes cum plebe eius. Et iterum: Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursum Isaias dicit: Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. C

Deut. 32
Psal. 16.
Isaiæ 11.

¶ Vere susceptt uos Chrs, nam Iudæos propẽ ueritatẽ, gentiles propter misericordiam. *Dico enim Iesum Christum ministrum fuisse circumcisionis*, i. ego cui indubitãter credendũ est, ego qui nõ ab homine, sed ab ipso Christo didici, ego qui tantus Apostolus sum, dico quia Chrs fuit minister circuncisionis. i. apostolus & p̃dicator eorum q sunt ex circuncisione, sicut ait: Nõ sum missus ad oues quæ Mat. 15.
perierũt domus Israel, & hoc *propter ueritatem dei* cõplendam, qui loquut9 fuerat Abraæ & Dauid, Gene. 22
quod ex eor̃ semine Christus esset uenturus, *ad confirmandas promissiones patrũ*. i. ut ratas & firmas redderet promissiones, q de eius aduentu factæ patribus in scripturis leguntˉ. Ad illos enim uenire debuit, q̃ tum patribus fuerat promissus. Non aũt clausit deus fontẽ bonitatis suæ etiã in alienigenas gentes, sed p eundẽ redemptorẽ misericordiẽ saluauit. Vel pro eo qđ circuncisionẽ in carne sua Christus suscepit, dicit minister fuisse circuncisionis, ut aperte declararet qđ ex semini Abraæ ueniens, cui deus p̃miserat, quia in semine eius benedicent oẽs gentes, cõpleret in semetipso q̃ patribus fuerãt promissa, ut p hoc gentiles intellgerẽt non esse penitus iudicãdos eos, qui in legis obseruationibus demorantˉ, cum etiam Chrs in carne sua circuncisionis minister. i. obseruator extiterit. Dico Christũ fuisse ministrum circuncisionis propt ueritatẽ dei, sed *gentes* dico *honorare deum*, id est, dico quod gentes ad fidem conuersæ, bonis operibus & religiosis moribus honorant deum *super misericordia*, id est, de misericordia aut pro misericordia superne à deo collata. Veritas enim in Iudæis, misericordia in gentibus. Veritas ibi, ubi erant eloquia dei misericordia in illis, qui dimiserant deum, & cõuerterant se ad diaboli cultum, nullamq; promissionem diuinitus acceperant, & nullum iustitię meritum habebant. Ita per solam misericordiam uocauit deus gentes ad honorandum & glorificandum se, sicut in psalmo scriptũ Psal. 17.
est in persona Christi: *Propterea*, id est, propter resurrectionem meam & ascensionem, quia ab insurgentibus in me exaltabis me, à uiro iniquo eripies me, o deus qui subdis populum sub me, *confitebor tibi in gentibus*, id est, tibi per me cõfitebuntur gentes, *& nomini tuo cantabo*, id est, cantantes faciã. Ostendit à gentibus maiores deo gratias referendas. Cui enim plus dimittitur, plus diligit. Et Iudæis arrogantiam tollit, dum & gentium salutem sibi militer docet esse prædictã. Quod dominus ait, Confitebor tibi in gentibus, declarat qa ipse confitetur in eis, sicut & loquit in eis, utpote in membris suis. Confessio autem non tantum peccato-

Lucæ. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rum est, sed & Iaus dei. Et quod ait, cantabo, hoc est illud canticum nouū, de quo dicit alius psalmus: Cantate dño canticum nouum, cantate dño omnis terra. Ipse quippe cātat in nobis, cuius gra
Psal. 95. cantat in nobis. Intus ē gaudium, ubi uox laudis & cantus & auditus: q̄ uoce laudatur, qui gratis amandus est toto corde, tota anima, & tota mente, amatore mō; suum accendit in se gra spiritus
Psal. 17. sancti. Hæc de gentium salute Dauid in psalmo. Et iterum Moyses in cantico Deuteronomij, ubi nos habemus, Laudate gentes populū eius, iuxta
Deut. 32 Septuaginta interpretes dicit, *Lætamini gentes cum plebe eius* .i. cum iudæis unum ouile in Christo factæ gaudete. Et iterum Dauid: *Laudate omnes gentes*
Psal. 116 *dominum*, quia auxit plebis suæ numerū nobis omnibus associatis. *& magnificate eum* .i. magnum & gloriosum uestris operibus ostendite *omnes populi* Iudæorum, i. duodecim tribus & omnes familiæ Israel. Et *rursum Isaias ait*, quod ad idē pertinet: *Erit*
" *radix Iesse* .i. principium regalis familiæ, & ex hac radice erit Christus, q̄ *exurget* à mortuis *regere gentes*, .i. ut regat gentes per fidem & bona opera, & ideo *gentes sperabunt in eum* uenturum ad iudiciū, ut recipiant ab eo coronam gloriæ. Vel quia ipse
Apoc. 22 Christus in Apocalypsi Iohānis dicit, Ego sum radix & genus Dauid, ipse potius est intelligendus radix Iesse .i. origine carnis e Dauid & Maria trahens ex Iesse. Radix, inquit, erit Iesse, i. erit filius Iesse, erit ducens genus Iesse, & ipse erit qui de morte
B exurget regere gentes, & in eū (ut diximus) gentes
Mat. 25. sperabūt, ut cum redierit, percipiant ab eo regnū.

Deus autem spei repleat uos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spe & uirtute spiritus sancti.

¶ Pulchre qui dixerat in Isaia scriptum esse, quod in eum gentes sperabūt, subiungit: *deus aūt spei*, uelut si scriptū fuisset, quod in eū gentes crederent, & adiecisset, deus aūt spei. Deum aūt spei inuocat sup eos qui sperant in eum, à quo eis bene dictionis munus precatur augeri. quasi dicat: Ego scripturarū testimonijs ostendi uos tam gentiles q̄ Iudæos per Christum ad fidē pertinere, sed deus qui potest oīa adimplere q̄ dixi, deus spei .i. qui dat spē uel in quo speramus, *repelat uos omni gaudio* spirituali, ut nullus uestrum tam cōtristet, sicut solebatis in lite mutuo cōtristari, sed de profectu uīo & spe gaudeatis, *& repleat uos pace*, id est, concordia *in credendo*, ne in uestra credulitate sit ulla discordia, sed pax adinuicem *ut abundatis* bonis operibus *in spe* futuræ remunerationis *& uirtute spiritus sancti*, qua nunc confortamini. Vel abundetis per opera bona, id est, certius speretis æternam beatitudinem, & abundetis in unitate & uirtute spiritus sancti, id est, abundantius replemini eiusdem spiritus fortitudine, ut ad oīa situs robusti.

Certus sum autem fratres mei & ego ipse de uobis, quoniā & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere.

¶ Ne uideretur omnes intelligere discordes, & ad corrigendum insipientes, remouet illud. Quod ideo incipit, ut admonear perfectiores de correptione minorum, & inde proponit se exemplum qui laborabat de alijs. Et opus est ut hoc isti faciant, cū ipse alijs impeditus, ad eos uenire nondum possit. Moneo, inquit, uos inuicem suscipere & concorditer uiuere, non tamen omnes, sed *certus sum* de uobis maioribus o *fratres mei & ego ipse*, qui ita loquor, *quoniam* nō ego solus, sed uos *ipsi pleni estis dilectione*, qua uelitis alijs prodesse, & *repleti omni scientia*, qua possitis implere quod uultis erga profectum aliorum. Repleti omni scientia ueteris & nouæ legis, & si non plenarie, tamē ex parte, *ita ut possitis alterutrum monere*, id est, intātum didicistis omnem scripturæ scientiam, ut possitis per eam inuicem alterutrum monere ad bene agendum, nisi in uestra culpa remanseritis.

Audacius autem scripsi uobis fratres ex parte, tanquam in memoriam uos reducens, propter gratiam quæ data est mihi a deo, ut sim minister Iesu Christi in gentibus, sanctificans euāgelium dei, ut fiat oblatio gentium accepta & sanctificata in spiritu sancto.

¶ Certus sum de uobis, & uos scientia repletos esse uoui, sed tamen *audacius* quām fortasse putaretis, *scripsi uobis o fratres*, & scripsi *ex parte*. Cum nunc Apostolus, à quo scientiæ sermo nobis trāsfusus est, ex parte se dicat scripsisse, credēdum est quod quamuis alibi ipse dicat, Ex parte cognoscimus & ex parte pphetamus, plura tamen & multo plura sciret quām scripserit. Tanquam cīm ipse multa sciret, nec tamen auderet multa proferre, audacius se fecisse dicit, ut saltem aliqua per scripturā eis dirigeret. Quod uero ait, *tanquam in memoriam uos reducens*, indicat fuisse quidem sibi iam sermonem de talibus, & se frequenter disseruisse de mysterijs, sed quia q̄ solo sermone dicta sunt facile intercipere posset obliuio, p hæc pauca quę scripsit, reuocat illos in memoriam eorum, quæ latius sępe disseruerat. Vel audacius scripsi uobis, reprehendendo audacius quosdam uestrum male se habentium, scripsi dico, nō quasi putans uos insipientes, sed quasi in memoriam uos reducēs, id est, quasi faciens uos memores quid agere debeatis. Per laudem eos reuocat ad meliora more exhortantis. Vnde nec dicit se docere eos, sed monere, quasi quod sciatur, sed subterfugiat animo. Vbi tamē latenter eos arguit, quasi oblitos quod mente sedula retinere debuissent. Scripsi, inquit, uobis, & hoc *propter gratiam* apostolatus *quæ data est mihi a deo*, quasi dicat: Pro officio meo omittere non potui. Ob hoc data est mihi gratia, *ut sim minister Christi in gentibus*, .i. ut ministrem & seruiam Christo p̄dicans illum gentib9. Non temere scri-

A bit, sed apostolus gentiū cōstitutus, audet scribere oībus gētibus. Sum minister Christi, quē ipse, non alius instituit. ego dico *sanctificans euangelium dei* .i. exemplo meo ictm̄ ostendens, quod cū tāta
Isaiæ. 52. reuerentia ministro, *ut fiat oblatio gentiū accepta*, .i. ut omnes offerantur domino tanquam acceptabile sacrificium, cum in Christum credentes per euangelium sanctificantur. Vel fiat oblatio gentium accepta, id est, ut gentes quas offero, sint acceptæ deo fidei pfectione. *& sanctificata* bona operatione *in spiritu sancto*, id ē, in spiritus sancti gra.

Habeo igitur gloriā in Christo Iesu ad deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Chīus in obedientiam gentiū uerbo & factis, in uirtute signorum & prodigiorum, in uirtute spiritus sancti, ita ut ab Ieru salem per circuitum usq; ad Illyricum repleuerim euangelio Christi.

¶ Dixi quia sum minister Iesu Christi, sanctificans euangelium dei. *Igitur habeo gloriam in Christo Iesu*, cui ministro, *ad deū*, cuius euāgeliū sanctifico.
B In Christo gloriā istam habeo, quia nullus apud
Isaiæ. 52 deum gloriam habere pōt, nisi in Chīo. Christus enim ueritas & sapientia & iustitia, & sine his nemo gloriam habet apud deum. Habeo gloriam in Christo & recte: quia *non audeo* ut pseudo apostoli *loqui aliquid eorum quæ per me non efficit Christus*, id est, dedecus grande putarem, si aliquid loquerer quod per me Christus non operetur, *in obedientiam gentium*, id est, ut gentes ei obediant *uerbo* meæ prædicationis *& factis* meæ operationis, *in uirtute signorum & prodigiorum*, id est, potentia mysticorum & simplicium miraculorum, factorum *in uirtute spiritus sancti*. Quæ loquor, inquit, non sunt alieni operis uerba: nec aliorum gestorum laudator efficior, sed quæ Christū per me fecisse noui, hæc scribo uobis, quæ per obedientiam gentium uerbo in me & opere expleuit, uerbo doctrinæ, opere autem signorum & prodigiorum. Signa appellantur, in quibus cū aliquid sit mirabile, indicatur etiam aliquid futurum. Prodigia uero, in quibus tantummodo mirabile aliquid ostenditur. Signa autem & prodigia, quasi quæ utrunq; contineant, dixit. Scriptura uero diuina interdum tenet istas proprietates, interdum abusiue & prodigia p signis, & signa pro prodigijs p̄onit. Hæc ideo per se facta dicit Apostolus, ut probet se nihil minus posse quām priores apostolos, qui cum Christo fuerant. In uirtute autē spiritus sancti potest illa potestas intelligi, qua manus imponebat super credentes & accipiebāt spiritum sanctum, uel super infirmos & sanabantur. *Ita*, inquit, operatur in me Christus, *ut ab Ieru salem usque ad Illyricū repleuerim euangelio Christi* oēs populos per circuitū, uel euangeliū Christi repleuerim .i. plene p̄dicauerim usq; ad Illyricū, q̄ est regio magna, incipiens à principio Europe, & habens prouincias decem & nouem, ex q̄bus Dalmatia & utraque Pānonia, Epirus & Achaia, Macedonia & Thessalia. C

Si autē p̄dicaui euangeliū hoc, nō ubi noīatus est Christus, ne super alienum fundamentū ædificarē, sed sicut scriptum est: Q̄m quibus nō est annunciatū de eo, uidebūt: & qui nō audierūt, intelgent. Propter q̄d impediebar plurimū uenire ad uos, Nunc aūt ulterius locū non habēs in his regiōibus, cupiditatē autē habens ueniendi ad uos ex multis iam p̄cedentibus annis, cū in Hispaniā proficisci cœpero, spero q̄ præteriens uideam uos, & a uobis deducar illuc, si uobis primū ex parte fruitus fuero. D

¶ Repleui omnia euangelio per tā longa terrarū spatia, nec post alios id feci, sed *sic prædicaui hoc euangeliū*, ut oēs anticipare, quia prædicaui illud *non ubi nominatus est Christus* .i. nō in locis in qui
1. Cor. 1. bus ab alijs prædicatus fuerat, *ne sup alienū fundamentum ædificarem* .i. ne super fundamentum fidei ab alio positum adderē meæ prædicationis ædificiū, & alieni operis gloriā subripere uiderer, *sed sicut* in Isaia *scriptum est* feci, ubi legitur: Quia q̄bus *non est annunciatū de eo* .i. de Christo, *uidebunt* eū oculis cordis: *& qui* antea *non audierunt* prædicationē de eo, *intelligent* quæ de ipso dicuntur. Secūdum hoc prophetiæ testimonium obseruauit diligenter Apostolus, ut illis Christū nunciaret, quibus à nullo fuerat nunciatus, & illi de eo intelligerēt, qui à nullo antē didicissent. Nā quia sciebat pseudo apostolos sub nomine Christi falsa dicere, q̄l' postea corrigere maximi erat laboris, ideo erat solicitus præuenire, & ueritatē integre tradere, ubi Christus nondum erat nunciatus: utiq; uerus de eo esset intellectus, festinabat gentes ueritate imbuere, quatenus contra pseudo apostolorum commenta cautos omnes facerent. Tot, inquit, gentibus p̄dicaui Christum ignorantibus. *Propter quod*, id est, quia detinebar occupatione fundandi ecclesias, & in illis locis fundandi, ubi nullū fidei fundamentū præcesserat, dū per circuitū irem, & pseudo magistros præuenirē, *impediebar plurimū uenire ad uos*, quos (sicut in principio epistolæ dixi) uidere desidero. Sed *nūc alterius non habens locū* .i. causam morādi *in his regionibus*, q̄a oēs notitia dei repleui, *sed cupiditatem* diu *habens ueniendi ad uos ex multis iam præcedentibus annis, cum cœpero proficisci in Hispaniā*, ad quā difficile itur à pseudo apostolis, & ideo tardare licuit, *spero q̄ præteriens uidebō uos*. Videt hęc in Achaia posito dicere apud Corinthū. Quæ utiq; Achaia uicina & cohērēs est Macedoniæ. In q̄bus locis degēs, cū singula quęq; pagrasset, euāgeliū p̄dicans in his dūtaxat finib9, ubi Chīs ante nō fuerat p̄dicatus, & agnitiōe dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

A repleſſet oſa, dicit ſe ulterius locum nō habere in his regiōibus, i. nullū ſibi ſupereſſe Chriſti prædicatione uacuū, & tempus iam adeſſe, quo deſiderium ſuū uidendi Romanos debeat implere, qđ conceptū ex multis annis gerebat, ſed propter alios aſſidue conuertendos, diſtulerat. Nec falſum loquitur, qui ſe in Hiſpaniā profectus pollicet. Profectus eſt enim, ſicut Hierony. & Beda, cæteriq; doctores teſtant. Vñ & Narbonā præteriēs, quēdā diſcipulum ſuū noīe Paulū, fertur ibi reliquiſſe epiſcopū. Peruenit igit uſq; ad Hiſpanias, & à mari rubro uſq; ad oceanū prædicando cucurrit, imitans ſolis curſum ab oriente uſq; ad occaſum, ut ante & terra deficeret q̄ ſtudiū prædicandi. Quia ergo & apud Hiſpanias pſeudoapoſtolos præuenire feſtinabat, cū in Hiſpaniam, inquit, proficiſci cœpero, ſpero ꝺ uideā uos, quaſi dicat: Ex me nihil poſſum, ſed ſpero q̄ deus dabit ut uos uideā, & hoc præteriens, quia nō indigetis lōga mora, & alīꝰ prorſus indigent aduentu meo. Spero ꝺ uideā uos, *& a uobis deducar illuc*. ſi interim uos præparatis, ne me à cæteris retardetis, uidelicet *ſi uobis primū fructus fuero*. i. ſi primū de uobis fructū habuero, ſi primū de uīo fructu lætatus fuero, & hoc ex parte ueſtrum. i. ex illis qui
B nondū talem fructū faciūt, qualē oportet. Quod air, ſpero quia p̄teriens uideā uos, nō ita accipiendum eſt, quaſi tā paruo amore erga Romanos teneret, ut eos in tranſitu ſolūmodo & aliquo pergens iudicaret uiſendos. Vñ ſubiūgit, ſi uobis primū ex parte fruitus fuero. In quo utiq; in ipſoꝝ poteſtate uideꝫ ponere, quandiu pro eis debeat relaxare propoſitū alio pergēdi: & hoc quodam mō amorē ipſoꝝ erga ſe inuitat & nutrit, ut ipſi inſatiabili erga Apoſtolū teneant affectu, ſciant etiā ipſum id habere propoſiti, ut nō prius ab eis diſcedat, neq; alio cū charitatis ipſoꝝ grā perfruatur: nō tñ ex integro, ſed ex parte ſatis fiet eidem charitati. Præmonet em̄ quod præferenda ſit eis neceſſitas euangelizādi pluribus. Et bñ his quos nondū ſcđm carnē uiderat, & ad quos nondū in corpore uenerat, præſentiā ſui & retardationem moderatius pollicet. Deſiderabilius em̄ ſuſcipimus bona, q̄ cito metuim9 auferēda; ſecurius uero negligim9, q̄ nos diutius cōtēturos credimus.

Nūc ergo pficiſcar Ieruſalē miniſtrare ſanctis. Probauerūt em̄ Macedonia & Achaia, collationē aliquā facere in pauperes ſctōrum, qui ſunt in Ieruſalē. Placuit em̄ eis, & debitores ſunt eorū. Nam ſi ſpiritaliū eorū participes facti
1.Cor.6. ſunt gentiles, debent & in carnalibus miniſtrare eis. Hoc igit cū conſumma uero, & aſſignauero eis fructū hunc, proficiſcar per uos in Hiſpaniā. Scio autem quoniam ueniēs ad uos, in abundantia benedictionis Chriſti ueniam.

¶ Qñquidem hic amplius nō habeo locū & uos C
delidero, igit nō indilate *proficiſcar Ieruſalē*, ut inde ueniā ad uos. Proficiſcar *miniſtrare ſanctis*, q̄ rerum ſuaꝝ uenditaꝝ precia poſuerunt ad pedes Act. 4.
apoſtoloꝝ. Et habeo quod illis miniſtrē, quia *probauerūt*. i. probum iudicauerūt. *Macedonia & Achaia*. i. Macedones & Achaici, *collationem aliquā facere*. Nō ergo coēgi, ſed ipſi probauerunt facere aliquam collationē pecuniæ *in pauperes ſanctorū*. i. in illos ſctōrum *qui ſunt* pauperes *in Ieruſalē*. Non em̄ oēs ſunt pauperes, ſed illi qui oīa uēdiderunt, & ad pedes apoſtoloꝝ (ut diximus) precium poſuerunt. Hic ſubtiliter & uerecunde, dū laudat Græcos, hortat Romanos, facilius enim deuotæ mentes, ad bñ agendū exemplis q̄ ſermonibus inuitant. Et qui per miſericordiam dei uiuunt, miſeri cordes debēt eſſe confratribus. Probauerunt, inquam, facere reꝝ ſuaꝝ collationē quam ſanctis egentibus mittant, quia *placuit eis* hoc facere, & merito placuit, quia *debitores ſunt eorū*. Similiter & Romani ſunt debitores eoꝝ. Adeo uult Apoſtolus eſſe miſericordes, ut & hoc deberi dicat ab eo, qui miſericordiam expectat. Debitores ſunt. *Nam ſi gentilis facti ſunt participes ſpiritaliū eorū*. i. ſpiritalium bonoꝝ quæ habent Hebræi, qui prædicatores eis miſerūt, *debent* ipſi gētiles *miniſtrare eis in carnalibus* bonis. Iſti ſe totos dederant diuinis obſequijs, nihil mundanū curantes, & exemplū D
bonæ conuerſationis dabant credentibus. Ideoq; gētiles qui nō poterant oīa quæ mūdi ſunt relinquere, conſtituit illis Apoſtolus tanq̄ ſtipendiarios prouinciales, ut ex rebus ſuis uictum eis miniſtrarent. Et quia illis *hoc* placuit, *igitur cum* ego *conſummauero* hoc miniſterīū, *& aſſignauero*. i. ſub ſigno uniuſcuiuſque eccleſiæ uel regionis tradidero *eis fructum hunc* ex bona arbore natum, *proficiſcar* p̄ *uos in Hiſpaniam*, & ideo interim uos corrigite. per uos tranſibo, nec inutiliter, ſed *ſcio*. i. certus ſum, *quoniam ueniens ad uos, ueniam in abundantia benedictionis Chriſti*, id eſt, multum uobis prodero. Hoc nō niſi per ſpm̄ prophetiæ pollicetur. Supra hoiem nanq; eſt ſcire de futuris, quod non ſolū in benedictione Chriſti, ſed & in abundātia bñdictionis uenturus ſit ad eos, ubi & uenientis gratia, & ſuſcipientium merita pariter deſignantur.

Obſecro igit uos fratres per dñm noſtrum Ieſum Chrm & per charitatem ſpūſſancti, ut adiuuetis me in orationibus ueſtris ad deū, ut liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudea, & obſequij mei oblatio accepta fiat in Ieruſalē ſanctis, ut ueniam ad uos in gaudio per uolūtatem dei, & refrigerer uobiſcum.

¶ Quandoquidē iturus ſum Ieruſalem, ac deinde ad uos migraturus, *igitur obſecro uos fratres*, ut ſi me uultis uidere, impetreris orando ut poſſim liberatus ad uos uenire. Obſecro uos *per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum & per charitatem ſpiritus ſancti*

A id eſt, quam ſpiritus ſanctus dat, ut ſi dominū Ieſum diligitis, & ſi in uobis eſt charitas quam ſpiritus ſanctus facit, *adiuuetis me in orationibus ueſtris ad deū*, ut quod ego ſolus obtinere nequeo, ueſtris adiutus orationib. obtineā. Multi enim in unum congregant unanimes, fiunt magni, & multorum preces impoſſibile eſt ut non impetrent. Adiuuetis me *ut liberer ab infidelibus q̄ ſunt in Iudæa*: ne me diutius teneant, & ſalutē ueſtram aliorūq; retardent, nec uictum quē ſanctis defero, tollāt. Orate ut liberer ab his incredulis, ut *oblatio obſequij mei*. i. mihi iniuncti *fiat accepta*, id eſt, ſufficiens, nō diminuta, *ſanctis in Ieruſalem*. Vel accepta, gīa & placens eis, ut intelligentes charitatē meam erga ſe, mecum unanimes gratias agāt. Magnus em̄ mihi, pfectus erit, ſi meo miniſterio lætificati, deū laudauerint. Orate ut hæc ita compleam, ſicq; uenire poſſim *ad uos in gaudio* futuri profectus ueſtri *per uoluntatem dei, & refrigerer uobiſcū*. i. requieſcam in pace & concordia ueſtra. Non enim refrigeriū habeo in uobis, ſi diſſidentes fueritis. Licet p̄ prophetiam dixiſſet ſuperius, quia ueniens ad uos, in abūdantia bñdictionis Chriſti ueniam, nihilominus tñ ſciebat etiā in his q̄ manifeſte futura cognouerat, orationē eſſe neceſſariam. Quæ utiq; niſi fuiſſet adhibita, ſequereť ſine dubio nō impleri q̄ fuerant prophetata. Quis ergo eſt qui hæc legēs uel audtēs quod Paulus depreceť eos qui Ro-
B mæ ſunt, orare pro ſe, contēnat oratiōes eccleſiæ poſtulare, etiam ſi inferiores meritis eſſe uideant hi, à quibus oīo poſtulāť? Ecce enim Paulus apoſtolicis prædit9 meritis, diſcipulos humiliter hortatur ut orēt pro ſe. Notandum etiam quia ſunt nonnulli qui dicunt, Quare laboraremus bonis operibus ad uitam peruenire? Nā ſi prædeſtinati ſumus, ſine dubio ad eam peruenietmus. Quorū errorē deſtituit, dū Romanos hortaťur ut orent impleri ea, q̄ ipſe per ſpm̄ prophetiæ futura prædixerat. Deus enim multa ſic prędeſtinauit futura, ut ſancti ea cum labore obtineant: & ideo qui laborare neglexerit, non apprehendet illa. Videamus q̄ ualidis, quamq; religioſis ſacramētis ſemper aſtringat. Obſecro, inquit, per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatē ſpiritus ſancti, ut adiuuetis me in oratiōibus ueſtris ad deum, ut liberer ab infidelibus qui ſunt in Iudæa. Non tñ pati meruit ab incredulis ea pro Chriſto, quæ ad apoſtolatus eius gloriā ptinent, ſed impediri ueretur, ne diutius obſtaculis retētus, uel minus gratum exhibeat ſanctis miniſteriū, uel deſiderium eius quod erga Romanos habet uiſendos, diutius differať. Si em̄ hæc ita geſſerit, tunc pro bñ geſtis gaudens rebus, cito ueniet ad eos per uoluntatem dei, & refrigerabitur cum eis. i. requieſcet in charitate & bonis operibus eoꝝ. Ibi enim refrigeriū habet Apoſtolus, ubi requieſcit ſpūs ſanctus.

Deus autem pacis ſit cum omnibus uobis, Amen.

¶ Ego, inquit, cito uenire cupio. Sed ſiue cito, ſiue tarde uenero, *deus pacis ſit cum omnibus uobis*, Amen. qui uos oēs in pace cuſtodiat, id eſt, Chriſtus qui ſe uſq; in finem ſeculi cum ſuis futurum C
promiſit. Pulchre autem in pace finiuit, duobus populis in concordiam reuocatis, oſtendēs quia non niſi in pacificis deus pacis inhabitat. Ex hoc autē loco incipit multos proponere, quibus Romani debeant credere. Nam ſubdit:

CAPVT XVII.

COmmēdo aūt uobis ſororē noſtrā Phœben, q̄ eſt in miniſterio eccleſiæ q̄ eſt Cenchreis, ut eam ſuſcipiatis digne in dño ſanctis, & aſſiſtatis ei in q̄ cunq; negocio ueſtri indiguerit. Etem ipſa quoq; aſtitit multis & mihijpſi.

¶ Cenchreæ dicitur locus Corintho uicinus, id eſt, portus Corinthi. Phœbe autē & nobiliſſima & ditiſſima mulier erat, q̄ eccleſiam in loco Cenchreis ſua ſubſtantia ſuſtentabat. Et tūc temporis pro aliquo negocio Romā profecta eſt, & ideo eā Romanis cōmendat Apoſtolus, ut ſuſcipiant eā digne ſanctis, ut dignū eſt ſctōs ſuſcipi, & p̄ eam forteaſſe miſit hanc epiſtolā. Docet etiā fœminas locus iſte apoſtolica autoritate in miniſterio eccleſiæ cōſtitui, in q̄ poſitā Phœben Apoſtolus nunc magna laude cōmendat, enumerans etiam geſta eius præclara, & dicens quia intantū oībus aſtitit & in neceſſitatibus præſto fuit, ut etiā mihijpſi in neceſſitatibus meis apoſtolicis deuoti- D
one mentis aſtiterit. Oſtendit etiam quia hi qui bono operi in eccleſijs dant operā, uicem recipere debent à fratribus & honorem, ut in quibuſcunq; neceſſe fuerit, ſiue ſpiritalib9, ſiue etiā carnalibus officijs, adiuuent & honorifice habeantur.

Salutate Priſcam & Aquilā adiutores meos in Chō, q̄ pro aīa mea ſuas cerui ces ſuppoſuerunt, quibus nō ſolus ego gratias ago, ſed & cunctę eccleſiæ gentium, & domeſticam eorum eccleſiam.

¶ Priſca, quæ in Actibus apoſtolorum Priſcilla nominatur, uxor erat Aquilæ. De his enim dicit Lucas: Egreſſus ab Athenis Paulus uenit Corinthum. Et inuenit quendam Iudæum nomine Act. 18
Aquilam, Pōticum genere, qui nuper uenerat ab Italia, & Priſcillā uxorē eius, eo quod præcepiſſet Claudius diſcedere oēs Iudęos à Roma, acceſſit ad eos. Et quia eiuſdē erat artis, manebat apud eos, & operabať. Erāt aūt ſcenofactoriæ artis. i. artifices tabernaculoꝝ, uidelicet ſutores. Credē autem quod quia illo tēpore pulſis ex urbe Iudæis per præceptū Cæſaris Corinthum uenerant, rurſum mitigata principis ſæuitia, Romam regreſſi eſſent quādo Paulus hanc miſit epiſtolam. Hi ergo *adiutores* eius *in Chriſto*, id eſt, in Chriſti prædicatione, quia recte crediderāt, & apoſtolici laboris ſe ſocios fecerāt, ut & ipſi hortarēt, ut cæteros ad fidē rectā, deniq; Apollo quāuis exercitatus eſſet

Universidad de Deusto
Biblioteca

A in scripturis,ab his ſi in uia dñi diligentius eſt inſtructus.Quos & apparet Iudæos insidijs,Paulo periclitante,ſemetipſos ſubieciſſe,ut ille liber abſcederet.Et hāc eorū laudem ipſe nō filet,ſed omnibus eā eccleſijs admirandā tradit.*Suppoſuerit*, inquit,*pro anima mea ceruices ſuas, quibus non ſ. lucego gratias ago.ſed & cunctæ eccleſiæ gentiū.* Merito enim gentium eccleſiæ gras agebant,qui ſeipſos morti obtulerāt,ut doctor gentiū liber euaderet,& ad opus prædicationis excurreret. Vñ Romani eis obedire debent, quia pro exhortatione ad confirmatiōem eorū Romam reuerſi ſunt. Hos, inquit,

Salutate Epęnetū dilectū mihi, qui eſt primitiuus eccleſię Aſię in Chro Ieſu.

¶Iſte primus omnium ex Aſia credidiſſe intelligitur,& ad Romanorū confirmationem ueniſſe Romam.Sic & alij quos ſalutat Apoſtolus,intelliguntur illuc ueniſſe pro fratrum ædificatione.

Salutate Mariam,quæ multum laborauit in uobis.

¶Et hæc pro utilitate eccleſiæ non exiguū,ſed multum & magnum laborem inſtituit.

B Salutate Andronicū & Iuniā cognatos & cōcaptiuos meos, qui ſunt nobiles in apoſtolis, qui & ante me fuerunt in Chriſto Ieſu.

¶Hi ſecūm carnem cognati fuerunt Pauli,& eū eo cauſa fidei captiuitatē pertulerunt. De quibus & hoc forteſſe poteſt intelligi, qđex ſeptuaginta duobus diſcipulis dñi fuerint,qui & apoſtoli iure noiantur.Ideo *nobiles* dicunt *in apoſtolis.i.*in illis ſeptuagintaduobus, *qui &* ante Paulū *fuerunt in Chriſto.*i.in Chri fide.Vel ipſi duo fuerūt ante eū in Chriſto, quia ſecuti ſunt priores apoſtolos,& ideo nobiles in apoſtolis dicunt,id ē, inter prædicatores,qui diſcipuli erant apoſtolorum.

Salutate Ampliatum dilectiſſimū mihi in domino.

¶Quamuis nihil egregium præ cæteris huic uideatur aſcribi,tamen hoc ipſum quod dilectiſſimus eſt Apoſtolo, manifeſtat eum laudabilem & ſalutatione dignum eſſe.

Salutate Vrbanū adiutorē noſtrū in Chriſto Ieſu, & Stachyn dilectū meū.

¶Et iſtos ſalutatione dignos cæteris coniungit, ſed Vrbanum in laude præfert.Illum enim *adiutorem* apoſtolorum *in Chriſto*,id eſt, participem apoſtolici operis, Stachyn uero *dilectum ſuum*, id eſt, amicum proprium,etſi non adiutorem,dicit.

Salutate Apellen probum in Chriſto.

¶Hic etſi non ſpecialis amicus erat Apoſtoli uel particeps apoſtolici operis,tñ per tentationes inuentus eſt fidelis in Chriſto. Intelligit enim per multas tribationes patiēter & fortiter ſuſtentatas tranſiſſe,& ideo probus ab Apoſtolo pronuncia-

C ri,iuxta quod ſuperius ait,*quia tribulatio patientiam operatur,patientia autem probationem.* Rom. 5

Salutate eos,q ſūt ex Ariſtobuli domo

¶Ariſtobulus fuiſſe congregator fratrum in Chriſto intelligitur. Cuius factū ſic probat Apoſtolus,ut eos quos ille congregabat,dignos ſalutatione ſua deſignaret.

Salutate Herodionem cognatū meū.

¶Hic tm cognatus Apoſtoli dicit,nullum eius euidenter meritum oñditur, niſi qđ religioſus in Chro fuiſſe declarat, cum ab Apoſtolo ſalutat.

Salutate eos, qui ſunt ex Narciſſi domo,qui ſunt in Chriſto.

¶Narciſſus dicit fuiſſe presbyter, qui peregrinando confirmabat fratres exhortationibus. Et quia præſens tunc non erat,ſuos Apoſtolos ſalutat.Quia uero non omnium illorum merita nouerat,diſcernit qui ſunt in domino,id eſt,eos qui digni ſunt ſalutatione mea propter meritum qđ habent in domino.

Salutate Tryphænam & Tryphoſam, quæ laborant in domino.

¶Labor iſtarum non pro hoc mundo fiebat, D
nec pro uita præſenti,ſed pro ſpe quam habebāt in domino.Intelligūtur autem in miniſterio ſanctorum laboraſſe.

Salutate Perſidem chariſſimam, quæ multum laborauit in domino.

Hæc longe præfertur iſtis duabus, quia & chariſſima dicitur, & non ſolum laboraſſe,ſed & multum laboraſſe in domino aſſeritur.

Salutate Rufum electum in domino, & matrem eius & meam.

¶Hunc (credo) ſciebat Apoſt.eſſe de numero non multorum qui uocati ſunt, ſed paucorū qui electi ſunt. Vel electus,id eſt, promotus erat ad eccleſiaſticas res agendas, ut in aliquo gradu honoris præeſſet. Cuius & mater tm meritum habuit,ut etiam Apoſt.ſuam hāc nominauerit matrem, unumq cum eo partitus ſit matris affectū, ſicut Iohannes cum Chriſto. Eadem enim fœmina & Rufi mater erat ſecundum carnem, & Pauli ſecundum charitatem ac beneficentiam. Vel fortaſſe carnalis mater Apoſtoli erat tunc Romæ degens cum iſta. Mat. 12 Iohan. 19

Salutate Aſyncritū,Phlegontem,Hermam,Patrobam,Hermen, & qui cum eis ſunt fratres.

¶Iſti quos nominat, intelliguntur ſimul habitaſſe & in Chriana amicitia unanimes fuiſſe, atq famoſi in religione,& ſecum alios fratres habuiſſe,qui non tanti meriti erant uel tantæ famæ.Puto autem quod Hermas iſte ſcriptor ſit libelli illius,qui paſtoris appellatur.

Salutate Philologum & Iuliā, Nereum & ſororem eius, & Olympiadem,

A & omnes qui cum eis ſunt, ſanctos.

¶Et hi ſimul unanimes erāt,& qui nominatim exprimuntur, maiores fuiſſe deſignantur. Oñes autem quos hucuſq ſalutauit,intelliguntur præclari fuiſſe fide & meritis,ut eos iure deberēt honorare Romani,& credere uerbis eorum.

Salutate inuicem in oſculo ſancto.

¶Vos ipſos *inuicem ſalutate in oſculo* nō ficto,nō ſubdolo,nō libidinoſo,ſed *ſancto*,religioſo & caſto. In oſculo ſancto.i. in pace Chriſti uos ſalutate,ut non ſimulata uel carnalia, ſed religioſa ſint oſcula ueſtra.Ex hoc præcepto & aljs ſimilibus, mos eccleſiæ traditus eſt,ut poſt orationem oſculo ſeinuicem ſuſcipiant fratres.

Salutant uos omnes eccleſiæ Chriſti.

¶Per hoc dictum intelligitur eccleſias poſſe dici,quæ non ſunt Chriſti. Vnde pſalmiſta: Odiui eccleſiam malignantium. Omnium autem illorum locorum eccleſias dicit Romanos ſalutare, ut creſcant in fide & religione. Pſal. 25

Rogo autē uos fratres, ut obſeruetis
B eos qui diſſentiōes & offendicula,pter doctrinam quam didiciſtis,faciunt,& declinate ab illis. Huiuſmodi em Chriſto domino non ſeruiunt, ſed ſuo uentri, & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium. Philip. 3

¶Nunc monet Apoſtolus ut ſuper omnia caueāt à pſeudo apoſtolis.Quaſi dicat: Eos quos pmiſi,ſalutate & imitamini,ſed hos notate & uitate. Iuſſi ut illos ſalutetis,ſed rogo ut iſtos caueatis.

Rogo uos o *fratres* filij matris eccleſiæ,*ut obſeruetis*, id eſt, diſcernatis & notetis *eos qui faciunt diſſenſiones*.i.mentium & ſenſuum diſcordias, *& offendicula*.i.fratrū inuicem diſſenſiones,ut alius offendat alium. Vel offendicula.i. culpaę præcipitia præparant, ut incautos ruere in opera nequitiæ faciant.Et hæc agunt *præter doctrinam quam* uos à bonis prædicatoribus *didiciſtis*,qm talia opera tranſgreſſiōes ſunt ſanctę doctrinę quā accepiſtis.Ideir co obſeruatæ eos *& declinate ab illis*.Et ąręqa *huiuſmodi* homines in ſubdola prædicatione quā faciunt,*non Chriſto,ſed uentri ſuo ſeruiunt*: qm nō amore audientiū prædicant, ſed intentione accipiendi ab eis cibos.*& per dulces ſermones*, quibus uenenū nequitiæ ſuæ dulciter infundunt,*& per benedictiones* fallaces *ſeducunt corda innocentiū*.Hoc em eſt ꝓprium hæreticorum,& eorum qui decipiunt audientes,ut dulciter eis loquantur.Semper inſidioſa,callida,blanda eſt adulatio, pulchreq adulator apud philoſophos definitur blādus inimicus. Poſſunt dulces eorum ſermones intelligi peccatorum eleuationes, dū dicunt ea non eſſe grauia, & ſecuritatem peccandi præbent ſtultis, promittentes eis impunitatem ex dei miſericordia, crebroq benedictiōes illis dant, ut ſancti eis appareant,Sicq ſeducunt.i.ſeorſum à uia rectitudinis du-

C cunt corda innocētium .i. ſimplicium cauere neſcientiū.Non enim Romanis tm qui tunc in carne erāt, ſed magis oībus ubiq fidelibus uſq in fi nē ſeculi iubet Apoſt. ut diligētius cōſiderēt & ꝓ ſpiciant,qui ſint qui diſſenſiones & offendicula in eccleſijs gnant. Dicit nanq diſſenſiones & offendicula cōmouere,pter Chri doctrinā eſſe quā didicimus.Et ideo alienus à nobis ſit,nec oino recipiatur inter nos,quiſquis certamina commouet, quiſquis ſeruit iurgijs, quiſquis lites excitat & ſtudia cōtentionis exercet. Qui enim tales ſunt, Chro dño,qui eſt pax nra,non ſeruiunt, ſed uentri ſuo potius obſequūtur. Cur em iurgia & lites in eccleſijs ſuſcitent,ſpūs ſctūs per Apoſtolū nūc indicat. Ventris,inquit,gra.i.quæſtus & cupiditatis. Vñ & nonnulli circūeunt domos, loquentes ad gratiam cum omni deceptione adulatiōis, non ut uerbo dei ædificēt animas ad uirtutes,ſed ut per adulationes dulces q ſermones perimant, ut etiam proficere hortentur in uitijs,laudātes & benedicentes ea quæ correctione ſunt digna.

Veſtra enim obedientia in omnem locū diuulgata eſt. Gaudeo igitur in uobis, ſed uolo uos ſapiētes eſſe in bono, & ſimplices in malo. Matt. 10

D ¶Ideo,inqt, uos moneo ut uiretis deceptores, ąn nō ſolū fides, ſed *& obedientia ueſtra* ubiq audita eſt,qm eſtis in capite mundi: & ſic exēplo uro ſā aljs corrūpi poſſent,ſi eſſetis ſeducti. Vel rogo ut eos uitetis,quia leuiter obeditis, ſicut ubiq iā diuulgatū eſt. Subtiliter indiſcretā & facilē eorū obedientiam,non in omni re laudat,ſed diuulgatam dicit.Et ne eos rurſum inobediētes efficeret, ſi hoc apertius corrigeret,addidit:*Gaudeo igit in uobis*.quaſi dicat: Facile obeditis, & hoc bonū eſt, atq hinc gaudeo, quia ſic obeditis. *Sed* tū *uolo uos ſapientes eſſe in bono & ſimplices in malo*.i. uolo ut ſitis ſapiētes in bono diſcernēdo, & ſine aliqua parte mali, ut ſapiēter diſcernatis quibus bonū obediētiæ pbere debeatis,neſi incaute puerſis obedientes fueritis, bono uro ſe miſceat malū duplicitatis.Non enim ſimplex uel duplex erit qđ egeritis,ſi & propter obediētiam bonū fuerit,& ꝓpter indiſcretionē malū. Simplices ſitis in malo.i. ſine aliq duplicatiōe,hoc eſt, ſine aliqua admixtione uel aſſociatione ſitis,ne bono uro ſe malū aliqđ adiūgat.Sapientes etiā bono eſtote,ut bonū ſapienter & caute faciatis. Simplicitati enim adiūgere prudentiā debetis,quatenus ſic ſecuritatem de ſimplicitate poſſideatis,ut circunſpectionē prudētiæ non obmittatis.Simplicitas enim & ignorantiam quandam ſignificat, ut ſitis in malo ſimplices,id eſt, neſcij, uidelicet malum neſcientes per actionem.

Deus autem pacis conterat ſatanā ſub pedibus ueſtris uelociter.

¶Volo ut ſitis ſapientes ad cauendum malū. Sed *deus pacis* largitor & amator *conterat uelociter ſatanam*, id eſt, omnem qui uobis aduerſatur in

Universidad de Deusto
Biblioteca

uia dei. Satanas enim aduersarius interpretatur. A
Quo noīe hostis antiquus designaī, uel quilibet
puersus, qui sanctis ad deū tendentibus cōtraria
molit. Sed deus pacis eū cito conteraī *sub pedibus*
eorū, ut suggestio antiqui aduersarij, mox mentē
ipsorū pullauerit, cōculcetur & conteraī, atq; in
nihilū redigaī, & oīs pseudo prædicator uel qui-
libet pacis dissipator, cito conteraī aut de mūdo
tollaī. Satanam sub pedibus ecclesiæ deus pacis
cōtriuit, quia mēbra eius, in quibus ecclesiā perse
quebaī, ad fidē cōuertēs, ipsi ecclesiæ subiugauit.

Gratia domini nostri Iesu Christi uo
biscum, Amen.

¶ Vt satanas conteratur, gratia Christi sit uo
biscum custodiens uos & adiuuans.

Salutat uos Timotheus adiutor meus,
& Lucius & Iason & Sosipater, cogna
ti mei. Saluto uos ego Tertius, qui scri
psi hanc epistolam in domino.

¶ Timotheus consors laborū Apostoli fuit,
qui multo tēpore cū eo ad prædicandū perrexit,
& tandē episcopus ab eo factꝰ, magna solicitudi
ne gubernabat ecclesiā. Sed de Lucio scriptū est,
quia erant in ecclesia q̄ erat Antiochiæ, ꝓphetæ
B & doctores, in quibus Barnabas & Simeon qui
uocabaī Niger, & Lucius Cyrenensis. Iason uero
Actu. 13 ille est Thessalonicēsis, qui in Actib. Apostolorū
Actu. 21 legit, & Sosipater Berthœnsis. Hi, inquit, uos sa
Actu. 20 lutant. Ac si diceret: His estis curæ. Et ego qui scri
psi epistolam, saluto uos in dño, Tertius noīe, nō
numero, ut Timotheus qui specialis adiutor desi
gnatur, primus intelligatur: deinde Lucius & Ia-
son & Sosipater (quasi unus accipiaī) secundus,
sieq; scriptor epistolæ tertius. Vel post Iasonem
& Sosipatrem tertius, qui uidelicet scriptor uel
ipse Apostolus est intelligēdus, uel ut alijs uisum
est, notarius Apostoli. Nam melius est ut Tertius
intelligatur nomen proprium, quia Tertius in-
terpretatur adiungens, id est, applicans se.

Salutat uos Gaius hospes meus, & uni-
uersa ecclesia. Salutat uos Erastus arca
rius ciuitatis, & Quartus frater.

¶ Ex his uerbis apparet epistolam de Corintho
1. Cor. 1 scriptā. De hoc enim Gaio dicit Corinthijs: Gra-
tias ago deo meo, quia neminē uīm baptizaui,
nisi Crispū & Gaium. Et de Erasto scribit ad Ti-
2 Tim. 4 motheum: Erastus remansit Corinthi. Videī aūt
indicari de Gaio qm hospitalis fuerit, ut non solū
Paulū ac singulos quosq; aduentantes Corinthū
hospitio receperit, sed & ecclesiæ uniuersæ in do-
mo sua conuenticulū præbuerit. Hoc em paten-
ter innuere uideī Apostolus, qui cum dixisset, *Sa-*
lutat uos Gaius hospes meus, mox addidit, *& uniuersa*
ecclesia. Illa uidelicet Corinthiorū ecclesia, q̄ apud
Gaium cōueniebat. Nā & Iohānes cuidam Gaio
3. Ioh. 1 scribit, qui forsitan iste est, laudans eum quia fra-
tribus ministrabat. Erastus aūt ab arca dicit arca-
rius, quia dispēsator ciuitatis erat quasi curator,
quia dictante iustitia ciuitatē gubernabat maxi- C
me in moderandis precijs. Ad laudē ecclesiæ Co
rinthiorū scribit de isto Romanis, qđ is qui prin-
ceps erat ciuitatis, non erubesceret in Christū cre-
dere crucifixū, & credentibus in eū salutationē
dirigere. Hos oēs Apostolus enumerat nomina-
tim in salutatione Romanorū, ut scirēt quales &
quanti uiri congauderent bono incepto eorum.

Gratia domini nostri Iesu Christi cum
omnibus uobis, amen.

¶ Tot & tanti salutationem uobis mandant,
sed gratia Christi uobiscum maneat. Hoc paulo
ante dixerat, sed præ nimietate æstuantis amoris
repetit quod ualde exoptat.

Ei autem qui potens est uos confirma
re iuxta euangeliū meū & p̄dicationē
Iesu Chri, scām reuelationem mysterij
temporibus æternis taciti, quod nunc
patefactum est p scripturas propheta-
rum, secundū præceptum æterni dei
ad obeditionem fidei in cunctis genti- D
bus, cogniti soli sapienti deo per Iesum
Christum, cui honor est & gloria in se
cula seculorum, Amen.

¶ Ego uos in hac epistola sic instruxi & mo-
nui, sed qui potens est uos confirmare, soli sapi-
enti deo sit honor & gloria in secula seculorum.
Deo à quo sunt omnia, dat gloriam, ut cœptum
Romanorum (quia potens est) dignetur comple-
re, confirmando in fide & charitate animos eo-
rum, in quo epistolæ summa notaī. *Ei* sit gloria
qui potens est uos cōfirmare iuxta euangelium meum &
prædicationem Iesu Christi. i. qui potest uos ad rātam
perfectionem ducere, quantum ego euangelizo,
& quantum Christus prædicauit & prædicando
instituit. Quod euangeliū & quæ prædicatio sit
secundum reuelationem mysterij, id ē, secundū quod
reuelatum est de occulto dei consilio ipsum my
steriū incarnationis Christi, mysterij dico, *taciti*
æternis temporibus, id est, spatijs quæ fuerunt ante
mundi cōstitutionem, quia soli deo notum erat,
quod unigenitus patris humanitatem pro homi
nū salute esset assumpturus. Sed & facto iā mun-
do, tacitum est hoc mysteriū Christi incarnatio-
nis & humanæ reparationis, quia licet aliquate-
nus esset antiquis patribus notum, nulli tamē eo
rum plenarie fuit cognitum. *Quod nunc patefactū*
est per scripturas prophetarum, id est, aduentu Chri-
sti reuelatum est, scripturis prophetarum abeo
reseratis, quæ testimonium dant huic prædicati-
oni. Patefactum est *secundum præceptum æterni dei*,
in est, secundum quod præcipit deus, qui hoc ab
æterno ordinauerat. Et est patefactum *ad obediti-*
onem fidei in cunctis gentibus, id est, ad hoc manifestū
est nunc in uniuersis nationibꝰ, ut omnes obedi-
ant fidei bene operādo. Mysterij dico olim taciti

A alijs, sed *cogniti soli sapienti deo*: quia etsi sit hoībus
mō reuelatum, tn soli deo cognitū est, qui solus
nouit cur ita factū est. In quo reprimit Apostolꝰ
inquisitores, qui quærūt cur distulit deus tm, cur
tot gentes perire pmisit. Solus aūt sapiens deus,
pater & filius & spūssanctus, qm trinitas unus de
us est. Qui propterea solus sapiēs dr recte, qm so-
lus scām sapientiam suā & substantiam sapiens
est, non secundū accidentē uel accedentem partis
cipationem sapientiæ, sicut sapiens est rationalis
quæcunq; creatura. Trinitas, inquā, est solus sapi-
ens deus, qui oīno nec potuit unq; esse insipiens,
nec poterit, non per gram particeps sapiētiæ, sed
sapiens immobilitate naturæ. Soli igitur sapienti
deo gloria sit *per Christū Iesum*, hoc est, clara cū lau-
de notitia, quia innotuit gentibus deus trinitas.
Matt. 28 Ideo per Iesum Chm, quia ut alia taceā, ipse præ
Mar. 16. cipit baptizari oēs gentes in noīe patris & filij &
spūssancti, ubi præcipue cōmendata est huius in-
diuiduæ gloria trinitatis. Quod uero additū est,
cui, ut diceret, cui gloria, cum sufficeret, si dictū
esset, ei aūt gloria, inusitatā nīræ linguæ locutio-
nem indicat, non sensum quē requiramus, uel de
quo ambigamus, insinuat. Quid sensui deperit,
si dicamus, & gloria cui per Iesum Chm gloria?
hoc nanq; est, ei per Iesum Chm cui gloria, qđ
est, cui per Iesum Christum gloria. Sed alter hoc
inusitatus, alter usitatus ordo uerborū. Vel dictū
B est, ei gloria cui per Iesum Christum gloria, siue ei
gloria per Iesum Christū, cui gloria, ut intelligē-
remus eum qui in seipso semp gloriosus est, per
incarnationē & resurrectionē Christi apud hoīes
glorificari. Vel ei qui potens est uos cōfirmare. i.
trinitati, sed gloria per Iesum Chm, *cui* Iesu Chri
sto & secundū humanitatē *est honor & gloria*, sicut
in psalmo canit, Gloria & honore coronasti eū.
Psalm. 8. Quod subiūxit, *in secula seculorū*, moris est scriptu
ræ diuinæ, immēsitatē per hoc temporis designa-
re. Vel in secula seculorū, in æterna secula, q̄ dig-
niora erunt labentibus seculis, sicut sancta sctorū
& cantica canticorū præstātiora sunt cæteris san
ctis & canticis: uel sicut rex regū & dns dnorum
cæteris regibus & dnis est præstātior. *Amen* autē,
quod interpretaī uere uel fideliter, quasi ad con-
firmationem oīm quæ superius scripta sunt, in fi-
ne posuit, per qđ immaculato Hebræorū sermo-
ne uera & fidelia esse, quæ sunt scripta, signaret.

ARGVMENTVM.

Actu. 18 COrinthus est ciuitas metropolis, caput Achaiæ,
decus Græciæ. Ad quā Paulus ueniens, multos
ciuiū cōuertit ad fidē. Vbi & dns ei nocte per ui
sionē dixit: Noli timere, sed loquere, & ne taceas. Pro-
ter quod ego sum tecum, & nemo apponetur tibi ut no-
ceat te, qm populus est mihi multus in hac ciuitate. Se-
dit ergo annum & sex menses docens apud eos uerbum
dni. Post cuius abscessum, subuersi sunt quidam eorū à
pseudo apostolis, quidam etiam à mundanæ eloquētiæ
sectatoribus, nōnulli uero Iudaicis traditionibus depra
uati. Quidam etiā eorū attendentes dignitatē personarū
in baptismo, putabant quod plus gratiæ & remissionis
peccatorū accepissent, si à dignioribus & sanctioribus
uiris baptizati fuissent. Et per hoc se alijs præferre uo
lebant, qui tam dignos baptizatores non habuerāt. Mul
taq; alia in eis erant schismata & uitia, A quibus oībus C
intēdit Apostolus eos corrigere, & modum illos Chri
stianæ conuersationis docere, scribens ab Epheso. Hæc
epistola post illā ad Romanos iure locata est, licet ante
illam scripta sit, quia quisquis in fide iā instructus est,
de qua cū Romanis agitur, debet consequenter à subre
pentibus uitijs corrigi, & in uirtutibus plenius infor-
mari, sicut nunc corriguntur & instruuntur Corin-
thij. Ob hoc etiam posita est hæc post illam, qm in ma-
teria quandā habet affinitatem cum illa. Vt enim illi de
meritis suorū antecessorum gloriabātur, & suam salua
tionem non gratiæ deputabant, sed quidam legis obser
uatiōibus, quidam uero facultati ingenij & libertati ar
bitrij: sic & isti de sanctitate suorum baptizatorū glo-
riantes, & quicquid boni habebant illis adscribētes, alij
alijs præferri uolebant: Sed ueniamus ad literam.

CAPVT I.

PAulus uocatus apo-
stolus Christi Iesu p
uoluntatē dei, & So-
sthenes frater, ecclesiæ
dei quæ est Corinthi,
sanctificatis in Chro
Iesu uocatis sanctis, cum oīmbus qui
inuocant nomen dni nostri Iesu Chri,
in oīm loco ipsorū & nostro, gra uobis
& pax a deo patre nostro & domino Ie D
su Christo.

¶ Paulus interpretaī mirabilis. Et uere mirabi
lis doctor, cui nullus cōparari potest in sciētia: mi-
rabilis operarius, qui plus oībus laborauit. Hoc
ergo noīe iam reddit attonitos auditores suos, &
tanti nois autoritate cōprimit, ne uerbis sequenti
bus audeant cōtradicere, uel inobediētes existe-
re. Qui & uocatū se dicit, ut maioris appareat au Actu. 9.
toritatis: quia nō sicut cæteri ab hoīhus ē ad fidē
uocatus, sed à Christo ipso de cœlo. Qui etiā *apo-*
stolus. i. missus *Iesu Christi*, à quo audiuit: Vade, ego Actu. 22.
lōge ad gentes mittā te. Apostolꝰ Iesu Christi est
p uoluntatē dei. i. à Chro missus ad gētes per uolun-
tatem patris. Per quod tangit etiā illos, quos neq;
Chrus miseras, neq; per uoluntatē dei p̄dicabāt.
Paulus talis & tantus scribit Corinthijs, *& Sosthe-*
nes frater. Etiā istum adiungit ad confirmationem
oīm quæ scribit, quia magnæ erat apud eos auto-
ritatis, utpote qui princeps ibi synagogæ fuerat,
& ad fidē conuersus, multas à Iudæis plecutiones
ante tribunal Gallionis procōsulis uirilitet susti-
nuerat. Paulꝰ & Sosthenes scribūt *ecclesiæ* nō bap Actu. 18.
tizantiū, sed *dei quæ est Corinthi*. Ideo scribit eccle-
siæ quia adhuc singulis ecclesijs rectores nō erāt
cōstituti. Paulꝰ ecclesiæ dei, uidelicet *sanctificatis*. i.
baptismo regeneratis *in Christo Iesu*. i. in figuratiōe
mortis & resurrectiōis Chri Iesu. Sanctificatis in
chro, nō in Petro uel Paulo, uel aliquo q̄libet ba
ptizatore, quia Chs sanctificationē istā æqualiē
operaī per oēs suos ministros, & ideo nulli glori-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A andum meritis fuit baptizatoris. Ecclesiæ se dixit scribere, & addidit sanctificatis in Chro, ut ostenderet oem ecclesiã sanctificatã fuisse in Christo, sed quosdam illoꝝ post male cœpisse conuersari. Scribit etiam *uocatis* prædicatione euangelica, & *sanctis* bona cõuersatiõe sua. Vel uocatis sanctis, id est, uocatis ad hoc ut sint sancti: hoc est, ut non recedant à regula sanctitatis, declinãtes in aliquẽ errorem uel in malam actionem: uel etiam uocatis ab æterno diuinitus. i. prædestinatus ante mundi constitutionem, & sanctis in tẽpore conuersationis suæ. His scribit Paulus *cũ omnibus qui inuocãt*
Iohan. 4. *nomen domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum & nostro.* i. cũ conuersis ad fidem Iudæis iũgit & gentes. quia salus ex Iudæis est, ut in omni loco, ubi gentes q̃ inuocant nomen dñi, & ubi tales Iudæi sunt, similiter sint oẽs unũ. Vel ita potius Corinthijs scribit, cum oĩbus qui inuocant nomẽ dñi nostri Iesu Christi, in loco ipsoꝝ Corinthiorũ. i. subiecto eis, hoc est, cum omnibus suffraganeis Corinthi, cum omnibus qui sunt subiecti Corintho ut metropolitanæ ciuitati. Cũ omnibus qui deũ inuocant in oĩ loco ipsoꝝ Corinthiorum, id est, famulante illis, & nostro, id est, ad nos similiter pertinente, sicut ad eos. De nostro nanq; apostolatu sunt illi qui sunt in locis corinthio subiectis, & ideo scribimus eis sicut Corinthijs. Deum autẽ inuocat, qui suis precibus nihil aliud ab eo q̃ ipsum deum quærit. Qui enim inuocat deum, ut dies fiat, deũ non inuocat, sed illud quod uult ad se uenire. Quid enim est inuocare, nisi in se uocare? Nam cum dicis deo, da mihi diuitias, nõ uis ut deus ipse ad te ueniat, sed uis ut diuitiæ ueniãt ad te. Quod uis ut ad te ueniat, hoc inuocas. Si autem deum inuocares, ipse ad te ueniret, ipsum haberes diuitias. Ergo illi q propter secularia commoda, qui propter terrenam felicitatem inuocãt deum, non inuocant deum. Sed illi inuocant deum, illi inuocant nomen domini, qui nihil ab eo quærunt nisi ipsum, qui hoc ab eo pie postulant, ut ipse dignetur in eos uenire, & in eis habitare, eosq; templum suæ gloriæ facere. Meritoq; tales ubicunq; maneant, sociantur illis quibus scribit Apostolus. Quos simul omnes salutat, dicens: *Gratia uobis* sit, qua uobis peccata remittantur, & uirtutes cõseruent. Gratia lapsis ut resurgant, stantibus ut maneant. *Et pax* sit uobis, qua reconciliantur deo, qui per peccata eius facti sunt inimici: & qua stabiliter inhærent, qui non recesserunt ab eius amore. Quæ scilicet gratia & pax sit uobis, non à baptizatoribus uestris, uel ab alijs hominibus, sed *a deo patre nostro*, qui nos in filios adoptare dignatus, *& a domino Iesu Christo*, id est, saluatore, rege, domino nostro, id est, qui de potestate satanæ nos eripuit, & suo dominio nos mãcipauit. Serui nanq; eius sumꝰ, licet pater eius nos in filios adoptauerit: quia ipse est filius per naturam, nos per gratiam: ille creator, nos creatura: ille sine peccato, nos liberati à peccato.

Gratias ago deo meo semp pro uobis in gratia dei, q̃ data est uobis in Chro C
Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni uerbo & in omni scientia, sicut testimoniũ Chri cõfirmatũ est in uobis, ita ut nihil uobis desit in ulla gratia, expectãtibus reuelationem dñi nri Iesu Christi, qui & cõfirmabit uos usq; in finẽ sine crimine, in die aduentus dñi nostri Iesu Christi. Fidelis deus, per quem uocati estis in societatem 1. Thess. 5
filij eius Iesu Christi domini nostri.

¶ Hæc epistola cum ad unius scribatur populum ciuitatis, pro uarietate habitãtium, id est, sanctorum & peccatorũ, nunc laudat eos, nunc cõrrigit, nunc docet, nunc reprehendit, ut unusquisq; in ea intelligat, quid pro se, quid aduersum se dicatur: ut cum laudat eos, sciãt boni ad se uerba dirigi: & cum reprehendit, sciant qui male egerunt, ad se hæc dici. Ecce em à perfectis inchoat, quos multa laude prosequitur, ut postmodũ ad infirmos ueniat, quos reprehẽsurus est. Alloquitur primo perfectos, ostendẽdo eos commendatione dignos, ut qui hactenus boni permanserũt, meliores fieri studeant: & cæteri qui in aliquo error̃e deciderunt, erubescant & conentur ut his similes fiant. *Gratias*, inquit, *ago deo meo semp pro uobis*. Deo qui omnium est, sed tamen speciali priuilegio sanctitatis, quã mihi contulit, meus est, ago pro uobis semper gratias: quia quicquid boni habetis, ab illo uobis datum esse scio, non ab hominibus. Gratias ago *in gratia dei quæ data est uobis*, id est, propter gratiam quam deus contulit uobis *in Christo Iesu*, non in Petro uel Paulo. Gratia enim data est in Christo, quia hoc constituti est à deo, ut qui credit in Christo, saluus sit sine opere, sola fide, & gratis accipiat remissionem peccatorum. Nec hoc solũ isti perceperant, sed & charismata spiritualia fuerant illis multa diuinitus concessa. Vere magna gratia uobis data est in Christo, *quia diuites in illo facti estis in omnibus* donis spiritualibus, ut abundetis omnibꝰ diuitijs spiritualibus. Et supono partes aliquas diuitiarũ, scilicet *in omni uerbo*, id est, in omni genere linguarum, ut Græca & Latina & Hebraica lingua, cæterisq; linguis omnibꝰ loqui possitis. Vel in omni uerbo. i. in omni modo p̃dicandi paruulis tenuiter, & mediocribꝰ mediocriter, ac perfectis perfecte. *& in omni scientia*. i. scripturarum intelligentia, quæ est secundũ historialem & mysticum & moralẽ sensum. Ditati estis in omni uerbo prædicandi & scientia intelligendi, *sicut testimonium Christi*. i. quod Christꝰ de semetipso moriẽdo & resurgendo restatus est, *confirmatũ est in uobis*. i. in uestra uita, in uestris moribus. *Ita* estis donis omnibꝰ ditati, *ut nihil desit uobis in ulla gratia* spiritussancti, quia prophetiã habetis, genera linguarum, uirtutem curationum & cætera charismatum dona. Nihil deest uobis,

A quod necesse sit habere, quia si non habetis oĩa quæ habent apostoli, omnia tñ habetis q̃ necesse est ut habeatis. Ita repleti estis, ut nihil uobis desit, uobis dico *expectantibus*. i. cum desiderio postulantibus & digne paratis excipere *reuelationem domini nostri Iesu Christi*, qñ reuelabitur in flãma ignis ad iudicium ueniens, & apparebit oĩbus. Hãc reuelationem impij timent & uenire nolunt: pij uero, qui propter meritũ bonæ cõuersationis suæ sperãt se cum Christo regnaturos, totis desiderijs cupiunt ut reueleꝰ, quia sperant in eius reuelatione ad uisionẽ gloriæ eius pertingere. Et ideo infatigabiles in bonis operibus perseuerantes expectant eam, & cauta circunspectione inuigilãt, ne cum uenerit, reprehensibiles in aliquo inueniant. Sic expectatis reuelationẽ dñi, in qua ipse bonis & malis se in iudicio manifestabit. *Qui* & per auxilium gratiæ suæ faciet ut ab expectatione non deficiatis, quia *confirmabit uos* in uirtutibus & bonis operibus *usq; ad finem*. i. usq; ad obitũ uniuscuiusq; uestrum. Cõfirmabit inquam uos in bonis, *sine crimine*. i. sine ullo criminali peccato uel animi uel carnis. Nonnulli enim expectant reuelationẽ dñi, quasi de iustitia securi, & tñ in criminibus
B manent. i. in inuidia, detractiõe, odio, dissensiõe, & his similibus. Sed uos ab his & talibus immunes dei gratia cõseruabimini *in die aduentus domini nostri Iesu Christi*. i. ut in illo die sine ullius criminis reatu inueniamini. Qualis enim quisq; moriẽ, talis in illo die inuenit. Et etiam mortis dies est unicuiq; dies aduentus dñi, sicut ipse declarat, dicẽs:
Mat. 24. Vigilate quia nescitis qua hora dñs uester uenturus sit. Alacri animo cõfisus de spe istorum Apostolus, securus est quia inuiolati usq; in diem nouissimũ erunt. Qui enim inter tot discrimina sensuum & perturbationes diuersitatum mutari nõ potuerunt, proculdubio se in sua bonitate permansuros ostendunt. Quos dum laudat Apostolus, cæteros qui errore pseudo apostolorũ damnati fuerant, inuitat. Dum enim istorum fidem & sanctitatem prædicat, illos ad pœnitẽtiam uocat. Dixi quia uos confirmabit usq; in finem. Et uere cõfirmabit, quia *fidelis*, id est, uerax ẽ in promissis suis *deus*, quia fideliter reddet q̃quid promisit. Promisit salutem æternam & beatam uitã
1. Pet. 1 cum angelis sine fine, & hæreditatem immarcesibilem, gloriam sempiternam, dulcedinem uultus sui, donum sanctificationis suæ in cœlis, resurrectionem à mortuis, ubi nullus deinceps moriendi metus erit. Talia promisit, & in horũ redditione fidelis erit, quia sine mendacio reddet ea illis quibus promisit. Fidelis deus *per quem uocati estis*, quia qui auersos uocauit, iam facilius confirmabit. Vocati estis *in societatem* nõ modo apostolorum uel angelorum, sed etiam *filij eius Iesu Christi domini nostri*, ut sitis participes hæreditatis & gloriæ quam possidet filius eius. Hoc enim dedit uobis esse, quod credidistis Christum esse filium dei, ut uos quoque efficeremini filij dei, mansuri in eadem dignitate in qua manet Christus. Societas enim fraternitatis est. Et uos fratres eius & sorij facti estis, quem dei filium firmiter credidistis. C
Hucusque præfatio cum laude. Hinc iam dissensionis causam exequitur, subdendo:

Obsecro autẽ uos fratres per nomen dñi nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis oẽs, & nõ sint in uobis schismata. sitis autẽ perfecti in eodẽ sensu & in eadẽ scientia. Significatũ est eñ mihi de uobis fratres mei, ab his qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter uos. Hoc autem dico, quod unusquisq; uestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autẽ Apollo, ego uero Cephæ, ego autem Christi. Diuisus est Christus?

¶ Si qualiter quid dicatur, & quibus dicatur, nõ uigilãter aspicitur, ualde periculosum est. Verecundæ etenim mẽtes, si quas forte culpas ad- D
miserint, leniter arguẽdæ sunt: quia si apertius increpentur, franguntur potius quam eruditur. Quod nunc bene demonstrat Apostolus, qui cũ Corinthios cognosceret pro amore personarũ in schismate diuisos, eorũ uerecundiæ consulens, locutionem suam eis à gratiarum actione & laudibus incepit. Et quos in omni uerbo & in oĩ scientia laudauerat, quibus nihil deesse in ulla gratia dixerat, paulisper loquẽs, ad increpandum leniter ueniens, diuisos erga seipsos reprehendit. Et quorum prius salutem narrauerat, postmodum uulnera patefecit. Peritus enim medicus uulnus secandum uidens, sed ægrum timidum esse conspiciẽs, diu palpauit, & subito peussit. Prius blandam manum laudis posuit, & postmodum ferrũ increpationis fixit. Nisi enim uerecundæ mentes fuerint palpando reprehensæ, ita ut ex alijs rebꝰ audiant quod in cõsolationem sumant, per increpationem protinus ad desperationẽ cadunt. Non autem mentitus est Apostolus, ut prius eis nihil deesse in omni gratia diceret, quibus postmodũ dicturus erat unitatem deesse. Sed quia erant inter eos quidam omni gratia repleti, & erant quidam in personarum fauoribus scissi, cœpit (ut dictum est) à laudibus perfectorum, ut modesta inuectione ad reprehẽsionem pertingeret infirmorum. Et in hoc quoq; ad medicinam cordis, à medicina corporis usum traxit. Nam cum feriendũ uulnus medicus aspicit, prius ea membra quæ circa uulnꝰ sana sunt, palpat, ut post ad ea quæ uulnerata sunt, leniter palpando perueniat. Cum ergo Paulus perfectos in Corinthijs laudauit, sana membra iuxta uulnus tetigit: cũ uero infirmos de diuisione reprehendit, uulnus in corpore percussit. Sed iam uerba eius tractemus. Videtur eñ dicere. Pro perfectis qui in bono permanserunt, gratias ago: sed *uos fratres*, qui seducti estis & meritis hominum gloriamini, *obsecro per nomen domini nostri Iesu Christi*, qui uos solus redemit, & in cuius nomine baptizati estis, *ut idipsum dicatis omnes*,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Idipsum, uidelicet quod dicũt illi quos laudaui, dicatis oẽs uos uno ore, *& non sint in uobis*, id est, inter uos uel in cordibus uestris, *schismata*, id ẽ, diuisiones. Hæc schismata intelliguntur aliquorũ in fide diuisiones, dũ diuersa sentirent: quia cum deberent oẽs dicere se esse Christi, dicebat alius, Ego sum Paulitalius, Ego sum Petri. Non sint in uobis schismata, sed *sitis perfecti in eodem sensu*. i. in eadem uoluntate, in qua sunt illi quorũ laudem præmisi, *& in eadem scientia*, id est, in eadem scripturarum intelligentia, in qua sunt illi. Vel idipsum dicatis, id est, unã fidem catholicam oẽs pariter loquamini: & non sint in uobis schismata. i. mentium aut uerborum diuisiões, sed sitis perfecti in eodem sensu, quem uobis tradidi de Christo, ut omnes perfecte sentiatis in eo solo gloriandum, non in hominibus: & in eadem scientia, quam uobis de christo tradidi, ut perfecte sciatis uos eius sanguine redemptos, & in eius nomine per baptismum sanctificatos. Potest sensus ad Christi diuinitatem referri, scientia uero ad humanitatem, ut uos omnes eundem sensum atq; intellectũ de eius diuinitate, & eandem scientiam de humanitate firmiter teneatis quatenus omnes simul idẽ de diuinitate & humanitate illius credatis. Hæc ideo dico, quia *significatum est mihi de uobis* per literas o *fratres mei ab his qui sunt Chloes*, id est, in illo loco qui sic uocatur, *quia contentiones sunt inter uos*. B Quamuis auersi fuissent, fratres tamen uocat eos Apostolus, ut per id non dissentirẽt ab eo, cui cõuentus fratrum qui habitabãt Chloes, intimauit quia contentiones essent inter eos, per quos manifestabat diuersitas mẽtis eorũ de disciplina dominica. Fratres illi significauerũt mihi uestras cõtentiões. Nec solũ illãs scio, sed etiam uerba quæ dicitis. Sed *hoc dico quod unusquisq; uestrũ dicit*. i. nullus ex uobis est, qui nõ dicat unũ horũ quæ subiicio. Nam alius quidem dicit, *Ego sum Pauli*: alius aũt, Ego sum Apollo, id est, filius peritissimi doctoris: alius uero, Ego sum Cephæ, id ẽ, Petri: alius aũt C qui solus sapit, dicit, Ego sum *Christi*. Sicq; diuisi estis in partes, ac si alij ex uobis essent Pauliani, alij Apollani, alij Petriani, alij Chriani. Et ita secundum uos *diuisus est Christus*. Quasi dicat: Multos facitis christos, id est, datores gratiarum. Vel qui operatur idem in omnibus, diuisus est, dũ creditur in isto plus gratiæ operari, in illo minus. Vel diuisus est, id est, abscissus & separatus est à uobis, qui caput uestrum erat: quia ab illo uos subtraxistis, quando meritis hominum causam uestræ salutis ascribere cœpistis. Errorem quidem ostẽdit Apostolus, sed autorum nomina non prodidit. Neq; enim in loco stabant, sed circuibãt ad euersiõem simplicium. Nam hi quos nominauit, sine dubio boni erant doctores, sed horum specie falsos apostolos tangit. Si enim in his gloriandum uerat, quãto magis in malis doctoribus quorum doctrinam prauam in subiectis significat? Inter eos tamen hos perseuerantes designat, qui dicebant se Christi esse, nõ hominis, quos superius laudauit, & ad horum similitudinẽ alios inuitat. Dixi uis autem Christum dixit, quia gloriam eius homines sibi partiti sunt, sicut hæretici, qui se aut Photinianos aut Arrianos uel Manichæos uocari non horruerunt. Nam & Corinthij diuersis hæreticorum nominibus subijci cœperant, ut uiderentur loco Christi homines uenerari. Qui diuersa de Christo accipiunt, Christum diuidunt. Vnus em̃ hominem tantum accipit Christum, alter deum purũ sine corpore profitetur. Alius per prophetas prædictũ Christum dicit, alius negat prophetas de christo locutos. Cum ergo Christus unus sit deus & homo, isti sibi dum alius aliud, & alius aliud de eo uendicat, diuidunt Christum.

Nunquid Paulus crucifixus est p uobis, aut in noĩe Pauli baptizati estis? Gratias ago deo meo q̃ neminem uestrum baptizaui, nisi Crispum & Caiũ, ne quis dicat q̃ in nomine meo baptizati estis. Baptizaui autem & Stephanæ domum. Cæterum nescio, si quem alium baptizauerim.

¶ Non debetis dicere, ego sum Pauli, quia *nunquid Paulus crucifixus est pro uobis*, ut nos sanguine suo redimeret, & autor salutis esset, *aut in nomine* D *Pauli baptizati estis*, ut inuocatio noĩs Pauli mundaret uos à peccatis in baptismo? Nequaq̃ Paulus, sed Christus pro uobis crucem iustus pro iniustis pertulit: & non in Pauli, sed *in* Christi nomine baptismum suscepistis. Modeste & humiliter sanctus Apostolus zelans ecclesiam, sed sponso, non sibi, & hortans eos qui uoluerũt dicere, ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, suam personam potius assumpsit quam calcaret & cõtemneret, ut Christũ glorificaret. Repulit à se, sed ut mitat ad Christum. Nõ uult à sponsa amari, p sponso. Idcirco seipsum maluit cõtemnere ad cõmendandum Christum, ne forte si alios nominatim contemneret, ideo putaretur eorum refutare personas, ut suam cõmendaret. Si, inquit, pro uobis Christus mortuus est, & in nomine eius sanctificationẽ baptismi percepistis, quomodo ad eius iniuriam nunc gratiam & beneficium ipsius imputatis ulli hominum? Nã quia de baptizatoribus gloriamini, *gratias ago deo meo ex* hoc *quod neminẽ uestrum baptizaui, nisi Crispum & Gaium*, qui nõ sunt de contentione uestra, non quod malũ sit baptizare, sed *ne qs dicat quod in nomine meo baptizati estis*, de quo magis gloriaremini. Non solum nõ estis in nomine meo baptizati, sed nec in meo ministerio, & inde gratias ago deo meo, qui me noluit huius occasionem esse erroris. Nõ baptizaui nisi Crispum archisynagogum & Gaium, qui nobiles erant, & in primis crediderũt: nec gratiam baptismi deputabãt ulli hominũ, sed soli christo. & intelliguntur ex illis esse, qui superius sunt laudati. Nec solũ hos, sed *baptizaui & domum Stephanæ*, id est, familiam illius nobilis matronæ, de qui bus in postremis epistolæ huius dicitur, quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos. De his, inquit, certus A sum quod eos baptizaui, sed præter hos *nescio si quem alium* ex uobis *baptizauerim*. Per quod ostendit se non esse saluatorem. Nam si aliquos saluaret, à se iustificatos non ignoraret. Baptizasse se quosdam dicit, non tñ eo modo, quo ille consueuit baptizare, de quo dictũ est, Hic est qui baptizat in spiritu sctõ. Baptizauit enim Paulus tanq̃ Iohan. 1. minister, non tanq̃ ipsa potestas. Baptizauit aũt Chrus tanq̃ potestas. Et potuit hanc potestatem seruo dare, sed noluit. Si enim daret hanc potestatem seruis, id est, ut ipsorum esset quod dñi erat, tot essent baptismi quot serui, ut quomodo dictum est baptismus Iohannis, sic diceretur, baptismus Petri, baptismus Pauli, baptismus Iacobi, & cæterorum. Ergo ne tot baptismi dicerentur, quot essent serui, qui baptizabant accepta potestate à domino, sibi tenuit baptizandi dãs potestatem, seruis ministeriũ dedit, ut in illo spes esset baptizatorum, à quo se baptizatos cognoscerẽt. Noluit ergo seruũ spem ponere in seruo. Et ideo sibi soli retinuit hanc potestatem. Quam si uellet, potuit uel alicui uel unicuiq; seruorum suorum dare, ut tanta uis esset in baptismo serui, quãtam uim habet baptismus à domino dat9, sed noluit. Ideoq; non differt siue bonus siue malus, cui contingit ministerium ut baptizet: quia quisquis sit B minister, Christus est dominus qui baptizat, propter quod tãtum ualet baptismus per hominem contemptibilem, quãtum per apostolum datus.

Non em̃ misit me Christus baptizare, sed euangelizare, nõ in sapiẽtia uerbi, ut nõ euacuet crux Christi. Verbũ em̃ crucis pereũtibus quidẽ stultitia ẽ, his autẽ qui salui fiunt. i. nobis, uirtus dei est. Scriptũ est enim: Perdã sapiẽtiam sapientiũ, & prudẽtiam prudentiũ reprobabo. Vbi sapiẽs, ubi scriba, ubi inquisitor huiꝰ seculi? Nõne stultã fecit deus sapientiã huius mũdi? Nã quia in dei sapientia nõ cognouit mũdus p sapientiã deũ, placuit deo p stultitiã prædicationis saluos facere credentes.

Isaiæ. 26 Abdiæ. 1. Isai. 33.

¶ Ideo tam paucos baptizaui, quia nõ ad hoc missꝰ sum. *Non em̃ Christus*, cuiꝰ ego minister sum, *misit me baptizare, sed euangelizare*. i. prædicare. Quãmaius est euangelizare q̃ baptizare, quia non oĩs qui baptizat, idoneus est euangelizare. Quia igitur & minores possunt baptizare, qui sapientiam & uirtutẽ prædicandi non habet, ideo non baptizare missus sum, ne retardarer à prædicatione, sed euangelij semina spargerẽ. Quo dicto illi humiliant, quibus Corinthij multũ dabãt eo q̃ ab illis bapaizati fuerãt, dũ innotescit nõ magnũ esse baptizare. Missus sum euãgelizare, & hoc *non in sapientia uerbi*, quia prædicatio Christiana non indiget põpa & cultu sermonis. Ideoq; piscatores homines imperiti electi sunt, qui euãgelizarẽt, ut C doctrinæ ueritas ipsa se commendaret teste uirtute, ne hominũ uersutia & callliditate humanæ sapientiæ acceptabilis uideretur, nõ ueritate, sicut disciplinæ ab hominibus inuentæ, in quibus non ratio, non uirtus, sed uerborum compositio quæritur. Ac per hoc gloriam suam quærit, qui fidem christi uerbis exornare studet: quia obscurat illã splendore uerborũ, ut non illa, sed ille laudetur. Sicut & pseudo apostoli ne stulti uiderẽtur prudentibus mundi, in sapientia hominum prædicabant Christum, deuitantes ea quæ mundus in nobis stulta iudicat, ut neq; incarnatum dei filium & de uirgine natũ docerẽt, neq; morte eius homines saluari prædicarent, neque carnis nostræ futuram resurrectionem, quia mundanæ sapiẽtiæ ratio iudicat hæc stulta. Hoc em̃ habet physicalis sapiẽtia, q̃ deus nõ fiat hõ, qđ inuisibilis non fiat uisibilis, quod immortalis nõ fiat mortalis, quod uirgo concipere & parere non possit, quod mori non possit autor uitæ, quod mors unius non possit multos uiuificare, quod mortuus aperto sepulchro resurgere nequeat, quod uerum corpus humanum clausis ianuis intrare nõ possit in domũ. Nos autem hæc omnia de Christo prædicamus. Ideo Apostolus non in sapientia hominum euangelizat, quæ sapientia est uerbi, id est, locutionis ornatæ secundum dialecticam & rhetoricã. Nõ sum missus, inquit, euangelizare in sapientia uerD bi, id est, ut secundum humanam callliditatem uerbis compositis auditores ad fidem argumentando cogerem, sed simpliciter ueritatem omnibus annunciarem. Ideo non in sapientia uerbi hominum, *ne euacuetur crux Christi*, id est, ne uacua, ne ociosa putetur passio Christi, sed plena hominũ redemptione & salute. Si enim possibilitas naturalis per liberum arbitrium sufficit sibi, quemadmodum seculi sapientes dicunt, & ad cognoscendum quomodo uiuere debeat, & ad bene uiuendum, ergo Christus gratis mortuus est, & crux eius ab omni utilitate uacua est. Sed impossibile est crucem eius uacuam ac superfluam esse, quia salus humana non nisi per crucem illam poterat euenire. Ergo stulta est sapientia uerbi secularis, quæ hoc ignorauit. Vere euacuaretur crux in sapientia uerbi, quia *uerbum crucis*, id est, prædicatio crucifixi Christi ẽ, id est, uideri esse *stultitia peremptibus*. i. sapientibus mundi, quorum sapientia perit ac falsa ostenditur, & ipsi dãnandi inde sunt, quia spem suæ salutis in cruce Christi non constituũt. Stultitia enim uidetur illis, dei filiũ dicere crucifixum, & ideo sunt in perditione, quia sic infernæ morti non sunt erepti. Incredulis & pereuntibus est stultitia, sed *his qui salui fiunt, id est, nobis* credentibus, *est uirtus dei* ipsa crux. Credimus em̃ nõ infirmitatẽ esse crucẽ Christi, sed uirtutẽ, intelligentes mortẽ uictã in cruce: cuius signũ qui habent, sunt fortes & salui fiũt, q̃ teneri à morte nõ possunt. Nõ em̃ in uerbo crucis Chri dr aliquid, ubi uirtꝰ & fortitudo Chri non appareat, quia moriendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mortẽ uicit & diabolũ atq; infernũ & pctm, hominẽq; liberauit, & ignẽ portæ paradisi sanguine suo exstinxit credẽtibus, omniaq; mũdi regna superauit, & regnũ cælorũ aperuit. Nulla ergo est tanta uirtus, quanta est in omnibus quæ de Christo crucifixo dicuntur. Non prædico in sapientia uerbi, ne taliter crux euacuetur: quæ euacuarẽt, si aliquo modo præter illius sacramentum ad iustitiam uitamq; æternam peruenire homines posse dicerentur, quia *scriptum est* in Isaia, quod deus perditurus esset sapientiã mũdi. Ideo enim nõ misit me dñs euãgelizare in mũdana sapientia, qm ipse (sicut scriptura testatur) pdixerat qd'eam nõ reciperet in prædicatione euangelica, sed perderet & reprobaret de collegio prædicatorum suorum. Vnde ait: *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Non suam sapientiã deus in eis perdit & reprobat, quã ipse donauit: sed quam sibi arrogant, qui nõ habent ipsius. Notandum enim, sapiẽtiam talem esse in subtili excogitatione rerum, prudentiam uero in expolita ipsarum rerum explanatione. Vel sapiẽtiam, qua de deo humanis rationibus disputant, & incarnationẽ mortemq; eius uelut stultam contemnũt: prudentiam uero, quam habent in moribus, uel
B qua excogitãt aliquid probandum. Et deus perdidit, id est, irritam fecit & destruxit sapientiam sapientium, atque reprobauit prudẽtiam prudentium, quando fecit illa quæ illi negant posse fieri, & piscatores ad prædicandum misit. Vbi enim fecit ut dei filius incarnaretur de uirgine & crucifigeretur pro humana salute, obuiauit sapiẽtiæ sapientiũ & destruxit eã. Et ubi illiteratos & idiotas fecit prædicatores, ut per eos simplicibus uerbis ad fidem conuerteret dialecticos & rhetores, reprobauit à sua prædicatione prudentiam prudentium, & astutiam moresq; eorum reiecit. Sciendum uero quod hæc sententia iuxta Hebraicũ
Psal. 29. sic dicitur in Isaia de populo Iudæorum: Peribit sapientia à sapiẽtibus eius, & intellectus prudentium abscõdetur. Quod completum est post aduentum domini, quando uno eodemq; tempore succẽsa est Ierusalem, templumq; destructum, & omnis maiorum scientia ablata. Nam quia sapientes illius populi Christũ qui est dei sapientia, non receperũt, perijt ab eis omnis sapientia eorũ. Et quia prudẽtes astutis machinatiõibus studuerunt cõtraire eidem sapientiæ dei, inter homines corporaliter conuersanti, absconditus est ab oculis cordis eorum omnis intellectus, quẽ habebant in scripturis, ne scilicet Christum reperiãt, qui in litera continet. Quod & huic loco epistolæ multum congruit, quia ex illis infatuatis doctoribus Iudæorum erant pseudo apostoli, contra quos nunc Paulus agit, qui se per mundum sparserãt, loquentes in sapientia mundi ad subuersionẽ eorum qui nuper ad fidem uenerãt. Post propheticum uero testimoniũ subdit Apostolus: Vbi sapiens &c. Ac si dicat: ita olim prophetatum est, & nostro tẽpore uidemus illud cõpletum. Nam *ubi est sapiens?* id ẽ, in qua ecclesia de Iudæis aut gentilibus aliquis rhetorum uel dialecticus est prædicator euangelij constitutus? Si enim prædicator C
in ecclesia esse uoluit, sapientiam seculi abijcere oportuit. Et *ubi* est electus ad prædicandum *scriba?* id ẽ, qui de moribus uel artibus præcepta dat aut libros componit. Et *ubi* est electus ad docendum in ecclesia *inquisitor huius seculi?* id ẽ, qui secreta naturæ rimatur. Scribæ sunt, naturaliũ & moralium librorum autores, & artium secularium scriptores, id est, de ipsis artibus præcepta dantes. Inquisitores autem seculi, qui constellationibus agi mundum credunt, & duodecim signis ortus & occasus fieri decernunt, nihil omnino sine horum motu putantes fieri posse: qui sapientia sua inquirunt & discutiunt atq; inuestigant de occultis rebus ac naturis singulorum. Sapiẽs generale uocabulum utriusque est. Hos reprobatos & adnihilatos esse perhibet Apostolus, non quod doctrinam eorum ex toto improbet, in multis eñ concordant sacris literis, sed quia quædam senserunt & scripserũt contraria Christianæ religioni, & maxime de cultura pluralitatis deorũ. Tales nõ recipit deus, sed stultos fecit. Insultat ergo Apostolus sapientiæ & astutiæ, probatæ falsæ & re- D
probæ, cum dicit: Vbi sapiens, ubi scriba, ubi inquisitor huius seculi? quasi dicat: Nihil ualet taliũ astutia, & est inuectio in Iudæos & gẽtiles. Nam Iudæorũq; scribæ & legis doctores, deum filium habere stultum putãt credi. Simili modo quotidie & gentes istud risui deputãt. Sed Iudæi, quia hoc non tam aperte in lege significatum est, diffidunt. Gentiles uero, quia mundi ratio istud nõ recipit, nihil enim dicit posse gigni sine commixtione duorum, stultum iudicãt. Sed ubi sunt, inquit, tales dogmatizatores? q̃si dicat: Cõfusi sunt & retrorsum pulsi, uel in nihilũ redacti. *Nonne stultam fecit deus sapientiam huius,* id est, quæ est secundum rationes huius *mundi*, utiq; stultam fecit eam, faciẽs ea quæ illa dicebat non posse fieri. Et ita quæ se sapere putabat, inuenta est insipiens. Quod enim illa impossibile iudicabat, possibile declaratum est. Stultam fecit deus talem sapiẽtiam, quia per stultitiam dedit salutem credẽtibus. *Nam quia in dei sapientia,* hoc est, in luce diuinitatis filij dei *mũdus,* id est, quilibet mundi amator uel mundanæ sapientiæ sectator per superbam seculi sapientiam *non cognouit deum,* quoniam creatorẽ inuenire nõ potuit multiplicibus disputationibus & solertissimâ inquisitione, qua peruenit ad inuestigationẽ creaturæ, propterea *placuit deo saluos facere credẽtes per stultitiam prædicationis,* id est, per rem pdicatam q̃ stulta uidetur, hoc est, per incarnationem & humilitatem filij sui. Verbum quippe dei, sapientia est. Sed stultitia huius sapiẽtiæ, dicta est caro uerbi. Vel quia carnales quiq; p carnis suæ prudentiã pertingere nõ ualebãt ad sapientiã, per stultitiam prædicatiõis, i. per carnem uerbi prædicatam sanarent. Et hoc est, quia in dei sapiẽtia nõ cognouit mundus &c. Ac si dicatur: Cum deũ qui est sapientia, nequaq; per sapientia suam mũdus inuenire, placuit ut deum hoiem factũ per humanitatis

A tis stultea cognoscerẽt, quatenus eius sapientia adnĩa stulta descẽderet, & lucem supnę prudẽtiæ luto carnis suæ illuminata, nĩa cęcitas uideret: sicut
Iohan. 9. ille cęcus, q̃ luto sup oculos accepto illuminatꝰ ẽ. Quoniã & Iudęi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt. nos aũt prædicamus Christũ crucifixum, Iudæis quidẽ scãdalũ, gentibus aũt stultitiã, ipsis aũt uocatis Iudæis atq; Græcis, Chĩm dei uirtutẽ & dei sapientiã. Quia quod stultum est dei, sapientius est hoĩbus: et quod infirmũ est dei, fortius est hoĩbꝰ.

¶ Ideo mũdus nõ cognouit p sapientiam deum, quia Iudæi signa potentiæ quęrunt, cõsueti ab antiquo: & Græci sapiẽtiam, utrum quod prædicaf, natura patiat: & nos cõtra pdicamus Chĩm crucifixum, quod nõ est Iudæis signũ potẽtiæ, sed scandalũ, quia irascũtur cõtra pcones rubore sceleris sui, & gẽtilibus est stultitia, qm sẽdm mundanã rationẽ non congruit ut deus p hoĩbus moreret. Et hoc est: *Iudæi signa petũt.* i. nõ physicas uel argumẽcosas rones, sed miracula postulãt: & non diffidũt
Num. 17 posse fieri cõtra naturã, sed an factũ sit quærũt, scitonæ. 2. entes uirgã Aaron aridã germinasse & fructũ atMatt. 12. tulisse, sciẽtes Ionã post tres dies de uẽtre piscis uiuũ exijsse, & alia multa diuinitus facta eẽ, & ideo
B signa cõsueuerunt petere. *Græci* uero *sapientiam quærunt*, quia nolũt audire ea q̃ mundi rõne non possibilia sunt, qm contra naturã nihil posse fieri putant, & ideo sẽdm physicas rones diligenẽ ingrunt, si possit fieri quod audiũt: eam q̃ ingenio hois sapientia uideat, inuenire cupiunt. Iudæi & gentiles sic agũt, sed *nos* contrà *prædicamus Christũ crucifixũ, Iudeis quidem scandalũ, gentibus aũt stultitiam.* Iudæi eñ turbanẽ & indignanẽ atq; irascunẽ, dũ audiũt dei filium pdicari eum, quẽ ipsi crucifixerũt. Gentiles uero stultitiã putant, immortalẽ potuisse mori, & eum q̃ in potestate habebat psecutores una uoce pternere, ptulisse ab illis se flagellari, cõspui, teneri, spinis coronari, crucifigi. Stultũ qppe gẽtilib. uidẽt, ut p hoĩbus autor uitæ moreret, q̃ hoc mundane sapientiæ nõ congruit. Chĩm crucifixum p mũdi redmptione pdicamus, qd' (ut diximꝰ) scandalũ Iudæis incredulis est, & stultitia Græcis. Sed *ipsis Iudæis atq; Grecis,* q̃ hoc prius putabãt scãdalũ & stultiã, *uocatis.* i. postquã sunt ad fidẽ uocati uel cõuersi. uel uocatis ad uitã non cõmuni uocatione, sed q̃ soli pdestinati sunt ante mũdi principiũ uocati, pdicamus *Christũ dei uirtutem,* qa mortuus uicit, *& dei sapientiam*, q̃ prudenẽ fefellit diabolũ. Virtutẽ nunc ad signa retulit Apostolus propter Iudæos, sapientiam aũt ad doctrinam, pter Græcos, i. gentiles. Hæc eñ uirtus sufficit Iudæis signa quærẽtibus, si crediderit: & hæc sapientia sufficit Græcis sapientiã petentibus. Credentes eñ intelligent hæc signa uirtutis in Chĩo, quod mors eius mortẽ nostram destruxit, & mortuus ipse uitam nobis dedit æternam. Græci quoq;, si crediderint, in eo uidebunt magna sapientiæ documenta, &

suam secularem sapientiã intelligẽt esse stultitiã. Videbũt enim cũ prouido & sapienti cõsilio nos, C
qui per superbiam cecideramus, ipse p humilitatem suam erexit. Ob hoc etiã uocatur Chĩs dei uirtus, quia p ipsum omnia fecit deus: & dei sapientia qa per ipm cognitus est deus. Vñ & apparet idem filius coæternus & coæqualis patri. Cũ enim ipse filius sit dei uirtus & dei sapientia, si aliquãdo fuit deus sine filio, fuit sine uirtute & sapientia. i. fuit infirmus & insipiens. Itẽ si quis dicat qd' dei uirtus sit minor illo, aut eius sapientia minor illo, magnam deo cõtumeliam ingerit, cũ nec qlibet hõ potens id sibi dici æquanimiter ferret. Nec mirum si chĩs crucifixus, est credẽtibus dei uirtus & dei sapientia, *quia quod stultum est dei,* id est, humilitas & passio, sapiẽtius est hoĩbus id est, quàm homines possint uidere & esse, & *quod infirmum est dei.* i. incarnatio, *fortius est hominibus*: quia uictus uicit mortẽ, quam nullus gigas euasit. Quia nos cum ad diuinam sapientiam uenimus, sapienter facimus; ipsa cum ad nos uenit, ab hoĩbus superbis quasi stulte fecisse reputata est. Et nos cum ad illam uenimus, conua lescimus: ipsa cum ad nos uenit, quasi infirma existimata est. Serpentis sapientia decepti sumus, dei stultitia liberamur. Sed sicut uocat sapiẽtia, erat aũt stultitia contemnentibus deũ, sic ista quæ uo- *Gene. 3.*
catur stultitia, sapientia est uincentibus diabolũ. Non eñ uere stultitia est, sed ab hoĩbus dum rationi mundanæ nõ conuenit, putat stultitia, cum sit ratio specialis. Nam hęc stultitia superat omes D
sapientes, quia salutẽ humano generi sapienter reddit, quam nullus sapientium inuenire sciebat. Hæc, inquam, stultitia omnem hoĩm sapientiam supergreditur, quia q̃ sapientia sua liberari nõ poterant, per crucis mysteriũ saluantur. Sed & infirmum dei non est infirmum, qa infirmitas Christi magna uictoria est. Vicit eñ fortem armatum q̃ uicerat oẽs, & ideo fortior est hęc infirmitas dei cunctis hoĩbus: quia superauit illum q̃ cunctos suPerauerat, & mortem quã nec gigantes euadere *Lucæ, 11*
potuerunt, crucifixi infirmitas uicit.

Videte enim uocationem uestram fratres, quia nõ multi sapientes secũdum carnem, non multi potentes, nõ multi nobiles, sed quę sunt stulta mundi, elegit deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia: & ignobilia mũdi & contempti bilia elegit deus, & ea q̃ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret, ut non glorietur oẽis caro in cõspectu eius. Ex ipo autẽ uos estis in CHRISTO IESV, q̃ factꝰ est nobis sapiẽtia a deo & iustitia & sanctificatio & redẽptio, ut quẽadmodũ scriptũ est, Qui gloriat', in dño glorietur. *Ierem. 9*
¶ Vere stultum & infirmum dei, est sapientiꝰ *2 Cor. 10*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A us & fortius hominibus: qa in uobis potestis hæc
experiri, insipientes enim & infirmos uos uocaue
runt. Nam *uidete uocationem uestram fratres*, id est, ui
dete p quos uocati estis, *quia non multi* ex illis sunt
sapientes sẽm *carnem*, id est, secundum humanam
sapientiam, *non multi potentes* secundum seculi po
tentiam, *non multi nobiles* secundũ carnis nobilita
tem. Et primo nulli ex uocationib9 fuerunt tales.
Non multi forsitan propter se dicit, qui solus in
ter apostolos secularium literarum peritus, terre
narum opum diues, Romanæ dignitatis parente
la conspicuus fuit, qui tamẽ hęc nihili pendit, nec
usus est eis: Erant iam & aliqui prædicatores facti
ex illis, qui fuerant sapientes secũdum carnem, &
potentes & nobiles, sicut Dionysius Areopagita
& alij. Vel ita: Videte uocationem uestram, id est,
in uobis ipsis probate quod dico, quia non multi
ex uobis sapientes secundum carnem uocati sunt
ad fidem, sed potius pauci sapientes crediderunt.
Per superbiam enim sapientiæ seculares, multi sa
pientiæ dei cõtempserunt esse subiecti. Vix enim
istiusmodi homines ad fidẽ possunt adduci. Nec
multi potentes in hoc seculo uel nobiles inẽ uos,
ad Christum sunt uocati. Difficile enim potentes
& nobiles ac diuites, & multo his difficilius elo
B quentes, credunt deo. Obcæcatur enim mens eo
rum diuitijs & opibus, atq; luxuria uel superbia;
& circundati uitijs, non possunt uidere uirtutes;
simplicitatemq; scripturæ sanctæ non ex maiesta
te sensuum, sed ex uilitate uerborũ iudicant. Nõ
multi tales uocati sunt, *sed quæ stulta sunt mundi*, id
est, ignaros homines mũdanæ sapientiæ *elegit deus*,
ut per eorum doctrinam *confundat*, id est, erube
scere faciat, & ad insipientiam redigat *sapientes* se
culi. Confunduntur enim sapientes, dum ea quæ
ipsi negant, uident multos confiteri, id ẽ, partum
uirginis & crucem filij dei & resurrectionẽ à mor
tuis, cæteraq; similia. Stulta mundi elegit deus, id
est, ineruditos liberalibus disciplinis & omnino
(quantum ad seculi doctrinas pertinet) impoli
tos, non peritos grammaticæ, non armatos diale
ctica piscatores fecit suos prædicatores, ut uidelꝛ
cet cunctis in eis ostenderet, quod ad uitam cre
dentes populos, non sermo, sed causa suaderet. Et
infirma mundi, id est, pauperes & impotentes *elegit*
deus, ut per eorum uirtutem *confundat fortia*, id est,
superet & erubescere faciat potentes. Nam dum
elati diuites nouas uirtutes in humilibus peccato
ribus aspicerent, eorum quorum prius contem
nebant uitam, postmodum obstupuere miracu
lis, unde mox pauidi ad sua corda redeuntes, exti
muerunt sanctitatem in miraculis, quam despe
xerant in pceptis. Per infirma ergo confusa sunt
fortia, quia dum in ueneratione uita surgit humi
lium, elatio cecidit superborum. Et *ignobilia mundi*
& contemptibilia, id est, homines in hoc mundo ple
beios & abiectos *elegit deus & ea quæ non sunt*, id est,
non computãtur, scilicet illos homines qui nihil
esse uidebantur, *ut ea quæ sunt*, id est, magna puta
bantur, *destrueret*. i. uincendo humiliaret. Elegit er
go indoctos, infirmos, ignobiles & pauperes; non
quia relinquit sapiẽtes, firmos, nobiles & diuites:
C sed si ipsos primos elegisset, merito sapientiæ suæ
uel potentiæ, seu natalium aut diuitiarum suarũ
sibi eligi uiderẽtur; atq; inflati de his rebus, salutẽ
humilitatis nõ reciperent. Si enim primo sapiẽtes
elegisset, doctrinæ eorum merito elegisse illos pu
taretur, & ita illorum scientia laudaretur & laus
Christi minueretur. Si potentes elegisset, uidereꝫ
eos merito dignitatis eorum elegisse, & similiter
diuites merito diuitiarum. Et ideo istos qui de se
metipsis in semetipsis poterant gloriari, non qui
dẽ omisit nec contẽpsit, sed aliquantulum distu
lit: & illos primo eligere maluit, q nihil in seipsis
habebant unde gloriari possent. Quia nimirum
ad prædicandum tales uenire debuerunt, qui de
laude propria nihil haberẽt, ut tanto solius ueri
tatis cognosceretur esse quod agerent, quanto &
aperte cerneretꝫ, quia ad hoc agẽdũ per se idonei
non fuissent. Tales ergo primitꝰ elegit, ut per eos
humiliaret cæteros, & ad fidẽ adduceret, *ut nõ glo*
rietur omnis caro. i. omnis hõ *in conspectu eius*. i. corã
ipso, uel nõ glorieꝫ oĩs caro in cõspectu eius. i. in
se nullus glorietur eum conspiciens. Non glorie
tur utiq; de meritis suis. Non enim gloriant iniu
D sti, qui non habent unde glorienꝫ: nec iusti, quia
ex ipso habent unde gloriari debeant; nec habẽt
gloriam suam, nisi ipsum cui dicunt, Gloria mea *psalm. 3*
& exaltans caput meum. Ac per hoc ad omnem
hominem pertinet, siue iustum, siue iniustum, qđ
nunc dictum est, ut non glorietur omnis caro in
conspectu eius, scilicet neq; de meritis, neq; de sa
pientia, neq; de potẽtia: neq; de nobilitate, nec de
diuitijs aut alia re propria quisq; glorietur. Null9
ex se põt gloriari, sed uos in deo gloriamini, quia
ex ipso deo, id ẽ, ex ipsi9 dono *uos estis in Christo Iesu*
non ex uobis. Ex eius gratia processit ut fitis in
Christo, non ex uestris meritis, quia eius propo
situm fuit ut esseris mẽbra Christi. Si ergo ex ipso
estis, nolite illos admirari quos ipse non elegit. In
christo estis, *qui factus est* uobis *sapientia*, ut ei9 par
ticipatiõe sapiẽtes efficeremur, percipiẽtes ab eo
sensum prudẽtiæ, & factus est *nobis iustitia*, ut nos
eius participatione iustificemur p opera uirtutũ,
& sanctificatio, ut nos sanctificaret in baptismo, fa
ciens immunes à peccato. *& redẽptio*, ut nos redi
meret, p nobis seipsum dando: Sapientia ergo no
bis factꝰ est, id ẽ, illuminãs nos ad ueritatẽ & dei
cognitionẽ. & quia prius iustificat bona opatiõe,
p hoc iustitia, quia prius emũdat in baptismate;
& hoc, quia prius redemit sua passione. Ipse qui
in seipso est æterna & incommutabilis sapiẽtia,
etiam nobis fit sapientia, cũ nos eius participatio
ne efficimur utcunq; sapientes ad recte sapiendũ.
Ita ipse cum in se sit ipsa iustitia, quæ uiuit in seip
sa & incommutabiliter uiuit, etiam nobis fit iusti
tia, cum nos ei cohærẽtes iuste uiuimu9: & tanto
magis minusve iusti sumus, quanto illi magis mi
nusve cohæremus. Similiter cũ ipse sit in seipso
æterna sanctitas, etiam nobis fit sanctificatio, cũ
nos sanctificat sui participatione. Factus est ergo
nobis à deo sapiẽtia & iustitia & sanctificatio, qa

A nos ad illum cõuertimur temporaliẽ. i. ex aliquo
tẽpore, ut cum illo maneam9 in æternum, & ipse
ex quodã tempore uerbũ caro factum est & habi
tauit in nobis. Hęc oĩa nobis à deo factus *est*, *ut qui*
Iohan. 1. *gloriatur*, nõ in se, sed *in domino glorietur*, *sicut* scriptũ
Ierem. 9. est in Ieremia: Nõ glorietur sapiens in sapiẽtia sua,
& nõ glorieꝫ fortis in fortitudine sua, & nõ glori
etur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur qui
gloriaꝫ, scire & nosse me, quia ego sum dñs, qui fa
cio misericordiam & iudicium & iustitiã in terra.
Videte quẽadmodũ nobis abstulit gloriã, ut da
rer gloriã: abstulit nostram, ut daret suã: abstulit
inanem, ut daret plenã: abstulit nutantẽ, ut daret
solidam. Quanto enim gloria nostra fortior & fir
mior q̃ in deo est, quàm q̃ in nobis? Nõ ergo glo
rietur quisquã in sapientia sua, uel in fortitudine,
uel in diuitijs aut huiusmodi rebus: sed si gloriari
uoluerit, glorietur in dño qui facit misericordiã
& iudicium & iustitiã. Ille enim in solo dño gloria
tur, qui cognoscit nõ suũ, sed illius esse, nõ solum
ut sit, sed etiã ut non nisi ab illo bene sit: & qui in
oĩbus quæ facit, nõ suam, sed dñi gloriam quæ
rit. Et ideo gloriandum est in domino, quia non
poterit cõfundi qui gloriatur in eo: confundetur
autem, qui gloriatur in hoc seculo uel in seipso.

CAPVT .II.

B ET ego cũ uenissem ad uos fratres,
ueni nõ in sublimitate sermõis aut
sapientiæ annũcians uobis testimoniũ
Chri. non enim iudicaui scire me aliquid
inter uos, nisi Chrm Iesum, & hunc cru
cifixum. Et ego in infirmitate & timo
re & tremore multo fui apd' uos, & ser
mo meus & pdicatio mea nõ in psuasi
bilibus humanæ sapiẽtię uerbis, sed in
ostensione spũs & uirtutis, ut fides ũra
nõ sit ĩ sapiẽtia hoĩm, sed ĩ uirtute dei.

¶ Dixi superius qa infirmos & stultos pdicato
res eligit deus. *Et ego* quoq; talis apparui uobis, qa
ueniens ad uos *ueni non in sublimitate sermonis*. i. non
in rhetoricis & dialecticis disputationibus, ut arti
ficiose & cõposite pdicarem uobis scẽm logicam,
nec in sublimitate *sapientiæ*. i. humanæ rationum
scẽm physicam, qđ laudatis in pseudo apostolis,
q per eloquẽtiã suam cõmendãt prauã doctrinã
suam, & p sapientiam mũdi euacuãt crucem christi.
Nõ in sublimitate sermonis aut sapiẽtiæ ueni, sed
potius in humilitate: qa qui minus capacib9 sub
limiora loquit, non illos utilitatẽ, sed sui ostenta
tionẽ facit. Veni *annuncians uobis testimoniũ Christi*,
id ẽ, quod de eius incarnatione, passione & resur
rectione testati sunt prpphetæ, uel quod ipe de se
metipso moriẽdo & resurgẽdo testatus est, aut qđ
nos apostoli testamur de illo. Veni, inquã non in
sublimitate secularis eloquẽtiæ uel sapiẽtię, quia
nec in sublimitate illius q̃ de deo est. Et hoc feci
ex iudicio. *non enim iudicaui me aliquid scire inter uos*,
qui minus capaces eos uidebã, *nisi iesum Christum et*
hunc crucifixum. i. nisi saluatorẽ regẽ, & hoc per cru C
cifixionem. qđ est dicere: Quia uos capere diuini
tatis eius mysteria nõ posse pensaui, sola uobis in
firma humanitatis eius locutus sum. hoc enim inter
illos Aplũs nesciebar, qđ ipsi per illũ scire nõ pote
rant: & hoc solũ se scire dicebat, qꝫ eos per illũ sci
re oportebat. Eo aũt gñe locutiõis nescire qsq; dr
quod occultat, quõ dr fossa cæca quę occulta est.
In Christo aũt crucifixo nõ parua scientia est, sed
multa in eo discunt: & maxime cꝫ uetus hõ noster
simul crucifixus est, ut euacueꝫ corpus peccati, & Roma. 6
ultrà non seruiamus pctõ. Nã ad eius crucẽ perti
net, qꝫ etiã nos in eius corpore crucifigimur mun
do, ubi intelligit oĩs coercitio malaꝝ concupiscẽ
tiaꝝ. Ac per hoc fieri nõ põt, ut eis qui cruce Chri
informant, furta, adulteria, uel alia crimina pmit
tant. Omnia enim uitia carnis ac spũs uiuificat crux
Chri, ut uiuere faciat in uirtutibus: qa & ipse pro
pctis nris crucifixus est, ut nos redimeret ab oĩ
iniquitate, & cruciatibus æternis saluaret. Hæc &
alia multa discunt in Chro crucifixo. Ita humilia
et infirma uobis pdicani. Et ego humilis et infirm9
fui, qa *apud uos fui in infirmitate*. i. quasi nulli9 essem
uir cutis aut potentiæ uel in infirmitate. i. in tribu
latione *& timore*. i. anxietate animi. *& tremore* cor
poris propter afflictiões pœnaꝝ. Chrm enim in stul D
titia humanæ sapiẽtię pdicans, odiũ mihi Iudæoꝝ
atq; gentiliũ & persecutiones prouocabã, quasi rẽ
uanã annuncians, & deũ mortuũ prædicãs: & dũ
ita conuersarer uobiscũ, *sermo meus* de moribus *&*
prædicatio mea de Chro, uel sermo priuatim coram
paucis, & prædicatio publice corã omnibus, *non*
fuit in persuasibilibus uerbis humanæ sapientiæ. i. in uer
bis quæ per humanã sapientiã suaderent credere
quod dicebã. *Sed fuit in ostensione spũs & uirtutis*. i. in
eo quod oñdebã me habere spm sanctũ religiose
uiuendo & pphetãdo, & per manuũ impositionẽ
ipsum aliis impetrãdo, & oñdebã me hĩe uirtutẽ
miracula faciendo. Ideo sic feci, *ut fides uestra* nõ sit
fundata in sapientia hominum, sed in uirtute dei. i. secun
dum humanã sapientiã non quærat rõnes eorum
quæ debet credere, sed omnia imputet uirtuti di
uinæ possibilia, sciens deo nihil esse impossibile.

Sapientiã aũt loqmur inter perfectos.
Sapientiã ẏo nõ huius seculi, neq; prin
cipũ huius seculi, q destruunt: sed loqui
mur dei sapientiã in mysterio, quæ abs
cõdita ẽ. quã pdestinauit deꝰ añ secula
in gloriã nrm, quã nemo principũ huiꝰ
seculi cognouit. Si enim cognouissent,
nunqꝫ dñm gloriæ crucifixissent. Sed
sicut scriptũ est: Qđ oculus non uidit,
nec auris audiuit, nec in cor hoĩs ascen Isaiæ. 4.
dit, quę pparauit deus his q diligũt eũ.
Nobis autẽ reuelauit deus p spm suũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ¶ Quia ſupra dixerat, ueni non in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ, ne cui ſtultus uideret, & in p̄dicatione ſua nihil ſapientiꝫ cōtinere, oſtendit quod ipſe q̄ ſimpliciter iſtis eſt locutus, aliꝭ eructat profunda ſapientiæ. Inter uos, inquit, ſimpliciter locuti ſumus, ſed *inter perfectos* non cognitores, q̄bus opus non eſt ut loquamur, ſed auditores non capaces, *loquimur ſapientiam*. i. de ſecretis dei, ac ſi diceret: Et nos habemus ſapientiam, ſed uos eam capere nō poteſtis, quia & adhuc lacte nutrimini atq; parui in ſenſu cōprobamini. Sed inter p̄fectos eam loquimur, id eſt, inter eos qui crucem Chriſti uirtutis teſtimonio ſapientiam fatentur. Omnes em̄ perfecti uiri intelligunt eſſe ſummam ſapientiam, quod uos putatis abiectionem, uidelicet quod deus homo factus eſt, q̄ eſurijt, quod fatigatus, q̄d crucifixus eſt. Hæc em̄ omnia inter excæcatos prædicata, uident̄ eſſe ſtultitia: ſed inter perfectos lumen cordis habentes, eſt ſumma ſapientia. Loquimur ſapiēt̄iam, ſed *ſapientiam non huius ſeculi*, i. non humanis rōnibus conſtant̄, non huius ſeculi, ſed futuri: *neq; principum huius ſeculi*, id eſt, regum & philoſophorum, qui in hoc ſeculo primatum ſapientiæ tenere uidebant̄. *Qui* principes *deſtruuntur*, id eſt, ſapientia eorum diſſipatur, quia Chriſtianitas errores q̄s illi inſeruerunt, excidit, id eſt, idololatriam, auaritiam & cætera uitia.

B Non illorum ſapientiam loquimur, *ſed* potius *dei ſapientiam* de redemptione hominis per incarnationem & paſſionem unigeniti eius. *Loquimur eam in myſterio*, id eſt, in occulto ſenſu prophēticorum dictorum uel operum reſeramus, ut in immolatione Iſaac, uel in uictoria Dauid de Philiſtæo. *Quæ* ſapientia *abſcondita eſt* à ſapientib9 & prudentibus ſeculi, & ideo ſtultitiā putāt̄ ab eis, quia n̄eſciunt illam. Abſcondita eſt, dum non in uerbis, ſed in uirtute eſt: non humana ratione poſſibilis, ſed ſpirituali efficacia credibilis. Uel loquimur eam in myſterio, id eſt, in occulto ſacramentorum, quod nequit intueri oculus rationis noſtræ ſine labore inueſtigationis & illuminatione ſp̄ūs ſancti. quæ abſcondita eſt in corde patris, quia uerbum erat apud deum, *quam* ſapientiam quæ eſt uerbum patris, *prædeſtinauit deus* ſecundum futuram eius humanitatem, hoc eſt, p̄rordinauit *ante ſecula*, id eſt, antequam mundus eſſet, ut unigenitus ſuus in plenitudine temporis hō fieret, & crucifigeretur ac reſurgeret. *in gloriam noſtram* qui credimus, ſicut & in confuſionem illorum qui non credunt & crucem eius ſtultitiam putant. *Quam* ſapientiam diuinitatis eius *nemo principum huius ſeculi cognouit* à deo abſconditam eſſe, id eſt, nemo ſuperborum philoſophorum aut legis doctorum aut ſeculi potentum eam cognouerat quando hæc loquebatur Apoſtolus. Vel ſapientiam dominicæ incarnationis & paſſionis prædeſtinauit deus in gloriam noſtrā, ut ſcilicet humanitas mors & eius fieret nobis gloria ſempiterna, quam ſapientiam nemo principum huius ſeculi, id eſt, nullus malignorum ſpirituum cognouit, quia nunquam aliquis illorum intellexit, quod per paſſionem eius redimendum eſſet genus humanum. Inde apparet q̄d C non cognouerunt, quia *ſi cognouiſſent* dæmones iam paſſionis eius ſapientiam ualere ad redemptionem humani generis, *nunquam crucifixiſſent*, id ē, nunquam crucifigi feciſſent *dominum gloriæ*, id eſt, nunquā ſuggeſſiſſet diabolus illum crucifigi, per quem ius ſuum perderet. Sed nec homines eum crucifixiſſent, ſi deum glorię illum eſſe cognouiſſent, qui in forma ſerui crucifixus, tamē dominus gloriæ crucifixus eſt. Talis em̄ erat illa ſuſceptio, quæ deum hominem faceret, & hominē deum. Quod tamen propter quid & ſecundum quid dicatur, adiuuante domino purdens & diligens & pius lector intelligit. Quia recte dicitur & deus crucifixus, non ex uirtute diuinitatis, ſed ex infirmitate carnis. una eſt enim p̄ſona deus & homo. Quem qui crucifixerunt, ignorauerunt: fideles autem cognouerunt eum. Non nouerunt eum, ſed cōtigit ex hoc fieri, *ſicut in Iſaia ſcriptū eſt*, *quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit deus* diligentibus ſe. ſed *nobis reuelauit* ea *per ſpiritum ſuum*. Sicut enim illa carnales homines iuxta propheciam latent, ſed tamen nobis ſp̄ūalibus reuelata ſunt per ſp̄ūm dei: ſic ſapientia diuinæ incarnationis, & n̄ræ per eius mortem redemptionis, latuit infideles, manifeſtata eſt fidelibus. Ea q̄ deus in regno cælorum p̄parauit D his, qui puro corde diligunt eum, tāta ſunt & tam p̄clara atque tam ſp̄ūalia, quod oculus nō uidit, quanta uel qualia ſunt, nec auris audiuit, nec in cor hoīs aſcendit. Oculus nō uidit, quia nō eſt color: auris non audiuit, quia non eſt ſonus: in cor hoīs non aſcendit, quia non eſt terrena cogitatio. Quod em̄ in cor hoīs aſcendit, infra cor hoīs erat. Ideo in cor aſcendit, q̄a ſupra illud eſt cor q̄ aſcendit. Præmiū uero quod in cælo ſeruat̄ electis, non aſcēdit in cor hoīs, ſed aſcendit ad illud cor hoīs. Oculus nō uidit illud corporeo uiſu, nec auris audiuit corporeo auditu, nec in cor hoīs aſcendit, id eſt, nec cognoſci potuit ratione eius q̄ carnalis eſt, non ſp̄ūalis. Nam in eo quod dicitur, in cor hoīs non aſcendit, intelligi poteſt quod nō ſit homo, ſed ſupra hominē, in cor cuius aſcendit. Res namque dicit aſcendere in cor, quando intrat ut prudenter intelligat̄, & bene intellecta placeat. Notandum uero quod hæc ſententia nō eiſdem uerbis, ſed eadem ſenſuum ueritate legit̄ in prophēta. Sic nanq; ibi ſcriptum eſt: A ſeculo non audierunt, neq; auribus perceperunt: oculus nō uidit deus abſq; te, quæ præparaſti expectantibus te. Tamen propheta & Apoſtolus dicit ſimiliter, oculus non uidit. Sed quod Apoſtolus ait, nec auris audiuit: hoc propheta, nec auribus perceperunt. Et quod Apoſtolus, nec in cor hoīs aſcendit: hoc propheta, nō audierunt, id eſt, nō intellexerunt. Quodq; poſuit Apoſtolus, his qui diligunt eum: hoc propheta dixerat, expectantibus te. Sed ſicut præmiſimus, idem ſenſus eſt in Apoſtolo, q̄ & in propheta, Homines enim à ſeculo nō audierunt, hoc eſt, non intellexerunt præmia iuſtorum, quia in cor hoīs non aſcendit quanta ſint, id eſt, cogita-

Gene. 22 — 2 Re. 17. — Ioban. 1. — Galat. 4 — Iſaiæ. 64

A tio humana nō cōprehēdit ea. Neq; auribꝰ perceperunt, q̄a auris humana nō audiuit ea loquēte aliquo, & oculus nō uidit ea: q̄m quæ promittunt̄ in futuro, nō cernunt̄ in præſenti. Spes em̄ quę uidetur, non eſt ſpes, ſed iam certa p̄miſſio. Sic fuerūt illa à ſeculo hoībus ignota, ſed nobis q̄ ſupra Rom. 8. homines ſumus, reuelauit ea deus non p̄ induſtriam ingenij noſtri, ſed per ſp̄ūm ſuum, q̄ mentem noſtrā illuminauit, ut intelligeremus illa ineffabilia bona, quæ ipſe ſuis amatoribus præparauit. 1 Cor. 15 Quæ illi tunc habebunt, q̄n erit deus oīa in oīb9. Deus ergo eſt oīa illa bona, quæ ipſe præparauit diligentibus uel expectantibus ſe.

Spiritus enim oīa ſcrutatur, etiam p̄ funda dei. Quis enim ſcit hominū quę ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt: ita & quæ dei ſunt, nemo cognouit niſi ſpiritus dei.

¶ Hæc uobis per ſp̄ūm ſunt reuelata, neq; mirum, quia *ſpiritus ſcrutatur omnia, etiam profunda dei*, id eſt, q̄ in deo latent longe remota à creaturarū cognitione. Scrutat̄ non utiq; ut quod neſciat inueniat, ſed q̄a nihil relinquit oīno quod neſciat. p̄ funda dei ſcrutatur, quia eius ſecreta & arcana nouit, ac p̄ hoc deus eſſe manifeſtat̄, qui oīa dei occulta ſcire oſtendit. Scrutari oīa p̄hibet, quia B in nobis manēs, facit ut nos ea ſcrutemur. Et q̄ nos dono ipſius facimus, ipſe dicit̄ facere, q̄a ſine illo nos nō poſſumus facere. Vere ipſe dei ſp̄ūs occulta diſcrutat̄, ſicut & ſpiritus hoīs occulta hoīs. Nam *quis hominū ſcit ea quæ ſunt occulta hominis, niſi ſpiritus* ipſius *hominis qui eſt in ipſo?* Vnuſquiſque enim homo habet in ſe proprium ſp̄ūm. Animus em̄ cuiuſq;, proprius eius eſt ſp̄ūs. Et ea quæ ſunt hoīs, nemo nouit niſi ſp̄ūs eius. Nō enim noui q̄d cogites, aut tu quid cogitem. Ipſa enim ſunt propria noſtra, quę i animo cogitamus. Et cogitationum uniuſcuiuſque hoīs, ipſius ſp̄ūs teſtis eſt. Alius neſcit quid i illo agatur, ſed ſp̄ūs eius nouit. *Ita & quæ deiſunt* occulta, *nemo cognouit niſi ſpiritus dei*. Non tamē ſapientia dei excluditur quę filius eſt, ab hoc ſecretorum notitia, quoniam ſp̄ūs accipit Ioh. 16. à filio omnia, ſicut ipſe diſcipulis ait: Omnia quæcunq; habet pater, mea ſunt. Propterea dixi quia de meo accipiet, & annunciabit uobis. Et nos accepto ſpiritu dei diſcimus & quid agatur in deo, quia cum per eius ſpiritum ſcimus, etiam ſic nemo ſcit niſi ſpiritus dei. Sic autem ſcit ipſe in nobis, ſicut loquitur in eis quibus dicitur: Non enim Mat. 10 uos eſtis q̄ loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis.

Nos aūt non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum q̄ ex deo eſt, ut ſciamus quæ a deo donata ſunt nobis. Quæ & loqmur nō in doctis humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in doctrina ſp̄ūs, ſp̄ūalibus ſp̄ūalia cōparantes. Animalis aūt hō non p̄cipit ea q̄ ſunt ſp̄ūs dei. C ſtultitia em̄ eſt illi, & nō p̄ot intelligere, quia ſp̄ūaliter examinat̄. Spūalis autē iudicat oīa, & ipſe a nemine iudicat̄, ſicut ſcriptum eſt: Quis em̄ cognouit ſenſum domini, aut quis inſtruxit eū? Nos autem ſenſum Chriſti habemus. Iſaiæ. 40 Rom. 11

¶ Solus ſp̄ūs dei nouit ea quæ dei ſunt. Sed nos non ſpiritū mundi, ſed ſp̄m dei accepimus, quo doceremur, non quæ mundi, ſed quæ dei ſunt. Quia ſpiritus mūdi non poteſt ſcire, quæ ab hoc nobis inſinuata ſunt. Sp̄ūs enim mundi eſt, quē phytonem appellant, per quem arripiuntur phanatici, qui ſine deo ſunt, qui ſolet coniecturis quę mundi ſunt diuinare, qui per uerisſimilia fallitur & fallit. Qui & per Sibyllam locutus eſt ſenſum noſtrorum ſecutus, locum uolens inter cæleſtes habere, ipſe & in pſeudo apoſtolis erat, atq; eos mundanam ſapientiam ſectari faciebat. Sed *Nos non ſpiritum huius mundi accepimus*, quo doceamur ſapientiam mundi, *ſed ſpiritum qui ex deo eſt*, p̄ quē doceamur ea quæ ex deo ſunt. Sp̄ūm qui ex deo eſt accepimus, id ē, diuinum quendā radium illuminantē nos, *ut* per eū *ſciamus* bñficia *quæ ſunt nobis a deo donata*. Sp̄ūs enim dei mentē, quā replet, illuminat: ſp̄ūs aūt mundi excæcat. Quem qui habent, non intelligunt dei dona quæ perceperūt, neq; à quo perceperunt. Sed nos per ſp̄ūm eius nouimus & dona eiꝰ nos habere, & ab eo accepiſſe. Ab ipſo enim quicquid boni eſt, donatur. Et ipſe D nobis dedit Chriſtum ſuum, atq; in eo redemptionē & p̄cōrum remiſſionē, uirtutūq; multiplicationē & æternæ beatitudinis ſpē, & quicquid habemus uel ſumus. Intelligimus hæc nos habere, & ab eo p̄cepiſſe, *Quæ & loquimur*, ut hinc appareat ſcire nos hæc, quia & loquimur ea ne & aliꝭ diſcāt ipſa. Loquimur *non in uerbis humanæ ſapientiæ doctis* rōne uel ornatu, *ſed in doctrina ſp̄ūs*, quia mētes audientiū, loquētibus nobis, docent̄ à ſc̄ō ſpiritu. Verba enim humanæ ſapientiæ hunc ſenſum nō capiūt, nec literatura ſtudiꝭ apprehendit̄, ſed p̄ fidē ſp̄ūali ratiōe concipit̄. Ideo q̄ ſp̄ūs dei p̄ euangeliū ſp̄ūaliter docet corda hoīm, excitās ea ad cognitionē ſui creatoris. Dico quia loqmur, & hoc facimus, *cōparantes ſp̄ūalia* uerba *ſpiritualibus* uiris, i. ita moderantes ea quæ dicimus, ut cōueniant capacitati ſingulorū, quia p̄ uarietate ſenſus audi torū diſtinguimus ea quæ loquimur, & compara mus intellectui uniuſcuiuſq;, attēdentes quid cui dicam9. Hoc facimus ſp̄ūalibus, q̄d uos nō eſtis: & ideo culpa ueſtra eſt, nō n̄ra, q̄d maiora nō diximus uobis. Nos ſcim9 q̄ dei ſunt, & loquimur ea ſp̄ūalibus. Sed *animalis homo*, quales ſunt pſeudo apoſtoli, *nō percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei*, ut partū uirginis, ut reſurrectionē mortuoꝝ. Animalis hō dicit̄, qui animaliū more uerſat̄, qui putat nihil eſſe poſt mortē. Animalis iure uocatur, quia ſeruit diſſoluta laſciuia animæ ſuæ, quam non regit ſpiritus, neque coercet intra metas naturalis or-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dominis, quia & ipse se nō subdit regendū deo. Animalis ēm ab anima dicitur, sicut à carne carnalis. Iste talis nō percipit ea q̄ sunt spūs dei. i. quid grāe credentibus cōferat crux Christi, & sic audit quæ cunq; audit de dei natura, ut aliud q̄ corpus cogitare nō possit, quamlibet amplū, summū uel immensum, quamlibet lucidū ac speciosum, corpus tamen. Ob hoc etiā dicitur non percipere. i. non intelligere ea q̄ sunt spūs dei, quia sola præsentis uitæ bona carnalia cogitat & appetit, spūalia uero & æterna non intelligit, *Stultitia enim est illi* quicqd de talibus audit, *& non potest intelligere.* Peccatoribus enim similis sensum suū in terra deprimit, & ideo nō assequitur qđ uidet, nec putat aliud posse fieri q̄ quod ipse scit: ꝓpterea quicqd aliter audit quām nouit, stultum iudicat. Ideo nō potest hæc intelligere, quia *spiritualiter examinatur.* i. inuisibiliter à deo iudicatur, ut iusto dei iudicio spūalia intelligere nō sinatur. Vel spūaliter examinaī, id ē, per spūalia tantum probaī quod animalis est, qa audita hæc improbat, & nō ob aliud ei ꝓponuntur. Siue ideo nō potest intelligere, qa res illa quā ipse stultitiam reputat, spūaliter examinaī. i. per spūm sanctum dñ iudicatur & intelligit. Animalis nō potest intelligere, sed *spiritualis.* i. ille cuius mēs
B illuminaī luce spiritus sancti, & spūaliter uiuere doceī, *iudicat.* i. dijudicat & discernit *omnia.* Iudicat ēm & approbat quod recte, improbat aūt quod perperam inuenerit in operibus moribusq; fidelium. Iudicat oīa, sed *ipse a nemine iudicatur.* i. à nullo homine, sed sola ipsa lege, sēm quam iudicat omnia, quoniā uerissime dictū est, oportet oēs exhiberi ante tribunal Chri. Omnia ergo iudicat, 1a Cor. 5. qm̄ super oīa est, q̄ cum deo est. Et à nemine iudicatur, qm̄ ipse supra cæteros est, & inferiores non possunt iudicare superiorē. Et uere à nullo iudicatur, utrum bū an male intelligat uel operet. Quia *quis* animalis *cognouit sensum domini* quē uir spiritalis habet? Nullus. Et ideo nō potest inde iudicare, quia de incogoitis nemo recte iudicat. Et *quis* est qui *instruxit eum?* id est, docuit dñm qd agere debuerit. Nemo. homines enim spūm dei non habentes, dominū instruere uolunt, dū secum dicunt: Deus nunquā mori debuisset ut creaturam suam à potestate diaboli liberaret, sed solo p̄cepto ut omnipotens, suos saluare debuisset. Et quia eum sic instruere uolunt, inde contingit qa sensum eius nō cognoscunt. Nesciunt ēm quia deus iustus nō debuit in hac re uti uirtute potentiæ, sed ratione iustitiæ. Vel taliter litera sēm alios codices potest legi. *Quis enim cognouit sensum domini, aut quis instruxit eum?* Sensus nanque domini est, quo hæc fecit, per quæ sapientia mundi probatur stulta, negans posse fieri quę facta sunt. Quem sensum nullus est qui cognouerit, ut si displiceat illi, emendare uelit consilium dei. Quia quicunq; cognouit, laudat sapientiam & potentiā dei. Quis cognouit sensum dñi nostri Iesu chri? Sed *nos* spūales *sensum Christi habemus,* id ē, participes facti sumus scientię Christi per acceptioem spūs sancti. Et ideo animales hoīes uel pseudo apostoli, nos iudicare nō possunt, qui sensum dñi habemus, quē illi ignorant. C

CAPVT III.

ET ego fratres non potui loqui uobis quasi spūalibus, sed quasi carnalib9. Tanq̄ paruulis in Chro lac uobis potū dedi, nō escā. Nondū ēm poteratis, sed nec nunc quidē potestis. adhuc ēm estis carnales. Cū enim sit inter uos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundū hominem ambulatis? Cum enim quis dicat, Ego quidē sum Pauli, alius aūt, ego Apollo, nonne homines estis? Quis igit est Apollo? quid uero Paulus? Ministri eius cui credidistis. Et unicuiq; sicut dñs dedit. Ego plātaui, Apollo rigauit, sed deus incrementū dedit. Itaq; neq; q plātāt est aliquid, neq; qui rigat, sed q incrementū D
dat, deus. Qui plātat autē & qui rigat, unū sunt. Vnusquisq; propriā mercedē accipiet secundum suum laborem. Gene. 1. Psal. 61 Galat. 2 Matt. 20

¶ Nos spūalibus spūalia comparam9, quia sensum christi habemus. Et cū *fratres uobis non potui ego loqui quasi spūalibus, sed quasi carnalibus*: quia uidi uos non posse capere spūalia propter imbecillitatē sensus uestri. Et ideo sic locut9 sum uobis, qūo audire poteratis; nec propter ignorantiā uestrā, sed propter infirmitatē uestram, arcana dei uobis reticui. Nō enim audientiū animi sunt ultra uires tradendi, sed alta quæq; & eminētia debent multis auditoribus cōtegi, & uix paucis aperiri. Et inchoantibus quidē uel infirmis nō alta & mystica, sed q̄dam quæ capere possunt prædicanda sunt, perfectis uero profunda & mystica sunt dicēda. Sed timendū & cauendū est, ne sub hac occasiōe dicta pseudo apostolorū uel quorūlibet hæreticorū, uelut ea q̄ carnales capere nō possunt, non solū excusatione dealbanda, sed etiam laudanda uideant, Vñ sciendū est, quia ipse Christus crucifixus, quo uelut lacte paruulos aluisse se dicit Apostolus. i. ipsa uera caro, in qua facta est uera mors eius, & uulnera uera confixi, sanguisq; p̄cussi, non eo modo à carnalibus, quo à spiritualibus cogitātur. Et illis est lac, istis cibus. Quia etsi non audiunt amplius, intelligunt amplius. Non ēm æqualiter mente percipitur, etiam quod in fide pariter ab utrisq; recipitur. Hoc igitur primitus cognito, quod ea ipsa quæ simul audiūt spirituales atq; carnales, pro suo quiq; modo capiunt, illi ut paruuli, isti ut maiores, illi ut lactis alimentū, isti ut cibi solidamentum, nulla uideā esse necessitas, ut aliqua secreta doctrinæ taceant & abscondant fidelibus paruulis, dicendā seorsum maioribus. i. intelligentioribus, nisi quod solidus cibus, qui perfectis congruit, paruulis non proficit, dum non capitur ab eis, & ea quæ fortes subleuant, infirmos grauant. hoc enim ipsum quod Apostolus se nō iudicauit scire in eis nisi Christum Iesum & hunc crucifixum, ipsis non potuit loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, quia id sicut spirituales capere non poterant. Quicunque autem spirituales inter eos erant, idem quod illi qui tanquā carnales erant, audiebant, spūali intellectu ipsi capiebāt, ut sic intelligatur quod ait, Non potui loqui quasi spūalibus, sed quasi carnalibus, ac si diceret: Nō potuistis quasi spūales, sed quasi carnales capere qđ loquebar. Quasi carnalibus, inquit, locutus sum uobis. Et hoc tām diligenter feci, quod *tanquam paruulis* cognitione *in Christo dedi uobis potum lac.* i. facilem doctrinam, dulcem & nutrientem, *non escam.* i. non robustam spiritualium rerum doctrinam. fieri tamē (sicut præmisimus) potest, ut id quod dicitur, & paruulis lac, & grandibus esca sit: sicut in principio erat ✠bum, Iohan. 1. & uerbū erat apud deum, & deus erat ✠bum, & paruuli bibunt, & grandes mandūt. Lac tamen præcipue per carnē saluatoris est expressum paruulis. Quō enim mater cibum comedit, ut p carB nem trajiciat ad infantē lac factum: sic cibus angelorum dñs uerbum caro factū est, & fuctus est lac. Lac quippe nr̄m, Christus humilis est; cibus noster, idem ipse Chr̄s æqualis patri. Lacte nutrit ut pane pascat. Qui paruulus ē, sugat ab huberibus ecclesiæ lac oīm sacramentorū, temporaliter pro æterna nostra salute gestorū, ut nutritus atq; roboratus perueniat ad manducandū cibum æternæ diuinitatis. Talibus nūc dicitur: Lac uobis potum dedi, nō escam. Et quare? Quia *nondum poteratis* escam percipere, quandiu uobiscum eram, *sed nec nunc quidem potestis*, quia *adhuc estis carnales.* i. potius sensum carnis quā spiritus sectamini. Isti propterea qđ seculi adhuc uoluptatibus seruiebant, carnales erant, q̄uis iam baptizati essent, & spūs sanctū accepissent. Nā quia post baptismū ad ueterem uitā relapsi fuerant, ideo carnales appellantur. Vbi uero dicit nondum uel nō adhuc, profecto nondesperatur, si eo tendit, ut sit aliqñ quod nondum est. Adhuc ēm, inquit, estis carnales. & ostendēs unde sint carnales, *cum enim*, inqd, *sit inter uos zelus.* i. inuidia *& contentio.* i. litigatio ✠borum, *nonne carnales estis*, q̄ in carne. i. in homine confiditis, *& secundum hoīem ambulatis?* .i. in peius ꝓficitis. Acsi dicat: Qui discordes mentes ducitis, nōne adhuc ex reprehensibili humanitate peccatis? Homo ēm hoc loco culpam nominat. Cum autem dixisset eos carnales, non ait, secundū carnem ambulatis, sed secundum hominem: quia & hoc uoluit intelligi, secundum carnem. Nam utiq; si culpabiliter quidē secundum carnē, laudabiliter aūt sēm hoēm ambularetur. i. uiueret, non exprobrans diceret, sēm hominē ambulatis. Nam secundū hominē ambulare, hoc est carnalem esse. Qui aūt non ambulat sēm hominem, sed secundum deū, profecto nō ambulat & sēm seipsum, quia ipse est hō. Qui uero nō secundū se, sed secundum deum ambulant, nō homines, sed dij uocantur. Et uere, inquit, zelus & cōtentio est in uobis, & sēm carnem ambulatis. Quia *cum quis uestrum dicat, ego quidem sum Pauli, alius autem* dicat, *ego sum Apollo, nonne homines estis?* Sicut enim gloriantes in deo & oēm gratiam ab ipso sperantes, dū uocantur à deo adoptati, ita & qui in homine gloriantur, hoīes dicuntur. Deos ēm uel angelos esse cupit Apostolus, quos arguit quia homines sunt, id est, in his cōtentionibus non quę dei sunt, sed quæ hominis sapiunt. A sua uero persona incipit, ne forte putaretur p inuidiam magis personas aliorū destruere, ostēdens magnū errorem esse, & ad dei cōtumeliam pertinere, qñ deo prædicato, gloria datur hominibus: & spes quę in deo ponenda est, ponitur in hoībus, dicente scriptura, Maledictus Iere. 17. homo qui spem ponit in hoīe. Quid ēm minus est à gentilitate, dum gloria q̄ danda est creatori, datur creaturæ, id est, homini? Et quādoquidē alius uestrum dicit, ego sum Pauli, alius aūt, ego Apollo, atque in his doctoribus uano errore gloriami ni, igitur respondete mihi, *Quid est Apollo, quid uero Paulus*, qui adhuc maior est. Et si uos respōdere nescitis, ego respondeo quod non sunt deus q̄ der, sed per quos deus det: quia *ministri* sunt *eius cui credidistis*. Et quia ministri sunt, spes in his ponenda D
non est, sed in deo cuius ministri sunt. Illi enim gratiarum actio deferenda est, cuius donum est, non seruis quos & inuitos oportet dispēsare. Ministri sunt, & hoc non uno modo, sed *sicut dominus dedit unicuique*, id est, sicut uoluit & sicut diuisit singulis officia ministerij. Nam ego ipso dante *plantaui*, id est, euangelizando uos ad fidem cōuerti, & *Apollo rigauit*, id est, ut pote episcopus uester imbre sui eloquij, postquam in fide fundati estis, corda uestra rigauit. Nō tamen nos, *sed deus incrementum dedit* proficiendi uobis. Nos enim qui forinsecus loquimur ad aures uestras, ita sumus quasi operarij adhibentes culturam forinsecus ad arborē, sed incrementum dare nō possumus, nec fructus formare: ille aūt qui uos creauit, & redemit & uocauit p fidem & spm̄ sctm̄, habitans in uobis, nisi loquaī uobis intus, sine causa nos perstrepimus. Interior ergo magister est, q̄ docet. Chr̄s docet, in spiratio ipsius docet. ubi illius inspiratio & illius unctio nō est, forinsecus inanit perstrepūt uerba. nam & agricola arborem pōt plantare, aquā foris adhibere & diligentiam culturæ, sed non pōt folia pomaq; formare. Excedit ēm hoc humanam humilitatem, excedit angelicam sublimitatē, nec omnino pertinet nisi ad creatorē. & quia solus deus dat incrementum, *itaq; neque qui plantat.* i. qui in fide fundat, *est aliquid* dando quicq̄ ex se, *neq; qui rigat*, id est, q̄ uel baptizat, uel postea mores instruit, *sed deus qui dat incrementum*, ipse ualet ad salutem. i. illius unctio q̄ uos docet intrinsecus. Fruſtra quippe operarius oīa moliretur extrinsecus, nisi creator intrinsecꝰ latenter operaretur. Neq; plātator, neq; rigator est aliquid ad salutē eorum q̄ riganē C
Psal. 81 Iohā. 1 c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A siue plantant, quia & plantata solent mori, & riga
ta ad effectum fœcunditatis nō peruenire, nisi det
deus uegetantē gratiā. Quantū ergo ad honorifi
centiā pertinet dei, nihil est hō. Quantum uero ad
ministeriū pertinet, necessarius est ut honorificet
q̄si seruus, nō ut aliquid de illo speret ad iuuriam
dei. Deus solus est, in q̄ gloriandū est, qa dat incre
mentū. *Sed q̄ plantat & q̄ rigat, unum sunt*. i. ambo mi
nistri sunt, quāuis diuersa sint illoꝝ officia. unum
sunt. i. ambo sunt homines, & idem cōcorditer de
deo sentiunt. Vnum sunt. i. indifferentes. Posset
em̄ uideri qd' etsi nihil ex se dant, tū magis deus p
hunc q̄ per illum daret. Ideo dicit quia unū sunt,
id est, nō plus gratię cōfert unus q̄ alter, qa solus
deus dat p eos. In dando nō differunt, sed in labo
re & mercede, quia *unusquisq; eoꝝ tū accipiet propriam*
mercedem à dño *secundū suum laborem*. i. qui magis la
borauit, maius præmium habebit: & qui minorē
Rom. 2. pertulit laborem, minorem percipiet remunera
tionem. Deus enim reddet unicuique secundum
opus eius. Vnde patet neutrum illorum esse auto
rem salutis, & ideo non esse gloriandum in eis.

Dei em̄ sumus adiutores, dei agricultu
ra estis, dei ędificatio estis. Scdm gr̄am
B dei quæ data est mihi, ut sapiens archi
tectus fundamentū posui. Alius aūt su
perædificat. Vnusq̄sq; aūt uideat quō
superędificet. Fundamentum em̄ aliud
nemo potest ponere, præter id qd' po
situm est, quod est Christus Iesus. Si qs
aūt superædificat super fundamentum
hoc aurę, argentum, lapides precioſos,
ligna, fœnū, stipulā, uniuscuiusq; opus
manifestum erit. Dies em̄ dñi declara
bit, qa i igne reuelabit̄, & uniuscuiusq;
opus quale sit, ignis probabit. Si cuius
opus manserit quod superædificauit,
mercedem accipiet. Si cuius opus arse
rit, detrimentum patietur. Ipse aūt sal
uus erit, sic tamen quasi per ignem.

¶ Mercedē percipiemus, quia *dei adiutores sumus* in colendo agro illius. Nam ei quam ipse per in
ternam gratiam infundit, nos exhortationis uoce
concurrimus: hoc quod ille p spiritum agit intrin
secus, nos exterius ministerio uocis adiuuamus: &
tunc solum nostra exhortatio ad perfectionē du
citur, si in corde fuerit deus q adiuuetur. Nos su
mus adiutores dei, & uos *estis cultura agri dei, & ædi*
ficatio templi dei. Et nos cum adiuuamus, dum
agrum cordis uestri, quē ipse per internē gratiam
excolit, nos aratro p̄dicationis excolimus: ac nr̄æ
mentis ędificiū, quod ipse ad inhabitandū sibi cō
struit, & nos cōstruere laboramꝰ. Ager em̄ dei co
litur, dū uitia de populo extirpant fideliū, & uir
tutes inserūtur ut crescant & fructificent. Ædifi
catio eius instruit, q̄n ecclesia exeruit his, qui fun- C
damēto fidei superponunt, ut in altū surgāt alijs
alios portātibus, uel q̄n mens fideliū construitur
impositione uirtutū, ut dignum deo fiat habita
culum. Dixi quia dei ædificatio estis, & huius ædi
ficationis *fundamentū* ego *posui*, & hoc nō à me fe
ci, sed *scdm* gr̄ātiā *dei quæ data est mihi*, ut dignus es
sem p̄dicare euangeliū dei, & in humanis cordi
bus ponere fidei fundamentū. Vñ apparet hoc
dei esse, qd' feci, non hois. Secundū gr̄am dei. i. se
cundū apostolatū à deo gratis mihi datū. Posui
in ædificio uestræ mentis fundamentum. i. fidem
Chri, & hoc utens discretiōe, *ut sapiens architectus*,
id est, princeps ædificij, qui fundamentū domus
ædificādæ ponit in loco firmo ex fortib9 & qua
dratis lapidibus. Sapiēs architectus est, qui iuxta
disciplinā autoris collocat fundamentū. i. qui iu
xta traditionem saluatoris euangelizat fidē. *Alius*
aūt superædificat. Superædificat, quisquis prædica
tiōem apostoloꝝ superueniēs aut bonus aut ma
lus doctor p̄dicat. Sed *unusquisq; uideat qūo superædi*
ficet. i. ut superpositū ædificium congruat funda
mento, ne si obliquū fuerit & friuolum, ruinā fa
ciat manente incolumi fundamēto. Quia si etiā
male ille docuerit, Christi nomen permanet, qd' D
est fundamentū, doctrina aūr mala pibit. Videat
inquā, qūo superædificet, non quomodo funda
mētum ponat. nam *fundamentum aliud nemo ponere*
potest, præter id quod à me *positum est, quod est Chri*
stus Iesus, id est, fides Christi Iesu. Ideo nemo potest
ponere aliud fundamentū, quia nec hæretici do
cere ualent nisi sub Christi nomine. Aliter enim
commenta errorum suorū commendare nō ua
lent, nisi interposito saluatoris nomine prædicēt,
ut res cōtrarias & absurdas nominis dignitas ac
ceptabiles faciat. Fundamentum permanet, sed
quod superædificatur, si inutile fuerit, nō stabit:
sed tantum illud quod utile est, si superaddetur,
permanebit. Quia *si quis superædificat super hoc* Chri
sti nominis *fundamentū aurum, argentū, lapides precio*
sos, per quæ tria designatur præclara doctrina,
uel *ligna, fœnū, stipulam*, per quæ significatur uana
& friuola & corrupta doctrina, *uniuscuiusque opus*
in nouissimo die *manifestum erit*, id ē, uniuscuiusq;
doctrina in iudicio erit omnibus manifesta, utrū
bona an mala fuerit. *Dies enim domini* hoc *declara*
bit. Dies iudicij uocatur dies domini, non quod
omnes dies non sunt eius, sed per excellentiam
hoc dicitur, & ad differentiam humani diei. Dies
enim præsentis temporis, est dies hominis, quia
in isto agit homo quod uult: sed ille dies erit do
mini, quia in illo faciet dominus quod iustum
erit, reddens unicuique secundum opus eius. & *Mat. 16*
ideo declarabit ille dies qualitatem uniuscuius
que operis, *quia in igne reuelabitur*, id est, manifesta
bitur idem dies, qui nunc oēs latet, & tunc om
nibus erit notus. Cum enim uiderint omnes ignē
illum ante faciem iudicis per totum diffundi or
bem, scient adesse diem iudicij. Vel dominus in
igne illo reuelabitur. i. apparebit omnibus bonis

A & malis. Vnde & Thessalonicensibus dicitur. In
reuelatione domini Iesu de cælo cum angelis uir
1 Thes. 5. tutis eius in flamma ignis. *Et ignis ille probabit quale*
sit opus uniuscuiusque, id est, an sit firmum an solubi
le. Ignis probabit opus, id est, doctrinam uniuscuiusque. Quia enim per ignem examinatio fiet,
si in aliquo non inuenerit qd' exurat, manifestabit
illum bonum fuisse doctorē. Mala uero & adulte
ra doctrina ideirco per ligna & fœnum & stipu
lam significata est, ut ostenderetur fore ignis esca.
Vere ignis opera singuloꝝ probabit. Nam *si cuius*
opus quod ipse *super ædificauit, manserit, mercedem ac*
cipiet. Quia sicut aurum & argentum & lapides,
quos ignis non consumpserit, ita & bonus magi
ster incorruptibilis permanebit. Cumq; nihil in il
lo sordis inuentum fuerit & prauæ doctrinę, accI
piet cum gloria mercedem remunerationis per
petuæ. *Si* uero *cuius opus arserit*, id est, alicuius do
ctrina praua in igne defecerit, talis operarius *detri*
mentum patietur, id est, deorsum atteretur suppli
cijs. *ipse autem saluus erit*, quia non interibit substan
tia qua cōstat: sicut & doctrina eius mala peribit,
quæ est accidens. Quod tamen non de hæretico
doctore debet intelligi, sed de catholico qui non
recte docuit. Nam & in libris sanctorum docto
rum quos authentice legit ecclesia, nonnunquam
B inueniuntur quædam praua uel hæretica, non ta
men pro his uel libri uel autores damnantur. Per
legat eorum libros prudens lector, & inueniet es
se uerum quod dico. Et ipse saluus erit, *sic tamen*
quasi per ignem, ut salus hæc non sine pœna sit. Sal
uus quidem erit, sed tāmē pœnam ignis patietur,
ut per ignem purgatus fiat saluus, & nō sicut per
diti, æterno igne in perpetuum torqueatur, ut ex
parte prosit illi in perpetuum credidisse. Potest &
aliter intelligi uerius: Ego fundamētum, inquit,
posui, alius autē superædificat. Acsi dicat: Posito
fundamento, id est, fide fundata in uobis, nihil ul
terius ad me pertinet ut superædificem, sed alteri
us est superædificare, id est, eius qui fidem habet
est ut bona opera superædificet. Credentis est su
perædificare. Sed unusquisque uideat quomodo
superædificet, id est, cuiusmodi opera super ad
dat, scilicet utrum maluerit contemplatiuæ uitæ
adhærere, & continenter absq; iugo uxoris uiue
re, quod quidem melius est & laudabilius consili
um, an magis expetat actiuam uitam & uxoris
uinculum, quod infirmū est & minus laudabile.
De superædificatione bonæ operationis solum
modo uidendū est, qualem quisq; uelit eam elige
re, quia multa sunt genera bene operandi: sed de
fundamento eligendo nulli datur potestas, quia
non est nisi unum fundamentum, id est, una fides,
Ephesi. 3 quam nemo ualet mutare sicut nituntur pseudo
apostoli. Fides Christi Chrs est in nobis, qui per fi
dem habitat in cordibus uestris. Et hoc est funda
mentū, ex quo surgit totum bñ uiuendi ædificiū.
Iacob. 2. Neq; em̄ fides hæc intelligēda est ociosa, sed quic
Matth. 8 quid boni poterit, operabitur per dilectionem.
Marc. 5. Non enim fides dęmonum, qui & credunt & cō
Luc. 8. tremiscunt, ac filium dei confitētur Iesum, potest

accipi in fundamētum: quia non est quæ operat
per dilectionem, sed quæ exprimitur per timorē. C
Fides itaq; Christi, fides gratiæ Christianæ, id est,
ea fides quæ per dilectionē operatur, posita in fun Galat. 5
damento, neminem perire permittit. Sed si quis
superædificat super fundamētum hoc aurum, ar
gentum, lapides precioſos, ligna, fœnum, stipulā,
uniuscuiusq; opus manifestum erit. Quisquis be
ne uiuit ac deum honorat & laudat, non inhærēs
ex dilectione terrenis rebus: sed desiderās æternā
patriam, & aut uendens omnia sua, distribuensq;
pauperibus, aut non possidens tanquam non pos
sideat, & utens hoc mundo tanquam non utatur,
iste superædificat aurum, argentum, lapides preci 1. Cor. 7.
osos. In auro sensus occultus designatur, in argen
to sermo docens, in lapidibus precioſis opera deo
placentia. Aurum sapientiæ, quod in occulto sen
su eius est & in cordis arcano splēdet uero lumine
dei, superædificat iste: & argētum, id est, nitorem
sanctæ eloquentiæ, qua docet alios: & lapides pre
cioſos, id est, exempla uirtutum & bonorum ope
rum, quibus adornat ea quæ loquitur siue cogi
tat. Qui uero amat adhuc secularia, et negocijs ter
renis implicatus est, ac uinculis quibusdam & af
fectionibus carnis deditus est domui suæ & cōiu
gi ac possessioni, & tamen Christianus est, ita ut
cor eius non recedat à Christo, & nil præponat
Christo, sicut in ædificādo nil præponit fundamē
to, iste superædificat ligna, fœnum, stipulam: per
quæ non absurde possunt intelligi rerum secula D
rium licite concessārum tales cupiditates, ut amit
ti sine dolore non possint: per ligna scilicet duræ
& graues, per fœnum uero & stipulam, paruæ &
leues. Sed uniuscuiusq; opus manifestū erit in fer
uore tētationis. Dies enim domini declarabit, di
es utiq; tribulationis. Præsentis enim temporis tri Sopho. 1.
bulatio cruciat electos diuino disponēte iudicio,
quia tempus est ut incipiat iudicium de domo do
mini. Propterea dies tribulationis appellatur dies 1. Pet. 4.
domini, id est, dies iudicij. Quia, inquit, in igne re
uelabitur. Eandem tribulationem uocat ignem,
sicut alibi legitur: Vasa figuli probat fornax, &
homines iustos tentatio tribulationis. Et uniuscu Eccl. 27.
iusq; opus quale sit, probabit ignis tribulationis.
Ignis enim iste, talis debet intelligi, ut ambo per
eum trāseant, id est, & qui ædificat super hoc fun
damentum aurum, argentū, lapides precioſos, &
qui ædificat ligna, fœnum, stipulam. Ignis enim
tribulationis in hac interim uita, pbat opus utri
usque, si duobus accidat fidelibus, uni scilicet co
gitanti quæ sunt dei, quō placeat deo, id est, ædifi
canti sup Christi fundamentum aurum, argentū,
lapides pcioſos: alteri cogitanti q̄ sunt mūdi, quo
modo placeat uxori, id est, ædificanti super fun- 1 Cor. 7.
damētum ligna, fœnū, stipulam. Illis enim opus
non exuritur, quia non ea dilexit, quorum amis
sione crucietur. Exuritur aūt huius, quoniam sine
dolore non pereunt, quæ cū amore possessa sunt.
Et hoc est quod dicit, si cuius opus manserit. Man
ner opus, quādo quisq; cogitat quæ dñi sunt, quo
modo placeat deo. Quod superædificauit, mercc

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem accipiet.i.unde cogitauit,hoc sumet. Nec so
A lum post mortem, sed & in hac uita habet suam
requiem anima cõtemnẽtis oñia. Sed cuius opus
arserit,id est, igne tribulationis consumptum fu-
erit, detrimẽtum patietur:quia quod dilexit,non
habebit. Ipse autem saluus erit,quia nulla eum tri
bulatio ab illius fundamenti stabilitate semouit.
Sic tamẽ quasi per ignem, quia quod sine illicien
te amore non habuit,sine urente dolore non per-
det. Qui enim ædificat amorem terrenorum sup
fundamentum regni cælorum, id est super Chri-
stum,ardebit amor tẽporalium rerum,& ipse sal
uus erit, si in fundamento permanserit. i. si Chri-
stum ante omnia sic dilexerit,ut ab eius amore se
parari nõ possit. In rerum temporalium amissio-
ne patietur detrimentum, & per ignem quẽdam
doloris perueniet ad salutem. A quo dolore atq;
detrimento,tanto est quisq; securior,quanto tem
poralia uel minus amauerit,uel tanquam non ha
bens habuerit. Tale aliquid etiam post hãc uitam
fieri incredibile non est, nonnullos scilicet fideles
per ignem quendam purgatorium, quãto magis
minusve bona temporalia dilexerunt, tanto ci-
tius saluari. Nam de quibusdam leuibus culpis
esse ante corporum resurrectionem purgatorius
ignis credendus est, pro eo quod ueritas dicit,qa
B si quis in spiritum sanctum blasphemiã dixerit,
neq; in hoc seculo remittetur ei, neq; in futuro. In
Mat.12. qua sententia datur intelligi, quasdam culpas in
hoc seculo,quasdam autem in futuro posse laxa-
ri. Quod enim de uno negatur,consequens intel-
lectus patet, quia de quibusdam conceditur. Sed
tamen hoc de paruis minimisq; peccatis fieri pos-
se credendum est,sicut est assiduus ociosus sermo,
immoderatus risus,uel peccatum certe rei familia-
ris, quæ uix sine culpa uel ab ipsis, qui qualiter
culpa declinari debeat, sciũt, caueri possunt, aut
in nõ grauibus rebus error ignorantiæ. Quæ cun
cta etiã post mortem grauãt, si adhuc in hac uita
positis nõ fuerint relaxata. Nã pensandum solici-
te est,quia & Apostolus illum dixit p ignem pos
se saluari, non qui super hoc fundamentũ ferrum,
æs uel plumbũ ædificat.i.peccata maiora,& ideir
co duriora,atq; tunc insolubilia, sed ligna,fœnũ,
stipulam.i.peccata minima atq; leuiora,quę ignis
facile cõsumat. Hoc tñ sciendum est, qa illic saltẽ
de minimis nil quisq; purgationis obtinebit, nisi
bonis hoc actibus in hac uita adhuc positus ut il-
lic obtineat,promereat. Sciẽdum est etiam,quia
grauior est ille ignis,q̃ quicquid potest hõ pati in
hac uita. Oñia enim tormenta q̃ hic sunt, multo
faciliora sunt. Et tñ homines ne ea patiant,quicqd
ab homine fuerit iussum,faciunt. Quãto melius ẽ,
2. Cor.6 ut faciant q̃ iubet deus, ne illa grauiora patiant?
Nescitis qa templum dei estis, & spũs
dei habitat ĩ uobis? Si quis aũt templũ
dei uiolauerit, disperdet illũ deꝰ. Tem
plum eñ dei sanctum est, q̃d estis uos.

¶ Dixi uos esse ædificationem dei, & me posu-
isse fundamentũ huius ædificationis, unde patet C
uos esse templum dei. Et hoc nescitis? *Nescitis qua
templum dei estis?* Templum dei estis fidem,
templum dei eritis aliquando secundũ spiritum.
Templum dei estis ut ipse in uobis per fidem ma-
neat, & perfectionem sapientiæ ac cognitionis se
cretorum suorum in uobis ponat. Templum dei
estis, *& spiritus dei habitat in uobis*. Nõ ait,& spiritus
dei sanctificat & purgat uos,ut deus habitet in uo
bis:sed ait, & spiritus dei habitat in uobis. Vtiq;
in templo suo deus habitat. Nam quid templum
dei est, nisi habitaculum dei? Deus ergo est spiri-
tus sanctus, cuius sumus templũ & habitaculum.
Neq; enim templum haberet, nisi deus esset. Nes-
citis,inquit,quia templum dei estis,& spiritus dei Sup.3
habitat in uobis? De his supradixerat, qa anima-
lis homo non percipit ea q̃ sunt spiritus dei. Non
ergo percipiebant cognitionem dei spiritus, qui
habitabat in eis: & habitante in se spiritu sancto,
adhuc animales, nondum spirituales erant, quia
nondum poterant habitatorẽ suum spiritum cog
nitione percipere. Habitare autem ideo in talibus
dicitur, quia in eis occulte agit ut sint templũ ei-
us. Ideoq; in proficientibus & in proficiendo per-
seuerantibus proficit. Nec mirũ uideri debet q̃d D
quisque aliquid habeat,quodq; habet ignoret,ut
enim taceam de omnipotentis diuinitate, quis fa-
cile scientia percipit quid sit anima? & quis non ha
bet animam? Postremo, ut certissime nouerimus
quod paruuli in Christo non percipientes q̃ sunt
spiritus dei,id est, nõ intelligentes, habẽt tamen
spiritum dei, eos ipsos quos supradixerat anima-
les (ut præmissimus) & paruulos, increpat nunc,
dicens:Nescitis quia templum dei estis,& spiritus
dei habitat in uobis? Non enim hoc ignorare de-
buissent, Templum enim dei estis. Sed cauete ne
templum eius uioletis, quia *si quis templum dei uio-
lauerit*, id est, siue suum, siue alterius corpus cor-
rumpendo,siue populum ecclesiæ scindendo, *dis-
perdet illum deus*, id est, diuersis supplicijs illum per
det & corpore & anima. Ideo cauete corporalia
peccata, ne offendatis eum cuius estis templum,
ne recedat à uobis, & in ruinam uertamini: caue-
te & prauam doctrinam pseudo apostolorum, ne
p eam uioletur mens uestra. Et merito deus uio-
latorem sui templi disperdet, quia *templum dei est
sanctum*, ex quo dei templõ esse cœpit, id est, à tem
pore baptismi, *quod* templum *estis uos*. Hoc repe-
tijt ut illos compungeret, q turpiter uiuentes cor
pora sua uiolando corruperant.

Nemo se seducat. Si quis inter uos uide Coloſ.2.
tur esse sapiens in hoc seculo, stultus fi Rom.1.
at ut sit sapiẽs. Sapientia eñ huius mũ- Iob.5.
di stultitia est apud deũ. Scriptum est
eñ: Comprehendã sapientes in astutia Pſal.93
eorum. & iterum, Dominus nouit cogi
tationes sapientiũ, quoniã uanæ sunt.

¶ Itaq; nemo glorietur in hominib9. Templum

A dei estis,& ideo *nemo se seducat*.i.nemo sibi blandi
atur propria uanitate deceptus, ut de uiolatione
templi dei impunitatem sibi in futuro promittat,
quasi deus peccata carnis negligat. Vel nemo se se
ducat. i. nemo seipsum ducat seorsum à ueritate
catholica in uanos errores, declinando post pseu-
do apostolos, quasi sapientiam eorum diligens.
Hoc nemo faciat. Sed *si quis uidetur inter uos esse sa-
piens in hoc seculo*, id est, si qs ex uobis stulta sapien-
tia seculi, quæ est cõmentum hominum, putatur
esse sapiens, *stultus* apud se *fiat*, id est, uanam sapien
tiam abijciat,& nihil sibi scire uideat, *ut sit* in deo
ueraciter *sapiens*. Ad ueram eñ sapientiam uenire
non potest, qui falsæ suę sapientiæ fiducia deci-
tur, sicut pseudo apostoli, qui uolentes uideri in
mundo sapientes, neque deum habere filium, ne-
que incarnationem ueram esse, neq; carnem pos-
se resurgere prędecabant. Vñ nunc bene doctor
egregius illos Corinthios, quos carnaliter sapien
tes inuenerat, ut sapientiam ueram possint com-
prehendere, prius fieri stultos admoner. Et subdit
quare: Quia scilicet *sapientia huius mundi stultitia est
apud deum*, id est, quod mundus sapientiam, hoc de
B us stultitiam iudicat. Et dum facit deus q̃d fieri
posse negat mundus, sapientiam illius monstrat
esse stultitiam, & uere stultitiam. Nam *scriptum est*
in libro Iob: *Comprehendam*, id est, undique coarcta
bo, & quasi iuxta rete districtionũ mearum con-
cludam, *sapientes* mundi *in astutia eorum*, ut nihil eis
astutia ualeat ad effugiendam manum meam, uel
ad faciendum q̃d contra me machinãtur, siue ad
Iob.5. impediendum quod ego cõtra sapientiam eorum
Iob.42. facere disposui. Hanc sententiam Eliphaz sic pro-
tulit: Qui apprehendit sapientes in astutia eorum.
Diuina tamen sapientia reprehendit amicos Iob
de locutione, dicens: Non estis locuti coram me
rectum, sicut seruus meus Iob. Cur ergo Paulus si
lorum sententijs tanta autoritate utitur, si hæc ipo
rum sententiæ dominica reprehensione quassan-
tur? Vel quomodo dicta eorum quasi praua res-
puimus, q̃ Paulus ex autoritate astruit? Aut quo-
modo attestatione Pauli recta putabimus, quæ p
semetipsum dominus nõ recta definiuit? Sed utra
que hæc citius, q̃d non sint diuersa cognoscimus,
si eiusdem dominicæ sententię subtilius ῥbapen
samus, qui cum diceret, Non estis locuti coram
me rectum, ilico adiunxit, sicut seruus meus Iob.
Liquet ergo quia quædam in dictis eorum recta
sunt, sed melioris comparatione superant. Nam
inter aliqua quæ irrationabiliter dicunt ad bea-
tum Iob, fortes multas sententias proferunt: sed
comparatæ dictis fortioribus, uim fortitudinis
amittunt. Et *iterum* de eadẽ re scriptum est in psal
Pſal.93. mo: *Dominus nouit cogitationes sapientium quoniam ua
næ sunt*, scilicet hominum, quia & ipsi sapientes iu
dicabant se solus esse homines, cæteros autẽ qua-
si bruta animalia. Sapientes seculi non nouerunt
cogitationes dei, quoniam iustæ sunt: dominus
autem nouit cogitationes sapientum, qm̃ uanæ
sunt. Nil ualet eis astutia eorum contra deum, qa
ipse nouit cogitationes eorum. Quæ uanæ sunt,
id est, inanes & falsæ, quia putant esse uera quæ C
falsa sunt, & falsa quæ uera sunt. Vanæ sunt cogi
tationes sapientium, qui hic beati esse & à seipsis
beati fieri mira uanitate uoluerunt. Et quãdoqui
dem humanæ cogitationes sunt uanæ, atq; consi
lia sapientiũ improuida sunt & infirma, qui se sibi
uel alijs prodesse sine deo putant, itaq; nemo glo-
rietur in hominibus, quasi melius ab uno quàm
ab alio possit accipere. Nil enim recte sapiunt, nil
possunt homines per seipsos: & ideo non in ipsis
gloriãdũ est, sed in illo per quẽ sapiũt & possunt.
Nemo glorietur in hoĩbus. Omnia enim
uŕa sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue
Cephas, siue mundus, siue uita, siue
mors, siue p̃sentia, siue futura, oĩa eñ
uŕa sunt, uos aũt Chri, Chrus aũt dei.

¶ *Nemo glorietur in hominibus*, doctoribus uel ba
ptizatoribus. Non in quibusdã doctoribus glo-
riari debetis, nec singulos uos defendere, cũ oñi-
bus utamini. Nam non solũ isti, sed *& omnia sunt
uestra*.i. ad seruiendũ uobis data, & nõ est gloriã-
dum nisi in rebus excellentioribus. Et ideo in so-
lo Chro, qui sup uos est, uobisq; subdidit oñia,
gloriandũ uobis est, nõ in his q̃ subiecta sunt uo-
bis. Oñia eñ uestra sunt, ut uestræ utilitati serui-
ant, quia etiã illa q̃ inter hoĩes sunt digniora: qm̃
siue Paulus eligat, *siue Apollo*, uestri sunt, ut uobis mi D
nistrent, *siue* etiam *Cephas*. i. Petrus qui primus est
oĩm apostolorũ. Et ita patet oñes apostolos esse
uestros, cum primus sit uester. Ad hoc eñ missi
sunt oẽs apostoli & p̃dicatores, ut uobis uel fra-
tribus uestris qui sunt per orbẽ, uerbũ salutis mi-
nistrent. Et quod fratribus uestris faciunt, uobis
facere credendi sunt, quia & uobis prosunt. Oĩa
sunt uestra, siue prædicatores, *siue* etiam *mundus*, si
de illo secundum dei uoluntatẽ sentitis, & decre-
tos eius in dei uoluntate ponitis, *siue uita*, præ-
sens est uestra, si modeste illam & cum dei gloria
transigitis, *siue mors* uestra est, id ẽ, dissolutio cor-
poris & animæ uobis seruit, quoniam uobis tran
situs est de hac miseria ad æternam beatitudinẽ.
siue præsentia, si sic eis utimini, ne offendatis, *siue fu-
tura*, si ea credẽtes magis optatis, utpote meliora
& æterna. Vel mũdus est uester.i. quatuor elemẽ
ta mũdi seruiunt uobis, qm̃ ad hoc sunt cõdita, &
uita uobis præsens seruit, si in ea emendamini, &
æternam salutem promeremini. & mors, si pro
Christo mori libẽter parati estis spe futuræ p̃mis-
sionis. Et præsentia bona, q̃bus sustentati deo ser
uire possitis. & futura, quoꝝ spe seruiatis. Hęc sũt
uestra. *omnia enim* quæcũq; *sunt uestra*, sunt ad possi
dendum. Sed *uos* estis *Christi* possessio, non homi-
nis, ut quomõ omnia iudicio uestra concessa sunt
& uobis subiecta, sic & uos Christo subijciamini,
quia per ipsum esse cœpistis & in prima origi-
ne, & in regeneratione. Cur ergo ad iniuriã Chri
sti de hominib9 speratis, cum ipse uobis & homi
nes & omnia subiecerit, ut illi subijciamini, & in
illo spem oñem ponatis. *Christus autem dei* est, ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

proprius filius faciens uoluntatem eius, ut & uos Christi uoluntatē faciatis. Vos estis christi, Christus uero dei, & ita mediante Chīo, uos estis dei. Subditur autem christus deo, non tanquam dissimilis aut alterius naturæ, sed (ut dictum est) tanquā patri filius. Hactenus de gloria pseudo apostolorum locutus est Apostolus, hic de suo contemptu incipit loqui, qm̄ minus de illo sentiebāt aliq Corinthiorū. Ideoq; monet ut hoc de illo sentiat homo, qđ & deus qui illum elegerat, & dicit.

CAPVT IIII.

2. Cor. 6

Sic nos existimet homo, ut ministros Christi & dispensatores ministerio rum dei. Hic iam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.

¶ Ita, inquit, diuinitus est ordinatum, ut omnia sint uestra, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, uos aūt sitis Christi. Et cum hoc ita sit, nec magis nec minus æstimet hō de nobis, q̄ quod deus constituit: sed *sic nos existimet ut ministros Christi*, id ē, nec nos tanquā uiles contemnat, nec tanquā per nos aliquid possimus, in nobis glorietur: sed eum in nobis honoret, cuius ministri sumus in euangelio quod uobis offerimus. Et æstimet nos nō dominos, sed *dispensatores ministeriorū dei*, qm̄ ministeria eius uobis distribuimꝰ sēdm cuiusq; modū. Quoniam nec ꝓborum strepitui, nec humanæ sapientiæ innitebaī Apostolus, intelligi debuit ministeria Chri dispensare, in qbus non ꝓba, sed uirtus fulgebat: & per q̄ non homo, sed deus uideretur gloriosus. Collega em̄ piscatorum, nō aliter quā illi Chīm prędicabat. cum ergo ministrum Christi & dispensatorē mysteriorū dei probat, pseudo apostolos notat, & negat esse Chri quod tradunt, p id quod à traditione apostolica dissentiunt. Ego, inquit, & cōserui mei sumus dispensatores misteriorū æternæ salutis, docēdo & cęteras sacramenta distribuendo. Et multi quidē sunt dispēsatores, per quos ministeriū peuenitur ad æternam salutē. Sed *iam quæritur inter dispensatores* baptizando, manus imponēdo, eucharistiā dando, *ut qs inueniatur fidelis*, ut possit credi q̄ bene dispenset. Neq; enim oēs fideliter hoc agūt, sed plerig; fraudē faciunt, dum q̄ sua sunt quærunt, nō quæ Phi. 2. Iesu Chri, & cęleste ministeriū in usum terreni lucri cōuertūt, nec salutē subiectoꝝ, sed ꝓpria commoda quærunt. Nōnulli qui nō ita sola terrena q̄rere uident, aut uerecūdia, aut timore, aut cōmendationis suæ causa cōstanter arguere delinquētes trepidant. Et ideo quærē quis inter eos inueniat officiū suæ dispēsationis fideliter agens, ut solius dñi sui lucra sine fraude q̄rat. Vel ex hoc reprehēduntur subiecti, qđ hic iam quæritur ab eis, qđ in futuro seculo quærendū est à dño, scilicet quæritur & discutitur ab eis, ut inter dispensatores inueniatur aliquis fidelis. i. idoneus & dignus ad sacra dei ministeria dispensanda cæteris. Vnde tales inquisitores iure sunt reprehendēdi, quia qđ deus in alia uita faciet, ipsi iam hic facere uolunt; & ꝓpos torum suorū uitam, à quibus ipsi debent iudicari, iudicare præsumunt: & à dignioribus digniora sibi sacramēta dispensari credūt, cū nō iuxta sanctitatē dispēsantis, sed iuxta deuotionem ꝓcipientis sit magis aut minꝰ utile sacramentū sanctoꝝ.

Mihi autē pro minimo est, ut a uobis iudicer aut ab humano die. sed neq; me ipsum iudico. Nihil enim mihi cōscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est.

¶ Vos, inquit, ita iudicatis, alios dispensatoꝝ esse fideles, alios non fideles, sed *mihi pro minimo est ut a uobis iudicer* fidelis aut non fidelis. Non enim iusti humana iudicia, sed æterni iudicis examen aspiciunt, atque ideo derogantium uerba despiciunt. Vnde nūc derogantibus Corinthijs Apostolus dicit: Quia mihi pro minimo est, ut à uobis iudicer. Quos enim in tantis uitijs reprehendit, minimum ducit ab his se iudicari; quia sicut iusti nō erant, sic iuste iudicare non poterant, *aut ab humano die*. i. ab humana luce & ratione; hoc est, à legibus humanis iudicari pro minimo deputabat. Sic pergressus enim humanā iustitiā, cælesti iustitiæ studebat. Vel ab humano die. i. ab humano intellectu, qui non uider occula, nec pōt falli. Siue ab humano die. i. ab hoībus, dum sunt in suo die, & nō est dies dñi. Hūanus em̄ dies dicit, in q̄ iudicāt hoīes, quia erit & dies dñi, in q̄ iudicabit & dñs. Exiguum mihi est à uobis iudicari, uel ab humano die, *sed neque* ego *meipsum iudico*, qui melius nouī me quām uos. Et ita periculosum est uobis iudicare de ignotis. Quomodo enim potestis dijudicare conscientiam meam? aut qūo examinare potestis quo animo faciā, quicquid facio? Quantum possunt homines de alio iudicare, plus homo utique de se: sed deus plus de homine, quām hō de se. Tāta enim est profunditas in homine, ut lateat ipsum hominem in quo est, sed dñm latere non potest. Iure itaq; doctor egregius humanas laudes aut uituperationes paruipendens, ait: Mihi pro minimo est ut à uobis iudicer aut ab humano die. Qui nec in corde suo, unde se reprehendere posset, inueniens, adiungit: Sed neque meipsum iudico. *Nihil enim mihi conscius sum*. Nullius utique peccati sibi cōscius erat. Sed quia legerat, Delicta quis intelligit, sentētiam temperauit, ne forte per ignorantiam deliquisset, & addidit: *Sed non in hoc iustificatus sum*. Videns enim quia ei ad perfectionem sanctitatis nec suum iudicium sufficeret, ait non se in hoc iustificatum. Cur uero nō sibimetipsi de se credidit, causam reddidit, cū subiunxit: *Qui autem iudicat me, dominus est*. Ac si aperte diceret: Nec meo de me iudicio existimando credo, quia ille iudicat me, cuius ego iudiciū non cōprehendo. Ab eo enim qui me iudicat, examinari me subtiliter scio. Recte enim me egisse recolo, sed tamen de meritis non præsumo; quia ad eius examen uita nostra ducitur, sub quo & uirtutes nostræ trepidant. Nec ego, nec uos me iudicatis; Psal. 18

A sed qui me iudicat, dominus est, qui sine hæsitatione nouit omnia.

Itaq; nolite ante tēpus iudicare, quoad usq; ueniat dñs, q & illuminabit abscōdita tenebrarū, & manifestabit cōsilia cordiū, & tūc laus erit unicuiq; a deo.

¶ Quandoquidem ego nec meipsum iudico, sed dño me iudicandum reseruo, itaq; uosipsos exemplo mei à iudicando cōpescentes, *nolite iudicare ante tempus*, quia nondū est tempus iudicādi. Necq; enim uera de actis hoīm sentire nunc potestis, quia hoīes estis, sed aliter q̄ sunt hic suspicamini. Et si suspicationes nō potestis continere, qā hoīes estis, iudicia tū. i. diffinitas firmasq; sententias continete, ne iudicetis quicq; ante tempus. i. ante diem, quia adhuc nox est, nec potest uideri quod in die uidebit. Ante illud tempꝰ nolite iudicare, sed *quoadusq; ueniat dominus* ad iudicium, & die suo cuncta illustrec. *Qui & illuminabit*. i. aperta faciet *abscondita tenebrarū*. i. latētia peccata quæ mentem obscurant, *& manifestabit consilia cordiū*, id est, bonas cogitationes, quæ maturiore consilio & pertractatione rationis in corde uersabantur. Tunc enim omnibus in luce constitutis, nihil latebit proximum in proximo, sed omnia omnibus patebunt. Nihil enim occultari poterit eorum, quæ gesta & cognita sunt. Ibi & simplicitas & hypocrisis apparebit, ut & qui despectus habebatur, forte appareat dignus; & qui aliquid esse putabatur, inueniatur reprobus. Tunc ergo tempus erit sine errore iudicandi. Nunc autem quisquis in cogitatione à rectitudine exorbitat, in tenebris peccat. Vnde nos tanto minus debemus aliena corda audacter reprehendere, quanto scimus quia uisu nostro non possumus alienæ cogitationis tenebras illustrare. Sed tunc parebunt omnia. *Et tunc laus erit unicuique a deo*, bene agenti uel cogitanti. Nunc enim ignoratur ab hominibus, quis sit laude dignus. Tunc à deo, quia id laudabitur & diligef à proximo in proximo, quod ne lateat, in ipso, illuminabitur à deo. Quod de solis electis dictum est, quos deus laudabit, & laude dignos monstrabit. Ac cōtra unicuique reprobo

Matt. 25 rum erit tunc improperium.

Hæc autē fratres transfiguraui in me & Apollo propter uos, ut in nobis discatis ne supra q̄ scriptum est, unus aduersus alterum infletur pro alio.

¶ Dixi non gloriandum in nobis. Sed *hæc o fratres transfiguraui in me & Apollo*, ut in nobis nō gloriemini, *propter uos*, id est, propter utilitatem uestrā, *ut in nobis* qui maiores sumus, *discatis, ne* agendo *supra quam scriptum est*, ubi legim9, Qui gloriat, Ierem. 9 Supra. 1. Ierc. 17. in domino glorietur. uel, maledictus hō qui confidit in homine. *unus insletur aduersus alterū pro alio*, id est, p doctore uel baptizatore, uel pro se. Me, inquit, & Apollo propositi figuram pro omnibus, ut ab oīb⁹ abhorreatis sicut à nobis. Trāsfigurauit enim hæc in se & in Apollo, dum pseudo apostolorum glorias & traditiones peruersas sub sua & Apollo ꝓsona euacuaret, summatim illos designans, non sigillatim, ne forte maior discordia in populo nasceretur. Nemo enim audiēs suum nomen notari, uel eius cui fauet, contentus est tacere. Tacito autem nomine, si quis aliquid audierit, etsi intelligat, de se tñ dictū dissimulat. Sub hac ergo propositione euacuauit personas illorum, cum diceret, Ego plantaui, Apollo rigauit &cæt. ut in his discerent nihil dandum hominibus.

Quis enim te discernit? Quid autē habes q̄d non accepisti? Si autē accepisti, quid gloriaris quasi nō acceperis? Iam saturati estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnatis. Et utinā regnetis, ut & nos uobiscum regnemus.

Nō deberalter aduersus alterū inflari pro alio doctore uel baptizatore. *Quis enim* doctor uel baptizator *te discernit*? Id est, uerbi gratia, si baptizatus es à Petro, qūo discerneris ab eo q baptizatus est à Paulo? Nihil discretionis est, à quocūq; bonā doctrinā uel baptismū perceperis. Sed tu p traditionem pseudo apostoloꝝ putas te q̄si sanctiorē discernia cæteris. Sed *quid habes* ab illis *quod non* à me *accepisti*? Quicquid em̄ ab apostolica traditione nō defecēdit, parum est. Sed *si* à me *accepisti* quicquid boni habes, *quid* in te uel in illis *gloriaris*? contra me *quasi non* hoc idem à me *acceperis*? Hoc dicitur cōtra illos, qui eadem q̄ ab Apostolo acceperant, audientes à pseudo apostolis, gloriabantur de magisterio eorū, qm̄ ipsi pseudo apostoli per eloquentiā se cōmendantes, gloriam in se uertebant, cū Apostolus se contemptibilem uideri fecisset, ut gloriā deo faceret. Vel ita: Iubet Apostoloꝝ ut nemo in hoīe, sed in dño glorietur. Pseudo aūt apostoli & qui ab illis fuerant seducti, seipsos à seipsis iustos fieri putantes, quasi hoc eis nō deꝰ dederit, sed ipsi sibi, non utique in dño, sed in semetipsis gloriabantur. Vnde nunc unicuique ratiū dicit Apostolus: Quis em̄ te discernit? Quod ideo dicit, quia de massa illius perditionis, quæ facta est ex Adam, non discernit hominem ut eum faciat uas in honorem, id est, in contumeliam, nisi Roma. 9 deus. Sed quoniam homo carnalis & inaniter inflatus cum audisset, quis enim te discernit, posset respōdere uel uoce uel cogitatiōe & dicere, Discernit me fides mea, discernit me oratio mea, discernit iustitia mea, mox Apostolus occurrit cogitatiōibus eius & dixit: Quid enim habes quod nō accepisti? si autem accepisti, q̄d gloriaris quasi non acceperis? Sic enim gloriantur quasi non acceperint, qui à seipsis iustificari putant, ac per hoc in seipsis, nō in domino glorianf. Nihil em̄ huic sententiæ tam contrarium est, quām de suis meritis sic quenquam gloriari, tanquam ipse sibi ea fecerit, non gratia dei. Vel sicut diximus, non debes inflari pro aliquo doctorū, cuiꝰ te specialiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

A profiteris discipulum: quis enim eorum te discernit à pereuntibus? Nullus, sed solius dei gratia, & tu te putas discerni p merita tua. Sed quid boni habes q̃d non accepisti à deo? Fecit deus ut esses, & tu fecisti ut bonus esses? Absit. Si enim deus dedit ut esses, & alius tibi dare non potuit ut bonus esses, melior est ille qui dedit ut bonus esses, quã ille qui dedit ut esses. Sed nullus deo melior. Igit̃ à deo accepisti & esse & bonum esse. Sed si ab illo accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? i. q̃si à te ipso habeas. *Iam saturati estis*. Ironice legendũ, non affirmatiue. Iam. i. antequam sitis apti ad pcipiendam escam, *saturati estis* spũali cibo doctrinæ. i. uidemini uobis ipsis sufficienter ualidis sapientiæ escis repleti: & antequam paupertate exuti sitis, *iam* (ut putatis) spũaliter *diuites facti estis*. i. abũdanter animæ diuitijs, quæ sunt uirtutes, repleti. & *sine nobis*. i. sine auxilio nostro. *regnatis*, id est, uitæ uestræ moderamina iuste disponitis, ut uos æstimatis, gloriantes de his quæ à pseudo prædicatoribus accepistis. Secundum uestram æstimationem regnatis. *Et utinam regnetis, ut & nos regnemus uobiscum*, id est, sequamur uos, cum uos dedigneminí sequi nos. Ac si dicatur: Vtinam non essetis falsa gloriatione decepti. fortasse enim simul regnaretis. Regnare nunc sanctorum, est de spe & promissis Christi securos esse, & in aduersis q̃ propter nomen Christi accidunt, gaudere.

B

Puto em̃ q̃ deus nos nouissimos apostolos ostendit tanquã morti destinatos, quia spectaculũ facti sumus mundo & angelis & hominibus.

¶Nos reuera regnamus, & timeo ne sine uobis. Nã *puto*. i. putare credor *quod deus ostendit uos apostolos nouissimos*, id est, omniũ uilissimos tanq̃ ad nullam utilitatem, sed ad mortem reseruatos. Hoc secundũ quod æstimatis puto, q̃si quod nullatenus putandum est. Quod enim nunc dicit, puto, increpationem significat eoꝝ quibus loquit̃, nõ æstimationem eius. Ideo sine uobis regnam9, quia per mala q̃ patimur, deus oñdit nos apostolos oculis superboꝝ nouissimos. i. abiectissimos, de quibus non curet, *tanq̃ morti destinatos*. i. ad mortem directos. Quod p hoc uidet̃, *qa spectaculũ facti sumus* huic *mundo*. i. amatoribus huius mundi, qui quasi ad spectaculum conueniunt ad aspicienda supplicia nostra. Sed per hæc oñia magis probamur esse chari deo, qui sic nos passionibus glorificat. Ideo non (ut uos credebatis) puto quod deus uilissimos nos fecerit, quia me humilio ut deum exaltẽ. Vel idcirco debetis nobiscũ regnare, quia puto & p certo scio q̃ de9 nos apostolos nouissimos ostendit mundo, quibus nulli succedẽt apostoli tam perfecti, tam necessarij saluti hominũ, quales apparebunt in nouissimo tempore Elias & Enoch, quos deus reseruat ut filios Israel ab Antichristi seductione liberent. Ita enim & nos misit, ut à seductione pseudo apostolorum uos liberemus, & pro uita uestra mortem sustineamus, sicut & illi passuri sunt. Nos ostẽdit nouissimos, id est, illis nouissimis præconib9 cõsimiles in passione aduersitatũ, tanq̃ morti corporis ob liberationem aliorum destinatos, quia spectaculum facti sum9 huic mundo, quorum iniurias oñes publice expectant in conspectu totius populi. Nam sicut omnes cõcurrunt, ubi locus celebratur uel pugiles certant, aut aliquod monstrum producitur: sic omnes boni uel mali conueniunt ad aspiciendas pœnas nostras. Spectaculum sumus *& angelis & hominibus* tã bonis quàm malis. Quia & inter angelos sunt sancti angeli, quibus bene uiuendo placeamus: atq; inter homines sancti uiri, quibus placeat uita nostra: & sunt nequissimi homines, qui irrideant bonam uitam nostram. Et hæc arma sunt dextra & sinistra, quibus hostem nostrum superamus, si nec prosperis corrumpimur, nec aduersis frangimur. Boni angeli conueniunt ad spectaculum passionis nostræ, ut nos præsentia sua confortent, & cæteros ad exemplum nostri certaminis incitent: mali uero, ut gaudeant, cũ nos suos aduersarios cruciari uiderint, & ceteros à fide metu pœnarũ deflectant. Boni homines, ut laudẽt: mali, ut insultẽt. Boni, ut exemplo nostro confortẽtur: mali, ut ex pœnis nostris delectent.

C

2. Cor. 9

Nos stulti propter Christũ, uos autem prudẽtes in Chro. Nos infirmi, uos autẽ fortes. Vos nobiles, nos aũt ignobiles. Vsq; in hanc horã & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operãtes manibus nr̃is. Maledicimur, & bñdicimus: psecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc.

D

Actu. 20
1. Thes. 2
2. Thes. 3

¶Nunc ostendit quomodo illi regnent sine uestris apostolis, & quomodo apostoli stultis appareant uilissimi. Et est increpatio cum ironia. *Nos*, inquit, *stulti* sumus habiti gentibus & Iudæis *propter Christum*, quem ad salutem humani generis crucifixum prædicamus: *uos aũt prudentes* estis *in Christo*, quia nihil de illo p̃dicare uel dicere uultis, quod humanæ stultum sapiẽtiæ uideatur: & ita uultis esse Christiani, ut non prudẽtiam amittatis sæculi. Quod ẽ quasi duob9 dominis uelle seruire more ueterum Samaritanorum, qui & deum colebant & idola. *Nos infirmi* sumus, qui uicẽ Iædenti bus non reddimus, nec resistimus: *uos autem fortes* estis, qui potenter aduersantibus resistitis, & eos fortitudine seculari reprimitis. *Vos* estis *nobiles*, id est, reuerendi & gloriosi. *nos autem ignobiles*, id est, despecti & uiles. Hæc omnia quæ negare uidet̃, affirmat: & quæ quasi cõfirmare uidetur, negat. Irascentis enim uerba sunt, qui negando confitetur, & confitendo negat. Deinde confirmando loquitur, ostendens per partes infirmitatem suam,

Matt. 6.
Luc. 6.
4 Reg. 17

A ut regni sui uirtus amplior eniteat. *Vsq; in hanc horam*. i. à prima die conuersionis uel prædicationis nostræ usq; nunc, penuriam cibi & potus & uestimentoꝝ passi sumus, & etiam cæsionem colaphorum: quia libere & iuxta uerã fidem Christũ sine aliqua adulatione prædicantes, & gesta prauorũ arguentes, gratiã apud hoies non habuimus, sed colaphos ab eis pertulim9. *& instabiles sumus*, quia semper fugant nos & persequunt̃, ne in uno loco diu manentes, plures doceamus. *& laboramus operantes manibus nostris*, ut habeamus unde uiuam9, cum nemo det: quia non solũ gratiam apud homines (ut dictum est) non habemus, sed etiam ab his accipere indignũ est, qui errori student. Quod idcirco facere maluimus, q̃m libertatem arguẽdi amittit & peccat, qui ab eo accipit, qui ideo dat ne corripiatur. *Maledicimur* à prauis hominibus, *et nos econtrario benedicimus* illos hortando ad bonum. *persecutionem patimur* ab illis, *& licet ipsa pse*cutio sit grauis, tñ *sustinemus* illam, & non refugimus nec resistimus. *Blasphemamur* abi illis, quia dicũt nos seductores & maleficos, *& obsecramus* deũ pro illis, uel illos obsecramus ne blasphement, sed permittant sibi reddi rationem. *Et tanq̃ purgamenta huius mundi facti sumus*, id est, de quibus mundus inquinetur, & quibus abiectis purgetur, sicut domus purgatur à sordibus, quæ de illa proiciuntur, hoc est, usqueadeo blasphemamur ab impijs & uiles iudicamur, quod facti sumus illorum reputatione tales, tanquam essemus intantum peccatores & sordidi, ut totus mũdus nobis sublatis omnimoda sorde purgetur: & etiam reputati sumus *omnium peripsema*, id est, adeo superflui & immũdi atque inutiles usibus hominum, sicut purgamẽtum ferri uel coriũ pomi, quod undiq; aufertur, ut ipsum pomum sit aptiꝰ ac dulcius ad comedẽdum. Peripsema enim dicitur rasura aut limatura cuiuscunq; rei, siue purgamenta pomorum. & nos ita nullius precij, nullius q̃ utilitatis eẽ iudicamur, ut rasura ligni uel ferri seu stãni uel coriũ pomi. Et hæc sustinuimus à principio prædicatiõis nostræ *usq; adhuc*. i. usq; in præsens. Per hæc omnia probatur Apostolus cum similibus prudens in Christo & fortis & nobilis, per quæ uidebatur stultus & infirmus ac ignobilis. Contemptibilis enim & despectus fiebat etiam apud Corinthios, pro quibus hæc quæ hucusq; memorauit, mala passus est. Et quoniam humilitatem suam nihil proficere in his uidebat, queritur dolore commotus tantam subiectionem & iniurias nullum fructum habere non potuisse, sed quod deterius est in peius profeciss̃e. Qui & subiungit:

B

Non ut confundam uos, hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per euangeliũ ego uos genui. Rogo ergo uos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ideo misi ad uos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino, qui uos commonefaciat uias meas, quæ sunt in Christo Iesu, sicut ubique & in omni ecclesia doceo.

C

Ephes. 1.
Philip. 3

¶Aspera blãdis mitigat ut salutaris medicus. Nam quia grauiter eos in his omnibus quasi latenter momorderat, ne ipsi ad irã prouocati admonitiones eius spernerent, ostendit se in omnib9 quæ dixit, paternam charitatis affectionem erga illos habuisse, ut libentius ei obedirẽt. Duri nãq; fuissent Corinthij, si hac admonitione (qua ut filij dilecti à patre tam humane obsecrant) emollit̃ nõ fuissent. *Non* ideo tñ, inquit, *hæc scribo, ut uos confundam*. i. ut tantam uerecundiam uobis faciã, *sed* potius ut corrigamini *moneo uos*. i. ad meliora exhortor per hæc *ut filios meos charissimos*, spirituales scilicet, pro quibus tot labores & tot flagella passus sum, & quib9 chariores nullos habeo. Vere filij mei estis, quia ego pater uester. *nam si habeatis in Christo decem millia pædagogorum*. i. tot instructores perfectos, quot uobis necessarij: quod per mille intelligitur, qui numerus perfectus est in scientia & in obseruantia decem præceptorum legis, quæ per denarium numerum figurantur. Vel si decem millia pædagogoꝝ. i. quantamcunq; erudientium multitudinem in obseruantia præceptorum, quæ non sit in Iudaismo, sed in Christo: si inquam pædagogos, id est, eruditores habeatis, *sed*, id est, tamen, *non multos patres* habetis, imo unum, quia *ego* solus *uos genui*, quia solus ego uobis prædicaui. ad hoc em̃ electus sum, ut annunciem gentilibus salutem per Iesum Christum. *per euangelium*, id est, per euangelicæ doctrinæ prædicationem, non in me, sed *in Christo Iesu*, idẽ, in fide Christi Iesu & in nouitate Christiana, quia in nouam uitam me primum prædicante uenistis. His dictis ostendit nullum posse eo affectu diligere illos, quo ipse diligebat. Quis enim alienos filios sic diligat ut suos? ac per hoc monita eius, qui tanta pro illis passus est, non debent spernere. Vnus uero pater deus est, non ut hoc nomen cæteris tollatur, sed ne gratia dei, qua in uitam æternam generamur, naturæ uel potestati uel etiam sanctitati cuiusquam tribuatur. Quia, inquit, uos genui, *ergo* ex debito *rogo uos* ut filios, *estote imitatores mei* in his q̃ facio & sustineo, *sicut & ego* sum imitator *Christi* in his quæ fecit & sustinuit, quia filios est imitari patrem. Vult enim illos imitatores sui esse, ut sicut ipse multa exitia pro illorum salute annunciando Iesum Christum, ab incredulis & cæteris infidelibus passus est, & non cessit aut à fide defecit, sed constanter prædicauit, dummodo per dies & noctes euangelizaret illis donum gratiæ datum & illi manẽtes in fide eius & doctrina, non recipiant pseudo apostolorum, id est, apostolorum falsoꝝ praua dogmata uel commenta, sed resistãt, contenentes opprobria & detractio-

Actu. 13
Actu. 22

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nes, ut patri suo spūali inuiolatū atq; immaculatum reseruent affectum. *Ideo*, inquit, ut me imitemini tanquam boni discipuli fidelesq; patri obedientes filij, *misi ad uos Timotheum*. per hunc creditę missā epistola. *qui est filius meus* in fide, *charissimus* benę agendo, *& fidelis* in euangelij prædicatiōe, quā fideliter omnibus palam ministrat *in domino*, non in lucro terreno. Vel in dño est filius meus, i. quē genui nō in carne. *qui uos commonefaciat*, id est, cōmoneat faciendo, ut qui uos commonefaciat, i. admonendo uos instruat *uias meas*, institutiones, præcepta & documēta mea, *quæ sunt in Christo Iesu*, id est, secundum uoluntatē & doctrinam ipsius. in nullo enim discordo, & ideo sunt tenendæ. *sicut ubiq; terrarū, & id ē, in omni ecclesia doceo*. ideoq; sunt authenticæ. i. ex istum reuerti illos uoluit ad regulam à se traditæ ueritatis, ut commoniti uerbis & exemplis operum eius resipiscerent, cognoscentes non perperam se fuisse ab apostolo Paulo edoctos, quando eadem q̄ sibi præcepta erāt, tenere omnes ecclesias discerent.

Tanq̄ nō uēturus sim ad uos, sic insolenti sunt quidā. Veniam aūt cito ad uos, si dñs uoluerit, & cognoscā non sermo

B nem eorū qui inflati sunt, sed uirtutē. Nō em̄ in sermone est regnū dei, sed in uirtute. Quid uultis? In uirga ueniā ad uos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?

¶ Opus erat Timotheū mitti, quia *tanquā non sim* ultra *ad uos uēturus*, *sic* de philosophorū doctrina & oratorū eloquētia tam imperiterrite *sunt quidam inflati inter uos*. Ideo erant inflati & unus aduersus alterū gloriantes, q̄m putabant apostolum Paulum non amplius ad se uenturū. solent enim sæpissime discipuli à malis retrahi timore aduentus magistri. Ob hoc etiā indignabant quidā Corinthiorū, quia non ueniebat ad eos, nō desiderio, sed superbia, qđ quasi indignos uisitatione sua illos haberet, cū magis Apostolo studiū hoc fuerit, ut de indignis faceret digno. Habebat ergo uotū eundi, sed maiora erant quæ agebat. Vos, inquit, putatis me nō esse uenturū, uel indignamini quia

Iacob. 4. non uenio, sed *ueniam ad uos cito, si dominus uoluerit*, cuius uoluntas sp supponenda est, iuxta illud Iacobi: Dicatis, si dñs uoluerit, & si uixerimus, faciemus hoc uel illud. Vel si dñs uoluerit. i. nisi culpa mea impedierit, ut sciamus non ex nobis, sed ex dei cūsta pēdere iudicio. Veniam, inquit, ad uos cito, si dominus uoluerit. Qui enim dixit, ueniā ad uos, ostendit se uelle, monstrat se cupere, breuem promittit aduentum. Sed ut cautius hoc loquatur, infert, si dominus uoluerit: ut si non ueniret, dominus eum iusta causa retinere monstraretur, causa utiq; indignitatis & infidelitatis eorū. Veniam, inquit, *& cognoscam*, id est, probabo *non sermonem* terrenæ sapientiæ aut humanæ sapientiæ *eorum qui* de huius mundi sapientia *sunt inflati*, *sed ipsorū uirtutem* in bona operatione uel miraculorum perpetratione: quia & dominus non dixit C de pharisæis aut hoibus subdolis, Ex uerbis eorum, ex uestimētis ouiū quibus persæpe inducūtur, cognoscetis: sed, Ex fructibus, id est, ex operibus. Ideo nō sermonem humanæ facūdiæ, ut diximus, sed uirtutem bonæ uitæ cognoscā & approbabo: quia *regnum dei non est in sermone, sed in uirtute*. i. nemo per eloquentiam aut facundiam secularem acquirit regnū dei aut meretur, sed per uirtutem bonorū operū: nec splendore sermonis cōmendatur regnum dei, sed uirtute signorū, sicut nec bonum uinum hedera commēdat. Veniam quidem quām citissime potero, sed *quid hoc uultis?* Scilicet uultis ut ueniā ad uos in uirga, an in charitate & spū mansuetudinis. Superius dixerat eos indigere pædagogo, ac per hoc pueros significabat: dein eos amari à se ut filios charissimos: nūc ut prudens pater eis uirgam, nō mortem proponit: spiritum mansuetudinis & charitatis, non furoris aut odij. Virga enim austeritatem & correptionem significat. Et nunc uerba terroris Apostolus infert, ut pudorē passi qui inflati erant, humiliarentur & se corrigerēt: quia si incorreptos inueniret, in illos necesse haberet uirgam exerere, alios excommunicando, id est, fidelium com- D munione & consortio priuando, alios dure increpando, alios corporaliter (ut decet patrem) flagellando. Si uere se dignos præpararent ad excipiendum eum, ut immunes à crimine inuenirentur, tunc ad illos ueniens lætitiam haberet quasi pater cum filijs suis charissimis. Et hoc est qđ dicit: Vultis ut *ueniam ad uos in uirga*. i. rigore iustitiæ et correctionis, ubi etsi sit charitas, non tū uidetur esse. *an in charitate*. i. nō occulto charitatis affectu, sed in manifesta & aperta dilectione, ut bona supleam. *& spiritu mansuetudinis?* optabilius esset primum expetere, quām carere boni patris diligentis aduentu, quamuis rigoroso meliora nempe sunt uulnera diligentis, teste Salomone, & oscula blandientis, Spiritu mansuetudinis, id est, animo mansueto & indulgenti, ut parcam peccatis uestris, & per hilarem uultū ac dulcia uerba māsuetudinem animi mei uobis ostendam. Prou. 27

CAPVT V.

OMnino auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorē patris sui aliquis habeat. Et uos inflati estis & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio uestrum qui hoc opus fecit.

¶ Opus est ut ueniā ad uos in uirga, nō in charitate aut spiritu mansuetudinis, nisi uos ipsos correxeritis: quia *omnino* id est, ab omnibus uel omnibus modis *auditur*. scitur, narrat aq; percipitur de me & ab alijs, quod sit *inter uos* notissima *fornicatio*, quæ nemini ē licita, *& talis fornicatio, qualis nec inter gentes*, id est, tā infamis & nefaria fornicatio

A auditur, quod nec talis est inter gentes, *ita ut uxorem patris sui aliquis habeat*, id est, quidam ex uobis & cum nouerca fornicetur. Nec testibus res indiget, quoniam publice perpetrata est. Vtiq; hoc crimen nimis exaggeret, dicit nec ab illis tale committi qui deum nesciunt, ut hinc ostēdat qua pœna mulctādus sit iste, qui sub terribili & diuina iustitia constitutus, tanti sceleris crimen admiserat, & adhærentes ei nō immunes ab eodem crimine demonestret. Talis fornicatio apud uos auditur. *Et uos*, cum tm̄ scelus inter uos sit, *inflati estis* superbia, *& non magis* hoc feciſtis quod faciendū esset. i. non *habuistis luctū*, non luxistis super pctō fratris, nec compassi estis illi, *ut tollatur*. i. ejiciatur *de medio uestri qui hoc opus fecit*, ut oēs uno cōsilio abijciatis eum de communitate uestra, ut cōfusus agat pœnitentiam, & non inficiantur cæteri, id est, nec perpetrent alij simile aut illud idem facinus propter indulgentiam: quia omnes uidemini sceleris participes, quandiu patimini reum tāti criminis uobiscum incorreptum conuenire. Cum enim oēs crimen eius sciatis, nec tergiuersatione aliqua possit celari, pellendus est de cœtu fraternitatis.

Coloſ. 2. Ego quidē absens corpore, psens autē spū, iam iudicaui ut psens, eum qui sic

B operatus est, in noīe dñi nr̄i Iesu Christi congregatis uobis & meo spū cum uirtute dñi Iesu, tradere huiusmodi satanæ in interitū carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Chri.

¶ Vos, inter quos ipse corporaliter est, nō eum corripuistis, nec expulistis: sed *ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu*, id est, absens quidem facie, præsens autem autoritate spūs, qui replet orbem terrarum uirtute, nō mole, & nusquā abest, Sapien. 1 *iam iudicaui eum qui sic operatus est, ut* per eundem spiritū *præsens*, ne ex solo auditu me puretis proferre sententiam. Iam sine mora iudicaui eum *in nomine*, id est, in uice *domini nostri Iesu Christi*, cuius legatione fungor, *congregatis uobis*, id est, ut omnes in unum sine dissensione conueniatis, & eum de communione fidelium ejiciatis. Congregatis uobis in unum *& meo spiritu*, id est, autoritate mea, quam habeo per spiritū sanctum, qui mihi datus est *cum uirtute*, id est, potestate *domini Iesu*, qui est saluator hominum, iudicaui *tradere satanæ huiusmodi* uirum, id est, ut tradatis eum satanæ pellendo de ecclesia, quoniam mea autoritas & Christi uirtus in hoc uobis cooperabitur. Iudicaui huiusmodi reum tradere satanæ *in interitū carnis*, ut corporaliter eum uexet, & sic ille resipiscat. Magna quippe arte magistri tradit quid est ipsi in pœnā, cui spōte est substractus in culpa: ut q autor fuerat ad initiū nequitiæ, ipse flagellum fieret disciplinæ. Hāc enim potestatem dicitur Apostolus habuisse, ut si quem excōmunicasset, statim ille corriperetur à diabolo & uexaretur, quatum & quandiu uellet Apostolus. Nam cum dicit, tradere satanæ in interitū carnis, interitus carnis, significat ualidam corporis afflictionem per diabolum factam. Vel C in interitum carnis, id est, ut carnalis uoluptas in eum interiret, traditus est satane. Et hoc *ut spiritus eius saluus sit in die domini nostri Iesu Christi*. i. anima eius salua sit in die iudicij. Qm̄ in spm̄ eius satanas non accepit potestatem dū corporaliter afflixit, & ideo saluus ad dñi extremū iudicium reseruatur. Vel saluus sit spūs, i. anima eius salua fiat in die dñi, id est, si quando cor illius uisitet dñs, si qm̄ illi dominus in corde luceat.

Non est bona gloriatio uestra. Nescitis quia modicum fermentū totam mas- Galat. 5. sam corrumpit?

¶ *Non est bona gloriatio uestra*. Superbitis, cū potius lugere debueritis pro fratre tā grauiter peccante, & eum à uobis remouere, ne illi consentientes, polluaremini eius contagione. An *nescitis quia modicū fermentū*. i. modicū ueteris pastæ, uidelicet fermentatæ, *totam massam corrūpit*. i. totam dulcedinem nouitatis mittat in acredinem ueterositatis: ita & pctm̄ unius, quod cognitum non arguitur, multos contaminat, imo oēs qui norunt & nō deuitant, aut cum possint arguere, dissimulant. Non enim sibi uidet peccare, quando à nullo corripitur aut uitatur. Si quis uero potestatē non habet, ut eum quē scit reum, abijcere uel reprobare D non ualet, immunis est. Modicum fermentum totam massam corrumpit, quia nonnunquam unū uitium uel quodlibet nequitiæ fomentum uenenosuo inficit multitudinem uirtutum. * Aduerte diligens lector: Dicendum est, teste Hieronymo, modicum fermentum totam cōsperſionem fermentat, in epistola ad Galatas, eodē capite ubi carpit ueterem interpretem, dicens sensum potius suū quām uerba Pauli transtulisse, & mauult dici consperſionē quām massam. diffiniuntq; consperſionem esse farinam aqua consperſam. * Hæc subditia uidentur. Galat. 5.

Expurgate uetus fermētum, ut sitis noua conſperſio, sicut estis azymi.

¶ *Expurgate* de uobis *uetus fermentum*, id est, ejicere de uobis & de medio uestrū ueteris nequitiæ fomentum, quod est in fornicatore, qui est membrum ueteris hominis, & totam populi multitudinem sibi consentientem corrumpit. Expurgate igitur hoc fermentum, id est, extra uos ejicite, purgantes uos ab eo, ne corrumpat in uobis dulcedinem uirtutum, per iniquitatis suæ cōsensum. Id. eo uos purificate ab hoc fermento *ut sitis noua conſperſio*, id est, noua in unitate conglutinatio, *sicut estis azymi*, id est, sicut per baptismum facti estis à corruptione synceri. Consperſio quippe est farina per aquam conglutinata, quæ uulgo dicitur pasta. Sed noua consperſio est, in quam fermentum adhuc missum nō est. Ideo uocatur azyma, id est, sine fermento. Zyma em̄ Græce fermentum dicitur. Sitis ergo, inquit, noua consperſio sicut estis azymi, id est, sitis omnes unum quid per

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dilectionem, puri à corruptione peccati, nouum hoiem induti, sicut in baptismo facti astis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaq; epulemur, nõ in fermento ueteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & ueritatis.

¶ Noua conspersio debetis esse, quia *pascha nostrum*, id est, paschale sacrificium nostrum *immolatus est Christus*. Agnus quippe, quem Iudæi in Pascha immolabant, uocabatur pascha, sicut & Lucas aperte declarat, dicens: Venit autem dies azymorũ, in qua necesse erat occidi pascha. & secundum hunc loquendi morem, Christus noster dr̃ pascha nostrũ. Pascha enim Iudæoꝝ immolatus est agnus, pascha nostrum immolatus est Chr̃us. Nam sicut Iudæi per immolationẽ agni liberati sunt à potestate Pharaonis & satellitum eius, ac mare transeuntes uenerunt in desertũ, atq; interiecto temporis spatio terram promissionis intrauerunt: sic nos per immolatiõem Christi liberati sumus à potestate diaboli ac malignoꝝ spirituũ, ac per baptismum traiecti uenimus ad hanc conuersionem, in qua nunc uelut in deserto sumus, atq; ingressum supernę hæreditatis expectamus.

B Iudæi agno immolato liberati à seruitute Aegyptia, septẽ diebus comederũt azyma; & nos chr̃o immolato liberati à seruitute dæmoniaca, p omẽ spaciũ uitæ præsentis, quod septẽ diebus uoluit, azyma comedamus .i. satiemur bonis operibus sine admixtione corruptionis uitiorum. Azyma quippe (id est, panes sine fermento) comedimus, si recta opera sine cõruptione uanæ gloriæ exercemus, si præcepta dei sine admixtiõe peccati adimplemus. Pascha etiam interpretatur transitus. & Christus pro nostra redemptione immolatus, pascha nostrum est, id est, transitus noster, quia p eum à diabolo transimus ad ipsum, & ab isto instabili seculo ad eius fundatissimum regnum. Ideo quippe ad deum permanentem transimus, ne cum mundo transeamus: & Christus est nobis transitus à uitijs ad uirtutes, & à præsenti exilio ad supernam patriam: quia ideo pro nobis est immolatus, ut nos liberans faceret ita transire. Noua itaq; conspersio debemus esse, id est, omnes innouati & infusione spiritussancti unum per charitatem effecti, ut pascha manducare simus idonei, quia pascha nostrum immolatus est Christus, ad cuius esum inuitamur. Ob hoc etiam talis cõspersio debemus esse, quia ipse Christus est trãsitus noster, ut nos si dignos inuenerit, transferat ad patriam uitæ. Et quia ipse est pascha nostrum, id est, paschale nobis sacrificium, *itaq; epulemur*, id ẽ, comedamus hoc pascha, si uolumus esse liberi à dominio Pharaonis, id ẽ, principis huius mũdi, qui est diabolus. Vel quia Christus est pascha nostrum, id est, transitus noster, itaq; epulemur, id ẽ, comedamus immolatum pro nobis corpus eius, ut per hoc ad uitam transire ualeamus, quoniam ali-

Luc. 22.

Exod. 12

Ioh. 12. 14. et 16

ter ad deum transire non possumus. Nõ enim ad uitam & gloriam nobis transire uolentibus, sufficit, nouam nos cõspersionem & azymos esse, nisi cibo spirituali, & uiatico singulari spũs noster adiuuetur, & infirmitas nostra corroboretur. Epulemur ergo, id est, epulis corporis & sanguinis eius reficiamur, ita ut *non* simus *in fermento ueteri*, id ẽ, in corruptione ueteris conuersationis, quia qui pascha uult legitime comedere, debet fermẽtum uetustatis abiicere. Neq; enm̃ cognouit quæ sit solennitas nouæ incorruptiõis, qui adhuc per incontinentiam uetustæ corruptioni subiacet. & ideo epulemur, non in fermento ueteri, ut sacramentũ resurrectionis & incorruptionis percipiẽtes corruptioni iam per uitia nulla subiaceamus. Epulemur, inquam, non in fermento ueteri, id est, nõ in consueto nobis, quondam carnalium desideriorum feruore, *in fermento malitiæ*, qua ferueamus ad aliorum læsionem, *& nequitiæ*, qua deficiamus à bono in nobis ipsis. *sed* potius epulemur *in azymis synceritatis & ueritatis*. hoc ẽ, ut synceritas mũdam faciat uitã, & ueritas oẽm fraudẽ excludat. In azymis synceritatis, ut simus sine carie, id est, sine fermento uitioꝝ corrumpente nos: & ueritatis, ut ueritas bonorum operum sit in nobis.

Scripsi uobis in epistola, ne commiscearmini fornicarijs. Non utiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruiẽtibus. Alioquin debueratis de hoc mũdo exisse. Nũc aũt scripsi uobis nõ cõmisceri. Si is qui frater noiãt inter uos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiẽs, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his his qui intus sunt, uos iudicatis? Nã eos qui foris sunt, deus iudicabit. Auferte malum ex uobisipsis.

Nũc cõmoneo uos ab hoc purgare. Sed & sine hac admonitiõe debueratis facere, quia *in alia iã epistola scripsi uobis ne cõmisceamini fornicarijs*. Epistolã quandã q̃ modo nõ habeẽ, miserat illis, in qua p̃ceperat, ne cõiungerẽt se fornicatoribꝰ, & cæteris de quibus nunc dr̃. Sed quia nõ distinxerat de quibus fornicarijs & criminosis dicerer, Chr̃ianis scili. an gẽtilibus, putauerũt Corinthij de fornicarijs gẽtilibus eũ dixisse. Quã eoꝝ erroneã intelligentiã ipse mõ corrigit, & q̃ dixerat, interpretat, dicens: *Non utiq; fornicarijs huius mũdi* .i. gentilibus, sed à fratribus talibꝰ scripsi recedẽdũ. Quod uos non recte intellexistis, & ideo illũ qui uxorẽ p̃is habebat, inter uos esse nõ ægre ferebatis. Sed utique .i. in ueritate dico quia p̃cepi uobis, ut nõ cõmisceamini fornicarijs huius mundi. i. qui ex toto pertinẽt ad hũc mundũ, qui nihil cum cælesti

A mundo habent, sed propter infidelitatẽ suã & desideria terrena filij huius seculi existunt. Fideles enim, et si fornicetur aut auarus sit, non est tamẽ ex toto huius mundi, quia credit & sperat. Istud non præcepi, sed potius in illa epistola scripsi uobis, quod & nunc seruare debetis, ut nõ commisceamini fornicarijs fidelibus, *aut auaris* fidelibus, *aut rapacibus*, i. rapinas exercentibus, *aut* etiã *idolis* post baptismũ *seruientibus*, qui timore suppliciorũ uel qualiber alia causa postq̃ ad fidem uenerant, idolis seruiebãt & sacrificabant. Talibꝰ apostatis fratribus ne cõmisceamini. *Alioquin* .i. si his cõmiscemini, *debueratis de hoc mundo exisse* .i. melius esset uobis mori. compendiũ est male agentibus si citius morianr̃, q̃ diutius in peccatis uersentur. Vel, nõ scripsi ut nõ cõmisceamini fornicarijs infidelibus & cæteris, qui necdũ fidẽ habent & sunt criminosi; alioquin, id ẽ, si præcepissem gentilibus non misceri, debueratis de hoc mundo exisse, id est, necesse esset de mũdana cõuersatione uos exisse, cum ubique sint tales. Non enim possunt homines in hoc mundo uiuentes nisi cum talibus uiuere, nec eos lucrari possunt Christo, si eoꝝ colloquium cõuiuiumq; uitauerint. Vnde & domi

Matt. 9. Luc. 5. nus cum publicanis & peccatoribus comedens, aiebat: Non est opus sanis medicus, sed male habẽtibus. &, Non ueni uocare iustos, sed peccatores. Tunc quidem scripseram ut fornicarios & cæ

B teros uitaretis, quod uos non recte intellexistis, quia non determinaui de quibus dicerem. Sed *nunc* in præsenti epistola determinate *scripsi uobis, non commisceri* illis qui post baptismũ talia faciũt. Ecce sine ambiguitate uobis hoc dico. *Si is qui frater nominatur inter uos*, id ẽ, qui Christianitatis uocabulum portat, *est fornicator*, id est, probatus in scelere fornicationis, *aut auarus*, id est, immoderatæ pecuniæ coaceruator, confidens in ea magis quàm in Dei largitione, *aut idolis seruiens*, id est, ad idola quæ deseruerat recurrens, uel idolothyta comedens, *aut maledicus*, id ẽ, in usu habnes maledicere alios, & male loqui de eis, *aut ebriosus*, id ẽ, qui non semel, sed per consuetudinem se inebriat. *aut rapax*, id est, qui aliorum res uiolẽter auferre consueuit, *cum eiusmodi* criminoso fideli, id est, non solum cum isto, qui in aliquo horum criminum fuerit inuentus, sed etiam cum alijs qui similibus uitijs detinentur, præcipio uobis *nec cibum sumere*. Cum infidelibus non prohibet Apostolus

infra. 10 cibum sumere, sed in sequentibus istius epistolæ dicit: Si quis infidelium ad cœnam uos uocat, & uultis ire, omne quod uobis apponitur, manducate. Plerũque enim per conuiuiorum participationem & confabulationem fidelis uiri, infidelis dum fidelem diligit, ad fidem conuertitur. cũ fideli autem, in quo prænotata crimina uel similia reperiuntur, non solum sacramenta, sed nec communem cibũ sumere permittit, ut dum à cunctis uitatur, erubescat & se corrigat. Non tamẽ sic uitandus est talis, nisi aut sponte confessus crimẽ suum aut omnibus notus esset talis, aut in aliquo siue seculari siue ecclesiastico iudicio nominatꝰ at-

que cõuictus. Plerique aũt boni Christiani propterea cat acent & sufferũt aliorum peccata quæ nouerunt, quia documentis sæpe deseruntur: & eã quæ ipsi sciũt, iudicibus ecclesiasticis probare nõ possunt. Quamuis enim uera sunt quædam, non tamen iudici facile credenda sunt, nisi certis indicijs demonstrentur. Et ideo nõ temere & quomodolibet, sed per iudicium auferendi sunt mali ab ecclesiæ communione, ut si per iudicium auferri non possunt, tolerẽtur potius, ne per se malos euitando quisquam ab ecclesia ipse discedens, eos q̃s fugere uidetur, mittat ad gehẽnam. Ideo, inquit, determinate scripsi, si frater talis fuerit cõprobatus, cum illo nec cibum sumere, nedũ orare: quia *quid mihi attinet iudicare de his*, id est, fidelibus *qui sunt foris*, id ẽ, extra ecclesiam, ut eos uobis cauendos iudicarem sicut putastis. His enim blandiendum est, ut per amorem & dulcedinem possint Christo lucrari, sed *nonne de his qui intus sunt*, id est, de fidelibus *uos iudicatis*, & ecclesiastica cẽsura putredinem uitiorum ab eis resecatis, ut in hac uita pro culpis suis puniantur, & ad dei iudicium purgati postmodum ueniant? Iudicat etiam de his q intus sunt, qui discernit cui fratri adhærear, quem arguat, quem deuitet. Illos tantum qui sunt intus, iudicaris, ne damnẽtur in futuro iudicio. *nam eos qui foris sunt*, non commisit uobis *deus* iudicandos, sed ipse *iudicabit* eos in futuro secundum districtionem iustitiæ suæ, reddens eis digna supplicia. Superius de incognitis & ambiguis rebus, ac maxime de præposito dictũ est, Nolite ante tempus iudicare: hic autẽ ostendit, quod ecclesiastici *Sup. 4.* uiri de manifestis & certis culpis debent iudicare fratres suos. Et quia meũ & uestrũ est de his tantum qui intus sunt, iudicare, ideo *auferte malũ* hominem *ex uobisipsis* .i. de cœtu uestro ejcite fornicatorẽ, cuius societate coinquinamini. Quod eñ dicitur, auferte malũ ex uobisipsis, non sic esse intelligendum, ut ex ipso quisq; auferat malũ, sed sic potius, ut homo malus auferatur ex hoibus bonis, quod fit per ecclesiasticã disciplinã, satis indicat Græca lingua, ubi sine ambiguitate scriptum est, ut intelligatur, hunc malum, non hoc malũ.

CAPVT VI.

AVdit aliquis uestrum habens negocium aduersus alterũ, iudicari apud iniquos, & nõ apud sanctos? An nescitis qm̃ sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in uobis iudicabitur mundus, indigni estis q de minimis iudicetis? Nescitis quoniã angelos iudicabimus? Quãto magis secularia? Secularia igit̃ iudicia si habueritis, cõtẽptibiles q sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandũ. Ad uerecundiã uestrã dico. Sic nõ est inter uos sapiens quisquam, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

A possit iudicare inter fratrem suum, sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles?

¶ Occasione huius iudicij incipit agere de iudicijs. In quibus multimode peccabant, quod cōceptus fidelibus, infideles iudices adibant, uel stultos iudices instituebant, & litigabant atq; fraudabant, & alia huiusmodi faciebant. Non solū, inquit, ex hoc reprehensibiles estis, quod fratrem iudicandum nō iudicatis, cum de his qui intus sunt, iudicare debeatis, sed etiam ex eo quod ad paganos iudices causas uestras ad iudicandum transfertis. Nam *aliquis uestrū*. i. aliquis ex uobis *habens negociū*. i. causam contendēdi *aduersus alterū* ex uobis fidelem, *audet*. i. cā audacter reuerētiam Christianitatis cōculcat, ut quærat *iudicari apud iniquos, & non apud sanctos*. i. apud infideles iudices, qui nō sunt æquitatis amatores, & non apud Christianos, qui sancte & iuste uos iudicarent. Quasi dicat: In hoc nimis audacter religionem sacram cōtemnitis, quod uestra negocia quæ inter uos debetis iudicare, ad iniquos iudices defertis. Infideles uocat iniquos, quia leges à deo hominib⁹ concessas sæpe sperne bant, uel falsa interpretatione

B autoritatem illor⁹ idolis deputabāt. Ideo potius suadet apud dei ministros agere causam, quia illi facilius de timore dei sententiam legis uerā pronunciant. In hoc peccatis, quod ad sanctos negocia uestra iudicanda non defertis. Debent em̄ ipsi & de talibus iudicare, quia & de mundo iudicabunt. Et utique qui ipsum mundum iudicaturi sunt, non indigni sunt ea iudicare quæ mundi sunt. Et hoc est: *An nescitis quoniam sancti de hoc iudicabunt*. De hoc scilicet mundo, qui in erroribus et nequitijs est, quia est alius superior. De hoc mundo. i. de hominib⁹ qui ad hunc mundum infimū

Mat. 19 pertinent, sancti iudicabunt: quia cum Christo uenient ad iudicium, & eius æquitati omnino concordabunt, quando mundanam prauitatem damnabit. Et *si in uobis* tunc *iudicabitur mundus*, id est, actio praua mundi, *indigni estis qui de minimis*, id est, de his terrenis rebus *iudicetis*. In uobis iudicabitur mund⁹, si in uobis tūc non inuentū fuerit opus eor⁹, qui solum mundum diligunt, si in actione similes mundanis hoibus & perfidis nō apparueritis. Et si hoc fuerit, indigni estis nūc iudicare de minimis. Ideo cauete ne infidelium & prauor⁹ opera faciatis, adeundo paganos iudices, sicut cæteri qui ignorant dominū. Ad huc probo quod sancti de terrenis iudicare possunt. Nā *nescitis quoniā angelos* apostatas *iudicabimus*? *Quanto magis secularia* iudicare possum⁹, quæ sunt inferiora? Nos qui supra naturam nostram dei auxilio seruauimus obediētiam, iudicabim⁹ illos angelos, qui peccauerunt contra suam naturam, quia concordabimus iustitiæ dei condemnantis illos, & ex comparatione nostra damnabiliores apparebunt. Cum enim ipsi qui sublimioris & dignioris naturæ erant, & quos nulla fragilitas ab illo summo & incommutabili bono retrahebat, per superbiam sponte sint lapsi: nos uero imbecilles, C quos carnis infirmitas ad peccatum trahebat, & ad inferiora deprimebat, per humilitatem & iustitiam nmni nisu tetenderimus ad superna, merito damnabuntur atrocius respectu nostri, & consolatio nostra cruciabit illos diutius. Et quia Supra. 5 satis rationabiliter ostēsum est, nos posse iudicare de istis secularibus, *igitur si habueritis secularia iudicia*, id ē, de rebus seculi, *contemptibiles illos qui sunt in ecclesia constituite ad iudicandum*. Hoc est dicere: Qui minoris meriti sunt in ecclesia, & nullis magnorum donorum uirtutibus pollent, ipsi de terrenis negocijs iudicent, quatenus per quos magna nequeunt bona, minora suppleantur: & qui penetrare intima nequeunt, saltem necessaria foris operentur, ut ipsi uidelicet dispensationibus terrenis inseruiant, quos dona spiritualia non exornant. Tales ex uobis ad iudicandum debetis constituere, non ad infideles iudicia uestra deferre. Et *ad uerecundiam uestram dico*, id est, uerecundiam habere potestis ex hoc quod dico, scilicet: *non est inter uos quisquam sic sapiens, qui possit iudicare inter fratrem* & fratrem *suū, sed* potius *frater cū fratre iudicio contendit*, quod est malum, *& hoc apud infideles*, quod est peius. Sapientem ex fidelibus uult Apostolus iudicem eligi, quia nouerat Corinthios tam inconsideratos, ut imperitos forte ex fratribus iudices eligerāt. Sciebat enim quām tepidi & improuidi in reliquis causis fuerant deprehensi, & licet contemptibiles nominauerit eos, quos ad iudicandum institui præcepit, sapientes tamen ipsos nunc uocat. Qua ex re quid colligit, nisi ut hi terrenas causas examinent, qui exteriorum rerum sapientiam perceperunt? qui autem spiritualibus donis ditati sunt, profecto terrenis non debent negocijs implicari, ut dum non coguntur inferiora bona disponere, exercitius ualeant bonis superioribus deseruire. Qui tamen proximorum infirmantium negocia non debent funditus deserere, sed hæc alijs quibus dignum est, tractanda committere. Vnde Moy- Num. 11
ses quoque uiros ad populum pro se septuaginta constituit, ut quanto se ab interioribus causis absconderet, tanto ardentius interna penetraret. Sicq; fit ut & summi uiri magis ad spiritualia dona proficiant, dum eorum mentē res infimæ non conculcant: & rursum in ecclesia ultimi sine bono opere non uiuant, dum in rebus exterioribus inueniunt recta quæ agant.

Iam quidem omnino delictū est in uobis, qp iudicia habetis inter uos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? sed uos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus.

¶ Propter supradicta posset putari, iudicium habere aduersus alterum, non esse peccatum, sed tātummodo id extra ecclesiam uelle iudicari, nili

A nunc secutus adiungeret, iam quidē omnino delictū est in uobis quod iudicia habetis inter uos.

Matt. 5. Nam & dñs dixerat: Si quis uoluerit tunicam tuā tollere, & iudicio tecum cōtendere, dimitte ei & palliū. Prohibuit ergo suos de secularibus rebus cum alijs habere iudicium. Propter qđ & Apostolus nunc dicit hoc esse delictum. Tū cum sint in ecclesia talia iudicia finiri inter fratres fratrib⁹ iudicantibus, extra ecclesiam uero terribiliter uetat, manifestum est quod secundū ueniam concedatur infirmis. Quanq; enim Christianus litigare non debeat, cū si graue fuerit, & quod contemni non possit, causam ad ecclesiā deferat, ne & damnum ad præsens & offensionē forte incurrat. *Iam quidem*, inquit, id ē, tam cito post baptismi sanctificatiōem *omnino delictū est in uobis*, ex hoc solo, *q. iudicia habetis inter uos*, de rebus caducis, cum deberetis exteriora cuncta despicere, ut interna mentium bona posseteris seruare. & ne quisquā ita hoc excusaret, ut diceret iustum se habere negocium, sed iniquitatē se pati, quam uellet à se iudicij sententia remoueri, continuo talibus cogitationibus uel excusationibus occurrit, & ait: *Quare non magis*. i. non potius *iniuriam*. i. apertam uiolētiam iniuste uobis illatam, *accipitis*, id est, acceptabilem & gratam habetis, quām ut pacem cum fratre li

B tigando dissipetis? & *quare non* potius *fraudem* occultam de uestris rebus factam *patimini*, quām ut tranquillitatem cordis amittatis iudicio contendentes inuicem? Per iniuriam designatur hic iniusta molestia uiolenter illata, sicut est rapina, pcussio, uulnus, turpe conuitium, & his similia: fraus uero per astutiam simulatorie & dolose agitur cōtra eum, quem quis decipere molitur. Et quare uos utranque patienter non sustinetis? *Sed uos iniuriam facitis*, qui factam sustinere debuistis: *& fraudatis*, non fraudem patimini: *& hoc fratribus* facere non timetis, cum nec inimicis tale quid facere debuissetis. Iniuriam facitis, dum per iniustitiam uestram iurgium generatur coram iudicib⁹: & fraudatis, dum ipsos iudices donis corrumpitis; & hoc fratribus facitis, quos uos iuuare deberetis. & qui nec suis parcit, quid faciet alijs?

Galat. 6 Ephesi. 5 1 Tim. 1 An nescitis qa iniqui regnū dei nō possidebūt? nolite errare. Neq; fornicarij, neq; idolis seruiētes, neq; adulteri, neque molles, neq; masculorū cōcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnū dei possidebunt. Et hęc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri.

¶ Vos iniuriam & fraudem fratribus irrogatis, & de nomine Christiano uobis blandimini, q̄si p hoc saluādi sitis qui talia facitis. Sed *an nescitis quia iniqui*, id est, illi qui æquitatē transgrediuntur, faciendo iniurias & fraudes & his similia, *regnum dei non possidebunt*, quod iustis & sanctis deus promisit? Cauete ergo esse iniqui, ne regnum dei perdatis: quia nullus iniquus illud possidebit, etiā C
si sacramēta Christianitatis habuerit: & præter illud regnum salus nulla est, quia aut erit quisq; in illo regno, aut in inferno. Et ideo *nolite errare*, putantes esse extra regnum salutis locum, uel qđ deus per misericordiam suā uos in illud propter solam fidem Christianam introducturus sit, si iniquos uos inuenerit. Nā *neque fornicarij*, qui cū mulieribus non desponsatis concumbunt: *neq; idolis seruiētes, regnū dei possidebunt*, sed in regno diaboli peribunt: *neq; adulteri*, qui uxores alior⁹ uiolant, *neq; molles*, qui seipsos p se inquināt: *neq; masculorū concubitores*, more Sodomitar⁹: *neque fures*, qui occulte res alienas auferunt: *neq; auari*, qui timentes quod deus eis necessaria præbere desistat, congregant ultra modum superflua: *neque ebriosi*, qui uitium ebrietatis sectantur: *neque maledici*, id est, detractores, qui studēt mala dicere de fratribus, uel qui eos maledicere nō uerentur: *neque rapaces*, qui aliorum res aperte consueuerunt diripere. Nullq; eorum qui tales sunt, possidebit regnū dei, quia unum quodlibet horum criminum tollit illud regnum. Et uos *quidem hæc fuistis*. i. tales, qm̄ hæc omnia mala fuerunt in uobis: *sed* tamē ne desperetis de perceptiōe regni, qm̄ *abluti estis* in baptismo abistis, & ideo turpius est si ad ea reditis. Nec solum abluti estis in remissionem peccatorum, *sed* etiam *sanctificati* in baptismo per spiritum sanctum. Nec D
tantum sanctificati, *sed iustificati* per fidem. Et hæc tanta gratiæ dona consecuti estis *in nomine domini nostri Iesu Christi*, cuius nomen in baptismo super uos est inuocatum, *& in spiritu dei nostri*, qui repleuit aquam baptismi. Vtrunque enim inuocatio nominis Christi et infusio spiritussancti uobis ista concessit: & ideo nolite rursus ad priora mala redire, ne bona hæc oīa perdatis. Vel abluti estis lachrymis, & sanctificati melioratiōe uitæ: quia nimirum illos emendatior uita sanctificat, quos per pœnitentiam ablyens afflictio fletuum mundat. Et iustificati estis iustis operibus insistentes. Et ideirco cauete rursus crimina cōmittere, ne contingat regnum amittere.

Omnia mihi licent, sed nō omnia expe- Infra. 10
diūt. Oīa mihi licent, sed ego sub nul Eccl. 37
lius redigar potestate. Esca uentri, & uenter escis: deus aūt & hūc & has destruet. Corpus autem non fornicatiōi, sed domino, & dominus corpori. Deus uero & dominum suscitauit, & nos suscitabit per uirtutem suam.

¶ Quoniam supradixerat potius ferendū esse damnū quām causas male agere, ne quis putaret sua nullo mō esse repetenda, supponit: *Omnia mihi licent*, id est, omnia mea mihi sunt ad repetendum licita, sed tamen non repetam ea iudicio: qa *non expediunt* ad cursum meū, sed impediūt. Omia

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *mihi licent* ad repetendum iure per iudicium, *sed* ego cum sim liber, *sub nullius redigar potestate*, id est, nolo redigi sub potestate illius iudicis uel testiū, supplicando eis ut mihi magis faueant. Ideo non sunt petenda, tamen *Esca* debetur *uentri*, pro quo creata est: *& uenter escis*, quia aliter sustentari nō potest; sed *deus & hunc & has destruet*, ut neque uenter indigeat escis, neq; sustentatione ullam uētri præbeant. Dum dicit, Esca uentri & uenter escis, ostenduntur hæc quæ ad escas pertinent, esse naturæ necessaria, & ideo licet ea repeti. Sed non multū pro his laborandum est, quia destruentur, & ideo licet de his fieri iudiciū uel prætermitti. Esca debetur uentri, sed corpus non debetur fornicationi: & ita iudicium prætermitti de hoc nō potest, ut uos soletis, qui fornicationem non iudicatis. Sed quod dictum est, omnia mihi licēt, sed non omnia expediūt, repetamus. Soli enim in illicitis non cadunt, qui se aliquando & à licitis restringunt. Qua uidelicet constrictione religatum bene se nunc Apostolus insinuat, dicens: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. At ut sua religatione ostenderet in quanta se mentis libertate dilataret, adiunxit: Omia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Cum enim mens
B concepta desideria sequitur, seruire rebus conuincitur, quarum amore superatur. Sed Paulus cui cuncta licēt, sub nullius potestate se redigit, quia semetipsum etiam à licitis restringendo, ea quæ delectata premerent, despecta transcendit. Omnia, inquit, mihi licent, sed non omnia expediūt. Vt ostēdit ea licita esse, quæ nullo præcepto domini prohibentur, sic expedit potius esse tractanda non præscriptō legis, sed consilio charitatis. Hæc sunt quæ amplius erogantur saucio, qui cu-
Luce. 10 randus ad stabulum Samaritani illius miseratione perductus est. & ideo dicuntur non à domino præcipi, quamuis domino moneantur offerri, ut tanto intelligantur esse gratiora, quanto ostēduntur indebita. Potest ergo licere, & non expedire: expedire autē, quod non licet, non potest. Ac per hoc non omnia quæ licita sunt, expediunt: omia uero illicita non expediunt. Ea itaque uidentur mihi licere & non expedire, q̄ per iustitiam quidem, quæ coram deo est, permittūtur: sed per offensionem hominum, ne ob hoc impediant̄ à salute, uitanda sunt: ea uero non licere, & ideo nō expedire, quæ sic ipsa iustitia uetant̄, ut facienda nō sint, etiam si ab eis quibus in notitiam fuerint perlata, laudentur. Quod si ita est, ideo non nisi illicita prohibētur à domino, ut ea quæ licita sunt & non expediunt, non legis uinculo, sed libera dilectionis bōnicētia caueant̄. Notandū etiā quod Apostol⁹ ista eis p̄dicens, nihil ab eis accepit, sed labore manuum suarum uixit. Vnde & nonnulli eorum putabant illum ideo noluisse stipendium accipere, quia sciret se apostolum non esse. Contra quos nunc dicit: Omnia mihi licent, omnia seculi quæ cæteris apostolis licent, mihi quoque licent, quia licet mihi, sicut illis, accipere sumptus á discipulis. Sed non expediunt omnia quæ licent, quia si sumptus licitos acciperem, occasionem accipiendi pseudo apostolis darem. Omnia hæc mihi licēt, sed ego propter ista stipendia non redigar sub potestate alicuius, ut autoritatē meā propter sua dona humiliet. Si em̄ ab his Apostolus quos in tantis uitijs arguebat, acciperet, autoritatem magisterij cōcessam sibi à domino inclinaret. Non enim potest constanter argui à quo accipitur, maxime cum ideo p̄ptus ad dādum sit maleuolus, ut sibi humiliet & prædicatorem. & ideireo dicit, sed ego sub nullius redigar potestate. Pseudo apostoli, qui causa quæstus prædicabant, nolebant esse amari peccantibus. Omnia, inquit, mihi licent, sicut & cæteris, ut accipiam stipēdia sicut illi, quia esca uentri deberur, & uēter escis. Sed tamen non multum curandum de his, quia transitoria sunt, quoniam deus & uentrē & escas destruet. Neq; enim in futuro manducabimus & bibemus, sed illo uescemur pane, qui de cælo descēdit, ut perfecte compleatur q̄d scriptū est: Panē angelorum manducauit homo. Escas ergo & uentrē destruet, cū occiderit indigentiā sanctetate mirifica, & corruptibile hoc induerit incorruptionē sempiternā, ut sit salus p̄fecta in isto corpore nulla remanēte corruptiōe, nulla succedēte defectione, ut nullo cibo corporali fulciat̄. Dixi qa uēter escis debet, quibus tēporaliter sustentat̄. *Corpus autem non fornicationi* debet, *sed domino*. Sanctus Apostolus contra superfluitatē escarum disputans, consequenter uenit ad fornicationem. Etenim superfluitas escarum mater libidinis est, uentremq; distentum cibo & uini potatio nibus irrigatum uoluptas genitalium sequit̄: atque pro membrorum ordine, ordo uitiorū est. Corpus non debetur fornicationi, sicut uenter modificatis escis: quia corpus sine fornicatiōe potest semper subsistere, uenter autem sine cibis non ualet subsistere. Et ideo fornicatio ē superflua, ciborum autē refectio necessaria. Vnde quamuis ad tempus uenter escis moderatis debeat, corpus tamen fornicationi nunquam debet mancipari, sed semper domino christo, ut ei seruiat: *& dominus Christus* debetur *corpori*, ut ipse sit ei præmium, dans ei participationem immortalitatis suæ. Corpus enim Christo dicatum, dono spirituali remunerabit̄ merito ducis, id est animæ. Et gloria corporis christi dabitur corpori, q̄ nunc assidue seruit eius præceptis: & ita dñs chr̄s præmiū debet corpori nostro, si corpus nr̄m ei subditū in omnibus fuerit. Sed *deus* pater & *dominū* Chr̄m *suscitauit, & nos* similiter *suscitabit*. Hoc ē dicere. Sicut deus pater eū qui dñs est, suscitauit, quia in oībus obedientem reperit: ita corpus nostrum, si eidem domino fuit usquequaq; subiectū, suscitabit, & gloriæ ipsi⁹ domini particeps faciet illud: & hoc *per uirtutem suam*, quæ Chr̄s est, cui nihil ē impossibile. Nam & dñs Christum suscitauit p uirtutē, quæ est ipse Christus, id est, per potentiā diuinitatis ipsius christi, & nos per eandem uirtutem suscitabit, ut sequamur caput nostrum ad incorruptionem & gloriam, si digna membra sumus.

A Propter quod recedendū est ab omni fornicatione & immunditia, & insistēdum studijs sanctitatis, ut ad tantam gloriā digni simus pertingere.

Nescitis quoniā corpora uestra membra sunt Christi? Tollens ergo mēbra Christi, faciam mēbra meretricis? Absit. An nescitis quoniā qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt, inquit, duo in carne una. Qui autē adhæret domino, unus spiritus est.

Gene. 2. Ephesi. 5 Mat. 19 Mar. 10.

¶ Vere corpus non fornicationi debet mācipari, sed domino. Quia an *nescitis quoniam corpora uestra sunt membra Christi*, qui est caput uestrum, eo quod homo factus est propter nos? Qui si tantū modo humanam animā suscepisset, mēbra eius non essent nisi animæ nostræ. Quia uero & corpus suscepit, p quod eriā caput ē nobis, qui ex anima & corpore constamus, profecto illius mēbra sunt & corpora nostra, propter corpus quod ipse ex genere corporis nostri suscepit. & quoniā ita est, *etiam tollens membra Christi, factā* ea *membra meretricis* per fornicatiōem? *Absit* ut hoc faciam. Neq; enim tollere Christo membra sua debeo, & dare
B meretrici. Non enim possunt simul esse & membra Christi & membra meretricis: sed desinunt esse mēbra Christi, ubi adhærēt meretrici. Nam corpus nostrum quandiu perseuerat in sanctimoniæ munditia, membrum est christi. Si uero complectitur meretricem, separatur à Christo, & fit mēbrū meretricis. Si ergo unusquisq; cupiēs fornicari uilescat sibi, & in seipso contēnat seipsum, nō in se contēnat Chr̄m, sed propter Christi reuerentiā, cuius mēbrū est corpus eius, cōtineat se ab hac turpitudine. Magnā enim iniuriā, magnūq; contemptū Christo facit, si ei meretricē præcule rit, separans se ab eo & adhærēs scorto. Vere fiūt mēbra meretricis, qui illi adhærēt. Nam an *nescitis quoniam qui adhæret*, i. cōmiscetur *meretrici, unum* cum ea *corpus efficitur*? Fornicatio em̄ ambos unū facit, ut quomodo in natura, sic in macula unum sint, dum per illam nequissimæ uoluptatis adhæsionē duo unū corpus efficiunt̄, i. in eodē scelere
Gene. 2. uniuntur. Vere unū corpus, quia unacaro. *Erunt* em̄, *inquit* liber Geneseos, *duo in carne una*. Hoc etiā de legitime coniunctis dictū est. Et sicut in legitima copula duo p adhæsionē unū corpus efficiuntur & una caro, ita ut mēbra istius per consensum & delectationē carnalem fiant illius, sic est etiā in illicita adhæsione. Qui meretrici adhæret, unum cū ea corpus est: sed *qui adhæret domino, unus spiritus est* cum eo. Diuersus quidē natura spiritus hominis est & spiritus dei, sed inhærēdo fit unus spiritus ex diuersis duob⁹, ita ut sine humano spiritu beatus sit atque perfectus dei spiritus, hominis autem spiritus non nisi cum dei spiritu possit esse beatus. Tam potēs uero est hęc humana mēs, quæ est imago dei, ut ei cuiusimago ē, ualeat inhærere, quoniam sic ordinata est natura rerum ordine, non locorum, ut supra illam non sit nisi ille. Cui cum penitus adhæserit, unus spiritus erit, C
accedente quidem ipsa ad participationem naturæ, ueritatis & beatitudinis illius, non tamē crescente illo in natura, ueritate & beatitudine sua. In illa utiq; cum ei feliciter adhæserit, immutabile uidebit omne quod uiderit, & tunc satiabitur in bonis desiderium eius.

Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. *Psal. 102.*

¶ Ne fiatis unum cum meretrice corpus, sed unus cū domino spiritus, *fugite fornicationem*. Nō dico, pugnate aduersus eam: sed, fugite illam: qa cum alijs uitijs potest expectari cōflictus, hæc autem fugienda est, quia non aliter melius uinci potest. Ideo uiri longe debent esse à fœminis remoti, nec etiam mente huic uitio propinquare, si cupiunt uictores fieri. & iure debetis hoc malum fugere, quia nullum peccatum ita corpus lædit & deturpat, ut fornicatio. Quia *omne peccatum quodcunq; fecerit homo*, id est, ille qui ad peccandum ex sua fragilitate pronus est, quoniam de humo factus est, illud peccatū *est extra corpus*, i. extra maculationē corporis, uidelicet ex omibus alijs peccatis nulla deformitas uel inhonestas infert corpori. Sed *qui fornicatur, peccat in corpus suum*. i. cōtra honorem corporis sui: hoc est, fornicatio intantū D
polluit corpus ipsum, intantū libidinis æstus accendit, inquantum uenenū delectationis illicitæ sese per totum corpus diffundit. In alijs etiam peccatis omnia membra non sic idē appetūt, sicut in fornicatione. Et ideo hoc peccato magis hō deformatur, qm̄ istud magis q̄; aliud in corde uagatur, & cuncta mēbra huic operi mancipant̄. Vel omne pcm̄ quodcunque fecerit hō, extra corpus est, id est, in omni appetitu peccati anima est extra naturam corporis, qa in suo sensu remanet, intelligens mala esse quæ agit. Sed qui fornicatur, in corpus suum peccat: qm̄ in appetitu & operatione fornicationis sic peccat anima, ut redigatur in naturā sui corporis, quia nihil tunc cogitat, nihil sapit, nihil intēdit nisi quæ carnis sunt. Sic enim totus hō absorbetur ab ipso & in ipso corpore, ut iam dici nō possit ipse animus suus esse, sed simul totus hō dici possit caro esse & spiritus uadens & non rediens. & ideo uidetur Apostolus exaggerare fornicatiōis malum super cætera omnia peccata, quæ *Psal. 77* etsi per corpus committunt̄, nō tamen animum humanū concupiscentiæ carnali ita efficiunt obstrictū & obnoxium, sicut in solo opere fornicationis corporalis cōmiscetur animus & congluti natur, deuictus intm̄, ut nihil aliud ipso momēto & experimēto huius tā magni flagitij cogitare liceat homini uel intendere, nisi quod sibimet addicit. Vñ merito in corpus suum peccare dr̄, quia nusq; sic totus hō corporis ipsius uoluptati affigitur, ut in comparatione huius tanti mali cætera

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pcta extra corpus esse uideãtur, etiam si per corpus exerceantur: qm̃ solius fornicationis uis tãta est, ut fornicans imperiosæ libidinis conditioni se subdat, propriumq; ipsius corporis mancipiũ pessimum faciat in tẽpore ipsius immundissimæ operationis, ut (sicut dictũ est) non sit liberæ humanæ menti cogitare uel intẽdere aliud, nisi quod agit in ipso corpore. & ita in corpus suũ peccat. i. totus in corporis sui uoluptatẽ miserabiliter demergit in ipsa perpetratione peccati. Hæc dicta sunt de speciali fornicatione huius corporis. Est aũt & generalis fornicatio hũanæ animæ, q̃ non adhærẽs
Iacob. 4. quisq; deo, adhæret mundo. Cæterꝝ Iacobus tales sic increpat: Adulteri, nescitis qa amicitia huius mundi inimica est deo? Quicunq; ergo uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei cõstituit. Et de hac gñali fornicatione mentis, q̃ oĩa in se mala continet, qua non hæret deo dum hæretur mundo, recte ualet intelligi, quod nunc dr: quia omne pctm̃ quodcunq; fecerit homo, extra corpus est; qui autẽ fornicat, in corpus suum peccat. Quia si non fornicatur anima humana adhærens mundo, sed casta permanet adhærens deo, quæcunque alia peccata uel ignorando, uel negligendo, uel obliuiscendo, uel non intelligendo fragi-
B litate mortalitatis potuerit incurrere, extra corpus erũt. i. extra corporalis & temporalis concupiscentiæ malũ. Quod si adhærẽs mundo longe faciat se à deo, peccat in corpus suũ: qa corporali cõcupiscẽtia ad quæq; tẽporalia & carnali sensu
Rom. 1. & prudentia humanus animus trahitur atque distenditur, seruiens creaturæ potius q̃ creatori.

1. Cor. 6 Supra. 3 An nescitis qm̃ membra uestra templum sunt spũssancti, qui in uobis est, quẽ habetis a deo, & non estis uestri?
Infra. 7. 1. Petr. 1 Empti em̃ estis precio magno. Glorificate & portate deum in corpore uro.

¶ Item ideo fugiẽda est fornicatio, qm̃ membra uestra corporea sunt tẽplum spiritus sancti, & hoc *nescitis* qui fornicari uolebatis? Nolite ergo putare quod deus pctã carnis non curet. Graui ter eum offenditis, si templum eius. i. membra corporis uestri corrumpitis. Qũo non uultis maculari domus uestras, sic nec deus domũ suam. i. corpus uestrũ. Si uobis nõ parcitis propter uosipsos, parcite uobis propter deũ, qui fecit uos templum suum. Grauiter enim peccatis, si templum eius quod est in uobis, corrumpitis. *Membra uestra templũ sunt spirituſſancti.* Vere idem spũs apertissime declarat esse deus, quia nisi deus esset, templum utiq; nõ haberet. Nec minor est christo, cuius templũ sunt corpora uestra, quæ sunt mẽbra Christi. Membra corporis uestri tẽplum sunt spiritussancti, *qui in nobis est* tãquam deus in templo suo, *quem habetis a deo* patre: & ita cauete ne offendatis spiritum sanctum qui in uobis habitat, & deum qui dedit uobis hunc spiritum. Quia templum estis spiritussancti, ut ipse in uobis manẽs, omnia uestra mẽbra gubernat & moueat ad bene agẽdum: *& non estis uestri*, ut facere uobis liceat qd uultis: sed estis eius, q̃ sanguine suo uos emit, ut uoluntatẽ eius faciatis. Manifestum est enim, quia qui emptus est, non est sui arbitrij, sed eius à quo emptus est, ut non suam, sed illius faciat uoluntatem. Ideo propensius seruite dño, qui uos emit de manu inimici, ne offensus à uobis, reddat uos eidem uastatori. Vere non estis uestri ad faciendum quicquid placuerit, quia *empti estis* ad dei seruitium *precio magno*. i. sanguine ipsius dñi. Qui sanguis est precium, non corporea quãtitate, sed spirituali uirtute & sanctitate magnũ; quia nullũ fuit in eo pctm̃, sed omnis iustitia: & ideo mẽbra uestra quæ sunt templum spiritussancti, & sunt redempta precio sanguinis domini, cauete meretrici adiungere ad contumeliam redemptoris & spiritus sancti: sed potius *glorificate & portate deum in corpore uestro*. i. spiritum sanctum in templo suo Glorificare deum, est secundũ eius legem uiuere. Portare deum, imaginẽ eius in rebus bene Matt. 5 gestis ostendere. Glorificate deum bene operando, & portate deum iugũ eius super uos tollendo. & hoc facite in corpore uestro, id est, in moderamine corporis uestri, ut nihil in uestro corpore D notari possit quod ad dei contumeliam spectet, quod non eius gloriam commendet.

CAPVT VII.

DE quibus autẽ scripsistis mihi, bonum est homini mulierẽ nõ tangere. Propter fornicationẽ aũt unusquisque suã uxorẽ habeat, & unaquæq; suũ 1. Cor. 7 uirũ habeat. Vxori uir debitũ reddat, similiter autẽ & uxor uiro. Mulier sui corporis potestatẽ nõ habet, sed uir. Similiter aũt & uir sui corporis potestatẽ nõ habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicẽ, nisi forte ex cõsensu ad tempus, ut uacetis oratiõi: & iterꝝ reuertimini in idipsum, ne tentet uos satanas propter incontinentiã uram. Hoc autẽ dico secũm indulgentiã, nõ secũm imperiũ. Volo aũt oẽs hoies esse sicut meipsum. Sed unusquisq; propriũ donũ habet ex deo, alius quidem sic, alius uero sic. Dico aũt nõ nuptis & uiduis: Bonũ est illis, si sic permanserint sicut & ego. Quod si non se continent, nubant. Melius est enim nubere quam uri.

¶ Corinthij prauis sensibus pseudo apostolorũ exagitati, q̃ nuptias p hypocrisim (ut puriores cæteris uiderẽt) spernendas dicebant, epistolam

A de his Apostolo miserũt, ut qd ipse sentiret agnoscerent. Quia enim nõ oblectabant hac sentẽtia, ideo prætermissis cæteris, quæsierũt solummodo de nuptijs, & de his quę ad has pertinere uidebantur. Inter cætera em̃ per literas quæsierunt utrum post fidem Christi cælibes esse deberent, & continentiæ causa quas habebant uxores dimitterent, an si uirgines credidissent, inirent matrimonia. Et cum e duobus ethnicis unus credidisset in Christum, utrum credens relinqueret non credentem. Et si essent ducendæ uxores, Christianas tantum accipi iuberet, an & ethnicas. Videamus igitur quid ad hæc Apostolus rescripserit. Sed ita continuatur litera: Moneo uos glorificare & portare deum in corpore uestro mundo & sancto. Sed de his *de quibus scripsistis mihi*, uolo uos scire, quia *bonũ est homini mulierem non tangere*. Vnde patet qa malum est tangere. Nihil enim bono contrarium nisi malum. Si autem malum est & ignoscitur, ideo concedit, ne malo quid deterius fiat. Simulq; animaduertenda est Apostoli prudentia. Non dixit, Bonum est uxorem non habere: sed, Bonum est
B mulierem non tangere: quasi in tactu periculum sit, quasi qui illam tetigerit, nõ euadat. Quemadmodum em̃ qui ignem tetigerit, statim aduritur, ita uiri tactus & fœminæ sentit naturam suam & diuersitatem sexus intelligit. Bonum est nõ tangere. Sed *propter fornicationem* uitandam *unusquisq; suam uxorem* legitimam *habeat*, non concubinam, *& unaquæq; uirum suum habeat*. Solus fornicationis metus facit hæc concedi. Velut si quis definiat, Bonum est triticeo pane uesci, & edere purissimam similam, tamen ne quis fame compulsus comedat stercus bouinũ, concedo ei ut uescatur & hordeo, non ideo frumentum non habebit suam puritatẽ si linitum hordeo præferatur, sicut nec fornicatio, ni nuptiæ præferunt. Nec dixit, propter fornicationẽ unusquisq; ducat uxorẽ. Alioquin hac excusatiõe libidini frena laxaret, ut quotiescũq; uxor morit, toties ducenda sit alia ne fornicemur: & q̃ cõtinentiã promiserant, uel diuinis auctoritatibus uxorem habere non possunt, uiderentur ad hanc ducendam relaxari. Sed ait, Vnusquisque uxorem suam habeat, suam scilicet, quã habebat antequam crederet. Quam bonũ erat uxorem non tãgere, & post fidem Christi sororem tantũ nosse, non coniugem, nisi fornicatio tactum excusabilem faceret. *Vxori uir debitum reddat, similiter aũt & uxor uiro*. Postquam semel sociati sunt coniuges, non licet uni ut se contineat sine uoluntate alteri us, sed debitum compari reddere cogitur, ne qui incontinens est, cadat in adulterij damnabile flagitium. Acceptabilis autem est deo sola continendi uoluntas eius, qui cõtinentiam seruare uellet, sed propterea debitum reddit, ne coniunx pereat. *Mulier sui croporis potestatem non habet*, ut tradat illud alij uiro, uel contineat se, sed in uiri eius potestate est corpo eius. Sed *& uir similiter potestatem nõ habet sui corporis* ad aliam mulierem, uel ad continentiam, *sed mulier* habet illud in potestate. Hic non dominium tollitur uiro, sed uitium. In hac enim re sunt ambo pares, ut neuter possit agere de corpore suo quod uoluerit, id est, de parte corporis q̃ sexus utriusq; carnali sorte discernitur, sed in C alijs rebus præst uir. & quia neuter habet potestatem proprij corporis, ergo *nolite fraudare inuicem*. i. subtrahere alter alteri coniugale debitum, ne dissensio generet adulterium. Quod cõiuges coeunt præter intentionẽ generationis, nõ est nuptiarum malum, sed ueniale propter nuptias bonum, qd est triparticum, fides, proles, sacramentũ; Fides, ne cum alio uel cum alia coeatur. Proles, ut religiose educetur. Sacramentũ, ne coniugium separet. Nolite fraudare inuicẽ, *nisi forte ex consensu*. i. ex cõdicto *ad tempus*. i. ali quo sacratioris temporis spatio, *ut uacetis orationi*. Non enim ualet infirmitas uestra complere (quod alibi præcipitur) ut sine in 1. Thes. 5 termissione oretis, quia quotiescunq; debitum ad inuicem redditis, orare non potestis. Cum ergo semper orandum sit, nunquam esset coniugio seruiendum. Sed quia non ad hoc sufficitis, saltem interpositis temporibus uos continete, ut oratio, ni possitis insistere, quoniam orationis suffragio indigetis. Ne enim damnetur talis coniugum uita, deprecatio simplex ad deũ est fundẽda: & quãuis munda sint cõiugia, tamen etiam à licitis abstinendum est, ut facilius ad effectũ deducatur oratio. Nam & in lege sanctificari uolentes, ab opere coniugali se cõtinebat ut fierent sanctiores. Cum enim quis etiam concessa non contingit, ostendit se uelle qd precatur accipere. Dixi ut propter oratiõnẽ ad tempus consentiatis inuicẽ seruare con- D tinentiam, & expleto illius orationis tempore, *iterum reuertimini in idipsum* opus cõiugale: quia etsi culpa est, tamẽ uenialis est propter nuptias, & per Psal. 50. hanc fornicatio uitatur. Concedenda est enim minima culpa, si aliter nõ potest declinari maxima. Reuertimini in ipsum naturalem usum, *ne satanas*, id ẽ, diabolus uestrę saluris aduersarius, *tentet uos* de fornicatione *propter incontinentiam uestram*, id ẽ, propter hoc qa uos continere nõ potestis. Si em̃ continentiam ambo seruare possetis, tentatio satanæ timenda non esset, qm̃ aduersus neutrum ex uobis prævaleret. Dico ut in idipsum reuertamini, sed *hoc secundũ indulgentiam, non secundũ imperium*. qa hoc uobis indulgetur, non præcipitur: & ideo non peccat qui aliter agit, imo peccat qui sic agit, sed leuius. Non enim sine uitio est quod ignoscitur, & nõ præcipitur. Sed cum in dubijs constringimur, utiliter in minimis subdimur, ne in magnis peccemus. Culpa quippe esse innuitur, quod indulgeri perhibetur: sed q̃ tanto citius relaxetur, quanto non per hanc illicitum quid agitur, si hoc quod est licitum, sub moderamine non tenetur. Tunc enim solum coniuges sine culpa sunt in admixtione, cum nõ pro explenda libidine, sed pro suscipienda prole miscent. Sed tamen & alia commixtio, quæ fit p sola uoluptate, ueniam accepit propter nuptias. Hoc, inquit, uobis secundum indulgentiam infirmis pmitto: sed tamen *uolo* (si possibile sit) *omnes homines esse sicut meipsum*. i. abstinentes ab oĩ concubitu, sicut ego abstineo. *Sed unusq;*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *quisque* fidelium *habet proprium donum ex deo, alius quidem sic*, id est, ut sit omnino continens. *alius uero sic*, id est, ut uxori copulatus nulli alij misceatur. Vbi satis apparet, non tantum continentiam donum dei esse, sed coniugatorũ etiam castitatẽ. Cum aũt dona dei esse monstrantur, à quo petenda sint, discitur, si non habeãt: & cui sint agendę gratiæ, si habentur. Coniuncti quidem debitum reddant. Sed *non nuptis*, i. uirginibus, *dico & uiduis*, quia *bonum est illis, si sic permanserint sicut & ego*, i. castæ. Postquam nuptis cõcesserat usum coniugij, & ostenderat qd ipse uelle, quid ve cõcederet, transit ad innuptas & ad uiduas, & se ponit exemplum, & felices uocat si sic pmanserint. Quomodo diceret, Bonum

☞ est innuptis si sic permanserint sicut & ego, nisi esset integer corpore? aut qũo diceret, uolo omnes homines esse sicut meipsum? Si enim uxorem habuit qui hoc dixit, ergo oẽs homines uxoratos esse uoluit, nullamq; uirginẽ esse. Sed absit ut suspicemur illum habuisse coniugem. Sic em à puericia seruebat spũ, ut huius rei curam nõ haberet, & iuuenculus à gratia dei esset anticipatus. Ideoq; uult oẽs homines esse uirgines sicut ipse est, &

Infra. 10 innuptas perseuerare tales qualis ipse est. *Quod*, id est, sed, *si non se continent*, i. si uiderint se non posse incentiua carnis cõprimere, *nubant*. Ideo aũt non

B se continere ualent, quia nõ toto corde id appetunt, & pptерea nõ merentur adiuuari diuinitus. Illum em deus adiuuat, quẽ uidet tota uirtute cõtendere, nec finit illum tẽtari supra uires pprias. Quæ ergo propter mentis imbecillitatẽ non possunt continere carnis impulsionẽ, nubant, ne in barathrum diaboli p fornicationẽ corruant. Nã *melius est nubere quam uri* ardore desiderioq; carnalium. Sed sine culpa seculi ad coniugium ueniant, si tamen necdum meliora deuouerunt. Ideo aũt melius est nubere, quia peius est uri. Melius enim ad comparationẽ deterioris respicit, nõ ad simplicitatem incomparabilis p se boni, uelut si dicaẽ, Melius est unum oculum habere cę nullum. Vri autẽ est desiderijs carnis æstuare. Cum em mens calori carnis consentit, uritur. Pati uero desideria & non uinci, illustris uiri est & perfecti.

His autẽ qui matrimonio iuncti sunt, pręcipio non ego, sed dñs, uxorem a uiro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. Et uir uxorem non dimittat.

Matth. 5 & 19 *Mar.* 10 *Luc.* 16.

¶ Innuptis & uiduis suadeo ut sic permaneant, sed *his qui sunt iuncti matrimonio*, i. uiris & fœminis, q iam copulati sunt in coniugio, *non ego* pcipio, *sed dominus* ipse p euangelium præcipit, *uxorem a uiro non discedere*. *Quod*, i. sed *si* ab eo *discesserit* ea causa qua dñs permisit, i. propter fornicationẽ uiri, præcepit eam dñs *manere innuptam*, dum uir eiq; uxerit: *aut* si se non cõtinet, *reconciliari* potius *uiro suo* uel correpto, uel tolerando, cę alteri nubere. sed tamen particeps delicti mariti incorrepti fiet. Et *uir uxorem non dimittat*, quia si fornicata fuerit, non est uxor legitima, ideoq; potest dimitti. & subintelligendũ est idem de uiro, quod de uxore pmissum est, ut si uir uxorẽ dimiserit ob fornicationẽ eius, maneat inconiunctus: aut si se non põt continere, reconcilieť uxori suæ, uel correpte uel tolerandę. Tamẽsi correpta nõ fuerit, particeps fiet peccati eius uir q eam tenuerit. Quoniã qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur. & ut Salomon ait, Qui tenet adulteram, stultus est & insipiẽs. Hæc de his dicta sunt, qui post acceptionẽ christianitatis sociati sunt in coniugio. De illis autem quos fides in coniugio inuenerat, subditur:

C

Supra. 6 *Prou.* 7.

Nam cęteris ego dico, nõ dominus. Si quis frater habet uxorem infidelem, & hæc consentit habere cum illo, non dimittat illam. Etsi qua mulier fidelis habet uirum infidelẽ, & hic cõsentit habitare cum illa, nõ dimittat uirum. Sãctificatus est em uir infidelis p mulierem fidelem, & sanctificata ẽ mulier infidelis p uirum fidelem. Alioquin filij uestri ĩmũdi essent, nunc aũt sancti sunt.

D

¶ Vbi uterq; fidelis est, præcepit dñs ne dissocientur. *Nam cæteris*, i. illis q non ambo sunt fideles, sed unus credidit, alter in infidelitate permansit, *ego dico, non dominus*. Si qs frater &c. Quoniã ab infideli discedere nec phibet, nec iubet dñs, ideo ut nõ discedat, Apostolus dicit, nõ dominus, habẽs uticq; spũm sanctum, in q dare posset utile & fidele consilium. Q̃d uticq; monendũ, non iubendũ fuit: quia nõ tanto põdere prohibẽdi sunt homines facere licita cũ non expediant, quãto prohibemur illicita, itaq; licitum erat p iustitiam, sed etiã licitũ nũc erat faciendũ propter liberam bñuolentiam seculi, ut credẽs relinqueret nõ credẽtem, qa fortasse cõuersurus eum erat ad fidẽ. Cum ergo ait, ego dico, non dñs, satis ostendit dominũ non phibere qd ipse, phibebat. Prohibuisset aũt dominus, si esset illicitum. *Si quis frater*, i. Christianus *habet uxorem infidelem*, Cui sociatus sit antequã uenisset ad fidem, *& hæc consentit habitare cum illo*, i. non abhorret eum propter fidẽ Chri, nec exec̃atur q̃d Christianus est, *non dimittat illam*: qa & ipsa postmodũ fortasse fiet christiana, si cũ eo fuerit assidua. Iam em aliquantulũ facta est domestica, q̃d uirum patitur christianũ. Et eo modo *si qua* Christiana *mulier habet uirũ infidelem*, cui sociata sit antequã crederet, *& hic consentit habitare cũ illa*, quã scit Christianam, nec ideo abhorret illã, *non dimittat uirũ*, quia iam in aliquo domitus est. Hoc nõ præceptũ, sed consilium est Apostoli & admonitio. Si quis uero aliter fecerit, nõ erit præcepti transgressor, sed Apostoli consilium non tenebit. Cum aũt propter infidelitatem coniunx dimitti possit, & iuxta domini sententiam dimitti nequeat nisi causa fornicationis, manifestum est & infidelitatem esse fornicationẽ. Quia seculi idololatria, quam

Matt. 5 & 19

A sequunť infideles, & quælibet noxia superstitio, fornicatio est. Dominus aũt permisit causa fornicationis coniugem dimitti. Sed qa permisit, non iussit, dedit Apostolo locum monendi, ut qui uoluerit, non dimittat infidelem, quia si. forsan fiet fidelis. Potest em esse multoq; occasio lucrandorum, si fideles coniuges in relinquẽdis infidelibus pmissa licentia non utantur. *Sanctificatus est enim*, id est, sanctus effectus est, *uir q erat infidelis, p mulierem fidelem: & sanctificata est mulier*, q̃ prius erat infidelis, *per uirum fidelem*. Credendũ est, quia iam pueneratut nõnulli uiri per uxores fideles, & fœminæ per uiros fideles in fidem uenirent. Et quamuis nõ dicens nomina, exemplis tñ hortatus est ad confirmandũ consilium suũ. Deinde subiecit: *Alioquin*, id est, si dissociaretur coniugium uestrum, *filij uestri essent immũdi*, id est, spurij, nõ legali copula nati. *Nunc autem sancti sunt*, id est, mundi, quia uos in uestro coniugio maneris. iam em erant paruuli christiani, q siue autore uno ex parentibus, siue utroque consentiente, sanctificati erant baptismate. Quod nõ fieret, si uno credente dissociaretur coniugium, & non toleraretur infidelitas coniugis usque ad opportunitatem credẽdi, Vel in eo q̃d dictũ est, sanctificatus est uir infidelis &c. potuit

B Apostolus & prophetiæ spiritu uerbo præteriti temporis uti pro futuro: quoniam postea sæpe contigit ut alter per alterum ad fidem conuerteretur. Alioquin si alter alteri non consentiret, filij uestri essent immundi. Sed nunc sancti sunt, quia de licito coniugio procreati, & sub creatoris ueneratiõe nati sunt ex maiore parte, dum unus ex uobis esset Christianus, & alter ei cõsentiret. Nam sicut oẽ quod per dedicationem fit idolorum, immundum est: ita & quicquid sub dei creatoris perfectione fit, sanctum est. Sed quod nunc magis uerba Apostoli uidentur sonare, & quodammodo cogere, aliqua hic intelligẽda est sanctificatio, qua sanctificabať uir uel mulier infidelis in coniuge fideli, & q̃ sancti nascebantur filij fidelium: *Locus ob scurus.* siue quia in menstruo sanguine mulieris à concubitu, quicunque uir uel fœmina id in lege didicerat (nam hoc Iezechiel inter illa præcepta ponit, quæ non figurata accipienda sunt) siue propter aliam quamlibet, quæ ibi aperte proposita non est, ex ipsa necessitate cõiugiorum atque filiorum sanctitatis asperginem. Illud tamen sine dubitatione tenendum est, quęcunque illa sanctificatio sit, non ualere ad Christianos faciendos, atque ad dimittenda peccata, nisi Christiana & ecclesiastica institutione sacramentis efficiantur fideles. Nam nec coniuges infideles, quamlibet sanctis & iustis coniugibus hæreant, ab iniquitate mundantur, quæ à regno dei separatos in damnationem uenire compellit: nec paruuli de quibuslibet sanctis iustisq; procreati, originalis peccati reatu absoluuntur, nisi in Christo fuerint baptizati.

Q̃d si infidelis discedit, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi. In pace autem uocauit nos deus. Vnde enim scis mulier C si uirum saluũ facies? aut unde scis uir si mulierem saluam faciés, nisi unicuiq; sicut diuisit dominus?

¶ Fidelis non discedat ab infideli. Sed *si infidelis* uir aut mulier *discedit* odio fidei, discedat, permittatur discedere. Ideo dico, ut detur ei libertas abeũdi, quia *non est subiectus seruituti frater aut soror*, id est, Christianus aut Christiana, *in huiusmodi* coniuge, ut cogatur fidẽ dimittere, ne coniugẽ amittat infidelem. Sed quandiu possunt simul esse in pace, non separẽtur, quia *deus nos* auersos à se *uocauit in pace*, id est, dum essemus inuicem cõcordes, & ideo causa uocationis eius non debemus pacẽ rumpere, in qua nos eius uocatio reperit: sed in ea, si fieri potest, manere. & uere manẽdum est in coniugali pace, nec expedit discedere, quamuis liceat. Quia *unde scis o mulier si uirum* tuum *saluũ facies*, conuertẽs illũ ad fidem, sicut iam sæpe sanctificatus est uir infidelis per mulierẽ fidelem? *Aut unde scis o uir si* tuam *mulierem saluam facies*. cõuertens illam ad christum per cohabitationẽ & colloquutionem & amicitiam tuam, sicut frequenter sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelem? Quod enim in alijs iam factum est, forte & in uobis fiet, fortasse enim sunt credituri, qui nõ abhorrẽt nomen Christi. Vnde inquam, scis si saluum facies compàrem tuum, *nisi* ita te habeas ad eum *sicut dominus diuisit unicuiq;*, id est, uiro præsse, uxori subesse. Vel, unde scis si eum saluabis, nisi quẽadmodum dñs diuisit unicuiq; quando saluetur, i. præordinauit quando credat, & sustinet illũ donec præfinita hora credulitatis eius ueniat? Sic & tu loganimiter expecta, ut credat.

D

Vnũquenq; sicut uocauit deus, ita ambulet, & sicut in oĩbus ecclesijs doceo. Circũcisus aliqs uocatus est? nõ adducat pręputiũ. In pputio aliquis uocatus est? nõ circuncidať. Circũcisio nihil est, & pręputium nihil est, sed obseruatio mandatorũ dei. Vnusquisq; in qua uocatione uocatus est, in ea pmaneat. Seruus uocatus es? nõ sit tibi curæ. sed & si potes fieri liber, magis utere. Qui em in dño uocatus est seruus, libertus est dñi. Similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi. Precio empti estis. Nolite fieri serui hominum. Vnusquisque ergo in quo uocatus est frater, in hoc permaneat apud deum.

Galat. 5 & 6. *Ephe.* 4. *Supra.* 9. 1. *Petr.* 1

¶ Nolite, inquam, ab inuicem separari. Sed *sicut deus uocauit unũquenq;*, i. *ita ambulet* qui uocatus est, id est, si quando credidit, erat coniugatus, uel circuncisus, aut præputiatus, talis permaneat &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A post baptismum, *sicut ego* non solummodo apud uos, sed etiã *in omnibus ecclesijs doceo*. & ideo tenendum uobis est quod omes ecclesiæ tenent, nisi alium ritum q̃ omnes ecclesiæ, tenere malueritis. Vere unusquisq; debet ambulare ut uocatus est. Nam *circumcisus aliquis uocatus est*, id est, si iam circumcisus erat quãdo ad fidem uocatus est, huic *non adducat præputium*, id est, non ita uiuat quasi præputium adduxerit: hoc est, q̃si in eã partem quã nudauit, rursus regimẽ carnis attraxerit, & quasi iudæus esse destiterit, ut. s. factus Christianus, nõ putet se dignũ quia non habet præputiũ, dans gloriam præputio, quasi ualeat aliquid. Sed si & *in præputio aliquis uocatus est* ad fidem, & hic *non circumcidatur*, putans circũcisionem aliquid prodesse. Nam *circumcisio nihil est*, nec prodest, nec obest ad salutẽ: *& præputium nihil est*, nec impedit, nec expedit: *sed obseruatio mandatorum dei* ualet ad salutem. Nam siue circũcisus, siue præputiatus sit quisq;, si mandata dei custodierit, saluabitur: alioquin saluus esse non poterit. Nusquam Apostolus consuetudinem aufert, quæ seruata non impedit: monet tamen ne in talibus spes salutis ponatur. Vnde &

B dicit ea nihil esse, & post subiungit repetendo præmissam sententiam: *Vnusquisq; in qua uocatione uocatus est*, id est, in qua cõditione uocationi nõ repugnante, *in ea permaneat*. Quod ad eas consuetudines uel uocationes uitæ retulit, quæ nihil obsunt fidei bonisq; moribus. Non em sicut & latro erat quisq; cum uocatus est, debet in latrocinio permanere. Dico ut in eadem conditione maneat. Nam *si seruus uocatus es*, mane in eadem seruitute. *Non sit tibi curæ* quod seruus es, nõ inde doleas, non inde solicitus sis, cupiens inde solui. *Sed & si potes liber fieri, magis utere* seruitute quasi re bona & utili. Seruitus em ualet ad humiliratem seruandam & ad patientiam exercendam. & qui in his terrenis bene seruit intentione seruandi iustitiam & humilitatem, grande sibi meritum collocat apud deum non respicientem cõditiones hominum, sed mentes & actiones. Ideo quasi bonam rem amplecte re seruitutem, nec putes nõ posse te placere deo, si seruis homini: quia *qui in domino uocatus est seruus, libertus est domini*, id est, dominus Iesus liberauit eũ à seruitute pcti, quæ est deterior. Nam si peccata seruos faciunt, cui pctã remittuntur, liber efficit. *Similiter & qui* iuxta seculi conditionem *liber uocatus est* ad fidem, *seruus est Christi*, ut ei seruiat operando iustitiam, & ita utercq; est seruus. Superbiam abscindit Apostolus & unitatem facit, ut neque seruus pudore conditionis despectum se putet, neque liber inflatione mentis elatus seruo se superponat. Vere seruus est Chri quisquis ad fidem uenit, etiam si liber apud homines iudicat. nam *precio empti estis* omes, id est, sanguine Christi, quem pro uobis in cruce fudit, ut uos sibi seruos emeret, qui eratis male liberi. Maximum nanq; crimẽ est, esse liberum à deo: maximusq; profectus, ex libero fieri seruum dei. & quia uos sibi seruos emit, ideo seruite illi soli, & *nolite fieri serui hominũ*, ut p̃pter homines post ponatis dei seruitium, uel faciatis contra eius præceptum. Hi sunt enim serui hoim, qui humanis superstitiõibus se subiciũt: q̃ tiñ hominibus placere cupiũt, & deo seruire negligũt. Sicut antea fideles coniuges monuerat ne recederẽt ab infidelibus, ita seruos q̃s in seruitute fides inuenit, hortatus est ne seruitutem relinquere curarẽt. Nũc aũt eos qui iam fidẽ perceperunt & semp liberi fuerũt, monet ut hominum serui amplius non fiant, ne forte retardent à dei seruitio, si se humano subdiderũt obsequio. Vñ & supradictam reiterat sententiã, dicẽs: *Vnusquisque ergo frater in quo* subaudit statu, *uocatus est, in hoc* statu *permaneat apud deum*, id ẽ, in domo dei, quæ est ecclesia. Id est, si liber erat q̃ uocatus est, liber maneat: aut si seruus, maneat. Non em uocatio diuina conditionẽ mutat, sed mores. Beatus aũt Hieronymus aliter hæc interpretat, & dicit q̃ ad superiorem disputationẽ, in qua docuerat Apostolũ fidelẽ ab infidelibus nõ debere discedere, sed permanere in matrimonio sicut eos inuenisset fides, & unũquenq; uel cẽlibẽ uel maritũ ita durare ut esset Chri baptismate deprehẽsus, infert parabolas circũcisi & ethnici, serui & liberi, & sub metaphora eor̃ de nuptis disputat & innuptis. Circũcisus aliquis uocat̃ est? nõ adducat præputiũ. Eo, inquit tpe, q̃ uocatus es & credidisti in Chro. si circũcisus ab uxore uocatus es & cælebs eras, noli ducere uxorẽ, hoc est, noli adducere p̃putiũ ne circũcisionis & pudicitiæ libertatẽ oneres sarcina nuptiar̃. Rursum in p̃putio quis uocatus est, nõ circũcidat. Habebas, inquit, uxorẽ cũ crederes? noli fidẽ Chri causam putare dissidij, qa in pace uocauit nos deus. Circũcisio nihil est, & præputiũ nihil est, sed obseruatio mandator̃ dei. Nihil enim prodest absq; opibus cælibatus & nuptiæ, cũ etiam fides quæ Christianor̃ est, si opa nõ habuerit, mortua eẽ dicat, & hac lege uirgines quoque. Vestæ in sanctarũ queat ordine numerari. Vnusquisq; in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. Q̃ credidit, inquit, siue habebat, siue nõ habebat uxorẽ, in eo permaneat quo uocatus est. Ac per hoc nõ tã uirgines cogit nubere, q̃s repudia p̃hibet, & sicut habẽtibus uxores tollit licentiũ dimittendi eas, sic uirginibus nubendi amputat facultatem. Seruus uocatus es? non sit tibi curæ. Sed & si potes liber fieri, magis utere. Etiã si habes (inqt) uxorẽ, & illi alligatus es, & soluis debitũ, & non habes tui corporis potestatẽ, atq; (ut manifestius loquar) seruus uxoris es, noli propter hoc habere tristitiã, nec de amissa uirginitate suspires. Sed etiam si potes causas aliquas inuenire dissidij, ut libertate pudicitiæ p̃fruaris, noli salutẽ suã cum alterius interitu q̃rere. Habes, inqt Paulo, uxorẽ difficilẽ? non præcurras morantẽ, sed expecta dũ sequat. Si egeris patienter, cõiunx mutabitur in sororẽ. Qui enim in dño uocat̃ est seruus, libertus est domini. Similiẽ qui liber uocatus est, seruus est Christi. Reddit causas cur nolit uxores deseri. Idcirco, ait, præcipio ut in Christum de gẽtilitate credẽtes inita ante fidẽ matrimonia non relinquant, quia si uxorem habes credidi,

A non tanto dei seruitio detinetur, quãto uirgines & innuptæ, sed quodãmodo est liberior, & seruitutis illi frena laxantur, & dum uxoris est, ut ita dicam, libertus est dñi. Pro quo, qui uxorem non habens credidit, & liber à seruitute cofugũ uocatus à domino est, iste uere seruus est Christi, non carne, sed spiritu sancto. Qui enim adhæret domino, unus spiritus est. Ac ne forsitan in eo quod supradixerat, seruus uocatus es, nõ sit tibi curæ, sed etsi potes liber fieri, magis utere, suggillasse continentiam uideretur, infert sententiam quę omnem amputet cauillationem: Precio empti estis, nolite fieri serui hoim. Redẽpti sumus p̃cioſissimo Christi sanguine, immolatus est pro nobis agnus, & aspersi calidissimo rore hyssopo omnem impetum noxiæ uoluptatis exoximus. Quibus in baptismate mortuus est Pharao & uniuersus suffocatus exercitus, cur rursum Aegyptum quærimus, & post mãna angelorum, cibos & allia & cepe & pepones & carnes uarias suspiramus? Hæc Hieronymus. Maritor̃ uero & cõtinentiũ disputatiõe p̃missa, tandẽ Apostolus ad uirgines uenit, & ait:

De uirginibus aũt præceptum dñi non habeo, cõsiliũ aũt do, tanquã misericor

B **diã cõsequutus a dño, ut sim fidelis. Existimo em hoc bonũ esse, ppt instãtem necessitatẽ, q̃m bonũ est homini sic eẽ.**

¶ De cõiugatis dedi p̃ceptum dñi, quod accepe ram ex euãgelio, & subieci cõsilium meũ. Sed *de uirginibus non habeo præceptũ domini*, quod uobis pferã, quia dñs nulla p̃cepti necessitate uirgines coegit sic p̃manere, sed in arbitrio uolũtatis eor̃ posuit, ut si uellent, nuberẽt, uel uirgines p̃manerẽt. Nã maioris est mercedis q̃d non cogit, sed offert. Quia si fuisset uirginitas imperata, nuptiæ uidebãtur ablatæ: & durissimũ erat contra naturã cogere, angelorumq; uitam ab hoĩbus extorquere, & quodãmodo dãnare quod cõdidit. Si em uirginitatem dñs imperasset, uidebat nuptias cõdẽnare, & hominũ auferre seminariũ, unde & ipsa uirginitas nascitur. Quę si fuisset imperata, quisquis eã non seruaret, dãnaretur. Præceptũ domini de uirginibus nõ habeo, *sed consiliũ do*. Quia ubi præceptũ, ibi necessitas est seruitutis: ubi uero cõsilium datur, ibi est arbitrium offerentis: ibi aliud facere non licet, hic aũt licet. & ideo puls amat uirgines Christus, quia sponte tribuunt quod sibi nõ fuerat imperatum. Maioris aũt gratiæ est offerre q̃d non debes, q̃m reddere quod exigeris. Consiliũ do *tanquam* de præteritis meis erratibus *misericordiam a domino consequt̃, ut* deinceps *sim fidelis*. Vel hãc misericordiam cõsequutus sum, ut sim fidelis, quia per dei misericordiam mihi datum est, ut ab infidelitate exemptus, sim fidelis: & ideo fidele est cõsilium quod do, & à domino est, per cuius misericordiam fidelis sum. Vere do cõsilium, quia istud, quod *existimo bonum esse hoc*, id est, uirginitatẽ seruare. Vel quia fidele possum dare cõsilium, ergo existimo bonum esse hoc, ut quicunque poterit, uirgo pmaneat: hoc existimo *propter instantem necessitatem*, quę instat coniugia ineuntibus, quia deinceps semp necesse est illis cogitare de temporalibus, & tunc intumescunt uteri fœminar̃, atque cum maximo dolore parturiunt, & cũ grandi labore nutriũt filios: ac deinde accidit frequẽter, ut & filijs orbent & maritis, atq; reliquũ in egestate & calamitate ducant. Sed uirginitatis obseruatio bona est, nõ solum propter supnam mercedẽ, sed etiam p̃pter huiusmodi instantẽ necessitatẽ. Vel propter instantẽ necessitatẽ, quia necessitas instat omĩbus, ut se prẽparent ad aduentũ iudicis, quod coniuges minus facere possunt, dum curis mũdanis occupant. Propter huiusmodi necessitẽ existimo bonum esse in uirginitate manere, *quoniam bonum est homini sic esse*, id est, in uirginitate: quia non solum in futuro seculo gloriam, sed & in p̃senti requiem & libertatem habet uirginitas.

Alligatus es uxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem.

¶ Dixi quia bonũ est homini sic esse, & cũ si *alligatus es uxori, noli quærere solutionem*, ut cõtinent uiuas, qa non licet uxorẽ dimitti nisi causa fornicationis. Sed *si solutus es ab uxore*, tunc accipe meum consiliũ ut non quæras uxorẽ. Habet unusquisq; nr̃m terminos suos. Redde mihi meũ, & tu tene tuũ. & si alligatus es uxori, ne des illi repudiũ: si solutus es, ne q̃ras uinculũ. Vt ego nõ soluo cõiugia si semel ligata sunt, ita tu nõ liges, q̃d solutum est. *Matth. 5 & 19.*

D **Si autem acceperis uxorem, nõ peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit. Tribulationẽ tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem uobis parco.**

¶ Dixi ne q̃eras uxorem. Sed cũ *si acceperis uxorem, non peccasti*. Aliud est nõ peccare, aliud bene facere. Non em male agit q̃ uxorem ducit, sed cõtra malã fornicationis actionẽ semuniuit. *Vt si nupserit uirgo, non peccauit*. Non illa uirgo, q̃ se semel dei cultui dedicauit. Harum enim si q̃ nupserit, habebit dãnationẽ, quia primam fidẽ irritam fecit. Virgines enim q̃ post cõsecrationẽ nupserint, nõ tam adulterę sunt cr̃ iniustæ. Ne aũt uideret Apostolus in eo q̃d dixit, & si nupserit uirgo, nõ peccauit, rursum cælibes ad nuptias reuocare, statim se refrenauit, & aliud inferendo infirmauit, q̃d concesserat, ac deterruit à nuptijs, dicens: *Tribulationem tamen carnis habebũt huiusmodi*. Id ẽ, licet non peccẽt q̃ coniugia sortiuntur, tñ leuius cõiugio possunt uiuere, qa tribulationẽ carnis habebunt qui sunt huiusmodi, & nos ignari rei̇ putabam̃ nuptias saltẽ carnis habere lætitiã. Si aũt nubentib̃ & in carne tribulatio est, in q̃ sola uidebant habere delicias, q̃d erit reliquum propter q̃d nubant, cum & in spũ & in anima & in ipsa carne tribulatio sit? Nã & maiores tribulatiões hi frequent ex carne suscipiunt, q̃ carnis uoluptatib̃ delectant. Tribulationẽ habebũt, Sed *ego* dum consulo uitare *1 Timo. 5*

Universidad de Deusto
Biblioteca

hanc, parco, *uobis*, id est, nolo uos illam sentire, sed
A immunes ab ea esse. Vel parco uobis, id est, ostendo sic carnis tribulationem, quasi nō maiora sint propter quæ nubere non debeatis.

Hoc itaque dico fratres, tempus breue est. Reliquum est ut q̄ habent uxores, tanquam nō habētes sint: & q̄ flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam nō gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam nō utantur. Præterit enim figura huius mundi.

¶ Quandoquidem parco uobis à tribulatione, ut nō eam per nuptiarum implicamēta sustinere cogamini, *ita q̄; fratres hoc dico uobis*, q̄a *tempus* uitæ p̄sentis *breue est*: nec adhuc populus dei, ppagando est generatiōe spirituali, qm̄ omnia in breui finient. *Reliquū est*, i. hoc solū restat agēdū, *ut & q̄ habent uxores* &c. Vxorē nanq; haber, sed q̄si non habēs est, q̄ scit sic debita carnis exoluere, ut tamē pea mūdo tota mente non cogatur inhærere. Nam cum
B Apostolus iste rursum dicat, Qui habet uxorem, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori: ille uxorem habet, quasi nō habens, qui sic studet placere coniugi, ut tamen nō displiceat conditori. Flet quoq;, sed quasi non fleat, qui sic temporalibus damnis affligitur, ut tamen de æternis lucris animum semper cōsoletur. Gaudet uero, sed quasi non gaudeat, qui sic de temporalibus hilare scit, ut tamen semper perpetua tormenta consideret: & in hoc quod mentem gaudio subleuat, hāc continuo pondere prouidi timoris premat. Vxorem inquam, habet quasi nō habendo, qui sic per illam carnali consolatione utitur, ut tamen nunquam ad praua opera melioris intentionis rectitudine eius amore flectatur. Vxorem quasi non habendo habet, qui hæc transitoria esse cōspiciens, curam carnis ex necessitate tolerat, sed ęterna gaudia ex desiderio spiritus expectat. Non flendo aūt flere, est sic exteriora aduersa plangere, ut tamen noueric internæ spei consolatione gaudere: & rursum, non gaudendo gaudere, est sic de infimis animum attollere, ut tamen nunquam desinat summa formidare. Emit autem, sed quasi nō possider, qui ad usum terrena præparat, & tamen cogitatione alta p̄uidet, quod citius hæc relinquat. Mundo quoq; utitur, sed quasi nō utatur, qui & necessaria cuncta exterius ad uitæ suæ ministerium redigit, & tamen hæc non sinit suæ menti dominari, ut subiecta foris seruiant, & nunquam intenti onem animi ad alia tendentis frangant. Quicunq; igitur tales sunt, eis pfecto terrena desideria oīa non ad desiderium, sed ad usum adsunt: quia rebus quidem necessarijs utuntur, sed nihil habere cum pctō cupiunt. De ipsis quoq; rebus habitis quotidie mercedes quærunt, & plus gaudent bono opere q̄; bona possessione. Taliter, inquit, agere debetis. *Præterit enim figura huius mūdi*. Ac si aperte diceret: Nolite cōstanter mundū diligere, quando & ipse nō potest quē diligitis, stare. Incassum cor q̄si manentes figitis, dū fugit ipse quē amatis: & si mūdus transit q̄ uniuersa clauduntˊ, imo figura & cōuersatio hæc mūdi quasi nubes præterit, inter cætera mūdi opera & nuptiæ p̄teribunt. Neque em̄ post resurrectionē erunt cōiugia. Si aūtē mors finis est nuptiarū, cur necessitatē in uolūtatē nō uertimus: & qēinuitis extorquēdum est, cum spe premioꝝ offerimus deo? Præterit figura mūdi, nō natura, ut in aliam speciē mundus uertat, & de hoc ueteri cælo ac terra fiat cælum nouū & terra noua. Tunc em̄ figura mūdi quotidie senescentis pfectę præteribit, quādo cōflagratione mūdana elementoꝝ corruptibiliū qualitates, q̄ corporibus nostris corruptibilibus cōgruebant, pœnitendo, i. ardendo interibunt, atq; ipsa mūdi substātia qualitates habere incipiet, q̄ corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniant, ut scilicet mundus in melius innouatus, apte accommodetur hominibus etiam carne in melius innouatis.

C

1. Ioha. 2.

Mat. 22. Mar. 12. Luc. 20.

Isa. 65. & 66. 2. Pet. 3. Apo. 21.

Volo autem uos sine solicitudine esse. Qui sine uxore est, solicitus est q̄ domini sunt, quō placeat deo. Qui aūt cum uxore est, solicitus est q̄ sunt mūdi, quō placeat uxori, & diuisus est. Et mulier
D innupta & uirgo cogitat quę dn̄i sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu. Quę aūt nupta est, cogitat quæ sunt mūdi, quomodo placeat uiro. Porro hoc ad utilitatem uestrā dico, nō ut laqueum uobis iniiciam: sed ad id q̄d honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento dominum obsecrandi.

¶ Mūdi forma p̄terit, & hæc oīa temporalia. Sed ego *uolo uos esse sine solicitudine* tēporalium, quā habēt cōiugati, ut possitis libera mente diuinis intendere. Nā *qui sine uxore est, solicitus est* eoꝝ *quæ sunt domini*, i. studet ieiunijs & orationibus, hūilitati ac misericordiæ cęterisq; uirtutibus, cogitans *quō placeat deo*, faciens ea q̄ sunt illi grata. Sed q *cum uxore est, solicitus est* eoꝝ *quæ sunt mūdi*, ut habeat uñ pascat uxorē & filios, i. studet multiplicare diuitias, & uineas agrosq; fertiles & amplos habere, uarianq; supellectilem possidere, intēdens *quō* per hæc *placeat uxori, & diuisus est*, i. in multas partes solicitudinū miseriarumq; distractus. Vel diuisus est, q̄a singulariter dño non seruit, sed partim dño, partim seculo. Ex cōiugijs qppe terrenæ solicitudines p̄deunt, & idcirco uitā cælibem quisq; magis debet eligere, ne ppter coniugiū cogatur solicitudinibus mūdanis intentus esse. Bonū est em̄ coniugiū, sed mala sunt q̄ circa illud ex huius mūdi cura succrescūt: & ideo nūc Apostolus cū ad cælibatus gratiā instrueret, nō coniugium spreuit, sed curas mūdi

A nascentes ex coniugio repulit. Et quēadmodum de uiro dictū est, simili modo & de fœmina constat, q̄a *mulier innupta & uirgo cogitat quæ domini sunt*. Non oīs innupta, & uirgo est: quę aūt uirgo, utique & innupta est. Hinc post mulierē posuit nūc Apostolus uirginem, ut mulierem significaret nō esse uirginem. Quanquam ob elegantiam dictionis potuerit idipsum altero ῥbo repetere, mulier innupta & uirgo: uel certe definire uoluisse, quid esset innupta & uirgo, ne & meretrices putaremus innuptas, nulli certo matrimonio copulatas. Innupta & uirgo cogitat quæ domini sunt. Non iam cogitat temporalia, nec cogitat quēadmodū non puniatur à deo, sed quēadmodū placeat deo pluchritudine interiore, decore mentis, formositate interioris hominis. Vt nihil aliud esset, ut nulla merces amplior uirginem sequereť, sufficeret ei hæc sola prælatio, cogitare quæ domini sunt, & ornare se sponso cælesti. Cogitat *ut sit sancta corpore & spiritu*, i. carne & mente. Nōnullæ enim sunt uirgines carne, non spiritu, quarum corpus integrū est & anima corrupta. Sed illa uirginitas hostia christi est, cuius nec mentē cogitatio, nec carnem libido maculauerit. Est em̄ sancta corpore & spiritu. Nō quod nupta fidelis & casta & sēdm
B scripturam subdita uiro, non sit sancta corpore, sed tantūmodo spiritu. Fieri enim nō potest ut sanctificato spiritu, nō sit sanctum etiā corpus, quo sanctificatus utitur spūs. Sed ampliorem innuptarum & in corpore & in spiritu sanctificationem Apostolus his ῥbis intelligi uoluit, nō corpus nuptarum omni sanctificatione priuauit. Minor est enim diuina sanctitas ex ea parte curarum, qua mūdana cogitatur uoluptas. Innupta, i. uidua, & uirgo cogitat q̄ dei sunt. Sed *quæ nupta est*, cogitat econtrario ea *quæ mundi sunt*, studens *quomodo placeat uiro*. Lege enim maritali contristata, solicita est quō impleat ius maritalis officij, subdita mūdanis necessitatibus. Quicquid itaq; intentionis animi etiam in his rebus impenderet quibus placēdum esset uiro, colligere quodāmodo & redigere debet innupta in eam intentionē, qua placendū est deo. Sed uidemus uirgines de seculo cogitare, & matrimonino iunctas dominicis operibus studere. His uirginibus nō imputabitur sanctimonia à deo, & his nuptis erit merces apud deū. Similiter & de uiris sentiendū est. Apostolus aūt his loquitur, q̄ mira deuotione obsequi desiderant cælestibus pceptis, ostendens q̄ compendio citius curritur ad deum. s. si cælibem uitam quis ducat, & solis diuinis studeat. Qui ne forsitan putareť onus grauissimum castitatis imponere nolentibus, statim subiungit causas suadēdi, & ait: *Porro hoc dico*, continentiam suadeo, *ad utilitatem uestram*. i. ut maiorem apud deum mercedem adquiratis, & leuius in hoc seculo uiuatis, *non ut iniiciam uobis laqueum*, id est, non ut inuitos uos ad hoc cōstringam,
Exod. 32 & laqueus iste sit uobis occasio fornicationis, si incontinentes fueritis, *sed* suadeo *ad id quod honestū* & decorum *est*, id est, sanctum & mundum, ut. s. homo sit corpore castus & animo: non quia coniugium sit inhonestum aut turpe, sed quia hoc honestius sit. & suadeo ad *id quod præbeat facultatem obsecrandi dominum sine impedimento*, quod non est in coniugio, uel obsecrandi dominum sine impedimento coniugalis operis.

C

Si quis aūt turpem se uideri existimat super uirgine sua, q̄ sit superadulta, et ita oportet fieri, quod uult, faciat: non peccat si nubat. Nā qui statuit in corde suo firmus, nō habens necessitatē, potestatem aūt habens suæ uoluntatis, et hoc iudicauit in corde suo seruare uirginem suā, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit.

¶ Sicut de uirginibus determinauit, sic & de patribus uirginum determinat. Ego, inquit, ad cælibatū prouoco, quia hoc est honestius & expeditius. Sed *si quis* habens filiam uirginem *existimat*, id est, timet *se* quandoque *uideri turpem*, id ē, infamem, *super*, id est, de *uirgine sua, eo quod sit superadulta*, id est, ultra pubertatem, & ad nubendū iam diu matura, *& ita oportet fieri*, id est, oportet eam tradi nuptijs, quia non uult se continere, atq; in uerbis eius & actibus lasciuia notatur, propter D uitandum fornicationis opprobrium *faciat* pater *quod* illa *uult*, id ē, tradat eam marito, quia *non peccat* ipse, *si* illa *nubat*, cum sit iam superadulta et in desiderio nuptiarum. Ideo dico, si ita oportet fieri, non peccat, si eam tradat uiro: quia qui non dat, sed in sanctimonia conseruat, bū facit. Aliud est autem non peccare, aliud benefacere. Declina, inquit, à malo & fac bonum. Illud declina- *Psal. 36.*
mus, hoc sequimur: in altero uitium, in altero pfectio: Et hoc est, ille prædictus non peccat, id est, non facit malum: *nam* iste de quo subiungo, facit bonum. *Qui firmus*, id est, constans & immutabilis, *statuit in corde suo*, id est, proposuit in consilio suæ rationis seruare uirginem suā in perseuerantia uirginitatis, *non habens necessitatem* tradendi eā uiro, cum illa non id optaret, sed *habens potestatē suæ uoluntatis* implendæ, cum uirgo non aduersaretur, sed assentiretur huic paternæ uoluntati, ut integra perseueraret, *& hoc* ille *iudicauit in corde suo*, i. in iudicio mentis bonum esse decreuit, & ex deliberatione rationis instituit *seruare* intactam *uirginem suam*, non tantum non peccat in hoc, sed etiam *bene facit*, quia quod deo gratum est facit. Vel nomine uirginis intelligatur caro. Si quis inquit, consideret uirginē suam, id est, carnem lasciuire & ebullire in libidinem, neque refrenare se potest, duplexq; ei incumbit necessitas aut accipiendæ coniugis, aut ruendi, quod uult, faciat: non peccat, si ducat uxorem. Faciat quod uult, non quod debet. Nō peccat, si duxerit uxorem: non tamen bene facit, si duxerit. Nam qui statuit in corde suo firmus seruare uirginē suam, id est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A carnem in uirginitate, ille bene facit. Deinde ab utroq; infert Apostolus: Quādoquidē non peccat qui eam tradit uiro quā oportet tradi, & bene facit q eam seruat quā potest seruare, *igitur qui uirginem suam iungit matrimonio, bene facit*: quia licitū est ꝺd facit: *& q non iungit*, cum habet potestatē uoluntatis suę, *melius facit*: quia apud deū illi meritū collocat, & à seculi solicitudine illā liberat. Nisi illa turus fuisset, melius facit, nunquā prę̄misisset, bene facit. Vbi aūt bonum melius est, ibi boni & melioris nō unum est p̄mium. Et ubi non unum præmium, ibi utiq; dona diuersa. Tantū ergo est inter nuptias & uirginitatem, quātum inter non peccare & benefacere: imo ut leuius dicam, quantum inter bonum & melius. Finita disputatione
1.Reg.6. coniugiorum & uirginitatis, & inter utrunq; cauto moderamine præceptorum, ut nec ad dexterā
2.Re.14 nec ad sinistram diuerteret, sed uia regia gradere-
4Re.22 tur, & illud impleret, Ne fis multum iustus, mo-
Eccls.7 nogamiam digamiæ comparat: & quomodo nuptias subdiderat uirginitati, ita digamiam primis nuptijs subjecit, & ait:

Mulier alligata est legi quāto tempore
Roma.7 uir eius. Quod si dormierit uir eius, liberata est a lege. Cui aūtē uult nubat,
B tantum in domino. Beatior aūtē erit, si sic permanserit scām meum consilium. Puto autem q̄ & ego spm̄ dei habeam.

Non est pctm̄ si uirgo nupserit. Sed q̄ uult nubere, audiat legem cui uult se subdere. *Mulier* enim *alligata est legi quanto tempore uir eius uiuit*, nec potest à lege uiri solui ut alteri nubat dum ille uixerit. Hæc nanq; alligatio non soluitur, etiā si per repu-
☞ dium adultera coniūx à casto coniuge separetur: nec habet licentiam ut alteri nubat, quandiu siue castus siue mœchus uir eius uiuit. *Quod*, id est, sed *si dormierit* .i. si mortis somnum gustauerit *uir eius*, qui in resurrectione est euigilaturus, *liberata est a lege* eius, ut possit alij nubere, si se non possit continere. Si dormierit, liberata est. Non dixit primus aut secundus, nec tertius aut quotuslibet, nec nobis definiendum est, quod non diffiniuit Apostolus. Vnde nec illas nuptias debemus damnare, nec eis uerecundiam numerositatis afferre. Nam nec dominus in euangelio ulla suæ sententię significatione damnauit mulierem quæ septem uiros habuisse dicebat, nec dixit in resurrectiōe electorum tales esse non posse. Quapropter nec contra humanæ uerecundiæ sensum audeo (inquit Au-
Matt.22 gustinꝰ) dicere, ut quoties uoluerit, uiris mortuis, nubat fœmina: nec ex meo corde præter sanctæ scripturę autoritatem, quotaslibet nuptias audeo condēnare. *Cui uult nubat, tantum in domino*. Id est, ut & sine suspicione turpitudinis nubat, & religionis suæ uiro nubat. Neq; enim uel uirgo uidua p̄mittit̄ gentili uiro nubere. Dico nubat. Sed tamē *beatior erit, si sic* innupta *permanserit* post uiri mortē *secundū consilium meum*. Beatior erit, si uidua ꝑmanserit: quia etiam si iterum nupserit, beata esse poterit seruādo iustitiam. Beatior (inquit) erit, si sic ꝑ manserit. Cōtinuo subiungit apostolicam autoritatem, scām meum consilium. Porro ne autoritas Apostoli quasi hominis leuior uideret, addidit: *Puto autem q̄ & ego spiritum dei habeam*. Vbi ad continentiam, puocat, ibi non hominis, sed spūs dei consilium est: ubi aūt nubendi uenia dat, spiritum dei nō nominat, sed prudētię librat cōsiliū, ita singulis relaxatis, ut unusq;q; ferre potest. Do cōsilium. Sed nolite hoc uelut humanū contemnere, quia puto ꝺd ego sicut alij apostoli, spm̄ dei habeam. Id est, nolite putare quia ex me hoc ip̄m sit. Quod dico, spiritus dei in me loquit̄, quem cōtemni nō expedit. Quod Apostolus dixit, Puto, dubitare uidetur: sed ille increpat, nō dubitat. Increpat cōtemptores suos, qui nō putabant eum ista loqui p̄ spiritum dei. Nā & homines de his rebus quas certas habent, aliquādo increpatiue dubitant. i. ꝟbum dubitationis ponunt, cum corde non dubitent, uelut si quis indigneť & dicat seruo suo, Contemnis me? Considera, forsitan dūs tuus sum. Sic & saluator nō dubitat, sed increpat, cum dicit Iudæis: Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. Nō dubitatiue, sed increpatiue dixit, forsitan.

CAPVT VIII.

DE his aūt quę idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas uero ędificat. Si quis aūt se existimat scire aliqd, nondum cognouit quēadmodū oportet eum scire. Si quis aūt diligit deum, hic cognitus est ab eo.

Ingreditur illos corrigere, q carnes idolis īmolatas edebant, dicentes: Omnis creatura dei bona ē, idolum uero nihil est, & hac imagine magis q̄ ueritate rationis errabant. Nā cæteri qui simplices erant & idiotæ, dū uiderent istos idolothyta comedere, putabāt in illis carnibus aliqd sanctificatis esse, sicq; infirmabant in fide. De nuptijs, inquit, & cæteris q̄ sunt hactenus tractata, quęsistis & do cui: sed *de his quæ sacrificantur idolis*, nō fuit opus q̄rere, qa de his scitis ut ego, qm̄ *omnes scientiam* istā *habemus*. Perfectioribus loqtur, qui in sua scientia alijs erant scādalum. i. idiotis, quia bū sciebāt idolū nihil esse, & nullū deum p̄ter Christū esse: ideoque licebat eis quātum ad se, creaturā dei comedere: sed tamē abstinere debebant, ne fierent infirmis causa offensionis. Quod em̄ illi per huiusmodi scientiam comedebāt, alij ignari sub ueneratione idoli manducabant. Scientiam habemus tam ego quàm uos, quid fieri possit de carnibus īmolatis. Sed non ualet hæc *scientia*, quoniam *inflat*, id est, facit uos superbire contra ignaros. Sed *charitas ędificat* infirmos, quæ quod eis obesse potest, dimittit: & ideo charitatem habere melius ē, non uentosam scientiam. Nam scientia inflat, charitas ędificat: quia cum charitas ędificando non erigit, scientia inflando peruertit. Per se enim inutilis est scientia, quādo solā sine charitate est: sed per charitatem utilis, quādo ei charitas adiuncta est. Temperatur enim à charitate, ut non satis mera sit, & inebriet scientem, ut non se extollat. Sicut em̄ uinum intemperatū ex mixtione aquæ mentem alienat, sic & superbum facit scientia, nisi charitate fuerit temperata. Tali scientia hi erant inflati, qui qm̄ sciebant nihil esse idolum, contra salutem fratrum imperitorū, carnes sacrificiorum edebant, charitatem p̄ oculis non habentes: quia debuissent carnes contemnere, ne scandalum infirmis facerent. Scientia nanq; eorum destruebat animos imperitorum fratrū, putantium illic apd idolum aliquam gratiam, quando peritiores fratres interesse ibi & nō horrere uidebāt. & ob hoc ait: charitas ędificat, ut saluti fratrum studentes, scientiæ legibus illic non uterentur, nec scandalū illis facerent. Scientia enim sine charitate inflat, quod uero charitas ędificando impleuerit, nihil ibi inane inueniet scientia quod inflet. Scientia, inquit, uos inflat, ut despiciatis cæteros, & ideo
B non est utilis nec perfecta scientia. Nam *si quis* uestrū *existimat se* in hac re *aliquid scire, nondum cognouit* quomodo debeat *scire*: & ita non sufficienter scit, quamuis de scientia glorietur. & si scit quod liceat sibi carnibus uesci, non nouit quod ipse debet illa scientia sic uti, ne noceat alijs. Ita enim quisq; debet scire, ut scientia sua sibi & alijs prosit, non ut noceat. Nam q per huiusmodi scientiam idolothyta comedit, scientia & comestio eius ad subuersionem infirmoꝝ fratrum, & ad confirmationem infideliū proficit: & ideo nō ita scit ut oportet. Sed *si quis diligit deum*, ad cuius dilectionē non potest puenire nisi dilexerit proximū, *hic est cognitus* .i. probatus & electus *ab eo*. Dei em̄ dilectio in
Rom.14 proximi dilectione ꝓbatur, quia q̄ studet fratri p̄desse, p̄ quo Chr̄s mortuus est, ostendit se Chr̄m diligere: & ideo dignus est ut deus illum dignetur cognoscere, qui reprobis dicit, Nescio uos.
Matt.7 &.25. De escis aūt quę idolis īmolantur, scimus q̄a nihil est idolum in mūdo, & q̄ nullus est deus nisi unus. Nā etsi sunt q̄ dicant̄ dij, siue in cælo, siue in terra, si q̄
Exod.20 dem sunt dij multi & dñi multi, nobis
Psal.81. tamē unus est deꝰ pāter, ex quo omnia,
Ioh3.10 & nos in illum: & unus dñs Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.

¶ Quoniam propter interpositionem non potuit exponere quid scirent de escis immolatis, facta interpositione, & ostenso qđ scientia sine charitate non sufficit, nec est utilis, sed noxia, redit ad rem, & exponit quid ipsi sciant de carnibus immolatitijs, propter quod licere sibi iudicabant eas comedere. Qui de scientia gloriatur, non nouit quomodo oporteat eum scire. Sed *de escis quæ immolantur idolis*, scit ipse & nos quod licitæ sunt ad

comedendum intelligentibus. Vel de escis quæ immolantur idolis, *scimus*, id est, scientiam istam C habemus, quod scilicet nihil est idolū: & ideo licet escas manducare, quia non sunt ab idolis contaminatæ, cum idolum sit nihil. Idolum est simulacrum humana effigie uel belluina seu uolucrina factum & consecratum, iuxta uocabuli sui interpretationem, eidos enim Græcè, Latinè forma seu species interpretatur. & inde per diminutionem dicitur eidolon, id est, formula: & quia idolū (ut Apostolus nunc dicit) nihil est, idolū facit, qui illud facit quod non est. Quid est aūtē quod non est? Species quā nō uidet oculos, sed ipse sibi animus fingit: uerbi gratia, ut si quis hūanis membris caput canis uel arietis formet, aut rursum in uno hominis habitu facies duas fingat, uel humano pectori posteremas partes equi seu piscis adiungat. Hæc & his similia qui facit, nō similitudinē, sed idolum facit. Facit enim quod nō est, nec habet aliquid simile. & ideireo Apostolꝰ dicit, *quia nihil est idolum in mundo*, id ē, inter creaturas mundi. Si enim consideremus omnes creaturas, quas deus fecit, nunquā inueniemus idolum à deo sic creatum. Materiam quidam ipse creauit, sed stultitia hominum hanc ei formam dedit. & ideo secundum hoc quod à deo non est factum, nihil est, cū omnia deus fecerit. Nam & malum simili ratiōe nihil est, quia deus illud non fecit. Vel ad salutem nihil est idolum, sicut stulti putāt: qui ideo colūt D illud, ut salutē aliquam illis cōferat. Sed & quantum ad diuinitatem, nihil est idolum, id est, nihil diuinitatis in se habet ut coli debeat. Hoc sciens, *& quod nullus est deus nisi unus*, qui est incommutabilis trinitas, & uere unus tātum. *Nam etsi sunt qui dicantur dij*, id est, qui nuncupatiue, non essentialiter dij uocantur, quia deus eis participationē sui per gratiam dedit: *siue in cælo*, sicut beati angeli: *siue in terrā*, sicut prophetæ & apostoli. *siquidem sunt dij multi* tales, sicut angelici spūs & sacerdotes: *& domini multi* sunt illi spiritus, qui uocantur dominationes: & prædicatores, qui nonnunquam in scripturis appellantur domini: aut etiam seculares principes, qui dominium exercēt super cæteros: quamuis, inquam, sint tales dij & domini, nobis tamen quātum ad cultum pertinet, unus solus modo deus & dominus est. Non enim angelos uel homines sanctos, quamuis dij uocentur, colimus ut deos aut dominos. *Nobis tamen* ad colendū *est unus deus pater, ex quo* sunt *omnia*, id est, ex cuius bonitate & consilio processerunt omnia, *& nos* fideles *in illum* respicimus. Bruta nanque animalia & infideles homines in terrā curuantur & terrena quærunt: nos uero per fidem & desiderium tendimus in eum, à quo descendimus. *Et* est nobis ad colendū *unus dominus Iesus Christus, per quem* sunt *omnia*, quoniam sicut & Iohannes asserit, Omnia per ipsum facta sunt, *& nos per ipsum* sumus nō solum homines, sicut & cæteri, sed etiam boni ac Iohan.1. sapientes. Vbi & spiritus patris & filij similiter colendus nobis intelligitur. Sed quia de dijs & dominis loquebat Apostolus, dixit nobis esse unū

Exod.7. Iohā.10. Psal.44. Ioh.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deum patrem & unum dominum filium, quan-
A quam & filius sit deus, atq; pater sit dominus. Ad
illa enim duo, id est, ad deos & dominos, subiecit
ista duo, & idcirco tertium nō addidit, id est, spi-
ritum sanctum.

Sed non in omnibus est scientia. Quidam aūt cum cōscientia usq; nunc ido-
li quasi idolothytum māducant: & con
scientia ipsorū cum sit infirma, polluit.

¶ Nos quidem scimus quia nihil est idolum, & quod nullus deus nisi una trinitas creatrix omnium quā colimus: *sed non omnibus est* ista *scientia*. i. non omnes hoc sciunt, sed nōnulli putant aliquid numinis esse in idolis. Non oēs hoc sciunt, sed potius *quidam* sunt inter uos, q *usque nunc cū conscientia idoli*. i. etiam nunc sicut ante conuersionē, putantes idolum esse aliquid, manducant cibum idolo sacrificatum, quasi idolothytum. i. quasi per consecrationē idolo sanctificatum, & spiritualem potentiam mutatum. Idolothytum em̄ dicitur, quasi idolo datum. Conscientia illorum est idoli. i. ab idolo possessa, usq; nunc. i. etiam postquam ad fi-
B dem accesserunt: qa necdum ab errore idoli mentem suam penitus abstraxerunt, & *quasi idolothytum*. i. quasi idolo consecrecatum, māducant cibū illum cum reuerentia idoli: & sic *conscientia ipsorū polluitur* contaminatione idoli, non ꝓpter cibum, sed propter infirmitatē suam: quia infirma est in fide, dum periclitant ignari in uestra scientia, dum cibos quos à uobis comedi uident, comedunt exemplo uestro uel autoritate. Mystice uero Corinthij, quoniam studiosi literarum grecarum erant & amatores philosophiæ, dogmata philosophorum quasi idolis immolata comedebant. Quæ tamen fortasse edere nō poterant ij qui plenam scientiam ueritatis acceperant. Qui aūt in Christo minus eruditi fuerant, si imitarentur eos legentes talia, & illis adhuc studijs operam dantes uulnerari poterant, & diuersorum dogmatum uarijs erroribus implicari. Sic ergo fieri poterat, ut inde lædерentur indocti, unde, qui perfectam scientiam habebāt, lædi nequibant. Sed qm̄ non quærit quod
Infra. 10 sibi utile est, sed quod multis, ut salui fiant, abstinendum nobis est à tali cibo doctrinæ, qui nos solos ædificat & delectat, sed proximos offendit & lædit. Sicut em̄ sermo qui pietatem & iustitiam & & ueritatem docet, deo immolatus est. i. deo consecratus: ita & sermo qui ad impietatem & iniustitiam & errorem respicit, idolis immolatus est. Et qui eum recipit, quasi idolis immolata comedit. Sed iuxta priorem sensum, uideamus sequentia.

Esca aūt nos non cōmendat deo. Neq; enim si manducauerimus, abūdabim9: neq; si non māducauerim9, deficiem9.

¶ Infirmi læduntur nostra comestione. Sed *nos non commendat deo esca* illa, qa non ideo placemus deo, quod escam idolis immolatam comedimus pro eo q̄d nobis hanc esse licitam nouimus. & id circo respuēda est talis esca. Hac enim contēpta, C non utiq; deerit quod edat. Si aūt sumpta fuerit, non abundabit ita ut nihil ultra requirat. Ac ꝓ hoc (ut diximus) abstinenda est, cum sit fratribus scandalum, & nos sine illa possimus uiuere. Vel non cōmendat nos deo, ut per hanc simus accepta biliores ei: quia *si manducauerimus eam*, non idcirco *abundabimus* in bono, ut sufficiat nobis ad salutē. neq; *si non manducauerimus*, ideo *deficiemus*, id est, non minuetur nostrum meritum apud deum.

Videte aūt ne forte hæc licētia uestra offendiculū fiat infirmis. Si em̄ quis uiderit eū qui habet scientiā, in idolio recumbentē, nōne conscientia eius cū sit infirma, ædificabit ad māducandū idolothyta, & peribit infirm9 in tua scientia frater, proter quē Chr̄us mortuus Rom. 14
est: Sic aūt peccātes in fratres, & peutientes conscientiā eorū infirmā, in Christū peccatis. Quapropē si esca scādalizat fratrē meū, nō māducabo carnē in D
æternū, ne fratrem meū scandalizem.

¶ Vobis quidem licet edere de carnibus immolatis, quia scitis eas esse creaturā dei, idolum autem nihil esse. Sed *uidete ne forte hæc licētia uestra fiat offendiculum infirmis* in fide, id ē, ne generet offensionem fratribus, qui adhuc nesciunt idolum nihil esse. Per hoc quod dicit, ne forte, oñdit q̄ ex licentia eorum potest infirmis fratribus offendiculum contingere & non cōtingere. Et per hoc innuit, quia ubi nullum est offendiculum alicui, possunt uti licitis: ubi uero est offendiculū, ostendit omnino abstinendum. Cum enim praua æstimatio, inquantum sine peccato ualet, ab intuentium mente non tergitur, cunctis mala credentibus per exemplum pœna proponatur. Vnde & plerung; contingit, ut qui negligenter de se mala opinari permittunt, per semetipsos quidem nulla iniqua faciant, sed tamen per eos qui se imitati fuerint, multiplicius delinquāt: & ideo recte nūc isti qui cibos immundos sine sui pollutiōe comedere poterant, admonerent ne sua hac comestione scandalum tentationis fratribus infirmis mouеant. Nam possunt inde fratribus scandalum facere. *Si enim quis* infirmus, nondum sciens idolum nihil esse, *uiderit eum qui habet* rectam scientiā, qua nouit idolum nihil esse, *recumbentem in idolio*, id ē, comedentem cum infidelibus carnes immolatas in præsentia idoli, *nonne* exemplo periti *conscientia* ignari *cum sit infirma*, ædificabitur, id est, erigetur, *ad manducandum idolothyta*, id est, quasi ab idolo sanctificata, putans illic aliquid gratiæ esse, quia peritum fratrem uidit ea comedere nec horrere? Quomodo enim putatis simulacris decipi posse homines, quæ à christianis honorari putant? Nam pagani dicunt in cordibus suis; Quare nos

A relinquamus deos, quos Christiani ibi nobiscum colunt? & infirmi fratres prouocantur, ut non solum ibi manducare, sed & sacrificare desiderent. Idolium ē locus in quo idolis immolatur. & infirmus si quemlibet doctum uiderit ibi cum infidelibus edere, putabit eum intelligere cibos illos aliquam sanctificationem ab idolo sumpsisse, & talimente incipiet illos comedere. *& ita peribit infirmus frater in tua scientia*, quem uiderit taliter recumbentem. peribit infirmus, si cōtra unius dei fidem comederit de sacrificatis. peribit in tua scientia, id est, tua peritia illum occidet, dum à te fieri uiderit quod ipse aliter intelligit: & tu eris occasio mortis eius, *propter quem Christus* ut redimeret *mortuus est*. In tua scientia, quam te dicis habere ut scias quia nihil est idolum, & animo cogitas deum, & sic recumbis in idolio, in hac scientia perit infirmus. & ne cōtemnas infirmum propter uitium in quo infirmus est, audi qa frater est, si firmus es circa fratris infirmitatem, & ne etiam fratrem contemnas, adiungo, propter quē Christus mortuus est. Quē si uis contemnere, precium ipsius attende. Considera qui mortuus est propter ipsum, & non negligas christū propter infirmum, cum infirmum debeas diligere propter Christum. Vos, inquit, ex
B emplo uestro ducitis in errorem infirmos. quod non est leue peccatum. Quia *sic peccātes in fratres & exemplo uestri operis percutientes*, id est, lædentes *conscientiam eorū infirmam*, *peccatis in Christum* q pro illis mortuus ē, & cuius membrā illi sunt: & ideo nolite hoc pctm̄ contemnere, si non ultis deleri de libro uitę. Nolite putare quod in homines peccetis tantum, & ideo leue sit, quia taliter in deum peccatis, cuius membra destruitis. Vel secundum alios codices, in Christo peccatis. Per hoc enim quod charitatis æmuli non estis, qua Christus uos liberauit, peccatis in Christo, non in Chr̄m. Quia iuxta hunc sensum, in Christum peccare, est Christum negare: in Chr̄o autem peccare, est in his q̄ Christi sunt peccare. Nam sicut qui sub lege dici-
Rom. 2 tur peccare: ita & qui sub Christo sunt, in Christo dicuntur peccare. Et quia per prædictā comestionem peccando in fratres, peccatis in Chr̄m uel in Christo, propter hoc *si esca mea scandalizat fratrem meum*, id est, offendit, & à bono proposito disturbat, *non manducabo carnem in æternum*. i. nunquam māducabo carnem ullam, sed semp ab esu carnis abstinebo: nō quod esca sit mala, sed *ne fratrem meum scandalizem* tali comestione. Sic & uos debetis agere. Nam sicut uxorem licet habere, sed si fornicata fuerit, abijcienda est: ita & carnem licet edere, sed si idolis oblata fuerit, respuenda est. Intantum em̄ charitati studendum est, ut & licita propter illicitis sint abijcienda, ne obsint fratri. Typice aūt in eo quod dictum est, uidete ne forte hæc licentia uestra &c. usq;, propter quem Christus mortuus est, uidetur Apostolus sub alijs uerbis dicere: Ne legas philosophos, poetas, oratores, nec in eorum lectione regescas, ne tali mō fratrem infirmū perdas. Nec nobis blandiamur, si in his quæ sunt scripta, nō credimus, cum aliorum cōscientia tali ter uulneret, & putemur ꝓbare, quæ dū legimus, nō reprobamus. Alioqui quale erit ut ęstimemus C
Apostolū eius, qui uescebat in idolio, cōscientiā comprobasse, & eum dixisse ꝓfectum, quem sciret de idolothytis manducare? Absit ut ore christiano sonet Iupiter omipotēs, & me Hercule, & mi castor, & cætera magis portenta q̄ numina.

CAPVT X.

NOn sum liber? nō sum apostolus? Nonne Christum Iesum dñm nostrum uidi? Nōne opus meū estis uos in domino? etsi alijs nō sum apostolus, sed tamen uobis sum. Nam signaculum apostolatus mei uos estis in dño:

¶ Incipit se proponere in exemplū, ut sicut ipse abstinet à licitis ꝓ scandalo fratrum, ita & illi faciant, quasi dicat: Abstinete ab hoc licito ꝓpter fratrum utilitatem, quia ego habeo libertatem accipiendi stipendia, & tamen non accipio ꝓpter D
aliorum salutem. Et hoc est quod increpatiue dicit per interrogationem: *Non sum liber?* id est, nonne libertas est mihi data sicut cæteris apostolis, accipere stipendium ex bonis uestris? *& non sum*, id est, nōne sum *apostolus*, ut & mihi liceat quod apostolis? Vere sum apostolus. Quia *nonne Christum te sum dominum nostrum uidi* in uia uel in templo? Acsi dicat: Liber sum accipere, quia sum apostolus. Apostolus sum, quia Christum uidi. Apostolum se comprobat, quia occasione pseudo prædicatorum minus de eo sentiebant, & ad hoc comprobandum dicit se Christum uidisse, quia quidam dicebant illum non esse apostolū, quia nunquam uiderat Christum. Siue liberum se dicit, quia nullius aliquid cōcupiuit, nec in adulatione docuit. Apostolus aūt est, id est, missus à Christo dicente sibi: Ego ad gentes mittam te. Vidit em̄ illum non adhuc mortalem, sed iam clarificatum, quando *Actu. 22*
cōstitutus est ab ipso apostolus, ut per hoc pateret dignitas apostolatus eius. Vere, inquit, sum apostolus, quia uos estis opus mei apostolatus. *Nonne* enim *uos opus meum estis in domino?* id est, nonne ego apostolus hoc operatus sum, ut uos fitis in domino? *etsi*. i. Iudæis *non sum apostolus uobis tamen sum* qui p me credidistis. Qui de Iudęis crediderāt, & legem adhuc carnaliter obseruabant, hunc esse negabant apostolum, quia ipse libera uoce prædicabat legem amplius carnaliter nō oportere seruari. Cæteris em̄ apostolis propter scandalum ab hac re dissimulantibus, aliter docere uidebatur, & ideo ab illis Iudæis nō recipiebatur. Vobis, inquit, sum apostolus. *Nam signaculum*. i. signum & iudicium *apostolatus mei uos estis* p me credentes *in domino*. Hoc est, forma apostolatus mei quasi similitudo sigilli expressa in uobis apparet, dum habetis ea, quæ alij fideles per alios apostolos habent.

Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ¶ Hæc seculi defensio, quam dixi, *est mea apud eos qui me interrogant*, utrum sim apostolus. i. ostendo illis fidem & religiosam uestrā conuersationem, quam me docente consecuti estis, sicq; per opa defendor esse apostolus contra eos, q hoc negabāt de me: & ita p uos apostolus esse cōprobor apud illos qui inde dubitabant, ideoq; non conuenit ut & uos inde dubiteris.

Nunquid nō habemus potestatē manducādi & bibēdi? Nunquid nō habem9 potestatē sororē mulierē circūducēdi, sicut & cæteri apostoli & fratres dñi & Cephas? Aut solus ego & Barnabus non habemus potestatē hoc operandi?

¶ Ideo supra dixi me esse liberum, quia *nunquid ego & mei non habemus potestatem manducandi & bibendi* q nostra sunt? Habemus utiq; hanc potestatem, sicut cæteri apostoli. Potestatem habemus à Christo, nō iussionem huius rei, quia dñs permisit, non iussit prædicatoribus, ut acciperent sumptus, ut si quis eos nō acciperet, maiorē inde mercedē acquireret: sicut & uirginitatē laudauit, nō præcepit, ad cumulum gloriæ eoz qui eam seruauerint. Et *nūquid non habemus potestatem circūducendi nobis sororem mulierem* in prædicatione. i. Christianam & sanctam mulierem, ut ministret nobis de facultatibus suis? Nunquid nō possumus hoc facere si uolumus, *quemadmodum cæteri apostoli & fratres domini & Cephas*? id ē, Iacobus Alphæi & Thadæus, q fuerunt cognati saluatoris, hoc est, ex sororе uirginis Mariæ, & Petrus q est princeps apostolorū? Nam nec ipse Petrus refutabat sumptus oblatos à fœminis, sicut nec dñs refutauerat. Mulieres eñ desiderio doctrinæ cælestis ministrabant eis & sumptus & seruitia, ut nō indigerent his quæ ad necessitatem uitæ huius pertinent. Ideo plus erat mulieres circunducere, q̄ ab auditoribus alimenta percipere, quia mulieres indumēta & quæque necessaria prębebant. Nec omnino reprehensibile iudicabatur hoc, maxime apud Iudæos. Et hæc, inquit, potestas nōne & nobis est concessa sicut cæteris apostolis? *Aut solus ego & Barnabas*, quia placet nobis ex labore manuū nostrarū uiuere, *non habemus potestatem hoc operandi?* id est, hoc faciendi. s. stipendia sumendi, & mulieres circunducendi. Nos duo soli nō possumus hoc agere, cum omnes hoc agant? Nō reprehendit alios, sed eoz more sibi probat licere q̄d eis erat licitum. Putabant eñ nonnulli Corinthiorū, quod non liceret ei sumptus accipere sicut cęteris, quoniā de labore suo uiuebat, & inde minoris eū dignitatis æstimabāt, nec apostolum esse credebāt, dicentes apē se: Quia si esset apostolus, stipēdia sumeret ut omnes apostoli. Cōtra quos ipse nūc loquitur, ostendens se esse apostolum & potestatem habere sumendi stipendia, sed nolle sumere. & ne coapostolos reprehēdere uideatur qa abstinet, subiungit:

Quis militat suis stipendijs unquam? Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? C

¶ Per has similitudines humanæ consuetudinis ostendit rationabiliter, quia sibi & alijs prædicatoribus licet accipere sumptus. Nā & ipsi spiritualiter Christo regi militabant, & ideo à Christianis plebibus tanquam à prouincialibus stipendia sumebant. Ipsi ecclesiam q̄si uineam plantabant, & idcirco de fructu eius merito comedebant. Ipsi gregem ouium Christi doctrina ueritatis pascebāt, & ideo iure de gregis lacte, id est, de cibis eius temporeis accipiebant. Paulus tamen qui hæc loquitur, suis stipendijs militabat, & de fructu uineæ à se plantatæ non edebat, nec de lacte potabat gregis quem pascebat. Nullam enim in præsenti uita retributionem sumere uolebat, ut in futuro seculo plenam de omnibus mercedem reciperet. Qui præmissis similitudinibus, subdit:

Nunquid secundū hominem hęc dico? An & lex hęc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos utiq; hæc dicit? Nam propter nos utiq; scripta sunt. Quoniā debet in spe q arat, arare: & q triturat, in spe fructus pcipiendi. D

¶ Dico qa miles debet à rege stipendia cōsequi, & agricola de fructu uineæ carpere, & licet humanis similitudinibus utar, *nunquid* tamen *hæc dico secūm hominem*? id est, nunquid sequor in his humanam similitudinē? *An & lex dei hæc* q̄ dico *non dicit*? Vtiq; dicit hæc eadem. *Scriptū est enim* in lege Moysi: *Non alligabis os boui trituranti*. i. non phibebis prædicatorē uiuere de p̄dicatione. Concordare monstrat supradictas rationes diuinæ sententiæ, ut intelligamus quia nō sine causa respuit accipe sumptus, quādo tot documentis ostēdit & dandū & accipiendū esse. Sed ne ad literā accipiatur hęc sententia, subiungit: *Nunquid de bobus cura est deo*, ut de his in lege p̄ciperet? *An propter nos utiq;*, qui sumus boues eius, *hæc dicit*? Nos eñ triturамus. i. in area mūdi serris nostræ p̄dicationis cōminuimus pasas infidelitatis & uitioz, & separamus ab eis grana fidei cæterarūq; uirtutū, uel credentes ab infidelibus tanq̄ à paleis grana discernimus. Et ideo iustū est ut nō prohibeamur ex area, quā triturамus, cibos sumere. Nā *propter nos utiq; sunt* hæc *scripta* in lege. Et uere propter nos spūales boues. *Quoniā* ille *q arat*. i. qui corda subiectoz uomere p̄dicationis ad fidē aperit, *debet arare in spe*. i. sperans fructū sui laboris consequi. Nō quod hæc sit eius intentio, ut propter eius expectationem. i. temporalis cibi prædicet, sed quod certus sit non defore sibi uictum, si in prædicatione laborauerit. Similiter *& q triturat*. i. grana discernit à paleis, hoc est, uirtutes à uitijs, debet hoc agere *in spe pcipiendi fructus* stipendioz. Historialiter quidē fit tritura-tio q̄n

A boues aut equi super segetes collectas & in area collocatas, missi fuerint ad eas conterēdas & grana excutienda, sicut moris est in q̄busdam regiōibus. Prædicatores aūt qñ infidelitū corda scindūt ac uomere prædicationis excolūt, & ad suscipiendum fidei semen arant, tunc demū terram ad semen gratiæ excipiendū præparāt, & ab inculta solitudine. i. ab incredulozq; multitudine separant: & qui prius arant in conuersione, postea triturāt in instructione: quia per assiduam correctionē & instructionem nō localiter, sed moraliter bonos à malis sequestrant. Tū & ante fidē trituratio fit, cum ab infidelibus quis per susceptiōem fidei separatur: atq; post fidē, cum in ipsa ecclesia fit inter bonos & malos quædam moralis discretio, per prædicantium instructionem. & de hac ecclesia loquitur nunc Apostolus, quæ fit quando alij respuunt, alij corriguntur, alij in peius proficiunt.

Si nos uobis spūalia seminauimus, ma Rom. 15
gnū est si nos carnalia uestra metam9? Si alij potestatis uīæ participes sunt, quare nō potius nos? Sed nō usi sumus hac potestate, sed oīa sustinemus, ne q̄d B offendiculum demus euangelio dei.

¶ Adhuc probat per ratiōes, quia licet stipendia sumere. *Si nos*, inquit, *seminauimus uobis*. i. inchoauimus primi uestris mentibus spargere *spiritualia*. i. quæ à spiritu sancto data sunt, & uīm spm̄ uiuificant, ut fructificent in uobis sicut in bona terra, *magnū est si metamus* ad sustentationem nr̄i corporis *uestra carnalia* stipendia? Quasi dicat: Nō est magnum, sed minimum, si tradentes uobis æterna, pcipiamus à uobis tēporalia. Itē à minori probat hoc ipsum. *Si alij*, inquit, *sunt participes uestræ potestatis*. i. tam potēter utuntur uestris rebus ut uosipsi, *quare non potius nos* id agimus, q uestræ salutis causa fuimus? Quæ sunt aūt spiritualia quæ seminauit, nisi uerbum & ministeriū sacramenti regni cęlos? Quæ uero carnalia, quæ sibi licere mereri dicit, nisi hæc tēporalia, quæ uitæ atq; indigētiæ indulta sunt? Quæ potenter ab eis sumebant etiam alij, qui non eis primo euangeliū annunciauerāt, sed ad eorum ecclesiam idipsum prædicantes postea uenerāt. Vñ subiecit: Si alij potestatis uīę participes sunt. i. potestatis quæ p̄dicatoribus cōcessa est in uos, ut utanť bonis uestris, cur nō potius nos? Vel iftos alios intelligamus pseudo apostolos, qui bona eorum deuorabāt, cum nihil utile eis cōtulissent. Ecce, inquit, probatū est, quia potestatē habemus sumendi stipēdia. *Sed* tū *non usi sumus hac potestate*, id est, non accepimus sumptus ut poteramus. Tunc enim quis utitur sua potestate, quando quicquid pertinet ad illam, accipit, & à nullo suæ potestatis uult abstinere debito. Nos uero nō ita fecimus, *sed omnia sustinemus*, id ē, famē & sitim & nuditatem libentissime toleramus, *ne demus aliquod offendiculum euangelio Christi*, *id est*, ne p nos euangeliū impediat currere. Minus eñ curreret ad cor uīm, si suspicaremini nos illud p̄di- C care propter cōmodum terrenū. Vel si dedisseris nobis aliquid, putaretis forsitā uos emisse licētiā prædicandi, & nobis minueret libertas arguēdi. Vel si debitos sumptus acciperemus, iam pseudo apostoli nostro exēplo libere acciperent, & sic in p̄dicatione durarēt. Aut si mulierē circunduceremus, vñ posset oriri nō bona suspicio. Talibusq; modis impediret cursus euangelicæ p̄dicationis.

Nescitis qm̄ qui in sacrario operātur, quæ de sacrario sunt, edunt? & qui altario deseruiunt, cū altario participant? Ita & dñs ordinauit his qui euangeliū annunciant, de euangelio uiuere. Mat. 10. Lu. 9. & 10.

¶ Iteq; redit ad probationē, modisq; omnib9 etiam atq; etiam cōmendat, quid sibi liceat & tñ nō faciat. Licitū est, inquit, mihi sumptus ex prædicatiōe sumere sicut ministrātibus apud Iudæos in sanctuario licet de rebus sanctuarij uiuere: qa & naturalis ratio hoc habet, ut unusquisq; inde uiuat, ubi laborat. Nā *nescitis* qm̄ hi *qui in sacrario*. i. in tabernaculo uel templo *operantur* sicut ministri & artifices, edunt ea *quæ sunt de sacrario*. i. q̄dam oblatiōes quæ offerunť in eo pertinētes ad ipsos? & nescitis quia *qui altario deseruiunt*, sicut sacerdotes & leuitæ *participant cū altario*? i. partē accipiunt de his quæ offeruntur in altari, & secundum quo more apud Hebræos antiquos hæc fiebāt, *ita & dominus* Iesus *ordinauit* in nouo testamento, id est, rationabiliter disposuit, *his qui euangeliū annunciant*, id est, prædicant *de euangelio uiuere*, id est, uictum habere, ut expeditiores sint, cum de corporali cibo soliciti non fuerint. Hoc ordinauit, id est, tali ordine disposuit dominus, ut dantes spiritalia, sumerent carnalia, quando dixit: In eadem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. dignus est enim operarius mercede sua. Non qđideo quisq; debeat euāgelizare ut manducet, sed ideo manducare ut euangelizet. Nam qui propterea euangelizat ut ut māducet, uilius habet euangelium quām cibum. Postquam uero multis similitudinibus & exemplis atq; rationibus & autoritatibus ostendit Apostolus sibi licere necessaria sumere, subiungit, dicens: Luc. 10. D

Ego aūt nullo horę usus sum. Non aūt scripsi hæc, ut ita fiāt in me. Bonū est eñ mihi magis mori, q̄ ut gloriā meā quis euacuet. Nā etsi euangelizauero, nō est mihi gloria. Necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est, si non euangelizauero. Si eñ uolens hoc ago, mercedē habeo: si aūt inuitus, dispensatio mihi credita est. Quæ est ergo merces mea? ut euangelium prædicās, sine sumptu ponam euangeliū, ut nō abutar potestate mea in euangelio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ¶ Tot, inquit, exemplis & autoritatibus constat me licenter posse stipendia sumere. Sed tamē ego non sum usus aliquo horū exemplorū uel auctoritatum siue rationum, ut facerem quod facere his posse demonstror. i. ut ex prædicatione sumptus & alimenta perciperē. *Nullo horū usus sum.* Sed nec uti uolo, quia *non* ideo *scripsi hæc* licere mihi, *ut ita nunc fiant in me.* i. ut amodo mihi necessaria quæq; denē à subditis: & si ego propter aliorū salutem à debitis sumptibus & necessarijs omnibus abstinui & abstineo, salutem tanto exemplo uos ab immolatitijs carnibus abstinere, ne multos fratrum præcipitetis in interitū. Ob hoc etiam noluit Apostolus accipere sumptus, ne esset forma mercenarijs & pseudo apostolis. Erant enim iam multi, qui occasionē habere cupiebāt adquirendi terrena & uēdendi euāgelium: quibus eam uolēs amputare, uictū manibus suis quæsiuit. Sed propterea noluit à discipulis stipēdium uel aliud quid sumere, ne p hoc acciperent fiduciam delinquendi, & uigor euāgelicæ autoritatis in illo torpesceret. Parcebat etiā in hoc illis, ut non esset eis onerosus, si de bonis eorum uiueret. Nolo, inqt, ut hæc ita fiāt in me. Nam *magis bonū est mihi mori magis quā* ut quis *euacuet gloriam meam*, quam pro hac abstinētia habere uolo in Christo apud deum, compatiēs infirmis dū nihil ab eis sumo. Vere taliter euacuaret & inanis fieret. *Nam* si ideo *euangelizauero* ut hæc ita fiant in me, id est, si propterea euangelizauero ut ad illa perueniam, & finē euangelij in cibo & potu & uestitu collocauero, *non est mihi gloria* apud deum, sed ex eorū numero sum, de quibus dictū
Matt. 6. est, quia receperūt mercedem suam. Et quare nō est mihi gloria? Quia *necessitas* sustentandæ huius uitæ *incumbit mihi*, ut ideo euangelizē, quia unde uiuam non habeo, ut adquiram temporalē fructum de prædicatione æternorum. Sic enim iam necessitas in euangelio erit, non uoluntas. Et uere necessitas incumbit, quia *uæ mihi est si non euangelizauero*, id ē, malo meo non euangelizabo, quia fame cruciabor, & unde uiuam nō habebo. Vere non est gloria euangelizare pro corporis necessitate. Nam *si hoc ago uolens*, hoc ē, sine ulla uitæ huius sulciendæ necessitate, apud deum *habeo mercedem* gloriæ sempiternæ. *Sed si inuitus*, id est, cogēte necessitate id facio, *dispēsatio est mihi credita*, ut alijs dispēsem euangelium ad profectum eorum, ego autem mercedem illā apud deum gloriosam nō habeam. Hoc enim loco talis dispensator intelligitur, qui alienum dispenset, unde ipse nihil accipiat. Dispēsatio est mihi credita tanquam inuicto seruo, ut tanquam alienum erogem, & nihil inde capiam præter cibaria, quæ non de participatione regni, sed ad sustentaculum miseræ seruitutis dantur extrinsecus. Et quia si uolens euangelizo, mercedem apud deum habeo, *ergo quæ est merces mea*, quam de prædicatione habere cupio, cū nullam inde mercedē terrenam recipere uelim? Hæc scilicet est merces mea, ut ego *euangelium prædicās sine sumptu ponam* in cordibus hominū *euangelū*. i. ut non sit credentibus sumptuosum euangeliū, ne putent ad hoc sibi euangelizari, ut id euangelistæ quasi uendere uideantur. Hāc mihi eligo mercedem, ut gratis ponā in auditorū mentibus euangelium, *ut non abutar in euangelio potestate mea*, quā dñs concessit accipiendo stipēdia, ne quod impedimentum generem euangelio. Si enim stipēdia sumerem, unde euangelium impediretur & tardius iret, iam meæ potestatis abusio fieret: quoniā sumendo illa, contra hoc ad quod potestas ipsa fuit mihi concessa, facerem. Hactenus multifarie demōstrauit licere sibi sumptus accipere, quos tñ non accipiebat. Iam uero quia infirmitati hominum compatiens à debitis sumptib9 abstinebat, ostendunt sequentia, cum dicit:

Nam cū liber essem ex omnibus, oīm me seruum feci, ut plures lucrifacerē. Et factus sum Iudæis tanquā Iudæus, ut Iudęos lucrarer: his q sub lege sunt, quasi sub lege essem, cū ipse non essem sub lege, ut eos q sub lege erāt, lucrifacerem: his qui sine lege erāt, tanq; sine lege essem, cū sine lege dei non essem, D
sed in lege Christi essem, ut lucrifacerē eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerē. Omnibus oīa factus sum, ut oēs facerem saluos. Omnia autē facio propter euangelium, ut particeps eius efficiar.

¶ Hanc, inquit, solā mercedē in hac uita q̄ro, ut gratis ministrē cūctis euangeliū. *Nam cum essem liber ex omnibus.* i. cum sic ab oīmbus essem separatus, ut nihil illis deberem, nec ullius merita me possent ad hoc deducere, ut illis uerbum uitæ ministrarē, sponte me inclinaui ut à domino exaltarer, & *me seruum omnium feci*, sicut ipse dominus dixerat: Quicūq; uoluerit in uobis primus esse, erit omnium seruus. Liber eram ex omnibus, id est, nulli quicquam debens, cū nihil ab aliquo suscepissem, unde sibi obnoxius essem ad exhibēdam seruitutē: & tū pro Christo me feci seruum oīm, ut commodis oīm deseruirē: & hoc ideo, *ut plures* ad fidē conuertēdam *lucrarem*, id ē, lucrum eos prædicationis meæ facerē, & idcirco me modificaui omnibus. Quia *factus sum Iudæis tanquam Iudæus*, id ē, ita compassus sum eorū cæcitati & miseriæ, ac si Iudæus essem, & in eadē cæcitate & miseria cum eis detinerer. Hoc est dicere: Quantum dolorē ac solicitudinē de infidelitate & ignorantia & morte mea, si rē ipam sicut esset animaduertere possem, tantum habui de Iudæis, ut Iudæos lucrarer, i. ut sic ad fidē eos adducerē, subueniens eis sicut mihi subueniri uellē. & *his qui sub lege sunt*. i. Samaritanis uel prædictis Iudæis factus sum, quasi *sub lege essem*. i. misericorditer eis condolui, & eos à iugo seruitutis eripe laboraui, sicut mihi

A recte uellem condoleri & me eripi, si unus ex illis essem. Ita per compassionem misericordiæ factus sum eis quasi sub lege essem, *cum ipse nō essem sub lege* seruiliter, id est, cum eam nō seruarem carnaliter, *ut* tam pia condescensione *lucrifacerem*, id est, lucrum Christo adquirerē *eos qui sub lege erāt*. Nequaquam doctor egregius ut quasi Iudæus fieret, ad perfidiam erupit: nec quasi sub lege ad carnale sacrificium rediit, sed condescēdendo appropinquauit infidelibus, non cadendo, ut uidelicet singulos ipse suscipiēs, & se in singulos transfigurans compatiendo colligeret, & impenderet illis ea quæ impēdi sibi ab alijs recte uoluisset: & tanto unicuiq; erranti cōcurreret, quāto salutis ēius modum ex propria cōsideratione didicisset. Nō rediit ad carnale sacrificium, ut illud exhibendo
Actu. 4. putaret se aliqd iustificatiōis aut salutis inde consequi. Alioqui propter uitandum scandalū, Hierosolymis ueterem sacrificiorum morem seruauit. Neq; simulando fecit hoc, ut nōnulli putauerunt, sed secundum liberam sententiā suam quā
Supra. 7 dicit, Circumcisus quis uocatus est? non adducat
Roma. 2 præputium, id ē, non sic uiuat quasi præputium adduxerit, sicut alio loco dicit, Circūcisio tua p̄putium facta est. Secundum hanc sententiam fecit illa, quæ non intelligentibus & pas; attendentibus finxisse putatus est. Iudæus enim erat. & circumcisus uocatus, noluit adducere p̄putium, id
B est, non uoluit ita uiuere acsi circumcisus nō esset. Hoc em iā in potestate habebat. & sub lege quidem nō erat, sicut illi qui eam seruiliter custodiebant, sed tñ in lege Christi, quæ est ipsa quam Iudæi tenebāt, erat, ut libere adimpleret eam. Qui uerera eius sacramēta inē Iudæos celebrauit, hoc modo illa usq; ad certi temporis dispensationem à deo tussa esse commēdauit, & à sacrilegis sacris gētium distinxit. Nam & in hoc factus est Iudæis tanq; Iudæus, & sub lege politis tanq; sub lege es-
Actu. 16 set: qa hoc Hierosolymis fecit, & alibi Timotheum circuncidit, & à cibis quos lex prohibet abstinuit inē Iudæos, ac semper apud eos de lege & prophetis disputauit, asserēs eorū testimonijs aduentū Christi. Qui uniuersa hæc & his similia id circo faciebat, ut eos qui de lege erāt, Christo adquireret, non ut aliquid iustificationis iam in illis ceremonijs æstimaret. Qui & subiungit: *his qui sine lege erant*, id ē, gentibus, factus sum *tanquam sine lege essem, cū nō essem sine lege dei, sed essem in lege Christi, ut lucrarem eos qui sine lege erant*. In eo quippe factus est gentilibus tanq; gentilis, quod præputiū recepit, quod indifferēter permisit uesci cibis q̄s damnant Iudæi, quod eis assensus est secundum physicas rationes mundi esse factum à deo, & hu
Ioh. 14. iusmodi condescensionibus. Notādum quod Iudæos sub lege dicit esse, se autem in lege, paganos uero sine lege. Aliud ē autem esse sub lege, aliud
terem. 2 in lege. Qui enim sub lege est, secundū legem agitur: qui uero in lege est, secundum legem agit: & ille seruus est, hic autem liber. Qui uero sine lege est, ab omni seruitute diuina alienus est, ut sicut onager in solitudine præsentis seculi male liber uiuat. Vtrisq; aūt, id est, & eis qui sub lege, & illis qui sine lege erant, se testat Apostolus congruisse C
per misericordiam scilicet & compassionē, non per uersipellem simulationē, id est, ut eo mō subueniret carnali Iudæo uel pagano, quomodo sibi ipsi hoc esset, subueniri recte uoluisset, portans utiq; eorū infirmitatē in compassionis similitudinem, non fallēs in mēdacij fictione, sicut cōtinuo sequit & dicit: *Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem.* Hinc em loquebatur, ut etiā oīa illa supiora diceret. Sicut ergo quod factus ē infirmis infirmus, non erat mendacium, sic & cætera quæ præmisit. Quam enim dicit infirmitatem sit am ergo infirmos fuisse, nisi cōpatiendi eis intantum, ut ne uideretur uenditor euāgelij, & uerbi dei cursum apud imperitos in malam suspicionē decidēs impēdiret, nollet accipere qđ ei iure dñi eo debebat? Eo em ipso factus est infirmus, quo potestate sua uti uoluit. Tā misericordiæ scilicet indutus affectu, ut cogitaret quēadmodū secum agi uellet, si & ipse infirmaretē, ut posset de illis p̄ quos sibi euangelū prædicaret, si eos uideret sumptus accipere, quasi mercimonio nundinas suspicari. Sic ergo *illis* qui corde infirmabant, fact9 est infirmus compassione misericordiæ, nō simulatiōe fallaciæ. Nā & q ministrat ægroto, fit tanq; ægrotus, nō cū se febres habere mentit, sed cum animo condolētis cogitat, quēadmodū sibi seruiri uellet si ipse ægrotaret. Iuxta quem sensum uniuersaliter subiungit: *omnibus omnia factus sum, ut oēs* D
facerem saluos. Quasi dicat: Quid diutius per partes enumerarē singula? Breuiter cōprehendo, oībus omnia factus sum. i. quasi oīmodarū sectarū essem. Omnibus oīmia factus est, non mētientis actu, sed cōpatientis affectu. i. non oīa mala omnium fallaciter agendo, sed aliorū omnium malis oīmbus tanq; si sua essent, misericordis medicinæ diligentiam procurando. Cogitabat em, ut hō, in eis uitijs etiā se esse potuisse, unde cupiebat alios liberare: & ita subueniebat illis, sicut sibi uellet subueniri, si ipse in eisdē uitijs esset. In se em personas omnium pie transfigurans, ex semetipso discebat qualiter unicuiq; misereri debuisset, quatenꝰ hoc singulis impēderet, q̄ sibi ipse, si ita esset, impēdi recte uoluisset. Ita, inquit, me contēpero oīmbus, nō q̄ mihi errores & uitia eorū placeant, sed oīa hæc prædicta *facio* conformans me unicuiq; *propter euangelium, ut particeps eius efficiar*, id est, ut particeps fiam bonæ intentionis, quam habet euangelium erga salutem hominum. Vel omnia quæ dixi facio erga singulos quosq; propter euangelium, ut possim eis illud dulciter inferre, & ego fiā particeps remunerationis eius.

Nescitis q̄ hi qui in stadio currūt, oēs quidē currūt, sed unus accipit brauiū? Sic currite ut cōprehēdatis. Oīs em q̄ in agone cōtēdit, ab oībus se abstinet. Et illi quidē ut corruptibilē coronā accipiant, nos autem incorruptam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Idcirco oīa facio propter euāgeliū, quia nō aliter ero particeps eius. Nec esse eī mihi ē, ut oīa quæ faciēda sunt faciam, & ab omnibus à quibus abstinendum est abstineam, quoniā aliter euangelij coronam & remunerationem habere non potero. Quod euidēter apparet in hac similitudine quam nunc propono. Nullus enim in stadio bra-
A uium accipit, nisi qui omnia quæ facienda sunt fecit, & hoc in mundana consuetudine potestis scire. Quia an *nescitis quod hi qui currunt in stadio omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium?* Licet enim omnes ibi sint in cursu & labore similes, tamen omnes maniter currunt præter illū solū qui accipit brauium, quod est præmium cursus. Stadium autem constat centū uigintiquinq; passibus. Sed hoc loco, siue minus siue magis longitudinis habeat, uocatur stadium illud uiæ spatium, per quod usq; ad metam quandā solebat fieri cursus, ut postquam uenerentur ad metam, esset stadium. Vnde stadium à stando nomē accepit. Brauium autem genus est palmæ, uel præmium, quod cur-
rentibus proponitur. Oēs currūt, sed unus qui currendo cæteros uincit, accipit brauium: quia fecit omnia quæ pertinent ad cursum, & abstinuit
B ab omnibus quæ impediunt. Sic & ego brauiū supernæ remunerationis adipisci non potero, nisi omnia quæ currentibus facienda sunt fecero, & ab omnibus quæ contraria sunt abstinuero. Similiter & unusquisq; uestrum de se sentiat & legitime currat. Nam oēs quidē currūt, sed unus accipit brauiū. Currūt enim Iudæi, currūt hæretici, currūt nonnulli Christiani qui ad uitam nō sunt prædestinati: quia oēs isti in fine præmiū sperant se adepturos, & ad illud tēdunt per uitæ præsentis stadiū. Sed prædestinatorū Christianorū populus qui legitime currit, accipit brauium: qm̄ sola unitas eorū qui sunt corpus Christi, palmam con-
☞ sequitur: & quia non omnes qui currunt, accipiunt brauium, ideo *sic currite* faciendo quæ ad cursum pertinent, & uitando quæ impediunt, *ut comprehendatis* illud. Cautos & expeditos uos esse cōuenit in currendo, ne forte contingat nō comprehendere præmium ad quod curritis. Non enim omnes comprehendunt illud. Currite credendo, sperando, desiderando, bene operando, corpus affligendo, orando, amando, & quibusque bonis studijs insistendo. Ita quidem est de his qui currunt. Sed de his qui pugilantur, audiamus. Nam cursor quisque festinat ad brauium, sed *omnis qui agone contendit, ab omnibus se abstinet*, id est, oīs pugil qui in certamine pugnat, ab omnibus se abstinet, id est, ab escis & cæteris quæ impediunt agonem, id est, certamen. Sic & oīs Christianus qui in arena huius mundi cōtra diabolum luctatur, ab omnibus quæ christianum ad terram implicant, debet abstinere. Nam & ideo chrismate sumus uncti, quia luctatores sumus effecti: & propterea sicut illi qui in arena luctantur, nudi sunt, ita & nos à mundanis rebus spoliati esse debemus, ut amando nihil possideamus in hoc seculo: quia nec maligni spūs cōtra quos est nobis lucta, quid
C quam in eo proprium possidēt. Nudi cum nudis, id est, nil possidentes cum nil possidentibus luctari debemus, si eis succumbere nolumus. Armis tamen uirtutū induti studeamus, quibus & protegamur, & aduersarios feriamus. Sicq; pugiles & luctatores imitemur, qui se intantum ab omnibus agoni suo noxijs abstinent, ut & nocturnam pollutionem, quæ per somnum accidere solet, diligenter cauere studeant, ne per hanc molliores in certamine fiant. Et *illi quidem* abstinent, & pugilantur *ut corruptibilem coronam* ex floribus cōtexta cum laude & mercede cito perituram accipiant, *nos autem* ob hoc abstinemus ut *incorruptam*, id ē, æternam percipiamus coronam. & idcirco diligentiores esse debemus, quibus non terrenis & marcēntibus floribus, sed æterna cōserta gēmis in modū regij diadematis corona spiritalis seruat.

Ego igitur sic curro nō quasi in incertū: sic pugno, nō quasi aerē uerberās.
Sed castigo corpus meū & in seruitutē redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.
D

¶Seipsum proponit Apostolus cæteris in exemplum. Qūquidem, inquit, in stadio uitæ p̄sentis est nobis cursus & certamē, atq; uictori p̄posita est incorruptibilis & æterna corona, *igitur ego*, qui (sicut supra dictum est) omnia propter euāgelium facio, *sic curro*. i. tam legitime, tam alacriter, tam expedite cursum boni operis exequor, ut *nō quasi in incertū* tendam, q̄a certus sum de corona. Ille enim currit in incertum, q talia facit, ut ex q busdam sperare, & ex quibusdam possit desperare. Sed ego ex omnibus quæ post conuersionem feci, certitudinem bonæ spei tendens, nō curro ut lut in incertum, sicut illi qui currunt ad seculare brauium, nec si poterunt illud accipere sunt certi. ego *sic pugno* cōtra diabolum, ut *non sim quasi aerem uerberans*. i. nō inaniter pugno sicut ille, qui iactat ictus incassum, & pro hoste ferit aerem. Scilicet non uerbis, sed rebus contendo, quia nō sum de illis prædicatoribus, qui dicunt & non faciūt. Quantumcunq; enim p̄dicator fundauit uerba, gladius oris eius nō peruenit usq; ad læsionē hostis, sed uox inanis & ociosa reputat, si ipse prædicatiōi suæ cōtrarius existat. Quia qui aliter facit q̄ prędicat, suspectos facit audiētes ut de promissis dubitent: & ideo malū de cordibus eorū nō ualet expellere, nec hostē qui in eis habitat, lædere. Ego aūt nō uacuos ictus uerborū in aduersarium iacto, sed ut illū possim lædere, castigo ieiunijs & afflictionibus corpus meū, ut & exemplum abstinentiæ dem alijs: & ideo non quasi aerem uerberans pugno, quia dum carnem restringo, ipsis abstinentiæ meæ ictibus non aerem, sed diabolum uerbero: & dum hoc quod intra me est subijcio, extra positū aduersarium ferio. Corpus uero castigare, est ieiunijs reprimere illud, & ea illi dare, quæ ad uitam proficiant, non ad luxū. *Corpus meum* per abstinentiam *castigo*, ne per lasciuiam inso-

A lescat, & *in seruitutem illud redigo*: ut non perficiat suam, sed spiritus uoluntatem: & in omnibus seruiat spiritui, nō repugnet. Ideo sic corpus refreno, quia *ne forte* si aliter egero, cōtingat quod adhuc contingere potest, quandiu sum in hac mutabili uita, scilicet ne *cū* ego *alijs prædicauerim*, & in partē electionis illos p doctrinam meā adduxerim, *ipse* male uiuendo *efficiar reprobus*. i. à deo reprobatus,
Actu. 9. & à gaudijs cælestibus quæ prædico, alienus. Certe iā de hoc Apostolo uoce dīuina dictum fuerat, qm̄uas electionis mihi est, & tm̄ adhuc ipse castigans corpus suū, metuit ne reprobē, licet supradixerit, sic curro, nō quasi in incertum. Ita em̄ certus est de præmio, ut timeat illud amittere: & ita metuit amittere: ut certus sit de eo. Et cū iste quē deus uas electionis esse testatur, sic metuat reprobus fieri, quid de nobis miseris erit, qui nullā adhuc dei uocem de electione nostra audiuimus, & iam in ocio quasi de securitate corpemus? Oīa enim quæ nūc de se dixit, ideo locutus est, ut nos similiter agere suo exēplo doceret, scilicet ut sic
B strenue cursum recti operis ageremus, quatenus de perceptione futuri præmij spem certam haberemus: & sic cum antiquo hoste pugnaremus castigantes corpora nostra, ut nō aerem, sed ipsum hostē certis ictibus abstinentiæ nostræ ferirem9, ne forte p subrepentina uitia reprobi adhuc efficeremur, & reprobatiōem adhuc posse cōtingere, probat exemplo Iudæorum, cum subiungit:

CAPVT X.

Num. 9. Exo. 13. 14. 16. 17

NOlo em̄ uos ignorare fratres qm̄ patres nr̄i oēs sub nube fuerunt, & oēs mare transierūt, & oēs in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & oēs eandem escā spiritalē manducauerunt, & oēs eundem potum spiritalem biberunt. Bibebāt autē de spiritali con
Num. 20 sequēte eos petra, petra aūt erat Chri-
Num. 14 stus. Sed non in pluribus eorū benepla citū est deo, nā p̄strati sunt in deserto.

¶ Hoc nanque exemplum ideo proponit, ut in Christianorum populo nullus in eo solo cōfidens quo baptizatus est, & escā ac potum corporis & sanguinis dñi percepit, putet sibi deum parcere si peccauerit: sed tūc cognoscat sibi profutura, si deo humiliter obedire p. seuerauerit. Quasi dicat: currere & pugnare sicut ego, debet omnis Christianus, quandiu in stadio uitæ mortalis est: & metuere, ne post oīa bona quæ diuinit9 accepit, fiat adhuc reprobus, ne perueniat ad brauiū pro quo currit, sicut uidemus quod Hebræi qui nos præfigurauerunt, post transitum maris & cælestem escam, quia deū peccatis suis offenderunt, ad terram promissionis uelut ad propositum brauium peruenire non potuerunt. *Nolo enim uos ignorare*. i. nolo ut ignoretis o *fratres*, *quoniam patres nr̄i*. i. Hebræi antiqui institutores nostræ fidei & moralitatis, *omnes* tam boni quām mali, cū egrederentur de Aegypto priusquam mare transirēt, *fuerunt sub nube*, quæ non sinebat exercitum Aegyptiorum ad eos accedere, & significabat præsidium supernæ protectionis. & oēs pariter *mare transierunt*, in quo persecutores eorum perierunt. & *omnes in Moyse*, id ē, in ducatu Moysi *baptizati sunt in nube & in mari*, quia submersis hostibus suis, erepti sunt à morte, quod præstat baptismus, & purgati sunt à peccatis prioribus, ut ultra non imputarentur illis: & mundati ab ignorantia dei, quæ premebat omnes gētes, ut idonei forent accipere diuinam legem. Baptizati sunt, quia signū baptismi acceperunt, quod tantundem ualuit eis credentibus, quantum ualet nobis ipse baptismus. & deinde *omnes* similiter boni ac mali *manducauerunt eandem escam spiritalem*, id est, māna spirituali uirtute paratum. Omnes eandem escam comederunt, quia non aliam saluādi & aliā perituri manducauerunt, sed omnes eandem. Simili modo & *omnes biberunt eandem* non diuersum, *potum spiritalem*, id est, aquam de petra productam spirituali gratia. Manna enim & aqua illa dicuntur nūc spiritualis cibus & potus, quia non mundi lege, sed dei uirtute sine elementorum commixtione ad tempus creati sunt, habentes in se figuram corporis & sanguinis domini. Vnde & manna uocatū est panis angelorū, quia uirtute qua angeli subsistunt creatum est, significans eū qui ait: Ego sum panis uiuus qui descendi de cælo. Vel eandem escam corporis Christi, quam nos in pane māducamus, ipsi manducauerunt in manna: & eundem potum sanguinis Christi, quem nos ex calice bibimus, ipsi biberunt ex petra, & ideo spiritualem manducauerunt eandem quam & nos, corporalem uero alteram. Quia uisibilem escam spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurierunt, spiritualiter gustauerunt, ut spiritualiter satiarentur. Nam & nos accepimus uisibilem cibum. sed aliud est sacramentum, aliud uirtus sacramenti. Similiter potum spiritualem perceperunt eundem quem & nos. nam corporalem alium. Sed hunc spiritualem potum non undecūque bibebant, sed *de spiritali petra*, id est, de Christo. Sicut enim cibus & potus ille fuit spiritualis, simili ratione fuit petra spiritualis, quæ potum manauit spiritualem. Bibebāt de petra *consequente eos*. id est, satisfaciente desiderijs eorum, quoniam cōsecuta est eos abundantia fuæ largitatis, prius siti cōfectos, & ad Moysen clamantes, dum satiauit eos sic, ut amplius tunc non quærerēt potū. Vel sequebat eos p desertū petra spiritalis: qa ubi deficiebat eis humanū suffragium, aderat Christus. Qui ideo sequebatur, ut ubi defecissent, ille subueniret. Non enim petra, sed Christ9 aquam dedit. Qui & nūc similiter suos per subsequentē gratiam comitari nō desistit post baptismū, uelut post maris transitum. Bibebant de petra, sed *petra erat Christus*. Nō est dictum, petra significabat Christū: sed. petra erat Chrīs, qa solet loqui scriptura res significan-

C
Num. 6. Exo. 13.
Exo. 14.
Exo. 16.
Exo. 17
D
Psal. 77. Iohan. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tes, tanquam illas quæ significantur, appellans. Omnia enim significãtia uident quodammodo earum rerum quas significant, gerere personas: & ideo tanquã hoc esset, dictum est, petra erat Christus: quod utiq; per substãtiam non hoc erat, sed per significationem. Propter firmitatem petra dictus ẽ Christus. Qui duobus lignis crucis affixus, profudit ex suo latere sacramenta nostræ salutis, quibus interior sitis nostra potaretur: sicut petra illa bis percussa, dedit aquam unde populus ille satiaretur. gemina enim percussio, duo ligna crucis significat. Ecce omnes pariter hæc omnia Dei beneficia consecuti sunt, sed nõ omnes pariter ad salutem peruenerunt. Quia *non in pluribus eorũ be-*
Num. 11 & 14. *neplacitum est deo*, id ẽ, plures eorum non bene placuerunt deo post hæc omnia, sed grauiter displicuerũt: quod inde patet, quia *prostrati sunt in deserto*, nec peruenerunt ad terram promissæ hæreditatis. Caueamus itaq; ne & nobis similiter contingat. Omnia eñ illa beneficia quæ ipsi diuinitꝰ acceperunt, spiritualiter sunt eadem quæ & nos accepimus. Aegyptum nanq; interpretari nouimus afflictionem, uel affligentem, uel comprimẽtem, siue tenebras, & sæpe poni in imagine huius seculi, à quo spiritualiter recedendum, ne simus iugũ
B ducentes cum infidelibus. Quod fit per primum
2. Cor. 6 calorem fidei. Sic enim quisq; Ierusalem cælestis sit ciuis idoneus, cum primum huic seculo renunciauerit, quomodo ille populus in terrã promissionis induci nõ potuit, nisi prius ab Aegypto recederet. Sed sicut ille non inde discessit, nisi diuino præsidio, ita nemo corde ab hoc seculo auertitur, nisi dominicæ misericordiæ munere præuentus & adiutus. Quem etiam protegens comitatur, quæ procul arceat exercitum Aegyptiorũ sequentium: quia catechuminus per fidem quam recepit, habet gratiam dei obumbrantẽ uelut nubem, quæ nõ sinit ad illum accedere pristinã consuetudinem uitiorũ, quæ diabolo instigante subsequitur illum, sed in aqua baptismatis extinguit uelut in mari rubro. Apte enim per mare rubrũ baptismus designat, sanguine christi consecratus. Mors enim Aegyptiorũ in mari, significat abolitionem pctõrum in baptismo. Israelitæ transeũtes, præsignant eos qui nunc baptizantur. & tali mysterio patres illi omes de Aegypto egressi fuerũt sub nube, & omnes mare transierunt, ac in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Moyses Christum significat, nubes spiritũsanctum, mare aquã baptismi. Dicunt ergo in Moyse baptizati in nube & in mari, uelut si dicerentur in Christo baptizati in spiritu sancto & aqua. Postea ducti sunt per desertum. Similiter & nunc baptizati omnes, nondum perfruentes promissa patria regni cælorum, sed quod non uident sperantes, & per patientiam expectantes, tanquam in deserto sunt. In quo pascuntur manna, & potantur aqua de petra, id est, corpore & sanguine Christi. Nam sicut ille Apostolus ante transitũ maris nõ potuit manna comedere sic nemo ualet ante baptismũ corpus redemptoris accipere. Deinde sicut Hebræis data est lex, ita fidelibus ostenditur sublimitas sci
C entiæ charitatis Christi. Sed qui post hæc omnia criminaliter peccauerint, ad cælestẽ patriam non peruenient, nisi congruam egerint pœnitentiam: sicut ludæi qui propter culpas suas ad terrã promissionis non peruenerunt, sed in deserto perierunt. etsi enim in aliquibus, non tamen in pluribus eorum beneplacuit deo. Communia fuerũt omnibus illis sacramenta, sed nõ communis gratia. ita & nunc baptismus nobis omnibus communis est, sed non uirtus baptismi: commune nobis est sacramentũ corporis & sanguinis domini, sed non communis uirtus sacramenti. Non ergo solis sacramentis confidamus, quia his solis ad regnum cæleste non peruenietis, si bona operari neglexerimus, aut si saluatorem more ueterum offendere non timuerimus.

Hæc aũt in figura facta sunt nr̃i, ut nõ simus cõcupiscẽtes malorꝫ sicut & illi cõcupierũt: neq; idololatrę efficiamini, sicut quidã ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus mãducare & bibere, & surrexerunt ludere.

D ¶ Iudæi post maris trãsitum, post angelicum cibum & spiritalem potũ, quia grauiter deum offenderunt, ad promissam hæreditatem nõ peruenerunt, sed in deserto perierunt. Sed hæc quæ de illis narrantur, facta sunt nunc in figura nostri, qui eramus futuri: quoniam in illis præfiguratũ est quod nos si post baptismum, si post dominici corporis & sanguinis cibum & potum similiter peccauerimus, ad cælestem patriam nõ peruenie-
mus: sed in hoc seculo maligno moriẽtes, ad pœnas inferni ducemur, quas pœnæ illoꝝ præsignabant. Caueamus igitur similiter offendere, ne talia patiamur in ueritate, qualia illi pertulerũt in imagine. *Hæc* enim (ut dictũ est) *facta sunt in figura nostri*, ut nos metu pœnarũ, quæ illis acciderunt, corrigamur. *ut non simus concupiscentes malorũ*, id ẽ, concupitores uitiorum, *sicut & illi cõcupierunt*. per concupiscentiam enim desideraueruñ cibos. Aegypti, quos reliquerant dum manna pascerentur cælitus missũ. & p esu carniũ flẽtes murmurauerunt. Caueamus & nos illecebras gulæ, uentrisq; ingluuiem, ne similibus epularũ concupiscentijs pereamus. *Neq; idololatræ efficiamini* mandu cantes in idolio, *sicut quidam ex ipsis*, manducantes coram uitulo. Neq; idololatræ efficiamini, id ẽ, nõ ædificetis ad idololatriam exemplo uestri infirmam fratrum conscientiam, qui uidentes uos in idolio recumbere, putant quod ibi ob honorem idoli comedatis. Nõ efficiamini idololatræ, sicut facti sunt non omnes Iudæi, sed quidam ex ipsis idololatræ facti sunt, adorantes uitulum aureum, dum Moyses in mõte quadraginta diebus cum domino moraretur, *quemadmodum* in Exodo *scriptũ est: Sedit populus* ante uitulũ *manducare & bibere, & cũ* alacres facti essent ex cibo & potu, *surrexerunt ludere*, id est, ludos facere in uituli ueneratione. Surre-

A xerunt ludere. i. corã uitulo saltare. Vel ludere, i. uitulũ odorare. Quid eñ lusui puerili tam simile, quàm idola colere? Cauete igitur ne & uos similiter corã idolo nunc sedeatis mãducare & bibere, & infirmos excitetis ad lusum idololatriæ.

Num 25 Neq; fornicemur, sicut quidã ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt una die uigintitria milia.

Num. 21 Neq; tẽtemus Chr̃m, sicut quidã eorꝫ tentauerũt, & a serpentibus perierunt. Neq; murmuraueritis, sicut quidam eorum murmuraue-
Iudith. 8 runt, & perierunt ab exterminatore.

¶ Neq; in idololatriam declinemus, postquã de tenebris infidelitatis educti sumus, ut illi declinauerunt, postq̃ de Aegypto, ubi seruierunt idolis, fuerant educti. *Neque fornicemur* cum paganis mulieribus, ne per eas ad cultũ idolorũ seducamur,
Num. 25 *sicut quidam ex ipsis fornicati sunt* cũ filiabus Madiã, & comederunt de sacrificijs eaꝫ, adoraueruntq; deos ipsaꝫ. & hoc factũ est consilio Balaã. Videte ne uos similiter consilijs pseudo apostolorum decipiamini, qui uestrã pernicię moliunt, sicut Ba
B laam filios Israel perdere machinabat. Nam propter hanc fornicationẽ *ceciderunt una die* gladio *uigintitria millia*, q̃m Moyses statim præcepit iudicibus Israel, ut occideret unusquisq; pximos suos, q̃ initiati fuerãt Beelphegor, & occisa est tanta multitudo eorꝫ. Vbi p̃figuratum est, q̃d etiam uiros in dilectione & in obseruãtia decalogi perfectos & in fide trinitatis, si fornicati fuerint, occident eos in iudicio futuro quasi in una die iudices Isra-
Mat. 19 Luc. 22. el. i. apostoli. Nam per decem, intelligit decalogꝰ legis: per uiginti. i. per geminationem denarij numeri, exprimit gemina dilectio, quæ legem facit impleri: per tria, fides trinitatis: p mille, perfectio. & ita (sicut diximꝰ) per uigintitria millia designãtur illi, qui in dilectione & præceptorꝫ diuinorũ obseruantia & fide sunt perfecti: sed caueant fornicationem, quia propter hanc solam in infernũ cadere possunt in die iudicij. *Neq; tentemus Christũ*, diffidentes de eius auxilio, & fastidientes eius spiritualẽ cibũ, ne malignis spiritibꝰ perimendi tradamur, *sicut quidem eorũ tentauerunt* illũ, *& a serpentibus perierunt*. Nam sicut scriptura refert, tædere cœpit populum itineris ac laboris, locutusq; con
Num. 21 tra dñm & Moysen, ait: Cur eduxisti nos ut moriremur in solitudine? Deest panis, nõ sunt aquæ. Anima nostra iam inanis nauseat super cibo isto leuissimo. Quamobrẽ misit dñs in populum igneos serpentes, Ita enim Chr̃m tentauerunt, dũ loquerentur contra dñm, qui est ipse Chr̃s, & cõtra Moysen famulũ eius, propter tædiũ uiæ lõgioris & laboris & penuriam cibi crassioris, cum uelut pro nihilo mãna ducerẽt. Ac per hoc Chr̃s comprobatur esse deus, qui iã ab illis est tentatus. Quibus ipse ad significãda peccata, quoꝫ ueneno inuisibiliter moriebant, uisibiles serpentes quibus admonerent, immisit. & plaga emẽdatoria mor-

tes animarꝫ mortibus corporꝫ figurauit. Caueamus & nos ne Chr̃m simili mõ tentemus, loquen
C tes contra eũ & contra prælatũ quẽ ipse nobis dedit, cur nos eduxerit de Aegypto, i. de tenebrosis seculi uoluptatibus, dũ affligimur in solitudine conuersationis huius, & penuriã sustinemus corporalis uictus, cum spiritalis abundet: & tædet itineris ac laboris, dum per patientiam diu nolumus expectare quod non uidemus, sed cupimus ad regnum peruenire cito sine laboris ullius tolerantia. Nam cum per multas tribulationes oporActu. 14 teat nos intrare in regnum cælorum, si tribulatiIudith. 8 ones in uia lõganimiter sufferre respuimus, iusto dei iudicio trademur ignitis serpentibus, id ẽ, malignis spiritibus, qui nos igne uitiorꝫ inflãment, & animas nostras ueneno peccatorum inficiant & extinguant. Notãdum etiam quia sicut Iudæi Christũ in Moyse contẽpserant, sic Corinthij contempserant eum in Apostolo, dum male loquerentur de Apostolo duce suo, sicut Iudæi de Moyse. & ideo nunc tali exemplo uult eos conpescere. Qui & addit: *Neque murmuraueritis*. Murmura-
Exo. 15. bant enim cõtra maiores suos, quibus inuidebãt 16. et 17 charismata meliora, uel contra ipsum Apostolũ. Num 14 Ne murmuraueritis, inquit, *sicut quidam eorum mur-* 16. et 17 *muraueruntꝫ* id est, iniuste de præpositis suis cõqueIudith. 8. sti sunt, & ideo *perierunt ab exterminatore*, id est, ab angelo qui extra terminos promissæ terræ pcussit eos, uel extra terminos sortis electorum misit.
D Nam Chore & socij eius murmurauerunt cõtrã Moysen & Aaron, q̃d nõ diuina electione, sed q̃s Num. 19 p̃ seipsos prælati essent populo: & ideirco sic exterminati sunt, ut uiui descenderent in infernum, disrupta terra sub pedibus eorꝫ. Propter qd & sequẽti die murmurauit contra Moysen & Aaron ibidem. multitudo filiorꝫ Israel, dicẽs: Vos interfecistis populũ dei. & ob id egressa ira à dño in eos, & uastati sunt incendio, fueruntq; qui percussi sunt, q̃tuordecim milia hoim, absq; his qui perierunt in seditione Chore. Ita, propter murmurationes suas, q̃bus falso de rectoribꝰ suis cõquerebant, perierũt, & de medio multitudinis exterminati sunt per angelũ administrantẽ pœnas eorꝫ. Videte ergo ne uos similiter contra me murmurantes, uel contra quoslibet uobis superiores aut prælatos, similiter imo deterius pereatis. Non enim est ambiguum, illos peccantes plus subijciendos tormẽtis, quibꝰ peccantiũ pœna ad hoc relatæ sunt, ne peccarent.

Hæc aũt omnia in figura contingebãt illis. Scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum Rom. 15 deuenerunt. Itaque qui se existimat stare, uideat ne cadat.

¶ Ita post maris trãsitum & cælestem cibum propter uarias offensiões suas uarijs modis perierunt. Sed *hæc omnia contingebant illis in figura*, quia tunc figurabatur, quod pro similibus culpis perire possumus post baptismum & corporis Christi sacramentum. Nam quod in pluribus eorum nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fuit beneplacitū deo, & prostrati sunt in deserto, præfigurauit quod nunc in populo Christianorū multi quidem sunt uocati, pauci uero electi. Lata enim uia quæ ducit ad perditionē, & multi sunt qui uadunt per eam. nec in illis beneplacitum est deo. Quod illi mala concupierunt, & corde in Aegyptū redierunt, figurabat q̄d carnales Chriani erant mala desideraturi, & mēte ad seculi relicta uitia rediturī. Q̄ quidā ex illis idololatræ facti sunt, cp quidā fornicari sunt, quod quidā Chm tentauerūt, cp quidā murmurauerūt, significabat quod quidā ex Chrianis erant in idololatriā casuri, & q̄dam fornicaturi, & quidā chm tētaturi, & quidā murmuraturi, & inuisibiliē pœnas eorū passuri. Vñ nō oēs illi, sed quidam ex ipsis memorant hæc mala fecisse: quia nec oēs Christiani, sed quidam similia nunc faciunt: & qui mō uetustas illorū culpas imitant, necesse est ut & pœnas ipsorum patiant. In figura ergo cōtingebant illis hæc oīa. Sed *scripta sunt ad correctionem nostram*. i. ut corrigamur auditis culpis & pœnis eorum, atque ea ueamus esse de illis qui similia faciunt & patiunē. In figura contingebant oīa sub ueteri testamento, & ideo iam nō opus est ut cum res manifestas agimus, figurarum prænunciātium celebrationi seruiamus. i. ut sabbata custodiamus, & ciborū differentias & his similia. Sed tñ scripta sunt propter nos, & ideo magna nobis cura sunt legenda & intelligenda, & in magna autoritate habenda, cū propter nostram utilitatem sint scripta. Vitia quoq; & tormēta ueterum scripta sunt ad correptionem nostram, *in quos*. i. in nos *deuenerunt*, id ē, declinauerunt *fines seculorū*, quia in ultima ætate sumꝰ, & tot exemplis priorū magis corrigi debemus. Alioquin pœna illoꝝ geminabit nobis, q̄a maior notitia legis, magis reū facit qui eam nō custodit. Fines aūt seculoꝝ tanq̄ senectus ueteris hominis, cum totum genus humanū tanq̄ unū hominem constituerimꝰ, sexta ætate significat, qua dominus uenit. Sunt enim ætates sex etiā in uno homine, infantia, pueritia, adolescentia, iuuētus, grauitas, senectus. Prima igitur humani generis ætas est ab Adam usque ad Noe, secunda à Noe usq; ad Abraam, tertia ab Abraā usq; ad Dauid, quarta à Dauid usq; ad transmigratiōem Babylonis, & inde quinta usq; ad aduentū domini. Sexta uero agitur ab aduētu domini usq; ad finem seculi, qua exterior homo tanquā senecture corrumpitur, qui etiam uetus dicitur, & interior renouatur de die in diem. Inde requies sempiterna est, quæ significat sabbato. Quia ergo fines seculorum sic deuenerunt in nos, id est, secularitas in nobis decreuit & finiri cœpit, ideo turpius erit si iā ultra peccauerimꝰ. Post hæc salubris admonitio subdit: Quoniam Israelitę post accepta diuinitus beneficia ceciderunt in uarias offensiones, per quas perire meruerūt, & casus Israelitarum præfiguraūere casus Christicolarum: atque omnia q̄ tunc illis acciderunt, scripta sunt ad correptionē nostram, *itaque quicunq; se existimat stare, uideat*, id ē, solicitus sit *ne cadat*, id est, ne labatur in culpā gra-

B uem, quia iustus septies cadit in Ieuem & resurgit. C. Prou. 24
Videat ne cadat, dū se stare putat. Hoc maxime ad eos ex Corinthijs dictum est, qui præsumentes de sua scientia, qua licitum esse nouerant omnia edere, infirmis fratribus scandalo erant: & putabāt se aliquid profeciſſe ex doctrina pseudo apostolorum, unde facti erant deteriores: atque iudicabant Apostolum, cum ipsi essent rei. Superbiā igitur eorum amputat, ne per hanc in uarias culpas sicut Iudei corruant: quia & Apostolo superbe detrahentes, Christum tentabant. Multos etiam alios qui futuri erant, reprimit ab elatiōe perniciosa, dum hortatur ut stās obseruet ne cadat, id est, ne peccato consentiat, uel ne alium peccare faciat. Volūtate enim sua cadit qui cadit, sed uoluntate dei stat qui stat, aut resurgit. Esse. 56

Tentatio uos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem deus est, qui nō patietur uos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cū tentatione prouentum, ut possitis sustinere.

¶ Stans uideat ne cadat. Non q̄d penitus sine casu perseuerare non possit. Sed hoc saltē uidete, ut *tentatio*. i. peccati delectatio, *uos non apprehendat*. i. rationē uestram in consensum nō trahat, *nisi humana*. i. nisi de his Ieuibꝰ peccatis, sine quibus humana uita nō potest duci. Vel nō dęmoniaca, sed humana tentatio uos apprehendat. Nā humanū quidem est, in corde tentationem perpeti: dæmoniacum uero est tētationis certamine & in operatione superari. Itē aliud sapere cp̄ se res habet, humana tētatio est. Huiusaūt uel illius uel suā ipsiꝰ amando sententiā, uel inuidendo melioribus usq; ad præcidendæ communionis & condendi schismatis aut hæresis sacrilegium peruenire, diabolica præsumptio est. In nullo autem aliter sapere cp̄ se res habet, angelica perfectio est. Quia igitur homines sumus, sed æquales angelis in resurrectiōe futuri sumus, quandiu non habemus angelicam perfectionem, caueamus diabolicam præsumptionem. Humanū quippe est de occultis aliorum non uera sentire, ut homo credat bonum quē nescit malum: & iterū opinione nō certa credat malum, quē nō probauit malū, & ante tēpus iudicet quod nescit. Sunt etiam humanæ tētationes, cū bono quisq; animo, secundum humanam tamē fragilitatē in aliquo consilio labit: aut irritatur in fratrem studio corrigendi, paulo tamen amplius cp̄ Christiana tranquillitas postulat. In his & talibus est humana tētatio, non dæmoniaca. Dæmonis est em̄ scienter & uoluntarie peccare, cū nulla ad hoc fragilitate trahat: hominis aūt est p ignorantiā uel per infirmitatē peccare. & q̄a necesse ē uos tētationibus ꝓbari, nō dico uel oro ut nō tentemini, sed ut tentatio nulla uos apprehendat nisi humana, ut sicut homines, nō sicut dęmones tēmini, scilicet ut per tētationes proficiatis, nō succumbatis. Ego quidē hoc dico, sed deus adimplebit quod dico, quia ipse est fideliter adimplēs q̄ē

A promisit, cum diceret: Ecce ego uobiscū sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi.
Matt. 28 *Fidelis est deus*, id est, uerax in hac promissione, ut sit semper uobiscum in omni tentatione, & nō sinat uos ultra uires tentari, sed tentationem leuiger ut uincatis. Aliter de aliquo dicimꝰ, nō mihi habuit fidem: aliter, non mihi seruauit fidē. Nam illud est, non credidit quod dixi: illud, non fecit quod dixit. Secundum hanc fidem qua credimꝰ, fideles sumus deo: secundum illam uero, qua fit quod promittitur, etiam deus ipse fidelis est nobis. Fidelis est deus in eo quod se suis promisit auiacob. 1. xiliaturum, & coronam gloriæ post tentationes daturum, & ideo *non patietur uos tentari supra id q̄ potestis* ferre, id est, non permittet ulla mensuram uestrāq; uirium excrescere pondus alicuius tentationis. Nisi enim misericors deus cum uiribꝰ tentamenta modificet, nullus profecto est, qui malignorum spirituū tentationes non corruens poterit. Quia si mensuram iudex tentationibus non præbet, eo ipso protinus stantem deiicit, quo ultra uires onera imponit: & ideireo pia dispensatione hostem nostrum permittit & retinet, relaxat & refrenat, ut & tentemur ad profectum nostrum, & non superemur ad hostis desiderium. Fidelis enim est, & ideo facit ut aut cito cesset ten-
B tatio, aut si prolixa fuerit, det ipse tolerandi uirtutem. Non patietur tentari supra uires, *sed cum ipsa tentatione faciet etiam prouentum* tolerantiæ, *ut possitis sustinere* pondus tentationis. Subuenit enim ut impleat quod promisit, quia fidelis est: & illud facit prouenire, quod potest humana fragilitas sustinere. Nouit enim quando procellam tentationis exurgere sinat, quādo exurgentem reprimat. Nouit pro custodia nostra restringere, quod contra nos egredi pro nostra exercitatiōe permittit, ut sæuiens nos diluat procella, non mergat. Prouentum ergo facit in tentatione, & tentationem prout expedire nouit, dacit prouenire, & citius opus consolationis occurrere facit, atq; surgentes tentationis stimulos mitigat, impugnantesq; se cogitationum motus interna pace tranquillat. Moxq; anima immensam de spe cælesti lætitiam percipit, dū deiectū respicit malū quod tolerauit.

Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura.

¶ Dixi quod omnia cōtingebant Israelitis in figura, qui post cæleste pabulum cōuersi sunt ad idola, multisq; modis offenderunt, & quod uos deum fidelem habetis adiutorem in oīi tentatione. *Propter quod* o *charissimi*, quibus ego propter magnam charitatem cōsulo, *fugite*, id est, cito uos elongate, non solum animo, sed & corpore *ab idolorum cultura*, ne sicut iudęi fiatis iteꝝ idololatræ. Qui enim assiduus est in idolio, aliquid sperat de
2. Re. 18 eo: & de eo sperare, de deo dubitare est. Sic enim Saul ad idololatriam quā exterminauerat redijt, sperans aliquid de ea. Fugite ergo ab idolorum cultura, ne per hanc uobis nascatur in deum tentatio. Fugite quasi pestem, quasi uenenum, quasi mortem: quia nisi cito fugeritis, non euadetis. Fugite de idolio, ut non comedatis ibi cum offendi culo simplicium fratrum: quia iam in eorū infirma conscientia facti estis idololatræ, dū uos æstimant ob honorem idolorum ibi comedere. C

Vt prudētibus loq̄r, uos ipsi iudicate q̄d dico. Calix bñdictionis cui bñdicimus, nonne communicatio sanguinis Chri est? & panis quē frāgimus, nōne participatio corporis dñi est? Quoniā unus panis & unū corpus multi sumꝰ, omnesq; de uno pane participamus.

¶ Fugite ab idololatria, & ut inde fugiatis, *loquor* uobis altum aliquid, non quasi rudibus, sed quasi *prudentibus* & rationis capacibus. Ideoq; *uos ipsi* uelut prudentes *iudicate* quod dico. i. an propter hanc rationem quam subiungo, debeatis fugere procul ab idolis, & abstinere prorsus ab illorum sacrificijs. Calix benedictionis &c. Ideo prius de calice loquitur, quia de pane postea plus erat locutus. *Calix benedictionis cui benedicimus*. i. calix cui Christus in cœna benedixit, & cui nos sacerdotes in Missa benedicimus. uel calix, id est, cuius haustu benedictio credētibus infunditur, cui nos sacerdotes in sacramētorum consecratione benedicimus, *nonne est communicatio sanguinis Christi*? D
id est, nōne facit eos qui digne bibunt illum, esse participes uitæ christi quæ per sanguinem designatur, qm̄ anima carnis (ut Moyses dixit) in sanguine est. Hoc est, nonne faciat nos esse illius beLeui. 17 titudinis & gloriæ participes, in qua cū aīa ipsius anima uestra unū quid fiat per eiusdē gloriæ consortium? Vbi innuit, quia similiē calix maledictus idolorū, potātes se facit participes mortis dæmoniorum. *& panis quem* nos sacerdotes in altari *frangimus*. & quem unū in multas partes diuidimꝰ ad designandā unionē charitatis accipientiū, *nonne participatio corporis domini est*? i. nonne hoc operantur in nobis, ut tandē corpora nostra recipiāt participationē immortalitatis & gloriæ corporis nostri? Hoc ē dicere, Participatio calicis & panis dominici, facit ut anima nostra & corpꝰ tandem cōformetur animæ & corpori Chri secundū receptionem eiusdē beatitudinis. Tunc autē hoc erit, si quod in sacramento uisibiliē sumit, in ipsa ueritate spiritualiter manducet, spūaliter bibatur. Sicut enim ut sit species uisibilis panis, multa grana in unū conspergunt, tanquam illud fiat quod
Actu. 4. de fidelibus ait scriptura, erat illis cor unum & anima una, & sicut in confectione uini liquor granorum multorum in unitatem confunditur, ita dominus Iesus nos ad se pertinere per unitatem charitatis significauit, ac mysterium pacis & unitatis nostræ in sua mensa consecrauit: & ideo qui accipit mysterium unitatis, & non tenet uinculū pacis, non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se. Panis quem frangimus, est participatio corporis domini: quia ipse panis quē multis diuidimus, est uerum corpꝰ domini: & qui de

Universidad de Deusto
Biblioteca

illo accipiunt, de corpore dñi accipiunt, atq; fiũt etiam ipsi quod accipiunt. *Quoniam nos multi sumus unus panis & unum corpus.* Nam sicut unus panis ex multis granis, & unum corpus ex multis membris componitur, sic ecclesia Christi ex multis fidelibus charitate copulante connectitur. Vnus ergo panis sumus. Nam ieiunijs & exorcismis coepimus moli, deinde baptismo conspersi sumꝰ, & per acceptionem sancti spiritus sumus decocti, & ita panis dominicus effecti, si unũ esse perseueramus. Nam ideo dñs (sicut dictum est) corpꝰ & sanguinem suum in eis rebꝰ commendauit, quæ ad unum aliquid rediguntur è multis, quoniam aliud in unum ex multis granis cõficitur, aliud in unum ex multis acinis conflat. Et ob hoc, cõmunicatio corporis & sanguinis Christi, societatem æternam sanctoꝝ designat & facit, ubi pax erit & unitas plena atq; perfecta. Propter quæ omnia recte dicimur omnes unus panis & unum corpus, qa & *omnes de uno pane* corporis Christi *participamus.* Quod enim quisq; suam partem ex hoc pane accipit, significat quia unusquisq; iuxta mensurã suam particeps fit huius gratiæ. Sicut autem unꝰ panis dñici sacramenti unum corpꝰ Christi efficit in ecclesia, sic panis idololatriæ dæmonũ participatio est: & sicut omes qui de uno pane ac de uno calice dñi sumimus, unum corpus efficimur: ita si cũ idololatris de sacrificio eoꝝ comedimus & bibimus, unum profecto corpus efficimur. Qui em comedit idolothytũ, unum cũ dæmone fit: sicut qui comedit corpus Christi, fit unũ cum Chro.

Matt. 26 Mar. 14 Luc. 22.

B

Videte Israel secũdum carnem. Nõne q edũt hostias, participes sunt altaris?

¶ Dixi quia qui edunt carnem christi, & bibunt sanguinẽ eius, participes sunt Chri, & hoc uobis per similitudinẽ ostendo. Nam *uidete*, id est, considerate eum *Israel*, qui non scdm spiritum ut nos, sed *secundũ* solam *carnem* est Israel. i. populum Iudæoꝝ, qui sola carne sunt filij Iacob, & carnaliter intelligunt & seruant legis pcepta. *Nonne* illi *qui* apud eos *edũt hostias* carnaliter immolatas, *sunt participes altaris?* i. de sacrificio altaris partem in esum accipiunt. Ita est. Pars enim cremabat in altari, & pars comedebat: & sicut Iudæi participes fiebant altaris per esum hostiaꝝ, sic nos efficimur participes Chri per esum carnis eius. Qm uera carnis substantia quæ in Christo est, in nos transfit: qm sacrificium illud idem quod erat in altari, transibat in eos qui comedebant de illo. Similiter & qui idolothyta sacrificia manducant, fiunt socij dæmonũ, quomodo carnalis Israel socius erat altaris in templo, qui de sacrificijs manducabat.

Deut. 32

Quid ergo? Dico q idolis immolatũ, sit aliquid, aut q̃d idolũ sit aliquid? Sed q̃ immolant gẽtes, dæmonijs immolãt, & nõ deo. Nolo aũt socios uos fieri dæmoniorũ. Nõ potestis calicẽ dñi bibere & calicẽ dæmoniorũ. Nõ potestis mẽsæ dñi participes eẽ & mẽsæ dæmoniorũ.

C

¶ Qm monebat Apostolꝰ ut fugerent ab idoloꝝ cultura, ne cibis talibus contaminarẽtur, sensit motũ cordis eoꝝ, & ideo puenit ne quis illi diceret: Ergo dicis uim aliquã habere idolũ uel posse polluere. Non, inquit, idolũ insensibile polluit, sed dæmones qui tẽplis pfidẽr, ad hoies deprauandos & suo seruitio mancipandos, nõ q̃ offerebat culpãs, sed quia illis offerebat. Quasi diceret: Qm dixi, fugite ab idolorum cultura, ergo ne quis ex hoc moueat, interrogo, quid dico illis uerbis pmissis? An intendo dicere, qd immolatũ idolis, fit aliquid, i. immutet in aliquã dignitatẽ? Aut intelligo q̃ idolũ sit aliquid. i. ualet in aliquo prodesse uel obesse? Non hoc dico, *sed* potius istud asserо, quia sacrificia *quæ immolant gentes*, nõ idolis, sed *dæmonijs* (q̃ latent in idolis) *immolant, & non deo.* Dæmonijs em magis dediti sunt, qd est periculosius. Nam si tm idola colerẽt, sicut eos nil ad iuuarẽt, ita nihil eis nocerent. Nã simulacrũ uere nihil est, sed sub tegmine simulacri diabolꝰ colit. Gẽtes immolant dæmonijs. Sed ego *nos* qui Chro concorporati estis, *nolo fieri socios dæmoniorũ* per sacrificia gentiũ. Nõ em hoc totũ quod uidet, est in idolo, sed sub tegmine idoli est occultũ iniquitatis mysterium. Ideo abstinendũ est ab esu taliũ sacrificiorum. Dñs tn dicit, quia quod intrat in os, nõ coinquinat hoiem. Vbi sciendũ quia ipsi quidẽ cibi, et dei creatura oĩs quidẽ per se munda est, sed idolorum ac dæmonum inuocatio ea facit immunda. Ideo debetis idoloꝝ sacrificia respuere, quia *nõ potestis calicem domini*, in quo sanguis est eius, *bibere & calicem dæmoniorũ*, in quo uinũ est sacrilegæ superstitionis. nec *potestis mensæ*. i. altaris dñi in quo corpus eius est, *participes esse & mensæ*. i. altaris, *dæmoniorũ*. & tam magnum sustinebitis incõmodum, ut à corpore & sanguine dñi, sine quo uitam habere non potestis, separemini, qm sacrificiũ Christi & sacrificium diaboli nemo potest comedere. Quæ enim conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Vel quis consensus tẽplo dei cum idolis? Nulla his adinuicem societas, qm mors & uita simul non conueniunt.

Matt. 15 Mar. 7 D 1 Tim. 4

Matt. 26 Mar. 14 Luc. 22

An æmulamur dominum? Nunquid fortiores illo sumus?

Non debemus ad subuersionẽ fratrum manducare sacrificia idoloꝝ. Quia *an æmulamur dominum?* i. an inuidemus dño, ut regnum eius minuamus, comedendo idolothyta ad perditionẽ fratrũ? non oportet ut æmulemur eũ, conantes ei auferre mẽbra sua. Quia *nũquid fortiores sumus illo*, ut possumꝰ contra eũ prælialere, & eos ad pernicie trahere, quos ipse uult ad uitam seruare, uel nos ipsos ab eius percussiõe defendere? Malo nostro utimur, si contra Chrm agimus. Vel ita: An æmulamur dñm. i, an imitamur Chrm comedentem cũ publicanis & pctoribus, dũ cũ idololatris mãducamus? Nequaquã illum imitamur in hoc facto, quia, ipse non cum idololatris cibũ sumpsit, sed cum his qui unum deũ colebãt, & tm pctores

1 Tim. 4

Matt. 9. Mar. 2. Luc. 5

A erant, ut eos dulcedine familiaritatis suæ traheret ad pœnitentiã. An imitamur dñm? Minime, et nunquid sumꝰ fortiores illo? i. nunquid agimus fortiora q̃ ipse, per scientiã qua nouimꝰ idolum nihil esse, sumẽtes idolothyta quod ipse nõ fecit?

Eccl. 37. Sup. 6.

Hoc est em fortiores illo esse, quod tm non est fortitudo, sed debilitas, ea facere quæ ille non fecit.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, Omia mihi licent, sed nõ omnia ædificant. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius.

¶ Abstinẽdum est ab immolatis. & *omnia* quidem ciborũ gña *mihi licent*, qui possum ea sumere mundo corde, *sed non omnia expediunt* mihi. i. quædam eoꝝ non adiuuãt, sed implicãt cursum meum. Secdm legem naturæ licent, qm munda sunt oĩa naturaliter, & ideo licent. i. nullo pcepto mihi prohibent. *Omnia* quidẽ ciborũ gña *mihi licent*, & lege naturæ & potestate liberi arbitrij, *sed non omnia ædificant* proximos, qm quæ idolis oblata sunt, destruunt illos, & à fide subuertunt: & ideo à licitis etiam abstinendũ est, ne fratres scandalizentur. *Nemo* enim *quærat quod suũ est*. i. suum proprium commodũ, *sed* commodũ *alterius*. Nã qui ueraciter intelligit idolũ nihil esse, & oẽm deo creaturam bonã esse, atq; sic comedit idoloꝝ sacrificia, non uerens scãdalizare fratres propter suam escam, iste quod suũ est quærit, non quod alioꝝ.

B

Qui uero ne fratribꝰ noceat, à licitis abstinet, ille nõ quod suũ est quærit, sed quod alioꝝ, quia charitate cõpulsus, etiam per sua damna quærit aliorum cõmoda. Quod de esca diximus, hoc de omni re sentiendum est; quia qui suas utilitates negligit pro utilitatibus proximorum, ille iustus est.

Omne quod in macello uenit, manducate, nihil interrogãtes ppter cõscientiam. Dñi est terra & plenitudo eius.

Psal. 23.

¶ Qm licita sunt hæc, & tm non est utendum eis semper, determinat qõo & qua ratiõe possint manducari, scil. si uenalia fuerint in foro reperta. *Omnia*, inquit, *quod in macello uenit*. i. quod uẽditur in loco ubi carnes uenduntur, *manducate, nihil interrogantes*, id est, non quærẽtes an sit immolatum uel non immolatum, & hoc facite *propter conscientiã*, id est, ut libera sit cõscientia uãa; quia licet aliquid sit oblatũ idolo, tn si hoc nescierit qui emit, nullum patit scrupulũ, & apud deum immunis est. Vel propter conscientiam uendentis conseruandam, quia si mãducaretis postquã diceret immolatũ esse, ille si infidelis esset, confirmaret in infidelitate; uel si fidelis, reuocaret à fide. Nihil interrogate, quia si interrogaueritis infideles, qui uos sciunt esse Christianos, propter irrisionem uobis respondebunt omnia esse immolata. Dixi ut manducetis sine interrogatione, quia *domini est terra*, q̃ cũcta nutrit & sustinet, *& plenitudo eius*, id est, omnia quibus impletur terra. Nec potest immundũ esse quod domini est. Si ergo idolis immolatum aliquid, uel non est, uel nescitur, sine ullo conscientiæ scrupulo in usum necessitatis assumitur. Si uero certum est immolatum esse, melius Christiana uirtute respuitur.

C

Si quis uocat uos infideliũ ad cœnã & uultis ire, ome quod uobis apponit mãducate, nihil interrogãtes, ppter cõscientiã. Si quis autẽ dixerit, hoc immolatum est idolis, nolite mãducare, ppter illũ qui indicauit, & propter cõscientiam. Conscientiam aũt dico, non tuam, sed alterius. ut quid em libertas mea iudicat ab aliena cõscientia? Si ego cũ gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago? Siue ergo manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite.

Coloss. 3.

¶ Dixi qualiter manducãdum sit quod emitis, dicam & gratis datum qualiter edi possit. Ita scilicet: *Si quis infidelium uocat uos ad cœnam* &c. Cœna à cõmunione ueteretiũ appellatur. coinon quippe cõmune dicunt Græci. Vnde & cõmunicantes, quod cõmuniter, id est, pariter conueniant. Apud ueteres em solitũ erat in propatulo uesci, & cõmuniter epulari, ne singularis luxuriam gigneret. Si uos ad cœnam quis infidelium uocauerit, non præcipio ut eatis, sed in uestra uoluntate pono. Tunc autẽ Christianus ad cœnam infidelis ire debet, si aliquẽ fructũ ibi habet, id est, si scit se illum lucrari; sicut Christus ideo cum peccatoribus edebat, ut eos ad pœnitẽtiam conuerteret. Si

D

uultis ad talem cœnã *ire*, *omne quod uobis apponitur, manducate* simpliciter, *non interrogãtes* unde sit, *propter conscientiam* simul discumbentium, ne conscientia infideles in errore suo, si scienter manducaueritis corã eis cibos idololatriæ. Hoc tamen perfectis dicitur, qui possunt contemnentes idolum quia nihil est, manducare de sacrificio, certi quia quod sub dei creatoris noĩe edit, non põt polluere. Nihil interrogantes edite qd apponit. Sed *si qs dixerit* de eo quod apponit, *hoc immolatũ est idolis, nolite* iã *manducare propter illũ qui indicauit*, ne putet uos illud comedere sub idoloꝝ ueneratione, & *propter cõscientiam* alioꝝ. Qui em idolis seruit, gloriabit, si uos edere de sacrificijs uiderit, & in errore confirmabitur, malumq; fratribus dabitis exemplũ. Patet quia caro per se non est immunda. Nã si natura ipsa immolatitiæ carnis esset immũda, utiq; & nescientẽ contaminaret. Necq; eo minꝰ ipsa esset, quo à nesciẽte sumeret. Sed propter cõscientiã, ne dæmonibus cõmunicasse uidearis. *Conscientiam aũt dico, non tuam*, quæ firma est in cognitione ueritatis, *sed alterius*, qui adhuc infirmus est in fide, uel necdũ uenit ad fidẽ. Apud conscientiam em suã lætabit infidelis quisq;, si uiderit te libenẽ apperere quod idolis immolatũ est, & dicet: Quo

Matt. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christiani uetāt nos immolare q̄si sit malū,& ipsi
A illa manducant quasi sancta & mūda? Et idcirco
abstinendum est, ne mala de nobis opinio gñetur in aliorū mētibus. Quia *ut quid iudicatur mea libertas ab aliena conscientia.* i. cum ab idoli uenerationē sit libera conscientia mea, quid op9 est ut mala de me dans opinionē, faciā æstimari quia uenerationis causa manducē idolis immolata? Iudicare enim non distare ab idololatris, si non abhorrē q̄d oblatū est idolis. *& si ego cū gratia participo.* i. si ego grāe dei cōmunico, quia in ipsius noie edo, *quid blasphemor pro eo quod gratias ago?* i. quid opus est me cadere in blasphemiā imperitorum? quid necesse ē, ut faciā æstimari quia ego deuot9 sum idolo, dum quæ illi sunt oblata nō horreo? Blasphemor eīs inde ac uituperor, quia magnū aliquid de idolo sentire uideor, & infideles gaudent in idololatria, dū me putant participem, habentes occasionē permanendi in errore, & fidelibus malū datur exemplū. Et quia hæc mala inde contingerent, ergo cauete idolis oblata, ut postis ad laudē dei comedere. Quāuis enim per puritatem conscientiæ uſæ licitum sit uobis ista sumere,
inimicum tñ deo ē ea sciēter edere, qm̄ ad oppro-
B briū unius dei hæc diabolo dedicant. Ergo ne faciatis cibo uīo uel actu deū blasphemari, sed *siue manducatis siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia facite in gloriam dei.* i. sic facite oīa, ut ex his glorificetur & laudetur deus. Modeste & frugaliter & temperanter manducando & bibendo, glorifica deum. Si enim q̄d manducas & bibis, ad refectionē corporis sumis reparationemq̄ membrorū, gratias agens ei qui tibi p̄buit mortali & fragili ista supplementorū solatia, & eīb9 tuus & potus tuus laudat deum. Si uero modū naturæ debitū immoderatione uoracitatis excedas, & uinolētia te ingurgites, māducans & bibēs deū blasphemas. Si post cibū & potū requieſcis ut dormias, & in lecto nihil turpiē egeris, nec excesseris ultra concessam licentiā in lege dei, laudans eū: & cū dormis, si mala conscientia nō te excitat à quiete, innocentia somni tui laudat deū. & cū uigilas & bñ agis, atq̄ deus laudat de bono ope tuo, opere tuo deū laudas. Sic ad laudem eius omnia sunt agenda.

Sine offensiōe estote Iudæis & gētibus & ecclesiæ dei, sicut & ego per oīa oīnibus placeo, non q̄rens quod mihi utile est, sed quod multis ut salui fiant.

¶Ita uestrā conuersationē modificate, ut nullus scandalum ex ea patiatur. *Estote* scil. *sine offensione Iudæis & gentibus & ecclesiæ dei.* Offensio enim Iudæis fit, si Christianum qui se dicit legē & prophetas recipere, uiderint idola quæ illi abominātur, non horrere. Gētilibus uero hæc est offensio, si in eo in quo sunt, nō solū non arguant, sed & promptiores fiant, dum non uitant uota idolorū suorū. Ecclesiæ aūt dei fit offensio, dū quosdā exnumero suo uidet his quæ inimica deo sunt, adhærere. Cauete igitur uno cibo uestro sic oēs offendere, *sicut & ego* non solū non offendo quenq̄, sed etiā *placeo omnibus per omnia* quæ facio. Nō quidem ita C
placebat Apostolus oībus, ut placeret etiam tam
multis persequutoribus suis, sed placebat omni
gñi hoīm, quod Christi cōgregabat ecclesia, siue
iam intus positis, siue introducendis in eā. Oportet enim ut rectores boni placere hoībus appetant,
sed idcirco ut suæ æstimationis dulcedine proximos in affectū ueritatis trahāt, nō ut se amari desiderent, sed ut dilectionē suam, quasi quandā uiā faciant, per quā corda audientiū ad amorem conditoris introducant. Difficile quippe est, ut quālibet recta denuncians prædicator, qui non diligitur, libēter audiat. Debet ergo qui præest, studere se diligi, quatenꝰ possit audiri: & tñ amorē suū pro semetipso nō quærere, ne inueniat ei cui seruire per officium cernit, occulta cogitationis tyrannide resultare. Recte igit Apostol9 nunc dicit, quia ego per oīa oīnibus placeo, quāuis alibi se deneget hoībus placere. Addit enim, *non quærens* Galat.1
quod mihi utile est, sed quod multis ut salui fiant. Nulli
autem utile est ad salutem, si homo ei propter seipsum placuit: quia non recte placet aliter, nisi cū
propter deum placet, id ē, ut deus placeat & glorificetur, cum dona eius attenduntur in homine,
aut per ministerium hominis accipiuntur. Cum
autem homo sic placet, non iam homo, sed deus D
placet. Placet ergo Paulus & non placet, quia in
eo quod placere appetit, non se, sed per se placere hominibus ueritatem quærit.

CAPVT XI.

IMitatores mei estote sicut & ego Christi.

¶Ego, inquit, oībus placeo, quærēs oīnibus prodesse, & uos estote imitatores mei, ut nullum offendatis, sed tali intentiōe per laudabilem uitā oībus placere quæratis. *Imitatores mei estote sicut et ego* sum imitator *Christi*, qm̄ ita p̄ me imitabiminī Chīm qui nullum offendit, sed oēs saluare uenit. 1.Tim.1
Imitatores mei estote sicut & ego Chīi. In ecclesia iste ordo est, alij præcedunt, alij sequunt. & qui præcedunt, exēplo se p̄bent sequētibus: & qui sequuntur, imitātur præcedentes. Sed & illi qui se exemplo præbēt sequētibus, sequunt ipsum christum. Nā quia oēs superaueruntproficiendo, nec iam remansit hō quem imitētur, ipse christus eis remanet, quem usq̄ in finem sequantur. Ephes.4

Laudo autē uos fratres, q̄p per oīa mei memores estis, & sicut tradidi uobis, p̄cepta mea tenetis. Volo aūt uos scire, 1.Cor.11
q̄p oīs uiri caput Chīs est: caput aūt mulieris, uir: caput uero Chīi, deus. Oīnis uir orās aut prophetās uelato capite, deturpat caput suū: oīs autem mulier orans aut prophetans non uelato capite, deturpat caput suū. Vnū enim ē acsi decalueē. Nam si non uelatur mulier, tondeat. Si uero turpe est mulieri tondeat.

A deri aut decaluari, uelet capt suum.

¶Postquā mores & cōuersationem eorū arguit, nūc traditiōes uult corrigere. Ideo non confirmando, sed per ironiā incipit loqui. Præcepi, inquit, ut me imitemini, & nō possum reprehendere uos de inobedientia, sed *laudo uos q̄, per omnia estis memores mei, & præcepta quæ uobis tradidi, tenetis.* His uerbis, q̄bus plus illos tangit, q̄p si manifeste increpare eos. Quia cum esset apostolus eorū, immemores erant traditionū eius: neq̄ q̄d adhuc nō dicerant ex aliarū ecclesiarū traditiōe, sequebant: & ideo quasi nouiē tradidit illis, dicēs: *Volo autem uos scire* &c. Quasi diceret: Vos obliti estis mei, & traditiones meas non tenetis, sed uolo ut ista quę subiungo, sciatis. Volo uos scire q̄, *Christus est oīnis uiri caput*: qm̄ uir à deo quidem, sed per Christum
Gene. 2. factus est, sed *uir est caput mulieris*: quia q̄uis & mulier per Chīm, de uiro tñ facta est, ac p̄ hoc subiicitur uiro. Et sicut uir Christum, ita mulier debet sequi uirū, & exēplo illius agere bona. Sicq̄ secundario per uirū subijcit Christo. Vir enim nulli subiectus est nisi christo, mulier aūt & uiro & Christo debet esse subiecta. Chīs est caput uiri, qui regitur à sapientia: sed uir caput mulieris, quæ regit à uiro. Designatur per uirum spūs rationalis, & p̄ mulierē anima. Est enim animæ q̄si maris9 quodā-
B modo spūs hominis, quia animalem affectionem tanquā coniugem regit. Christus ergo caput uiri est. i. sapiētia dei gubernatrix est illius spūs qui est in homine, quo pōt homo intelligere spiritualia, si ipse spūs pie se subijcit deo. nihil enim altius illo spiritu, nisi sapiētia quæ deus est. Sed uir est ea
Galat.5. put mulieris, quia spūs regit animā. Aliud est enim in homine rationale quod regit, aliud animale q̄ regitur, ut scilicet caro nō concupiscat aduersus spūm, sed spiritui subiungetur, id est, cōcupiscentia carnalis non aduersetur rationi, sed potius obtemperando desinat esse carnalis, ut apperitū animæ per quē uoluptates corporis operamur, habeat mens interior tāquam uirilis ratio subiugatum. Ita est caput uiri Christ9, & caput mulieris
Iohā.13. christus. *Caput uero Christi, deus* est secundum quod pater maior est illo: ut hunc ipsum deum esse, quod illi cum patre unum est, caput sit hominis mediatoris, quod ipse solus est. Si enim mentem recte dicimus principale hominis, id est, tanquam caput humanæ subsistantiæ, cum ipse homo cum mēte sit homo, cur nō multo congruentius, imo
Iohn. 1. multo magis uerbum cū patre simul deus, sit caput Christi, quamuis Christus homo nisi cū uerbo, q̄d caro factum est, intelligi non possit? Oīnis uir orās &c. Venit ad causam, quia & uiri quidē apud Corinthios nutriebāt comam, & mulieres nudato capite procedebant in ecclesiā, gloriātes in crinibus. Quod nō solum inhonestum erat, sed etiam cōcupiscentiæ fomitē præstabat. & quoniam Christus est caput uiri, ideo *omnis uir* tam diues quām pauper, in ecclesia deum *orans aut* cæteris *prophetans*, id est, futura & occulta pronuncians *uelato capite* corporeo, *deturpat*, id est, dehonestat spirituale *caput suum* Christum, uel etiam cor-
porale caput. Sed econtra *omnis mulier*, quia inferior & subiecta uiro, si fuerit *orans* in ecclesia *aut* C
prophetans non uelato capite, deturpat & inhonestum reddit *caput suū*, quod ita nudum omnibus ostendit. Quoniā Christus cui seruire est summa libertas, caput est uiri, ideo non est iustū ut in ecclesia oret uel doceat uelato capite, quoniā inter eū & Christū non ē aliquid medium. Et propterea nō debet ostēdere signū seruitutis in se, sed libertatis. Nam quia sine alio mediante Christus est caput eius, & per Christū deus, & ideo in signum libertatis non habet uelum, quod est, subiectionis signū. Deturparet enim caput suū, si oraret uel prophetaret coopto capite: ga uideret reputare dedecorosum sub Christo esse, tanq̄ sub uno capite, et quod ignominia esset illi, q̄d summa libertas & gloria debet uideri. Sed mulier in ecclesia stās nō uelato capite. i. sine signo subiectionis quā debet uiro, deturpat caput suum. i. dehonestat uirum, quasi non habeat eū mediū inter se & Christum, uel caput suum carnale dehonestat, dū denudat illud. quia *unū est ac si decalueatur*. i. tantūdem est ad turpitudinem, ac si decalueē. Vere idē ualet. *Nam si non uelatur mulier, etiam tondeatur.* Debet enim tonderi, si non est uelata. Sed *si turpe est mulieri tondere aut decaluari, uelet caput suum.* Nam dum stat in ecclesia retortis crinib9 in tergo & nuda frōte, hoc est adeo turpe, ac si capilli per decaluationem uel detonsionē essent ablati. Nūc spūalem intelligen-
tiam breuiter attingam9. In uiro enim (ut supradictum est, rōnalis sensus accipit, in muliere aūt anima hoīs intelligit, q̄ à rōnali sensu uelut mulier à uiro regitur. Ipsa quoq̄ anima hoīs, quæ utriūq̄ unum fit; si quādo ea quæ dei sunt cogitat, quasi uir est. A qua contemplatione spirituali per uelamen, id ē, carnalibus cogitationibus se cohibere non debet, sed reuelata facie, id ē, mūdo corde ad contemplanda cælestia & spiritualia se extendere. Si quando uero ea quæ mundi sunt cogitat, q̄si mulier est. Sed ne supra quām necesse est, se interrenis actibus occupet, oportet ut discretionis uelamine restringatur, ne forte dum licita & necessaria uult curare, ad illicita & superflua cogitanda illiciat. Et hoc est spūaliter quod uir caput uelare non debet, sed mulier. Vir enim. i. uirilis sensus rōnis: orans, id est, desiderans superna: aut prophetās, id ē, futura præmeditās: uelato capite, id est, obumbrato nebulis terrenarum cogitationum suo acumine, deturpat caput suum, id ē, turpitudine cogitationum suarum obscurat sibi pulchritudinē supernæ sapientiæ. Sed mulier, id est, inferior pars mētis intenta temporalibus: orans, id ē, appetēs quæ corpori sunt necessaria: uel prophetans, id est, futura quæ sibi sunt agenda præuidens: non uelato capite, id est, non per discretiōis temperātiam restricto suo acumine: deturpat suum caput, id est, turpitudine interiorum desideriorū fœdat superiorem mētis aciem, quæ debuit solis cælestibus inhiare. Tantundē enim ualet, quod sine uelo modestæ cohibitionis se relaxat in appetitum temporalium rerū, ac si decalueē,
D

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est,ac si detegatur,& appareat omnibus praua
A intentio eius de q̃ debet erubescere. Hęc enim per
frontem, q̃ pudoris sedes est & præminet, desig-
natur. Nam mulier.i.pars rationis intenta rerum
temporalium administrationi, si non uelatur.i.si
non modeste restringitur à superfluis cogitandis,
etiam tondeatur.i. auferat à se uniuersas cogita-
tiones mundanarũ curarum. Melius est em̃ ut om
nes mundi curas abñciat, q̃ ut in omnia mũdi de
sideria spargatur, dum necessaria procurat. Si ue-
ro turpe est mulieri tonderi uel decaluari.i. si hæc
inferior pars animæ, q̃ parum ad aliud ualet, in-
congruum deputat abscindere uelut capillos à se
omnes mũdi curas, uel detegere cũctis impuden-
tiam suæ intentionis erga tẽporalia, uelet caput
suum,id est, modeste cohibeat à superfluis cogita
tionibus acumen suum.

Vir quidem non debet uelare caput
suum,quia imago & gloria dei est, Mu
lier autem gloria uiri est. Non enim uir
ex muliere est, sed mulier ex uiro. Ete-
Gene. 2. nim non est creatus uir propter mulie-
rem,sed mulier propẽ uirum. Ideo de-
B bet mulier uelamẽ habere super caput
suum,& propter angelos. Veruntamẽ
neq; uir sine muliere, neq; mulier sine
uiro in dño. Nam sicut mulier de uiro,
ita & uir p̃ mulierẽ. Omnia aũt ex deo.

¶ *Vir qdem non debet uelare caput suum*.i. non debet
habere signũ seruitutis uel potestatis sup se,sed li
bertatis;quia nõ habet aliquid super se nisi deum.
Quoniam *imago & gloria est dei*. Imago.i.similitu-
dinis impressio.& gloria dei cernitur in uiro,quia
unus deus unum fecit hominem, ut sicut ab uno
deo sunt omnia,ita essent ab uno homine omnes ho
mines,ut unus dei inuisibilis,unus homo uisibilis
imaginem haberet in terris, ut unus deus in uno
homine uideretur autoritatẽ uniusprincipij con-
seruare ad cõfusionem diaboli, qui sibi neglecto
uno deo, dominium & deitatem uoluit usurpa-
re. Hõ igitur imago & gloria dei est, ut sicut deus
præest omnibus per omnipotentiã, sic homo terre
nis p̃ intelligentiam. *Mulier aũt gloria est uiri*,q̃m fa
cta ẽ illi in adiutorium,ut haberet uir;gloriam de
ea, cum ei præiret ad deum, & se ei daret imitan-
dum in sanctitate, sicut ipse esset gloria dei, cum
eius sapientiam sequeret. Gloria uiri est mulier,
dum ille regit,hæc obtemperat;ille à sapientia re-
gitur,hæc à uiro. Gloria uiri est, quoniã ex eo est,
& ei subiecta est. *Non enim uir ex muliere est.sed muli-
er ex uiro*.i. Adam non ex Eua, sed Eua ex Adam.
Et adhuc alia ratione demonstro, cur mulier sit
gloria uiri. *Quia non creatus est uir propter mulierem,
sed mulier propter uirum*,id est,nõ est creatus Adam
in auxilium Euæ,sed Eua in adiutoriũ Adæ. Hoc
confirmat illud, quod diximus unum deum unũ
hominem fecisse, quoniam uir & mulier unum
sunt in natura, quia origo mulieris uir est. *Ideo mu-* C
lier, ut ostẽdatur esse subiecta, *debet habere uelamen
super caput suum*,id est, potestatem, ad designandã
potestatem uiri super se. Non habeat caput libe-
rum in ecclesia, sed uelamine tectũ, *& propter an-
gelos*, id est, propter sacerdotes diuinæ uoluntatis
nũcios, ne in eius faciem irritẽtur ad libidinem:
& quia sacerdos personam habet christi, idcirco
mulier quasi ante iudicem, sic ante sacerdotem
qui uicarius eius est, propter reatus originem sub-
iecta debet uideri. Vel propter angelos, qui no-
bis sunt ad custodiam deputati, ne displiceat eis
lasciua mulieris denudatio, si uiderint fomitem
peccati per eam excitari. Dixi quia mulier est glo
ria uiri,& propter uirũ, & ex uiro creata in prin-
cipio. Sed *tamen* in subsequenti gñatione non est
ita, quia *neq; uir sine muliere, neque mulier sine uiro* cre
atur *in domino*, id est, in operatione domini, qui ex
uno fecit primitus ambos & unum. Vna enim ca
ro & unum corpus in domino, id est, secundum
deũ, qui creauit. Vel ita: Licet mulier propter rea-
tus originem portet signum subiectionis, non ta
men exclusa est à salute: quia neq; uir sine muliere
.i. exclusa muliere: neq; mulier sine uiro.i. exclusa
uiro est in dño, id est, in gratia dñi & salute æter- D
na. Neuter enim excluditur, sed uterq; admittit.
& cur hoc? Quia *sicut mulier de uiro* prius facta est,
ita & uir per mulierem postea nascitur. Mulier est ex
uiro, uir per mulierem. Sed *omnia* sunt *ex deo*. Quę
omnia, nisi de quibus nunc sermo est? id est, & ille
uir ex quo mulier, & illa mulier quæ est ex uiro,& ille uir qui per mulierem. Postquam Apo-
stolus singula gradatim exposuit, ut omnia deo
subijceret, unũ seruans principium, ait: Omnia ex
deo, ut neq; mulier de subiectiõe doleret, neque
uir quasi de exaltatione superbiret. Sed congruũ
est ut ad spiritalẽ intelligentiam reuertamur: Vir
em̃ nõ debet uelare caput suũ, quia imago & glo
ria dei est. Geneſis docet uirum & mulierẽ factos Gene. 1.
ad imaginẽ dei. Fecit, inquit, deus hoĩem, ad ima
ginem dei fecit eum, masculum & fœminam fe-
cit eos. Ad imaginẽ quippe dei naturã ipsam hu-
manam factam dicit, quę sexu utroq; completur,
nec ab intelligenda imagine dei separat fœminã.
Quomodo igitur dicit Apostolus uirũ esse ima-
ginem dei, unde caput uelare prohibetur, mulie-
rem autem non, & ideo caput uelare iubetur, ni-
si in natura humanæ mẽtis intelligamus mulierẽ
cũ uiro suo esse imaginẽ dei, ut una imago sit ro-
ta illa substantia? Cum aũt ad adiutorium distri-
buitur, quod ad eam solam attinet, nõ est imago
dei. Quod autẽ ad uirum solũ attinet, imago dei
est tam plena atq; integra, quãm in unũ coniun-
cta muliere. Vir enim principaliter creatus est ad
imaginem dei, in quo naturaliter amplius uiget
ratio, quasi ipse sit ratio, quæ est gloria dei. Muli-
er aũt est ipsa sensualitas, quæ subseruiendo glo-
ria est ratiõis, quia hæc in fœmina naturaliter p̃-
ualet. Et ideo natura mentis humanæ nõ est ima-
go dei, nisi ex qua parte æternis rationibus consi
derandis adhæresci t. Quia etsi tota contẽpletur

ueritatẽ, imago dei est: & cum ex ea distribuit ali-
A quid & quadã intentione deriuat ad actionem re
rum temporaliũ, nihilominus ex q̃ parte conspe
ctam cõsulit ueritatẽ, imago dei est: ex q̃ uero in-
tenditur in agenda inferiora, non est imago dei. &
quia quantũcunque se extenderit in id q̃d æter-
num est, tanto magis inde format ad imaginem
dei, & propterea nõ est cohibenda ut se inde con-
tineat ac cõtemperet, ideo uir nõ debet uelare ca-
put suũ. Quia uero illi rationali actioni, q̃ in reb9
temporalibus corporalibusq; uersatur, periculo-
sa est nimia in inferiora progressio, debet habere
potestatẽ super caput: quod indicat uelamentũ,
quo significatur esse cohibenda. Vir nõ est ex mu
liere, sed mulier ex uiro.i. æternæ contemplatio-
nis ueritas non ex administratione temporalium
rerum, ut ab ea regatur, neq; ratio ex sensualitate,
sed econuerso: quia nõ est creatus uir propter mu-
lierem.i. rationalis sensus ut subseruiat sensualita
ti, nec æternoq; contemplatio ut subijciat tempo
ralium actioni, sed econtrario: & idcirco mulier,
id est, sensualitas & pars illa rationis, q̃ ad tempo
ralia gubernanda deflectitur, habeat potestatem,
id est, superioris moderaminis sup caput, ut per
disciplinam prematur à noxia libertate uagarum
B cogitationum propter angelos dei, q̃ nos semper
aspiciunt, ne dissoluta lasciuia cogitationũ nostra
rum offendantur. Sed tamen neq; uir sine mulie-
re, id est, ratiõalis sensus sine sensualitate uel tem-
poralium procuratione: neq; mulier sine uiro, id
est, neq; sensualitas uel temporalis actio sine supe
riori sensu: in dño, id est, in domini operatiõe, sed
potius & illud quod regẽdi habet potestatem in
homine, & illud inferius quod regendũ est, domi
nus fecit. Nam sicut mulier de uiro .i. sicut actio
bona ex cognitione ueritatis habet originẽ, ita &
uir per mulierem .i. similiter & cognitio ueritatis
post exacuitur p̃ bonam actionẽ. Omnia aũt sunt
ex deo, id est, & cõtemplatio ueritatis & bona ope
ratio, uel superior & inferior pars animæ. Aliter:
Per uirum spũales rectores plebis ecclesiasticæ de
signantur, in quibus uelamẽ ignorantiæ non de-
bet esse. Per mulierem uero figuranẽ animæ infir
mæ, quę nihil spũale, nihil de inuisibilibus capere
possunt. Quibus tamen ignorantiæ uelamẽ non
officit, si de his quæ nõ intelligunt, nihil de p̃prio
sensu p̃sumunt, sed sacerdotib9 suis uelut angelis
honorẽ dantes, inquirũt ab illis q̃ nesciunt. Cæte
rum si quęlibet anima infirma, q̃ adhuc carnaliter
sapit, spũalibus uiris se cõferre præsumpserit, de-
turpat caput suũ. i. inhonorat sacerdotes ecclesiæ.
Sed hęc omittẽtes, uideamus sequẽtia sacerdotes

Vosipsi iudicate. Decet mulierem non
uelatam orare deum? Nec ipsa natura
docet uos, quod uir quidem si comam
nutriat, ignominia est illi: mulier uero
si comam nutriat. gloria est illi, quoni-
am capilli pro uelamine dati sunt ei? C

¶ Dixi quia mulier in ecclesia debet habere ue-
latum caput, & *uosipsi iudicate*, *si* hoc rationabili-
ter dixi. Iudicate si decet mulierem non uelatam
orare deũ. Non decet, quia *nec ipsa natura docet uos*
hoc esse decens, quæ capillos mulieris ita multi-
plicat. Cum hæc esset apostolicæ traditiõis ratio,
ut uelatæ mulieres essent in ecclesia, illi ecõtra re
uelatas eas in ecclesia patiebantur. Ideo non iam
per autoritatem traditionis quã neglexerant, sed
p̃ ipsam naturam suadere illis nititur ueritatem.
Nec ipsa, inquit, natura docet uos hoc decere. Et
hoc docet natura, *quod uir* quidẽ *si comam nutriat*,
cum & lex hoc prohibeat, *ignominia*, id ẽ, grande
opprobrium *est illi*: sed *si mulier comam nutriat, gloria* Leze. 44
est illi, quod coma ipsius tam longa & tam decora
crescit ac multiplicatur, ut summa gloria & pul-
chritudo uideat. Ideo gloria est illi, *quoniam capilli*
à naturali institutione *dati sunt ei pro uelamine* ha-
bendo.i. dati sunt ei ut aliud uelamen apponatur,
quod p̃ productionem capillo9 inuitur. Coma
enim indicium uelaminis est, ut naturæ uoluntas
addatur. Et ideo uir non est naturaliter comatus,
quia non est uelandus. Sed & iuxta superiorẽ tra
ctatum spũalis intelligentiæ non docet ipsa natu
ra mulierem sine uelamine deum orare, q̃m erec-
tus hominis status, indicat quod illa pars ratiõis
eius, quæ temporalia p̃curat, nõ sine uelo discre-
tionis ea debet à domino petere, ne sicut dei ani- D
malia totam se deiciat i appetitum terrenarum
rerum. Velo em̃ debet cohiberi à nimio cogitatu
& appetitu inferiorum. Vir quidem .i. superior
mentis sensus, qui cælestia serenus debet cogita-
re, si nutriat comam, id ẽ, densitatem supfluarum
cogitationum, ignominia est illi. Mulier autem, id
est, pars illa mentis quæ temporalia dispensant, si
nutriat comam i. multitudinem utilium cogitati
onum, per quas sapienter expleat necessariam re
rum corporalium administrationẽ, gloria est illi,
q̃m apud deum habet inde mercedẽ. Quoniam
capilli dati sunt pro uelamine, id est, multiplex co
gitatus de necessarijs rebus illi datus, ut sub hoc
tegatur & abscondatur à dissoluta uagatione inu-
tilium & noxiarum cogitationum.

Si quis autem uidetur contentiosus es-
se, nos talem consuetudinem non habe
mus, neq; ecclesia dei. Hoc autem præ-
cipio, non laudans quod nõ in melius,
sed in deterius conuenitis.

¶ Dixi uiros comatos esse, sed mulieres opor-
tere comam nutrire & caput uelare, multasq; ra-
tiones inde monstraui. Sed *si quis uidetur contentio-
sus esse*, ut adhuc de hac re uelit contendere, saltem
autoritati debet acquiescere: quia *nos* Iudæi, à quo
rũ institutione processit habitus religionis eccle
siæ, & qui sumus semper populus dei, *non habemus
talem consuetudinem*, ut uiri sint comati & mulie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A res nudent capita, neq; etiam *ecclesia dei* ex Iudæis & gentibus constituta. Post rationes ponit auctoritatem, ut contentiosos uincat, quia neq; Iudaismus hoc habuit, nec ecclesia dei: ostendens quia neque Moyses, neq; saluator sic tradidit. Deinde iam amplius disputare non uult de uirorum tonsione uel mulierum uelatione, sed præceptum in de tribuit, dicens: *Hoc aũt præcipio*, scilicet ut dissérentis solertia nõ requiratur, sed præcipientis auctoritas attendatur. Quasi dicat: Forsitan aliquis uult adhuc contendẽre nõ sic faciendum esse, sed ego præcipio hoc ita fieri & autoritate mea constituo: ego dico, *non laudans*, sed potius improbãs, q. *conuenitis* in ecclesia ad accipiendum corpus & sanguinem dñi, *non in melius*, ut deceret, *sed in deteri us*, id est, quia conuentus uester ad dominicam cœnam non fit in melioratione uestri, sed in deterioratione, quoniam multipliciter peccatis ibi.

Primum quidem conuenientibus uobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter uos, & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse, ut & q probati sunt manifesti fiant in uobis.

¶ *Primum quidem*. i. maximum oĩm malorum est apud uos, quod in cõuentu uestro fiũt schismata. Nã in melius ideo non conuenitis, sed in deteri us, quia *conuenientibus in ecclesiam uobis*, ubi uinculũ charitatis esse deberet, unaq; uoluntas & summa cõcordia, ad quod ũnus loc9 uos inuitat & admo

B net, *audio scissuras*. i. discordias *esse inter uos*, *& ex parte*. i. in quibusdam uestrum *credo* illas esse. Scissuræ in eis erant, qa illi qui superiora dona spiritus habebant, contemnebant cæteros, q tanta dona non peeperant, & scindebãt se ab illis. Ipsi quoq; minores, p quandam desperationẽ remouebant se ab illis, dum tantam spũalium charismatũ excellẽtiam, quã assequi non poterant, mirarentur in eis. Ego scissuras diuisionũ inter uos esse credo. Nec mirũ, quia *oportet*. i. utile est fidelibus, *& hæreses esse* cõtra eos ad exhortationẽ eorum, *ut* p has boni & q iam deo *probati* & noti *sunt*, *manifesti fiant* hoĩbus *in uobis*. i. inter uos. Ex istis erant nonnulli hæretici, ut illi q resurrectionẽ negabant. Sed per eos manifestati sunt cæteris illi, qui fidẽ apostolicã firmiter tenuerunt, dicentes: Ego sum Chri, cum alij dicerent, ego sum Pauli, ego aũt Apollo. & semp prosunt hæreses fidelibus. Ex his em hoibus hæretici fiunt, q etiam si essent in ecclesia, nihilominus errarẽt. Cum aũt foris sunt, plurimum prosunt: nõ uerum docendo q̃d nesciunt, sed ad uerũ quærendũ carnales, & ad uerum aperiendũ spiri. tuales catholicos excitando. Sũt enim innumerabiles in sancta ecclesia deo p̃bati uiri, sed manifesti nõ fiunt inter nos, quãdiu imperitiæ nr̃æ tenebris delectati, dormire maluimus q̃ lucem ueritatis intueri. Quapropter multi ut ueritatẽ dei uideant & gaudeant, p hæreticos de somno excitãtur. Vtamur ergo hæreticis, nõ ut eorum approbem9 errores, sed ut catholicam disciplinam aduersus eorum insidias asserentes, u'gilantiores & cautiores simus, etiã si eos ad salutem reuocare nõ possumus. Oportet igitur & hæreses esse, ut & qui probati sunt, manifesti fiant in nobis. Hi em probati sunt deo, qui bñ possunt docere. Sed manifesti hominibus esse nõ possunt, nisi cum docent. Docere aũt nolunt nisi eos qui doceri quærunt. Sed multi ad quærendũ pigri sunt, nisi p molestias & insultationes hæreticoꝝ quasi de somno excitent, & in impitia sua erubescant sibi, ac de illa periclitari se sentiant. Ideo prouidentia diuina multos diuersi erroris hæreticos esse permittit, ut cum insultant nobis & interrogant nos ea q̃ nescimus, uel sic discutiam9 pigritiẽ, & diuinas scripturas nosse cupiam9. Hæreticus aũt est, qui alicuius tẽporalis cõmodi, & maxime gloriæ principatusq; sui gr̃a, falsas opiniones ac nouas uel gignit uel sequitur.

Conuenientibus ergo uobis in unum, iam nõ est dominicam cœnã manducare. unusquisq; enim suam cœnã præsumit ad mãducandum. Et alius q̃dem esurit, alius aũt ebrius est. Nunquid domos nõ habetis ad mãducandum & bibendũ? aut ecclesiam dei cõtemnitis, & cõfunditis eos q non habẽt? Quid dicã uobis? Laudo uos? in hoc non laudo.

¶ Quãdoquidẽ scissuræ sunt inter uos, *ergo no-* D *bis conuenientibus in unum, iam non est manducare dominicam cœnam*. i. illud manducare q̃d ibi facitis, quia discordãter hoc facitis, iam nõ est manducare dominicã cœnam. Quia *unusquisq;* uestrum *præsumit* in ecclesia mãducare seorsum *cœnam suam*. i. oblationẽ suam, cum dominica cœna cõmunis esse debeat omĩbus Christianis, sicut chr̃s cum suis discipulis cõmuniter cœnauit. Tangit eoꝝ consuetudinem, quia frequẽter in anno certis diebus solebant omnes ad ecclesiam cõuenire, ut corpus & sanguinem dñi perciperẽt, & in ecclesia cõuiuiũ agerent ex oblationib9 suis ad exemplũ cœnæ, quã dñs cum discipulis suis fecit. Sed hanc consuetudinem plurimi eorum puerterant: & sc̃m quod alius alio prior ueniebat afferens cibos suos, manducabat & inebriabatur, nõ expectans pauperem fratrem: & postea corpus domini sumebat, uel cibis suæ mensæ miscebat, non iudicans illud ab aliis cibis differre. Nam munera sua offerentes ad uenientib9 presbyteris, quia adhuc rectores ecclesijs non oĩbus locis fuerunt constituti, totum sibi quod obtulerant, uendicabant schismatis causa. Nam pseudo apostoli dissensiones inter eos seminauerãt, ita ut oblationes suas zelarent, cum una atq; eadem prece omniũ oblationes bñdicerent, ut hi qui (ut assolet fieri) nihil obtulerant, Vel unde offerrent nõ sumentes partẽ, & iã ideirco illud agebant, ut supuenientes q non habebant, pudore correcti confunderent, ubi nõ inuenirent q̃d ederẽt. Ideoq; Apostol9 illos increpat. Si sic inq;, con

Matt.22. Actu.23 *Supra.1* *Lucæ.22*

A uenitis, ut unusquisq; cibum suũ sumat, domi hæc agenda sunt, nõ in ecclesia, ubi unitatis & mysterij causa cõuenitur, non dissensionis & uẽtris. Munus em oblatum, totius populi fit, quia in uno pane omnes significant. Per id em quod omnes unũ sunt, de uno pane oẽs sumere oportet. Itaq; dicitur: *Conuenientibus uobis in unũ, iam non est dominicam cœnam mãducare*. i. iam non potestis sacramenta redemptoris accipere, nec iam ad similitudinem cœnæ dominĩ facitis ibi cõuiuiũ. Quare? Quia *unusquisq; uestrum cœnam suam*. i. quod secum attulit, *præsumit*. i. ante dominicam cœnam, & anteq̃ cæteri conueniant, sumit, *ad manducandum*, nõ ad erogandum pauperibus. *Et alius quidem* qui non attulit q̃d ederet, uel sero uenit, *esurit: alius autem*, qui cibos suos edere præoccupauit, *ebrius est*. Et ita iam non estis idonei dominicam cœnam mãducare, id est, sacram eucharistiam percipere, q̃ à ieiunis & concordantibus est percipienda, quãuis apostoli primo non ieiuni eam perceperint. Placuit em spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius dominicũ corpus intraret quàm cęteri cibi: Nam ideo per uniuersum orbem mos iste seruatur. Neq; quia post cibos illud dedit dominus, ꝓpterea pransi uel cœnati fratres ad illud

B percipiendum conuenire debent, aut sicut faciebant quos nũc Apostolus arguit. etenim dat mensis suis hoc miscere. Nanq; saluator quo uehementius cõmendaret mysterij illius altitudinem, ultimum hoc uoluit infigere cordibus & memoriæ discipuloꝝ, à quibus ad passionem mox digressurus erat: & ideo nõ præcepit quo deinceps ordine sumeret, ut apostolis p quos ecclesiam disposiurus erat, seruaret hũc locum. Vos inq;, ita comeditis, quisq; suas oblationes, nec facitis eas ut deberetis oĩbus cõmunes. Sed cur ad talẽ comesti onẽ uenitis in ecclesiã? *Numquid non habetis domos ad manducandũ & bibendũ*, ut ibi cõuiuia huiusmodi celebretis? *Aut ecclesiam dei*. i. domum orationis quæ consecrata est ad exorandũ in ea deum, & ad peripienda illius sacramẽta, *contemnitis*? Vtiq; contemnitis eam, dũ irreuerenter in ea carnales cibos sumitis. *Et* etiam *confunditis* cum uos in cõspectu eorum delicijs affluatis, *eos q non habent* quod edant: quia uos antequã ipsi ueniant mãducatis, & nihil illis relinqtis: atq; ita cum ipa ueniũt, quod mãducent nõ inueniunt & erubescũt. Sic enim cõfunditis & eos qui p̃sentes sunt & nihil accipiunt, siue iuxta supfluas opes uestras suã tenuitatem comedunt, & illos qui post ueniẽtes nihil inueniunt. & *q̃d dicam uobis* q talia facitis? Non inuenio quid dignũ pro cõmissione talium operum uobis dicã. *Laudo* ego *uos? in hoc* quod ista tam male agitis, *non laudo*, sed multũ reprehendo. Vel laudo uos in nõ nullis alijs, sed in hoc nihil laudabile inuenio.

Isaiæ. 56 *Mat.21.*

Ego em accepi a dño, quod & tradidi uobis, quoniam dñs Iesus in q̃ nocte tradebat, accepit panẽ: & gratias agens, fregit & dixit: Accipite & manducate,

Matt.26 Mar.14 Lucæ.22

hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicẽ postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouũ testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescunque bibetis, in meam commemorationem. C

¶ Iure uos nõ laudo, sed uitupero in hoc quod ita puerse & irreuerenter ad dñicam cœnam conuenitis, quia traditionem meã super hac re nõ bñ seruastis. Quam tũ diligenter seruare debuissetis, quia ego nõ à meipso inueni eam, necà Petro uel Andrea didici, sed *accepi a domino*, *quod & uobis* de tanta re *tradidi*, & ideo reuerenter atque inuiolabiliter debetis retinere, quod mihi dñs tradidit, et ego uobis. Hoc uobis tradidi, qm̃ dñs Iesus &cæ. Ostẽdit Apostolus mysterium eucharistiæ intra cœnam celebratum, non cœnã esse. Medicina em spũalis est, quæ cum reuerentia degustata, purificat sibi deuotũ: & memoria redemptionis nostr̃æ est, ut redemptoris memores, maiora ab eo conse qui mereamur. In nocte aũt traditus est ad passionem, sed uenit inde ad resurrectionis lucẽ. *Dominꝰ Iesus*, id est, saluator credentium, *in nocte qua tradebatur*. i. iam imminente suæ passionis articulo, *accepit panem*, *& gratias agẽs*, *fregit*. Accepit panem, ut significaret se accepisse corpus quo nos pasceret. Et gratias egit patri de reparatione hominum futura per passionem eius, ac per sacramentum corporis & sanguinis eius. Et fregit panem, ut ostenderet corporis sui fractionem, id est, passionem non absque sua sponte ac procuratione uenturam, sed se facturũ illam, sicut ait: quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam: & nemo tollet eam à me, sed ego pono eã à me ipso. *Ioh.10.* Fregit panem, ut oĩbus suis ex eo daret, & unũ omnes illos faceret. *& dixit eis*: *Accipite* hanc spiritalem escam *& manducate* hoc sacramentum, id est, & mente accipite & ore comedite, scilicet ut carnem meam non edatis tantum in sacramento, sicut & multi mali alij faciunt, sed usque ad participationem spiritus manducetis, ut in meo corpore tanquam membra maneatis, & meo spiritu uegetemini. Quia qui mãducat carnem meam & bibit sanguinem meũ, in me manet & ego in illo. Signum enim quia manducauit & bibit, *Iohan.6.* hoc est, si manet & (ut sic dicã) si inhabitat ut inhabitetur, si hæret, ut non deseratur. Sic do uobis ad edendum carnem meam, scilicet ut hanc edentes non relinquatis unitatem meam. Manducate quod tribuo, *quia hoc est corpus meum*. Sensibus quidem exterioribus uidetur esse panis, sed sensibus cognoscite mentis, quia hoc est corpus meum, non aliud, sed illud idem substantialiter, quod pro uobis redimendis tradetur ad mortẽ & crucifigetur. *Hoc* quod dixi, *facite*, id est, corpus meum accipite & manducate per successionem temporis usque in finem seculi, *in meam commemorationem*, id est, in memoriam passionis meæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ut pertractetis & consideretis, q̃ dignam & sanctam & humanæ salutis efficacem medicinam accipitis, quatenus ex consideratione tantæ sanctitatis cum maiori ueneratione sacram eucharistiam percipiatis, & imitari passionem meam desideretis, ut si opus fuerit, pro salute fratrum mori parati sitis. Accipientes em̃ corpus meum, memores mei esse debetis, ut diligenter recogitetis quis ego sim, & q̃ inter homines conuersans operatus sim, uel quæ pertulerim, ut sicut præcessi sequamini. Vel uos sacerdotes hoc facite, id est, ex pane corpus meum per mystica ῥba consecrate, in memoriam passionis meæ, ut recogitetis eam dum sacrificium istud obtuleritis. *Similiter* ut acceperat panem & fecerat ex eo uiuum & uerum corpus suum, *accipit & calicem*, & fecit ex uino sanguinem suum, *postquam cœnauit*. i. iam & finito ueteri pascha, q̃d cum discipulis tunc manducauerat. Transijt em à ueteri ad nouum pascha, quod tradebat celebrandum ecclesiæ, ut pro carne & sanguine legalis agni, sacramentum sui corporis & sanguinis substitueret. Ob hoc etiam post finem cœnæ, ut illud quod cum ultimum ageret, arctius eorum mẽtibus imprimeret. Quoniam illud quod

B eorum saluti magis erat utile, debuit eis ad ultimum reseruare, & maxime cordibus eor̃ commendare. Accepit calicem & dixit: *Hic calix*, id est, hic potus *est nouũ testamentũ*, id est, noua p̃missio cælestis hæreditatis *in sanguine meo*, q̃ plenus est idem calix. Hoc est, potus huius calicis est sanguis meus, qui non uetera, sed noua .i. non terrena, sed cælestia bona promittit. Nam calix Moysi uetus testamentum fuit, quia terrenam hæreditatẽ promisit in sanguine uitulorum & hircorum, de quo

Heb. 9. Exod. 24 idem Moyses ait: Hic sanguis testamenti q̃d mandauit ad uos deus. Per testamentum enim datur hæreditas, & in sanguine Chr̃i accepimus nouum testamentum. i. nouam legem quæ obedientibus sibi dat hæreditatem regni cælorum. Testamentum nouũ in Christi sanguine consequuti sumus, per quod ad nouam hæreditatem perueniamus, quia beneficij diuini sanguis testis est. Vnde & ad tuitionem corporis & animæ nostræ sacramenta eius percipimus, q̃a caro eius pro salute nostri corporis est oblata: sanguis uero pro anima nostra effusus est, ut utraq; nostri substantia hæreditatem uitæ perennis accipere posset. Nec mirum, quod de pane & uino carnem & sanginem suum fecit. Nam & in quolibet homine carnẽ & sanguinẽ de pane & uino facit, q̃a panis comestus mutatur in carnem, & uinum potatum uertit̃ in sanguinem per creatoris operationem. Calix̃ quem in mysterio bibemus, propterea etiam dicitur testamẽtum in sanguine eius, quẽ semel in cruce fudit pro nobis, quia munit & defendit nos aduersus calumnias hostis antiqui, ne cælestem nobis hæreditatem possit auferre, sicut literæ illæ quæ uocantur testamentum, hæredem muniunt aduersus calumniatorem, ne tollat ei hæreditatem. Hoc, inquit, *facite*, id est, calicẽ hunc bibite *in meam commemorationem, quotiescunq; bibetis* illum, ut scilicet nunquam sine memoria passionis meæ bibatis eum, sed in mente habeatis, quia ego mortem pertuli pro uobis. C
Aut certe uos qui sacerdotes estis, hoc facite q̃d ego nũc feci. i. calicem uini consecrate, ut fiat sanguis meus. hoc facite in meam cõmemorationẽ, ut in hoc facto sitis memores mei & eor̃ quæ p̃ uobis passus sum. Hoc ita dixit dñs, uelut si quis moriẽs relinquat ei quẽ diligit, aliquod pignus: quod dum ille post mortem eius aspicit, lachrymas continere nõ potest, si eum perfecte dilexit.

Quotiescunq; enim manducabitis panem hũc & calicem bibetis, mortẽ dñi annunciabitis donec ueniat.

¶Exponit in quam commemorationẽ Christi debeamus celebrare uel accipere sacramentũ corporis & sanguinis eius, scilicet in commemorationem mortis eius. Ideo, inquit, dixit dominus in suam commemorationem hoc debere fieri, q̃a *quotiescunque manducabitis hunc* uitæ *panem & hunc* æternæ salutis *calicem bibetis, mortem domini* pro nobis facta *annunciabitis*, id est, repræsentabitis *donec* ipse *ueniat* ad iudicium, quia hoc sacramẽtum non mutabitur sicut sacramenta Iudæor̃. Signi- C
ficat finem seculi, quando erit sanctorum requies D
nõ adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore consociatur ecclesia, quandiu bibitur quod de Christi latere manauit, sed iam in ipsa perfectiõe *ysa.65* salutis æternæ, cum tradetur regnũ deo & patri, ut in illa perspicua contemplatiõe incõmutabilis ueritatis, nullis mysterijs corporalibus egeamus.

Ita quicũq; manducauerit panem hũc & biberit calicẽ dñi indigne, reus erit corporis & sanguinis dñi. Probet aũt seipsum hõ, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne, iudiciũ sibi manducat et bibit, nõ dijudicans corpus domini.

¶Q̃uquidem autoritate dñi Iesu probauim̃ panem illũ esse corp̃ eius, & uinũ sanguinẽ eius, atq; celebrandũ uel accipiendum esse mysteriũ illud in commemorationẽ mortis ipsius, *itaque quotiescunq;* hõ, siue diues, siue mediocris, siue pauper, siue clericus, siue laicus, *manducauerit panem* dñi *hunc & biberit calicẽ domini indigne, reuserit corporis & sanguinis domini*. Indigne manducat & bibit, qui hoc mysterium aliter celebrat uel accipit, q̃m à christo traditum. Ideo fit reus corporis & sanguinis dñi .i. dabit pœnas mortis dñi. Occisus est enim pro his qui bñficium eius in irritum ducunt. Indigne manducat & bibit, qui sine debita reuerentia sacram eucharistiã percipit. Indigne manducat & bibit, qui non prius per pœnitentiã purgatus, ad hoc sacramentũ accedit. Hoc est em̃ indigne accipere, si eo tempore accipiat quo debet pœnitentiã agere. Fit igit̃ reus corporis & sanguinis dñi, id est, nõ purgationem, sed maculam culpæ pro q̃ pereat, trahit ex eo quod male accipit bonum

A sacramentũ corporis & sanguinis dñi. Nec sibi si indigꝰ accesserit applaudat, quia cõtinuo dãnatus nõ fuerit, q̃m multoties peccatoris suppliciũ differtur, sed perendinat occultum iudicium. Nemo p̃sumat accedere indignus, sed *homo*. i. rationabiliter agens, *probet*. i. discutiat & examinet prius *seipsum*, qui etiam ex eo quod hõ est, sine pctõ non est. Probet antea seipsum. i. uitam suam inspiciat & cõsideret, an digne possit accedere uel non. Raro enim potest inueniri quisquã ita magnus & iustꝰ, ut in eo per discussionẽ non inueniatur aliqd, quod debeat eum à corpore & sanguine dñi retardare, nisi cõfessus fuerit illud, & p̃ pœnitentiã deleuerit. Probet se, *& sic*. i. postquã se probauerit, *edat de pane illo & bibat de calice*, quia tũc ei p̃derit. Ideo prius se discutiat & purget, quia q̃ *manducat & bibit indigne*. i. sine sui examinatione, *iudiciũ sibi manducat & bibit*. Indigne manducat & bibit, qui uel aliquod graue peccatũ, uel multa leuia cõmisit, & non cõfitetur ea priusquam ad cõmunionẽ accedat. Duobus etiam modis manducare & bibere debemus hoc sacramentum. i. ore cordis & ore corporis. Nam qui solo ore corporis manducat, indigne manducat. Qui aũt & ore corporis & ore

B cordis accipit, ille digne comedit. Qui indigne manducat, iudicium sibi mãducat. i. damnationẽ extremam, q̃ nunc appellatione iudicij signatur, sicut & cum dñs ait: Qui uero mala egerunt, in *Iohan. 5.* resurrectionem iudicij. Iudicium sibi manducat, non alij: quia cõmunio malorum nõ maculat aliquem participatione sacramentor̃, sed confessione factor̃. Nam si in factis malis nõ eis quisq; consentiat, portat malus causam suam & p̃ nam suam, & ideo boni debent tolerare malos. Iudicium sibi manducat, nõ quia mala resit quam accipit, sed quia ille malus male accipiendo ad iudicium *Ioh. 13.* accipit bonum quod accipit. Sicut em̃ Iudas cui buccellam tradidit dñs, non malum accipiendo, sed male accipiendo, locum in se diabolo p̃buit: sic indigne quisq; sumens dominicum sacramentum, non efficit ut quia ipse malus est, malum sit, aut quia ad salutem non accipit, nihil acceperit. Corp̃ enim domini & sanguis domini nihilominus est, sed ille accipit hoc non ad uitam, sed ad iu- ☞
dicium: quia non dijudicat corpus domini, id est, non discernit q̃m sit dignius omnib̃ creaturis hoc corpus, quod uidetur esse panis. Si enim cogitaret hoc corpus esse ῥbo dei personaliter unitum, & uitam ac salutem eorum esse qui hoc digne accipiunt, non p̃sumeret indignus accipere, sed dignum se p̃pararet. Deuoto enim animo & cum timore accedendum est ad illud, ut sciat se in eis ei reuerentiã debere, ad cuius corpus sumendum accidit, & dijudicet apud se cuius dignitatis sit illud corpus. Inde em̃ Apostolus nunc indigne dicit acceptũ à Corinthijs, quia hoc nõ discernebãt à cæteris cibis ueneratiõe singulariter debita. Continuo quippe cum dixisset, iudiciũ sibi manducat & bibit, addidit, *non dijudicans corpus domini*. Non enim dijudicabant illud, sed uelut quemlibet alium cibum indiscrete negligenterque sumebant.

Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. C

¶Quia indigne manducatis hoc corpus & sanguinem bibitis, *ideo* sunt *inter uos multi infirmi*, qui graui morbo languent, *& imbecilles* q̃ diuturna infirmitate torpent, *& dormiunt* etiam *multi*, id ẽ, somno mortis sunt occupati. Vt uerũ probaret q̃a examen futurum est accipientiũ corpus domini, iam hic imaginem iudicij ostẽdit in nõnullis, qui inconsiderate corpus illud acceperant, dum ægrotationibus & longis infirmitatibus tenerentur, & multi morerentur, ut in his cæteri discerent se non impune corp̃ domini negligenter accipere, & paucorum exemplo cæteri territi emendarentur, scientes quia grauiores pœnas in futuro seculo propter hanc culpam ipsi forent passuri, si non corrigerentur. Nam & adhuc propter huiusmodi causam multi homines post pascha uarijs infirmitatibus corripiuntur, quia corpus redemptoris indigne perceperunt.

Quod si nosmetipsos dijudicaremus, non utique dijudicaremur. Dum iudicamur autem à domino, corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.

¶Hæc mala diuino iudicio patimur ob contemptũ dominici corporis. Sed *si dijudicaremus nosmetipsos*, id est, si in diuersas partes actionum & cogitationum nostrarum oculos mentis circundu- D
ceremus, & de singulis q̃ę nos male fecimus aut cogitauimus, nosipso districte pœnitendo iudicaremus, *non utique* à domino *iudicaremur*. Ascendat itaq; homo aduersum se tribunal mentis suę, constituat se ante faciem suam. Atq; ita constituto in corde iudicio, adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor. Inde quidam sanguis animi confitentis profluat per lachrymas. Postremo ab ipsa mente sententia talis proferatur, ut se indignum homo iudicet participatione corporis & sanguinis domini, si tales culpas in se reperit. Versetur ante oculos eius imago futuri iudicij: & quicquid in se uiderit quod à iudice uenturo reprehendi possit & puniri, ipse nunc in seipso reprehendat & puniat. Peccata enim, siue parua, siue magna, impunita esse non possunt, quia aut homine puniente, aut deo iudicante plectuntur. Cessat autem uindicta diuina, si conuersio præcurrat humana. Quia si nosmetipsos dijudicaremꝰ, non utiq; à domino iudicaremur, id est, puniremur, uel in futuro seculo, uel in isto. Sed *dum* in præsenti uita *iudicamur a domino*, id est, plectimur infirmitate uel aduersitate uel corporis morte pro peccatis nostris, corripimur ab eo clementer & emendamur, *ut* in futura uita *non damnemur* æternaliter *cum hoc mũdo*, id est, cum infidelibus & amatoribus huius mundi. Idcirco enim nobis modo non parcit, ut in perpetuum parcat. Illis aũt nunc parcit, quos in æternum puniri disposuit.

Itaq; fratres mei cum conuenitis ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

A manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, ut non in iudicium conueniatis. Cætera autem, cum uenero, disponam.

¶ Quãdoquidẽ quisquis indigne corpus domini percipit, iudicium sibi percipit, & multi etiam in præsenti seculo propter hanc offensionem uarijs languoribus aut mortibus plectuntur, *itaq; o fratres mei* cauete iam indigne illud sumere, cauete cum schismate ad illud conuenire, sed *cum conueniti ad manducandũ* illud, p fraternam dilectionẽ *expectate inuicem* alij alios, ut multor̃ oblatio simul celebret, & omnibus ministretur. Sed *si q esurit*, & propter acriorem famẽ non potest expectare dum nec omes conueniant, *domi manducet* suum corporalem cibum, & post ueniens ad ecclesiam, non accipiat eucharistiam. Ita uos inuicem propter has causas expectate, *ut non in iudiciũ conueniatis* i. ut nõ reprehensibiliter & cum offensione sacrum mysterium agatis, ne iudicium dãnationis inde conquiratis. Hęc interim obseruate. Sed *cætera* q̃ sunt agenda, *disponam* uobis *cum uenero*. Prius ostendit quomodo uir & quõ fœmina caput agere debeat, deinde qualiter ab utroq; sexu in ecclesiã conuenire oporteat: in quibꝰ rebus si error fuerit, nõ leue peccatũ est. Cętera uero q̃ ad ædificationẽ ecclesiæ ptinent, p̃sentia sua ordinaturꝰ se p̃misit: quamultũ erat ut in epistola sua totũ illis agẽdi ordinẽ insinuaret, quẽ uniuersa p orbẽ seruat ecclesia

B

CAPVT XII.

De spiritualibus aũt nolo uos ignorare fratres scitis aũt quoniã cum gentes essetis, ad simulacra muta, prout ducebamini, eũtes. Ideo notũ uobis facio, q̃d nemo in spiritu dei loquens, dicit anathema Iesu, & nemo põt dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto.

Marc. 9

¶ Crescente fide, gratia linguarũ minuebatur, quam p̃pter infideles acceperant. Hinc ergo plurimi cõtristati, cœperunt adhuc habentibꝰ gratiam hanc inuidere, putãtes hoc maius alijs omnibus charismatibꝰ. Vnde nũc Apostolus eos corrigit, quia q̃si per quandã uanitatem plus appetebãt linguarũ scientiam, & ostendit quæ maxime forent appetenda. Cætera, inq̃t, permitto uos ignorare donec ueniã. Sed *de spiritualibus*. i. de donis sancti spiritus, propter q̃ maiores superbiunt & minores inuident uel desperant, *nolo uos ignorare* quid ueritas habet, ut nõ sit schisma inter uos, sed pax & cõcordia. Quod ostendo per simile. Nam *scitis quoniam cum essetis gentes* i. gentilibus diuersis erroribus dediti, eratis *euntes ad simulacra muta, prout* abuno spiritu maligno *ducebamini*: & si tunc unus diabolicus spiritus uos ducebat, alios ad alia simulacra, alios ad alia, cur nõ modo uos unus diuinus ducat, alios ad alia bona opera, & alios ad alia, uel alijs alia dona tribuat, & alijs alia. Vnus enim spiritus bonus est nunc in oĩbus uobis, licet diuersis diuersa dona præstiterit: sicut tunc unus spiritus malus erat in oĩbus uobis, licet ad diuersos errores simulacrorũ uos duceret. Quæ simulacra erant muta, licet uos ab illis respõsa peteretis. Dicturus Apostolus quod omnia bona sint à spiritu sancto, similitudinẽ præmittit à contrario, scilicet quod omnia mala sint à spiritu malo. Ostendit enim à simili (ut dictum est) quod oẽs eundem spiritum dei habeant, reprehẽdens illos qui ex eo quod maiora charismata perceperant, abrumpebant se ab inferioribus minora charismata habentibus quia eum essent in infidelitate idolatriæ, uno spũ maligno participabant omnes cõmuniter & maiores & minores. Tunc ipi erant multæ gentes, sed mõ sunt una gens: quia una fides, quia una spes, quia una charitas, quia una expectatio, quia una patria cælestis. Scitis, inquit, ut experti, quia cum essetis diuersæ gentes. i. gentiliter in uarijs erroribus uiuentes, eratis euntes quasi assidui ad simulacra muta & ratione carentia, prout à deceptorio spiritu ad hæc ducebamini. *Ideo* q̃ scitis quod malus spũs uos retractos à bono duxit ad tãm irrationabile malum. i. ad idolatriam, p hoc facile *uobis notum facio*, q. per spiritũ dei abstinetur à malo, & fit bonum, & hoc est, *nemo in spiritu dei loquens* cogitãdo, loquẽdo, operando, *dicit* similiter tribꝰ modis *anathema Iesu*. i. alienationem à Christo: hoc est, quodlibet peccatum per quod alienus fiat à saluatore: quia p spiritum sanctum abstinet à malo, & *nemo* quantuscunque sit, *potest dicere* corde, lingua & opere, quia *Iesus est dominus*, cui omia seruire debẽt, *nisi in spiritu sancto*, á quo est omne ỿbum: hoc ẽ, per spiritũ sanctum fit bonum. Vel nemo in spiritu dei loquens. i. nemo cuius mentẽ & os moueat spũs dei, dicit anathema Iesu. i. dicit alienationẽ saluatori, ut dicat ei quod ipse sit alienus à substantia patris, sicut docebat Arrius, qui in spiritu diaboli loquebatur. Et nemo potest dicere. i. hanc ueritatis confessionem proferre, ut dicat quia Iesus est dãs, nisi in spiritu sancto loquens. Nõ enim adulatione hominum appellatur dominus, sicut idola q̃ ab hominibus dij uocantur, cum nõ sint. Non ergo fauor est hominum, q̃d Iesus dominus dicit: sed donũ dei, qui mysterium suum hominibus declarauit. Nec qui hoc dicit, præstat beneficiũ religioni, sed accipit, sicut gentiles qui gratia principum uel antistitum idola dicunt deos, cum non sint. Sed quomodo nemo dicit, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto, cum ipse Iesus asserat, quia non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum eorum? Sed hoc ipsum dicere q̃d Apostolus posuit, non sermone, sed affectu cordis est ponderandum, quia proprie posuit ỿbum quod est, dicit, ut significaret uoluntatem atq; intellectum dicentis. Dominus uero generaliter posuit solũ oris sermonem. Videtur enim dicere etiam ille, qui nec uult nec intelligit quod dicit. Sed ille proprie dicit, quilibet sit, ita & in loco ordinis officijs ecclesiasticis positus gratiã habet quisq; sit, non utique propriam, sed ordinis p efficientiam spũs. *& diuisiones sunt ministrationum*, p quas uarijs modis fideles ministrant deo, dum p eius amore famulis eius subseruiũt, & necessaria tribuunt: sed *idem* est & non uarius *dominus* Iesus, cui uarijs modis ministratur, & q uaria tribuit ministeria. *& diuisiones operationum sunt*, quas agunt electi, sed *idem* est *deus* pater, *qui operatur omnia* bona *in omnibus* fidelibus. Nõ in uno oĩa operat, ne unus supbiat: sed in omnibus, ut quod nõ habet quis in se, habeat in alio, ut sic maneat charitas. Quoniam Arriani qui gradus in trinitate facere calũniantur quod pater primũ nominetur, secũdo filius, tertio spũs sanctus: ideirco Apostolus mutauit hunc ordinem, ut primum spiritum, deinde dominum. i. filium, tertio deum. i. patrem poneret. Et dum dicit, idem spiritus, idem dãs, idem deus, eandem prorsus substãtiam trium personarũ ostendit. Vel contrà Macedonium & cæteros, qui spiritum sanctũ negauerũt esse deum, hæreticos potest de solo spiritu intelligi totum, ut & dãs & deus ab Apostolo nominetur. Qui non diuiditur, cum dona sua diuidit: & quod ipse operatur, tota trinitas operatur. Deus em̃ natura incorporea, quia immutabiliter una æterna stabilitate in seipso manẽs totus adest se rebus oĩbus potest, singulis totus, quamuis in quibus habitat, habeant eum p suæ capacitatis immẽsitate & diuersitate, alij amplius, alij minus, quos ipse sibi dilectissimũ templum gra suæ bonitatis ædificat. Et gratiarum quidem diuisiones sunt tanquam p partes membra unius hominis, ubi & simul oẽs unum templũ & singula templa sumus: quia non est deus in omnibus q̃s in singulis maior, & fit plerunq; ut plures eum minus capiant, unus amplius. Sic em̃ & apud Corinthios erat, quia pauci spũales magis eum capiebant, & multitudo carnalium minus. Sic diuersa dona uarie sunt in membris Chri distributa, ut omnia membra sibi quadam necessitate cohæreant, & se inuicem diligant, ac sibi inuicẽ seruiant. Nã oculus solus uidet in corpore. Sed nunquid sibi soli uidet? Et manui uidet, & pedi uidet, & cæteris mẽbris uidet. Rursum sola manus operatur in corpore. Sed nunquid sibi sola operat? Sic pes ambulando omnibus mẽbris militat. Membra cætera taceant, & lingua pro oĩbus loquitur. Atq; ita diuersis officijs concorditer distributa sunt mẽbra. Sic & de membris Christi spiritus sanctus agit, ut oĩa necessaria cõpaginentur & sibi cohæreant. Si em̃ amas unitatem, etiam tibi habet, quisquis in illa aliquid habet. Tolle inuidiam, & tuum est quod habet. Liuor separat, sanitas iungit. Ideo tenenda est unitas, quia quãtum quisq; diligit membre Chri, tantum habet spiritum sanctum: & tantũ habet in eis, quod in seipso habere non ualet.

C

D

A est, qui uoluntatem atq; mentem suam sono uocis annũciat: & ille dãm Iesum dicit, q eũ diligit, si eo mõ dicit, quo intelligi Apostolus uoluit. Multi em̃ uoce dicunt, corde aũt & factis negant. Ite nemo in spiritu dei loquens dicit anathema Iesu, id est, alienationem à saluatore, hoc est, aliquod ỿbum per quod ipse uel alius à saluatore fiat alienus. Nam sicut malus spũs qui præsidet simulacris, nihil in aliquo loquitur unde qs à simulacris separetur, ita spiritus dei qui præsidet ecclesiæ, nihil in quoquam loquitur unde quis à Chro uel à membris Chri separetur. Sunt enim nõnulli, qui se in spiritu dei existimant loqui. i. recta se putant dicere, dum loquuntur ea quæ uel ipsos uel cæteros q̃ audiunt, separant à Chro, sicut minores Corinthiorum, qui stulta humilitate se scindebãt ab unione maiorũ, & à societate membrorum Chri se faciebãt alienos, quia nõ erant maioribus similes in charismatibus. Sed & detractores & quicunque discordias inter fratres seminant sub specie rectæ locutiõis, aut q corrumpunt fidem audientium, seu bonos mores suis alloquijs aliquo sanctitatis fuco coloratis, quasi in spiritu dei loquentes uidentur, dum dicunt anathema Iesu: qa sub imagine ueritatis & rectitudinis loquũtur ea, per quę suos auditores à saluatore faciũt alienos. Sed

2 Cor. 11

B huiusmodi ỿba nunquã spiritus sanctus docuit. Et nemo põt dicere, dominus est, Iesus. i. nemo de uote potest gloriam dñi Iesu Christi prædicare, ut annunciet uel confiteatur quia ipse est dãs, cui debet uniuersitas seruire, nisi in spiritu sancto. i. nisi mentem eius illuminauerit spũs sanctus, & amore ueritatis accẽderit. Nam sicut ille spiritus nihil docet loqui, unde quis à Chro separet: ita iste omne ỿbum loqui docet, p quod ad Christum trahuntur homines: & ideo quisquis gloriam dei p̃dicat ut auditores ad eũ trahat, non sibi hoc tribuat, quia non habet hoc à seipso, sed à spiritu sctõ, qui ubi uult spirat. Maiores em̃ Corinthiorum arrogãter de bonis spiritualibus gloriabant, quasi à seipsis hæc haberent, & cæteros despiciebant qui hæc habere nõ poterant, quasi spũs sanctus nõ & illis quos spernebant, posset ipsa dona dedisse, & eis non dedisse: ideoq; non recte de beneficijs dei super alios extollebantur, cum utique humiliores inde fieri deberent & gratias deo reddere.

Iohan. 3

Diuisiones uero gratiarum sunt, idem aũt spiritus: & diuisiones ministrationum sunt, idem aũt dominus: & diuisiones operationum sunt, idem uero deus, qui operatur omnia in omnibus.

¶ Cõmune est oĩbus electis ut sint participes spũs sancti: sed gratiæ quas ab eo suscipiunt, sunt uariæ. Quia *sunt diuisiones gratiarũ*. i. donorũ quæ spũs sanctus gratis dat, sed unus atq; *idem* ẽ *spiritus*, qui eas dẽ gratias diuidit hoĩbus: diuisiões grarũ sunt officijs ecclesiæ, nõ humanis meritis deputãdę. Sicut em̃ qui dicit dominꝰ Iesus, in spiritu sctõ

Vnicuiq; autem dat manifestatio spũs ad utilitatẽ. Alij quidẽ per spm̃ datur

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum: alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in uno spiritu: alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hęc aũt omnia operatur unus atque idem spiritus, di-
Rom. 12. Ephesi 4. uidens singulis prout uult.

¶ In omnibus Christi membris est spũs sanctus, sed *unicuiq;* eorum tam maiori q̃ minori *datur manifestatio* eiusdem *spiritus*, id ē, donum gratiæ, per quod alijs manifestetur spũs sanctus qui in eo ē, & manifestē *ad utilitatem* eius & aliorum: quia & sibi & alijs ex accepto dono prodest, dum uitam suam bene gubernans, exemplum bonæ cõuersationis ostendit, uel etiam uoce prædicat. & quod uarijs modis unicuiq; detur manifestatio spiritus, ostēdit per partes. Nã *alij quidem* non p humanum ingenium, nec p studium literarum, sed p *spiritum* sanctum *datur* non solum sapientia, sed etiam *sermo sapientiæ*, ut loqui possit alijs ipsam sapientiam quam intelligit: *alij aũt* datur *ſcdm eundem spiritum* non tantum scientia, sed etiam *sermo scientiæ*, per
B quē altos doceat. Ipse spũs qui dat alij sermonem sapientiæ, dat huic sermonē scientiæ nec tamē est in se diuersus, sed idem permanet. Sapientia est in cõtemplatione æternoꝝ, scientia q̃ in actione temporalium. Sermo sapientiæ p spiritum datur, ut quis de æterno & incõmutabili bono, ac de pennibus gaudijs loquens, alios ad amorem patriæ cælestis erigat: sermo aũt scientiæ tribuitur, ut loquēdo quis alios doceat de his, q̃ in tempore facta sunt historialiter: & de his q̃ facienda uel q̃ cauenda sunt moraliter .i. de uirtutibus & uitijs. Vel aliter: Sunt em̃ quidam qui p donum gratiæ & ipsa intelligunt, q̃ exponi à doctoribus nõ audierunt: hi uidelicet sermonē sapientiæ perceperunt. Et sunt quidam qui audita p semet intelligere nequeunt, sed ea q̃ in expositoribus legerint retinent, atque scienter proferunt q̃ lecta didicerint: & hi sermone scientiæ pleni sunt. Quamuis hoc intelligi etiam aliter possit: Quia sapientia ad uitam, scientia uero pertinet ad doctrinam. Qui bene igitur uiuit & prudenter p̃dicat sapientiam & scientiã diuinitus accepit. *alteri* datur *fides* .i. constantia fidei *in eodem spiritu* sancto, ut quãuis alios p̃dicando nesciat instruere, tamē recte & firmiter credat, nullo; metu uel pudore fidem suam ore cõfiteri omittat. *alteri* datur *gratia sanitatum*, ut infirmos sanet, *in uno spiritu* .i. in uno spiritu sancto, qui est unus, id est, incõmutabilis & indiuisus in se ipso. *alij* per eundem spiritum datur *operatio uirtutũ*, id est, ut operari uirtutes miraculoꝝ contra naturã possit, sicut est suscitatio mortuorũ aut uirtutes in expulsione dæmonũ. *alij datur prophetia*, ut spũ repletus pronũciet futura, *alij discretio spirituum*, ut sciat discernere spũs malos à bonis dum audit eos loquẽtes. Discretio em̃ difficilima est, cum & ipse C malignus quasi trãquillus agit, ac sine uexatione aliqua corporis assumpto hũano spiritu dicit q̃d potest, quãdo etiam uera dicit & utilia p̃dicat ad hoc, ut cum illis in manifestis bonis creditum fuerit, seducat ad sua. iste quippe discerni non potest nisi dono spũs sancti. Non enim magnum est tũc eum dinoscere, cũ ad aliqua deuenerit uel p̃duxerit, quæ sunt cõtra bonos mores uel regulam fidei. Tunc em̃ à multis discernitur. Dono autem spũs sancti in ipso primordio, q̃ multis adhuc bonus apparet, continuo dñudicat an malus sit. Sed & spũs hominum, id est, uolũtates hoc dono discernuntur bonæ à malis. *Alij* dantur *genera linguarum*, ut multis loquantur linguis, sicut Græca & Latina & Hebræa. *Alij* datur *interpretatio sermonũ*, ut in una lingua sciat obscuros sermones scripturarũ interpretari. & ita datur unicuiq; manifestatio spũs ad utilitatem, dum unusquisq; proprium donum accipit à deo, per q̃d prosit alijs qui hoc non habent. Potest em̃ in uno eodemq; spiritu fieri, ut iste ꝟbo sapientiæ polleat, nec tamen sermone scientiæ, id est, doctrina fulciatur: quia sentire atq; inuenire sufficit, etiam quod per discendi studium non apprehendit: ille per sermonẽ scientiæ fulgeat, nec tamen ꝟbo sapientiæ conualescat. q̃ & sufficit explere quantum didicit, & ad sentiendum ex semetipso subtile aliquid nõ assurgit. iste per fidem & elementis imperat, nec tamē per sanitatum gratiã infirmitates corporum curat. Ille per orationis opem morbos subtrahit, nec tamẽ arenti terræ ꝟbo pluuias reddit. iste per operationem uirtutum ad p̃sentem uitam etiam mortuos reuocat, & tamen prophetiæ gratiã non habens, quæ sibi uentura sunt ignorat. Ille uentura quæq; uelut præsentia attendit, & tamen in nulla signorum operatione se exerit: iste per discretiõem spirituum in factis subtiliter mentes conspicit, & tamen diuersi generis linguas nescit. Ille diuersi generis linguas examinat, sed tamẽ uiribus similibꝰ dissimilia corda non pensat. Alius in una lingua quam nouit, sermonũ pondera interpretãdo prudenter discutit: & tamẽ reliquis bonis quæ nõ habet, patienter caret. Sic itaq; creator noster ac dispositor cũcta moderat, ut qui extolli poterat ex dono q̃d habet, humiliet ex uirtute quã non habet. Sic cũcta moderatur, ut cum per impensam gratiã unumquemq; subleuat, etiam p disparem alterum alterum subdat, & meliorem quisq; dono alio eum q̃ sibi subijciẽ attendat, ac licet se pire ex alijs sentiat, eidem tamen quẽ superat, se in alijs postponat. Sic cuncta moderat, ut dum singula quæq; sunt omnium, interposita quadã charitatis necessitudine fiant pũia singuloꝝ, quatenꝰ unusquisq; sic quod non accipit, in altero possideat, ut ipse alteri possidendum quod accedit, humiliter impendat. Et ideo pulcherrima uarietate distributa sunt electis spũalia dona. Sed *hæc omnia operatur unus atq; idem spiritus*. Superius dictum de patre intelleximus, quia idem deus q̃ operatur omnia in

omnibus, & nunc legimus spũm omnia operari, A ut inseparabilis intelligat operatio trinitatis, ita ut cum operatio patris dicitur, nõ eam sine filio & spũ sancto intelligamus operari: & cum operatio spũs sancti, non sine patre & filio. Quod ergo dicitur de spũ quia omnia hæc operatur, nõ ideo dicitur, quia nõ ei cooperatur pater & filius: sed idcirco dicit, quia unus atq; idem spiritus hæc operatur, q̃m in his operibus non sunt multi spũs, sed unus, & in diuersis suis operationibus nõ est à seipso diuersus. Hæc omnia operatur spũs utique sicut deus. Quis enim hæc operari potest nisi deus? Omnia hæc operatur, *diuidens* ea *singulis* non ipse diuisus, & hæc omnia facit ac diuidit *prout uult*, id est, sicut dñs omnium, sicut deus, sicut nulli subiectus. Nõ enim missus, sed uoluntarius operatur, quia solius dei est facere uoluntatem suam. Dona sua distribuit, nõ prout uolunt homines, sed prout ipse uult, q̃ solus nouit quid uelle debeat, & quid unicuiq; expediat. Vnde nec huic dolendum est, nec illi superbiendum. cum em̃ contristaris quod minorem gratiã acceperis, æmularis alium quasi maiorem partẽ inuaserit, cum hoc non in nostra, sed in donantis sit positum potestate. Inuidebant em̃ (ut supradictũ est) minores Corinthioꝝ maioribꝰ quasi maiora sibi charismata uindicãtibus,
B nõ intelligentes hęc solius dei uolũtate dispensari

Sicut em̃ corpus unum est, & membra habet multa, omnia aũt membra corporis cum sint multa, unum corpus sunt, ita & Christus. etenim ī uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudęi, siue gentiles, siue serui, siue liberi: & oẽs uno spũ potati sumꝰ.

¶ Ideo spũs sctũs diuersis diuersa dona tribuit, q̃a *sicut corpus unum est* hoĩs, *& membra habet multa*, quæ sunt uarijs officijs dedita, sed oĩa *membra corporis* quãuis *sint multa, unum* tamen *corpus sunt, ita & Christus* unum corpus habet ex uarijs membris. Vnum est em̃ corpus Christi, quod est ecclesia cõstãs ex diuersitate membrorum, i. ex uarietate personarum, diuersa officia diuersasq; gratias habentium. Et idcirco decuit ut unus Christi spũs per diuersa membra unius corporis Christi uarias actiones expleret, quia & unus spũs hominis aliter operatur in oculis, aliter in auribus, aliter in naribus, & aliter in manibus. Sic & spũs Christi uarie operatur in membris Christi. Nam si charismata non essent diuersa singulis concessa, sed eadem, tunc essent diuersa mẽbra idem donum habentia, neque multa fierent unum p charitatem, quoniam alter alterius officio non indigeret propter eiusdẽ doni participationem. Humani corporis utitur comparatione, ut ostẽdat officia diuersa esse, non naturam membrorum: & neminem debere queri cuius officij sit, dum oĩes uno spiritu animentur, & in uno corpore coaptentur. Per hæc etiam docet nullius personam quasi despecti contemnendam, & nullius quasi perfecti præferendam, nec gloriam quæ soli deo debet, hominibus esse C tribuẽdam, quando in omnibus unus atq; idem deus sit gloriosus. Loquẽs enim de mẽbris Christi, id est, fidelibus eius, non ait, ita & mẽbra Christi, sed totum hoc Christũ appellauit. Ergo simul oẽs fideles cũ capite suo sunt Chrs, & ꝓpterea caput de cælo clamauit: Saule Saule, quid me per- *Actu. 9.*
sequeris? Christꝰ enim caput & corpus, idemque Christꝰ uerbum Dei, unigenitus æqualis patri. Et inde uidemus quanta gratia pertineamus ad deum, ut ipse uoluerit esse nobiscum unꝰ, qui est cum patre unum. Ego, inquit, & pater unum sumus. Nobiscum uero unꝰ est, quia non dicit, & *Iohã. 10.*
seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno & semini tuo, qui est Christꝰ. Vere nos omnes cum capite nostro simul sumus Christus, quia *in uno spiritu*, id est, in gratia & operatiõe sancti spiritꝰ, qui unꝰ atq; idem sem p est, *nos omnes, siue Iudæi, siue gẽtiles, siue serui, siue liberi*, id est, qui prius & ratione & conditione diuersi & impares eramus, *baptizati sumus in unum corpus*, id est, baptismatis ablutiõe per fidem deducti sumꝰ in unum Christi corpus, *Actu. 4.*
ut amodo simus omnes unum, sicut illi, quorum erat cor unum & anima una. *& omnes potati sumus uno spiritu*, id est, pro capacitate uniuscuiusq; percepimꝰ omnes spiritum sanctum, quo debriaremur, & qui cum sit unus, diuersis modis operare- D
tur in nobis: sicut una hominis ãa uidet in oculo, audit in aure, loquitur in ore, ambulat in pede, et in cæteris membris cætera facit.

Nam & corpus nõ est unum mẽbrum, sed multa. Si dixerit pes, q̃m non sum manꝰ, nõ sum de corpore, num ideo nõ est de corpore? Et si dixerit auris, q̃m nõ sum oculus, nõ sum de corpore, nũ ideo nõ est de corpore? Si totũ corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi operatus? Nunc aũtẽ posuit deus mẽbra, unumquodq; eorũ in corpore sicut uoluit. Quod si essent oĩa unum mẽbrum, ubi corpus? Nunc aũt multa quidem mẽbra, unum autem corpus.

¶ Et bene nos omnes unũ dicimur: *nam & corpus* humanum, cui ecclesia similis est, *non est unum membrum, sed multa*. Sicut & nos ex quibꝰ constat ecclesia, non omnes unum officium uel donum habemꝰ, sed multa. Ideoq; minori non est dolendũ quia minus habet, neq; maiori superbiendum ex eo quod maius donum uel officium fortitus est. Vere multa sunt in Christi corpore membra. Nã *si pes*, id est, aliquis fidelis qui inferius donum habet, & per terrenas actiones incedit, *dixerit quoniam non sum manus*, q̃m nõ habeo superiorẽ & mundam spũalium operationẽ, *non sum de corpore* Christi, *num ideo non est de corpore?* id est, num ideo cõsequens est ut nõ sit de corpore christi, quia potest aliud esse quãm manus, & tamen in hoc corpore

Universidad de Deusto
Biblioteca

manere? Et eodem mō si auris i ille q doctrinam
A audit à magistris, *dixerit, quoniam non sum oculus*, id
est, qm̄ non intueor præclarum lumē sapientiæ,
ut mihi & alijs puidere queam, *non de corpore* Chri,
num ideo non est de corpore. i. num ideo consequens
est ut nō sit de hoc corpore, quia multa sunt in eo
mēbra præter oculos? Hoc dicitur ꝓpter minores
Corinthios, qui desperantes dicebāt se non per-
tinere ad corpus Christi, qm̄ habere nō poterant
illa magna charismata, q̄ in spiritualibus uiris cer
nebant. Propter eosdem pusillos dictum est supe
rius, quia nemo in spiritu dei loquēs dicit anathe
ma Iesu. Dicebant enim anathema Iesu, quod in-
terpretatur à saluatore alienatio, dum se alienos à
corpore saluatoris dicerent, quia non erant ex su
perioribus membris. Sed necesse est ut sint in cor
pore diuersa membra. Nam *si totum corpus oculus* es
set. i. si tota ecclesia solum officium aspiciendi spi
ritualia haberet, *ubi* esset auditus? id est, ubi essent
discipuli, qui uocem p̄dicationis à doctoribus au-
dirent? Vel *si totum* corpus esset *auditus*, id est, si to
ta ecclesia esset populꝰ subiectorum, obedienter
B audiens præcepta magistrorum, *ubi* esset *odoratus*?
id est, illi q̄ bonum odorem uirtutum & malum
odorem uitiorū quasi nares subtiliter discernunt
& à longe præsentiunt? Acsi dicatur: Si omnes es
sent unꝰ officij uel operis, quomodo implerentur
reliqua necessitas corporis, cum cōstet multis of-
ficijs opus esse ad gubernationem corporis? Nam
ecclesia superni capitis corpus est. In qua alius al-
ta uidendo, oculus: alius recta operando, manus:
alius adiuncta discurrendo, pes: alius præcepto-
rum uocem intelligēdo, auris: alius malorum fœ
torem, bonorumq̄ fragrantiam discernēdo, nasus
est. Qui corporalium more membrorum dum ui
cissim sibi accepta officia impendunt, unum de se
metipsis omnibus corpus reddunt: & cum diuer
sa in charitate peragunt, diuersum esse prohibent
ubi continentur. Si autem unum quid cuncti age
rent, corpus utiq; quod ex multis cōtinetur mem-
bris, nō esset. Quia uidelicet multipliciter com-
pactum non existeret, si hoc cōcors membrorum
diuersitas non teneret. Sed *nunc* propter uitanda
hæc inconuenientia, *posuit deus membra* in *corpore*
Christi, *unumquodq; eorum*, id est, magnus & minus,
sicut ipse *uoluit*. Et ideo nec maior debet superbire,
minoremq̄ despicere, nec minor dolere uel maio
ri inuidere. Deus em̄ sic disposuit eos, cuius dispo
sitio non est ab homine murāda: & sic uoluit eos
esse, cuius uoluntas nunquam est iniusta. *Quod si
essent omnia unum membrum* 1. si omnes fideles essent
unius officij, *ubi* esset *corpus* ecclesiæ, quod non nisi
uarijs membrorum officijs gubernatur? Si enim
omnes unius dignitatis essent, iam deperisset ho-
nesta compositio uariarum partium. Sed *nunc*, id
est, ne corpus pereat, q̄d non nisi ex diuersis mem-
bris constare potest, *multa quidem* sunt *membra*, sed
unum corpus ex illis omnibus. Quoniā multa cum
inuicem sui egeāt, non discrepant in unitate natu
ræ, quamuis diuersa sint, quia diuersitas hæc in
unum concurrit, ut corporis utilitas expleatur.

Nō potest aūt dicere oculꝰ manui, ope C
ra tua non indigeo: aut iterū caput pe-
dibꝰ, nō estis mihi necessarij. Sed mul-
to magis q̄ uident mēbra corporis in-
firmiora esse, necessariora sunt: & quæ
putamus ignobiliora mēbra esse cor-
poris, his honorem abūdantiorem cir
cundamus: & quæ inhonesta sunt nr̄a,
abundantiorem honestatē habent. Ho
nesta autem nostra nullius egent.

¶ Mēbra quidem sunt multa, sed nullum ex his
superfluū, imo oia sibi inuicē sunt necessaria, qm̄
oculus. i. ille qui cæteris uiā rectę operationis p̄uī
det, *non potest dicere manui* i. operatori, *non indigeo
opera tua*. i. studio tuæ operatiōis. Nam sicut ma-
nus indiget oculo ut operari ualeat. i. discipulus
prouisiōe doctoris ut bonū opus expleat, ita ocu
lus indiget operatione manus. i. doctor qui per se
ipsum agere non potest quod agendū p̄uidet,
necessarium habet discipulum, per quem fiat q̄
necessarium p̄uidet. Inaniter enim p̄uideret,
si non esset qui cōsequenter faceret. *aut iterū caput*,
id est, ille qui in summa dignitate positus est, non
potest dicere *pedibus* i. nouissimis ecclesiæ mēbris,
nō estis mihi necessarij. Omīno necessarij sunt ei sub D
iecti, quia potest humilis quod non pōt sublimis,
quia & ferrum potest quod aurꝰ non pōt: & q̄uis
aliquis dignitate sublimis sit, tñ si subiectus defue
rit qui obsequijs illum faciat gloriosum, ipsa di-
gnitas contemptibilis erit. Hoc p̄cipue nunc dicit
propter eos, qui summis charismatibus inter Co
rinthios p̄minebant, & minores q̄si superfluos &
inutiles despiciebant & abijciebant. Sed talia ec-
clesiæ mēbra licet sint inferiora, non tñ sunt inutili
ha. *Sed multo magis ea membra corporis* ecclesiæ, *quæ
uidentur esse infirmiora* i. spūali firmitate magis cō
rētia, *sunt necessariora*: quia minores qui sunt in ec-
clesia, q̄uis infirmi & contemptibiles appareant,
plus tñ utiles sunt aliquoties: *& quæ putamus esse ig
nobiliora membra corporis* ecclesiæ. i. per ignobilita
tem moꝝ degenerare, *his circundamus abundantiorē
honorem*. i. nonnunq̄ circūtegimus uerbis nostris
degeneres eoꝝ mores. Despectis em̄ exhortatio
bonæ locutionis est necessaria, per quā addat illis
aliquis honor ut fiant utiles: alioqui ipso contem
ptu negligentiores circa se & deteriores fient. *&
membra nostra quæ* per aliquod p̄cm̄ *sunt inhone-
sta*, id est, carnales filij ecclesiæ, *abundantiorem honc-
statem habent* à nobis celantibꝰ fœditatem eorum.
Sed *honesta nostra*, id est, ecclesiæ mēbra quæ sanc-
habent honoris per decorē suæ sanctitatis, *nullius
egent* honestationis p tegimē obscenitatis. Quod
melius ostēdimus, si ipsa quæ plerunq; accidunt,
proferamus. Nā quilibet potens & proteruus, cū
aliquid inique perpetrasse cognoscitur, tempus
quæritur ut de malo quod fecit increpetur. Nisi
enim prædicator sustineat quando ferre cōgrue

correptionem possit, augeturin eo malum quod
A insequit. Sæpe enim contingit ut talis sit, qui nul
la increpationis uerba sustineat. Quid itaq; in hu
ius culpa prædicatori agendum est, nisi ut in ser-
mone admonitionis quem pro communi salute
omnium auditorum facit, tales culpas ad mediū
deducat, quales eum perpetrasse considerat? Qui
& præsto est, & de se solo adhuc argui nō potest,
ne deterior fiat: & cum generaliter contra culpā
inuecto intenditur, correptionis uerbum libēter
ad mētem reducitur, quia potens prauus ignorat
quod sibi hoc specialiter dicat. Vnde fit plerunq;
ut eo uehementius perpetratam culpam lugeat,
quo reatum suum, & cum percussum sentit, nesci
ri putat. Magna itaq; arte prædicationis agendū
est, ut qui ex aperta correptione deteriores fiūt,
quodam correptionis temperamento ad salutem
redeant. Vnde nūc aperte dicitur: Quæ putamꝰ
ignobiliora esse membra corporis, his honorem
abundantiorem circundamus: & quæ inhonesta
sunt nostra, abundantiorem honestatem habent.
Honesta autem nostra nullius egent. Sicut enim
inhonesta membra in corpore, ita quidam intra
sanctam ecclesiam potentes & praui. Qui dū aper
ta inuectione feriri nō queunt, quasi honore teg-
B minisuelantur. Sed hæc de occultis potētum de-
lictis loquimur. Nam quādo & alijs cognoscenti
bus peccant, alijs etiam cognoscentibus increpan
di sunt, ne si prædicator tacet, culpam approbasse
uideatur, atq; hæc crescens in exemplum ueniat,
quam pastoris lingua non secat. Vel si de corpo-
ralibus membris uniuscuiusq; nostrū hæc intelli
gantur, manifestum est, quia pudēda nostra, quæ
turpia uidentur dum aspectus publicos uitat, ho-
nestate se tegūt, ne p̄ irreuerentiā horreāt. Absit
em̄ ut aliqua turpitudo in mēbris sanctorum etiam
genitalibus esse dicatur uel credat. Dicunt quidē
inhonesta, quia non habent illam speciē decoris,
quā membra q̄ in promptu locata sunt. Vel cer-
te (q̄d probabilius dici pōt) propter in mēbris le-
gem repugnantē legi mētis, q̄ de pctō accidit, non
de prima nr̄æ institutione naturæ. Illicitus itaque
& temperantiæ legibus non subiectus membro-
rum illorum usus, est turpis, non ipsa membra.

Sed deus tēperauit corpꝰ, ei cui deerat
abundantiorē tribuēdo honorē, ut nō
fit schisma in corpore, sed in idipsum ,p
inuicē solicita sint mēbra. & si quid pa
titur unum mēbrum, cōpatiunt omnia
membra: siue gloriat unum membrū,
congaudent omnia membra.

Heb. 4. Roma. 8.

¶ Ea quæ uidentē inhonesta in mēbris ecclesiæ,
nō sunt inhonesta. *Sed deus temperauit* ipsum *corpus*
uarietate mēbroꝝ, officia diuersa in unitatis com
page seruantiū, tribuendo p̄ digna membra *abun-
dantiorem honorem ei* membro *cui deerat* in se, sicut
ostendimus de proteruo potente. Vel tribuendo
abundantiorē honorē per bonam uitā ei mēbro,
cui deerat per scientiā p̄dicandi. Vel ei qui despi
cabilis apparebat hominib9, tribuit deus largio- C
rem honorē per immensam miraculoꝝ uel aliorꝝ
charismatū gratiā. Ita temperauit deus ecclesiæ
corpus, ut nullū ex membris eius sit superfluum,
sed oīa sint necessaria, ideo *ut non sit schisma in cor
pore* ecclesiæ, ubi debet esse unitas & concordia,
id est, ne alter alterum abijciat quasi inutilem aut
superfluum: *sed membra sint solicita pro se inuicem*, id
est, maiora pro minoribus, & minora pro maio-
ribus, quoniam alia sine alijs non possunt: mēbra
dico, tendentia *in idipsum*, id est, in unitatē, ut om-
nia studeant habere cor unum & animam unam.
& dum sic agunt, *si quid* aduersi *patitur unum mem-
brum, compatiuntur* ei *omnia membra*, quasi aduersi-
tas illa sit oīum. *Siue gloriatur* de bono *unum mem
brum*, congaudent ei *omnia membra*, quasi bonum
illud sit omnium. Nam & in membris humani
corporis, ex quorum unitate atq; compage chari
tas nūc suadetur membris ecclesiæ, uidemus hæc
omnia, dum unum quodq; eorū non sibi soli, sed
& cæteris proprijs agit officium. Oculus enim ui-
det, & non audit: auris audit, & non uidet: manus D
operatur, nec audit, nec uidet: pes ambulat, nec
audit, nec uidet, nec facit quod manꝰ. Sed in uno
corpore si sit sanitas, & non aduersus se litigent
membra, & auris uidet in oculo, & oculus audit
in aure. Nec obijci potest auri quia non uidet, ut
dicatur ei, Nihil es, minor es. Nunquid uidere &
discernere colores potes, q̄d facit oculus? Respon-
det enim auris de pace corporis, & dicit: Ibi sum
ubi est oculus, in eo corpore sum. In me non ui-
deo, in illo cum quo sum, uideo. Ita cum auris di-
cit, oculus mihi uidet: oculus dicit, auris mihi au-
dit: oculi & aures dicunt, manꝰ nobis operantur:
manus dicūt, pedes nobis ambulant: oīa in uno
corpore cum operātur, si sit ibi sanitas & concor
dent membra, gaudent & cōgaudent sibi: & si ali-
quid molestiæ est in aliquo membro, non se dese
rūt, sed compatiūtur sibi. Sic & filij ecclesiæ, id ē,
membra christi, oīno debēt agere. Nec putent
se ad deum nō pertinere, si miracula nō fecerint.
Sed quisquis in corpore non pōt resuscitare mor-
tuum, non illud quærat, ne discordet in corpore,
quomodo si auris quærat uidere, discordare po-
test. nā quod non accepit, nō potest facere. Si aūt
ei obiectum fuerit & dictum, Si iustꝰ esses, resus-
citares mortuum quomodo fecit Petrus, respon-
deat: Petrus & mihi fecit, q̄a in eo corpore sum,
in quo Petrus fecit. In illo quo pōt possum, à quo
diuisus non sum. Quod minꝰ possum, compatiē
mihi: & quod plus potest, congaudeo illi. Si ergo
unusquisq; q̄d potest, iuste egerit, ac de bono q̄d
accepit, alijs prodesse studuerit, & in eo q̄d alius
plus potest, non inuiderit, sed congratulatus fue-
rit tanquam in uno corpore cum eo constitutus,
custodietur in membris Christi, quod custodiunt
inuicem corporea membra cuiuslibet hominis.

Vos aūt estis corpus Christi, & mem- Ephe. 4.
bra de mēbro. Et quosdā quidē posuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A deus in ecclesia, primũ apostolos, secũdo pphetas, tertio doctores, deinde uirtutes, exin de grãs curationũ, opitulationes, gubernatiões, gña linguarũ, interpretationes sermonũ. Nunquid oẽs apostoli? nunquid oẽs prophetæ? nunquid omnes doctores? nũquid omnes uirtutes? nunquid oẽs habent gratiam curationũ? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid oẽs interpretant?

¶ Ostendit Apostolus nostram se causam per membrorum carnalium rationem tractasse, quia non omnes eadem possumus, sed singuli pro qualitate fidei & gratia quã accepimus. Hæc, inquit, concordia uarie operandi & cõgaudẽdi uel compatiẽdi. i. in mẽbris humani corporis. Sed *uos estis corpus Christi*, id est, coniuncti & uniti estis in Christiana fide & ueritate, & estis etiam *membra* Chri-
B sti, ut inuicem uobis per charitatẽ seruiatis unusquisq; de dono uel officio quod habet. Membra estis pendentia *de membro*. i. de me qui sum maius mẽbrum Christi, & uos mihi sicut digitos manui adhærere in eius corpore feci. Nã aliud quidem est membrum corporis, aliud membrũ membri. Mẽbrum quippe corporis, pars ad totũ est: membrum uero mẽbri, particula ad partẽ. Membrum nanq; mẽbri est digitus ad manũ, manus ad brachium: mẽbrum uero corporis est, totum hoc simul ad corpus uniuersum. Sic ergo in spũali dãico corpore membra de membro dicuntur, qui in eius ecclesia ab alijs reguntur. Hinc Apostol9 exponit diuersitatẽ in fidelib9, quã dixerat in membris, & determinat de donis dei, quæ sint altiora & quæ inferiora: quia de his putabant Corinthij quod minus esset, maius: & quod maius, minus. Vos, inquit, estis mẽbra Chri, & cum sitis mẽbra, nõ estis æqualia. qm̃ *deus posuit in ecclesia quosdam* di
Actu. 12 & 21. uersoꝝ graduum fideles, scil. *primũ* dignitate & tẽpore *apostolos* uice Christi prædicantes, *secundo* dignitatis loco *prophetas* futura p̃dicentes, qui post aduentum dñi fuerunt, sicut Agabus & beatus Benedictus. *tertio* gradu dignitatis posuit *doctores*. i. prædicatores, qui doctrina ueritatis ecclesiam instruerent. *deinde uirtutes*, id est, eos qui fortia miracula faciunt, ut in expulsione dæmonũ & mutatione elementorum, sicut aeris serenitatem in pluuiam conuertendo, uel super aquam siccis pedibus ambulando. *exinde* posuit *gratias curationũ*, id est, eos qui per orationem curant infirmos, & *opitulationes*, id est, eos qui opitulant maioribus, ut Titus Apostolo uel archidiaconos episcopo & *gubernationes*, id est, minorum personarũ prælationes, ut sunt presbyteri. & *genera linguarum*, id est, scientiam loquendi linguis uarijs per donum gratiæ dei. Quia Corinthij donũ istud magis appetebant æstimãtes hoc esse maximum, ideo notissimum hoc posuit Apostolus, inuenens esse inferius & indignus cæteris præmissis. Talia donabilibus suis deus uarie distribuit, secundũ mensuram donationis suæ dans unicuiq; gram. Aliud C
enim habet ille, aliud iste: & quod habet ille, non habet iste. Mẽsura est diuisio quædã donoꝝ. Nõ enim oẽs sunt apostoli, sed illi soli quos Christus misit: nec oẽs habent spm̃ prophetiæ, sed quibus hæc gra diuinit9 est cõcessa: nec oẽs habent scientiam docendi alios, neq; omnes operãtur uirtutes miraculorum, neq; omnes habent gratiam curandi infirmitates, nec omnes diuersis linguis loquuntur, nec omnes interpretantur scripturas aut linguas. Nam si omnes haberent hæc omnia, iam nõ essent quibus hæc officia seruirent. Ideo pulchrũ & necessarium est, ut alij habeant quod non habent alij, & alij rursum alia, quatenus unusquisq; quod ipse habet cæteris ministret qui nõ habẽt.

Aemulamini aũt charismata meliora. Et adhuc excellentiorem uobis uiam demonstro.

¶ Hucusq; reuocauit illos à schismate ad concordiam & unionẽ, ut null9 gloriet̃ de charisma te superiori, nullusq; doleat de inferiori. Hinc eos ad charitatẽ inuitat, ostendẽs sine ea nihil cætera ualere. Deus, inquit, uaria dona consueuit fidelibus suis implere. Sed uos *æmulamini charismata meliora*. i. de his q̃ supra demõstraui, desiderate utiliora, non linguas, ut solebatis. *Et adhuc* præter hæc D
in prædictis ostensa, *demonstro uobis excellentiorẽ uiam*. i. charitatem, quæ supereminentissimum locũ inter cæteras uirtutes obtinet, & est uia per quã illi gradiuntur, qui tendunt ad regnum cælorũ. Nam per cæteraꝝ uirtutum uias ambulare possunt & illi, qui ad inferiora descendũt. Quicunq; autem uiam charitatis sectãtur, ad supernam patriam tendunt. Quomodo enim oleum nullo humore premitur, sed disruptis oĩbus exilit & supereminet, sic est charitas. Non põt premi in ima, sed necesse est ut ad superna emicet: & ideo q uult ad superna cælorũ regna peruenire, studeat per uiam charitatis incedere. Nam quare charitatem Apostolus excellentiorẽ uiam appellauerit, declarat ipse, cum protinus subiungit:

CAPVT XIII.

Si linguis hoĩm loquar & angelorũ, charitatem aũt non habeam, factus sum uelut æs sonans aut cymbalũ tinniens. Et si habuero oẽm prophetiã, & nouerim mysteria oĩa & omnẽ scientiam, & si habuero oẽm fidẽ ita ut mon- *Mat. 17. Mar. 11.*
tes trãsferam, charitatẽ aũt non habuero, nihil sum. & si distribuero in cibos pauperꝝ oẽs facultates meas, & si tradidero corpus meũ ut ardeã, charitatem aũt non habuero, nihil mihi prodest.

¶ Quoniã loqui diuersis linguis p̃cipue desiderabant Corinthij, propterea donum hoc in primis ostẽdit Apostolus sine charitate nõ prodesse. A
Si ego, inquit, *loquar linguis* omniũ *hominum angelorum*. i. si mihi per quã gratiã datum sit ut sciã loqui sicut omnes hoies qui sunt in terra, & sicut angeli qui sunt in cælo, sed *charitatem non habeam*. q̃ carere potest omnibus linguis loquens, *factus sum* similis æri sonanti uel cymbalo tinnienti. Nã uarijs linguis loqui uel similia facere, nõ sp̃ ad meritum dat̃, sed ad gloriã dei gẽtibus oñdẽdam, nec p hæc uitã æternã cõsequi ualẽt illi qui ea faciũt. Charitas uero & meritũ semper auget, & uitam æternã præbet. Habẽt aũt & angeli suas linguas, q̃bus maiores intimant minoribus, quod de dei uoluntate senserũt, uel quibus ad homines missi utuntur. Nã primi angelorũ suscipiũt ab ipso deo illuminationes scientiaꝝ, ac deinde tradunt eas subiectis spiritibus. Linguæ uero quib9 sic alij loquuntur alijs, intelliguntur aliqui nutus uel interiores motus, per quos intimãt sibi uicissim quod uoluerint. Neq; enim minores sciunt omnia quæ maioribus sunt nota, sed ea tm̃, quæ sibi fuerint à superioribus intimata. Sed si data, inquit, fuerit mihi tanta linguaꝝ scientia, ut loquar linguis & & angelorũ & hoĩm, nec charitatẽ habuero, fact9 sum *uelut æs sonans & cymbalum tinniens*. Nam sicut æs aut cymbalũ nõ per se, sed impulsu aliquo re-
B sonat: sic loquens linguis, nõ per se qui nescit, sed per impulsum spũs profert ea quibus audientes mulceat. Aere quippe uel cymbalo insensibiles ac mortuæ hoĩm mẽtes, quæ uitam charitatis nõ habent, designant̃. Nam sicut corp9 sine spiritu. i.
Iacob. 2. si fuerit sine anima, mortuũ ẽ, sic aĩa si sine sancto spũ. i. sine charitate fuerit, mortua deputabit̃. Insonitu ẽis uel cymbali delectant̃ hoies audiẽtes, siue percipiũt aliquã utilitatẽ: sibi uero nihil hoc prodest, sed potius in suo detrimento cõmodum aliosꝝ operat̃. Sic & prædicator qui sensum charitatis nõ habet, in eo quod loquit̃, alios delectat nesciẽs, & ipse detrimentũ inde percipit, unde aũdientibus proficit. Nam sicut quod æs sonat, dulce est alijs, sed sibi labori & diminutioni, sic & qd̃ loquitur p̃dicator charitate uacuus. Nec solũ de p̃dicatore potest hoc intelligi. Apte ẽm & quorũlibet insensibilium hominũ corda per ẽs et cymbalum designant̃, qui sæpe & supernos ictus accepiunt, & tñ nulla disciplinæ p̃secutione mollescunt. Aes uero cũ percutit̃, canor9 ualde sonitus ex eius percussione format̃. Et quidã metallo æris in nullo discrepantes, cũ flagella supnæ percussionis accipiunt, piæ confessionis sonitus emittũt: sed quia humilitatis uoces ex corde nõ proferunt, ad statum salutis reduci, nesciunt quod p̃miserunt. In nullo igitur æris imitationem fugiunt, qui in percussione positi, bona quæ non sentiunt, loquũtur. Quisquis enim bona loquitur, sed per amorem eadem bona non sequitur, uelut æs aut cymbalum sonitũ reddit: quia ipse non sentit
Num. 22. 23. et 24. Ioha. 11. uerba quæ ip̃e facit. *Et si habuero*, inquit, *prophetiã*, ut per spiritum dei quæ futura sunt prænuncient, sicut Balaam & Caiphas. *& nouerim mysteria omnia* id est, occulta ueteris & noui testamenti sicut Salomon, & nouerim *omnem scientiam* de his quæ fuerint, & quæ sunt, & q̃ futura sunt, uel de diuinis & hũanis, sicut idẽ Salomõ. *& si habuero fidem* oẽm, .i. de omni re unde est habenda, *ita* perfectam, *ut* eius uirtute *mõtes* de loco ad locum *transferam*, sed omnia hæc habens, *charitatem non habuero, nihil sum*, etsi magna sint. Saluator dixerat fidem quæ Mat. 17
fuerit sicut granum sinapis, montes posse trãsferre: & nunc Apostolus dicit oẽm fidem esse quæ montes transferat. Vnde intelligit perfectam esse fidem quæ grano sinapis comparatur, & hoc nõ propter exiguitatẽ, sed propter integritatẽ dictũ esse. Sed fides sine charitate nil ualet ad salutẽ, q̃a Iacob. 2.
& dæmones habent huiusmodi fidem. *Et si distribuero*, inquit, *facultates meas*, id ẽ, omnia q̃ possum habere diuisero ut plurib9 prosim, dans oĩa in cibos non diuitũ qui reddant, sed pauperꝝ q nõ habent unde reddere possint: & q̃d est maius, *si tem* Luc. 14.
pore persecutionis *tradidero* pro fide *corpus meũ* sæuissimis cruciatibus, *ita ut ardeam*, sed *charitatẽ non habuero*, id est, nõ charitate, sed iactatione hoc fecero, uel odium in corde meo aduersus aliquem retinuero, *nihil mihi* totũ hoc *prodest*. Magna itaq; & mirabilis ẽ charitas, sine q̃ nec loquutio diuersarum linguarum aliquid prodest, nec prophetia, nec mysteriorũ & scientiarum notitia, nec fides, nec facultatum distributio, nec martyrij passio: & cũ hæc quæ maiora sunt, nihil sine charitate ẽ sint, manifestum est q̃a nec cætera bona prodesse D
ualent sine hac charitate. Alia ẽm bona & reprobi habere possunt, sed charitatẽ non nisi soli possident electi. Cuius membra & species Apostolus consequenter describit, dicens:

Charitas patiẽs est, benigna est, Charitas non æmulat̃, non agit perperã, non inflatur, nõ est ambitiosa, nõ quærit q̃ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet sup iniquitate, cõgaudet autem ueritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, oĩa sustinet. Charitas nunquam excidit. Philip. 2

¶ Oĩa bona sine charitate utilia sunt & inutilia, sed cũ charitate cara sunt & utilia. Quæ charitas habet in se uirtutes, q̃ nũc enumerant̃. Est ẽm patiens. i. patientiã seruans. Patientiã uero seruare, est aliena mala æquanimit̃ perpeti: contra eũ quoq; qui mala irrogat, nullo dolore morderi. Nã qui sic proximi mala portat, ut tñ tacit9 doleat, & tẽpus dignæ retributiõis quærat, patientiã non seruat, sed simulat. Sed *charitas est patiens*, qm̃ aliena mala æquo aĩo tolerat. & *est benigna*, qa ipsos etiã à quib9 mala patit̃, amat. Patiẽs, quia illata à proximis mala æquanimiter portat: benigna uero, quia pro malis bona largiter administrat. Patiens est, quia trãquillã mente in aduersis seruat: benigna uero, quoniã misericorditer sua bona proximis indigentibus impendit. Patiens est, quia contra tentationes seculi uel procellas in deum fixa,

Universidad de Deusto
Biblioteca

perſiſtit immobilis: benigna uero, quia proximorum delectatur profectib9. *Charitas non æmulatur*, id eſt, non inuidet: quia ubi eſt inuidia, ibi fraternus amor eſſe non poteſt. Non æmulat, quia per hoc quod in præſenti modo nil appetit, inuidere terrenis ſucceſſibus neſcit. Non æmulatur, quoniam alterius bonum diligit ut ſuum. *non agit perperam*, id eſt, peruerſe: quia quo ſe in ſoſũ dei ac proximi amorem dilatat, quidà rectitudine diſcerepat ignorat. *non inflatur*, id ẽ, non intumeſcit de tẽporali felicitate, uel carnis generoſitate, uel ſcientia uel merito, ſeu qualibet alia re: quia cum præmium internæ retributionis anxia deſiderat, de bonis ſe exterioribus aut tranſitorijs nõ exaltat. *non ambitioſa eſt*, id ẽ, cupiens honores ſeculi: quia maior alijs eſſe nõ ambit, & ſuper cæteros dominari, uel ea ſibi uendicare quæ ſunt alieni iuris. non eſt igitur ambitioſa, quia quo ardenter intus ad ſua ſatagit, foris nullatenus aliena cõcupiſcit. *non quærit ea quæ ſua ſunt*, quia cuncta quæ hic tranſitorie poſſidet, uelut aliena negligit, cum nihil ſibi eſſe proprium niſi quod ſecum permaneat, agnoſcit. Non quærit q̃ ſua ſunt, quia propter aliorum commoda ſuas utilitates deſerit: nec ſe, ſed
B alios exaltare ſtuder. *non irritatur*, id ẽ, non prouocatur ad irã, quia & iniurijs laceſſita ad nullos ſe ultionis ſuæ motus excitat, dum pro magnis laboribus maiora poſt præmia expectat. *non cogitat malum*, id eſt, non cogitat quomodo ei qui ſibi facit iniuriam, uicem reddat. Non cogitat malum, quia in amore munditiæ mentem ſolidans, dum omne odium eruit, uerſari in animo quod inquinat, neſcit. *non gaudet ſuper iniquitate*, quia quo ſola dilectione erga omnes inhiat, nec de perditione aduerſantium exultat. Sunt enim nonnulli qui nec faciunt malum, nec facere cogitant eis, à quibus aduerſa perferunt: ſed tamẽ ſi factum illis ab alijs fuerit, lætantur: & ideo nunc poſtquam dictum eſt, quia charitas non irritatur, nec cogitat malum, additur quia non gaudet ſuper iniquitate, id eſt, non ei placet ſi quid inique paſſus fuerit uel ipſe qui ei aduerſat. Sed *congaudet ueritati*, delectatur uerbis ueritatis, uel operibus ueræ ſanctitatis: quia eęcos ut ſe diligens, per hoc quod rectũ in alijs conſpicit, quaſi de augmento proprij profectus hilareſcit. *Omnia ſuffert*, quia pro ſpe quietis æternæ nihil aduerſitatis pati recuſat. Supradictũ fuerat quia patiens eſt, id eſt, non murmurans in aduerſis, ſed corde tacito cuncta perferens: & nũc dicitur qđ oĩa ſuffert & in actu ſuſtinet, quicquid aduerſitatis acciderit. Ibi enim laudata eſt tranquillitas cordis, hic fortitudo paſſiõis: & ideo ſuffert oĩa in præſenti uita, quia credit oĩa de futura uita. Et ſuſtinet oĩa quæ hic grauia immittunt, quia ſperat omnia quæ ſibi dulcia promittunt: & propterea nunq̃ excidit. i. nunq̃ cadit, ſed ſine caſu pſiſtit. Nec quod dictũ eſt, oĩa credit, ſic accipiamus, ut charitati cuiuſquã derogamus, ſi malum quod de fratre audierit, non ſtatim credide-
1 Ioh 4 rit. Quia ipſa charitas quæ omnia credit, nõ oĩ ſpũ credit. Ac per hoc omnia quidem credit, ſed deo, quia non dictum eſt, omnibus credit. *Omnia* C
ergo quæ ſanctis credenda ſunt, *credit*: & *omnia* q̃ ſibi diuinitus promiſſa ſunt, *ſperat*: & *omnia ſuſtinet*, .i. expectat per patientiam longanimiter eadem bona quæ ſperat, uel interim ſuſtinet aduerſa p ſpe bonorum ipſorum. Habet enim hoc *charitas* præter cæteras uirtutes, in quo rurſum dignior illis eſt, quia *nunquam excidit*, id eſt, nunquam ex toto cadit. Licet enim opera eius cadãt, hoc eſt, deficiant & ceſſent in futuro ſeculo, ipſa tñ nũquam à ſuo ſtatu decidet, ſed ualidior ſtabit, ac perſeuerabit in alio ſeculo q̃ in iſto. Si enim dũ credit & ſperat ac præſtolatur, diligit quod nondũ uidet, quanto magis diliget cum uidebit & tenebit?

Siue ꝓphetiæ euacuabunt, ſiue linguę ceſſabunt, ſiue ſciẽtia deſtruet. Ex parte eĩ cognoſcimus, & ex parte ꝓphetamus. Cũ autẽ uenerit quod perfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.

¶ Charitas quidem nunquã excidit, id ẽ, nec nunc nec in alia uita à ſuo ſtatu decidit, ut minuatur aut deficiat, ſed cætera chariſmata decidũt & deficiunt. Quia *ſiue prophetiæ* accipiãtur quæ nũc neceſſariæ ſunt in tempore cæcitatis noſtræ, in lu D
ce futuri ſeculi *euacuabuntur* id eſt, ab omni utilitate fient uacuæ, & ideo ceſſabunt. Nam ubi erunt omnia præſentia, quomodo prædiceret aliquid futurum? *ſiue linguæ* accipiantur, id ẽ, uariarũ linguarum loquutiones, in illo ſeculo *ceſſabunt*. Vbi erũt enim manifeſta omnia, cur alicui diceret aliquid? Poterunt quidem loqui ad inuicem ſancti ſi uoluerint, ſed non neceſſe erit, ubi ſcientia uocem præueniet. Etſi quid inter ſe loquuti tunc fuerint, non eo mõ id facient quo nos nunc loquimur: ſed eo potius, quo in ſupernis angelici ſpũs ad inuicem loquũtur. *ſiue ſcientia* nunc habeatur, per quã de cælo & ſecretis eius aliquid ſciatur, in futuro ſeculo *deſtruetur*: quia ſi quã nũc de deo cognitionem habemus, hanc nõ in natura diuinitatis ipſius, ſed per ſimilitudinem & naturas exteriores habemus. Nã quãtalibet mens humana ſe intentione retenderit, etiã ſi iam phãtaſias imaginum corporalium à cogitatione compeſcat, ſiã omnes circunſcriptos ſpũs ab oculis cordis amoueat, adhuc tamen in carne poſita mortali, uidere uel cognoſcere gloriã dei non prævalent quicqd eſt: & de illa ſicut eſt, quod in mente reſplendet ſimilitudo, & non ipſa eſt. Et ideirco talis noſtra ſcientia deſtruetur, quãdo ueritas ipſa pure manifeſtabitur. Scientia hæc & prophetia uel locutio deſtruentur, quæ capere uel narrare non poſſunt plenitudinem ueritatis, quia ex parte ſunt. Nã *ex parte cognoſcimus* ueritatem, non ex toto, id eſt, imperfecte ſcimus quicquid adhuc de deo nouim9: *& ex parte prophetamus* de futuris, quia quæ dã futura per prophetiã prænunciamus, ſed plurima ignoramus. Sed omne quod ex parte eſt, deſtruetur. Quia *cum uenerit quod perfectum eſt*, id eſt, quando dabitur dei notitia, quæ non ex parte, ſed ex

A perfectione ſit, quoniã uidebimus eum ſicuti eſt,
1. Ioh. 3 tunc *euacuabitur quod ex parte eſt*, id ẽ, omnis imperfectio ad nihilum ueniet. Noſtra imperfectio deſtruetur, nõ id quod ueꝝ eſt, euacuabit. Deſtructio imperfectionis erit, quando id quod perfectum eſt, implebit perfectione ueritatis. Deinde Apoſtolus ut aliqua ſimilitudine oſtẽderet quantum ab illa quæ futura eſt, diſſet hæc uita, nõ qua hũcunq; hominum, ſed etiam illorum qui præeipua hic ſanctitate ſunt prædicti, ſubiecit:

Cum eſſem paruulus, loquebar ut paruulus, ſapiebam ut paruulus, cogitabã ut paruulus. Quando autẽ factus ſum uir, euacuaui quæ erant paruuli.

¶ Ad illa enim ineffabilia qualecũq; adhibẽs de notis rebus exẽplum, paruulam ætatem uirili comparauit ætati. In hac ergo uita mirabiliũ hominum prophetia uel ſcientia ita comparãda eſt illi uitæ, quaſi ſcientia paruuli ad uiꝝ. Quia ſicut uita hæc imperfecta eſt, ſic & ſcientia. Tunc autẽ pertingemus ad uirilẽ perfectionẽ, cum forti ſenſu peruenerimus ad angelorũ æqualitatem. Quaſi dicaſ: Prophetia & ſcientia quæ ſunt ex parte, ſic euacuabunt cũ uenerit illa ueritatis perfecta co-
B gnitio, ſicut ſenſus & locutio paruuli euacuatur, cum ille ad perfectam ſcientiam peruenerit. Cur enim hoc Apoſtolus dixerit, inſinuat ſubdendo:

Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nũc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum.

¶ Inde poteſt uideri qm̃ cum perfectio uenerit, euacuabitur imperfectio, quia nunc .i. caligine præſentis uitæ uidemus per ſpeculum, id ẽ, cognoſcimus deũ per imaginem ſuam: ſed tunc .i. in futuro ſeculo manifeſte uidebim9. In ſpeculo eĩ cernit imago. Et nos qui ſumus imago dei conamur utcunq; uidere eũ per hanc imaginem ſuam tanq̃ per ſpeculũ. Speculũ eſt anima rõnalis, in cuius conſideratione aliquo modo uidemus deum, ſed obſcure. Videmus eĩ per ſpeculũ in ænigmate. Aenigma aũt eſt, non oĩs, ſed obſcura allegoria. Nam ſicut oĩs equus animal eſt, non autem omne animal equus: ita omne ænigma allegoria eſt, non aũt oĩs allegoria ęnigma. Allegoria uero eſt, cum aliud ex alio ſignificatur. i. aliud dr̃, & aliud intelligit: ſicut eſt, Non alligabis os bouiDeut. 25 Sup. 9. tiranti .i. non prohibebis prædicatorẽ uiuere de ꝑdicatione. Sed ibi ſolũmodo allegoria eſt ænigma, ubi difficile patet intellectus. Vbi aũt facile intelligit, non eſt ænigma. Cum ergo dr̃, uidem9 nunc per ſpeculũ in ænigmate, ſicut nomine ſpeculi imago deſignat, ita nomine ænigmatis ſimilitudo obſcura & ad diſpertiendũ difficilis. Nemo itaq; miret etiam in hoc uidendi modo, qui conceſſus eſt huic uitæ per ſpeculũ, ſcil. in ænigmate laborare nos, ut quomodocunq; uideamus. Nomen quippe hic non ſonaret ænigmatis, ſi eſſet facilitas uiſionis. *Nunc uidemus per ſpeculum in ænigmate*, ſed *tunc* cum uenerit illa perfectio, uidebimus G
facie ad faciem, id ẽ, manifeſte ad ſimilitudinẽ duorum, qui ſe inuicem directo uultu ſine aliqua re interpoſita aſpiciunt. Facies autem dei, manifeſtatio eius intelligenda eſt. Facies noſtra, intentio cordis noſtri. Videbimus ergo facie ad faciem, id eſt, manifeſtatione dei poſita ad noſtræ mẽtis intentionem, ut nihil inter nos & ipſum interſit. In nullo enim membro tãm bene cognoſcitur quiſque, ſicut in facie. Et cum facies unius directa eſt in faciem alterius, tũc ſine aliqua ambiguitate ſe cognoſcunt. Sic uidebimus eum in ſeipſo manifeſte. Modo enim non uidemus eum in facie, ſed in extranea & multum ab eo diuerſa creaturaꝝ ſimilitudine. Et ego etiam ipſe qui tanta ſcientia præ cæteris donatus ſum, *nunc cognoſco* deum *ex parte*, ſed *tunc cognoſcam* eum ita *ſicut* ab eo *cognitus ſum*. Magna enim eſt interpoſitio cordis noſtri ad contemplandam ſublimitatem dei, ipſa infirmitas noſtra. Sed tunc ad purum intuebimur eũ, à quo nunc ſubtiliter intuemur, cum hac infirmitate diſpoſita, ad contemplationis internæ gratiam uenerimus. Tunc cognoſcam eum ſicut ab eo ſum cognitus, id eſt, pure cognoſcam eum ſicut & ipſe me nouit, qui tunc non per aliud uidebimus eum, ſed manifeſte contemplabimur in il- D
lo ipſo hoc quod ipſe eſt, ſicut ipſe hoc quod nos ſumus, perfecte cognoſcit. Vel tunc cognoſcam eum ita ſine ambiguitate in manifeſta uiſione, ſicut olim antequam eſſem, cognitus ſum ab eo in prædeſtinatione.

Nunc aũt manent, fides, ſpes, charitas, tria hæc. Maior aũt horꝝ eſt charitas.

¶ Ad tantam dei cognitionem peruenturi ſumus. Sed ut pertingere ad hãc ualeamus, *nunc interim manent* in peregrinatione hac nobiſcũ *fides*, *ſpes*, atq; *charitas*, quæ nos præparant illi uiſioni. Fides, qua credimus quicquid ſcripturæ ſanctæ nobis credendum intimant: & ſpes, qua ſperam9 promiſſa nobis diuinit9 præmia: & charitas, qua deum ac proximum diligimus, & ipſa præmia. Et ita ſibi tres iſtæ uirtutes copulãtur in huius uitæ tempore, ut nulla earꝝ ſine duab9 reliquis proficiat. Nũc manẽt in ſanctis fides, ſpes & charitas, *tria hæc*, pauca quidem, ſed multum utilia, quoniam ſine his nemo fit dignus ad illã uiſionẽ aſcendere. Et magna quidem ſunt hæc tria bona, ſed *horum maior eſt charitas*, id eſt, charitas quæ horum trium eſt una, ipſa eſt maior, id eſt, maius meritum habet quãm fides & ſpes. Sciendum quia quando comparatio fit ad plura eiuſdem generis, ut nunc charitatis ad fidem & ſpem, quæ ſimiliter ſunt uirtutes, poteſt & debet fieri per genitiuum. Et horum, ponitur propter tria, qđ præceſſerat, maior ẽ charitas, cui fides & ſpes nõ poſſunt deeſſe, ſed fides & ſpes ſine charitate poſſunt eſſe. Vel ideo maior, qa fides ceſſabit, dũ futura quæ credũtur aduenerint: & ſpes finem habebit, dum beatitudinem quam quiſque præſtolatur, accepe

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit: sola uero charitas in æteruum perseuerabit, et
A de uisione conditoris ac beatitudine sanctorum
sine fine gaudebit.

CAPVT XIIII.

SEctamini charitatē, æmulamini spiritalia, magis autē ut prophetetis. Qui enim loquitur lingua, nō hoībus loquit̄, sed deo. Nemo enim audit. Spiritus autē loquitur mysteria. Nam qui prophetat, hoībus loquitur ad ædificationē & exhortationē & consolationē.

¶ Qm̄ tanta est charitas, & sola est quæ perducit ad uitā, atq; permanet in æternū, ideo *sectamini* toto desiderio *charitatem*: *æmulamini* etiā *spiritalia*, i. desiderate etiam illa spūs dona, ut sunt gīa linguarum & cæ. sed *magis* post charitatē desiderate *ut prophetetis*, q̄; ut lingua loquamini, uel uirtutes miraculoꝝ operemini. Post charitatem, prophetandi studium magis habendum hortatur, quia q̄uis magni sint spiritalium donoꝝ gradus, quos superius enumerauit, hic tamen maior est, qm̄ ad utilitatē ecclesiæ proficit. in quod enim quis animum dederit, in eo ipso donum accipit. Ideo gra-
B tia prophetandi est desiderāda, ut præ desiderio accipiatur ob multoꝝ ædificationem potius q̄ linguarū uarietas, quæ non proficit auditoribus. Nam *qui loquitur lingua* incognita, *non loquitur hominibus*, id est, intelligentiæ hominum, *sed deo*, cuiꝰ laudes dicit, & qui nouit ea quæ ille dicit. Homines nesciūt, ideoq; nullus est eis ex hac loquutiōe profectus. *Nemo enim audit*, id est, intelligit ea quæ ille loquitur. Sed tū spiritu sctō loquitur ipse mysteria i. secreta dei, q̄uis homines ignorent quod dicit. Vel *spiritus* sanctus per eū *loquitur mysteria* secretorum dei, non ipse. Ideo magis æmulari prophetare debetis, quia *qui prophetat*, id est, qui uentura uel occulta manifestat, iste *loquitur hominibus ad ædificationem* eorum in mēte, quæ ædificatur ut sit templum dei, & ad *exhortationem* eorum ad bñ agendum in operatione, & ad *consolationem* eorū ne desperent de p̄cōrum præteritoꝝ magnitudine, uel ad cōsolationem tristitiæ præsentium tribulationum per promissionem futurarum remunerationum. Possunt & doctores, qui scripturas alīs exponunt, nomine prophetarum designari, iuxta illud sapientis: Adhuc doctrinā quasi prophetiā effundā. Sicut em̄ propheta p̄dicit futura
Eccī. 24 quæ nesciuntur, ita & doctor dum scripturarum sensum, qui multis occultus est, manifestat, dicit̄ prophetare. Et iste ad multorum utilitatem sic prophetat, nec ab homine, sed à spiritu sancto est sensus dictorum eius.

Qui loquit̄ lingua, semetipsum ædificat: qui aūt prophetat, ecclesiā dei ædificat. Volo aūt oēs uos loq; linguis, magis aūt prophetare. Nam maior est qui prophetat, q̄; qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur ut ecclesia ædi- C
ficationem accipiat.

¶ Itē magis prophetiam q̄; linguam ideo debetis optare, qa *qui loquitur lingua* peregrina mysterium aliquod, & non interpretat̄ quod dicit, *semet ipsum* solum *ædificat* per id, quod solꝰ fortasse scit quod loquit̄: sed *qui prophetat*, i. qui futura cæteris prænunciat, uel bona quæ in abditis scripturarū intelligit, fratribus ex charitate reuelat, *ecclesiam dei ædificat*, quia omnes intelligunt quod loquit̄. Qui lingua ignota loquit̄, ædificat se, non alios. Sed ego *uolo*, i. uoluntas mea est, nec mihi displiceat, *uos omnes loqui linguis*, i. si omnes donū loquendi linguis uarijs haberetis, qa alter aduersus alterum non haberet materiā gloriandi uel inuidendi, qm̄ omnes in hoc essetis æquales. Non prohibeo uos omnes, si poteritis loqui diuersis linguis, quia donū est spūs sancti, sed *magis* uolo uos *prophetare*, quia utilius est. *Nam maior est qui prophetat*, id est, maioris dignitatis est in ecclesia qui futura prædicit, uel scripturas aperit, q̄ *qui loquitur linguis*, id est, qui incognitis locutionibus mysteria profert, quia sibi soli proficit. Hoc enim maius est q̄ pluribus prodest. Qui linguis loquitur, minor est, *nisi forte interpretetur*, id ē, exponat alijs quod ipse D
deo loquitur. Si enim interpretari dicta sua poterit, *ut ecclesia ædificationem* inde *capiat*, non erit minor. Forte, dicit, ut innuat quoniā raro solet contingere ut utrunq; uni concedatur.

Nunc aūt fratres si uenero ad uos linguis loquens, qd uobis ꝓdero, nisi uobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in ꝓphetia, aut in doctrina?

¶ Dixi, qui prophetat, maior est, propter ædificationē quam præbet ecclesiæ, q̄; qui lingua loquens, se solū ædificat. Sed hoc potestis etiam in me ipō uidere. Quia *si uenero ad uos o fratres loquēs* incognitis *linguis*, *quid uobis prodero*, cū nesciatis qd dixero? Nihil prodero, *nisi loquar uobis aut in reuelatione*, i. in expositione reuelatiōis, in qua mihi per quasdā figuras ostēsa fuerint mysteria Christi, sicut & Iohanni ostensa legunt̄ in sua reuelatione: *aut* nisi loquar uobis *in scientia*, quā studio & disciplina mea conquisiui, ut uos scire faciā qualit̄ his tēporibus uti debeatis, & quid de his sentire: *aut in prophetia*, ut uobis prēnunciē futura, uel manifestem occulta: *aut in doctrina*, ut doceā uos de fide & moribus. Et cū nunc uobis, qñ iam fratres, id est, Christiani estis, non prodessem si linguis incognitis loquerer: patet quia multo miꝰ tunc prodessem, cum adhuc essetis infideles. Cūq; ego quis tantus sum apostolus, loquēdo linguis non possem uobis prodesse, cōstat uos multo miꝰ tali locutione audiētibus prodesse. Lingua intelligit in hoc loco, obscuras dicere & mysticas significationes, ā quibus si intellectus mētis remoueat, nemo ædificat audiēdo quod non intelligit. Vnde & supra dixit: Qui loquitur lingua, non hoībus

A loquitur, sed deo. Nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Ibi enim satis indicauit eam se linguam appellare, ubi sunt significatiōes uelut imagines rerū ac similitudines, quæ ut intelligantur, indigent mentis obtutu. Cum autem non intelliguntur, in spiritu eas dicit esse, non in mente. Qui loquitur lingua, i. spiritu nondum intelligens significationes quas lingua spiritus uoluit, plus semetipsum ædificat. Contingebat em̄ ut qui sic loquebantur mysteria dei, quāuis profunditatem non intelligerent, tamē ex ipsa locutione ad compūctionem cordis, & multoties ad bonum opus incitarentur. Quia ergo etiā lingua, id est, membro corporis quod mouemus in ore, cum loquimur, signa utiq; rerum dātur, non res ipsæ proferunt̄, propterea translato uerbo linguā appellauit Apostolus quamlibet signorum prolationem priusquam intelligantur. Quo cum intellectus accesserit, qui mentis est proprius, fit reuelatio, uel scientia, uel prophetia, uel doctrina. Proinde ait: Si uenero ad uos linguis loquens, qd uobis prodero nisi loquar uobis in reuelatione, aut in scientia aut in prophetia, aut in doctrina? id ē, nisi signis, hoc est, linguæ accesserit intellectus, ut non spiritu tantum, sed etiam mente agat̄ qđ agit̄. Proinde cui signa per aliquas reꝝ corporaB lū similitudines demonstrabantur in spiritu, nisi accessisset mentis officium ut etiā intelligerentur, nondum erat propheta. Magis propheta erat, qui interpretabatur quid alius uidisset, quā ipse qui
Gene. 41 uidisset. Vū apparet magis ad mentē pertinere prophetiam, q̄; ad ipsum spiritū, qui modo quodam proprio uocatur spiritus, uis animæ quædā mente inferior, ubi corporalium rerum similitudines exprimunt̄. Sic olim magis Ioseph prophetа fuit, qui intellexit quid significarēt septem spicæ & septē boues, q̄; Pharao qui eas uidit in somnis. Illius enim spiritus informatus est ut uideret, huius mens illuminata ut intelligeret. Ac per hoc in illo erat lingua, in isto propheтia: quia in illo rerum imaginatio, in isto imaginationum interpretatio. Miꝰ ergo propheta est, qui rerum quæ significantur, sola ipsa signa in spiritu per rērum corporalium imagines uidet; & magis propheta, qui solo earum intellectu prāditus est. Sed maxime propheta, qui utroq; præcellit, ut & uideat in spiritu corporaliū reꝝ significatiuas similitu-
Danie. 2 dines, & eas uiuacitate mentis intelligat, sicut Danielis excellentia tentata est & probata, qui regi somniū qđ uiderat dixit, & quid significaret aperuit. Et ipse quippe imagines corporales in spiritu eius expressæ sunt, & eaꝝ intellectus reuelatus in mente. Sed ad epistolæ sequentia transeamus.

Tamen q̄ sine anima sunt uocē dantia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionē sonituū dederint, qūo scietur id quod canitur, aut quod citharizat̄? Etenim si incertam uocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & uos per lingnā nisi manifestum sermonē dederitis, quo- C
modo scietur id quod dicit̄? Eritis em̄ in aera loquentes. Tam multa ut puta genera linguarū sunt in hoc mundo, & nihil sine uoce est.

¶ Linguas nō prodesse sine interprete, superius p me qui sum rationalis, & tm̄ per inanimata idē patet. Nam ea *quæ sunt sine anima dantia uocem*, *siue* hoc fit *tibia*, *siue cithara*, *nisi dederint distinctionem sonituū*, i. distinctos intelligibiles sonos, *qūo scietur id quod canitur*, *aut quod citharizatur*, i. cithara resonatur? Sic & locutio uestra, cuius spiritualis suauitas non aures debet mulcere, sed mentē, inanis erit si intellecta nō fuerit. De tibia & cithara nesciatur, quia nec de tuba. Alia similitudo ē de eadē re. *Etenim si tuba det uocem incertam*, i. q̄ bellū aperte nō significet, *quis parabit se ad bellum?* Iudęis erat usus tubæ in festis & bellis, diuersis sonis: & hoc est q̄ dicit̄, quia si uox tubæ incerta fuerit, nemo scit discernet utrum solennitatis an belli sit, nemoꝝ se ad bellū armabit. *Ita & uos*, qui q̄si tuba exaltare uocem uram debetis, ut Christi milites ad spirituale
Isaiæ. 58 bellum contra dæmones præparetis, *p linguam* alienam loquentes, *nisi* interpretādo *dederitis manifestum sermonem*, qui palam audientes retineat, *qūo scietur* ab alijs *id quod* à uobis in lingua aliena *dicitur*? D
Nesciet̄ ab auditoribus uestræ locutionis sensus. Nam *eritis loquentes in aera*, id ē, ea quæ nulli proficient, sed in aera soluent̄, dum non inuenientia locum receptaculi in audientium auribus ut intelligant̄, diffundent̄ in aera, quia nec auscultare talia dignabunt̄ homines. Nō ad corda hominum loquimini, sed in aera, id est, non utilia erunt uerba uestra, sed ociosa & inania eritis loquentes. *Tam multa ut puta sunt genera linguarum*, id ē, etiam si tam multa loquamini ut sunt genera linguarū *in toto hoc mundo*, quid proderit hæc uestra locutio, cum nullus intelligat? Multa sunt genera linguarum, *& nihil sine uoce est*: quia nulla res est sine sua uoce & appellatione in unaquaq; lingua. cū sint enim plurima linguarum genera, habent tamen uocum significatiōes proprias ut intelligantur, nec potest aliquid inueniri quod non habeat uocem significatiuam sui. Et idcirco inanis est locutio quæ non intelligitur.

Si ergo nesciero uirtutem uocis, ero ei cui loquar, barbarus: & qui loquitur mihi barbarus. Sic & uos, qm̄ æmulatores estis spirituū, ad ædificationem ecclesiæ q̄rite ut abūdetis. Et ideo q̄ loquitur lingua, oret ut interpretet̄. Nā si orem lingua, spiritus meus orat, mēs aūt mea sine fructu est. Quid est ergo? Orabo spiritu, orabo & mente: psallā spiritu, psallam & mente.

¶ Quandoquidem alij sine interprete nō intel-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ligent, uel quādoquidem tot linguæ sunt, & una quæque propriam distinctionem habet, ergo si nesciero uirtutem uocis, id ē, si ignorauero uim propriam uocis quam profero, ut illi qui tantum dona linguarum habent, ero non intellectus, sed barbarus ei cui loquor, quem instruere debeo, quia nō potero illi sensum dictorum meorum interpretari: & ille uicissim qui mihi loquitur, erit mihi barbarus, cum ignoret sententias uocum quas profert, nec ualeat exponere mihi. Sic & uos eritis ad inuicem barbari, si per ineognitam linguam alter alteri loquutus fuerit, & ita erit dissensio inter uos. Propterea non dissonantiam ignotarum linguarum, per quas discordia generet, debetis appetere: sed unitatem intellectus, per quem communi lętitia gloriemini. Et quoniam estis æmulatores spirituum, id est, desideratores spiritualiū donorum, quærite ut his abundetis ad ædificationem ecclesiæ, id est, ut non solū linguis loquamini, sed etiā interpretemini ut ædificationem sumat ecclesia, quoniam æmulatores estis spiritalium charismatū. Et ideo, id ē, ut ecclesia ædificet, qui loquitur lingua, oret ut interpretetur, id est, oret ut accipiat donū interpretādi, ut proficiat cæteris studium eius. Oret non labijs tātum, sed affectu cordis, ut exaudiri mereat. Nam si etiā ego qui tantus sum, orem lingua, id ē, uoce sola, spiritus meus, id ē, flatus oris mei orat dum loquor in oratione: sed mens mea est sine fructu, id est, nō capit
B fructum ex ipsa oratione, ad quam non est intenta. Hoc sæpe nobis accidit, dum psalmum uel orationem labijs proferimus, & mente quod os profert, non cogitamus. Et quandoquidē mens quæ intus pio affectu non orat, quod os loquendo foris precatur, fructū orationis non habet, ergo quid est mihi faciendum? Quid est mihi utile? Hoc scilicet, Orabo spiritu per os prolato, id est, orabo sermone orans. orabo & mente, id est, affectu mentis. psallam, id ē, psalmos dicam spiritu, id est, prolatiōe oris: psallam & mente, id est, mentis attentione. Vel ita: Qui loquitur lingua, sic oret, id est, sic loquaē ut interpretetur quod dicit. Nam me ipsum do uobis exemplum: quia si orem, id ē, si loquar lingua, spiritus meus orat, sed mens mea est sine fructu, id est, sine intelligētia eorum quæ dico. Si em dicam lingua quod non intelligo, uelut afflatus
☞ spiritu in extasi loquor, & mens est sine fructu. Ignorat enim animus si lingua loquatur quam nescit, sicut solent Latini homines Græcē cātare, oblectati sono uerborum, nescientes tamen quid dicant. Vt supradictum est, spiritus uocatur uis animæ quædam mente inferior, ubi corporaliū rerum similitudines exprimuntur. Mens autem est illa superior pars animæ, ubi intellectus & ratio proprie sedem habent. Lingua quoque, sicut & superius dictum est, designare potest quamlibet signorum probationē priusquam intelligantur. Itaque dicitur: Si orem lingua, id ē, si loquar probatione signorum adhuc non intellectorum: spiritus meus orat, id est, illa pars animæ meæ tantum loquitur, in qua corporalium rerum imagines exprimuntur; sed mens, id ē, superior animæ meæ subtilitas: est sine fructu, quia nullam ibi re-
C fectionem intelligentiæ habet. Cum enim spiritus & inferior animæ natura loquitur, proferēdo signa quæ non intelligit, mēs ad quam pertinet intellectus, nullum fructum inde reportat. Quid ergo est, agendum? Hoc scilicet, quod me acturum dico. Quia orabo spiritu, orabo & mente, id est, loquar spiritu & mente, ut signa rerum mihi formentur in spiritu, & eorum resulgeat intellectus in mēte, sicut & Daniel in spiritu uidit somnium regis, & mente interpretationem eius intellexit. Dani. 2 & 4.
Ita enim & ego faciam, quia & spiritu signa loquar, & mente sensum eorum intelligam. Spiritu dictiones loquar, mente sententias. & similiter psallam spiritu, id est, consonantiam uocum psalmodiæ in spiritu resonabo. psallam mente, id est, consonantiam sententiarum attentione mentis modulabor, delectans me intelligentia spiritualium sensuum. Vel psallam spiritu, & psallā mente, id est, concordiam in membris ecclesiæ cōponam, ut concordent & mēte, ac de sua consonantia dulcem melodiam pulchre uariatam exprimant. Sic & uos spiritu & mente loqui debetis, ut & signa uideatis, & sensum intelligatis, & cæteris exponatis, atq; id est psallere spiritu & mēte, ut psalmorū sensus in corde uestro resonet quos ore canetis.

Cæterū si benedixeris spiritu, quis supD plet locum idiotæ? Qūo dicet Amen super tuam benedictionem? Qm̄ quid dicas nescit. Nam tu quidem bene gratias agis, sed alter non ædificatur.

¶ Orare debetis mēte & spiritu, ut & uerba hystoriæ uel literaturæ proferatis, & mysticum sensum exponatis ad instructionem audiētium. Cæterum, id est, sed si benedixeris spiritu, id est, si aliqua dixeris, si dei laudes dixeris, uel si bñdictionē aliquam protuleris ignota lingua, quā non possis audiētibus interpretari, quis supplet locum idiotæ? In spiritu, non in mēte bñdicit, qui bona quæ loquitur non intelligit: quoniā signa rerū cum intelliguntur in spiritu sunt, non in mente. Idiota uero est ineruditus, q nihil scit nisi quod ei proprietas naturæ dedit, quoniā idioma Græcē, proprietas dr Latinē. Locus autem idiotæ est, ut in nouissimo bñdictionis dicat, Amē, quod interpretatur uerum. per hoc em & consensum suum indicat, & bñdictionem confirmat. Sed si bñdixeris spū, id est, si bñdictionē dederis ignota lingua, ut nec tu sensum dictorum tuorum intelligas, nec alijs exponas, qs supplet locum idiotæ, id est, qs loco idiotæ respondet Amen in fine sermonis? Nec sapiens hoc facere nouit nedum idiota. Quomodo em dicet Amē super tuam benedictionem, cum nesciat quid dicas? imperitus em & absq; literis, audiēs q̄d non intelligit, nescit finē orationis, & non respondet Amē, id est, uerum, ut confirmet benedictio. Per hos enim completur confirmatio precis, qui

A respondent Amen, ut omnia dicta ueritatis testimonio in audientiū mentibus confirmentur. Nō poterit idiota respondere benedictioni tuæ quā nō intelligit. Nam tu quidem bene gratias agis deo in illa benedictione, & bonum est quod loqueris, sed alter non ædificatur ex uerbis tuis, quæ non intelligit. In deo cū ad ecclesiā propter ædificationē conueniatis, ea debēt in ecclesia dici, q̄ intelligant ab hoibus & præstent ædificationē audientibus.

Gratias ago deo meo, quod omnium uestrum lingua loquor. Sed in ecclesia uolo quinque uerba sensu meo loqui, ut & alios instruam, quā decem millia uerborum in lingua.

¶ Proponit se exemplum, quod publice non debeant loqui linguis, in quibus audientiū nō fit ædificatio, sicut ipse in ecclesia linguis non utitur, cum omnes eorum linguas nouerit. Non uitupero, inquit, in uobis locutionem linguarum, eo q̄ hanc habere nequeā, sicut est consuetudinis quibusdam, ut inuideant q̄ ipsi non ualent assequi. Nam omniū uestrū lingua loquor ego, id ē, nullus uestrum aliqua loquitur lingua, qua & ego non loquar quoties uolo. Et inde gratias ago deo meo, qui mihi per donū gratiæ suæ concessit ut loqui possim linguis, quas inter oēs uos habetis. Sed q̄uis
B tanta linguarū notitia diuinitus sit mihi data, in ecclesia tñ, cui debeo prodesse, uolo quinque .i. pauca uerba loqui meo sensu, id est, quæ intelligam & exponam, ut & alios instruam, q̄ decē millia, id ē, ualde nimiam multitudinē, uerborū in lingua, id est, ut neq; intelligam, neque alios doceam. Quod ait, quinque uerba & decem millia, uulgari consuetudine locutus est. Vel sicut nonnullis usum est, p quinque uerba, quinq; libros Moysi designauit. Volo, inquit, in ecclesia loqui meo sensu, id est, spirituali intelligentia quinq; uerba, id est, quinq; legis uolumina, quām decem millia uerborum, id est, q̄ legis perfectionem in lingua, id est, in prolatione signorum non intellectorū. Denarius enim propter decalogū significat legem, millenarius perfectionem. Posuit autē Apostolus quām, sine magis, ut notaret istam partem, cum qua fungit q̄, nullo modo esse amplectendam. Nam ubi sic ponitur quām, ostendit alteram partem posse stare, alteram uero minime.

Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus aūt pse-
Isaiæ. 28 cti estote. In lege em̄ scriptū est, qm̄ in alijs linguis & in labijs alijs loquar populo huic, & nec sic exaudiēt me, dicit dominus. Itaq; linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autē non infidelibus, sed fidelibus.

¶ Ideo etiam non debetis apperere loqui linguis tantum, quia hoc modo haberetis puerorū sensum, q non attendūt quid sit alijs utile, sed qd seipsos pueriliter delectet. Sed uos nolite effici pueri sensibus, ut pueriles sensus habeatis in appetitione linguarum, quibus tanq̄ puerorum ludis intēdatis, nō cogitantes quid prosit utilitatibus proximorum. Nolite esse pueri sensibus, sed estote uiri. Qui enim nō perdurāt occurrere in uirum perfectum, uel infirmitate uirium, uel mētis leuitate, mulieribus & paruulis comparandi sunt. Nolite sensibus esse pueri, id ē, nolite esse insipiētes. Sed quia dominus ait, Nisi cōuersi fueritis & effecti sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum, Mat. 18.
malitia pueri estote: si uos delectat imitari pueros, non delectet imperitia, sed innocentia & humilitas. Malitia estote paruuli. Qua malitia maxime, nisi superbiæ? ipsa enim de uana granditate præsumens, nō sinit hominem ambulare per arctam uiam & intrare per angustam portam. puer autem facile intrat per angustam. Et ideo nemo nisi ut puer, intrat in regnum cælorum. Estote ergo paruuli malitia, id est, deponite om̄em granditatem quā malitia superbiæ facit, ut litis remoti ab omni malitia sicut pueri, studētes his quæ faciant ad utilitatē fratrum, quod est perfectio sensus. Itaq; nolite pueri effici sensibus per imperitiam, ut sicut pueri non intelligatis quod dicitis: sed malitia paruuli estote, ut sitis immunes ab omni malitia uelut pueri: sensibus autem perfecti estote, ut intelligatis plene quod dicitis, & quid ad instructionē D
ecclesiæ sit necessarium sciatis. Nec debetis pueriliter appetere loqui linguis, quas non intelligitis; quia linguæ in signum infidelibus dantur, quod uos iam non estis: & non ad ædificationem, quæ necessaria uobis est iam fidelibus. & hoc est, Nolite quærere linguas, quia in lege id ē, in libro Isaiæ, Isaiæ. 28
scriptum est, quoniam in alijs linguis, id est, diuersis generibus linguarum, & in alijs labijs, id est, uerbis spiritualibus, loquar per apostolos huic populo Iudæorum, & nec sic exaudient me, qui per legem & prophetas nunquam me uoluerunt exaudire, dicit dominus. Vel in alijs linguis loquar, id est, nouum testamentum prædicabo; & in alijs labijs, id est, uetus testamentum spiritualiter exponam, quod illi carnaliter exponebant. Hoc est enim aliter eis loqui, quām se legis ueteris habēt uerba, dum audiunt sabbatū solui, neomenias euacuari, circumcisiōem cessare, sacrificia immutari, escas dudum prohibitas licere edere, Christum de deo deum prædicari. Hoc ē alijs linguis & alijs labijs loqui, præter illam uarietatem linguarum, quæ p apostolos in die pentecostes sonuit. Sed nec sic infideles Iudæi uoluerunt exaudire deum, ut ei per fi- Actuū. 2
dem & deuoram conuersationem obedirent. Videre ergo ne & uobis loquatur deus in uarijs linguis, & uos non exaudiatis uerba præceptorum eius faciendo. Et quandoquidem illis, qui nō exaudierunt ut ad fidē conuerterentur, locutus est dominus in alijs linguis, itaque linguæ sunt in signum non fidelibus, qui credunt deum omia posse: sed infidelibus, qui hoc non credūt. Nā idcirco fiunt exteriora miracula, ut mentes hoim ad interiora per

Universidad de Deusto
Biblioteca

ducāt, quatenus per hoc q̄d mirū uisibiliter ostendit, ea q̄ inuisibilia sunt, mirabiliora credātur. Linguæ igit̄ datæ sunt in signū .i. ut sint signum inuisibilis p̄sentiæ dei, quia infideles per miraculum linguaꝝ potētiam dei, qui eis prædicat, adesse p̄sentem intelligunt. Sed *prophetiæ non* sunt signum *infidelibus*, quia infideles nō credunt futura, q̄ necdum uidere possunt, si eis per prophetiam p̄nuncientur. Et idcirco prophetiæ nō infidelibꝰ datæ sunt, qui prophetis uētura p̄dicentibus credere nolunt, *sed fidelibus*, qui futuroꝝ prænunciationi prudēter adquiescunt: & ideo fideles non linguas appetere debēt, sed prophetias. Vel noīe p̄phetiaꝝ interpretatiōes scripturaꝝ designari possunt. Prophetiæ ergo non sunt signū infidelibus, sed fidelibus: quia infideles per expositionem scripturaꝝ quibus nullam fidē adhibent, nequaquā deum cognoscunt, fideles aūt secreta eius sibi mysteria intelligunt. Maior aūt & utilior est prophetia .i. prophetarū interpretatio, quę fidelibus prodest & semp est opus, q̄ linguarū loquutio, quæ propter infideles ad tempus data est.

Si ergo conueniat uniuersa ecclesia in unū, & oēs linguis loquant̄, intrēt aūt idiotæ aut infideles, nōne dicent q̄ insanitis? Si aūt omnes prophetēt, intret aūt quis infidelis aut idiota, conuincit̄ ab omnibus, dijudicat̄ ab oībus. Occulta enim cordis eius manifesta fiunt, & ita cadēs in faciē adorabit deum, pronuncians q̄ uere deus in uobis sit.

¶ Alia ratio cur nō debeatis loqui linguis, sed potius p̄phetare. Quia linguæ in signum sunt infidelibus, non in ædificationem fidelibus, prophetiæ uero fideles semper ædificant, *ergo si conueniat in unum uniuersa ecclesia*, id ē, si coadunetur in unū uniuersa fidelium congregatio, *& omnes* ibi sine interprete *loquantur linguis*, sed *intrent idiotæ* uel imperiti *uel infideles, nonne dicent quod insanitis* quasi arreptitij, cum alter alterum non intelligat? Dicent utique uos insanire, cum uideant loquutionē uestram nemini prodesse, sed tumultum quendam incognitum fieri, uelut phrenesim sustinentiū. Et sic præbetis uos illis derisui, quos exemplo uīo deberis conuertere. Sed *si omnes* in ecclesia *prophetent*, id est, uentura uel occulta per prophetiā manifestent, *intret autem* ad eos aliquis *infidelis uel idiota, conuincitur ab omnibus* de suo errore, quem non ualet negare cōtra eos, qui cor eius per spiritum prophetiæ intuetur, & *dijudicatur ab omnibus*, id est, damnabilis ostenditur, dum unusquisq̄ dicit de eo quām reus sit. *& occulta cordis eius fiunt manifesta*, uel cogitationes eius deteguntur ā prophetantibus. *& ita* cum uiderit arcana suæ mentis per spiritum sanctum qui uobis loquitur, esse denudata, *cadens in faciem*, id est, humilians se, cōuersus ad pœnitentiam, tam manifesta dei præsentia superatus. *adorabit deum*, id est, spiritum sanctum, qui cordis eius occulta sicut deus per uos patefacere potuit, *pronuncians* oris confessione *quod* intelligit corde, scilicet *uere* deum in uobis esse qui cordiū alienorum secreta per uos rimatur. Notandum quia proprie idcirco dicatur prophetia, quoniam prædicit futura. Sūt tamē tria prophetiæ tēpora, præteritum, præsens & futurum. Prophetia em de præterito, ubi de casu primi angeli dicit: Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? Prophetia de futuro est, Dominus ad iudiciū ueniet cū senioribus populi sui. Prophetia uero de præsenti est, quæ in præsentibus Apostoli uerbis ostēditur. Cum enim dicitur, Occulta cordis eius manifesta fiunt, profecto monstratur quia p hunc modum prophetiæ spiritus non prædicit q̄ futurum est, sed ostēdit quod est. Quo autem p̄cto dicitur prophetiæ spiritus, qui nihil futurum indicat, sed præsens narrat? Sed rectē prophetia dicitur, non quia prædicit uentura, sed quia prodit occulta. Rem quippe quamlibet sicut ab oculis nostris subtrahunt tempora in futuro, ita ab oculis nostris in præsenti subtrahit causa. Ventura enim res occultatur in futuro tēpore, præsens autem cogitatio absconditur in latenti corde.

Isaie. 14
Isaie. 3

Quid est ergo fratres? Cum conuenitis, unusquisq̄ uestrum psalmū habet, doctrinā habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet. Omnia ad ædificationem fiant.

¶ Iam incipit determinare, quomodo linguis sit utēdum. Quandoquidem hæc quæ diximus, eueniūt de loquutione linguarū, *ergo quid est* agendum o *fratres*? Ad ædificationem exercendæ sunt ut cætera. Nā *cum conuenitis* in ecclesia, ubi ædificationem audientium operari debetis, *unusquisq̄ uestrum habet* unde possit alijs proficere. Ideo nullus se excuset. Alius enim habet *psalmum*, id est, laudem dei per canticum: alius *habet doctrinam*, id est sensuum expositionem per spirituale prudentiam, qua se & alios de moribus instruere ualeat: alius *apocalypsim*, id ē, reuelationem occultorum, quæ sibi spiritus sanctus ostendit: alius *habet linguam*. Hoc idcirco dixit, ut eos qui linguis loqui poterant, non contristaret. Permisit enim eos loqui linguis, ita tamē ut interpretatio sequeretur. Et ideo subiecit, *interpretationem habet*. Quod propterea dixit, ut si interpres adesset, daret locus loquenti linguis. Non dixit quod unusquisq̄ haberet hæc omnia, sed ostēdit quia non erat quisquā in eis, qui horū aliquid non haberet. Talis enim locutiōis huius ē sensus, ut qui intelligit psalmū, loquatur de psalmo: qui habet sciēnam docēdi, doceat: qui habet apocalypsim, id ē, reuelationē aliquā mysteriosā, dicat quæ sibi reuelata sunt: & cætera similē, ut nihil sit in eis quod non alterum ædificet. *Omnia*, inquit, *ad ædificationem fiant*. Cōclusio hæc est, ut nihil incassum in ecclesia geratur, sed magis laboret̄ ut & imperiti p̄ficiant. Et idcirco oēs paratos uult conuenire diuersis donis spiritualibus, ut ipsa auiditate mentis uigilantes, inuicem se exhortati, meliora bona æmulentur ad illuminationem fratrum.

Siue lingua quis loquitur, secundum duos aut (ut multū) tres: & per partes, & unus interpretetur. Si autem nō fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibi autē loquatur & deo.

¶ Incipit ostēdere q̄ūo hæc omnia fiant ad ædificationē. Omnia, inquit, fiant ad profectum, siue linguarum locutio siue cætera. & hoc est, *Siue quis lingua loquitur, secundū duos* fiat loquutio, *aut ut multum* dicam, secundū *tres* fiat. i. duo uel tres loquantur linguis, & non plus, ne occupent diē, & nō sit locus loquēdi prophetis, & qui maxime sunt utiles. *Et per partes* loquant̄, id est, non simul omnes, ne insanire uideant̄, sed singuli, id ē, unus post alium, *siue in diuersis ecclesiæ locis. & unus interpretetur*, hoc est, aliquis exponat populo uerba illius loquētis. Consuetudo tunc erat, ut quādo conueniebant in ecclesia, uel in aliquo loco propter doctrinam, illi qui scientiam linguaꝝ acceperāt, loquerentur & alij exponerent, & hoc fiebat in ecclesia per cateruas. In una parte ecclesiæ erat quædam collectio, & in altera parte alia: & unaquęq̄ pars suum habebat loquentē, & suū interpretē. & hoc est quod Apostolus dicit, ut in una ecclesia non loquantur nisi duo uel tres: & per partes, ut ubi unus loquitur, non loquatur alter: uel unus post alterum loquat̄, & unus interpretetur unicuiq̄. Sed *si nō fuerit interpres*, id ē, qui interpretet̄, *taceat* linguis loquens *in ecclesia*, ubi non debet audiri loquutio nisi q̄ ædificet: sed *sibi loquatur*, id est, intra se tacite oret, *& deo* loquatur, qui audit mutа omnia. Sibi loquit̄, qui ex his quæ dicit, compungit̄: & deo loquitur, qui deum orat uel laudat.

Prophetæ aūt duo aut tres dicant, & cæteri dijudicēt. Quod si alij reuelatū fuerit sedēti, prior taceat. Potestis em̄ oēs per singulos prophetare, ut oēs discant & oēs exhortētur, & spūs prophetarū prophetis subiectus est. Non em̄ dissensiōis est deus, sed pacis, sicut & in oībus ecclesijs sanctorum doceo.

¶ Sicut de his qui lingua loquunt̄ dixi, ita & de prophetis dico, ut *duo aut tres prophetæ dicant*, id est, loquant̄ ad populum in diuersis ecclesiæ partibus. Duo uel tres loquātur, quia sufficit sermo tot hominum, & in ore duorū uel trium stat omne uerbum. *cæteri* uero prophetæ *dijudicent* uerba eorum, discernentes ā bonis meliora & ā melioribus optima. Sed *si* interim per spiritum sanctum *fuerit reuelatum* aliquid melius *alij sedenti* qui audiebat, *prior* qui loquebatur, *taceat*, ut & iste loquat̄ quod sibi diuinitus est reuelatum. Sæpe enim iuniori reuelat dominus q̄ melius est; & ideo per-

Deut. 17
Mat. 18.
Iohan. 8.
2 Cor. 13

mittat eū prior loqui. Nec sibi putet iniuriam fieri, si tacuerit ut inferior loquat̄: quia plerūq̄ dat̄ inferiori, q̄d non est cōcessum superiori. Ideo loqui debet ille cui reuelatū est, quia *potestis oēs prophetare*, tam ille q̄ prius accepit reuelationē, q̄m ille qui prior cœperat loqui. Oēs inq̄t, potestis p̄phetare, nō quidē simul, ne cōturbatio fiat: sed *per singulos*, alius post alium: *ut omnes* etiā maiores, *discant* q̄ ignorant, *& omnes exhortentur*. i. moneant in his, quæ cū intelligunt, negligunt. Et debet loquens cedere sedenti ut loquat̄, quia *& spiritus prophetarū est subiectus prophetis*. i. in hoc facit uoluntatē prophetaꝝ, ut q̄n uult propheta, p̄mittat eū tacere: et rursum q̄n uult, permittat eum loqui. Ne quis diceret se non posse tacere, q̄m spūs ministrans sibi cogeret eum, dē quia spūs prophetaꝝ prophetis subiectus est, ut in sua habeant potestate q̄n taceant & q̄n loquant̄. Subiectus est spūs prophetis, ut q̄n uolūt, tacere possint: & q̄n uolūt, loqui: nec cogit eos ut phyronicus aliqua clamare uel subticere. Vn̄ si prior p̄pheta non cedit alij, uidet̄ nō esse in eo spiritus dei. Vere subiectus est eis spiritus, ut pro uoluntate sua possint ratione tacere uel loqui. quia *non est deus dissensionis, sed pacis*. i. spiritus sanctus qui deus est & prophetas replet, non est autor dissensionis & discordiæ, sed pacis & cōcordiæ. Esset enim autor dissensionis, non pacis, si & eum qui prior cœperat loqui, non sineret tacere: & hunc qui interim repentina reuelatione impletus est, cogeret loqui. Inde enim discordia & dissensio nascerētur. Sed iste spiritus pacem generat, non discordiam, ut alter propheta rationabiliter cedat alteri, nō simul ambo loquantur. Deus, inquam, est pacis, non discordiæ, ut quicunq̄ deo adhærere cupiunt, pacem sequantur, dissensionem fugiant, *sicut* ego *doceo in omnibus ecclesijs sanctorum*. Et ideo si uultis sanctorum ecclesijs quæ sunt per orbem, communicare, pacem in deo uicissim seruate sicut illæ. Vel qui linguarum notitiam acceperunt, qui prophetiæ gratiam habēt, ita loquantur in ecclesia sicut nūc docui, & sicut in omnibus ecclesijs sanctorū doceo. Ac si dicat: Non est singulare uel nouū quod nunc dixi, ideo firmiter tenete quod omnes tenent ecclesiæ.

Mulieres in ecclesijs taceant. Non em̄ permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid autem uolunt discere, domi uiros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. An a uobis uerbum dei processit? an in uos solos peruenit?

Gene. 3

¶ Quāuis dixerim quia potestis oēs propherare, *mulieres* tñ *in ecclesijs taceant*. Nunc redit Apost. ad id quod supra prætermiserat. Superius em uelari mulieres in ecclesia præcepit, mō ut quietæ sint & uerecūdæ oīdit, quia cōtra ordinē est naturæ uel legis, ut in conuentu uiroꝝ fœminæ loquant̄. *Non enim* ab alīq̄ autoritate *p̄mittitur eis* in ecclesia

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *loqui,sed* præcipit eas *subditas esse, sicut lex* in Genesi *dicit*: Sub uiri potestate eris, & ipse dñabitur tui.
Gene. 3 Lex ista specialis ē mulieribꝰ imposita, & ob hoc
Gene. 18 Sara subiecta erat Abraæ, dñm eū uocans. Duabus de causis iubebat mulier esse subiecta, qa ex
1. Pet. 3. uiro est, & per ipsam intrauit pctm. Iure enim tacet inter uiros, quæ cum loqueret uiro suo, suasit
Gene. 3. pctm. Non loquantin ecclesia: sed *si quid uolunt discere, interrogent domi uiros suos* cū disciplina & subiectione. Nā *turpe est mulieri in ecclesia loqui*. Turpe est, quia contra disciplinā est, ut in domo dei, qui eas uiris subiectas eē præcepit, de lege loqui præsumant, cum sciant illic uiros habere primatū & sibi magis competere ut in domo dei precibus uacent, retinētes linguā, aures aperiant, ut audiant qūo misericordia dei mortem uicit per Christū, quæ per eas regnauit. Nam si audeant loqui, dedecus est, quia idcirco uelant ut in humilitate appareant. Si aūt inuerecūde se ostendunt, opprobriū est uiris, quia in mulierꝫ insolentia etiā mariti, non tantur. Hæc quæ uobis trado, tenere debetis, nō uestra instituta meis traditionibus pferre, & cæteris fidelibꝰ quasi fontē religionis uelle tradere.
Quia *aut processit a uobis uerbū* pdicationis *dei*? Nō utiqꝫ, sed à nobis ad uos uenit: qm à nobis qui de circunciſione sumus, cœpit euangelica prædicatio, nō à uobis: nec bñficium uos dedistis, sed acce
B pistis. Nec quasi singulariter electi debetis gloriari, aut de singulari scientia extolli. Quia nūquid *in uos solos puenit* uerbū dei? Nō utiqꝫ, sed in alios p orbē similiter peruenit, & ideo nolite uelle fieri magistri, constituēdo nouas traditiones uestras, sed tenete qđ ubiqꝫ tenent aliæ gentiū ecclesiæ.

Si quis uidetur propheta esse aut spiritualis, cognoscat quæ scribo uobis, qa domini sunt mādata. Si quis autem ignorat, ignorabitur.

¶Ego quidē talia uobis scribo. Et *si quis* inter uos est, qui *uidetur esse propheta*. i. pscient futurorꝫ, *aut spiritalis*, id est, spiritaliter uiuens, quamuis nō habeat notitiam futurorum, *cognoscat* ista *quæ scribo uobis, quia* nō sunt à me, sed *sunt mandata domini*. Hoc dixit Apostolus, aliter ista quæ scribebat, à paruulis & aliter à capacioribus posse intelligi scies. Solidam enim uoluit esse scientiam spiritalium, ubi non sola accommodaretur fides, sed certa cognitio teneretur. Ac per hoc paruuli ea credebant, quæ spirituales insup cognoscebant. Coercet etiā his uerbis & ad pacificum ordinē reuocat inquietos, tanto ad seditionē faciliores, quāto sibi uidebant spiritu excellere, cum superbiendo cuncta turbarent. Si quis, inquit, uidet propheta esse aut spiritualis, cognoscat q̄ scribo uobis, qa domini sunt mādata. Si quis uidetur esse, utiqꝫ nō est. Nam qui est, sine dubitatione cognoscit. Nec admonitione, nec coercitione opus habet: quia omnia iudicat, & à nemine iudicatur. Illi ergo seditiões & perturbatiões in ecclesia faciebāt, quia uidebant esse quod nō erāt. Et hos docet cognoscere dñi mādata esse quæ scribit. Præcipue tamē pseudo apostolos, à quibus fuerant deprauati, in hac sentētia tangit, qui pro desiderꝫ hoim nō diuina, sed terrena docebant. Ideo hic nihil suū tradere se dicit, sed dñi, ut quibus suadet, deo adquirat, non hoibus uideantur. Cognoscat, inquit, ea q̄ scribo uobis de linguis, prophetis ac mulieribꝰ, & de cæteris spūalibus, quia sunt dñi mandata. Sed *si quis hæc ignorat, ignorabitur* à dño, id est, improbabitur cū illis quibus dicetur, Nō noui uos, *Mat.7.* id est, non noui esse meos, uel non noui inter pdestinatos. Nā hoc dicitur cōtra pusillos, qui in cruce Christi gloriantur, & tamen ignorant ea quæ *Mat.16. Luce.13* de diuinis mysteriꝫ subtilissime disseruntur. Nō enim perit unus de pusillis, pro quibus mortuus est Ehristus. Sed sicut præcedentia & subsequentia declarant, de his quæ fidem & mores multoꝫ ædificarent, dixit Apostolus, quod ignorans ea ignorabitur, id ē, ut linguis prophetia præponeretur, ut non perturbaret illa gererent quasi prophetiæ spiritus, & mutos loqui cogeret, ut mulieres in ecclesia tacerent, ut omia honeste & secundum ordinem fierēt. Hæc & his similia qui ignorat, ignorabitur, non illa secreta mysteria, q̄ uix ad paucorum intelligentiam pertinent.

Itaqꝫ fratres æmulamini, pphetare, & loqui linguis nolite phibere. Oia autē D honeste & scdm ordinē fiant in uobis.

¶Qūquidem prophetia tā utilis est, ut supra demōstrauimus, *itaqꝫ o fratres æmulamini*, id ē, considerate *prophetare* ad multoꝫ ædificationem: & q̄uis linguæ paꝫ prosint, *nolite* tñ *prohibere loqui linguis*, ne fiat dissensio. Sed *omnia* tam hæc q̄m alia, *fiant in nobis honeste*, id est, cum pace & disciplina, & *secundum ordinem*, ut alia prius & alia posterius agantur, & prophetia linguis præferatur.

CAPVT XV.

NOtum autem facio uobis euāgelium fratres, quod pdicaui uobis, *Galat.1.* quod & accepistis, in quo & statis, per qđ & saluamini, qua ratiōe pdicauerim uobis si tenetis, nisi frustra credidistis.

¶Hic ingredit Apostolus reprehendere Corinthios, qui seducti à falsis apostolis, dubitabant de resurrectione communi, existimantes neminē resurrecturum, cum uiderent corpora mortuoꝫ sepeliri & putrefieri. Hunc errorē destruxit Apostolus, probans mortuos in fine seculi resurrecturos, & hoc facit per resurrectionem Christi, de q̄ certissimum erat illis. Hactenus, inquit, de spiritualibus donis disserui. Sed modo *notum facio uobis euangeliū*, id ē, bonum nuncium, quo iusti nunciantur resurrecturi ad gloriam, quod non est nouum, sed olim uobis à me prædicatū: *quod & uos accepistis*, id ē, dignum acceptione iudicastis, & de uote illud suscepistis, *in quo* etiam *& statis*, id ē, fixe perduratis. Quod enim dicit, in quo & statis, illis dicit, qui erāt firmi in fide resurrectionis. Prodas mortuus esset, & iuxta Iohānem Thomas de- C
esset, & qūo tunc dominus undecim uisus est, nisi per sinecdochen accipiat? Vbi enim pars maior est aut potior, solet eius nomine etiā illud comprehendi quod ad ipsum nomē non pertiner. Quāto magis ergo Thomas, q unus erat ex illis undecim, potuit in undenario eoꝝ numero comprehendi, quāuis defuisset quando dñs uenit? *Deinde uisus est plusquam quingentis fratribus simul* positis, de quibus euangelium tacet, *ex quibus multi manent*, qui testes sunt quærentibus, *usqꝫ adhuc* Iesu testimonio pmanentes, *quidam aūt* eorum in somno mortis *dormierunt*, quia rursum euigilaturi sunt. *Deinde uisus est Iacobo* fratri dñi, propria manifestatiōe singulariter. Et de hac re tacent quatuor euāgelistę. Sed in euāgelio quod appellatur scdm Hebræos, quod & in autoritate fuit apud antiquos, narrat post resurrectionē quia dominus uenit ad Iacobum iustū & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus se non comesturum panem ab illa hora q̄ biberat calicem dñi, donec uideret eū resurgentē à mortuis. Rursumqꝫ post paululum: Afferte, ait dñs, mensam & panem. Statimqꝫ additur: Tulit panem & benedixit ac fregit, & dedit Iacobo Iusto, & dixit ei: Frater mi, comede panē tuum, quia surrexit filius hominis à dormientibus. *Deinde* uisus est *apostolis* *Luc. 24.* *omnibus* in monte Galilęæ, uel in loco ascensionis. *Actuū. 1*

Nouissime autem omnium, tanquam D
abortiuo uisus est & mihi. Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus uocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Gratia autem dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laborani. Nō ego autem, sed gratia dei mecum. Siue enim ego, sic uel illi, sic pdicauimus, & sic credidistis. *Actuū. 9* *Epheſi. 3*

¶Ita ut dixi, uisus est cæteris. Sed *nouissime omniū uisus est & mihi*, de cælo uocans me post ascensionē suam, uel dum orarem in templo. Mihi dico. *tanquam abortiuo*. i. abortiuo simili: qa sicut abortiuus quadam naturę uiolentia ante tempus cōpellitur nasci, ita ego p terribilem dñi uisionem & luminis oculoꝝ amissionem coactus sum, antequā uel lem exire de cæco synagogæ utero, & ad lucem fidei atqꝫ libertatē prodire. Nouissime post oēa mihi uisus ē, ut recentiorē intelligatis meā uisionem, & habeatis inde maiorē certitudinē: Nec mirum si nouissime uisus est mihi. Nā *ego sum minimus apostolorum*. Minimꝰ tempore, non dignitate. Minimus humilitate, nō operatione. Minimus in me, magnus in domino. *q non dignus sum uocari apostolus*, quia ex præcedenti uita mea nil boni habeo, sed multa mala me fecisse reminiscor, p quibus eram dignus pœna, non apostolica gratia, *quoniam persecutus sum ecclesiam dei*. Apostolꝰ iste cum cęteroꝝ sanctoꝝ solicitudinē in prędicatione robustiꝰ la-

A miscuis eū loquitur, ut & hi qui in fide sunt, gaudeant: & q nutant, corripi se doleant & corrigantur. Statis, inqt, in euāgelio resurrectionis uos, q in fide cōstantes estis, *p quod & saluamini*. i. ad salutē æternam ptingitis, cum de hac uita migratis. uel saluaminī iam ex certitudine spei p illud. Saluamini, dico, si memoria & fide retinetis *qua ratione prædicauerim uobis*, id est, qūo ea ratione qua Chrs resurrexisse creditur, docuerim resurrectionem mortuorum. Hoc retinetis siue *tenetis*, nisi frustra credidistis. Id est, aut tenetis resurrectionē mortuorum, aut incassum fidē suscepistis, q̄ non suscipitur nisi spe resurrectionis. Oīs enim spes credentium in hoc est, qa mortui resurgēt. Quod q non sperat, frustra etiam cæteras partes fidei suscepit.

Tradidi enim uobis in primis quod & accepi, quoniam Christus mortuus est propeccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas. *Isaie. 53* *Ionæ. 2.* *Osee. 6.*

¶Nūc primo ponit hoc quod erat certissimum, p quod consequēter & illud probet, quod habebatur dubiū. Vere, inquit, notifico uobis euāgelium de resurrectione, qđ dudum pdicaui uobis, & ostendo q̄ ratione illud pdicauerim. Nam *tradidi in primis*. i. inter maxima fidei sacramenta, uel in primis. i. in exordijs fidei, *quod & ego* ab ipo dōmino occulta inspiratione *accepi*, non per me inueni, *quoniam Christus mortuus est* nō pro sua necessitate, sed *pro peccatis nostris*, & hoc *scdm scripturas* propheticas, q̄ id prænunciabāt. & tradidi uobis *quia* post mortem *sepultus est*, ut scripturæ pdixerant: & *quia resurrexit tertia die*. i. tam cito ut ea potestate credatur posse nos suscitare. Pro peccatis nostris mortuus est & sepultus, sicut per Isaiam dicit de illo pater: Propter scelus populi mei pcussi eum, & dabit impios p sepultura, & diuitem pro morte sua. Qui & resurrexit die tertia sicut Osee prædixerat: Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Nam in eius resurrectione uiuificati sumus & suscitati, sicut alibi, dicit apostolus iste: Conuiuificauit nos Christo, & conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus. Si ergo mortuus & sepultus resurrexit, eadem rōne debemus credere mortuos & sepultos resurgere. *Isaie. 53* *Osee. 6.* *Epheſi. 2*

Et quia uisus est Cephę, & post hoc undecim. Deinde uisus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usqꝫ adhuc, quidam aūt dormierunt. Deinde uisus est Iacobo, deinde apostolis omnibus. *Iohā. 20.* *Luc. 24.*

¶Tradidi uobis scdm testimonia prophetaꝝ, ueraciter surrexisse Chrm. Et etiam in argumentum certioris fidei tradidi uobis, *quia uisus est Cephæ*, id est, Petro, priusquā alīs uiris in die resurrectionis appareret. *& post hoc undecim* apostolis ad uesperum, q se metu Iudæoꝝ clauserāt. Sed cum lu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A borando transcenderet, ut ab elatione se premeret, & uires suas in humilitatis gremio nutriret, antiquæ crudelitatis suæ non immemor, aliorū apostolorū innocentiam contemplatus, Ego, inquit, sum minimus apostolorū, qui non sum dignꝰ uocari apostolus, qa persequutus sum ecclesiam dei. Cōsideravit em apostolorū (ut diximus) innocentiam, & propter p̄cedentem malitiā utilis in eius oculis facta est omnis, quā exhibebat in ecclesia, solicitudo sua. Et q̄ multos ex accepto intellectu præcederet, nō attendit: quia illorū innocentiam pensans, persequutorē aliquando fuisse se doluit. In cuius rei bis quid aliud q̄ duritia nostræ mentis accusatur? Quia ipse plangebat quod ante baptismum cōmiserat, nos uero & post baptismū multa cōmisimus, & tamen flere recusamus. Nō sum, inquit, dignus uocari apostolus, sed *gratia dei sum id quod sum*. Quod ē dicere: Per merita mea nil boni cōsequutus sum, sed potius gra. i. gratuito dei munere datum ē mihi hoc esse qđ sum & in sanctitate & in scientia & in apostolatu. *Et* hæc *gratia eius* postquam mihi data est, *non fuit in me uacua*. i. ociosa, sed bonis operibus plena, quia in prædicatione *laboraui abundantius omnibus illis* apostolis qui me præcesserunt. Illi em prædicauerunt Iudæis, q̄ per legē & prophetas erant instructi, & autoritate scripturarum conuincebantur ut ad nouam gra-
B tiam conuerterentur: ego autem grauiori labore gentibus quæ nihil de deo audierant, nullisq; diuinorum librorū autoritatibus adquiescebant, ad fidem conuerti. Illi stipendium ab illis quibꝰ prædicabant, acceperunt: autē nihil ab auditoribus meis accepi, sed ex labore manuū mearum uixi. Postremo nullis eorū in tot locis prędicauit, neq; tot epistolas omnes illi scripserunt. Abundantiꝰ itaq; in apostolatu laboraui ego q̄ illi. Sed *non* ex me *ego* hoc feci, sed potius *gratia dei mecum* operando hoc egit. Notandum quod supna pietas prius agit aliquid in nobis sine nobis, ut subsequente ꝺq; nostro libero arbitrio, bonum quod iam appetimus, agat nobiscum. Quod tamē per impensam gratiam in extremo iudicio ita remunerat in nobis, ac si solis processisset ex nobis. Quia enim diuina nos bonitas, ut innocentes faciat, p̄uenit, apte nunc Apostolus ait: Gratia dei sum id quod sum. Et quia eadem gratia nostrum liberum arbitrium sequitur, adiungit: Et gratia eius in me uacua non fuit, sed abundantius illis omnibꝰ laboraui. Qui dum se de nihil esse conspiceret, ait: Nō autem ego. Et tamen quia se esse aliquid cum gratia inuenit, adiunxit: Sed gratia dei mecum. Non enim diceret, mecum, si cum præueniente gratia subsequens liberum arbitrium non haberet. Vt ergo se sine gratia nihil esse ostendat, ait: Nō ego. Vt uero se cum gratia operatum esse per liberum arbitrium demonstraret, adiungit, Sed gratia dei mecum. Bona itaq; nostra, & dei sunt & nostra. Quia ipse nos præuenit ut uelimus aspirando, qui adiuuando subsequitur ne inaniter uelimus, sed possimus implere qđ uolumus. Prꝫueniente ergo gratia & bona uoluntate subsequēte, hoc ꝺq; dei donum est, fit meritū nostrum. Quod bene nunc C
Apostolus explicat, dicens: Abundātius illis omnibus laboraui. Qui ne uideretur suæ uirtuti tribuisse quod fecerat, adiunxit: Nō autem ego, sed gratia dei mecum. Quia em cælesti dono prꝫuentus est, quasi alienum se à bono suo opere agnouit, dicens: Non aūt ego. Sed quia prꝫueniens gratia liberum in eo arbitrium fecerat in bono, quo libero arbitrio eandē gratiam subsequutus est in opere, adiecit: Sed gra dei mecum. Acsi diceret: In bono opere laboraui, non ego, sed & ego. In eo em quod solo dei dono prꝫuētus sum, non ego: in eo autē quod donū uolūtate subsequutus sum, & ego. Laboraui, inquit, plus illis oībus. Vnde apparet & me & illos in prædicatione laborasse. Nam *siue ego, siue illi, sic prædicauimus* ut suprā memini. i. Christum pro peccatis nostris mortuum, tertia die resurrexisse, & frequēter apparuisse multis. Sic prædicauimus Chri mortem, & resurrectionem sc̄m testimonia prophetarum, siue ego, siue illi: quia concorditer eandē rem prædicamus ego & illi, nec est in nostra prædicatione discordia, sed pax cōsensionis & societas charitatis. Siue igitur ego, siue illi, sic prædicauimus Chm resurrexisse, *& uos sic credidistis*. Vnde magis apparet quātum desipiatis: quia cum manifesta sit credulitas hæc apud omnes ecclesias, quam & uos suscepistis, nūc D
ab ea propter falsos apostolos recessistis.

Si autem Christus prædicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo q̄dam dicunt in uobis qm̄ resurrectio mortuorum non est? Si aut̄ resurrectio mortuorum non est, neq; Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides uestra.

¶ Modo uenit ad rem, propter quā locutus est de domini resurrectione. Postquam em̄ multis rationibus probauit Chm resurrexisse, ingreditur p eius resurrectionem probare cæterorum mortuorum resurrectionē. Ego, inquit, & cæteri apostoli prædicamus Christū resurrexisse, & uos pro certo sic credidistis. Sed *si Christus prædicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo*, id est, qua ratione *quidam in uobis*, id est, apud uos, *dicunt quoniam resurrectio mortuorum non est* futura? Si enim Christus resurrexit, concedendum est necessario quia resurgent & mortui. Sed hoc illi negabant, qui per falsos prophetas deprauati erant. Nam & prudentes seculi stultum iudicant, cum audiunt resurrectionem mortuorum. Ideoque nonnulli Corinthiorum, ne stulti iudicarentur ab illis, dicebant resurrectionem mortuorum futuram non esse. Sed *si resurrectio mortuorum non est* futura, *neq; Christus resurrexit*. Nam & ipse ueraciter mortuus fuit, utpote uerus homo. Et si cæteri non resurgēt, nec ipse resurrexit. Nam eius resurrectio resurrectionem cæ-

A terorum facit. Sicut em̄ gratis mori non potuit, ita nec gratis surrexit: qa sicut mortuus ē ut mortem nr̄am destrueret, ita resurrexit ut nos resuscitaret. Cū igitur incassum resurgere nō potuerit, si nos nō resuscitat, nec ipe resurrexit. Si ergo generalis mortuorū resurrectio nō est, neq; Chs resurrexit. Quisq; itaq; mortuos negat resurrecturos, Chm quoq; negat resurrexisse. *Si Christus non resurrexit*, ergo audite quāta inde sequātur incōuenientia. Si em̄ ipse nō resurrexit, ergo *inanis*. i. inutilis & absq; ueritatis pōdere, *est prædicatio nostra*, qui p̄dicamus eū resurrexisse: *& inanis est fides uestra*, qui nobis p̄dicantibus credidistis eū resurrexisse, ut & mēbra eius in fine resurgāt. Hoc Corinthij crediderant Apostolo docēte, quia sicut Chs resurrexit, ita & mortui resurgēt, & hac spe attracti fuerant ad fidem. Qđ utiq; nunc ad detrimentum illorū proficere asserit, si crediderint qđ futurum nō est. Et pudoris est, ut aliqs profiteatur hoc se credidisse quod falsum est. Et uere cū diam ergo illis incutit, & labores eorū dicit infructuosos, si quod à falsis apostolis audierunt, uerum est quia
B mortui nō resurgent, quod utiq; nemo patiē audire, ut uidentes hoc cōtra se esse, reuerterētur ad primam fidē. Inanis, inqt, non solū prædicatio nostra est, sed & fides uestra, id ē, in uanū & sine fructu remunerationis & nos prædicauimus resurrectionem, & uos credidistis, si mortui non resurgunt, quos necesse est resurgere, si Christus resurrexit. Nō enim resurrexit, si & illi non resurgent.

Inuenimur aūt & falsi testes dei, qm̄ testimonium diximus aduersus deum qp suscitauerit Chm, quem nō suscitauit, si mortui non resurgunt. Nā si mortui nō resnrgunt, neque Chs resurrexit. Quod si Chs nō resurrexit, uana est fides uestra. Adhuc em̄ estis in peccatis uestris. Ergo & q dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac uita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

¶ Nō solum prædicatio nr̄a & fides uꝛa est inanis. i. cassa & falsa & infructuosa, si Chs non resurrexit, ut p eum cæteri resurgerēt: sed etiā nos apostoli, q̄bus oēs credunt, *inuenimur falsi testis dei* super hac re. Et utiq; non minori, sed fortassis etiam maiori scelere in deo laudat falsitas, q̄ uituperatur ueritas. Falsi testes, si hoc est, cōprobamur, *quoniam diximus testimoniū aduersus deū*. i. contrariū deo, cui oīs falsitas est cōtraria, asserētes q, *suscitauerit*
Prou. 19 *Christum*, qđ nequaquā uerum ē, si mortui nō resurgūt. Et sic erit nobis ad dānationē hoc mendacium, qa falsus testis nō erit impunitꝰ. Sed & uos q̄ hoc credidistis, participes eritis dānatiōis. Quis quis asserit qđ deus Chm suscitauit, falsus ē testis, si nō est factū. Virtutem tn̄ dei p̄dicat nō ut inimi eus, q̄tam admirabile factū uirtuti eius ascribit. Nec tn̄ pœnas euadet. Qđ si uerꝫ est qa deus Chri-
C stū suscitauit, quid illi patiē, qui & testes cōtra deū facti sunt, & opus eius stultitiā asserunt? Iure dixi falsum est Chm à patre suscitatū, *si mortui non resurgūt*. *Nam si* illi *non resurgūt*, neq; ipse, *resurrexit*. Sed *si Christus non resurrexit*, tunc *fides uestra est uana*, id ē, falsa, qua credebatis p Chi mortem & resurrectionē uos à pctis liberatos. *Nam adhuc*, post baptismū *estis in peccatis uestris*, q̄ remissa credebatis, si Chs non resurrexit. Terret illos Apostolus, ut doleāt se hoc p seductores cœpisse credere, quod cōtra ipsos est. Quis em̄ pcta sibi nō remissa uelit audire? Sunt aūt ueræ istæ cōnexiones ratiocinationis apostolicæ, falsas habentes sentētias, q̄ consequunt̄ errorē illorū contra quos agit: quæ tū ad hoc inferunt̄ ab Apostolo, ut in his erubescentes illi, quorū errorē consequunt̄, eundē relinquant errorem: qa si in eodē manere uoluerint, necesse est ut etiā illa q̄ ipsi dānant, tenere cogant̄. Non em̄ uera infert, cū dicit, neq; Chs resurrexit: & cū dicit, inanis est p̄dicatio nostra, inanis est & fides uꝛa, & cætera q̄ omnino falsa sunt. Quia & Christus resurrexit, & nō erat inanis p̄dicatio eorum qui hoc annūciabant, nec fides eorū qui hoc crediderant. Sed ista falsa uerissimè connectunt̄ illi
D errantium sententiæ, qua dicebaē, non esse resurrectionē mortuorum. Istis aūt falsis repudiatis, cōsequens erit resurrectio mortuorū. Sed ad ordinem lectionis reuertamur. Adhuc, inquit, estis in peccatis uestris, si Christus non resurrexit. Et quia uos adhuc manetis in peccatis, *ergo & illi qui dormierunt in Christo*. i. mortui sunt in fide Christi, sue rūt similiter in peccatis, & ideo *perierunt*. Hoc addit illis ad terrorē, cum utiq; charorum suorū excessum nolint æstimare perditionē. Qui em̄ sub hac spe de seculo exierūt, siue occidi non timuerunt, quia resurgere exemplo Chi crediderunt, si non est uerꝫ, perierunt. Hoc illis dicit, qđ amore suorum defunctorū nolunt audire, ut illis amputet q̄ prius per errorem male cœperant credere. Addit & aliud inconueniēs: Quia *si tantum in hac uita sperantes sumus in Christo*, id ē, si nihil boni post mortem speramus à Christo nos consequuturos, sed tm̄ propter uitæ præsentis bona colimus eū, tunc *miserabiliores sumus omnibus* alijs *hominibus*, qui tot aduersa semper sustinemus. Infideles em̄ uel præsenti mundo fruunt̄. Nos uero continētia & ieiunijs atq; uigilijs & afflictionibus uarijs in hac uita fatigamur. Et si pro his nullā in futuro seculo mercedem expectamꝰ, oīm stultissimi sumus. Sed manifestū est quia & in præsenti uita & in futura speramꝰ in Chro, qui & nunc dat seruis suis gratiam, & in futuro sempiternam gloriam.

Nunc aūt Chrus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium: quoniā quidē per hoiem mors, & per hoiem resurrectio mortuorū. Et sicut in Adam oēs moriunt̄, ita & in Chro oēs uiuificabūtur. Vnusquisq; autem in suo ordine, Coloſ. 1. 1. Theſ. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ¶ Dictum est superius quia si mortui non resurgunt, consequens est nec Chr̃m resurrexisse. Et si concedat quod Christus nō resurrexit, seqũtur inde (sicut disputatum est) inconuenientia multa & grauia. Sed nunc. i. ne seqũatur prædicta inconuenientia, manifestū est quod Chr̃s resurrexit. *Nūc*, id est, ex his incōuenientibus & supra memoratis prophetar̃ scripturis ac uisionibus, q̃ factæ sunt discipulis, patet quia *Christo resurrexit a mortuis*, ip̃e dico *primitiæ dormientium*. i. primo resurgēs à mortuis, & causa resuscitās mortuos, q̃ tam facile integri resurgent, sicut euigilant dormiētes. Ipse ē primitiæ dormientium. i. tempore & dignitate primo euigilans ex dormientibus, ut & multitudinē eorum à somno mortis excitet, sicut primitiæ cuiuslibet rei q̃ offeruntur deo, totam subsequentem massam cōsecrant: ut qa peccato primi hois mors omnium inuenta est, chr̃i iustitia resurrectionem mortuor̃ meruerit. Et bene p̃ hominem Christū poterunt resurgere, *quoniam p̃ hominem q̃dem* multo minorem. i. per Adam uenit *mors & ideo p̃ hominem* Chr̃m apte ueniet *resurrectio mortuor̃*. Sicut
B p̃ Adam mōrs intrauit, qa ipse primus est mortuus: ita & per Chr̃m resurrectio, quia primus ipse resurrexit. Sicut ille forma morientium, sic iste est forma resurgentium: *Et sicut in Adam omnes moriuntur*, quia sunt eius filij: *sic & in Christo omnes uiuificabitur*, quia sunt eius filij. Nemo em̃ uenit ad mortem nisi p̃ Adam, nemo ad uitam æternam nisi p̃ Christum. Hoc quippe est, omnes & om̃es. Quia sicut omnes homines per primam. i. per carnalem generationē pertinent ad Adam: sic omnes homines per secundā, id est, per spiritualem regenerationem ad Chr̃m ueniunt, quicunq; ad eum perueniunt. Ideo ergo dictum ē hic omnes, & ibi omnes: quia sicut omnes qui moriuntur, non nisi in Adam moriuntur: ita omnes q̃ uiuificabuntur, non nisi in Chr̃o uiuificabuntur. Hæc em̃ uiuificatio proprie ad electos pertinet. Generalem tamen faciet Christus resurrectionem, ut sicut in Adam omnes, siue iusti, siue iniusti, moriuntur, ita & in Christo omnes, siue credentes, siue diffidentes, resurgant. Nō tamen infideles ita uiuificabuntur in Chr̃o, ut sint in membris Christi: quia nec iusti sic moriunt̃ in Adam, ut sint in massa pereuntium p̃ Adam. Sed ita potius uiuificabuntur infideles in Christo. i. in potentia uel iussu Chr̃i, ut sine fine uiuant ad pœnam. Electi autem uiuificabuntur in Chr̃o, id est, in Christi iustia quam seruauerunt, ut in Christi corpore quod ē ecclesia, perenniter uiuant. Quia sicut in regno mortis nemo sine Adam, ita in regno Chr̃i nemo sine christo. Om̃es, inquit, uiuificabū̃tur, & hoc erit omnibus cōmune, sed different inter se tm̃, quia *unusquisq;* resurget *in suo ordine*. i. martyr in ordine martyrum, uirgo in ordine uirginum, coniugatus in ordine coniugatorum, sacerdos in ordine sacerdotum. Vel in suo ordine, id est, in suorum meritorum dignitate, ut etiam plerisque martyribus præferatur egregius Vincentius & plerisq; sacerdotibus magnificus Martinus.

Primitię Christus. Deinde hi qui sunt Christi, q̃ in aduentu eius crediderunt. C
Deinde finis, cū tradiderit regnū deo & patri, cū euacuauerit omnem principatum & potestatem & uirtutem.

¶ Omnes resurgēt, quia Christus est primitiæ eorū, qui primus resurrexit, ut fieret causa & forma & signum futuræ resurrectionis omnium: sicut manipuli qui primo colliguntur & primitiæ uocantur, significāt totam massam fore colligendam. Ipse quidem iam resurrexit, quemadmodū primitiæ primo colliguntur & offerūtur, sed deinde sicut multitudo segetis colligitur, resurgent hi q̃ sunt Christi, non quidē modo, sed in aduētu eius nouissimo. Nam si caput resurrexit, necesse est ut & mēbra seqũatur. Ipse enim (ut diximus) *primitiæ Christus* est, id est, primus & maximus & præcedens & consecrās cæteros: *& deinde*, id est, post eū sunt cæteri ut minus digni, *hi qui sunt mēbra Christi, qui in aduentu eius crediderunt*, & ipsi euigilabūt in aduentu eius ut occurrāt ei. *Deinde erit finis*, id ē, consummatio & omnimoda perfectio secundum sufficientiam bonorū corporis & animæ, *cum tradiderit regnum deo & patri*, id est, cū perduxerit iustos, in quibus nūc regnat ex fide uiuentibus, dei mediator & hominum homo Christus Iesus ad contēplationem dei qui eum secundum D
humanitatem creauit: & patris, qui eum secundū diuinitatē generauit. Regnum quippe eius hoc loco uocatur ecclesia fideliū. Aliter em̃ dicit regnū eius secundum potestatem diuinitatis, qua ei omnis creatura subiecta est: & aliter regnum eius dicitur ecclesia secundum proprietatem fidei, quæ in illo est. Nec sic arbitremur eum traditurū hoc regnum deo & patri, ut adimat sibi, qa ipse simul cum patre unus est deus. Tradet itaque regnum deo & patri, non se inde separato, nec spiritu sancto: quoniam perducet credentes ad regnum & contemplationem dei. Vbi est finis omnium bonorum, & requies sempiterna, & gaudium quod non auferetur. Neque enim quæremus aliud, cū ad illius contemplationem peruenerimus, quia nec erit quod amplius requiratur. Aliter enim dicitur finis, qui pertinet ad consummationem, aliter qui pertinet ad consumptionem. Aliter nāq; tela finitur texendo, aliter cibus comedendo. Finis ergo pertinēs ad p̃fectissimam bonorū omnium consummationē. erit cū Christus regnū tradiderit patri. Non quia & nunc nō teneat regnū pater, sed ideo dicitur regnum traditurus patri, quia patrem regnare monstrabit, ut per speciem manifestationē q̃ clarescat, quod nunc à fidelibus creditur & ab infidelibus non putatur. Nunc em̃ christi regnum pertinet ad humanitatē eius proprie, quia modo regnat in nobis dispensatione sacramenti sui per incarnationem atq; passionem. Nam secundum id quod uerbum dei ē ipse, tam sine fine quàm sine uitio & sine intermissione regnum eius est, sicut & patris. Secundum id autē

A quod uerbum caro factum est, cœpit regnare in credentibus p̃ fidem incarnationis suę. Sed tradet
Iohan. 2 regnum patri. i. nutritos fide incarnationis suę perducet ad speciem, quia æqualis est patri. Regnum tradet patri, cum p̃ id regnabit in cōtemplantibus ueritatē, quo æqualis est patri, & p̃ se unigenitum per speciem faciet uidere patrē. Tradet, inquam, regnum patri, à fide incarnationis suę ad speciem deitatis p̃ducens eos qui nunc sibi credunt, nō ut ipse amittat, sed ut uterq; se unum ad fruendum contemplantibus præbeat. Tradet regnum patri, *cum euacuauerit omnem principatū & potestatem & uirtutem*. Vnde euacuabit, nisi humilitate & patientia & infirmitate? Quis enim principatus non euacuatur, cum filius dei propterea regnat, quia eum principes seculi iudicaueruntˀ Quæ potestas non euacuatur, cum ille per quē facta sunt om̃ia, propterea regnat in credentibus, qa ita subiectus fuit
Iohā. 19. potestatibus, ut diceret homini, Non haberes in me potestatē, nisi datum tibi ēet desuperˀ Quę uirtus non euacuatur, cum ipse per quē cæli solidati
Philip. 2 sunt, ideo regnat in credentibus, quia usq; ad crucem mortem̃q; infirmatus est? Ita regnante Chr̃o per fidem in his qui credunt, euacuatur om̃is principatus & potestas & uirtus creaturarum. Quod cum plene factum fuerit, tunc tradet ipse (quemadmodum diximus) regnum patri. i. promouebit fideles ad uisionem patris, ut p̃ speciem qui æqualis est patri, cum patre regnet in eis. Vel tunc euB cuabit omnem principatū & potestatem & uirtutem, manifestando utiq; regnum patris, ut omnibus notū fit nullum principium, nullam̃q; potestatū & uirtutum, siue cælestium, siue terrestriū, per se habuisse aliquid principatus uel potestatis aut uirtutis, sed ab illo, à quo sunt om̃ia non solū ut sint, sed etiā ut ordinata sint. In illa manifesta-
Psal. 117 tione nulli spes aliqua remanebit in quoquā principe, uel in quoquā homine. Quod etiam p̃pheta canit, Bonū sperare in domino q̃ sperare in principibus, utista meditatione anima iam in regno patris assurgat, nec cuiusquā potestatem præter illum magnificans, nec de sua sibi ipsi p̃niciosissime blandiens. Euacuabit ergo om̃em principatum & omnem potestatem atq; uirtutem, ut nulli patrem intuenti per filiū ōpus sit, aut libeat in culpa creaturæ uel in sua conquiescere potestate. Quādiu ergo p̃sentis uitæ cōuersatio tenetur, necessarios hactenus angelicos principatus & potestates & uirtutes habemus p̃ quorum dispensatione gubernemur, & bona operari & mala superare possimus, ac uirtutibus illustremur. Sed & homines necesse est ut nobis præsint, sicut pontifices & presbyteri ac diacones, & sicut reges & consules, aliique principes. Sed in futuro seculo euacuabuntur om̃es huiusmodi prælationes, ubi iam nulla earum nobis erit necessaria.

Psal. 109 Oportet aūt illum regnare, donec ponat inimicos omnes sub pedibus eius. Nouissime aūt inimica destruet̃ mors.

Om̃ia enim subiecit sub pedibus eius. C
Cum aūt dicat, om̃ia subiecta sunt ei, sine dubio p̃ter eum q̃ subiecit ei omnia. Cum aūt subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit illi, qui subiecit sibi omnia, ut sit deus omnia in omnibus. Psalm. 8. Hebræ 2

¶ Dixi quia tradet regnū patri. i. perducet credentes ad suam & patris uisionē manifestam. Sed interim *oportet illū regnare* per fidē in suis, *donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus eius*. Qd̃ est dicere: Tamdiu opus est ut in om̃ibus ualentibus æqualitatem patris ac filij perspicua mentis luce conueri, per hoc regnet Chr̃s, quod tales capere possunt, & quod p̃ eis proprie suscepit. i. incarnationis humilitatē, donec ponat inimicos suos sub pedibus suis. i. donec omnis superbia secularis incarnationis eius humilitati subdatur. Quod quotidie fit, & in fine seculi prorsus completum erit, & tunc tradet ipse regnū patri, sicut supra exposuimus. Vel ita: Ipse quidē tradet regnum patri, & tunc patebit omnibus eum perenniter regnare cum patre. Sed interim oportet eum regnare, donec ponat om̃es inimicos suos sub pedibus suis. i. oportet regnum eius in tantum manifestari, donec om̃es inimici eius ipsum regnare fateantur. Hoc enim in- D
telligitur, sub pedibus eius futuros inimicos. Qd̃ si de iustis accepimus, ideo dictum est, inimicos, quia ex iniustis iustificant̃, & ei credēdo subdunt̃. De iniustis aūt, qui ad iustorum beatitudinem futuram non pertinent, sic accipiendum est, qm̃ & ipsi eum regnare, ip̃a regni eius manifestatiōe cōfusi, fatebunt̃. Ergo oportet eū regnare, donec ponat om̃es inimicos suos sub pedibus suis, nō ita dictum est, q̃si eū posuerit, nō sit postea regnaturus: sed oportet eum, *inq̃t*, ad tantam euidētiam suā regnū perducere, donec inimici eius nullo mō audeant negare q̃d regnet. Donec, em̃ pro eo positū est, ut nō amplius intelligas. Quo em̃ amplius, id est, ad quā maiorem manifestationē manifestari poterit regnū eius, nisi quousq; omnes inimici eū regnare fateāturˀ Quando em̃ manifestiꝰ erit regnum eius, q̃ cum claruerit omnibus inimicisˀ Et inde p̃manebit in æternum. Om̃es inimici ponentur sub pedibus. Sed *nouissime inimica destruetur mors* p̃ resurrectionē mortuor̃. Nouissime. i. post om̃ia destruet̃ mors, ut qui resurrexerint, amplius non dissoluant̃. Non em̃ erit aliquid q̃d destruat̃, postea quā mortale hoc induerit immortalitatē. Tūc destruetur mors, q̃ est nobis inimica, qa uitam nobis inuidet. Vere inimici ponent̃ sub pedibus Christi, & mors ab eo destruetur, qm̃ sicut scriptura loquitur, *omnia* patē *subiecit sub pedibus eius*. i. ut etiā mortem destruat. Inter alia em̃ quæ illi subiecta sunt, Psalm. 8
cōstat q̃d potestatē super mortuos habeat. Om̃ia quęcūq; sunt in uniuersitate totius creaturę, subiecit patē sub pedibus eius, id ē, sub humilitate humanitatis eius. Qd̃ nondū ex toto cōpletū esse cernimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quoniam infideles adhuc dedignantur subijci pedibus eius, sed in fine, uelint nolint, subijcientur. Sed præteritum pro futuro ad maiorẽ certitudinem posuit tam Apostolus, q̃ & prophetа. Sed *cum dicat* propheticus sermo, q̃d *omnia subiecta sunt ei, sine dubio* dicit non solum bonos sibi esse subiectos, sed & malos, atq; uniuersa *præter eum* patrem *qui subiecit ei omnia*. Tam late enim intelligenda est hæc sententia, ut nihil sit quod nõ intelligatur ei subiectum, præter eum q̃ ei uniuersa subiecit. Solus em̃ deus excipitur ab hac subiectione. Deus enim nõ ei subiectus est, sed ipse deo, secũdm quod est homo. Quia *cum subiecta ei fuerint omnia*, secũdm quod hæc psalmi scriptura prædixit, *tunc* etiã *ipse filius* in ipsa prælatione *erit subiectus qui sibi subiecit omnia*. Subiectus erit secũdm humanitatẽ, ne quis putaret humanam naturam quã assumpsit, in naturam diuinitatis cõmutandam, ut fieret ęqualis patri, nõ subiecta. Non aũt absurde sic intelligimꝰ, quod & ipse subiectus erit illi, qui ei subiecit omnia, ut eum non solum caput ecclesiæ, sed omnes cum eo sanctos intelligamus, qui sunt unum in Chro, unum semen Abraæ, ſ. uniuersa ecclesia quæ est corpus Christi & plenitudo eius. Ac per hoc cum omia Christo subiecta fuerint, & capiti & corpori erunt sine dubio subiecta. Nam secũdm id quod sine tempore deus natus est, nihil unquã potuit ei non esse subiectum. Intelligimus ergo (sicut dictum est) caput cum corpore futurum deo
B subiectum: subiectũ autem secũdm contemplationem sempiternæ ueritatis, ad obtinendam beatitudinem, nullo motu animi, nulla pãrte corporis resistente, *ut* in illa uita nemine amante propriam potestatẽ, *sit deus omnia in omnibus*. Nunc autem qui busdam mẽbris adhuc repugnantibꝰ, uiderur caput quoq; non esse subiectum. Cum aũt omnia membra deo fuerint tam carne q̃ spiritu deuote subiecta & cohærentia, tunc ipse filius qui caput eorum est, manifeste cognoscetur in omnibꝰ deo subiectus. Et tunc erit deus omnia in omnibus, id est, quæcunq; ab hominibus honeste desiderantur, & uita, & salus, & uictus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona. Ipse finis erit desideriorũ nostrorum, quia tunc nihil deerit satietati iustorum desideriorum. Hic em̃ finem supra cõmemorauit Apostolus, cum totũ breuiter primo uellet concludere, deinde quasi mẽbratim explicare & exponere. Et uenit ad hoc, ut in ultimo diceret quia deus erit omnia in omnibus. Nihil em̃ amplius quæremus, postquam ad hãc bonorum omnium plenitudinem peruenierimus. Ad hũc finem debemꝰ tendere per omnia q̃ nunc agimus.

Alioquin quid facient q̃ baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Vt qd & baptizantur ꝓ illis?

¶ Supradictum est quia resurget unusquisq; in suo ordine. Alioquin, id est, si non resurrexerint, *quid facient*, i. quid proficient illi *qui baptizantur pro mortuis* amicis suis, *si omnino mortui non resurgũt?* id est, quam utilitatem ꝓ baptismum cõferent eis, si nullatenus sunt resurrecturi? *Vt quid & baptizantur pro illis*, si nõ resurrexerint, cum peccata baptismo C nõ remittãtur nisi causa futuræ resurrectionis? Fuerunt quidã imperiti, qui pro amicis suis qui sine baptismo defuncti fuerant, baptizabãtur, putantes illis prodesse. Nec factum illoꝝ probat Apostolus, sed fixam fidem in resurrectione ostendit. Intantum em̃ ratam & stabilem uult ostẽdere resurrectionem, ut exemplum det eoꝝ, qui tam securi erant de illa, ut etiam ꝓ mortuis baptizarentur, si quem forte mors præuenisset, timentes ne aut male resurgeret, aut omino non resurgeret, q̃ baptizatus nõ fuerat, & unius nomine mortui tingebatur, æstimans illi remissionem peccatorum per hoc conferri, ut in sorte iustorum resurgeret. Ac si dicat Apostolus: Si stulti adeo certi sunt de resurrectione, non debetis uos dubitare.

Vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior, ꝓpter uestram gloriam fratres, quam habeo in Chro Iesu domino nostro. Si secũdm hominem ad bestias pugnaui Epheſi, quid mihi prodest si mortui non resurgunt? Manducemus & bibamus, cras enim morie D mur. Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Euigilate iuste, & nolite peccare. Ignorantiã enim dei quidam habent. Ad reuerẽtiam uobis loquor.

¶ Insipientes (ut dictum est) baptizant pro mortuis spe resurrectionis. Cur em̃ hoc facerent, nisi resurrecturos sperarent? *Et ut quid*. i. quare etiam nos qui sapientes uidemur, *periclitamur*. i. pericula propter euãgelicam prædicttionẽ incurrimꝰ, *omni hora*. i. semper, nisi quia speramus futuram resurrectionẽ? Dicendo, ut quid & nos periclitamur, discernit se à ꝑdictis, ostendens nõ catholicos esse qui ꝓ mortuis baptizant. Dixi quia nos ꝑdicatores omi hora periclamur. Et ego nõ solum pericula patior, sed etiã *morior quotidie*. i. tam duras afflictiones sustineo, ac si spiritũ exhalarem, & hoc iuro *propter uestrã gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro*. i. per gloriam remunerationis, quam apd deum habeo ꝓ labore in uobis expenso. Qd enim dicitur, ꝓpter uestram gloriam, iuratio est. Propter uestram gloriam quam habeo in Christo. i. per gloriam quam adquisitione uestræ salutis ita sum certus in Christo me habiturum, ac si iam tenerem illam. Propter hanc gloriam iuro me quotidie mori spe resurrectionis, ne mihi credere dubitetis. Amplius quidẽ hoc est, q̃ Est est, Non non: & ideo à malo est, sed infirmitatis & incredulitatis uestræ, qui nõ aliter mouemini ad fidem. Et ites; dico, quia *si secũdm hominem*, id est, rationabiliter *pugnaui ad bestias ẽphesi*, id est, cõtra Demetrium & cæteros bestiales, qui cum eo mo-

A uebant aduersum me seditionem populi propter idolum Dianę, cuius culturam destruebam, *quid mihi prodest* sic pugnasse, *si mortui non resurgunt?* Nã propter spem resurrectionis pugnaui contra eos, id est, expugnaui errores eoꝝ, offerens me bestiali eoꝝ furori sine mentu mortis. Ipsi em̃ erant bestiæ. i. bestiales, quia bruto sensu dediti erant uenteri, & in terrena proni, nullam aliam uitam credẽtes fore post istam, & bestiali rabie sæuientes contra me pro idoli defensione. Sed ego uiriliter pugnaui ut miles Chri, destruens errores illorum: & hoc feci secũdm hominem, id est, loquens & agens ut homo. i. ut creatura rationalis, dum ostenderem non esse rationabile ut contempto creatore coleretur creatura, uel contempta perenni uita diligeretur temporalis uita. Sic pugnaui secundum hominem. i. dispuraui, & bestialiter frementibus me obtuli secundum rationem. Et quid mihi ualet ita periculis pugnasse, si non resurrexero, ut in carne gaudeam, in qua pro deo molestias pertuli? Si ergo mortui non resurgunt, quid ultra carnem affligeremus in præsenti uita? Non
Isaiæ. 22 amplius iam studeamus abstinentiæ, sed luxuriæ & uentri tantum simus dediti uelut bruta animalia, dicentes: *Manducemus & bibamus*. i. carnem delicijs nutriamus, quia *cras*. i. cito *morientur*, & in nihilũ redigemur. Talia suadebant Corinthijs pseu
B do apostoli, ut ſ. per diffidentiam resurrectionis attraherent eos ad satisfaciendum carni, quatenꝰ & ipsi licenter satisfacerent sibi cum illis. Ideo uolebant ut putarent hanc solam esse uitam, quam cum pecoribus habemus cõmunem, post mortẽ uero finiri totum hominem, nec esse ullam spem uitæ ulterius melioris. Vnde subiũgit Apostolꝰ: *Nolite seduci*. i. nolite uerbis stultorum à recto tramite semoueri, qui desperatione resurrectionis cupiunt uos carnis uoluptatibus mancipari. Et ideo uitate colloquia eoꝝ, quoniam *colloquia mala corrũpunt bonos mores*. Assiduitas em̃ praui colloquij uitiat mentem, & idcirco uitanda est, maxime ab infirmis. Sic em̃ uerba proximorũ audiendo quotidie sumimus in mente, sicut flando & respirando aerem trahimus corpore. Et sicut malus aer assiduo flatu tractus inficit corpus, sic peruersa locutio assidue audita infirmantium inficit animum, ut tabescat delectatione praui operis, & assiduitate iniqui sermonis. Ita corrumpebant falsi apostoli suis cõfabulationibus mentes infirmanti um Corinthiorum, dum dicerent ut iumẽta morituros homines, nec ulterius surrecturos, ideoꝝ suaderent mãducare & bibere, ac uoluptates carnis explere. Dum em̃ negarent aliam esse uitam, negabant & malis pœnam & bonis gloriam fore tribuẽdam. Et dum supplicia malorum gaudiaꝝ bonorum negarent, impellebant ad quæcunq; uitia quæ sunt huic uitæ delectabilia, & omne bonum propositum mentis euertebant. Talibus & innumeris alijs modis corrumpũt mores bonos colloquia mala. Idcirco ab infirmis uitari societas malorum debet, ne dum corrigi non ualent, ad imitationẽ trahant; & cum ipsi à sua malitia non mutentur, eos qui sibi coniuncti fuerint, peruertant. Notandum quia de Menãdri comœdia uersum hunc iambicum Apostolus sumpsit:

Corrumpunt mores bonos colloquia mala. *Menãdri*
Nolite, inquit, seduci ab his q̃ bonos mores suis *de-*
confabulationibus corrũpere student, sed potius euigilate, id est, corporis & negligentiæ somnum excutite, & mentis oculos ad aspectum ueri lumi nis aperite, ut mẽte uigiles sitis, ne circunuẽtione praui sensus capti, & à fide abducti, deprauemini non credendo resurrectionẽ. Euigilate contra seductores, qui uobis insidiantur. *Euigilate iusti*. i. qui fide iustificati estis, & in ea parũper obdormistis, dum de resurrectione dubitare cœpistis, resumite fidei constantiam & uigilantiã, ne penitus amittatis iustitiam. Vos iusti euigilate, ne à peccatoribus seducamini. Euigilate in fide resurrectiõis & cautela prouide circunspectionis, *& nolite peccare*. i. nolite uentri & uoluptatibꝰ more iumentorũ seruire, quasi post hanc uitam non speretis aliam, ut corruptores mentiũ suadẽr, dicentes: Manducemus & bibamꝰ, cras enim moriemur. Et debetis euigilare, ne uerbis stultoꝝ illiciamini ad peccãdum. Nam *quidam habent ignorantiam dei*. i. ignorant propositũ dei de resurrectione mortuoꝝ, & ideo suadẽt uobis ut in præsenti uita porcorum more uiuatis, nihil ultra sperantes. Et hoc quod ipsi deum ac propositum eius ignorant, *loquor uobis ad reuerentiam*. i. ad uerecundiam uobis incuti- D endam, qũ tam imprudẽtes estis, ut crederetis eis qui per ignorantiam dei, stulta docent. Ad reuerentiam loquor hoc uobis, ut amodo uereamini adquiescere illis, & pudeat credere ignaris.

Sed dicet aliquis: Qũo resurgent mortui? Quali autem corpore uenient? Insipiẽs tu, q̃d seminas, nõ uiuificatur nisi prius moriatur. Et q̃d seminas, nõ corpus quod futurũ est seminas, sed nudũ granũ, utputa tritici aut alicuiꝰ cęterorũ. Deus aũt dat illi corpꝰ sicut uult, & unicuiq; seminum propriũ corpus.

¶ Hactenus resurrectionem Apostolus per rationes probauit, modo per ipsam rerum naturam posse fieri ostendit. Quasi dicat: Certum est ex supradictis rationibus quia resurrectio mortuorũ erit. *Sed* tamen *dicet* mihi forsitan *aliquis*: *Quomodo resurgent mortui?* Quasi fieri per naturam nõ possit. Quomodo resurgent, id est, quomodo potest fieri ut resurgant? Vel quomodo resurgent, id ẽ, quis erit modus resurgentium? Sed si hoc erit ut resurgant, *quali corpore uenient* ad uitã, id est, ponderoso an leui, mortali an immortali? Quasi dicat: Non poterit aliud esse quàm nũc, id est, passibile & mortale. Huic quæstioni respõdens Apostolus, adhibet documenta seminum, & dicit: O *tu insipiens*, qui sapiẽtiam mysterij huius ignoras, illud *quod* tu in agro *seminas, non uiuificatur*, id ẽ, uegetatur, *nisi prius moriatur*, id est, putrescat. Viuunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim herbæ & arbores, non per animam, sed per
A uiriditatem. Cū animali homine nō legis autori-
tate disputat, quā si reciperet, nō erraret: sed phy-
sica ratione, de qua sibi blanditur, ut nō credat re
surgere resoluta & emortua corpora. Ostēdit em
mortua rursum aduitam reparari multiplicius,
ut cōfundatur error humanus. Tu, inquit, q te sa-
pientem putas, dū per mundi sapientiam asseris
mortuos nō posse resurgere, audi ex rebus mun-
di, unde tua sapientia pbetur insipientia. Nam se
men q̄d in agri cultura seminas, nō uiuificatur nisi
prius moriatur. Sic & humanum corpus nō fit im
mortaliter uiuens, nisi prius moriat, & in terram
reuertatur, ut semen quod serit. Si enim granum
seminatū prius necessario putrescit & soluitur in
terram, ut postea uiuificet & crescat, tunc corpus
humanum postquā fuerit mortuū & putrefactū,
simili ratione uiuificabit. Ecce habes qūo resur-
gent mortui, & nunc audi quali corpore uenient.
Quia *quod* tu *seminas, non seminas corpus quod futurū*
est .i. non seminas herbam uel stipulam & multi-
plicia in paleis tegumenta granoꝝ, *sed nudum gra-*
B *num*, quod postea cum culmo & foliis nascitur, &
spicam pfert cum multis granis uirentib9. Nudū
palea granum seminas, *utputa tritici aut alicuius cæ-*
terorū seminum. Sed *deus dat illi* grano postea *corp9*
sicut ipse *uult* .i. traducit illud in spicam magnā, &
in grana multa nō nuda, sed uestita paleis & ari-
stis. Et non oībus granis dat idem *corpus*, sed *uni-*
cuiq; semen dat proprium, ut tritico tritici, & milio
milij. Si ergo deus potest adducere quod non erat
in nudo semine, multo magis potest reparare q̄d
in hominis erat corpore. Si em nudum granum
seminatur, & dei nutu quodāmodo elementoꝝ
ministerio uestitum resurgit, multa secū habens
incrementa utilitatis humanæ, cur non credibile
sit dei uirtute mortuum hominem posse resurge-
re, meliorata substantia, non numero multiplica-
tum? Nam sicut grano uniuscuiusq; seminis dat
deus proprium & nouum corpus, sic unicuiq; red
det homini proprium corpus, renouatum. Tali
ergo corpore resurgentes uenient, id est, eiusdem
substantiæ, sed melioratæ & innouatę corpus su-
um recipiet unusquisq;. Iam uero quod Apostol9
subiungit, ad differentiā pertinet resurgentium,
propter diuersas glorias fidelium atq; sanctorum.

Non oīs caro, eadem caro: sed alia
hominum, alia pecorū, alia uoluerum,
alia aūt piscium. Et corpora cęlestia, &
corpora terrestria. Sed alia quidem cæ
lestium gloria, alia autem terrestrium.
Alia claritas solis, alia claritas lunę, &
alia claritas stellarum. Stella em a stella
differt in claritate. Sic & resurrectio
mortuorum.

¶ In omnibus his iste sensus est: Sed genera car-
nis cum cuncta sint mortalia, differrunt tamen in-
ter se pro diuersitatibus animantium: & si corpo-
ra cum oīa uisibilia sint, differunt tamen pro di
uersitatib9 locorū, unde alia cælestium gloria est, C
alia terrestriū: & si in locis sublimib9 cū sint cun-
cta cælestia, differunt in se claritates luminū, nō
miꝝ est quod in resurrectione mortuoꝝ distabit
gloria meritoꝝ. Quemadmodū ergo ex una im-
pensa diuersoꝝ animantiū una caro est, ita & uni-
us carnis hoies diuersi erūt ex dignitate, cū resur
rexerint, ut talis unusquisq; appareat, qualis meri
ti fuerit. Nec solum caro diuersoꝝ animantium
differt inter se, sed etiā corpora terrestria differūt
à cælestib9 sideꝝ corporibus. Et qui tam lucida
fecit corpora elementoꝝ, cur non pręclara faciat
corpora iustoꝝ? Per significationem aūt cælestia
sunt corpora resurgentiū, terrestria uero priusq;
morianť aut resurgant. & quia Chrs cælestis est,
ex eo cælestia corpora dicunť: ex Adam uero, q̄
terrestris est, terrestria corpora nuncupanť. Sicut
autē sol & luna uel stellæ, cum sint unius naturę,
differunt tñ in claritate, ita & hoies cum sint uni-
us generis, merito dissimiles erunt in gloria. Nūc
enim de solis electis sermo est, quos uirtutes, non
peccata faciēt esse diuersos. Aliter em ibi lucebit
uirginitas, aliē ibi lucebit castitas coniugalis, aliē
ibi lucebit sancta uiduitas. Diuerse lucebunt, sed
oēs ibi erunt. Splendor dispar, cælū cōmune. Etsi
alius electorum est alio fortior, alius alio sapien- D
tior, alius alio iustior, alius alio sanctior, in domo
patris mei mansiones multæ sunt, unusquisque
mansionem pro suo accepturus est merito. Tan-
quam stellæ enim sancti diuersas mansiones diuer
sæ claritatis tanq̄ in cælo sortiūtur in regno, sed
propter unū denariū null9 separať à regno. Atq;
ita deus erit oīa in oībus, ut q̄m deus charitas ę,
per charitatē fiat ut q̄d habent singuli, cōmune
sit omnibus. Sic enim quisq; etiam ipse habet, cū
amat in altero q̄d ipse non habet. Non erit tam
aliqua inuidia imparis charitatis, q̄m regnabit in
omnibus unitas charitatis. Hinc iam uenit Apo-
stolus ad illud quod cōmuniter habet omnis car-
ro quæ ad uitam resurgit æternam, & dicit:

Seminatur in corruptiōe, surget in in-
corruptione: seminat in ignobilitate,
surget in gloria: seminatur in infirmi
tate, surget in uirtute: seminatur cor-
pus animale, surget corpus spirituale.

¶ Seminare est sepelire: quia sicut triticū tegit
in agro ut resurgat innouatū, sic corpus defuncti
in sepulchro ponit ut inde resurgat melioratū. *Se-*
minatur ergo *in corruptione*. i. sepelit corpus homi-
nis corruptibile: sed *surget in incorruptione*. i. surget
incorruptibile, q̄a iam corrūpi nō poterit. Vel in
creatione potest seminatio hæc intelligi. Semina
tur in corruptiōe, surget in incorruptione. i. quā-
uis homo ex quo concipitur, usque ad dissolutio
nem sit in corruptione, tamen surget in incorru-
ptione. *seminatur in ignobilitate*, id ē, sepelit in uilita
te & abiectione, ut fœteat & uermib9 scateat: sed

A *surget in gloria*. i. gloriosum & lucidum. Quid em
ignobilius carne mortua? Vel q̄d interim est glo-
riosius ea resurgente, & incorruptelam pcipiente?
seminatur in infirmitate .i. sicut granū seminis com-
mendatur terræ imbecillum & debile, sed *surget*
in uirtute fortitudinis angelicę. Et quid per singula
describerem? *seminatur corpus animale*. i. quod cibis
sustentatur, & ad ultimum ab anima dissoluitur,
ut corpora cæteroꝝ animalium: sed *surget corpus*
spirituale. i. nullis alimentis indigens, ab anima se-
parari iam nō ualens. Resurgēt ergo sanctoꝝ cor-
pora sine ullo uitio, sine ulla deformitate, sine ulla
corruptione, onere, difficultate. In quibus tāta fa
cilitas, quanta felicitas erit. Propter quod & spiri
talia dicta sunt, cum proculdubio corpora sint su
tura, non spiritus. Sed sicut nunc corpus animale
dicitur, quod tñ non animal est, ita tūc corpus spi-
ritale erit, corpus tamen non spiritus erit. Ob hoc
enim dicitur, quia seminatur corpus animale, sur
get aūt corpus spirituale, q̄m tanta erit concordia
tūc carnis & spiritus, uiuificāte spiritu sine susten
taculi alicuius indigentia subditā carnem, ut ni-
hil nobis repugnet ex nobis: sed sicut foris nemi-
nem, ita nec intus nosipsos patiamur inimicos. Si
B cut em spiritus carni seruiens, nō incongrue car-
nalis: ita caro spiritui seruiens, recte appellať spiri
talis. Nō quia in spiritu conuertetur, sed quia spiri
tui summa & mirabili obtemperandi facilitate
subdetur, usq; ad implendam immortalitatis in-
dissolubilis securissimam uoluntatē, omni mole-
stiæ sensu atq; omni corruptibilitate & traditate
detracta, omni fragilitate ac labe terrena in cæle-
stem puritatem ac stabilitatem mutata atque con
uersa, ut cælesti habitationi conueniat.

Si est corpus animale, est & spirituale,
sicut scriptū est: Factus est primus hō
Gene. 2. Adam in animam uiuentē, nouissimus
Adam in spiritum uiuificantem. Sed
nō prius quod spirituale est, sed quod
animale est, deinde q̄d spirituale. Pri-
mus hō de terra, terrenus: secūdus ho-
mo de cælo, cęlestis. Qualis terrenus,
tales & terreni: & qualis cælestis, tales
& cęlestes. Igitur sicut portauimus ima
ginem terreni, portemus & imaginem
cælestis. Hoc aūt dico fratres, q̄a caro
& sanguis regnū dei possidere nō pos-
sunt, neq; corruptio incorruptelam
possidebit.

¶ Vere, inquit, surget corpus spirituale, *q̄a si mo-*
do corpus est animale est & spirituale .i. constat esse quā
doq; spirituale. sicut em animales sumus, quia pa-
ter noster carnalis Aadā, factus est in animam ui-
uentem: sic erimus in resurrectione spirituales, q̄a
pater noster spiritalis Chrs, factus est in resurre-
ctione sua in spiritum uiuificatem. Quod sic expo
nit, *sicut scriptum est* in Genesi .s. nos esse animales, C
ab animali patre descendentes. *Factus est primus ho-*
mo Adam in animam uiuentem .i. in animam potentē
uiuere tantum per sustentamenta ciboꝝ, non ui-
uificantem. His Moysi ꝓbis addit Apostolus: *no-*
uissimus Adam factus est *in spiritum uiuificantem*, id est,
Christus in spiritum, qui ita uiuificaret corpus, ut
ultra nō egeret aliqua ciboꝝ sustentatione, esset
solubile. Vel quasi à relatiuis probat esse corpus
spiritale. Si est, inquit, corpus animale, est & spiri-
tuale. Cum enim dicitur corpus, frustra additur
animale, nisi sit & aliud spirituale, ad cuius discre
pantiam dicatur animale. Et quia sit animale, ꝓ-
bat per Genesim, quoniam factus est primus homo
in animam uiuentem. Dictū est etiam de animali
bus, Producat terra animam uiuentē. Intelligitur Gene. 1.
ergo corpus animale dici simile cæteris animali-
bus propter mortis dissolutionem & corruptio-
nem, quæ quotidie cibo reficitur, & postea sepa-
rata animantis compago dissoluitur: spiritale aūt
corpus, quod iam cum spiritu immortale est. Fa-
ctus est primus Adam in animam uiuentē, nouissi
mus Adam in spiritum uiuificantem: Siue intelli-
gatur primus Adam, qui de puluere ante forma-
tus est: nouissimus autem Adam, q̄ de uirgine pro-
creatus est: siue in unoquoq; homine utrunq; com
pleatur, ut primus Adam sit hō in corpore morta D
li, nouissimus Adam idem ipse in corpore im-
mortali: tamen inter animam uiuentē & spiritum
uiuificantem hoc interesse uoluit, ut illic sit cor-
pus animale, hic spiritale. Anima quippe in corpo
re animali uiuit quidem, sed non uiuificat usq; ad
auferendam corruptionem: in corpore uero spi-
ritali, q̄m perfecte adhærens domino unus spūs
est, sic uiuificat, ut spiritale corpus efficiat, absu-
mens omnem corruptionem, nullam metuens se
parationem. Proinde sequitur: *Sed non prius quod spi-*
rituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. Prius
em est animale corpus, quale habuit primus Adā,
quātus non moriturꝝ, si non peccasset: quale nūc
habem9 nos hactenus eius mutata uitiata9 natu
ra: quale in illo postea q̄ peccauit, effectū est, unde
habet iam moriendi necessitatē: quale pro nobis
etiam Chrs primitus habere dignatus est, nō ne-
cessitate, sed potestate. Postea uero est spiritale
corpus, quale iam præcessit in Chro tanquam in
capite nostro, sequiturq; est autem in mēbris eius
ultima resurrectione mortuoꝝ. Nam primus hō
de terra terrenus &ē. Sed merito quæritur cur
Chrs dicatur homo secundus post tot homines,
aut cur Adam nouissimus, tam multis post ipm
generationibus succedentibus, cum & secundus
non possit esse post multos, & nouissimo dici non
debeat post quem multi. Ratio hic nō carnis, sed
operationis est intuenda. Quā Apostolus nō hu-
manis seusibus explicat, dum & Adam ueterem
& dominum Chrm ad primitias rerum bonarū
malarumq; reuocat ac reducit, duas formas uita-
les collocans in duobus, ut primus Adam habea
tur, quisquis per uestigia eius erroris incesserit; po
stremus aūt ille, qui dominū fuerit imitatus. Inte-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rim nouissimus de primo ex eo dicitur dominus, quod usq; ad ipsum mors ab illo primo inuenta descendit, quod usq; ad crucem dñi prisitini hominis potestatem tenuit, quam postremus dominus dum p mortem expungit, obliterat. Et ideo mortui nouissimus, non saluti, q; solus chirographum quod ex pro oplasto per oēs generationes hęre ditario iure ueniebat, ut moriendo soluit, sic moriendo deleuit. *Primus homo* factus *de terra*, id est, de limo terræ, fuit *terrenus*. Qui tamen non propter carnem, sed propter peccatū dicitur terrenus, quia cum iam reus esset factus, & mortis supplicio destinatus, audiuit: Terra es, & in terram ibis. *Secūdus homo de cælo, cælestis*, quia filius dei uenit ad carnem,
Gene. 3. qua suscepta, & homo exterius fieret, & deus interius pmaneret. Non eī cecidit propter se, sed descendit propter nos: & siue peccato carnem assumpsit, in qua resurrectionem ostenderet nostræ carnis. Nam *qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes*. Quid est, Qualis terrenus, tales & terreni, nisi mortales ex mortali? Et quid est, qualis cælestis, tales & cælestes, nisi immortales per immortalem illud p Adam, hoc per Christum. Dominus eī ad hoc terrenus factꝰ est, cum esset cælestis, ut eos qui terreni erant, faceret cælestes. Hoc est, ideo ex immortali mortalis factus est
B assūmendo serui formam, non domini mutando naturam, impertiendo dominicam gratiam, non perpetiendo seruilem iniuriam. Qualis terrenus, tales & terreni. i. omnes morituri. Et qualis cælestis, tales & cælestes, id est, oēs resurrecturi. Iam enim cęlestis resurrexit. Et quādoquidem terreni sunt similes terreno, & cælestes cælesti, *igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis*. i. sicut imitati sumus terrenum, imitemur cælestem. Imaginem terreni hominis induimus propagatione p̄uaricationis & mortis, quam nobis intulit generatio: imaginem uero cælestis hominis induimus gratia indulgentiæ uitæq; perpetuę, quam nobis per Christum præstat regeneratio. Vnus enim generat in mortem, alius in salutem. Per Chr̄m (inquam) renouamur, qui homo cælestis appellatur, quia de cælo uenit in terram, ut terrenæ mortalitatis corpore uestiretur, quod cælesti immortalitate uestiret. Alij uero propterea dicuntur cælestes, quia fiunt per gratiam membra eius, ut cum illis sit unus Christus uelut caput & corpus. Portemus ergo imaginem huius cælestis hominis interim corde & moribus atque digna operatiōe, postea uero in resurrectiōe mortuoꝝ etiam corpore. Quod nō frustra moneo, sed ideo *dico hoc o fratres*. ſ. ut portemus imaginem cælestis, *quia caro & sanguis*, id ē, corruptio uitiorum & mortalitatis, *regnū dei possidere non possunt*. Caro & sanguis regnum dei nō possidebunt, quia nō erit ibi corruptio & mortalitas carnis & sanguinis. Se
Luc. 24. cundum has eī qualitates, hoc loco nuncupantur caro & sanguis. Nam caro scīm substantiam de qua dictum est, Spiritus carnem & ossa nō habet, sicut me uidetis habere, possidebit regnū dei: caro aūt secundum corruptionem cum intelligitur, non possidebit. Hoc eī declaratur, cum protinus additur, *neq; corruptio incorruptelam possidebit*. C
Hæc enim repetitio, prædictorum ꝟborum est expositio, ut quod dictum est caro & sanguis, intelligamus corruptionē, non substantiam carnis: & quod dictū est regnum dei, intelligamus incorruptelam patriæ cęlestis: atq; ita nihil aliud dictum putemus, caro & sanguis regnum dei nō possidebunt, cū si diceretur, corruptio incorruptelā non possidebit. i. corruptio carnis & sanguinis in illius regni incorruptela nō erit, propter immutationē scilicet incorruptionis. Et ideo nō carnis resurrectioni contra dicit in eo quod ait, Caro & sanguis regnum dei non possidebunt; quia per carnem & sanguinem uentrem & libidinem i. opera carnis, quæ ibi omnino nō erunt, significat. Nolebat eī eos ad hoc ædificari, ut arbitrarētur se talia factu
ros in regno cælorum, qualia fiunt in hac uita in corruptionibus manducandi & bibendi, uxores ducendi, filios generandi. Non aūt ipsam carnem dixit abolendam, quia corporis resurrectione facta à cunctis passionibus liberati, æterna uita cum ineffabili claritate atq; stabilitate sine corruptione fruemur. In illa itaq; cælestis regni gloria caro secundum naturam erit, sed scīm passionis desideria nō erit: quia deuicto mortis aculeo, in æterna D
incorruptione regnabit. Et ideo quisquis ad hāc desiderat incorruptionis gloriam peruenire, festinet nūc opera corruptionis deponere, & cælestis hominis imaginem sancte uiuendo portare.

Ecce mysterium uobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed nō omnes immutabimur, in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet eī tuba, & mortui resurgēt incorrupti, & nos immutabimur. Oportet eī corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.

¶ Dixi quia caro & sanguis regnum dei non possidebunt, cum tamen prædicem carnis resurrectionem. Et *ecce dico uobis* inde *mysterium*. i. arcanum quoddam, q̄d multis est occultum, in quo possitis intelligere quō caro non erit, & caro erit, quæ regnum dei possidebit. mysterion eī græce dicitur eo, quod secretā & reconditam habeat repositionē. Mysterium est quod dico. i. obscurum & latens, qa infideles hoc ignorant. Hoc. ſ. mysterium dico, qa *omnes qdem* tam boni q̄ mali *resurgemus*, uel (sicut in Græcis codicib⁹ legitur) *dormiemus*. i. moriemur: *sed non oēs immutabimur* ad gloriam, qa soli boni immutabimur. Et ideo natura nīæ carnis tunc idonea fiet ut possidet regnū dei, qa à tempore illius immutatiōis angelicę, nō iam caro erit & sanguis, sed solūmodo corp⁹ lucidū & spiritale. Oēs dormiemus in somno mortis, & resurgem⁹. Resurrgere eī proprie dicitur, q̄ prius dormiēdo ceciderit. Sed qūo omes dormiem⁹ uel resurgem⁹, si tam multi q̄s in corpore inuēturus ē

A Christus, nō dormient nec resurgent? Si ergo sanctos, qui reperientur Chr̄o ueniente uiuentes, eiq; obuiam rapientur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox immortalia redituros, nullas in his ꝟbis patiemur angustias, ubi nunc dicitur, oēs resurgemus uel omnes dormiemus, siue ubi dictum est, eu quod seminas, nō uiuificatur nisi prius moriaſ: quia nec illi p̄ immortalitatem uiuificabuntur, nisi quamlibet paululum tamē ante moriantur. Ac per hoc & à resurrectione nō erunt alieni, qa dormitione p̄cedent quamuis breuissima, nō tamen nulla. Oēs ergo resurgemus, quicunq; naturam in nobis humanam habemus: sed tamen non oēs immutabimur, quia resurrectio quidē cōmunis est omnium, sed immutatio ad gloriam & impassibilitatē proprie iustorum est. Resurgemus omnes, & hoc fiet *in momento* siue in atomo, id est, in puncto temporis quod diuidi nō potest, *in ictu oculi*. i. in summa celeritate, *in nouissima tuba*, id est, in nouissimo signo q̄d dabitur ut ista compleantur. Ad ostendendam dei omnipotentiam hoc dicitur contra illos, quibus impossibile uidebatur, ut mortuoꝝ corpora ex antiquis cineribꝰ repararent & reuiuiscerent. Tanta eī celeritate fiet resurrectio, ut uiui quos in corporibꝰ suis con
B summationis tempus inuenerit, mortuos de puluere resurgentes præuenire nō ualeant; nec alij primi & alij nouissimi resurgent, sed omnes simul in momento, ut mirabilior sit resurrectio. Et qa in momento est aliqua morula quāuis breuissima, ideo additur, in ictu oculi, qui ſ. tanta uelocitate transcurrit, ut pene sensum uidentis effugiat. Ictus enim oculi est, non quo palpebrā mouentes claudimus oculum uel aperimus, sed emissio radiorum ad aliquid uidendum. Qui dicitur ictus, quia cito icit uisa. Mox eī ut aperueris oculum, emittitur radius tuus, nō dico ad parietem proximū, sed ad montem longe distantē; nec dico ad montem, qui ideo proximus uidetur q̄m in terra est, sed ad solem, ad lunam, ad sidera, q̄ tam magno interuallo distant à terra. Si eī clausis oculis faciē contra solem ponas, nōne mox ut eos aperueris, ibi potius aciem tuam te inuenisse, q̄s illuc eam p̄duxisse putabis, ita ut nec ipsi oculi prius aperti fuisse uideantur, q̄s illo quo intēderant, puenisse? Vt ergo radius oculoꝝ tuorum nō citius peruenit ad propinquiora, & tardius ad longinquiora, sed utraq; interualla pari celeritate coniungit, ita cum ictu oculi fit resurrectio mortuoꝝ. Omni potentiæ dei & ineffabili nutui tam facile est quę
que recentia, q̄s diuturno tempore lapsa, cadauera suscitare. Tubæ aūt nomine aliquod euidentis
1 Thes. 4 simum & præclarissimum signum uult Apostol⁹
Iohan. 5. intelligi, quam uocem archangeli & tubam dei alio loco dicit, quę & uox filij dei in euangelio dicitur, quā audiant oēs qui in monumentis sunt,
Isaie. 58 & procedent. Itaq; clangor tubę aut uocis indicat magnitudinem, iuxta quod scriptum est, Quasi tuba exalta uocem tuā, aut apertam omnium resurrectionem, secūdum quod dicitur, Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, id est, abscondite fac misericordiam & in secreto, ne uideas C
tis de alterius miseria gloriari. Sed quærēdū cur ad nouissimam tubam mortui dicantur surrecturi. Neq; enim nouissima diceretur, nisi aliarū precedentium respectu. In Apocalypsi Iohannis septem angeli describunt cū tubis, & clangente primo eoꝝ ac secundo & tertio quartoq; & quinto atq; sexto, quid per singulos actū sit, indicaſ; nouissimo aūt. i. septimo angelo tuba canente, mortui suscitantur. Quos scilicet angelos plurimi doApo. 8. 9. 10. & 11
ctorū senserunt esse p̄dicatores in septē statibꝰ ecclesiæ, & nouissimum angelum eos prędicatores, qui in carne reperientur ueniente dño: & ob hoc in morte eorum mortuos suscitari, quæ intelligitur nouissima tuba, quia post illam non audietur uox prædicātium. Vere in nouissima tuba fiet resurrectio. *Canet enim tuba, & mortui resurgēt incorrupti, & nos immutabimur*. Mortui resurgent. i. omnes defuncti. Vel nomine mortuorum intelliguntur peccatores. & nos qui ad gloriam pertinemꝰ, immutabimur. Quando dicit, nos, alium se & eos q secum sunt, p̄ter mortuos esse significat. Mortui resurgent incorrupti, & Paulus ac consortes eius immutabuntur. Reprobi enim non cōmutabun
turin illam incorruptelā, quæ nec doloris incorruptionē pati pōt. illa nanq; fidelium est atq; sanctoꝝ. Isti uero ꝑpetua corruptiōe cruciabuntur, quia ignis eoꝝ non extinguetur, & uermis eorū non morietur. Quid sibi ergo uult ista distinctio, Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabi- Isaie 66.
mur, nisi quia oēs incorrupti resurgent, sed ex his Marc. 9
iusti etiam immutabuntur in illam incorruptelam, cui omino nulla possit nocere corruptio? Ac per hoc qui in eam commutabunt, incorrupti quidē resurgent integritate membrorum, sed tamē corrumpendi dolore pœnaq;. Habebunt quippe incorruptionem carnis, in qua doleant, non in qua moriantur. Alioquin & illi dolores finirent. Ad hoc resurgent incorrupti, ut possint æterna sustinere supplicia. Incorruptio itaq; propterea communis est omnium, quia in ea miserabiliores erūt peccatores, ut ad tormenta ꝑpetui sint, & immortali atq; incorruptibili corpore soluantur. De illa uero commutatione cum dixisset, & nos immutabimur, tanquā quæreremus quomodo istud fiat, uel qualis illa cōmutatio futura sit, adiūgit: Oportet enim corruptibile hoc &c. Vbi manifeste docet idipsum corpꝰ quidem resurgere quod sepultum est, sed mutare gloriam, non naturam. Quando enim dicit hoc, uidetur quodāmodo duobus digitulus comprehensum corpus ostēdere. Hoc, in quo nascimur; hoc, in quo morimur: hoc, q̄d timent recipere qui puniēdi sunt. Nos, inquit, immutabimur: quia *oportet hoc corruptibile* corpus *induere* uelut ornamentum *incorruptionem*, ut ultra non esuriat uel aliquarenꝰ lædatur: *& mortale hoc induere immortalitatem*, ut ultra non dissoluat. Vel ad id quod dixerat, Mortui resurgent incorrupti, intulit: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem; ad id uero quod subdiderat, & nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

A immutabimur, adiecit, Et mortale hoc oportet induere immortalitatē. Aliud est enim immortalitas, aliud incorruptio: sicut & aliud mortale, & aliud corruptibile. Quicquid ēm mortale est, corruptibile est: sed nō quod corruptibile, statim & mortale est. Corruptibilia quippe sunt corpora q̄ carent anima, & tamē non sunt mortalia: qa nunquam habuere uitam, q̄ proprie animātium est. Vnde nūc signanter Apostolus corruptiōi incorruptionē, & mortalitati immortalitatē opposuit. Omēs ergo iusti & iniusti erunt incorruptibiles, iusti uero immortales fient, ut mortem gehennalium pœnarum nullatenus sentire possint.

Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors ī uictoria.
Osee. 13 Hebr. 2. Vbi est mors uictoria tua? ubi ē mors stimulus tuus? Stimulus autē mortis, peccatum est: uirtus uero peccati, lex.
B Deo aūt gratias, q dedit nobis uictoriam p dominum nostrum Iesum Chīm.

Pro eo quod nos scīm Hieronymum in Osee legimus, Ergo mors tua o mors, morsus tuus ero inferne, Septuaginta transtulerunt: Vbi est causa tua mors? ubi est stimulus tuus inferne? Pro quo nunc Apostolus posuit, Absorpta est mors in uictoria, ubi est mors uictoria tua? ubi est mors stimulus tuus? Hoc mortale corpus nostrum induet, ut dixim9, immortalitatem. Sed cū id fuerit, *tunc fiet*, id est, implebitur *sermo* scripturæ, qui nunquam aliter impleret: *Absorpta est mors*. i. nusquam comparet, sicut a quā cū fuerit absorpta. Quādo *mortale hoc induerit immortalitatem*, tunc absorbebitur. i. in nihilum redigetur mors corporis *in uictoria* resurgentium. Et tūc ei insultabitur atq; dicetur: *Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors stimulus tuus?* Morti corporis hoc dicetur. Hanc ēm absorbebit uictoriosa immortalitas, cum mortale hoc immortalitatem induerit. Morti, inquam, corporis hoc dicetur: Vbi est uictoria tua, omēs sic uiceras, ut etiam deī filius tecum confligeret, teq; non uirando, sed suscipiendo superaret? Vicisti in mortibus, uicta es in resurgētibus. Victoria tua qua absorbueras corpora morientiū, temporalis fuit: uictoria nostra qua absorpta es in corporibus resurgentiū, æterna cōstabit. Vbi est aculeus tuus, id est, pctm̄ quo pūcti & uenenati sum9, ut etiam in corporib9 nostris fieres, & ea tam longo tempore possideres? Morti dicet, ubi est aculeus tuus? Sed aculeus uel *stimulus mortis, peccatū est*. Aculeus aūt mortis dicitur, q̄ mors facta ē, nō quem mors fecit. Peccato ēm morimur, nō morte peccamus. Aculeus mortis, est pctm̄ originale, p cuius uulnus mors intrauit. Peccatum q̄nos pupugit & mortificauit, ē aculeus mortis: sed *uirtus* & robur *peccati* est *lex* Moysi. Peccauimus ēm in uno omēs, ut moreremur in uno omnes. Accepimus legem, non ut emendatione finiremus peccatum, sed ut transgressione augeremus. Lex ēm uirtus pcti: qa C prohibitio auget desiderīū operis illiciti, qñ iustitia nō sic diligit, ut peccādi cupiditas eius delectatione iungat: & multo sceleratius ac flagitiosius cōmittuntur ea q̄ lex phibet, ēq̄ q̄ nulla lege phiberent. Dico quia aculeus mortis est pctm̄, & uirtus pcti lex. Sed *deo gratias* agimus, *qui dedit nobis uictoriā* de morte & aculeo eius, ut uinceremus mortem p immortalē resurrectionē, & aculeum eius pctm̄ p gratuitā iustificationē. Nā & uictoria qua pctm̄ uincit, nihil est aliud q̄ dei donū in isto certamine nos adiuuātis. Victoriā dedit, & hoc non per legē, nec per uires nras, sed *p Iesum Christū* ōm̄ *nostrū*, per quē mediatorē oīa bona quę habemus, dante nobis ā patre. Si uero secundum alios codices legerimus, Absorpta est mors in contentione, ubi est mors cōtentio tua? ubi ē mors aculeus tuus? mortē intelligimus carnalē consuetudinem, q̄ resistit bonæ uoluntati delectatiōe temporalium fruendorum. Nam dum sumus in hac uita, cōtendit mors ista cōtra nos, & nos contra eam: quia caro cōcupiscit aduersus spm̄, spūs aūt aduersus carnē. *Galat.5* Sed resurgētibus nobis absorpta erit mors in cōtentiōe, i. adnullata in cōflictu, quē contra nos habuit: quia caro prsus cōcordabit spūi, nullaq; pcti delectatio erit q̄ resistat bonæ uoluntati, & quia bellū tūc erit finitū, atq; pax uictoriā tenebit, insultabimus ipsi morti. i. cōcupiscentiæ & cōsuetudini tēporalium delectationum, dicētes: Vbi est mors cōtentio tua? Victa es, nec amplius cōtēderе uales. Notandum quoq; in eo q̄ Septuaginta transtulerunt, De morte redimā illos, ubi causa tua mors, ubi est stimulus tuus inferne, quia causa mortis & stimulus inferni, pctm̄ est. Sed in resurrectione eorum quos Chīstus redemit, nō inuenitur, ideoq; morti & inferno insultabunt. Præcipue tñ saluator cū pro redēptione humani gñis sanguinem suum fudisset, & pctm̄ mūdi deleuisset, pro quo moriebamur & ad infernū ducebamur, insultauit morti & inferno, dicēs: Vbi est causa tua mors? ubi ē stimulus tuus inferne? Qui & scīm nostram trāslationē dixit: De morte redimā eos, Ero mors tua o mors, ero morsus tuus (i. mordēs te) inferne. Id nanq; q̄d occidimus, agimus ut penitus nō sit. Ex eo autē quod mordemus, partē abstrahimus, partēq; relinquimus. Quia ergo dīs in electis suis funditus occidit mortē, mors mortua est. Quia uero ex inferno partē abstulit & partē reliquit, nō occidit funditus, sed momordit infernū. Neq; ēm infideles quosq; & p suis criminibus æternis supplicijs deditos ab inferno traxit, sed eos solūmodo, q̄s suos fide & actib9 recognouit.

Locus obscurus.

Itaq; fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abūdantes in opere domini semper, scientes quod labor uester non est inanis in domino.

¶ Qñquidē certos uos feci de resurrectiōe futura, & de cęteris uos diligentē instruxi, *itaq;* o *fratres mei dilecti*. i. quos multū diligo, *estote stabiles*, in fide

A resurrectionis uel in proposito uestro bono, *& immobiles*, ut nemo uos de statu spei futurę ultra mouere possit. uos dico, *semp abūdantes in opere* mandatorum *domini, scientes* q̄ certo q̄, *labor uester non est inanis*. i. cassus *in domino*, i. in dīi seruitio, qm̄ & in ipsa carne uestra quę nunc laborat, gaudebitis. Oibus quæ ad doctrinam ecclesiasticā ordinandam necessaria sunt, hactenus expositis, & quæ uitāda uel quæ sequēda sunt, demonstratis, fixos esse iam illos hortatur in bono; & in operibus, quæ fructū apud deum faciunt, semper esse prompros & copiosos: quia per hæc quæ exposita sunt, certi sunt de cætero accepturos se boni operis mercedem à domino, ne prauis colloquijs possint peruerti.

CAPVT XVI.

DE collectis aūt quæ fiunt in sctōs, sicut ordinaui in ecclesijs Galatię, ita & uos facite. Per unā sabbati unusquisq; ūrm apud se reponat, recondēs q̄d ei bñ placuerit, ut nō cū uenero, tūc collectæ fiāt. Cum aūt præsens fuero, q̄s probaueritis p epistolas, hos mittā
B pferre grām uestrā in Ierusalem. Quod si dignū fuerit ut ego eam, mecū ibunt.

¶ De alijs, inquit, hucusq; monui. Sed nūc *de collectis* moneo, *quæ fiunt in sanctos*, id est, de sumptibus qui per singulas ecclesias colliguntur, ut in Ierusalem sanctis mittantur, qui in magna indigentia sunt apud infideles Iudæos, quasi desertores paternarum legum, & credentes in hominem crucifixum. Moneo ut (sicut ecclesijs Galatarum disposui) *per unam sabbati*, quæ est dominica dies, *unusquisque uestrum reponat apud se*, quod eis mittat. Apud se reponat, ne suspicetur, fraudem si apud alium reposuerit. Ipse dico, *recondens* illud, ne iterum sibi sumat, & recordat *quod ei bene placuerit*, id est, quod deuoto corde offerre uoluerit, nō quod animum eius grauet. Quod idcirco præmoneo, *ut non tunc fiant collectæ, cum uenero*: quia grauaret, si totū subito simul fieret, & ego maioribus studijs sum deditus. Per dominicā diem colligite, unde refrigerium habeant sancti pauperes: ut qua die Christus surrexerit, uos ad opera misericordiæ surgatis. Colligite, inquam, quia quod paulatim à multis colligitur, nec est graue, & inuenitur multum. Interim colligite & quasi in thesauro reponite apud uos unusquisq; quod uoluerit. Sed *cū uero præsens, mittam in Ierusalem perferre gratiam*, id est, gratuitam dationem uestram, eos *quos probaueritis*, id est, probos iudicaueritis. & mittam eos *per epistolas*, quia epistolæ testimoniū præbēt missis, ut cum gratia excipiantur. Vtrunq; pono in uestro arbitrio, ut & q̄d uobis placuerit, tribuatis: & quos ad portandum mittam, eligatis. Sed *si dignum fuerit ut etiam ego eam*, id est, pergere debeam, id est, si copiosa fuerit sumptuū collectio, tunc *mecum ibunt*, id est, pergent mecum.

Veniā aūt ad uos, cū Macedoniā pertrāsiero. Nam Macedoniā pertrāsibo. C
Apud uos aūt forsitan manebo, uel etiam hyemabo, ut uos me deducatis q̄cunq; iero. Nolo ēm uos modo in trāsitu uidere. Spero enim me aliquantulum tēporis manere apud uos, si dīns permiserit. Permanebo aūt Ephesi usq; ad Pētecosten. Ostiū enim mihi apertū ē magnū & euidēs, & aduersarij multi.

¶ Per omnem institutionem ut lætos faciat, aduentum suum illis promittit. Per quod etiā oēs admonitiones suas, quibus illos corrigit, magis firmat: quia qui audit uenturum cum à quo legem accepit, solicitior fit, ne aduenientē illo erubescat. Parate, inquit, collectas antequā ueniam. *ueniam autem ad uos, cū pertransiero Macedoniam*, uisitādo singulas quasq; ecclesias, q̄ ibi sunt, & confirmando animos fratrum. *Nam Macedoniam pertransibo*, quia non est opus ibi diu morari, quomā pauca sunt in illis emendanda. Sed *apud uos forsitan manebo, uel etiam hyemabo*. hyemis tēpore toto morabor, quomā multa sunt in uobis corrigenda. Sed apud Ephesios cum quibus maneo dū hanc epistolā scribo, *permanebo usq; ad Pentecosten*. Nec mirū si tanto tēpore ibi uolo manere. Nam *ostiū mihi apertum est* ibi *magnum & euidens*. i. manifestum p̄dicatiōi meæ, p quod possim prædicando ad corda audientiū intrare, & fidem Christianam introducere. *& aduersarij multi* obsistunt mihi, qui conantur opus meū impedire; & ideo me necesse est cū illis adhuc confligere. Quinquagenarius enim numerus semper ad pœnitentiā referri solet uel ad remissionem, & multa continet sacramenta. Vñ nunc Apostolus apud Ephesios, quibus mystica quæq; dissoluerat, dicit se permansurū usq; ad pentecosten. i. usque ad quinquagesimā, donec perfecte ad deū conuertantur, & aduētu sancti spūs digni efficiant. Inuenerat ēm illic pectora dei grām sitientia, quibus prōpte infunderet mysterīū Christi: inuenerat & aduersarios multos. Quanto ēm idonei inueniebantur ad fidē, tanto magis insurgebant qui zelarentē, contradicētes & repugnantes doctrinæ dīi. Nam in eo q̄d ait, Ostiū mihi apertum est magnū & euidens, & aduersarij multi, quid aliud intelligi potest, nisi primitus prædicato ibi per eū euangelio, credidisse multos, & multos eiusdem fidei aduersarios extitisse secundū illam dīi sententiā, Vobis datum est nosse mysterīū regni cælorum, illis autem non est datum? Ostium magnū apertū est, id est, multa corda ad audiendum aperta. *Matt.13 Marc.4 Lucæ.8.*

Si autē uenerit Timotheus, uidete ut sine timore sit apud uos. Opus enim domini operatur sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat. Deducite autē illū

Universidad de Deusto
Biblioteca

A in pace,ut ueniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus.

¶ Quãuis p̃dicaret Timotheus quæ ab Apostolo acceperat,tñ quia non erat autoritatis eiusdem,commẽdat illum Apostolꝰ, ne forte ab his qui dissentiebãt in plebe, non ut erat dignus reciperetur: & perstrepentibus eis, nasceretur illi timor,nihilq; proficeret aduentus illius saluti eorũ. Possent enim & gẽtiles excitari ad seditionem discordia plebis,accepta occasione irruendi in Timotheum. Ideo ne spernat eum aliquis, inquit, qm̃ *opus dei operatur sicut & ego*, ut scil. in ea autoritate accipiatur qua & apostolus,erat enim & ipse episcopus.Quem tanti meriti esse declarat, ut nõ solum inter eos honorandum illũ præcipiat, sed etiam cum proficisci pararet, deducendum cum obsequio ut apostolũ domini.Tam enim necessarium eum ostẽdit, ut etiam ipse illum expectaret cum fratribus propter euangelium Christi.

B De Apollo autem fratre uobis notum facio,quoniã multum rogaui eum ut ueniret ad uos cum fratribus: & utiq; non fuit uoluntas eius ut nũc ueniret, ueniet autem cum ei uacuum fuerit.

Actu. 18 ¶ Hic Apollo ex Iudæis erat, Alexandrinus natione, doctus in lege & eloquẽtissimus,atq; Corinthioꝝ episcopus:sed propter dissensiones eorũ recesserat á Corintho. Quem dicit Apostolus redire noluisse, significans in hoc culpam eoꝝ, ut hoc audientes,respuerent falsos apostolos, & paci studerent, quatenus mererentur ut ad eos suus antistes reuerteret. Ideoq; de Timotheo dixerat, Videte ut sine timore sit apud uos, qa aliqui missi non bñ fuerant suscepti: ac per hoc non,uenturum Apollo,nisi concordes fierent. *Non fuit*, inqt, *eius uoluntas* uel dei *ut nunc ueniret* dum tales estis: sed *ueniet cũ ei tempus uacuũ fuerit*. i. qñ uos á pseudo apostolis & dissensiõibus sic uacuos inuenerit, ut audiendæ prędicationi eius uacare uelitis: uel qñ ab his quæ nunc facit, exoccupatus fuerit

Vigilate & state in fide, uiriliter agite & confortamini. Omnia enim uestra in charitate fiant.

¶ Vt Apollo gratanter ad uos ueniat,*uigilate*, id est, mẽtis oculos ad diaboli astutias præcauendas aperite, ne uel ab immundis spiritibus uel á falsis predicatoribus decipiamini.*state in fide*,id ẽ, ne cedatis uel pseudo magistris uel gẽtilibus, qui fidem uestram impugnare satagũt, & uos ab eius arce pellere.*Viriliter agite*,id ẽ,nolite dissolui, nolite uigorem perdere, nolite effœminari, sed uiriliter bona facite, & mala tolerate. *& confortamini*, id est, semp efficiatis ut sit in uestra uirtute profectus, & *omnia uestra fiant* non in dissensione uel ira uel cupiditate secularis gloriæ,sed *in charitate*.Nã quicquid sine charitate agitur, nihil est, quamuis esse bonum ualde uideatur.Cũ dicit,omnia, satis ostendit etiã ipsas correpuones, quas asperas sentiunt qui corripiuntur, cũ charitate esse faciẽdas. C

Obsecro aũt uos fratres, nostis domũ Stephanę & Fortunati & Achaici,qm̃ sunt primitię Achaiæ,& in ministeriũ sctõrum ordinauerunt seipsos, ut & uos subditi sitis eiusmodi, & omi cooperãti & laborãti. Gaudeo aũt in p̃sentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, qm̃ id q̃d uobis deerat, ipsi suppleuerunt. Refecerũt enim & meum spm̃ & ur̃m.Cognoscite ergo q eiusmodi sũt.

¶ Monui ut oĩa uestra opera in charitate fiãt. Sed nunc *obsecro ut subditi sitis eis* q̃ sunt tales,qualis est domus Stephanæ & Fortunati.*Nostis* enim *domũ Stephanæ & Fortunati & Achaici*, quia *sunt primitiæ Achaiæ*, i. primi crediderunt ex his qui sunt in Achaia.nam & Corinthij sunt Achaici. *& ordinauerunt seipsos in ministeriũ sanctorũ*,id ẽ, ut calcata auaritia sanctis de laboribus suis ministrarent necessaria,& maxime prædicatoribus. Obsecro uos ut subditi sitis operarijs eiusmodi, *& omni cooperanti*,id est,cũ talibus operanti *& laboranti*. Vos talibus estote subditi. Sed *ego in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici gaudeo*, uel quia præsentes D sunt apud uos,& in illis potestis magnum habere profectum,uel quia mihi uenerunt pro uobis ministrare. *Quoniam id quod ex uobis deerat, ipsi suppleuerunt*,id est, ministrauerunt mihi quod uos non fecistis. *Refecerunt enim & meum spiritum* mihi ministrãdo necessaria,*& uestrũ*,quib9 apostolũ seruauerũt. Refecerunt spm̃ meũ,pro mea lætitia: refecerunt ur̃m,p charitate pro uobis exhibita. *Ergo cognoscite*.i. diligite & honorate eos *qui eiusmodi sunt*.

Salutãt uos ecclesiæ Asiæ. Salutãt uos in dño multũ Aquila & Prisca cũ domestica sua ecclesia, apud q̃s & hospitor. Salutant uos oẽs fratres. Salurate inuicẽ in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli.

¶ *Salutãt*, inquit, *uos* oẽs *ecclesiæ Asiæ*. Ac si dicat: Quod ego scribo,oẽs desiderãt. Per hoc etiã commonet eos,ut studeãt illis fieri similes, á quib9 salutant. *Aquila & Prisca* sunt maritus & uxor, qui in Actib9 apostoloꝝ legunt. *Domestica eorũ ecclesia*, congregatio fraternitatis apud eos manẽs. Erant Actu. 8
eñ hospitales. Osculũ uero sc̃m, signũ pacis est. In quo ut inuicem sibi adhæreant sublata discordia, monet ut casta & pacifica sint oscula, q̃ in ecclesijs dant, & simulata nõ sint. De hinc se in hac epistola subscripsisse oñdit, dicẽs: *Salutatio mea manu Pauli*, ut indubitanter sciãt epistolam eius esse.

Si quis non amat dñm nostrum Iesum Christum,sit anathema maranatha.

¶ Amatores, inquit, Christi saluto. Sed *Si quis non amat dominum nostrum Iesum Chuistũ,sit anathema*,

A id est,alienatꝰ á deo. Anathema quippe alienatio uel alienatus interpretatur. Secũdũ Augustinũ, anathema dr̃ condẽnatus. *maranatha*.i. donec dñs redeat. Excõmunicat ergo Apostolꝰ eum,qui nõ amat Chr̃m,usq; ad diem iudicij, quo ipse reddet
Mat. 16. unicuiq; quod iustũ fuerit reddere, ut sic si Chri
Roma. 2. sto placuerit, cõmunionẽ qui anathematizatus fuerat,recipiat. Hierony,autem sic ait:Maranatha magis Syrum est q̃ Hebræum, tametsi ex consinio utrarũq; linguarũ aliquid & Hebræum sonet: & interpretatur, dñs noster uenit. Vt sit sensus: Si quis non amat dñm nostrum Iesum Christum, sit anathema. Et illo completo, deinceps inferat, dñs noster uenit. Quod superfluum sit aduersus eum odijs pertinacibus uelle contendere, quẽ uenisse iam constet. Si quis non amat &c. Ac si dicatur:Si quis non diligit dñm Iesum, non sit ei utilis aduentus eius qui iam completus est; & sic ad dãnationẽ sit ei secundus, qui adhuc futurus est.

Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscũ. Charitas mea cum oĩbus uobis in Christo Iesu, Amen.

Ioha. 15. ¶ Sit uobiscum semper gratia Christi, sine cu
B ius auxilio subsistere nõ potestis, nec aliquid boni facere. Propter illos qui dissensioni studentes Chr̃m non amabant, dictũ est: Si quis non amat dñm nostrũ Iesum Chr̃m, sit anathema. Qui eñ dicebant,ego sum Pauli,ego aũt Apollo,ego ℣o Cephæ, non amabant Chr̃m:quia nõ christo,sed hoĩbus gloriã dabant. Quia ergo non in hoĩbus, sed in Christo spes oĩs ponenda est. *Gratia*, inquit, *domini nostri Iesu Christi sit uobiscũ*. Et addit: *Charitas mea cũ omnibus uobis in Christo*.i. ea charitate uos inuicem in Christo diligite, qua ego uos diligo. In Christo Iesu uos diligite exẽplo mei, nõ in amore seculi. Deinde subiungit, *Amen*, quod interpretatur,uere uel fideliter. per quod omnia q̃ supradicta sunt,uere ac fideliter dicta esse cõfirmenr. Amẽ quippe,omnium confirmatio est p̃cedentium.

II. AD CORINTHIOS EPISTOLAE ARGVMENTVM.

SCiens Apostolus epistolã profecisse, quã Corinthijs miserat,aliã eis iterum scribit ad exhortandã obeditionẽ eorũ,& tangit contumaciã nonnullorũ qui emendari noluerant. In hoc tñ,animo releuatus, q̃d ea quę ad ecclesiasticã ordinationẽ pertinent, audierat esse correcta,certus deinceps quia & uitia eorũ paulatim corrigerẽtur,præterea qa ex parte magna esse cœperant obedientes. Qui enim ea quæ ad fidem & ad ecclesiasticũ ordinem pertinent emẽdauerant, certã spem de se dabant,quia & mores atque conuersionem esset emendaturi. Propter q̃d & festinanter scripsit eis Apostolus,ut contristati ex correptione prioris epistolæ, in hac consolationem acciperent,& creſceret in eis fructus pœnitentię,quatenus uidẽtes iam placere se ei cui displicuerant,prõptiores fierent circa bonos actus. Et hęc principalis huius epistolę causa est. Quidã tñ eorũ (ut dictum est) noluerant corrigi,sed delectatione peccatoꝝ irretiti,& á falsis apostolis deprauati, postposito ueritatis apostolo,ipsis falsis apostolis obediebant. Vñ magister egregius ut eos á cõsectatu eorundẽ pseudo p̃dicatorũ reuocet, multis modis oñdit errorem & deceptionem fallaciæ eoꝝ,ut nullam amplius in eis fiduciam habeant, nec dolosis p̃dicationibus fidem adhibeant,quos uident ad perniciem animarum tendere. Propter q̃d & seipsum multifarie cõmendat,ut cognoscentes eius autoritatis atq; dignitatis ipse sit, libenter eius doctrinam suscipiant, & sic ad salutem animarũ suarũ perueniant.Præcipit quoq; fornicatorem correptũ reci
pi. Notat etiã eos in eleemosynis parcos. Quia uero ,p quorundã peccatis in epistola superiori doctores eoꝝ p̃cipue corripuerat,& multum fuerant contristati, nũc eos consolatur,suum eis proponens exẽplum, & docẽs non debere impatienter ferre,quod pro aliorum salute sunt correpti,cũ ipse pro aliena salute periculis & morti quotidie subiaceret.Sed & de tribulatiõibus quas patiebãtur,cõsolatur eos exẽplo suaꝝ tribulationũ,quas multo grauiores sustinebat.Semper etiam uel principaliter uel secundario uidetur intẽdere reuocare á pseudo apostolis illã partem plebis,quę adhuc illos sequebat.

II. AD CORINTHIOS EPIST.

CAPVT I.

PAulus apostolus Iesu Christi per uoluntatẽ dei,& Timotheus frater ecclesiæ dei, q̃ est Corinthi, cũ oĩbus D sanctis qui sunt in uniuersa Achaia. Gr̃a uobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo.

¶ Quasi dicat: Vos Corinthij mihi debetis obedire,& falsos apostolos respuere, quia sum *Paulus apostolus Iesu Christi*.i. mirabilis legatus saluatoris regis. Ille rex qui solus in æternũ saluat, misit me, ut uos ad eũ ducerẽ, ut regnaret in uobis, & uos saluare. Ideoq; libenter mihi debetis obtemperare. Apostolus Chr̃i sum, nõ usurpatiue, sed *p uoluntatem dei* patris.i. á chr̃o constitutus sum apostolus per uoluntatẽ patris, sicut ipse chr̃s ait: qm̃ q̃ placita sunt ei, facio semp. Dei aũt uoluntatem iustã & rationabilẽ manifestũ est esse. Ac per hoc rationabiliter & iuste dicor apostolus, quẽ per uoluntatẽ patris ad uos misit filius. Pseudo aũt apostoli, nec á Chr̃o sunt missi, nec p dei uoluntatẽ uenerũt, nec salutẽ audientiũ q̃runt. Ideoq; respuendi sunt. Paul9 uos alloquit̃, *& Timotheus frater*, q̃ primam illã ad uos epistolã portauit,& correptionẽ urãm uobis renunciauit. Notandum q̃d non ait, Paulus & Timotheus: sed, Paulus & Timotheus frater, quia nõ ambo apostoli. Ad Philippẽses tñ, ubi nõ erat tãta autoritas necessaria, serui ambo ponunt̃, qa ambo sunt serui, nõ ambo apostoli. Paulꝰ & Timotheus scribũt *ecclesiæ dei, quæ est Corinthi, cũ oĩbus sanctis qui sunt in uniuersa Achaia*. Corinthus eñ metropolis est Achaiæ;& ideo q̃ Corinthijs scribit, oĩbus fidelib. Achaiæ q̃uinciæ scribitur. Vobis ad q̃s scribim9, sit gr̃a per quã p̃cã urã remittant̃;& pax, per quã deo recõciliamini. *Gr̃a & pax* sit *uobis a deo patre nr̃o*, qui uos adoptauit in filios: *Et a domino Iesu Christo*, q̃ uos suo dñio mãcipauit. Ideo ponit á pr̃e & filio tm̃, qm̃ eo tẽpore

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullus errabat de spū sancto, sed uel de patre uel
A de filio errabat, quicunque in fide trinitatis erra-
bat. Nanq; spūssanctus, de q̄ nūc tacet, manifesta-
bat satis p opera sua, i. per uarias linguas, per pro-
phetias, per sermonē sapientiæ & scientiæ &c.

Bñdictus deus & pater dñi nostri Iesu
Chri, pater misericordiarū & deus toti-
us consolationis, q̄ consolat nos in om-
ni tribulatione nr̄a, ut possimus & ipsi
cōsolari eos, qui in oī pressura sunt
p exhortationē, qua exhortamur & ipsi
a deo. Q̄m sicut abundant passiones
Chri in nobis, ita & p Chm abundat
cōsolatio nr̄a. Siue aūt tribulamur, p
uestra exhortatione & salute: siue cō-
lamur, pro uestra cōsolatione: siue ex-
hortamur, p uestra exhortatione & sa-
lute, q̄ operat tolerantiā earundē passi-
onū quas & nos patimur, ut spes nr̄a
firma sit p uobis, sciētes q̄m sicut socij
B passionū estis, sic eritis & cōsolatiōis.

¶ Primū perfectis loquitur de tribulatione, proponens se exemplū patientiæ & consolatiōis à deo acceptæ. Et inde se ostēdit commendabilē, unde pseudo apostoli & sequaces eorū reputabāt eū uilem ac contēptibilem: qui ab oībus apud quos prædicabat, tā ignominiose tractabat, & sic omnibus erat inuisus, ut semp contumelijs & tribulationibus afficeret. Hæc de eo dicebant derogatores eius, uolentes gloriam eius minuere: sed ipse in his omnibus gloriat, & inde bñdicit deū, quia hæc pro Chro patit, & in his nunq̄ sine consolatiōe deserit. Sic, inquit, *benedictus deus*, qui Christum secundū humanitatē creauit & secundū diuinitatem genuit, atq; ita est deus & pater eius. Sit bñdictus deus *& pater domini nostri Iesu Christi* pro tot & tantis in nos bñficijs suis. Ipse dico, *pater misericordiarū*, quia ex uisceribus eius prouenium in nos misericordiæ eius, per quas & multitudinem pctōrum nostrorū relaxat, & ut aurū nos in igne tribulationum examinat. *& deus totius*. i. integræ *consolationis*, quia perfectam dat consolationē his, qui pro noīe eius aduersa patiuntur, uel qui in luctu pœnitentiæ affligunt. Hoc & propter Corinthios dr, qui correptionis causa fuerant contristati. Multū enim refrigerij dat, quod audiūt deum esse patrē misericordiarū: quia intelligūt se ad hoc correctos, ut ad pium patrē cōuerterētur, qui per multas misericordias multa pcta eorū deleret, & gratiā eis uirtutum daret. Cur enim pater misericordiarum uocat, nisi quia per paternarum misericordiarum uiscera recipit filios pœnitētiæ & in antiquā gram reducit, ut nō sola sit uenia, sed & pristini stat9 restauratio? Et ipse est deus totius cōsolationis, qui contristatis in pœnitētia dat perfectam consolationē, tribuēdo spem non solū eun
C dēdi tormēta, sed & consequēdi præmia. *Qui nos* Chri prædicatores *consolatur in omni nostra tribulatione*, tam corporis q̄ animæ. Nō in quadā, sed in oīm tribulatiōe nos consolat, ne deficiamus. Cōsolatur nos, uel per se nobis apparēs, uel p angelū admonēs, uel per scripturas, uel per alios sanctos, uel per occultam inspirationē, uel per tribulationis alleuiationē, siue per nr̄am de tribulatione liberationē. Ita consolat nos, *ut & nosipsi possimus cō-
solari eos qui in omni pressura sunt* tribulationū pro noīe Christi. uel qui sunt in oīm pressura pctōrū .i. quos premit sarcina criminum. His enim cōsolationem exhibem9, dū eis spem ueniæ pœnitentibus dam9. Consolat nos deus, ut & nos consolemur alios, atq; ita nemīnē suo relinquit desolatū, & multo magis in futuro remunerat, quos etiam in præsenti non deserit. Eos qui sunt in aduersitatum pressura, possumus consolari exhortando ad pœnitentiā & tolerantiam *per exhortationem*, qua etiam nos *ipsi a deo* intus *exhortamur* ad cōstantiam passionū. Vere cōsolationē & exhortationē à deo percipimus, ut & nos alijs solatia ministrem9. *Quoniam sicut passiones Christi*, quas pertulit & nobis perferēdas dereliquit, *abūdant in nobis*,
D qui sumus mēbra eius, *ita* .i. nō min9 *abundat* etiā *consolatio nostra*, qua in deus nobis intus p *Christum* exhibet. Nam sicut christus est causa passionum, sic idē ipse est causa & cōsolationū: & ideo nō uiliores, sed gloriosiores æstimandi sumus ex eo, q̄ passionibus Christi cōmunicamus, quos deus in oībus aduersis semper ita consolat, ut & alios cōsolari possum9. Nos quidē à prauis hoībus passiones sustinemus, & à deo consolationes uel exhortationes accipimus, sed hæc omnia p uobis fiūt: Quia *siue tribulamur* .i. igne tribulatiōis examinamur, hoc fit *pro uestra exhortatione* & pro uestra *salute*, quia nostro exemplo uos hortat deus ad tolerantiā tribulationū, per quas ad æternam salutem p̄ruenietis: *siue consolamur* intus à deo, *pro nostra* id. fit *consolatione* .i. ut uos inde potissimum cōsolemini: *siue exhortamur* à deo, finitis malis, uel data uirtute nobis ad grauiora perferēda, hoc uerū fit *pro uestra exhortatione & salute*: quia & uos deus sic exhortat permanere in fide, & pro ea pati maiora q̄ pertulistis. *quæ* scil. exhortatio *operat* .i. intendit operari in uobis *tolerantiam earūdem passionū, quas & nos patimur*. Vel operat tolerantiā, id ē, operat in hoc, ut seruetis tolerantiam earundem passionū. Siue pro una parte legamus intolerantiam, id ē, grauē tolerantiā. Nam sicut nonnunq̄ impotens dicit ualde potens, ita nūc intolerantia potest dici magna tolerātia. Exhortatio igit quā à deo p nos accipitis, operat in nobis intolerantiam, id est, fortem tolerantiam earundem passionum quas & nos patimur, & ideo hoc fit, *ut spes nostra* quæ est *pro nobis*, id est, qua speramus uestrā salutem, *firma sit* & rata. Nos patimur aduersa, & de uobis spem bonam habemus, *scientes* pro certo *quoniam sicut* nobis *estis socij passionum*, *sic eritis* in futuro seculo socij etiam *consolationis* æternæ, quā

A percepturi sumus. His uerbis multum eos animat Apostolus ad tolerantiam aduersitatū pro christo. Qui & subiungit:

Non em̄ uolumus ignorare uos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, q̄m supra modum grauati sumus supra uirtutē, ita ut tæderet nos etiā uiuere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in deo: qui suscitat mortuos, q̄ de tātis periculis nos eripuit & eruit, in quē speram9, q̄m & adhuc eripiet, adiuuātibus & uobis in oratiōe p nobis, ut ex multarū personis faciem, eius q̄ in nobis est donatiōis, per multos gratiæ agantur pro nobis.

¶ Maiores exponit aduersitates, quas p Christo & aliorū salute passus est, ut cū ipse passus sit tantas, discipuli & alij minores nō recusent pati quaslibet tribulationes, & cōparatione magistri erubescāt discipuli suam dolere iniuriā, cum ma-
B gistrū multa maiora pertulisse cognouerint. Dixi quia nos tribulationes patimur, ut & uos imitemini. Et uere patimur. *Non enim uolumus ignorare uos fratres*. i. ignoretis *de tribulatione nostra*, ne forte doleatis de uestra. Vobis em̄ proficit eā nosse, qa tunc cognoscetis uos parua pati. Pseudo apostoli suas narrant glorias, nos aūt passiones nr̄as. Nolumus ut ignoretis de tribulatione nr̄a, *quæ facta est nobis in Asia* minore, quæ est pars maioris Asiæ, *quoniam supra modū* .i. supra quātitatē oīm p̄cedentium tribulationū, *grauati sumus* pōdere tribulationis illius *supra uirtutem* humanā. Nulla em̄ uir9 humana tm̄ pondus afflictiōis sustinere posset cū uita, nisi humanæ fragilitati uires tribuisset gratia diuina. Et *ita* magnitudine tribulationū sumus oppressi, *ut tæderet nos* non solū sustinere, sed *etiam uiuere*. Nec solū tædebat nos uiuere, *sed ipsi* etiā *responsum mortis habuimus* .i. cū quidā de uita nostra ab alijs quærerent, nihil responsum est illis de uita, sed solūmodo de morte, quia nullus nobis uitam promisit. Responsum, inquā, mortis habuimus non tm̄ in alijs, sed etiā *in nobismetipsis*. i. q̄n rationem nr̄am consuluimus, nullum nobis remedium nisi mortē promisit. Responsum .i. certitudinem mortis in nobisipsis habuim9, q̄m intima nr̄a respōderunt nobis mortē adesse. Vel responsum mortis habuimus. i. mors ipsa respondit nobis & docuit nos oīm auxiliū defecisse: & ab illo solo sperādum esse remediū, cui etiam mortuos suscitare possibile est. *ut non simus fidentes in nobis, sed in deo: qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis eripuit nos*. Tanta insolentia iniquitatis contra fidei p̄dicatores insurrexit, ut mortuos ante oculos haberēt. Denicq; erepti de ipsa pressura, resuscitatos se dicunt. Sic em̄ afflicti fuerant, ut desperarent de præsenti. Sed quia deus præsidia sua non negat in necessitate positis, maxime suis, eripuit illos desperantes de semetipsis, fidentes aut̄ de deo. Nimia em̄ pressura deficere se profitebant, nisi deus adesset. & hoc est, ut non simus fidentes in nobis, sed in deo: qui suscitat mortuos, & uelut à morte nos suscitauit à pressura tribulationis, qui nos de tātis periculis eripuit, & quotidie nos *eruit* ab aduersis. *in quem speramus quoniam & adhuc* nos *eripiet*, *adiuuantibus & uobis* ereptiōem nostram *in oratione* facta *pro nobis*, id est, nō solum cæteri fideles nos adiuuabūt apud deū ut à malis eripiamur, sed etiam uos orātes pro nobis. Ideo nos eripiet orantibus uobis & alijs, *ut ex pſonis multarū facierū* ad deum per prædicationē nostrā conuerlis, *agantur per multos* fideles *gratiæ* deo *pro nobis*: gratiæ, dico, *eiut donationis*, id est, liberationis à periculis *quæ in nobis est*. Q̄m gratia dei eripit nos causa multoꝝ, p quibus & patimur, ideo multi pro nobis gratias deo referant cū eripimur, uel orent cū patimur. Personæ multarū faciei sunt hoīes multarū ætatum & qualitatum diuersarū .i. pueri, adolescentes, iuuenes ac senes ac ueterani utriusq; sexus. Et hæ personæ sunt eius donationis quæ in nobis est .i. per doctrinā nostram factæ sunt participes eius fidei, quā deus nobis donauit. Ideo ex personis ad deū per nos cōuersis, & eius donationis .i. fidei quæ in nobis est, participib9 effectis, agantur per multos
D credentes gratiæ deo pro nobis ab aduersitate ereptis. Vel personæ uocant̄ sancti, q̄ sunt apud deum honorabiles & acceptabiles. Et hi sunt multarum faciei, quia in interiori homine suo habet unusquisq; eoꝝ suam faciē, per quā à deo cognoscitur, id est, intentionem bene agendi: quoniam alius intēdit ad hoc, ut alios prædicando instruat, alius ut eleemosynas tribuat, alius ut frequenter oret, alius ut orantibus subsidia corporis ministret. Et ita suam faciem, id est, suam bonā intentionem habet unusquisq;. & hæ multarum facierum personæ sunt eius donatiōis, i. eius gratiæ nobis diuinit9 datæ, quæ in nobis est; & ideirco ex his agantur gratiæ deo per multos pro nobis, qui eos fecim9 participes donationis nostræ.

Nā gloria nr̄a hæc est, testimoniū cōscientiæ nr̄æ, q̄p in simplicitate cordis & synceritate dei & nō in sapiētia carnali, sed in gra dei cōuersati sumus in hoc mūdo, abundātius aūt ad uos. Nō em̄ alia scribimus uobis q̄ā q̄ legistis & cognouistis. Spero aut̄ q̄p usq; in finē cognoscetis, sicut cognouistis nos ex parte, qa gloria ura sumus, sicut & uos nostra in die domini nostri Iesu Christi.

¶ Ideo, inquit, nō diffidim9 de auxilio dei, sed speram9 quia nos eripiet, quoniam pura est conscientia nostra, quæ testatur nos bono ac simplici animo fecisse quicquid fecimus. Sicut magna pœna est impiorum conscientia, sic magnum gau

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dium est piorum conscientia. Nam etsi diabolus uel homo peruersus falsas eis criminationes impingere quærat, ipsi tamē coram deo intus gloriantur ex bonæ cōsciētiæ testimonio. Vnde nūc gloriam suam Apostolus testimonium conscientiæ suæ memorat: quia fauores oris alieni nō appetēs, uitæ suæ gaudia extra semetipsum ponere ignorat. Ac si dicat: Ideo glorior in tribulationibus, quia conscientia mea me non reprehendit prædicasse causa lucri uel gloriæ temporalis, sed testis est mihi, me pio studio uestrā salutem quæsisse. *Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod* scilicet *in simplicitate cordis & synceritate dei conuersati sumus in hoc mundo.* Hæc est gloria conscientiæ nostræ, simplicitas & syncerita. Simplicitas, qa nihil per duplicitatem fecimus, ut aliud haberemus in corde, aliud in ore, sed totum per simplicem puritatem. Syncerita, quia sine carie, id est, sine corruptione conscientiā habuimus integram. Et hæc syncerita & simplicitas fuit dei, quia syncerit & simpliciter deo placere studuimus in cūctis quæ gessimus, & in eo simplices ac syncerī fuimus. Pseudo autem apostoli non simpliciter, sed dupliciter ambulant: quia per hypocrisim faciunt quicquid boni facere uidentur, &

Etymologia hæc a doctis non recipitur.

B euangelicæ gratiæ miscent carnales obseruantias legis. Nec syncerit, id est, sine carie terebratæ & corruptæ conscientiæ quicquam faciunt. Nos uero conuersati sumꝰ in simplicitate cordis & syncritate dei, *& non in sapientia carnali*, quæ est uoluptates diligere & labores uitare, ac corporis commoda quærere, & hominibus placere, uel secundum naturas rerum & non contra prædicare: *sed in gratia dei*, id est, in gratia euangelicæ prædicationis & sanctitatis, conuersati sumus in hoc mūdo, ubi tot mala fiunt, sed *abundantius ad uos* hoc fecimus, quia nihil unquam à uobis accepimus, cum possemus stipendia sumere de bonis nostris. Pseudo apostoli autem & iuxta mundi sapientiā prædicabant, ne offenderēt homines, & quæstus causa prædicabant. Vnde Apostolus nunquā à Corinthijs uoluit sumptꝰ accipere, ne his occasionē daret accipiendi, & hoc est quod abundantius ad eos (id est, apud eos) in gratia dei conuersatum se dicit, quia cum ab alijs interdū acceperit, ab his nunquam aliquid sumere uoluit, ne sibi autoritatem arguēdi, eos minueret. Vere apud uos abundantius q̄m apud alios conuersati sumꝰ in gratia, id est, gratis oīa uobis ministrauimus: quia mō *non alia scribimus uobis* q̄ ea *quæ legistis* in epistola prior, & quæ *cognouistis* in experientia operum nostrorum, id est, nec per præmissam epistolam aliquid exegimꝰ, nec cum præsentes essemus, quicquam à uobis suscepimus sicut cognoscitis. Et nō solum nūc istud cognoscitis, sed etiā *spero quod usq; in finem* uitæ nostræ *cognoscetis* idem de nobis, id est, nos in eodem permanere, ut nihil à uobis sumamꝰ, *sicut & cognouistis nos ex parte*, non ex toto: quia & scitis quod abstinuimus, non tamen scitis quāta dilectione id fecimꝰ. Ideo cognoscetis nos in hoc perseuerare, *quia nos sumus gloria uestra, sicut*

C *& uos nostra*, id est, per nos gloriam æternam consequi debetis, & nos per uos bene instructos. Quē non esset, si cum offendiculo à uobis acciperemꝰ. Et hæc gloria nobis est futura non in nocte præsentis seculi, sed *in die* & clarificatiōe *domini nostri Iesu Christi*, qua ipse manifestabit omnia, & eius uoluntati nemo resistet. Tunc & uos glorificabimini, quia bene nobis obedistis: & nos, quia uos bū docuimus. Ideo perseuerare debetis in bonis quę cœpistis, & semper meliorari.

Et hac confidentia uolui prius uenire ad uos, ut secūdam gratiam haberetis, & per uos transire in Macedoniam, & iterū a Macedonia uenire ad uos, & a uobis deduci in Iudæam. Cū ergo hoc uoluissem, nunquid leuitate usus sum? aut quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me, Est & Non.

¶ Postquā se cōmendabilē ostendit de tribulationibus suis, unde uilis & abiectus apud quosdam poterat æstimari, purgat se etiam de quadā re, de qua mendax & leuis poterat reputari à quibusdam. In priore eñ epistola promiserat se uenturum ad eos, cum Macedoniam pertransiret, & D apud eos aliquandiu moraturum, & tamē nō uenit. Et inde, quantum ad reputationē quorundā simpliciter intelligētium, uideri poterat mendax & instabilis: sicq; iam apud eos amittebat firmitatem autoritatis. Vnde se excusat, & multis rationibus ostēdit, quia non ideo mēdax æstimari debet quoniam non uenit ad eos, quia non absolute dixit se hoc facturum, sed ait: Si dominus permiserit. Nec est iudicandꝰ mendax, qui dicit falsum quod putat uerum: quia quantum in se est, nō fallit, sed fallitur: & econtra mentitur, qui dicit uerū quod putat falsum: nec est liber à mēdacio, q̄ ore nesciens uera loquitur, sciēs autem uolūtate mentitur. Vestra, inquit, gloria sumꝰ, & uos nostra. Et *hac confidentia*, qua confido quod sumus inuicem gloria aliorum, id ē, quia iam emēdata est uita nostra, ut sit digna nos glorificare, *uolui prius quam* iterē *in Macedoniam*, *uenire ad uos*, *ut ex aduentu meo haberetis secundam gratiam*, qui dudū habuistis primam, q̄n uos ad fidē conuerti, id est, ut haberetis cōfirmationē, quæ est post fidem. Non est igitur ociosum qa uolui uenire, & non ueni. Intelligere eñ debetis, esse aliquos inter uos quorū causa uoluntatem meam non impleui, qui se prius debent corrigere, ut me possint lęti suscipere. Volui ad uos uenire, quos emēdatos desiderabam uidere, *& per uos*, id est, uestro ductu *transire in Macedoniā*; quia licet compēdiosius per aliā uiā illuc ire possem, uestro tamen amore per uos transire disposui: *& iterum a Macedonia uenire ad uos*, ut multipliciter uos confirmarem, *& a uobis deduci in Iudeam*, ut ferrē eleemosynam. Et quia hoc uolui nec impleui, *ergo cū hoc uoluissem, nunquid leuitate usus sum*, ut nō firma ratiōe, sed mētis leuitate hoc uellem,

A & eadē leuitate dimitterem? Nequaq̄ hoc putandum. Nam leuitatis uitio nō succūbo, & idcirco mutabilitatis aura non moueor. Quia nō leuitate, sed consilio feci, ut nō implerē quod disposueram, nec aliud feciq̄ quod faciendū erat: qa utilitas anteponēda est uoluntati, nō uoluntas utilitati, *aut ea quæ cogito, secundū carnem cogito*, i. more carnalium hoīm, qui p̄ terreno cōmodo facile mutant uoluntatē suā. Nūquid carnaliter cogito, ut pro carnali cōmodo uenire disposuerim, & quia nō erat, dimiserim? Non. Qui enim sēm carnem cogitat, tunc non implet quod disposuit, q̄n aut amplioribus personis differt, aut certē lucris aut apparatibus uincit. Spūalis autē tūc dispositum non implet, q̄n prouidentius aliquid pro salute animæ meditat. Sic & ego idcirco nō impleui q̄ uolueram, ut uos per hoc ipsum efficeremini meliores, scientes me propterea distulisse, quia quidā adhuc inter uos non se purificauerant à peccatis. Nunquid sēm carnem cogito, *ut* per hoc *sit apud me, Est & Non?* i. affirmatio & negatio de eadē re p̄ inconstantiam animi, scilicet ut sit in me duplicitas, & in uerbis meis contrarietas. Nequaquam.

Fidelis aūt deus, qa sermo noster qui fuit apud uos, nō est in illo. Est & Nō,

B sed Est in illo est. Dei enim filius Iesus Christus, qui in uobis p̄ nos p̄dicatus est, per me & Syluanū & Timotheum, non fuit in illo Est & Non, sed Est in illo fuit. Quotquot enim promissiones dei sunt, in illo Est. Ideo & per ipsum dicimus, Amen deo ad gloriā nostrā.

¶ Nō est in sermone meo cōtrarietas, ut quod affirmaui, negē dicendo Est & Non. sed *deus est fidelis*, i. uerax, qui per os meū loquit, *qua sermo noster qui fuit apud uos*, i. quem loquimur ad uos: uel q fuit apud uos, id est, quem locuti sumus uobis in conuersione uestra, dum moraremur apud uos, non est fluctuans & mendacijs permixtus, sed stabilis & uerus: quia *non est in illo Est & Non*, id est, ambiguitas & uariatio, *sed Est in illo est*, id est, certa puræ ueritatis assertio. Nam quod dixi me uenturū ad uos, idcirco distuli, quia nondū estis bene correpti, ut in aduentu meo possitis lętari: & ideo nō in me, sed in uobis remansit quod non ueni: sed semper habui uoluntatem ueniendi, & nūquam fuit in me uelle & non uelle, sed est semper in me uelle. Et ita non uariatur sermo meus, sed in affirmatione sua permanet. Non est in sermone meo Est & Non. Nam *dei filius Iesus Christus, qui in uobis p̄ nos prædicatus est, per me & Syluanum & Timotheum*, id est, quem uobis prædicauimus ego & Syluanꝰ (id est, Sylas) & Timotheus, *non* habet in prędicatione sua Est & Non. i. duplicitatē, ut aliquid ibi nunc affirmetur, & nūc negetur: nec *fuit* unq̄ *in illo Est & Non, sed Est in illo fuit*, id ē, certa affirmatio cōsummatæ ueritatis. Quod si mendaces essemus, tunc ipse mēdax esset, quia hoc tm̄ prædicamus,

C quod ille docuit. Sed ille non docuit de eadem re dicere, Est & Non est: quia non fuit in illo, Est & Non ē, ac per hoc nec in nobis. Nō est in illo Est & Non. i. duplicitas uel falsitas: sed Est in illo fuit .i. ueritas & immutabilitas, sicut Moysi dixit: Ego sum qui sum. Ille enim uere est, qui semper idem ipse est, & immutabilis permanet. Vel in illo est fuit, i. rata assertio eorū quæ temporaliter in hoīe gessit. Nō fuit in illo Est & Nō, sed Est in illo fuit, quia nunc̄ aliud uoluit, q̄m hoc q̄ est utile. Semp enim uolūtas eius cū utilitate est, nec immutatꝰ est ut faceret inuitus sicut hō quod utile, aut ut ambigeret de aliquibꝰ & mutaret uoluntatē. Vere non est in eo ista uarietas, sed immutabilis firmitas: quia *quot quot promissiones dei sunt*, id ē, quotquot promissiones per legē & prophetas deus pater fecit, *in illo Est* sunt. i. essentiam habent in illo, quia omnes adimpletæ sunt, uel adimplentur in illo. Oīes promissiones dei in illo firmatæ sunt & exhibitæ, quia in illo completum est quicquid pro salute nostra prophetatum est. Et ideo patet quia in sermonibus suis uel per se uel p̄ nos mendax non fuit, per quem pater uerax apparuit. Et quia dei promissiōes habēt in illo esse. i. consistūt in illo atq; cōpletæ sunt, *ideo p ipsum est Amen*, id ē, ueritas *deo* patri, quia per ipsum uerax esse probatur, *ad gloriam nostrā* per quos hoc manifestat. Manifestum ē quia in deo ueritas est, hoc est, amē, manifestata per Chīm, & post p̄ apostolos p̄dicata, signoꝝ uirtutibus testimonium perhibētibus ȳā esse per chīm, q̄ promisit deus, & est sensus: Oīs ueritas promissionū in Christo est, q̄ per nos annunciat. Vñ & nos gloriam habemꝰ, q̄m uera dicere comprobamur. Gloria enim apostoloꝝ fuit, magistrū ueracē in quo promissiones dei cōpletæ essent, prædicare, & miraculis sua dicta firmare. Qui aūt cōfirmat nos uobiscū in Christo, & qui unxit nos, deus, & qui signauit nos, & dedit pignus spūs in cordibus nostris. Ego autem testem deū inuoco in animā meam, q̄ parcens uobis non ueni ultra Corinthū. Non qa dominamur fidei uestræ, sed adiutores sumus gaudij uestri. Nam fide statis.

Exod. 3.

¶ Gloriam uīam dixi, non tm̄ nobis tribuo, sed qui confirmat nos, deus est. Vel ita: Nos per Christū dicimꝰ Amen deo. i. ueracē laudamus eū: sed *qui nos in Christo confirmat, deus est*. Et ideo totū ab illo est. Sed & nos ueraciores inde sumus, qa ipse nos in ueritate quæ Chīs est, cōfirmat. Deus est, q̄ nos confirmat in Chīo. i. in uera p̄dicatione Christi, ut simꝰ in eo stabiles & firmi, ne unq̄ ad uerbum falsitatis declinemus. Confirmat nos, & hoc *uobiscū*. Hoc per ironiā dici uidet. Ac si dicat: Si uobis constat de confirmatiōe uīa, tunc etiā constet de nostra, qui non minꝰ quām uos, sumꝰ in Christi ueritate confirmati. Magis enim cōstat de confirmatione doctorum, quām de discipulorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A qui p doctores sunt cõfirmati. Vel cõfirmat nos uobiscũ, i. Iudæos cũ gentib9 sodidat in fide Christi. *& qui unxit nos*. i. Christos fecit unctione sancti spũs in baptismo. Vnxit nos in reges & sacerdotes, quia reges & sacerdotes ungebant dũ cõstituerent, *& q signauit nos* i. discreuit nos ab infidelib9 signo crucis, qđ nostris frõtibus imposuit. *& dedit in cordibus nostris pignus spũs*, qñ per impositionem manuum accepimus spm sanctũ in pignus futurę beatitudinis. Qui enim mortalib9 adhuc spm suum dedit, dubium non est quin immortalib9 addat gloriam. Ad hoc enim pignus accipimus, ut de promissione q̃ nobis fit, certitudinẽ teneam9. Donum ergo sancti spũs pignus dicitur, quia per hoc anima nostra ad interioris spei certitudinem roborat. Donum autẽ sancti spũs habet quisquis igne charitatis ardet; & ideo se ad æternam beatitudinem peruentur9, si perseuerauerit, non dubi-
Psal. 33. tet. Qui uero necdum gustauit qm dulcis est dñs, & amorem charitatis non sentit, adhuc sine pignore est, nullã futurę beatitudinis certitudinem habet. Dixi quia deus nos in Chro qui ueritas ẽ, confirmat, ut in ueritate firmiter maneamus, nec in eius doctrina quicq̃ mentiamur. Sed *ego quod ultra non ueni Corinthum*, non feci mentiens, sed potius *parcens*. i. nolens uos ferire, qui nondum estis correcti. Et inde *testem inuoco deum in animam meam*, ut ipse inspiciat si uerę dico, & sit mihi testis: si aũt
B mentior, puniat. Nunc manifestat qua causa, cũ uoluisset ire ad illos, distulit, scil. ut tunc iret, qñ iam prope oẽs emẽdatos inueniret. Illis enim nũc loquitur, qui uidebant uelle se corrigere, sed operam non dabãt ut hoc implerẽt. Quia ergo corripere illos necesse erat, iter suum ab illis auertit, ne contristaret multos, uel in seditionem uerteret aliquos; & ita pepercit illis, ut ipsi sua sponte corrigerentur antequam ueniret. Quod ut mentibus eorum commendet, deum testem dat, ne putent se conteinptos ab illo. Quo comperto, ut præsentiam eius mereantur, emendẽt se. Et hoc est, Parcens (inquit) uobis non ueni ultra Corinthũ post primam uicem, id est, ultrã primam uicem nõ ueni ad nos, ne cõpellerer uos ferire. Et ne indignarentur quasi de domino, addidit, Dixi Parcens: *non qa dominamur uestræ fidei, sed quia sumus adiutores gaudij uestri: Fide* enim *statis*, Ac si diceret: Ideo non dominamur fidei uestræ, quia fide statis. Non em̃ plati, sed æquales uobis sumus, in quo uos stare cognoscim9. Hoc loco se prælatum ignorat Apostol9. Sed superius cum grauem fornicatoris culpam agnouisset, ilico magistrum se esse recoluit,
2. Cor. 4 dicens: Quid uultis? In uirga ueniã ad uos? Summus enim locus b̃n regit, cum is qui præest, uitijs potius q̃ fratribus dominat. Quia ergo fides nõ necessitatis, sed uoluntatis res est, non dñamur, inquit, fidei uestræ. Dominatus enim, necessitatis causa est. Non dominamur uestræ fidei, quæ coactionem pati non potest; sed sum9 adiutores gaudij, quod in emendatione estis habituri, quia uobis emendare uolentibus admonitionem ministramus, ut quod cœpistis uelle, possitis implere & bene correcti, cum uenero, gaudium habeatis, atq; tandem in regno cælesti gaudeatis. Ideo non dñamur uestræ fidei, quia fide statis, quæ per dile- C *Calui.*
ctionem operatur, non per dominium cogitur.

CAPVT II.

STatui aũt hoc ipum apud me, ne iterum in tristitia uenirẽ ad uos. Si em̃ ego contristo uos, & quis est qui me lę tificet, nisi qui contristat ex me? & hoc ipsum scripsi uobis, ut non cũ uenero, tristitiam super tristitiam habeam, de qbus oportuerat me gaudere, cõfidẽs in oĩbus uobis, quia meum gaudiũ omnium uestrum est. Nã ex multa tribulatiõe & angustia cordis scripsi uobis per multas lachrymas, non ut cõtristemini, sed ut sciatis quam charitatẽ habeam abundantius in uobis.

¶ Dixi quia peperci uobis in eo qđ nõ ueni, ne opus esset ut uos aspere tractarem. Nec solum retardaui iter meũ parcendo uobis, sed *statui hoc ipsum apud me*. i. decreui in corde meo, ut nõ ueniẽ ad uos iterũ in tristitia, id est, ut aduentum meum differrem donec essetis correcti, ne ueniens cõtristarer iterũ de incorrectione uestra, qui nunc contristor de peccatis uestris. Vel qui semel ad uos ueni, qñ uos ad fidẽ conuerti, statui *ne iterũ uenire ad uos in tristitia*. i. ne uos contristarem corripiẽdo quosdam cum iterũ uenirẽ. Ideo statui non uenire, ne iterũ tristitiam haberẽ, uel ne iterato aduentu meo uos contristarem: quia *si ego* nunc per epistolam *uos contristo*, quasi & uos me per peccata contristatis, *quis est qui me* cum uenero lætificet, *nisi qui* nunc *contristatur* ad pœnitentiam *ex me* contristaro. i. ex eo quod me suis peccatis contristauit, uel ex me. i. ex meis uerbis. Si ego nunc in absentia mea uos ad tristitiã & lachrymas pœnitẽtiæ commoueo, certus sum, quia cum uenero, gaudebo. Quis em̃ est q me secũ lætificet, nisi qui mõ ad pœnitẽtiæ tristitiam conuertit ex me quẽ contristauit? Cõtristari em̃ debetis, nõ solũ quia peccastis & deum offendistis, sed etiam quia me magistrũ peccando cõtristatis. *Et hoc ipsum* quod nemo me lætificat nisi qui contristat ex me, *scripsi uobis* nũc, *ut* hoc sciẽtes deflentis mõ peccata ura, ne *cũ uenero, tristitiam super tristitiam habeam*. i. contrister iterum de uobis, sed gaudeã. Siue hoc ipsum, quod parco uobis non ueniens, & quod statui non uenire, in tristitia scripsi uobis, ut interim cito cõuertamini ad luctum pœnitẽtiæ, ne cum uenero, tristitiã habeam de incorrectiõe uestra, super tristitiam quã habeo de peccatis uestris. Non addatur mihi tristitia de uobis, *de quibus oportuerat me gaudere*, non solũ nunc, sed olim quando me cõtristastis, & sic grauiter peccastis. Scripsi uobis, & hoc feci *confidens in omnibus uobis*, q̃ ultra non habeam tristitiã

A de uobis, & uidete ne frustra cõfisus sim, *quia gaudium meũ est omnium uestrũ*. i. gaudium meũ est pusificatio uestra, & profectus uester uos ipsos lætificans in dño. Dixi ne tristitiam de uobis habeam super tristitiã pristinam. Nã grauẽ passus sum tristitiam ex deformitate uestra, quã peccando contraxistis: quia primã epistolam *scripsi uobis ex multa tribulatione & angustia cordis* mei. i. ex multo dolore multaq; solicitudine mẽtis pro nostro casu. scripsi *p multas lachrymas*, quæ foris oñdebant internum animi dolorem. Et scripsi aspere uos reprehendens, *non ut contristemini* ex uerbis meis, *sed ut sciatis quam charitatẽ habeam abũdantius in uobis*. i. q̃ magno dilectionis affectu uestrã salutẽ quærã, cupiens uos ã peccatis eripere & Chro reddere. Quisquis aliquẽ hoc affectu corripit, ut plus illo doleat pctm̃ eius, non utique ut illum contristet, corripit, sed ut ostendat illi quo amore diligat eũ. Qui autẽ non hoc affectu corripit, contristat fratrem. Insultat enim, qui non condolet fratri.

Si quis aũt contristauit me, nõ me contristauit, sed ex parte, ut non onerem oẽs uos. Sufficit illi q eiusmodi est, obiurgatio hæc q̃ fit a pluribus, ita ut e cõ
B trario magis donetis & consolemini, ne forte abũdãtiori tristitia absorbeat qui eiusmodi est. Propter q̃d obsecro uos, ut cõfirmetis in illũ charitatẽ. Ideo em̃ & scripsi uobis, ut cognoscã experimentũ ũm, an in oĩbus obediẽtes sitis. Cui autẽ aliquid donastis, & ego. Nã & ego qđ donaui, si quid donaui, propter uos in persona Christi, ut non conueniamur a satana. Non enim ignoramus cogitationes eius.

¶ Ego tristitiã habui. Sed *si quis* peccans *contristauit me, non me* solũ *contristauit, sed* & uos ipsos *ex parte*, id ẽ, quosdã ex uobis, hoc est, bonos & correctos, qui de pctõ fratris doluerũt. Ideo dico uos *ex parte contristatos, ut non onerem omnes uos*. i. ut onus tristitiæ non omnibus uobis imponã, quia nõ oẽs syncere iustitiam diligitis, ut pro pctõ contristari uelitis. Hic reprehẽdit illos, qui de grauissima morte animæ fratris non doluerunt. Potest & ita intelligi: Non me cõtristauit ex toto, sed ex parte, ut non onerem oẽs uos magnitudine tristitiæ meæ, si ex toto contristatum me dixero. Ipse me contristauit, & tñ parcite illi. *Sufficit* em̃ *illi qui est eiusmodi*. i. qui tã grauiter deliquit, *obiurgatio hæc quæ fit a pluribus*. Magnum enim dolorẽ patit, qui delictum suum uidet ã pluribus horreri & argui. Et quia talis facile desperaret, sufficit illi obiurgatio multorum, id ẽ, sufficiens medicina est ad euacuationem culpæ illius sola obiurgatio qua illũ obiurgastis. Et *ita* sufficit, *ut* non amplius eum exasperetis, sed *magis* id est, potius *e contrario* condoneris ei: quia quanto ã pluribus ẽ obiurgatus, tanto magis est illi condonandum. Nunc reuocat eũ C
quem satanæ tradiderat, & ecclesiæ membris associat. Quod utiq; non faceret, nisi processu tem- *2. Cor. 5.*
poris dignos in eo pœnitentiæ fructus præuidisset, & nisi caro illius iam præscriptum interitum pertulisset, peccato scilicet, & uitijs mortua, ut sic deo uiueret. Condonate illi & consolamini illũ, id est, nunc estote prompti ad ignoscendũ & consolandũ, sicut tunc fuistis ad obiurgandũ & eijciendum, *ne forte qui eiusmodi est*. i. qui sic obiurgatus & abiectus est, *absorbeatur abundantiori tristitia*, id ẽ, mergatur fluctibus immoderatæ tristitię, si ei diutius uideret ã cunctis abijci, & desperans de se, det animũ ad mundũ fiũdum, quasi qui locũ apud deũ iam non habeat. Hoc est enim absorberi maiori tristitia, desperantẽ de se conuerti ad admittenda pctã, quibus grauat9, absorbetur ã morte secunda. Ideo consolamini illum post obiurgationem, qm̃ pœnitentia si de uero animo est, id est, si ille qui corripitur, statim animo doleat, protin9 habet fructũ. Et uera pœnitentia est, iam cessare ã pctõ. Sic em̃ probat se resipiscere & dolere, si de D
cætero desinat. *Propter quod*, id est, ne p nimis asperam correctionem absorbeatur fluctu uehementionis tristitiæ, & cadat in barathrum desperationis, ego qui iubere possem, *obsecro uos*, ut recipientes eum in communionem, *confirmetis charitatem* uestrã *in illum*, ut firma fiat charitas qua illum diligitis, & affectus uestræ dilectiõis firmiter in eum transire probetur per dulcedinem piæ consolationis. Vel in illo confirmate charitatem eius uestris exhortationibus, quæ nunc propter hãc mœstitudinem infirma & uacillans est. Et debetis hoc agere. Nam *ideo & scripsi uobis*, id est, scripto persuadere id studui, *ut* in hoc *cognoscam experimentum uestrum*, id est, cognoscam quale fuit illud quod expertus sum, uos obedisse mihi in eius excommunicatione, hoc probem & sciam, utrum bono an malo animo expulistis eum. Expertus sum enim uos fuisse obedientes in eius abiectione, sed illud experimentũ cognoscere uolens, scripsi uobis de cõfirmatione charitatis: quia si nunc in reconciliatione apparueritis charitatiui in eum, tunc cognoscam quod non odio, sed charitate libenter eum abiecistis. Experimentum uestri uolui cognoscere, probans *an in omnibus sitis obedientes*, id ẽ, an ita nunc obedientes in recipiendo & consolando, sicut obedistis in ejciendo & obiurgando, uel etiam sicut obedistis emendando illa quæ ad ecclesiasticum ordinem pertinent. Moneo uos clementes in eũ fieri, sed uos iam in cordib9 uestris condonastis ei, qm̃ audistis eum aspera egisse pœnitentiam. & *cui uos aliquid donastis, & ego* illi cõdonaui. Et uere hoc feci sicut & uos. *Nam & ego quod* illi *donaui*, id est, cõdonaui, *si quid ei* donaui, hoc feci *propter uos*, quos super eum pie cõmotos agnoui. Quod tñ de sanctuoribus utris intelligitur, non de multitudine carnalũ, q uiscera pietatis adhuc nõ habebant, & ideo mouentur ad misericordiã. Propter uos qui spũales estis, pie cõdoluistis ei, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ego cõdonaui illi. Et ne irrita uideatur huiusmodi condonatio, quæ propter amicos facta est, ego *in persona Christi* hanc feci, id ẽ, ac si ipse Chr̃us illi condonaret. Et hoc feci *ut non circũueniamur a satana*, id est, ne decipiamur ab aduersario, ut p̃ nimius asperam pœnitẽtiam quã illi imposuimus, faciat eũ desperare. Et debemus artes inimici præcauere, quia non ignoramus eius astutias, quibus nos & illum cogitat perdere. Nam consolatio debet subsequi fratrẽ delictum flentẽ, ne diu contristatus & contempt9 à charitate ecclesię, incipiat desperare de se: & uidẽs qui semp in insidijs est, subtilis diabolus mentẽ eius uilẽ effectam, accedat & suggerat ei, ut uel præsentibus fruat qui de spe futuri p̃mij deiect9 est, & pereat possessus à diabolo, cui ad hoc pœnitẽtia data erat, ut cõuersus reformaret se. Notandum q̃ studiose unitatẽ cum discipulis seruet Apostolus. Dum enim cognouisset eos super hunc fratrem iam misericorditer motos, quia bene egerat pœnitentiam, ait: Cui aliquid donastis, & ego. Ac si diceret: A bono uestro non dissentio, meũ sit quicquid ipsi fecistis. Atq; mox subdidit, Et ego si quid donaui, propter uos. Ac si diceret: Vestris actib9 bonum addidi, quicquid propter uos misericorditer feci. Vestra ergo est utilitas, bonitas in ea mea est: utilitas bonitas uestra. Qui ipsam mox compagem cordium, in qua sic tenetur, adiungẽs, subdidit: In persona Chr̃i. Cui uelut si dicere præsumamus, quare te ita caute discipulis copulas, quare uel te illorum, uel illos tuis actionib9 tam solicita mente cõformas, illico subiunxit: Vt non circũueniamur à satana. Ideo enim tanta humilitate uoluntate eorũ in parcẽdo se sociat, quia solicito prouidẽtiæ oculo attẽdit, q̃d plerunq; dũ alter donat, alter irascitur, & quale est iam misericordię sacrificium, qđ cum discordia proximi offertur? Vnde recte dr: Vt non circunueniamur à satana, *non enim ignoramus cogitatiões eius*. Quia uidelicet inde in alterius corde rixæ malum solet immittere, unde in alterum conspicit pietatis negocium fecisse. Imperfectum enim bonum est quod sic agitur, ut quid ex alio latere malum subrepat, non attendatur, nisi forte hoc quod sine cuiuspiam scandalo fieri non potest, culpa sit non fecisse. Iure ergo malum discordiæ in bona actione sua præcauẽs Apostol9, ut non circunueniamur, inquit, à satana. Qui scilicet solet de bonis mala generare, & hoc quod p̃ charitatem agitur, ad discordiam trahere. Potest hoc & de alio sic intelligi. Dixi ut in p̃dicto pœnitentiæ confirmetis charitatem, sed hoc libenter debetis propter me facere, quia ego propter uos similia feci. Quia si alicui reo donastis, id ẽ, condonastis aliquid culpæ, & ego pro uobis similiter feci. Ideoq; iustum est ut & uos huic pro me ignoscatis. Nã & ego quod donaui, si cui aliquod peccatum donaui, propter uos hoc feci, id est, precibus uestris annuens. Hoc dicto grauat illos. Quia si magister petentibus donauit discipulis cui uoluerunt, peccatum, quanto magis obedire debẽt discipuli magistro, ut ei donent cui rogat ipse? Et

Loc9 obscurus.

B

ut ratum ei cui donauit, ostenderet apud deũ, ait in persona Chr̃i se donasse quod donauit. i. uice Christi qui ait, Quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis. Si ergo huic pro quo petierũt Apostolum, ipse pro Christo ignouit, quanto magis illi ignoscẽdum erat, cui ut donent, & ipse hortatur: Donate, inquit, sicut ego donaui, ne per discordiã circunueniamur à satana: quoniam si causa uestri nõ donarẽ, & uos causa mei, iam inter uos discordia fieret, & mutua charitas depiret, & sic noster aduersarius uictor exultaret. Nõ ẽm ignoramus, q̃ callide mala contra nos incessãter exquirat.

C

Loc9 ob.

Cum uenissem aũt Troadem propter euãgelium Christi, & ostiũ mihi apertum esset in dño, non habui requiem spiritui meo, eo q̃ nõ inuenerim Titũ fratrem meũ: sed ualefaciens eis, profectus sum in Macedoniã. Deo autẽ gratias, qui semper triũphat nos in Chro Iesu, & odorẽ notitiæ suę manifestat p̃ nos in omni loco; qa Chr̃i bonus odor sumus deo in his q̃ salui fiũt, & in his q̃ pereũt: alijs quidẽ odor mortis in mortem, alijs aũt odor uitæ in uitam. Et ad p̃ hæc quis tam idoneus? Non enim sumus, sicut plurimi, adulterantes uerbũ dei, sed ex synceritate, sicut ex deo, coram deo in Christo loquimur.

¶Narrat Corinthijs q̃ passus sit, & qũo in cunctis deo gr̃as agat, ut sub exẽplo sui illos prouocet ad certandũ. In Asia, inquit, passus sum grauissimam (ut supradixi) tribulationẽ. Sed & *cũ uenissem Troadem*, non quieui. Vel ita: Non solum propter p̃dictas causas nõ ueni, s. ut nõ ueniendo parcerem uobis, & ne tristitiã sup̃ tristitiam haberẽ: sed etiã ideo, quia Titũ quem miseram ad uos, ut renũciaret mihi si essetis correcti, cũ Troadẽ uenissẽ nõ inueni, sicut illic dispositerã: ideoq; mihi scies de correctione uestra, nõ potui ad uos uenire. Sed & alijs graue damnum incorrectio uestra fecit, q̃m ego Troadẽsib9 par̃ proficere sine Tito potui, quẽ uestra incorrectio detinebat. Sicut eũ uestra fuit, q̃ non ueni Corinthũ: sic q̃d non profeci in Troade, dũ apud uos impedit9 morarer Titus, sine quo non poterã ibi proficere. Et hoc est: Veni (inq;t) Troadẽ, q̃ prius Troia uocabatur, ut euangeliũ Chr̃i in Asia p̃dicarem. Cũq; *mihi ostiũ apertũ esset in domino*. i. plurimi credidissent, siue p̃ signa atq; uirtutes, q̃ in me operebat deus, spes eis fidei nascẽtis, & in dño succrescentis, *non habui requiem spiritui meo*. i. speratam consolationem interuenire nõ potui indeo q̃, *Titum non inuenerim*, sicut ante condixeram9. Ostiũ ẽm appellat aditus uel opportunitas p̃dicandi, siue qa deus aperuit corda eor̃ quib9 ille p̃dicabat: & ut beatus Hiero-

A nymus loquitur, cum Apostolus haberet sanctarum scientiam scripturarũ, sermonis diuersitũq; linguarum possideret, diuinorum sensuum maiestatem non poterat Græci eloquij digno explicare sermone. Habebat ergo Titum interpretem, sicut beatus Petrus Marcum. Et ideo contristatus est, quia prædicationis suæ fistulam organumq; p̃ quod Christo caneret, in præsenti non inuenerat. Est & alia fortasse probabilior causa, cur Titũ ab esse doluerit, quia solus non poterat & fideles instruere, & perstrepentibus incredulis repugnare. Quamuis enim quidam eorum aperuissent corda sua ad suscipiendum dei uerbum, impudẽtia tamẽ infidelium non minima exurgebat in Apostolum zelo credentium. Et hæc ab uno impleri non poterant, ut & credẽtes instruerer, & infidelibus resisterem: ideoq; labor erat intolerabilis, cũ deesset solatium Titi. Et ideirco recessit inde, uale faciens eis qui crediderant, in quorũ scilicet cordibus euangelizanti apertum est ostium. Et hoc ẽ, non habui requiem spiritui meo, id ẽ, non potui satisfacere uoluntati meæ, quia ibi sicut sperabã non inueni Titum, qui ibi necessarius erat, quoniam ipse lingua eorum fotassis expressius uti poterat: *sed ualefaciens eis* qui erãt conuersi, *profectus sum in Macedoniam*, si forte uel ibi Titum inuenirem, ut haberem interpretationis euangelijq; solatiũ.

B Ergo illuc porrexi, & ibi quoque multa pertuli. Sed *deo gratias ago, qui* non sinit nos deficere, sed *semper triumphat nos in Christo*, id est, triũphare nos facit. Vel triumphat de nobis, siue triumphum suum per nos agit. *Et odorem*, id ẽ, bonam famam notitiæ suæ per nos ubiq; spargit. Apostolus multa perpessus aduersa, gratias agit deo in Christo Iesu, quem gentibus prædicabat, quod dignum se elegerit triumpho filij sui. Triumphus dei est passio martyrũ, pro Christi nomine cruoris effusio, & inter tormẽta lætitia. Cũ enim quis uiderit tanta perseuerantia stare martyres atq; torqueri, & in suis cruciatibus gloriari, odor notitiæ suæ disseminat in gẽtes, & sibi tacita loquitur cogitatio, quod nisi uerum esset euangelium, nũquam sanguine defenderetur. Hoc etiam ẽ domini apostolos triumphare in Christo, uictores illos facere in fide Christi, ut calcata perfidia, trophæũ haberet fides, dum ex perfidis fiunt fideles, & maleuoli non proficiunt insequendo fideles. Odor autem notitiæ dei per signa & prodigia manifestatur, dum uera esse prædicatio dei uirtutis testimonio comprobat. Quæ scilicet prædicatio p odorẽ designatur, quia cum deus non uideatur per hæc quæ uisibiliter operatur, in apostolis esse intelligitur, ut ueritas doctrinæ manifestetur. Sicut ẽm quædam res cum non uideantur, per odorem tamen agnoscuntur, ita & deus qui inuisibilis est, per euangelicã prædicationem uoluit agnosci, q̃ inuisibiliter ad aures, sicut odor ad nares perueniret. Et notandum quia hucusque locus est de suis tribulationibus, & cur Corinthum non uenerit. Hinc uero incipit se commẽdare & pseudo apostolos deprimere. Et quicquid nunc dicit de se, to-

C tum ab illis est remouẽdum. Odorem, inquit, id est, suauẽ famam *notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco*, id est, ubicunq; prædicam9: *quia sumus odor Christi bonus* & suauis *deo*, etsi non ita uobis. Odor Christi, id est, puritas nostræ conuersationis Christum redoler, & prædicationis longe, late q̃ spirat fragrantia. Et sumus odor bonus *in his qui saluifiunt, & in his qui pereunt*. Nam quia homines suo arbitrio derelicti sunt, neq; enim bonum necessitate faciunt, sed uoluntate, ut credentes coronã accipiant, & increduli suppliciis mancipentur: ideo noster odor qui per se bon9 est, uirtute eor̃ & uitio qui suscipiunt, siue non suscipiunt, in uitam transit aut mortem: ut q̃ crediderint, salui fiant: & qui non crediderint, pereant. Nec mirum, cũ & solis radios tam munda loca excipiant quãm immunda, & sic in floribus ut in stercore luceant, nec tamen polluantur inde radij solis. Ita & Christi bonus odor, qui nunquam mutari potest nec suam naturam amittere, credentibus uita est, incredulis mors. Bonus Christi odor, prædicatio ueritatis est. Quẽ odorem in uitã capit, qui euangelio moribus bonis seruit & congruit. Mortem incurrit, cuius ab his quæ bene loquit, uita dissentit. Quæ conditio etiam auditores adstringit, cũ recta prædicatio ab alijs p incredulitatem audiẽ in mortem, ab alijs per fidem suscipit in salutem. Bon9, inquit, odor sum9, & horum respectu qui inde saluanť, & horum qui contemnentes pereunt; quia bona intentiõe facimus. Siue enim consideraueris saluatos prædicatiõe nostra, siue perditos contẽptu eius, nos tamẽ deo semper uidemur bonus odor, quoniam ipse uidet intentionẽ, id est, quid intẽdamus dum loquimur, scilicet qa intendimus ut omnes auditores salui fiant, nõ ut aliqui ex illis pereant: & ideirco sum9 deo bon9 odor. Sed hominibus *alijs quidẽ* uidemur *odor mortis*, quia p̃dicamus crucem. i. ministri mortis æstimamur: *alijs autem odor uitæ* credimur. i. odor spiritãs uitam per saluatoris prædicationẽ. Et utriq; fit iuxta quod æstimant. Nam quibus æstimamur odor mortis, æstimatio hæc uertit eis *in* æternam *mortem*: & quibus uidemur odor uitæ, fides eor̃ ducit eos *in uitam* æternam. Hæc ita deus per nos operat. *Et ad hæc quis* est *tam idoneus*, ut intelligat qũo facit deus miris modis, ut bono odore & boni uiuant, & mali moriant? Paulum apostolũ bñ agentem, bñ uiuẽtem, iustitiam uerbo prædicantem, opere demonstrãtem, doctorem mirabilẽ, fidelem dispositorem, fama usquequaq; disseminabat. Quidam diligebant, quidam inuidebant. Illi qui diligebant, bono odore uiuebant: illi qui inuidebant bono odore peribant. Ideo perditoribus non malus odor, sed bonus erat. Inde enim magis inuidebant, quia tã bona gratia præualebat. Nemo enim inuidet misero. Erat enim gloriosus in prædicatione uerbi dei, & uiuens secundum regulã præceptor̃ dei. Et diligebãt eũ, qui in illo diligebant bonum (qui seminabatur) odorẽ. Alij aũt quãto magis ei inuidebant in gloria p̃dicationis & in uita inculpabili, tanto magis

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A inuidia torquebantur & occidebant bono odore. Quisquis enim inuidet gloriosæ famæ Christi uel alicuius sancti, bono odore moritur: qui autē diligit eam, bono odore uiuit. Quia ergo difficile est intelligere, qua ratione quis bono odore pereat, uel quia occultis dei iudicijs, quæ in hac uita ab hominib⁹ comprehendi non possunt, agit ut eodem bono odore alij uiuant & alij moriantur, recte dicitur: Et ad hæc quis tam idoneus? Ac si dicatur: Idonei quidem sum⁹ ad hæc consideranda quia fiant, sed idonei nō sum⁹ ad hæc inuestiganda cur fiant. Quis est tam idoneus ad hæc discutienda, ut inueniat cur ita fiant? Vel quis est tam idoneus ad hæc intelligenda, ut cognoscat quō bonus odor alios uegetat, & alios necat? Id est, quis est, idoneus intelligere quàm iuste fiat q̄ deus ait, Ego uenī ut qui non uident, uideant: & q̄ uident, cæci fiant? ipsa est enim altitudo diuitiarum sapientiæ dei, qua facit ex eadem massa, aliud uas in honorem, aliud in cōtumeliam. Vere (inquit) bonus odor sum⁹ deo, quia non sum⁹ adulterantes uerbum dei, i. falsa illi admiscentes, & p̄ uoluptate, non pro gignenda prole semen uerbi fundentes. Vel contra falsos apostolos & contra mercenarios dicit, & ad hæc quis tam idoneus? id est, ad hæc q̄ per uos deus agit, quis est tā idoneus ut uos? Difficile enim dign⁹ præco uirtutū Christi inueniri potest, qui in annūciādis illis nō suā, sed eius gloriam quærat: nec sua lucra, sed dominica cogiter. Et uere nullus præter nos est ad hæc tam idoneus. *Non enim sumus adulterātes uerbum dei, sicut plurimi*, id est, sicut pseudo apostoli & mercenarij, qui uel corrūpunt admixtione falsitatis sensum diuinæ prædicationis, uel ex ea quærunt uoluptatē lucri carnalis. *sed ex synceritate*, i. ex sincera intentione, non pro quæstu loquimur, & *sicut ex deo* habētes quicquid dicim⁹, *coram deo loquimur* id est, illi soli, & non hominibus placere ex nostra loquutione q̄rimus: & loquimur *in Christo*, nunc̄ excedentes, ut pseudo, qui de legali obseruantia & seculi philosophia cū euangelio Christi loquebantur. Adulter in carnali coitu, nō prolem, sed uoluptatem quærit. Et per uersus quisq̄ ac uanæ gloriæ seruiēs, recte adulterare uerbū dei dr̄: quia p̄ sacrum eloquiū non deo filios gignere, sed suā scientiā desiderat ostentare. Quē enim libido gloriæ ad loquendū trahit, uoluptati magis q̄ generationi operā impēdit. Adulterare nāq; uerbum dei, est aut aliter de illo sentire q̄ est, aut ex eo nō spiritales fructꝰ, sed adulterinos fœtus q̄rere laudis humanæ. Ex synceritate uero loqui, est nil in eloquio extra quod oportet q̄rere. Sicut ex deo autē loquit, qui scit non se à se habere, sed ex deo accepisse quod dicit. Coram deo uero loquit, qui in oīi q̄d dixit, nō humanos fauores appetit, sed oīipotentis dei p̄sentiæ intēdit: nec suā, sed autoris gloriā requirit. Et in Chr̄o loquit, cuius sermo tot⁹ in charitate p̄fixit, ut nec mēdax sit, nec aliud q̄ Chr̄m prædicet. Qui autē scit quidē ex deo se accepisse q̄d dicit, & tñ dicendo propriā gloriam q̄rit, sicut ex deo loquit, sed non corā deo: quia eū

B

quē cordi suo non proponit, cum prædicat quasi absentem, putat. Sed sancti uiri & ex deo loquuntur, & coram deo, quia ab eo se sciunt habere q̄d dicunt, & ipsum suis sermonibus adesse iudicem auditoremq; considerant. Potest & mysteriū trinitatis in huius capituli fine mōstrari. Ex deo, i. ex spiritu sctō, corā deo patre in Christo loquimur.

C

CAPVT III.

INcipimus iterū nosmetipsos cōmendare? Aut nūquid egemus (sicut quidam) cōmendatitijs epistolis ad uos, aut ex uobis? Epistola nostra uos estis, scripta in cordibus nr̄is, quæ scitur & legitur ab oīibus hoībus, manifestati quoniā epistola estis Christi, ministrata a nobis & scripta non atramēto, sed spiritu dei uiui: nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

¶ Quia sciebat sinistre accipere eos suā commēdationē etiam in prima epistola, quasi suā gloriam q̄reret, incipit cōtra opinionem eorū loqui. Nam pseudo apostoli hoc in eo reprehēdebant, q̄d se cōmēdabat, & quod bona q̄ deus in eo operatus erat, alijs annunciabat, atq; inde superbū & inani gloriæ studentē asserebant. Et propterea nunc ipse demōstrat, quod commendatio sua non ad se commendandū spectet, sed ad illū solū, cuius est minister idoneus. & hoc est q̄ increpatiue p̄ interrogationem, uel per ironiā dicit: *Incipimus iterum* sicut in prima epistola *commendare nosmetipsos*, nō desīt? Incipimus q̄si semp̄ in hoc noui, nosipsos rursum cōmendare, dum dicim⁹ quia Christi bonus odor sum⁹ &c. Quasi dicat: Cōmendamus quidē nos & in hac epistola sicut in prima, sed non nosmetipsos: q̄a in nostra commēdatione illī maxime cōmendamus, ad cuius gloriā cūcta referim⁹. Non ergo carnaliter, sed spūaliter nos cōmendamus ad profectū uīæ salutis, ut hoc de nobis credatis q̄d est: q̄a qui de bono male sentit, peccat. Et uobis expedit ut nos cognoscatis, quia tunc dicta nostra libenter suscipietis, & sic ad salutē pueniētis. Ac propterea cōmendatio uobis potius p̄ficit. Nō em̄ nos propter nos cōmendamus, sicut pseudo apostoli, qui propriā gloriam & propria lucra q̄rentes, seipsos cōmendant. *Aut unquid egemus commendatitijs epistolis* missis ab aliq̄s fidelib⁹ *ad uos, aut ex uobis* ad alios, *sicut quidam*, i. sicut pseudo, quos nulla propria uirtus aut sapientia commendat: Ipsi enim indigent ut per epistolas commendētur, dum proprij honoris & quæstus causa circueunt ecclesias, non ad tribuendam, sed ad auferendam salutem. Nos uero, quos deus uirtute mirabilium operū & luce sapientiæ, quocunq; pertulit, non egemus, cōmendat, non opus habemus ut per epistolas hoīm alicubi cōmendemur. Nam uos estis epistola & cōmēdatio nostra apud homines, hoc est, uestra fides & charitas & omne bonum q̄d in

D

A uobis est, nos reddit cōmendabiles: quia inde laudamur, quod p̄ nos deus uobis hæc omnia dedit. Epistola em̄ salutis indicium est. *Epistola nostra uos estis*, in q̄bus scientia & uita nostra repræsentatur alijs. Epistola nostra, dico, *scripta in cordibus nostris*, id est, in memoria nostræ mentis posita, quia uos semper in nostro corde retinemus, & sollicitudinē de salute uestra semper habemus, dum peccatorum uestrorum correctionē desideramus, & processum in melius ac p̄seuerantiam in bono uobis semper optamus. quæ. s. epistola *scitur & legitur ab omnibus hominibus*. Scitur ab omnibus hominibus, id est, omnes sciunt quod p̄ nos estis instituti: & legitur. i. in uobis discunt nos imitari. Sicq; fit ut scientia & lectione huius epistolæ, id est, notitia & consideratione bonæ conuersationis uestræ, nos efficiamur cōmendabiles omnibus. Dixi q̄a estis epistola nostra, uos dico, *manifestati* omnibus *quoniam epistola Christi estis, ministrata a nobis*. Omnibus enim manifestum est, uos Christo p̄ ministerium nostrum credidisse, confirmati doctrinā nostram per uirtutes. Et ita principaliē estis epistola Christi, secundario nr̄a, quia ipse principaliter uos scripsit, nos secundario, i. per ministerium nostrum ipse scripsit in uobis fidem, spem & charitatem ac reliqua bona. Vos estis epistola *scripta non atramento, sed spiritu dei uiui*, i. quod estis repræsentatio
B Christi & nostra, firmiter scriptum est in cordib⁹ nostris, non delebiliter, ut quod atramento scribitur. Non atramento scriptum est, i. non ita ut possit deleri, sicut ea quæ atramento scribiuntur: sed spiritu dei uiui, i. ut æternaliter & uiuaciter in cordibus nostris aut uestris permaneat, sicut ille qui scripsit, uiuit & æternus est. Quoniam æterna sunt quæ nobis promissa sunt, idcirco dei spū qui semper est, dicitur scripta hæc epistola. Temporalia aūt atramento scribuntur, & quod obliteratur & perdit memoriam. Vel non atramento, id est, non terris notis est scripta, sicut pseudo scribunt, qui hæreses inter se runt, sed luce spūsancti. *non in tabulis lapideis*, ut antiqua lex, *sed in tabulis cordis carnalibus*. Ibi enim in tabulis lapideis digitus dei, id
Exodi. 8. Exo. 31. est, spiritussanctus operatus est, hic in cordibus hominum. Ibi lex extrinsecus posita est, qua iniusti terrerentur: hic intrinsecus data est, qua iustificarentur. Illud enim extra hominem scribitur, ut eum forinsecus terrificet: hoc in ipso homine, ut eum intrinsecus iustificet. Carnales uero tabulas cordis dixi, non carnalis prudentiæ, sed rangē uiuentis, sensumq; habentis, in comparatione lapidis qui sine sensu est. Respexit enim ad illud quod deus p̄ prophetam promiserat, Auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo cor carneum. Cor
Iezec. 11 nanq; carneum à corde lapideo uoluit uita sentiente discerni, & p̄ uitam sentientem significauit intelligētem. Non ergo p̄pterea dictum est, in tabulis cordis carnalibs, ut carnaliter uiuatis, qui debetis spiritaliter uiuere. Sed quia lapis sine sensu est, cui comparatum est cor durū, cui nisi carni sentienti cor intelligens debuit cōparari? quandoquidem ipsum cor lapidem, nō figuficat nisi durissi-

mam uoluntatem & aduersus deum omnino inflexibilem. Iudæi em̄ in lapideis tabulis legem acceperunt, ad significandam duritiam cordis eorū erga dilectionem dei & intelligentiam: q̄a neque deum erant amaturi, nec̄ legem ipsam intellecturi. Per lapideas enim tabulas, dura & insensibilia corda eorū designata sunt. Per tabulas uero cordis, mentes dilatatæ charitatis latitudine. Vnde & carnales dicuntur, i. molles & sentientes, & affectum dilectionis uel bene agendi habentes. Caro enim animata sentit, & affectum habet circa illud quod tangit, ut per cor habemus intellectum, & per carnem dilectionis affectum. Ita q̄ spiritussanctus scripsit epistolam nostram in tabulis cordis carnalibus, id est, sic in uobis præcepta sua posuit, ut daret uobis facultatem ad intelligendum, & affectum dilectionis ad complendum.

C

Fiduciam autem talem habemus per Christum ad deum, non quod sufficien Hebra. 4
tes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nr̄a ex deo est.

¶ Postquam ostendit quare non eget cōmendatijs epistolis, respondet ad illud quod p̄miserat, scilicet quia non cōmendat seipsum, sed deum à quo habet oīa. Quasi dicat: Dixim⁹ quia deus per nos semp̄ triumphat, & odorem notitiæ suæ p̄ nos ubiq; manifestat, & quia Chri bonus odor sumus deo. Et quod tam fiducialiter hæc & his similia loquimur, non ad cōmendationem nostrā facimus, quasi de nostris uiribus gloriātes, ad nos ista referentes, sed *talem* ac tātam *fiduciam habemus*, id est, referimus *ad deum*, à quo nobis est datū quicquid boni habem⁹. Vel ita continuatur ad proximum: Epistola Christi & nostra estis. Sed fiduciā dicendi talia, non ad nos, sed ad deum referimus. Nam ex puritate conscientiæ habem⁹ talem fiduciam ad deum, i. confidimus quod ei placet quia sic loquimur: & habemus eam p̄ *Christum* mediatorem, per quem nobis hæc potestas est data. Sed nihil uiribus nostris adscribimus. Habemus em̄ apud deum mediatore Christo, sed *non ita quod simus sufficientes* saltem *cogitare aliquid* boni quod sit *a nobis*, i. à nostra parte uenens, *quasi ex nobis* initium habens, *sed* potius omnis *sufficientia nostra* ad bene cogitandum & agendum *ex deo* nobis *est*. Et hinc cognoscimus quia nihil sumus, nisi misericordia & gratia dei regamur. Attendant hæc uerba, qui putant ex nobis esse fidei cœptum, & ex deo esse fidei supplementum. Quis enim non uideat prius esse cogitare quàm credere? Nullus quippe credit
D aliquid, nisi prius cogitauerit esse credendum. Si ergo non sufficimus cogitare boni aliquid ex nobis, profecto nec credere sufficimus, quod sine cogitatione non possumus: sed sufficientia nostra, qua & credere incipimus, ex deo est. Cogitantes credim⁹, cogitātes liquimur, cogitātes quicquid agimus agimus. Quod aūt attinet & ad pietatis uiam & uerꝰ dei cultum nō sufficim⁹ uel co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A gitare aliquid à nobis quasi ex nobisipsis, sed sufficientia nostra ex deo. Non enim est ex potestate nostra cor nostrum & cogitationes nostræ. Hæc idcircor loquitur Apostolus, ut ostẽdat se suosq; socios nihil sua uirtute uel prudentia facere, cum utiq; tam pauci homines & idiotæ nunquam sine dei gratia cooperante totum mundum ad fidem conuertere potuissent. Ob hoc etiam ista præmisit, ne quid sibi arrogare uideretur, ubi dicturus erat tanto maius se ministerium suscepisse quàm Moyses, quanto maius est nouum testamentum quàm uetus. Nam subiungit:

Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamẽti, non litera, sed spiritu. Litera eñ occidit, spũs autẽ uiuificat.

¶ Et incipit se nunc alio modo cũ superius commendare, ut & pseudo apostolos deformet, inuuens eos esse ministros ueteris testamenti, dum ostendit se ministrũ esse noui. Sufficientia nostra ex deo est. *Qui & intantum nos* sublimauit, ut *idoneos ministros noui testamenti* nos faceret. i. ut per nos scientiæ & uitæ perfectione decoros, ministraret
Matt. 9. Marc. 2. Luc. 5. aliis nouum testamentum. Nouus enim liquor in uasa noua mittendus erat, unde sine acredine propinaretur. Testamenti dico, existentis *non in litera* tantum docente, *sed in spiritu* adiuuante, q̃ per nos à deo tribuitur. Non alia nũc intelligitur litera, cũ ipse decalogus in illis duabus tabulis scriptus. Spiritus aũt intelligi potest lex fidei, q̃ non scribitur, sed animo cõtinetur. Ideo non in litera, sed in spiritu p nos ministratur nouum testamentum, quia *litera occidit. Spiritus aũt uiuificat*. Litera occidit, dum facit scienter peccare, & addit præuaricationem & magis incitat: sed spũs uiuificat, dum facit implere quæ iussa sunt. Litera eñ prohibẽs peccatum, non uiuificat hominẽ, sed potius occidit augendo cõcupiscentiam, & iniquitatem præuaricatione cumulando, nisi liberet gratia per legem fidei, quæ est in Christo Iesu, cum diffunditur charitas in corde per spũm sanctum. Nam lex, quando non adiuuat gratia, præuaricatores facit, & tantummodo in litera est. Accedat ergo ad literam spiritus, nõ occidit litera quã uiuificat spũs. Non igitur putemus dãnatam uel reprehẽsam esse literam, qa dictum est, Litera occidit. Hoc est enim, Litera reos facit. Nam & hac locutione dictum est, Scientia inflat. Quid est, scientia inflat? Scientia dãnata est? Absit. Sed quoniã adiunxit,
1. Cor. 8. charitas uero ædificat, cũ & nunc adiũxit, spũs autem uiuificat, dedit intelligi, litera sine spũ occidit, spũs uiuificat & impleri literam facit. Sic scientia sine charitate inflat, charitas uero cum scientia ædificat. Itaq; litera sola prohibens malum & improperans bonum, occidit animas eorũ qui præuaricantur illam. Spũs autem, qui per nouũ testamenti gratiam est in cordibus fidelium, uiuificat
☞ in pẽsenti animas eorum iustificãdo illas, & in futuro corpora quoq; cum animabus ꝑpetualiter uiuere faciet. Vel litera carnaliter intellecta occidit animam. Cauẽdum est eñ, ne figurata locutio ad literam accipiat. Cum eñ figurate dictũ sic accipitur, tanquã proprie dictũ sit, carnaliter sapitur. Neq; ulla mors animę cõgruentius appellatur, q̃ cum id etiam q̃d in ea bestijs antecellit, hoc est, intelligentia, carni subijcitur sequẽdo litera. Qui eñ sequit literam, trãslata uerba sicut ꝓpria tenet: neque illud quod ꝓprio uerbo significat, refert ad significationẽ: sed cum sabbatum audierit, Verbi gra, non intelligit nisi unum de septẽ, qui continuo uolumine repetuntr: & cum audierit sacrificium, nõ excedit cogitatione illud, quod fieri de uitimis pecorũ uel terrenis fructibus solet. Ea demum est miserabilis animæ seruitus, signa pro rebus accipere, & supra creaturã corpoream oculũ mẽtis ad hauriendũ ꝛternum lumẽ leuare nõ posse. Spũs autem uiuificat & liberat, q̃ intus docet animam, qualit̃ ea quæ audit, intelligere debeat.

Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut non possent intendere filij Israel in faciem Moysi ꝓpter gloriam uultꝰ eius, q̃ euacuatur, qño non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nã si ministratio dãnationis in gloria ē, multo magis abundat ministerium iustitię in gloria.

¶ Nos (inquit) sumus ministri noui testamẽti, & hæc ministratio erit in gloria perenni. Atq; hoc probat per minus .i. per uetus testamentũ, quod olim fuit in gloria. Quasi dicat: Nos in spũ, non in litera nouũ ministramus, ubi p spũm uiuificant cultores. *Quod.* i sed *si ministratio mortis*. i. lex cuius litera occidit, *fuit in gloria* Moysi ministro suo, *qñ̃o ministratio spũs*, id est, nouũ testamentũ quod in spũ ministratur, & in quo spũs datur, *non magis erit uobis in gloria*? Lex quidẽ sancta, & mandatũ iustum
Rom. 7 & sanctũ & bonum. Et eñ quia de ipso bono interficitur inobediens anima, ubi nõ adiuuat dei gra, ministratio mortis facta ē lex in ueteri testamẽto ꝓpter occidentem literã, & ministratio uitæ facta est gra in nouo ꝓpter uiuificantẽ spiritum. Distinguit̃ ergo lex à gratia, eo qd sub illa elidantur elati, sub ista erigãtur elisi: & q̃d illa intantum bona sit ut bona iubeat, hæc intãtum ut bona cõferat: illa iustitię faciat auditorẽ, ista factorẽ. Et ideo sub illa peccator, insuper etiã prævaricator, amissa excusatione ignorãtiæ conuicꝰ iacet: sub ista uero & parcente & opitulãte, nec qui mala est operatus, extinguit: & ut bona operet, accendit. Quid ergo (miser) illa dicta est ministratio mortis, ubi litera occidit malum ꝓhibendo quod fit, & bonum imperando quod non fit, ista uero dicta est ministratio spũs, utiq; uiuificantis, nisi ut à prævaricationis morte surgamus, & iustitiam non rei legamus in tabulis, sed liberi in cordibus & in moribus habeamus? Ad Iudæos enim dicta ē lex ministratio mortis, ad quos & in lapidibus scripta est ad eorũ duritiam figurandam, non ad eos qui

A legem p charitatem implent. Fuit enim *literis deformata*. i. euidenter descripta, ut bene posset legi *in lapidibus* duæ tabularum, ut & patenter agnosceretur, & duritiam cordis eorũ conuinceret. Et hæc ministratio licet esset mortis. i. per Moysen ministrata, quãuis prævaricatoribus esset causa mortis, tamen *ita* ministro Moysi fuit in gloria, *ut filij Israel non possent* aciẽ uisus sui *intendere in faciem* eius *ꝓpter gloriam uultus eius*, quam acceperat ex collo
Exod. 34 quio domini. Nõ poterant aspicere splendorem uultus eius, cum descendisset de monte, portans legem in talibus quas à dño susceperat, quia & reatus uituli recondebat uisum eorũ, ne glorioſam iusti faciem manifeste conspicerent. Vbi & significatum est, quia spiritalem sensum legis nõ erant uisuri. Facies enim Moysi splendida, figuram habebat ueritatis. *quæ* figura *euacuatur* per manifestationem ueritatis .i. uisibilis gloria legis euacuatur per gloriam euangelij. Ita eñ euacuatur, ut proficiat, sicut infantia euacuatur in iuuẽtute, & semẽ in fructu. Euacuatur ergo Moysi gloria, qñ omnes umbræ significantes euacuãtur, cum res quæ
1 Cor. 13 significatur, aduenerit. Quemadmodum eñ scientia quæ nunc est, euacuabitur, cum uenerit illa quæ erit facie ad faciem; sic & ista quę umbris tradita erant ludæis in ueteri testamẽto, necesse fuit euacuari reuelatione noui testamenti. Gloria quã Moyses habuit, euacuatur nunc in ministris illius
B legis, ne pseudo apostoli qui carnales eius obseruantias adhuc prædicant, gloriæ Moysi participes fiant. Quandiu eñ carnales istæ obseruatiões statum habuerunt, ministri earum quandã gloriam & reuerentiã inde habuerunt. At postquam carnali spiritalis obseruantia successit, gloria ministrorum carnalium euanuit. Sed & in ipso Moyse nõ semper hæc gloria permãsit. Itaq; si ministratio mortis fuit Moysi in tanta gloria, quomodo non multo magis erit nobis in gloria ministratio spũs, id est, testamẽtum nouũ quod ministramꝰ, in q̃ fides impetrat spũm uiuificatorẽ? Erit utique nobis in gloria multo magis cũ uetus fuit Moysi. Splendor eñ in facie Moysi tanc̃ in facie carnali & mortali diurnus aut æternus esse nõ potuit, quia uel morte ablatus est. Splendor aũt gloriæ domini nostri Iesu Chri, cuius participes erimus, sempiternus. Nam sicut promissiones testamenti ueteris fuerunt temporales, id est, temporalia bona pollicentes, ita & Moysi gloria temporalis. Et sicut promissiones testamenti noui quod per nos ministratur, sunt æterñæ, sic & gloria quam pro ministerio hoc sumus percepturi in Christo, est æterña. Vere ministratio spũs erit nobis in maxima & permanenti gloria. *Nam si ministratio damnationis*, id est, lex quę damnat prævaricatores ut ſtim perimantur, non reseruans eos ad pœnitentiam, *est* Moysi *in gloria*, tunc *ministerium iustitiæ*, id est, nouum testamentum quod per nos ministratur, in quo per fidem & spũm sanctum datur uera iustitia, *multo magis abundat in gloria*. i. multo abundantiorem gloriam dat nobis ministris suis. Illa enim gloria (sicut diximus) temporalis est, hæc autem æterna: illa terrena, hæc cælestis. Vel in se ipso habet nouum testamentum maiorem gloriam cũ uetus, quia maior gloria est peccatorem iustificare cũ damnare. Quamuis eñ iuste damnet, eñ ad laudem magis proficit, si indulgeat ut possit se reus corrrigere & ad iustitiam resurgere.

Nam nec glorificatũ est, quod claruit in hac parte, propter excellentẽ gloriã, Si enim quod euacuat̃, per gloriã est. multo magis q̃d manet, in gloria est.

¶ Vere nouum testamentum habet maiorem gloriam. Nam in eius comparatiõe gloria Moysi nec gloria est. Et hoc est: *Nam quod claruit*, id est, facies Moysi quę radium claritatis emisit ut cornuta uideretur, *nec glorificatum est in hac parte*, id ē, nec gloriam habuit in hac consideratione noui testamenti, *propter excellentem gloriam* quæ ibi est. Non est glorificatum, quia non habuit fructum gloriæ. Quando eñ gloria uultus eius nulli profuit, sed magis obfuit, licet non suo, sed peccantium uitio, tamen in hac parte gloria nõ est. Illa autem magis est gloria, quæ abũdat in gratia, ut pu D
rificati homines dono dei, abstersa mentis caligine, possint uidere gloriam Christi. Excellẽtior eñ est noui testamenti gloria, in quo gratia superemin̄et & misericordia. Et ad comparationem gloriæ euangelij obumbratur gloria legis ut nec esse uideatur, sicut ortu solis cæcatur lumẽ lucernæ, quod antea uidebatur magnum habere fulgorẽ. Vere supereminet gloria noui. Quia *si* uetus testamentum *quod* secundũ carnales obseruantias *euacuatur, est per gloriam* uultus Moysi ministratum & receptum, sine qua non cõmendaretur: *multo magis* nouum *quod manet*, id ē, cui non succedit aliud *est in gloria*. Per gloriam enim Moysi est illud, id ē, existit suo tempore authenticũ. Sed tamen euacuatur secundum figuras in aduentu permanentis ueritatis. Ideo maior est gloria noui cũ ueteris, quia quantum interest inter figuram & ueritatẽ, tantum distat inter gloriam uultus Moysi & gloriam Christi. Sicut enim in uespere stellæ gloriosæ sunt, oriẽte autem sole euacuatur earum claritas: ita & Moysi gloria quæ prius radiabat, euacuatur apparẽte gloria Christi. Vel administros serẽda ē gloria noui testamẽti. Vere nobis abundat in gloria. Nã quod claruit, id est, facies Moysi quæ in legislatiõe clarunt, nec glorificatum est, id est, nec etiam habuisse gloriã uidet̃ in hac parte, id ē, respectu huius nostræ partis, propter excellentem gloriam quã de nouo testamẽto habemꝰ & habituri sumus. Siue quod claruit in hac parte prædicta. id ē, Moyses qui clarus est & gloriosus apparuit in facie, nec glorificatum est, quantũ ad nos, propter excellentẽ gloriã quæ nobis dabitur. Non hoc de futura Moysi gloria dicitur, sed Exo. 14.
de illa, quã uisus ē habere cũ discẽderet de monte. Vere excellentẽ gloriã ex hoc ministerio cõsequemur, quia manens ē & sine immutatiõe per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A duraturum Nam si illud quod euacuatur, i. quod fedm umbras carnalis intelligentiæ uel obseruationis cessat, est in suo tempore p gloriam Moysi, uel (sicut in antiquis codicibus inuenitur) in gloria fuit, multo magis hoc noui testamẽti ministerium, quod sine immutatione manet, est in gloria ministeris suis.

Exod. 34 Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur: & nõ sicut Moyses ponebat uelamen super faciem suam, ut non intenderent filij Israel in faciem eius, quod euacuat. Sed obtusi sunt sensus eorum. Vsq; in hodiernum enim diem idipsum uelamen in lectione ueteris testamenti manet non reuelatum, qm̃ in Christo euacuatur. Sed usq; in hodiernum diem, cũ legitur Moyses, uelamen est positum sup cor eorum. Cum autẽ cõuersus fuerit ad dominũ, auferetur uelamen. Dominus autem spiritus est. Vbi aũt spiritus domini, ibi libertas.

Iohan. 4.

B ¶ Quãdoquidẽ ministerium noui testamẽti erit nobis in pmanenti gloria, *igitur nos habentes talem spem*. i. sperantes quia ex pdicatione nostra pcipiemus æternam & immẽsam gloriam, *multa fiducia utimur* in prædicatione. i. tam constanter prædicamus, ut neq; minis neq; uerberibus, nec ullis tormentoꝝ cruciatibus ab annunciatione ueritatis taceamus. *& non* ita prædicamꝰ, *sicut Moyses* quando *ponebat uelamen* suũ *super faciem suam*. i. non celamus sensum nr̃m sicut Moyses, sed aperte dicimꝰ, quia nõ prædicamus carnales obseruãtias, sed potius ipsam ueritatẽ & ueteris testamẽti significationem. Qui em̃ carnales obseruãtias prædicat, uelamen ponit sup faciem suam, & uelamine literæ sensum interiorẽ operit. Nos uero faciem nõ velamus, quia uobis aspectũ splendoris interioris nõ negamus. sicut Moyses ponebat uelamẽ carnaliũ figurarum sup faciem suam. i. super claram dictorum suorum spiritalium intelligentiã, ideo *ut filij Israel non intenderent in faciem eius*. i. non inspicerent spiritalẽ sensum eius, quia nõ possent sufferre pter suam imbecillitatẽ & irreligiositatẽ. Claritas enim uultus Moysi, ueritatẽ nouæ legis quæ per carnales obseruantias designata est, significauit. Et sicut Iudæi tantam illam claritatem nõ potuerunt pati, nisi mitigaretur eis p oppositionem alicuius uelaminis, eodem mõ perfectionẽ uitæ uel intelligentiæ, q̃ fuit ibi significata, nõ sufferret imbecillitas mentis eoꝝ, si eis ipsa ueritas noui testamenti nudata mõstraretur. ideo p uelamen carnalium obseruationũ & promissionum obumbrata est facies ueritatis, q̃ tempore gr̃æ fuerat reuelanda. Si em̃ dictã Moysi spiritaliter intellexissent, infirmitas eoꝝ ad tantam pfectionem nõ ascendisset, nec lippiens eoꝝ oculus tantam sapientiæ claritatẽ sustinuisset. Et si ipsa ueritas sine uelamine fuisset illis ostẽsa, tanto dãnabiliores essent, quanto maiorẽ iustitiæ perfectionem cognouissent, cũ nihil perfectiõis in actione tenuissent. Propterea uelamine literæ texit illis Moyses faciem spiritalis intelligentiæ, ne ad hunc splendorẽ uultus eius intenderent. *quod* uelamen *euacuatur* nunc tempore gratiæ, ut interna pulchritudo ueritatis quæ latuerat, manifestetur. Sed pseudo apostoli qui carnales obseruantias adhuc prædicant nolũt ut uelamẽ euacuetur, sed ut ueritas semper figuris adumbretur, nec unquam manifestetur. Ideoq; suos auditores in umbram ducunt, nõ ueritatis lucem illis ostẽdunt. Velamen quidem mõ per nostras expositiões euacuatur & remouetur. *sed sensus* Iudæorũ *sunt obtusi*, id est, hebetati, nec possunt oculis cordis aspicere fulgorem nudæ ueritatis. Quæ obtusio causa infidelitatis accidit. Ideo conuersis ad fidem acuitur acies mẽtis, ut uideant splendorem diuini luminis. Hebetati sunt oculi sensuum illorum, ne lucem spiritalem uideant. Nam *usq; in hodiernum diem*, cum iam manifestata ueritas ubiq; refulget, *idipsum uelamen* carnalis intelligentiæ *manet in lectione ueteris testamenti*: quia cum audiũt legi scripturam illam, nõ intelligunt, nisi quod litera foris carnaliter sonat, & ita celatur eis sensus interiorum. Vnde & Moyses cum ad eos loqueretur, faciem uelabat, significans quia populus ille uerba quidem legis cognoscere:, sed ejusdem legis charitatem omnino nõ uideret. Facies enim Moysi splendida, sicut dictum est, figuram habebat ueritatis. facies Moysi Christum designabat. Sonabat uox Moysi per uelũ, & facies Moysi nõ apparebat. Sic & mõ Iudæis sonat uox Christi p uocem scripturarum ueterum. Vocem loquentis audiunt, & faciem eius non uident. Personam eius gerebat Moyses, & ideo uelum ante se ponebat quãdo loquebatur populo. Idipsum ergo uelamen usq; hodie manet in lectione ueteris testamenti, quia quandiu in lectione carnalia gaudia & uoluptates & terrena bona promitti intelligũt, uelamen est positum cõtra faciem cordis eorum, ne uideant in scripturis Christũ. Idipsum uelamẽ quod Moyses posuit, manet adhuc in illa lectiõe quia & nunc sicut ante saluatoris aduentum, abscondit eis sensum spiritalẽ superficies literæ carnaliter inter intellecta. Velamen dico, *non reuelatum* eis esse. uelamẽ, quia neq; hoc sciunt quod sit uelamẽ, id ẽ, neq; uel hoc animaduerrunt, q̃d illa literalis superficies sit uelamentum alicuius occulti sensus quem uelet intra se. Nihil enim ibi putãt debere intelligi, nisi q̃d litera carnaliter sonat. Nec mirum si uelamẽ adhuc eis manet, ita ut nec intelligant hoc esse uelamen absconditæ pulchritudinis, *quoniam in Christo*, id est, in fide christi solummodo *euacuatur*. Euacuatur nanq; in Christo non uetus testamentum, sed uelamẽ eius, ut per Christum intelligatur & quasi denudetur, q̃d sine christo obscurum atq; adopertum est: His quidem q̃ sunt in chr̃o, euacuatur uelamen. *Sed sup cor eorũ* qui in infidelitate perdurant, *est usq; hodie uelamẽ p*

A ficum i. cæcitas deprimens rationem eoꝝ, *cum legitur Moyses*, quia totum carnaliter intelligunt, nec ad spiritalem sensum propter nebulã cæcitatis, quã in corde portant, aspicere possunt. Et ita duo illis obsunt, intellgant. i. uelamen lectionis & uelamẽ cordis. Sed *cum* aliquis eoꝝ *fuerit ad dominũ* Iesum *conuersus*, mox *auferetur* ei *uelamen*. Velamen enim aufertur, quãdo similitudinis & allegoriæ cooperimento ablato, ueritas nudatur ut possit uideri. Velamen quippe auferri, est carnalem scientiam legis euacuari. Conuersi nanq; intentio mutatur de uetere ad nouũ testamentũ, ut non iã intẽdat accipere carnalem, sed spiritalẽ felicitatẽ. i. ab intentione qua expectabatur in regno terreno beatitudo umbratilis & carnalis, ad intentionẽ qua exspectatur in regno cęlesti beatitudo uerissima & spiritalis. Et sic aufertur uelamen, quo tegebãtur utilia legis arcana, dum ab eo q̃ uenit ad Christũ, tollitur insipientia & ignorãtiæ nebula. Sed quid

Iohan. 4. mirum? *Dominus* em̃ *est spiritus*. i. spiritussanctus. dominus, hoc est, suæ potestatis, ualens pficere quod uult. Ac p hoc quos uult, illuminat & quos uult, in tenebris ignorantiæ deserit. Tanquam proprie uidetur filius uocari dominus. Sed & spiritus sanctus hoc loco dñs uocatur, cum dicit Apostolus: Dñs autẽ spiritus est. Ne em̃ quisquã arbitraretꝰ filiũ significatum, & ppter incorpoream subitan-

B tiam dictum spũm, sequutus contexuit: *Vbi autem spiritus domini, ibi libertas*. Dominus ergo est, id est, nihil seruitutis habens, sed imperiali potentia omnibus dominans spiritussanctus. Et ideo sicut dominus, aufert uelamen antiquæ seruitutis ab his qui cõuertuntur. Ipse spiritus, est dñs. Sed ubicunque est spiritus domini. i. idem spiritussanctus qui est spũs filij, ibi est mentis libertas, ut remoto seruili uelamine, possit libere mens ueritatẽ inspicere. Nam quia iste spũs est dominus, & est spũs domini, ideo per hunc dominus Iesus dedit libertatis legem, non literis utiq; scriptam, sed p fidem animis intimatam, non q̃ uisibilia doceat, sed quæ inuisibilia credi suadeat, quæ animus spiritaliter colligat, non q̃ oculus corporaliter cernat. Sicq; per hunc spũm aufertur uelamen carnalis intelligentiæ quod ẽ seruitutis, & dono spiritalis intelligentiæ tribuitur gratia libertatis. Sed & in actiõe semp est libertas, ubicunq; spiritus iste habitat: qa facit bonum operari nõ timore pœnæ, sed amore iustitiæ. Ignorat em̃ mens gratiam libertatis, quam ligat seruitus timoris. Nam q idcirco bona facit, quia tormentoꝝ mala metuit, uult nõ esse quod metuat, ut audenter illicita cõmittat. Sed cum iste spũs charitatem ubicunq; manserit infundat, charitas uero seruilem timorem foris mittat, patet qa in quacunq; mente spũs uitæ fuerit, ibi mox libertas regnũ obtinebit. Potest & sic intelligi: Cũ quis eorum fuerit conuersus ad dũm, qui est pater & filius & spũs sanctus, auferetur ei uelamen carnalis intelligentiæ. Ipse conuertetur de carnalitate ad dominum, qui est (ut diximus) indiuidua trinitas. Sed dñs ad quem conuertetur, est spiritus, id est, incorporeus, sicut in euangelio dicitur de tota hac trinitate: Spũs est deus, & eos q̃ adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Similiter & C

Iohan. 4. hic dicitur quia dñs est spiritus, ut animaduertamus quia quisquis ad eum intentionẽ animi conuertit, ut intelligat eum, in spũ & ueritate oportet intelligere, nõ in carne & umbra, sicut uolunt facere qui tenentur lege. Dñs est spiritus, & spiritaliter debet intelligi, atq; spiritalem dat intelligentiam. Sed ubi fuerit spũs domini. i. spiritalis gratia charitas, ibi libertas est & recte intelligendi & recte faciendi.

Nos uero omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandẽ imaginem trãsformamur a claritate in claritatem, tanquam a domini spirtu.

¶ Illi quidem, quia non conuersi sunt ad dominum, qui spũs est, habent uelamen super cor. Sed *nos omnes*, qui libertatem cõsequuti sumus per spiritum domini, *reuelata facie* cordis nostri, id est, ab omni uelamento erroris detecta mentis intentione, *gloriam domini* sumus *speculantes*, id est, per speculum intuentes. Speculantes, em̃ dictum est per speculum uidentes, non de specula prospicientes. Quod in græca lingua non est ambiguum. In speculo aũt non nisi imago cernitur. Et nos qui sumꝰ imago dei, speculamur. i. per speculum, hoc est, D per hanc imaginem suã uidemus gloriã domini. Dum enim diligenter nosipsos acumine rationis consideramus, ad uisionem gloriæ eius cuius imago sumus, quodãmodo penetramus, & *in eandem imaginem* dei, p quam speculamur, *transformamur*, id est, transmutamur ad hoc, ut pfecte simus imago dei. Trãsformamur, id ẽ, de forma in formam mutamur, atq; transimus de forma obscura in formam luciam. Quia & ipsa obscura imago dei ẽ. Cum em̃ natura humana à creatore suo cuius est imago, ab impietate iustificat, à deformi forma, formosam trãsformatur in formam. Et transformatur *a claritate* creationis *in claritatem* iustificationis. Atq; transformamur *tanquam a spũ domini*. i. tãquã illi quos spũs domini transformat, & p gratiam suã in melius transmutat. Cũ ergo hac transformatione ad pfectũ fuerit hęc imago renouata, similes deo erimus, qm̃ uidebimus eum non per speculum, sed sicuti est. Vel qa speculatio solet dici contẽplatio, possumus & ita intelligere: Nos 1. Iohã 3. oẽs reuelata cordis facie à legis uelamine, quod ẽ umbra futurorũ, gloriam dñi speculantes. i. per fi- Hebr. 10 dem conrẽplantes, transformamur, id est, quotidiano profectu transmutamur, in eandẽ imaginẽ, id est, in eandem similitudinem gloriæ domini, quam contemplamur, ut post mortalitatis huius tenebras, ad plenũ inueniamur similes glorię eiꝰ. 1. Iohã. 3 Scimus em̃ quia cũ apparuerit, similes ei erimus. Trãsformamur aũt à claritate in claritatẽ. i. cũtes ab una clara cognitione in aliã. A claritate fidei in claritatem speciei, à claritate qua filij dei sumꝰ, in

Universidad de Deusto
Biblioteca

A claritatem qua similes ei erimus, qm̄ uidebimus eum sicuti est. Et ita ducimur à claritate in claritatem tanquā à domini spiritu, quia tanta nobis claritas datur, q̄ sublimitati cōgruat dantis. Tātum em̄ claritatis uel gloriæ nobis dabitur, quātum dignum est dare dominum per spiritum suum.

CAPVT IIII.

IDeo habentes hāc administrationē, iuxta q̄d misericordiā consequuti sumus, nō deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, nō ambulātes in astutia, neq; adulterantes ✝bum dei, sed in manifestatione ueritatis, commendantes nosmetipsos ad omnē conscientiam hominum coram deo.

¶ Hinc ergo conijcere debemꝰ, quanto maiora nobis cū ludæis superna clementia gr̄a suæ dona contulerit. Iudæi em̄ cum minor esset gloria ultus Moysi, eā speculari non poterant: nos uero nō Moysi gloriam q̄ inferior est, sed excellentem saluatoris gloriam uisuros nos credimus. Iudæi gloriam serui nō merucrūt uidere, nos aūt omnium domini gloriam sumus uisuri. Et *ideo* nos *habentes hanc* dñi *administrationem*, quæ nos ad tantam pro-
B mouet gloriam, & habentes eam *iuxta quod misericordiam consequuti sumus*. i. habentes eam nō ex meritis, sed ex dei misericordia, quæ nos abluit & iustificauit & ministros suos fecit, *non deficimus* in p̄suris propter spem gloriæ quā expectamus, nec minoratur in nobis animi fortitudo, sed inter aduersa constanter adimplemus officium nostr̄æ ministrationis. Nō deficimus pro aliquibꝰ aduersis, *sed abdicamus*, i. abnegamus & procul à nobis remouemus *occulta dedecoris*. i. occultos actus nequitiæ, qui dedecus & opprobrium generant, & idcirco fiunt in absconso, ne in publico dedecus suis operarijs inferant. Ois enim qui male agit, odi, lucē. Iohan. 3. Et quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dice- Epheſi. 5 re. Hæc sunt occulta dedecoris, q̄ prorsus abdicamus. Vel occulta dedecoris sunt, cogitationes alicuius actionis, siue ea quę prauo sensu qs meditatur ad prædicandum ut auditores fallat. Ad dedecus em̄ & deformationē proficit eius, qui subdola mente confingit doctrinam ad decipiendū corda simplicium. Hæc contra pseudo apostolos dicuntur, qui non habebant reuelatam faciem, nec testamenti noui ministrationem: & si tribulatio illis accidisset, mox deficiebant. Et licet exterius faciem religionis ostenderent, interius tamen occulta dedecoris non abdicabāt, sed turpia in suis cogitationibus uoluebant, & in secretis locis perpetrabant. Nec sumus, inquit, *ambulantes in astutia*, id est, hypocrisi, sicut p̄dicti pseudo apostoli, qui uidentur humiles & religiosi coram hominibus. In astutia enim ambulant, dum occulta sua detegunt: sed imaginem sanctitatis ostēdunt, dum nihil accipiunt, sed famulis suis totum dari permittunt, per quos ad usum suum oīa reditura sciūt.

neq; sumus *adulterantes uerbum dei* sicut illi, id ē, non C
p̄dicamus propter delectationē humanæ laudis uel terreni lucri, nec admixtione falsitatis ueritatem corrumpimus. Hæc puersa non agimus. *sed* sumus *commendantes nosmetipsos in manifestatione ueritatis*, q̄a manifestamus ueritatē, quæ fuerat operta uelamine Moysi, & ita cōmendabiles reddimꝰ nosmetipsos sine comparatione aduersariorum. Hoc est dicere: Veritas quam manifestamus, nos ipsos efficit cōmendabiles. Et hoc *ad omnem conscientiam hominum*, ut conscientia eoꝝ qui rationabiliter intelligunt, nouerit nos libenter à cunctis debere suscipi, q̄ tam euidenter aperimus ueritatē. Et cōmendatio ista sit *coram deo* ad laudem & placitum eius, quia ad hoc nos cōmendamus hominibus, ut uideant opera nr̄a bona, & glorificent Matth. 5 non nos, sed patrem nostrum qui in cælis est. Vel coram deo id agimus, q̄a ipse testis est nos manifestare puram ueritatem, cuius oculos nil latet.

Quod si etiam opertum est euangelium nostrum, in his q̄ pereunt, est opertum, in quibus deus huius seculi excęcauit mentes infidelium, ut nō fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi, qui est imago dei. D

¶ Nos quidē reuelata facie prædicamus & ueritatem manifestam. 9. Quod, id est, sed *si etiam opertū est euangelium nostrum, in his q̄ pereunt, est opertū*, non in his qui salui fiunt. Infideles em̄ uel pseudo apostoli prædicationē nostram non intelligunt, fidelesautē deo reuelante cognoscunt & intelligunt. Increduli uero q̄ in perditionem tendunt, ea quæ dicimus uidere non possunt, q̄a uelamen erroris & ignorantiæ est super cor eoꝝ. In his qui pereunt, id est, in corde eoꝝ est opertum uelamine cæcitatis ipsorum, euangelium nostræ p̄dicationis. *In quibus* pereuntibꝰ *deus excæcauit mentes infidelium huius seculi*. Deus excæcauit mentes infidelitū, qui & filium suum misit dicentem, In iudiciū ueni, ut qui Iohan. 9 non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Excæcauit aūt non malitia, sed astutia. Nō enim est iniquitas apud eum, cui dicitur: Misericordiā & Psal. 100 iudicium cantabo tibi dñe. Illuminat ergo misericordia, exeęcat iudicio uticq; æquissimo, etsi occultissimo. Præcedit em̄ aliquid occultū in occultis, ubi ipse agat iustissimum examē iudicij sui, ut q̄rundam mentes excæcentur, & quorundā illuminentur, cui uerissime dictum est: Iudicia tua abyssus multa. Deus itaq; iustus mētes infidelium huius seculi excæcauit. i. ex toto cæcas fecit. Erant enim in Adam quodāmodo cæcatæ, sed non ita, quin si uellent, creatorem suum intueri possent. Quia uero noluerunt, excæcauit eas deus, quādo lucem spiritus sancti præsentem subtraxit eis, & splendorem suæ uisionis occultauit. Sic excæcauit mentes eorum propter infidelitatem. Ac si diceret eis: Nisi credideritis, nō intelligetis. Et erant huius seculi, id est, non pertinebant ad aliud secu-

A sum, ubi est ꝑpetua lux & felicitas. Vel deus huius seculi excæcauit mētes infidelium. Idcirco em̄ deus quē prædicant apostoli, dicitur deus huius seculi, ne in hoc seculo ubi tot mala fiunt, putaretur aliquis alius deus esse. Nō solum enim inuisibiles creaturas, sed etiam hoc uisibile seculum regit deus noster, nullusq; deus est præter eum, qui & prauoꝝ malitia bene utitur. Qui ad hoc excæcauit mentes infidelium, *ut non fulgeat eis illuminatio euangelij*. i. ut non uideant fulgorem euangelij, quod illuminat mentes credētium, nec appareat eis quod euangeliū sit lux, qua fideles illustrātur. Euangelij dico, *gloriæ Christi*, quia ibi prædicatur excellentia diuinitatis, & gloria resurrectiōis eius, quam nolunt infideles audire. Nā prędicationem contumeliæ passionis eius libenter audiunt. Prædicationē uero glorię resurrectionis & diuinitatis ueram esse nō credunt. Et hoc est quod nō fulget eis illuminatio euangelij gloriæ Chr̄i. *Qui est imago dei*, id est, omino per omnia similimus patri, si- Iohā. 14. cut ipse dicit: Qui uidet me, uidet & patrē. Nam qualis est ē iste, talis ille. Quantus est ille, tātus & iste. Sicut ille caret initio, sic & iste. Sicut ille est æternus & incōmutabilis, sic & iste. Sicut ille deus, sic & iste. Sicut ille creator, sic & iste. Sicut ille scit omnia & potest, sic & iste. Et quod est ille, hoc & iste. Quia ergo iste de illo est, & cōsubstantialis
B atq; coæternus & coæqualis est illi ac per omnia similis, recte uocatur eius imago. Et hāc illius gloriam prædicat euangelium, cuius illuminatio fulget mētibus credentium, incredulis autem iusto dei iudicio absconditur. Qui enim oculos ad lucem claudunt, iustum est ut eis lux occultetur.

Non em̄ nosmetipsos p̄dicamus, sed Iesum Chr̄m dominum nostrum, nos aūt seruos uestros p Iesum. Quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splen- Gene. 1. descere, q̄ illuxit in cordibus nr̄is ad illuminationē sciæ claritatis dei in facie Christi Iesu. Habemus aūt thesaurum istum in uasis fictilibus, ut sublimitas sit uirtutis dei, & non ex nobis.

¶ Neq; euangelium adulteramus, neq; nosipsos cōmendamus in manifestatione ueritatis. Quia *non prædicamus nosmetipsos, sed Iesum Christum*, id est, prædicatio nostra non tendit ad gloriā nostram uel lucra, sed ad Christi gloriam, qui est saluator & rex suorum, & cuius dominio libenter subijcimur. Non gloriam nostram, sicut pseudo apostoli consueuerunt, denunciamus, ne quis nos dicat propter nosipsos euāgelizare, ut gloriosi appareamus, & quæstum nobis de rebus uestris faciamꝰ. Qui enim propria cōmoda quærit, nō Christum prædicat, sed se, sicut illi q̄ suo uentri deseruiunt. Iesum prædicamus *dominum nostrum* esse. Sed *nos* esse dicimus *seruos*. i. ministros *uestros* p *Iesum*, qui nobis præcepit ut uobis seruiremus in ministerio p̄dicationis. Cū simus ministri, dicimus nos propter humilitatem seruos, ut appareat quia nō ad gloriā nostrā prædicamus euangelium, sed ad cla- C
ritatē Christi, cui obedimus, dū uobis in ministerio uerbi seruimus, nō propter uestrū meritū sed propter dñi præceptū. Nos (inquā) per Iesum hoc facimꝰ, ut uobis in ministerio prædicationis seruiamus, quia & deus per cū maiorā fecit nobis. *Quoniam deus qui* in mūdi constitutione *dixit*. i. uerbo suo (qđ est filius eius) fecit *de tenebris lucē splendescere*, qm̄ dixit, Fiat lux, & facta est lux, ipse est q̄ *illuxit in cordibus nostris*. Et qui tunc p uerbum suū Gene. 1 in mundo corporalem fecit lucem, ipse nūc per idem uerbum in nobis spiritalem dedit lucē. Nō sine initio semper fuerunt tenebræ, sed cœperunt esse, ex quo cōfusa moles cæli esse cœpit ac terrę, anteq; lux ista esset facta, qua illuminaretur qđ sine luce fuerat tenebrosum. Quid autem inconueniens, si mundanæ materiæ fuerant tenebrosa primordia, ut accedente luce melius, quod factū est, uideretur, & tanquam proficientis, quod postea futuꝝ erat, hoc modo significaret affectio? Nam sicut suum de tenebris lux uisibilis initium sumpsit, ita post tunc lux inuisibilis, cui dictum est, Fuistis aliquādo tenebræ, nunc autem lux in Ephe. 4. domino. Et quis hoc fecit, nisi ille qui cū tenebræ essent super abyssum, dixit, Fiat lux, & facta est Gene. 1. lux? Deus ergo est, qui in separatione elementoꝝ D
dixit, id est, uerbo suo fecit de tenebris lucē splendescere, qui illuxit, id est, lumen quod ipse est lucere fecit in cordibus nostris, *ad illuminationem scientiæ claritatis dei* i. ad hoc, ut illuminemus alios p scientiam quam habemꝰ de claritate dei. Hęc est enim scientia claritatis eius, qua scimꝰ ipsum esse lumen quo tenebræ nostræ illuminantur, ut qui aliquando fuimꝰ increduli in ignorantia, id ē, in tenebris, nunc exhibeamus lumē alijs. Quod em̄ de tenebris lucem fecit, hoc significauit, quia eos qui in regione dissimilitudinis per ignorantiam abierant, & in tenebris positi erant, illos illuminaret, illis uerbum prædicationis committeret, & ita de tenebris lucem splendescere faceret. Illuxit ergo in cordibus nostris, ut & nos luceamꝰ uobis, ad hoc ut percipiatis illuminationem sciētiæ claritatis dei *in facie*, id ē, in cognitione *Christi Iesu*, quia per faciem unusquisq; cognoscitur. Ipse nostris mentibꝰ illuxit. Sed hunc *thesaurum* diuitiarum æternæ sapiētiæ *habemus in uasis fictilibus*, id ē, in corporibus terrenis & fragilibꝰ. Thesaurus iste est sacramentū dei in Christo, quod fidelibus erogatur, incredulis autem absconditur. Hunc thesaurum quo alios ditamꝰ, & quo signa frequenter operamur, habemus in uasis fictilibus, id est, in terrenis corporibus, per quæ ipsi nos infirmamur, qui sanitatem alijs sæpe conferimus, *ut sublimitas* mirabilium operum nostrorum & prædicationis *sit uirtutis dei, & non ex nobis*, id est, appareat esse ex dei uirtute, & non ex nostris uiribꝰ: Quod non ita pateſceret, si thesaurus iste angelis aderogandum commissus fuisset. Et idcirco infirmis hominibus est commissus ad dispensandum alijs, ut huius thesauri sublimitas, id ē, tanta sapiētia, tāta

Universidad de Deusto
Biblioteca

eloquentia, tanta miraculoꝝ ostensio, tanta in tri
A bulationibꝰ constantia, intelligatur esse uirtutis
dei, & non ex nobis. Fictilia uasa significant naturæ
humanæ infirmitatem, quæ nihil potest, nisi à deo
acceperit uirtutem, ut ad laudem suam deus per
infirma uasa se prædicet, ut gloria illi detur, non
homini, qui ex luto fictus est.

Gene. 2. In omnibus tribulationẽ patimur, sed
non angustiamur. Aporiamur, sed nõ
destituimur. Persequutionẽ patimur,
sed non derelinquimur. Humiliamur.
sed non confundimur. Deijcimur, sed
non perimus.

¶ Inde probat nos esse idoneos ad illuminatio-
nem aliorꝝ, & ad erogationem diuini thesauri, qꝝ
in omnibus locis, uel in oĩbus modis *tribulationem*
patimur, sed non in animo *angustiamur*. i. non tãtum
opprimimur, ut pusillanimes effecti cedamus. In
omibꝰ tribulationũ modis affligimur, qm̃ uincu-
la, carceres & ꝟberа & cætera tribulationũ gene
ra in corporibꝰ nostris sustinemꝰ. Sed nõ angusti
amur, imo dilatamur ampliori latitudine cordis,
ut intus regnet charitas, & spatiẽ animæ libertas,
apud se habens thesauri cęlestis diuitias, quibꝰ &
B aliorꝝ dicet inopiam. *Aporiamur*. i. inopiã patimur.
Quia ἀπορία græce, dicitur facultas, abũdantia. à, uero
priuatiuũ est. Aporiamur .i. sine lucro efficimur.
Aporia nanqꝫ est spoliatio oĩm honorũ. Aporia-
mur ergo, i. bonis corporalibus priuamur, *sed non*
destituimur, deo necessaria nobis ministrante. Vel
aporiamur, i. laborando sudamꝰ. Nam poros uo
camꝰ foramina, per q̃ sudor exit. Et inde aporiatꝰ
.i. sudans appellat. Aporiamur ergo .i. in labore
tribulationum desudamꝰ, sed non destituimur à
deo, q nos cõfortat ne deficiamꝰ. Siue aporiamur
.i. quasi sine poris efficimur, hoc ẽ, sine sudore, dũ
uelut frigore constringimur egestatis necessitate.
Sed nõ destituimur à thesauro cælesti, quẽ habe-
mus in uasis fictilibꝰ. *Persequutionem patimur*. i. de
loco ad locũ fugamur, sed nõ derelinqmur in ma
Hic uide- nus inimicoꝝ, ne satisfaciãt sibi de nobis. *Deijcimur*
tur aliqd .i. uerberibꝰ prosternimur, *sed non perimus*, id est,
deesse. non mortificamur. Vel nõ perimus, id est, à con-
fessione ueritatis & prædicatione non cessamus.
Tunc em̃ fieret nr̃m perire, sed sicut habẽt domi-
nium in carne, dominarent & prædicationi nr̃æ.

Semp mortificationem Iesu Christi in
corpore nostro circunferẽtes, ut & uita
Iesu manifestet in corporibus nostris.
Semper enim nos q uiuimus, in mortẽ
tradimur, ppter Iesum, ut & uita Iesu
manifestet in carne nr̃a mortali. Ergo
mors i nobis operat, uita aũt in uobis.

¶ Quid p singula numeraremus ea q̃ patimur?
Quia *semp* sumus *circũferentes*. i. exterius & in aper
to ferẽtes, & ad exẽplũ alijs ostendẽtes *in corpore uo-*
stro mortificationem Iesu. i. quam Iesus pꝰ nobis sustiꝰ C
nuit, & nobis sustinendã reliquit. Hãc in nõ cor-
pore sp circũferimus, qm̃ ad eius miratiõnẽ assi-
due carnẽ mortificamꝰ, ut & alꝰ exemplũ abstiꝰ-
nẽtiæ p̃beamus. Quod ideo fecimꝰ, *ut & uita Iesu*,
sicut nunc mortificatio .i. ut gloriosa immortali-
tas resurrectiõis *manifestetur* oĩbus etiam inimicis
in corporibus nostris. Ecce quo circunferimus morti
ficationẽ Iesu. Quia uidelicet *nos qui* per obseruã-
tionem iustitiæ intus *uiuimus, sp tradimur in mortem*
.i. in pericula mortis *propter Iesum*, quẽ p̃dicamus.
Vel nos qui uiuimꝰ, semp tradimur in mortem. i.
cum præsentẽ uitam habeamus & uiuere possi-
mus, nunc̃ recusamus in mortem tradi propter
dñm Iesum. Et hoc ideo *ut & uita Iesu*. i. quã ipse tã
haber ex quo resurrexit, *manifestetur* cunctis *in no-*
stra carne, q̃ nunc est mortalis. Et quia mortificati
onem in nr̃o exteriori homine circũferimus, nec
in mortẽ propter eius nomen tradi recusamꝰ, ut
& uitæ eius participes simus, *ergo mors* qua quoti
die p saluatore morimur, non est inutilis, sed ope-
ratur magnũ quid *in nobis*. i. uitam perpetuæ felici
tatis. Sed econtrario *uita* qua delectamini in terre
nis, operatur *in nobis* mortem æternã. Increpatiue D
hoc dicitur. Nos huic mundo quotidie morimur,
ut deo uiuamus: uos mundo uiuitis, ut deo moria
mini. Mors operatur, id est, dominium exercet in
nobis, uos ad uoluptates uitæ tenditis.

Habentes aũt eundem spiritũ fidei, si- *Psal. xxv*
cut scriptũ est: Credidi, propter q̃d lo-
cutus sum: & nos crediꝰ, propter q̃d
& loquimur: sciẽtes qm̃ qui suscitauit
Iesum, & nos cũ Iesu suscitabit, & cõsti
tuet uobiscũ. Omnia enim proter uos,
ut gratia abundans per multos in gra-
tiarũ actione abundet in gloriam dei.

¶ Semp quidẽ mors in nobis operat, sed nos
fidem Chri propter quã morimur, loqui nõ cessa
mus. Et hoc est, nos *habentes eũdem spiritũ fidei*, quẽ
habuerũt prophetæ, *sicut scriptũ est*, dicẽte Dauid:
Credidi propter quod locutus sum: & *nos* similiter *credi-*
mus propter quod & loquimur. i. oris confessione fidẽ
nostrã proferimus. Eundem spm̃ fidei habemus.
Nõ ait, scientiã fidei, sed spm̃ fidei. Quod propter
ea dixit, ut intelligeremus qa fides etiã non peti-
ta concedit, ut ei petenti alia concedat. Quo em̃ *Rom. x*
inuocabũt, in quẽ non crediderũt? Ergo spũs gr̃æ
facit ut habeamꝰ fidẽ, ut per fidẽ impetremꝰ oran
do, ut possimus facere quod iubemur. Ipsa uero
fides tenuit corda præcedentiũ, quæ repleuit cor-
da sequentiũ. Spiritales quippe illi patres oĩpo
tentem deum trinitatem ita esse crediderũt, sicut
eandem trinitatẽ noui patres aperte locuti sunt.
Sed & eadẽ fides incarnatiõis Chri saluauit eos,
qua & nos saluamur: quia sicut nos credimus eũ
uenisse, passum esse, resurrexisse, ita & illi credide
runt uenturũ, passurum, resurrecturũ. Tempora
uariata sunt, non fides. Habemus enim eundẽ spi-

ritum fidei, quẽ habuerunt illi, sicut scriptum est
A in eoꝝ libris. Credidi, propter quod locutus sum,
id est, pfecte credidi. Non em̃ perfecte credunt, q
quod credunt, loqui nolunt. Ad ipsam em̃ fidem
pertinet, etiã illud credere quod dictum est: Qui
Matt. x. me confessus fuerit coram hominibꝰ, confitebor
& ego eum coram patre meo. Qui aũt me nega-
uerit coram hominibus, negabo eum coram an-
gelis dei. Iure ergo nõ ait, Credidi, & locutus sum:
sed propter hoc dicit se locutũ, quia credidit. Si-
mul em̃ credidit, & quod primũ loquendo speraꝛ
ret, & quia pœnam tacendo timere deberet. Illi
crediderunt, & propterea locuti sunt. Et nos cre-
dimꝰ, propter quod & loquimur. Hæc uox præ-
cipue martyrum est. Si enim tantũmodo credi-
dissent, & nõ loquerentur, nõ paterentur. Creden
do apprehẽderunt uitam, & nõ loquendo inuene
runt mortẽ. Sed mortem, in qua corpus corrupti
bile seminaretur, & incorruptio metereꝫ. Nullo
metu supplicioꝝ omittimus loqui ea q̃ crediꝰ,
scientes p certo *quoniam* q *suscitauit Iesum*, ipse etiam
nos propter cõfessionem eius fidei mortuos *suscita-*
bit cũ *Iesu*, ponens in eadẽ gloria, *& constituet* nos
in illa regione uiuentiũ, ut ultra non moriamur.
Atq *nobiscum* nos ibi cõstituet, qui unam fidẽ ha-
bemꝰ, in uno regno simus. Nos uobiscũ, non uos
nobiscum, ut nõ inferiores, sed pares nobis sitis, si
B uolueritis. Et recte de uobis hoc asserimus. Nam
omnia propter uos instruẽdos facimus. i. quicquid lo
quimur & quicquid patimur, p salute uestra totũ
agimus, ut exemplo nr̃o uos ad similia prouoce-
mus, & ad cœnam dei pducamus. Et ita spectant
ad uos omnia q̃ facimus, *ut gratia* dei *abundans* in
nobis *abundet* p *multos*, id est, p uos, & p alios lon-
ge lateq cumuletur, *in actione gratiarũ*, ut semper
in aduersis & prosperis deo gratias agatis, uel de
nobis illi gratias referatis, q per nos uobis gratiã
suam infundit. Et abũdet hęc gratia *in gloriam dei*,
ut ipse glorificet ab omnibus. Ideo cũcta facimꝰ,
ut abundãs, id est, copiosum dei munus, q̃d ipse
paratus ẽ omnibus dare, sed nõ omnes digni sunt
accipere, non minuatur per paucos, sed abundet
per multos in actione gratiarum in gloriam dei.
Gloria enim dei est, ut multi referant illi gratias
pro multitudine largiflui doni gratiæ eius.

Propter q̃d non deficimus. Sed licet
is q foris est noster hõ, corrumpat, ta-
men is qui intus ẽ, renouatur de die in
diem. Id em̃ quod in prȩsenti ẽ momen
taneum & leue tribulationis nr̃ę, supra
modũ in sublimitate ęternũ glorię pon
dus operat in nobis, nõ contemplãtibꝰ
nobis quę uidentur, sed q̃ non uidẽtur.
Quæ enim uidentur, temporalia sunt:
quæ autem non uidentur, æterna sunt.

¶ Spem beatæ resurrectionis habemus, & abun
dantem gratiam dei per multos spargere ad glori
am ipsius studemus. *Propter quod non deficimus* in ad
uersis, sed officium nostrum cõstanter implemus. C
Non deficimus, quamuis grauia patiamur. *Sed li-*
cet is homo noster qui foris est expolitus malis, id est,
corpus, *corrumpatur* pressuris, plagis, fame, siti, fri-
gore, nuditate, *tamen is qui intus est*, id est, anima mu
nita, ad quam non accidit humanus furor, *renoua-*
tur in agnitione dei *de die in diem*, id est, assidue puri
or efficitur per ignem tribulationis. Vel de die in
diem, id est, de claritate in claritatem proficiens.
Interior homo pro spiritu mentis positus est, exte
rior autem pro corpore atq mortali uita. Non ta
men utrunq horum simul duos homines Aposto
lus unquam legitur appellasse, sed unum quem de
us totum fecerit, id est, & id, quod interius est, &
id quod exterius. Sed totus iste homo, id est, inte
riore & exteriore sui parte, inueterauit ppter pec
catum, & pœnæ mortalitatis ad dictus est. Renoꝛ
uatur autem nunc secundum interiorem homi-
nem, ubi secundum sui creatoris imaginem refor
matur. In resurrectione uero etiam exterior perci
piet cælestis habitudinis dignitatem. Renouatio
interioris inchoatur à fide, bonisq moribus auge
tur, & roboratur de die in diem. Non enim mo-
mento uno sit ipsius conuersationis renouatio, si-
cut momento uno fit in baptismo peccatorum re D
missio. Neque enim uel unum quantulumcun-
que remanet, quod non remittatur. Sed quemad
modum aliud est carere febribus, aliud ab infirmi
tate quæ febribus facta est, reualescere: itemque
aliud est infixum telum de corpore demere, aliud
uulnus quod eo factum est, secunda curatione sa-
nare: ita prima curatio est causam remouere lan
guoris, quod per oĩum fit indulgentiam pecca
torum: secũda, ipsum sanare languorem, quod fit
paulatim proficiendo in renouatione huius ima-
ginis. Quæ duo demonstrant in psalmo, ubi cani-
tur: Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis,
quod fit in baptismo. Et additur: Qui sanat oĩes *Psal. cii*
infirmitates tuas, quod fit quotidianis profectibꝰ,
cum hæc imago magis ac magis renouatur. Non
dum enim ex integro est renouata. Renouatur au
tem quotidie proficiens in sanctitate, dum trans-
feri amorem à temporalibus ad æterna, à uisibili-
bus ad intelligibilia, à carnalibus ad spiritualia, &
ab istis cupiditatem frenare uel munire, atq illo-
rum se charitate alligare diligenter insistit. Corpꝰ
uero tanquam homo exterior, quanto est in hac
uita diuturnius, magis magisq corrumpitur uel
ætate, uel morbo, uel uarijs afflictionibus, donec
ueniat ad ultimam, quæ ab omnibus mors uoca-
tur. Quia ergo sancti quo exterius deficiunt, eo
interius proficiunt, & quo magis exterius aduersa
tolerant, eo uerius lumine interius coruscant, re-
cte dicunt, quia licet is qui foris est noster hõ, cor-
rumpatur, tamen is qui intus est, de die in diem re
nouatur. Et ideo, inquiunt, nõ deficimus in pres-
suris, quia *id tribulationis nostræ*, id est, exiguum tri-
bulationis quod nunc patimur, *quod est in præsenti*,
id est, in huius uitæ tempore, ubi nemo sine affli-
ctionibus est, & est *momentaneum*, id est, parum du-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rans ꝙ ad tolerandum *leue, operatur in nobis.* i. in exteriori nostro ſempiternam gloriam, & hoc *ſupra modum.* i. ſupra quãtitatem uniuerſę tribulationis. Paruis laboribꝰ magna merces adquiritur, ut pro humiliatione leuis tribulationis ſupra modũ ſub limitas æternæ gloriæ rependatur. Et ad comparationem æternitatis, omne quod in præſenti uita patimur, momentaneum eſt, licet diuturnum eſſe uideatur. Ideo ſupra modum tribulationis eſt magnitudo remunerationis: quia ſi recte cenſeamus, æterna requies æterno labore fuerat emenda, ſed deus miſericorditer, ꝑ breuiſſimo labore dat ꝯternam requiem, pro breui deſpectione ſempiternam gloriam. Ideo ſupra modũ. Vel ſupra modum. i. ſupra menſuram, & comprehẽſionem humanæ rationis, quia dabitur quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Operatur nobis in ſublimitatem. i. ut ſublimemur uſq; ad angelorum celſitudinem, uel *in ſublimitate.* i. in cælorum altitudine. Et contra momentaneum ac leue tribulationis operaꝝ *æternum pondus gloriæ*, ut pro momentaneo æternum, pro leui pondus, pro tribulatione gloriam accipiamus. Sine fine erit hæc gloria, ſine fine erit requies iſta, ſine fine erit hæc lætitia, ſine fine erit hæc remuneratio & incorruptio. Ideoꝙ pro nihil reputamus quicquid moleſtiarum in præſenti ſeculo tolerамus, *non contemplantibus.* i. non appetentibus uel attendẽtibus *nobis ea quæ uidentur.* i. q̃ corporeis ocu-
B lis ſunt ſubiecta, *ſed ea quæ* uideri corporaliter nequeunt. Nã hæc uiſibilia cito tranſeunt cum tempore, inuiſibilia uero permanent ſine fine. Sic eñ uiſibilia hęc ſunt ad inuiſibilia, quomodo figura ad ueritatem. Figura deperit, ueritas permanet. Et ideo iuſti gaudent exire de hoc ſeculo.

Iſaiæ. 64. 1. Cor. 2.

CAPVT V.

SCimus enim qm̃ ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, ꝙ ędificationem ex deo habemus, domũ non manufactã, ſed ꝯnã in cęlis. Nã & in hoc ingemiſcimus, habitationem nr̃am q̃ de cælo eſt, ſuperindui cupiẽtes, ſi tñ ueſtiti & nõ nudi inueniamur. Nã & qui ſumus ī hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati, eo ꝙ nolumꝰ expoliari, ſed ſuperueſtiri, ut abſorbeatur quod mortale eſt a uita. Qui autem efficit nos in hoc ipſum, deus, qui dedit nobis pignus ſpiritus.

¶ Nõ deficimus in momẽtaneis & leuibꝰ tribulationibꝰ, propter æternũ gloriæ pondus q̃d expectamꝰ. Nam *ſcimus quoniam ſi terreſtris domus nr̃a*, id ẽ, caro q̃ de terra eſt, & ꝓcluis ad terrena, & domicilium animæ *huius habitationis*, in q̃ habitamus quandiu uiuimus, *diſſoluatur.* i. deſtruatur ꝑ Chr̃o, ſcimꝰ *quod ædificationem* i. beatam manſionem *habemus* ſtatim *ex deo.* ſ. *domum* æternam in cælis, *non manu* fabricatam, ſed à deo præparatã, ut de temporali & terrena domo expulſi, in æternam & cæleſtem recipiamur domũ. Prædicatores eñ eccleſiæ poſtq̃ de corporibꝰ tranſeunt, nequaquã per morarum ſpatia (ſicut antiqui patres) cæleſtis patriæ perceptione differuntur, ſed mox ut à carnis colligatione exeunt, in cæleſti ſede requieſcunt, ſicut in hac ſententia demõſtratur. Non eñ dicitur, habebimꝰ domum æternam in cælis, ſed habemus: quia uidelicet ꝓtinus habetur illa domꝰ, ex q̃ iſta diſſoluitur. Prius aũt quàm redemptor noſter morte ſua humani generis pœnã ſolueret, eos etiam q cæleſtis patriæ uias ſectati ſunt, poſt egreſſum carnis inferni clauſtra tenuerunt, nõ ut pœna quaſi peccatores plecteret, ſed ut eos in locis remotioribꝰ quieſcentes, quia necdum interceſſio mediatoris aduenerat, ab ingreſſu regni reatus primæ culpæ prohiberet. Nunc aũt perfecti quiq; mox in regnum ſuſcipiũtur. Domꝰ æterna, manſio cæleſtis eſt inter angelos, ubi uices temporum nõ inueniuntur. Supergreditur eñ diſtinctionem & omne ſpatium ætatis uolubile, cui ſemꝑ inhærere deo bonũ eſt. Quæ domus uocatur ædificatio, quia nũc operibus noſtris bonis ædificaꝝ, ut in fine parata inueniatur. Vel domũ hanc æternam in cælis, immortale corpꝰ accipe, in quo reſurgentes ſemꝑ manebimus, cuius forma iam in D cælis eſt in domini corpore declarata. Domũ dico nõ manu *factam*, quia corpꝰ animale fit operatione uiri & fœminæ, ſed corpus ſpiritale fiet per ſpm̃ ſine humana operatione. Nõ enim coitu parentum indigebimus ad reſurgẽdum, ſicut indiguimus ad naſcendum. Ædificabitur aũt domus iſta diuinitus, quando fiet qđ Iezechieli præmonſtratum eſt: Acceſſerunt, inqt, oſſa ad oſſa, unumquodq; ad iunctũram ſuã, & ſuper ea nerui & carnes acceſſerunt, & extenta eſt in eis cutis deſuper. Sic ædificabitur abſq; manu domus animæ nr̃æ, quando corpꝰ noſtrum nutu diuino integrum reſtituetur ex puluere. Et habebimꝰ domum *æternam in cœlis*. *Nam in hoc* ut habeamꝰ eam, *ingemiſcimus* i. intus recentem ſemꝑ gemitum habemus, uidelicet illam deſiderãtes, ſuſpiramus & in precibus gemimus ex dilatione tãtæ quietis & gloriæ. Nos dico, *cupientes ſuperindui habitationem noſtram, quæ eſt in cælo.* i. immortalitatis gloriam. Mors eñ de terra eſt, reſurrectio de cælis. Tamen hac conditione cupimꝰ eam ſuperindui, *ſi ueſtiti* recepto corpore, *non inueniamur nudi.* i. alieni à promiſſa gloria. Opus enim ẽ ut anima corpore induta, ſuperinduatur & gloria, quæ eſt immutatio in claritatem. In hoc. i. in conſideratione tãtæ gloriæ & deſiderio ingemiſcimus præ dilatione, & ꝓcibus inſiſtimus, quia cupimus ſuper innouationem animæ quã iam accepimus, indui nos habitationem noſtram, idẽ, dari nobis animę ueſtẽ, non de terra, id eſt, nõ corruptibilẽ, ſed de cælo. i. incorruptibilem & impaſſibilem ad inſtar cæleſtiũ: ſi tamen in illa reſurrectione ueſtiti corpore, non inueniamur nudi Chriſto, ſed chriſtum induti. Illis enim ſolis proderit immortalitas, qui cum fuerint induti corpore, ueſtiti Chr̃m inuenientur, hoc eſt, indumento iuſtitiæ circundati. Nec mirum ſi idcirco gemimꝰ, quia nondũ ad beatitudinem quã deſideramꝰ, peruenire poſſumꝰ. Nam etiã de hac minori re gemitum habemꝰ, quia corpore exuimur, ut illuc peruenire queamus. Et hoc eſt, *tam q̃ ſumus in hoc tabernaculo.* i. in hoc corpore quod eſt tabernaculum animæ, ut in eo militet ad tempus deo in uia præſentis uitæ, *ingemiſcimus grauati* ſarcina carnis, & ingemiſcimꝰ *eo quod nolumus expoliari* corpore, *ſed ſuperueſtiri* ſtola immortalitatis, *ut abſorbeatur qđ mortale eſt a uita.* i. ut ab infirmitate ad immortalitatem etiam ipſum corpus ſine morte trãſeratur. Si fieri poſſet, ita uellemus fieri immortales, ut iam ueniret ipa immortalitas, & modo ſicut ſumꝰ mutaret nos, ut mortale hoc noſtrum à uita abſorberet, non per mortẽ corpus poneret, ut in fine iterum ſumeret. Quamuis ergo à malis ad bona tranſeamꝰ, tamen ipſe tranſitus aliquantulum amarus eſt, ꝓpter cõſortium quoddam animę & corporis, & quandã in his duobꝰ familiaritatem conglutinationis atq; compaginis. Et ideo mortis diem differre conantur etiam illi, qui poſt
☞ mortem ſe beatius credunt eſſe uicturos. Tantam uim habet carnis & animę dulce conſortium. Nemo enim unq̃ carnem ſuam odio habuit. Et ꝓpte-
Ephe. 5. B rea non uult anima uel ad tempꝰ ab eius infirmitate diſcedere, quamuis eam ſe ſine infirmitate in ꝯternum recepturã eſſe confidat. Et aggrauamur ergo corruptibili corpore, & ipſius aggrauationis cauſam, non naturã ſubſtantiamq; corporis, ſed eius corruptionẽ ſcientes, nolumꝰ corpore ſpoliari, ſed eius īmortalitate ueſtiri, q̃d & ipſum tunc erit. Sed ꝙ corruptibile nõ erit, nõ grauabit. Sub terrena tunica gemimus, ad cæleſtem feſtinamꝰ. Illam uolumus accipere, iſtam nolumus ponere. Ergo fiet hęc iniuria rãto illi ueſtimẽto cęleſti, ut ueniat nobis ſup hos pannos mortalitatis & corruptionis, ut hoc ſit inferius, illud ſuperius: hoc interius, illud exterius? Abſit. Nõ ita uolumus ſuperueſtiri, ut ſub incorruptione maneat corruptio, ſed ut abſorbeatur mortale à uita. i. ut ſine aliqua læſione uita deſtruat in nobis mortalitatẽ, ut nuſquam ſit in nobis aliquid mortale, non infra, non ſupra, non intra, nõ extra. Nos ingemiſcimus nolentes ſpoliari corpore, ſed immortale corpus habere. Sed *qui efficit.* i. q̃ ex toto facit & format *nos in hoc ipſum*, ut ingemiſcamus deſiderio incorruptibilis corporis, nõ homo eſt, ſed *deus, qui dedit nobis* huius rei ſplendæ *pignus.* i. donum ſancti *ſpiritus.* Dedit nobis pignꝰ ſpiritus. i. dedit nobis ſpiritum ſcm̃, qui eſt nobis pignus & certitudo immortalitatis futuræ. Per ſpm̃ enim quẽ dedit nobis, facit nos ſuſpirare deſiderio incorruptibilis uitę: & certos reddit quod hanc conſequemur, cuius iam pignus tenemus.

Iezech. 37

Pſal. 72

Audentes igitur ſemꝑ, & ſcientes qm̃ dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur a dño. Per fidem eñ ambulamus, & non per ſpeciem. Audemus autẽ & C bonam uoluntatẽ habemus magis peregrinari a corpore, & præſentes eſſe ad dominum. Et ideo contẽdimus, ſiue abſentes, ſiue præſentes, placere illi.

¶ Qñquidem deus facit nos ingemiſcere deſiderio immortaliũ corporꝰ, & dedit nobis pignus huius rei ſpiritũ ſanctũ, *igitur ſemper* ſumus *audentes*, id eſt, ſemper audemus uelle corpꝰ deponere, ut ad ſupernã gloriam perueniamus. Ideo uoluntas deponendi corpus uocaꝝ audacia, quoniã res eſt difficilis & omnibꝰ reformidanda. Propterea ſumus audentes ad exuendũ corpus, quia ſumꝰ *& ſcientes* quod quandiu *ſumus in corpore* mortali, *peregrinamur*, id ẽ, remoti ſumus *a domino*, quia nõ uidemus eum, licet ipſe ſit ubiq;. Per hoc eñ exules & peregrini ſumus ab eo, quia longe proiecti à facie contẽplationis eius, cæcitatis noſtræ tenebras in hac ualle lachrymarũ patimur. Adhuc eñ nos antiqua nox grauat, & corruptibilis huiꝰ carnis oculos, quos hoſtis callidus ad cõcupiſcentiã aperuit, iudex iuſtus à contuitu interni ſui fulgoris premit. Quiſquis enim arbitraꝝ homini uitam D iſtã mortalẽ adhuc gerenti poſſe cõtingere, ut dimoto atq; diſcuſſo oñi nubilo phãtaſiarũ corporaliũ atq; carnaliũ, ſereniſſima incõmutabilis lucę ueritatis potiaꝝ, & mẽte penitus & cõſuetudine uitæ huius alienata, illi cõſtanter & indeclinabiliter hæreat, nequaq̃ quid quærat intelligit. Iure ergo ſumꝰ audentes in depoſitiõe corporis, ut ueniamus ad manifeſtã uiſionẽ ſempiterni luminis, quia ſcimus quod dũ ſumus in hoc corruptibili corpore, peregrinamur à dño. i. extranei ſumus ab illa patria beatoꝝ, in qua ſemꝑ deus ſicuti eſt uideꝝ. Nam *per fidem* inuiſibiliũ *ambulamus.* i. tendimus ad patriam uiuentiũ, in qua deus apparet: *& non ꝑ ſpeciem.* i. non per manifeſtã diuinitatis eius contẽplationẽ. Contẽplatio quippe merces eſt fidei, cui mercedi per fidem corda mundanť, ſicut ſcriptũ eſt: Fide mundãs corda eoꝝ. Credenti colligiť meritum, uidenti reddiť premiũ. Qui er *Actu. 15* go peregrinaꝝ & per fidẽ ambulat, nondum eſt in patria, ſed iam eſt in uia. Qui autẽ non credit, nec in patria eſt, nec in uia. Per fidẽ enim ambulamꝰ, & nõ per ſpeciẽ. Incipiť à fide, ut peruenіať ad ſpeciẽ. In corpore nũc peregrinamur à dño & ã patria nr̃a. Sed cũ hoc perpendamus, *audemus*, id ẽ, cũ audacia iſtud magis eligimus ut ſeparemur à corpore & ꝓſentemur dño, ut eũ in ſpecie diuinitatis ſuę uideamus, & apud eum maneamus. Nollemꝰ eñ ſi fieri poſſet expoliari, ſed immortales fieri, & domino ꝓſentari, ſed cũ ſine expoliatione id fieri nõ poſſit, audemus optare expoliari, ut ad dñm pueniamus, *& bonam uoluntatem habemus.* i. non murmuramus de hoc, ſed deſideramꝰ id bona uoluntate. Audemus inquã & bono animo uolumꝰ *peregrinari*, id eſt, remoueri *a corpore magis* q̃ hic morari, ut & præſentes ſimus ad deũ, & inhæreamus illi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Non enim satiat animam nisi incorruptibilis gaudij uera & certa æternitas. Et qa domino cupimus assistere, *ideo contendimus*, i. omnibus modis quibus possumus, corde, ꝟbo & opere conamur *illi placere, siue* nunc *absentes*. i. in hac uita peregrinantes, *siue præsentes*, id est, in patria manentes. Hoc est, illa nitimur operari, per quæ nūc & in futuro illi placeamus. Modo contendimus, quia est pugna. Sed cum absorpta fuerit mors in uictoria, nulla iam
1Cor.15 erit pugna, nullusq; lapsus, quia nulla corruptio. Et ideo iam non contendemus placere, sed omni no placebimus domino in regione uiuorum.

Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Chri, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.

¶ Et recte dixi præsentes, quia oēs præsentabimur Chro iudici, uel merito cōtendimus ut illi semper placeamus, ne in iudicio displicentes damnemur. Nam *omnes nos*, cuiuscunq; sexus uel ætatis aut conditionis sumus, *oportet*. i. necesse est *manifestari* uniuscuiusq; cogitationes & ꝟba & opera. Ibi uidebitur quis sit unusquisq;, modo enim
B paꝛ dignoscitur. Oīa nostra patebunt *ante tribunal*, id est, ante iudiciariam sedem Christi, quando coram deo iudice astabimꝰ. Pro magnitudine potestatis & iudicis, magnitudo tribunalis & iudicij æstimanda est. Quanto em̄ maior potestas iudicis, tanto maior terror iudicij sit necesse est. Oēs omnino manifestabuntur ante tribunal tanti iudicis, *ut unusquisq;* siue iustus, siue iniustus, ad similitudinem messorum *referat*. i. reportet illuc *propria* gesta *corporis*, *prout gessit*. i. sicut ipse unumquodq; opus fecit, *siue bonum, siue malum*. Eodem modo & eadem quantitate, qua gessit unusquisq; quodlibet opus, recitabit illud iudicandum ante tribunal æterni iudicis. Vnusquisq; referet propria corporis, id est, quæ gessit uel cogitauit dum in corpore fuit. Neq; enim si quis maligna mente atq; impia cogitatione blasphemet, & id nullis membris corporis operetur, ideo non erit reus, quia id non motu corporis gessit, cum hoc per illud tempus gesserit quo gessit & corpus. Prout gessit mente, lingua uel manu, dum esset in corpore, referet unusquisq;, etiam paruuli, qui non p seipsos, sed per alios gesserunt. Nam si in illa parua ætate moriuntur, utiq; iudicantur sēdm propria gesta corporis. i. secundum ea quæ gesserunt dum essent in corpore, quāndo per corda & ora gestantium crediderunt, uel non crediderunt, quādo baptizati uel nō baptizati sunt, quando carnē Christi manducauerunt uel non manducauerunt, quādo eius sanguinem biberunt, uel nō biberunt. Secūdum hæc ergo quæ in corpore gesserūt, iudicātur, non secūdum ea quæ gesturi erant si diu hic uiuerent.
☞ Neq; huic apostolicæ sententiæ aduersantur beneficia, quæ pro defunctis cōmendandis agimus, quia etiam meritum hoc sibi quisq; dum in corpore uiuerer, comparauit, ut ei possint ista prodesse. Non enim oībus prosunt. Et quare non ꝓsunt C omnibus, nisi propter differentiam uitæ quam quisq; gessit in corpore? Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio.

Scientes ergo timorē domini, hominibus suademus, deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientijs uestris manifestos nos esse. Non iterum commendamus nos uobis, sed occasionem damus uobis gloriādi pro nobis, ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde.

¶ Et quia corā Christo iudice necesse est nos omnes manifestari, ut recipiat unusquisq; prout gessit, *ergo scientes* hoc, *suademus hominibus timorem domini*. i. suademus illis ut per singula quæ nūc faciunt, timeant futurum domini iudicium, & desistant à prauis operibus, ne tūc incipiant timere, cū iam non poterūt damnationē euitare. Vel qa necesse est oēs manifestari ante tribunal Chri ut D dicis, ergo scientes timorem dñi, id est, scientes q̄ timendus sit dñs in suo iudicio, qui tū subtiliter examinaturus est opera & cogitationes singulorꝫ, suademꝰ hominibus ut timeant & prouideāt sibi, ne in iudicium damnationis incurrant. Hominibus quidē hoc suademus, sed *manifesti sumus deo*, si aliter agimꝰ q̄ docemus. i. deus nouit si ē in nobis quod alijs suademus, & qua intentione facimus istam suasionem. Deo quidem scimus nos esse manifestos, qui uidet occulta nostra: sed *spero* etiam *in conscientijs uestris manifestos nos esse*. Manifesta erat puritas eorum Corinthijs, quia neque ali quando in adulatione fuerant deprehensi, neque prædicatio eorum displicuerat sanctis, nec ab aliquo illorum quicquam (ut assolet) occulte elicere tentauerant, ut foris simplices turbis apparerent, intus uero doloſi essent. Ideo conscientias eorum pulsat, ut sibimet testes essent de ueritate. Ac si aperte uerbis alijs dicat: Licet uobis male de nobis locuti sint pestiferi homines, puto tamē quod nō recipiat uestra cōscientia de nobis aliter suspicari quàm nouit, nec potestis magis alijs fidē accommodare quàm uobismetipsis. Et quia modo se laudare uidebatur, subiungit: *Non iterum nos commendamus nobis*, Id est, sicut nec in prima epistola nosipsos uobis commendauimus, ut putatis, sic nec in ista nunc nos commendamus: quia per hæc quæ dicimus, laudem nostram à uobis non quærimus: *sed* propter utilitatem uestram *damus nobis* per hæc uerba *occasionem*, id ē, materiam *gloriandi pro nobis* contra pseudo apostolos, ut gloremini quia integram puræ ueritatis doctrinam à nobis suscepistis, & fallacem prædicationē pseudo apostolorum respuistis. Vel pro nobis quos deo placere nostis, gloriemini, *ut habeatis* occasionem gloriandi *ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde*, id est, contra pseudo apostolos, qui per hy-

A pocrisim gloriantur de specie pietatis, & non de puritate cordis. Vel in facie, id ē, in exterioribus, hoc est, in carnalibus obseruantijs gloriantur: & non in corde, id est, in spiritualibus, quæ fiunt in interiori homine. Pseudo apostoli animos Corinthiorum commouere uidebātur in odium Apostoli, ut ab eorum cordibus fides apostolica facilius laberetur: multi iactabant se ab alijs apostolis didicisse, qui semper cum dño fuerant. Ideoq; nunc dicit se his dare occasionem, id est, rationē, per quam ipsi gloriarentur aduersus eos, quoniā apostolꝰ erat, à quo & isti didicerāt, sicut & à quibus illi gloriabantur se doctos fuisse. Talis enim gloriatio in facie erat, nō in corde: quia de personis gloriabantur, non de ueritate.

Siue enim mente excedimus, deo: siue sobrij sumus, uobis. Charitas em̄ Christi urget nos, æstimantes hoc, quoniā si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro oībus mortuus est Christus, ut & qui uiuunt, iam non sibi uiuāt, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.

B ¶ De nobis, inquit, potestis gloriari: quia quic quid agimus, uel honor est dei, uel utilitas proximi. *Siue enim mente excedimus* omnia temporalia ut contemplemur æterna, *deo* id facimus. *Siue sobrij sumus*. i. ab illa mentis ebrietate ad cōmunē sensum eximꝰ, hoc *uobis* fit. i. pro utilitate uestra. Excessus mentis est intētio superna, ita ut quodammodo de memoria labant infima. In hoc mentis excessu fuerunt oēs sancti, quibus arcana dei mundū istū excedentia reuelata sunt. De hoc excessu nūc dicitur: Siue mente excedimus, deo. Quod em̄ Apostolus mente excedebat, deo excedebat. Excedēs enim mēte oīem humanā fragilitatem, omnem seculi temporalitatē, oīa quæcunq; nascēdo & occidendo uanescunt transeuntia, habitabat corde in quadam ineffabili contemplatione quantū
Infra.12 poterat, de qua dicit, quod audiuit ineffabilia uerba quæ non licet homini loqui. Itaque si semper manere uellet in eo quod uiderat, & loqui nō poterat, non leuaret alios ut & ipsi uidere hoc possent. Descendit ergo pro eorum subleuatione. Et hoc est quod additur: Siue sobrij sumus, uobis. Quid ē, sobrij sumꝰ? Sic loquimur ut capere possitis. Hæc agebat Apostolꝰ, & boni rectores age-
☞ re debent: qa tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, eū ad se ima proximoꝝ misericorditer attrahit: & quo benignius descendit ad infima, eo ualentius recurrit ad summa. Sobrij, inquit, sumus uobis. charitas em̄ Christi urget nos sic agere. Nā charitas Christi, quæ sanctoꝝ mentes ad superna subleuat, eas pio moderamine ꝓ fraterna dilectione etiam ad humilitatem condescensionis formal, itaq; dicitur: Siue mēte excedimus, deo: siue sobrij sumus, uobis. *charitas enim Christi nos urget*. Hoc est, Si ea tantum agere uellemus & ea tantū contemplari, quæ mentis excessu intuemur, uobiscū non essemus, sed in supernis tanquā cōtemptis uobis. Et qñ uos ad illa superiora & interiora infirmo passu sequeremini, nisi rursus urgente charitate Christi (qui cū in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualē deo, sed semet *Philip.2.* ipsum exinaniuit, formam serui accipiens) considerare mus nos esse seruos, & non ingrati ei à quo accepimꝰ altiora, propter eos q̄ infirmi sunt, non contēnemus inferiora, & tēperare mus nos eis, qui non possunt nobiscū uidere sublimia? Hoc ergo est, siue mēte excedimus, deo. Ille em̄ uidet q̄d uidemus in mentis excessu, ille solus reuelat secreta sua. Vobis aūt proficit qñ sobrij sumus, id est, ab illo mentis excessu, qui mentē ipsam debriat & à sensu temporaliū immutat, ad cōmunem sensum descendimus, ut à uobis intelligi possimus. Charitas Christi nos urget ad uos inclinari, *æstimantes hoc, quoniam si unus* Chrs *mortuus est pro omnibus* ad uitā prædestinatis, *ergo omnes* participatiōe mortis eius *mortui sunt* in hoc quod prius erant. i. sēdm hoc quod ueteris hominis membra fuerūt. Ideo libenter ad eos debemꝰ inclinari, qui iā per baptismum Christo sunt commortui. Vel si unus Chrus mortuus est ꝓ oībus, id est, ut oēs uiuant, ergo necesse est fateri quia oēs mortui sunt in anima per pcm̄, quoꝝ uiuificatio quæsita est morte D unius qui peccato solꝰ carebat, nec mortis aīę particeps esse poterat. Et idcirco nos debemꝰ ad eos instruendos humiliari, pro quibꝰ uiuificandis salua tor usq; ad mortē dignatꝰ est inclinari. Omnes ☜ itaq; mortui sunt in peccatis, nemine prorsus excepto, dēpta matre dei, siue originalibus, siue etiā uoluntate additis, uel ignorando, uel sciēdo, nec faciēdo quod iustū est. *Et pro omnibus* mortuis *mortuus est* unus *Christus*. i. nullū habens omnino pcm̄, q̄ solus hostia sufficiēs fuit ꝓ peccatis oīm, *ut qui* ꝓ remissionē pcōrum *uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis* oīmbus *mortuus est* propter pcā nra, & resurrexit, propter iustificationē nostram, ut cre- *Roma.4* dētes in eū qui iustificat impium, ex impietate iustificati, tanq; ex morte uiuificat, ad primam resurrectionem q̄ nunc est, pertinere possimus. Nō ergo sibi uiuat quisq;, sed Chro, faciens nō suam, sed ipsius uoluntatē, ut possit dicere: Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus, & anima mea illi uiuet. Illi utiq;, non sibi. Debet enim ui- *Galat. 2.* ta humana in se deficere, in Chro proficere, qui *Psal. 21.* mortuus est ut nos moreremur peccatis, & resurrexit ut resurgeremꝰ ad opera iustitiæ. Et quid est aliud, Non sibi, sed illi uiuant, nisi ut non secundum carnem uiuant in spe terrenorum & corruptibilium bonorum, sed secundum spiritum in spe resurrectionis, quæ iam ex ipsis in Christo facta est?

Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ¶ Suo more uitam nostram futurã, quæ iam in Christo capite nostro resurgẽte completa est, ita spe certa meditatur Apostolus, tanq; iam adsit p̃sens q; teneat. Quæ utique uita non erit secundum carnem, sicut Christi non est secundum carnem. Carnem nanq; hoc loco nõ ipsam corporis nr̃i substantiã, sed corruptionẽ mortalitatẽq; carnis uult intelligi, q̃ tunc non erit in nobis, sicut iã in ch̃o non est. Quia, inquit, resurrectio ch̃i nos resurgere fecit, *itaq; ex hoc* tpe resurrectiõis *neminem* eor̃ pro quibus Ch̃s mortuus est & resurrexit & q iam non sibi uiuunt, sed illi, *nouimus secm carnem*. i. secm carnis corruptiõem propter spem futuræ immortalitatis, in cuius expectatione uiuunt, q̃ in Christo iam non spes, sed res est. *Et si cognouimus Christũ secundum carnem*, id est, secm carnis mortalitatem, cum adhuc moriturq; esset, *sed*, id est, tñ *iam non nouimus*, quia illud eius mortale iã induit immortalitatẽ. Noueramq; ergo Christũ secundũ carnem, id est, secundũ carnis mortalitatem antequam resurgeret, sed nunc iam non nouimus, quia resurgens à mortuis iam non moritur, mors illi ultra nõ dominabit. Nam si Chris-
Roma. 6 tus secundũ hæreticos ideo non habuit carnem, quia dixit Apostolq; nunc iam non nosse Christũ secundũ carnem, nec illi habuerũt carnẽ, de qui-
B bus præmisit: Itaq; nos amodo neminẽ nouimus secundũ carnem. Sed quia illor̃ secũ uitam futuram (ut diximus) tanq; p̃sentẽ meditabat, q resurgentes cõmutabuntur, amodo, inquit, neminem nouimus secundũ carnem. i. ram certã spem tenemus futuræ nr̃æ incorruptionis & immortalitatis, ut amodo iam in ipsa notitia gaudeamus.

Si qua ergo in Christo noua creatura, uetera transierũt, ecce facta sunt oĩa noua. Oĩa aũt ex deo, qui nos recõciliauit sibi per Christũ, & dedit nobis ministerium recõciliationis. Q̃quidem
Apoc. 21 deus erat in Christo, mundũ reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis uerbũ recõciliationis. Pro Ch̃o ergo legatiõe fungimur, tanq; deo exhortante p nos. Obsecramus p Christo, recõciliamini deo.

Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia dei in ipso.

¶ Et quia Christus iam non est secundũ carnẽ, nec aliquis eor̃ qui ei uiuit, *ergo si qua noua creatura*, hoc est, si quis innouatur, esse potest in Christo, nunc patet quod *uetera* corruptiõis *transierũt*, *& ecce facta sunt omnia noua* immortalitatis. Quoniam omnes in Christo, etsi nondũ re, iam tamẽ spe immortales sumus, uetera transierũt, & facta sunt omnia noua. Oĩs ergo noua creatura, id est, populus innouatus per fidem, ut habeat interim in re, quod in spe postea perficiat, in Christo habet C iam quod in se sperat: itaq; nũc uetera transierũt secundũ spem, quia modo iam non est tempus ueteris testamẽti, quo temporale atq; carnale regnũ expectet à deo: & facta sunt oĩa noua secundũ eandem spem, ut regnum cælor̃, ubi nulla erit mors atq; corruptio, promissum teneamus. In resurrectione autem mortuor̃ non iam secundum spem, sed secundũ rem: & uetera transibũt, cum inimica nouissima destrueretur mors: & fient omnia noua, cum corruptibile hoc induit incorruptionem, & mortale hoc immortalitatẽ. Quod iam in Christo factum est, quem secundũ rem iam nouerat Apostolus secundũ carnem. Eor̃ uero pro quibus mortuus est & resurrexit, nondũ secundũ rem, sed secundũ spem, neminem nouerat secundum carnem. Sed & moraliter uetera, id est, ueteris hominis uitia transierunt, & facta sunt omnia noua, id est, noui hominis opera. Ad ueterẽ quippe hominem pertinet, præsentem mundũ quærere, transitoria ex concupiscentia amare, mentẽ in superbiam erigere, patientiam non habere, ex dolore malitiæ de proximi læsione cogitare, sua indigentibus non dare, ad multiplicanda illa alie-
D na quærere, nullum pure propter deũ diligere, inimicitias inimicis reddere, de afflictione proximi gaudere. Cuncta hæc uetusti sunt hominis, quæ uidelicet trahimus de radice corruptionis. Sed qui iã ista exuperat, & ad præcepta dominica mentem in benignitate cõmutat, de hoc recte dicitur, quia uetera transierunt, & ecce facta sunt oĩa noua. Tunc em̃ in nostris mentibus noua fiunt, cũ à nobis uerusti hominis uitia transierunt. Dixiq; a in Christo noua creatura & facta sint omnia noua. Sed tamen *ex deo* patre sunt *omnia* hæc noua, quæ uel in moribq, uel in spe, uel in re consistunt. Ex patre sunt oĩa, quæ per Christũ uel in Christo habemq, quia & ipse Christus ex patre est. Nihil nouitatis ẽ nobis, sed oĩa sunt ex deo, *qui* ex antiquis inimicis *reconciliauit nos sibi per Christum* mediatorẽ. Quia em̃ creatura humana peccauerat in deũ, nec pœnitebat ut reuerteretur ad eum, deus opus suũ nolens perire, misit filiũ suũ, per quem prædicata remissione peccatorum, reconciliaret sibi per ipsum, per quẽ eos creauerat. Per Christũ nos reconciliauit sibi, *& dedit nobis ministerium reconciliationis*, id est, iniunxit nobis legationẽ, ut per orbem discurrentes, ministraremus ubiq; doctrinã euangelij, per cuius obseruantiam oĩes deo reconciliarentur, & in amicitiam reuocarentur. Vere per ipsum & per nos dedit homi-
1.ioh.3.16 nibus reconciliationem. *Quoniam in Christo quidem erat* ipse *deus reconcilians sibi mũdum, & in nobis posuit uerbum reconciliatiõis*. Deus erat in Christo, qui ait: Pater in me manens, ipse facit opera. Pater em̃ est
Ioh.3.17 in filio, quia una est eor̃ substantia. Deus ergo erat in Christo conuersante inter homines reconcilians sibi mundũ, id est, homines de mũdo, pro
1.ioh.2.1 quibus ipse Christus ait: Vt mundus credat quia tu me misisti. Mũdus em̃ in hoc loco non ille intelligitur, qui totus in maligno positus est, sed ille

A pro quo misit deus filium suũ, ut saluetur mundus per ipsum, id est, ecclesia per mundi latitudi-
Iohan. 3. nem fundata. Hunc mundum sibi deus reconciliauit hoc modo, uidelicet *non reputans illis delicta ipsorũ*, ut pro his puniret illos, sed tã originalia q̃ actualia dimisit oĩa in baptismo. In Christo quidem erat per naturã, sed in nobis per gratiã: quia posuit in nobis, id est, in interiori nostro uerbum .i. prædicationem reconciliatiõis. Hoc est, per spiritum sanctũ illuminauit corda nostra, & docuit quibus rationibus ei possemus homines reconciliare, conuertendo eos ad fidem & pœnitentiã & ad bonam operationem. Et quandoquidem post Christum posuit nos recõciliatores, *ergo pro Christo*, id est, uice Christi *fungimur legatione dei*. Chr̃us enim proprie fuit legatus patris, sed nos pro eo fungimur legatione, ut uice eius prædicemus reconciliationem gentibus. Legatione dei ad uos fungimur, *tanquam deo* uos ad reconciliationẽ *exhortante per uos*. Ipse em̃ in nobis loquitur, & uerba eius sunt ea quæ ex ore nostro processerunt, ideoq; libenter nobis obtẽperare debetis. Et quia uice Christi sumus directi, *obsecramus pro Christo*. i. tãquam uos Christus obsecret, *reconciliamini deo*. Obsecramus uos, id est, per omnia sacra adiuramus, ut reconciliemini deo per pœnitentiam, cui per peccatum estis inimici. Nemo enim reconci-
B liatur nisi ex inimicitijs, & nihil inter deum & homines facit inimicitias nisi peccatum. Plerunque autẽ homo qui alteri homini irascit, discordanti sibi reconciliari appetit, sed ire ad satisfaciẽdum prior erubescit. Pensemq; facta ueritatis, ut uidemus quo iaceat nostræ prauitis actionis. Ecce inter nos & deum discordiã peccando fecimus, & tamen ad nos deus suos legatos prior misit, ut nos ipsi qui peccauimus, ad pacẽ dei rogati ueniamus. grubescat ergo humana superbia. confundatur quisq; si non satisfaciat proximo, quando post culpã nostrã, utei reconciliari debeamus, & ipse qui offensus est, legatis interuenientibus obsecrat deus. Quomodo autẽ ei reconciliaremur, nisi deleretur peccatum, quod inter nos & ipsum erat & nos ab eo separabat? Proinde cum dixisset Apostolus, obsecramus pro Christo, reconciliamini deo, quasi diceremus quomodo poterimus reconciliari deo, subiunxit: *Eum qui non nouerat peccatum*, id est, Christũ qui non nouerat peccatũ per experientiã, licet nosset illud per sapientiã, *fecit pro nobis* deus pater *peccatum*, id ẽ, sacrificium pro peccato. Bene ergo possumus ei recõciliari, qui sanguine Christi sui delet omne peccatũ nostrum, si nos illud pœnitendo damnemus. Qui ui delicet Christus peccatũ nõ nouit, quia nunquã peccati delectationem sensit. Sed per sapientiam quia ipse peccatum dãnat, nouit ipse peccatum, id est, nouit hoc esse malum. non ergo fecit ipse peccatum, sed eũ deus pro nobis peccatum fecit, hoc est, ut dixi, sacrificiũ pro peccato. In lege em̃ peccata uocabantur, sacrificia quæ pro peccatis offerebantur. Et eodem modo locutionis appellatur nunc Christus peccatum, quia pro peccato

est oblatus. Similitudo etiã carnis peccati, in qua C uenit, dicta est peccatum. Misit, inquit, deus filium suum in similitudine carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. Id est, de similitudine carnis peccati, quæ ipsius erat, damnauit pcẽm in carne peccati, quæ nostra ẽ. Eum itaque qui non nouerat pcẽm, id est, christum, pro no- Rom. 8.
bis peccatum fecit deus, cui reconciliandi sumus, id est, sacrificium pro peccatis, per quod reconciliari ualeremus. Ideo fecit eum peccatum, *ut nos efficeremur iustitia dei in ipso*. Ipse ergo pcẽm, ut nos iustitia, nec nr̃a, sed dei: nec in nobis, sed in ipso, sicut ipse peccatũ non suũ, sed nostrum: nec in se, sed in nobis constitutum similitudine carnis peccati, in qua crucifixus est. Hæc est illa iustitia dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos ab eo iustificati sumus. Vt efficeremur, inquit, non solum iusti, sed etiam iustitia, id est, ut per nos alij fiant iusti. Efficeremur iustitia dei in ipso .i. in eius corpore quod est ecclesia, cui ipse est caput. Coloss. 1.

CAPVT VI.

ADiuuantes autem exhortamur, ne in uacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Isai. 49. D

¶ Deus p Christum p peccatis nostris immolatum reconciliat uos sibi. Sed nos adiuuamus opus reconciliationis huius. Dei enim sumus adiutores. Nos ministerio prædicationis nostræ *adiuuantes* beneficium diuinæ operationis, *exhortamur* uos *ne in uacuum gratiam dei recipiatis*, quã uobis offert. Gratia dei est remissio pcõrum. Quam in uacuum recipit, quisquis in bonis operibus se postea non exercet. Gratia dei est facultas hene concessa diuinitus homini, de qua dicitur, sine me nihil poteſtis facere. Quam in uacuum recipit, qui cum dei gratia non laborat, nec adiungit studium suũ, ut possit dei præcepta ipo adiutore Ioh.15.
implere. In uacuum, id est, in hoc ut sit ei res uacua, recipit hãc gratiam qui bonis operibus eam implere non satagit. Sed nos bene cum auxilio gratiæ agendum uos exhortamur, ne per desidiam uestram in uacuũ eam recepisse inueniamini. Et hoc facimus, ut dictũ est, adiuuantes opus cælestis gratiæ & reconciliatiõis. uel adiuuantes uos ipsos nostris meritis & orationibus atq; sermonibus. Siue ita: Nos prædictis causis & rationibus uos adiuuantes, id est, ad reconciliationem prouocãtes, exhortamur ne in uacuum gratiam dei recipiatis, id est, ne falsis apostolis credentes, ita recipiatis & intelligatis baptismum & fidem, quã suscepistis, ut eat in uacuum, id ẽ, transeat uobis in rem uacuam, & oĩ plenitudine utilitatis priuatam. Illi enim q putant solam fidem Christi sine carnali obseruantia legis non sufficere ad iusti

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam & salutem æternam, gratiam dei, id est, fidē
A ipsam intelligunt quasi rem uacuam .i. non refer-
tam innocentia & omnium uirtutum perfectiōe.
Et sicut hanc fidei grām putant uacuam, sic fit eis
uacua, quia per eam nec remissionem pctōrum,
nec aliquam gratiam cōsequuntur. Sed uos eam
nolite recipere sic, nolite sic de ea sentire, ut uobis
eat in uacuum .i. ut fiat omni commodo uestro
uacua. Vere nō deberis eam putare uacuam, nec
uobis facere uacuam, quia non est uacua, sed bo-
nis operib9 referta. Nam ipse deus qui grām istā
Isai. 49. humano generi offert, *ait* in Isaia: *Tempore accepto*
.i. tēpore quod est mihi uel hominibus acceptū,
exaudiui te orantem pro peccatis tuis. Nō est ergo
uacua hæc gratia, in cuius tempore deus orantes
exaudit. Quod temp9 est hoibus gratum, & cum
omni amplexu cordis acceptū. Plus enim est acce
ptum q̄ acceptabile, qm̄ acceptabile dicitur, qđ
est habile ut recipiatur: acceptū uero, quod iā mē
tis deuotione receptū est. Et post q̄ hoc tempus ti
bi fuerit acceptū, id est, post q̄ hoc susceperis, ex-
audit deus preces tuas, quas tempore legis nō ex-
diebat. Tempore (inquit) accepto, id est, tempore
gratiæ, quod accepisti ueniēs ad fidem, exaudiui
B te deprecantem pro remissione culparum tuarū,
& in die salutis .i. in hoc eodē tempore gratiæ, quo
uera salus de cælo ad homines uenit, & lux fidei
atq; iustitiæ tenebras infidelitatis atq; peccatorū
effugauit, *adiuui te* de assequutione uirtutum. Lex
aūt non adiuuabat, sed tm̄ præcipiebat. Sub grā
uero deus nos (inquit) adiuuat, ut bona quæ præ-
cipit, facere ualeamus. Nam ideo adiuui te, quia
ipse liberum in nobis arbitrium restituit, & ex li-
bero arbitrio nostro laboram9, & diuina gratia
adiuuante potētes efficimur, sine qua nihil facere
possemus. Hoc deus ecclesiæ de gētibus per pro-
phetā dixit: Tēpore accepto exaudiui te, & in die
salutis adiuui te. hoc eidem ecclesiæ de gentibus
conuersæ replicat nunc Apostolus, & exponēdo
subiungit: Ecce .i. non ultra differtur illud temp9,
sed *nunc* præsentialiter est *tempus acceptabile*, quod
oēs grataнter accipere debent, ut & ipsi fiant deo
acceptabiles: & *ecce nunc* præsentialiter est *dies salu-
tis* .i. lucidū tempus gratiæ, in quo per bona ope-
ra possint homines æternam promereri salutē.
Ex quo enim saluator in carne apparuit, semp est
acceptabile tempus, & dies salutis usq; ad finem
seculi. Vnicuique tamē finitur hoc tempus in ho
ra obitus sui. Dies enim salutis per Christi gratiā
est uita præsens, quoniam apta est ad bñ operan-
dum: & concludetur nocte iudicij, in qua nemo
poterit operari. Et ideo adesse tempus dicit Apo-
stolus, quo possint ad indulgentiā proficere pec-
catores; diem adesse dicit, quo morbis mortali-
bus animarum possit adhiberi medicina salutis.

Nemini dantes ullā offensiōem, ut nō
2.Cor.4. uituperetur ministerium nostrū. Sed
in oībus exhibeamus nosmetipsos si-
cut dei ministros, in multa patiētia, in

tribulatiōibus, in necessitatibus, in an-
C gustijs, in plagis, in carceribus, in sedi-
tionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiu
nijs, in castitate, in sciētia, in lōganimi-
tate, in suauitate, in spiritu sctō, in cha-
ritate non ficta, in uerbo ueritatis, in
uirtute dei.

¶Exhortati sumus uos ne in uacuum gratiā
dei recipiatis, & exhortamur ut *nemini* sitis *dantes
ullam offensionem*. Cauete ne malo exemplo uestro
seu uerbo prauo detis alicui fratrum ullā offensi
onem .i. ne faciatis eum offendere, ut cadat p uos
in pctm̄: ne sitis ei offendiculū, ut exemplo praui-
tatis uestræ offendat corruens in nequitiā, uel ne
offendatis eū .i. ne cōturbetis & irasci faciatis eū.
Idcirco uidete ne male uiuendo uel loquēdo prę-
paretis offensionē ulli proximor̄, ne propter uos
uituperetur ministerium nostræ p̄dicationis, qui uos
docuimus qualiter agere debeatis. Qui em̄ uos
male agere uiderint, putabūt nos ita docuisse, &
incipient nostram doctrinam uituperare. Nō de-
tis inquam ulli offensiōem, sed potius *exhibeamus
nosmetipsos in oībus* & uos *sicut dei ministros*. Vt meli
us exhortet eos cōiungit se illis, ac uelut seipsum D
admonet, quia infirmitatem illor̄ quasi suam ęsti
mat; & si profecerint, profectus illor̄ ipsius erit.
Exhibeamus, inquit, id ē, offeramus deo, nosmet-
ipsos .i. me & uos. Vt ergo unusquisq; seipsum ex
hibeat, exhibeamus .i. offeramus & demōstrem9
nos in oībus sicut dei ministros. Ac si dicat: Non
uos admoneo ut om̄es sitis apostoli, uel in mini-
sterium prædicationis assumatis, sed ut sitis sicut
ministri dei, id ē, in omnibus ministros diuinæ p̄-
dicationis imitemini, ut similitudo religiosæ con
uersatiōis eor̄ exprimat in uobis. Et si nō omnes
sum9 ministri, oēs tñ sicut ministros dei nosipsos
exhibeam9, ut sicut illi uiuunt, ita & nos uiuam9.
Et hoc faciamus *in patientia*, quæ sit *multa* .i. sustī-
nens multa, & neq; murmurans cōtra deū, neque
indignans contra hoīem qui mala intulerit. Hæc
ita gñaliter oībus dicunt Chrianis. Specialiter ue
ro ministris euangelicæ prædicatiōis hoc modo
possunt dici: Nos, qui alios exhortamur ne in ua-
cuam grām dei recipiant, ita conuersationem no
strā cauta circūspectiōe custodiam9, ut nemini si-
mus dantes ullam offensionem .i. nosipsi faciam9
quæ alijs facienda suademus, non faciamus quæ
phibemus: ne si aliter docere & aliter facere uisi
fuerimus, exemplo nostro cæteros offendere fa-
ciamus. Infirmus enim quisq; plus attendit facta
prælati sui quām uerba, & putat sibi licere quic-
quid illum uiderit agere. Et ita prælatus qui male
uiuit, licet bene doceat, offensionem subditis pa-
rat. Nemini ergo simus dantes ullam offensionē,
ut nō uituperetur ministerium nostrum. Vitupe-
rabitur enim, & linguis obtrectantium lacerabi-
tur, nō si fecerimus mala solū q̄ improbam9, sed
etiam si non fecerimus bona quæ docemus. Ne-

minē offendamus, sed in omnibus uerbis & ac-
A tibus nostris exhibeamus nosmetipsos sicut decet
dei ministros, id ē, ut ex operib9 nostris homines
deū glorificent, & nos int9 deo placeamus. Et id
faciamus in multa patientia, per quam & indisci-
plinatos mores fratrum tolerādo paulatim corri
gamus, & infidelium persequutiones fortiter su-
stineamus. Nam subsequēter ostēditur per partes,
q̄ multa debeat esse ista patiētia. Nec solum mini
stris, id ē, prælatis ecclesiæ iubent̄ ista, sed & sub-
iectis, ut præmissim9, qui similes in moribus debēt
esse bonis ministris. Multā (inquit) patientiam ha
beamus *in tribulationibus*, id ē, in pressuris & uexa
tionibus, quæ nobis inferentur à prauis hoībus: *in
necessitatibus*, id est, in egestatib9 cibi uel potus uel
indumenti: *in angustijs*, id est, in sollicitudinibus &
curis animi atq; timore pœnarum, unde mēs an-
gustiatur: *in plagis*, id ē, in uerberib9, sicut est uir-
garum cælio: *in carceribus*, id est, in tenebrosis & fœ
tentibus locis reclusi: *in seditionibus*, id ē, in commo
tionib9 populi contra nos. Si populus cōtra nos
insurgat, & cum quodam tumultu conetur nos
à bono opere reuocare, nos patienter feram9, &
à bono non separemur. Sed & *in laboribus* habea
mus patientiam, id ē, si praui homines longis iti-
neribus aut grauibus operibus nos laborare co-
B gunt, uel si labore manuum nostrarum nobis ui-
ctum quæsierimus. Et *in uigilijs*, id ē, si necesse fue
rit nos uigilare, ut per noctē operemur unde ui-
uamus, uel in uigilijs ad psallendum & orandū.
Atq; *in ieiunijs*, quæ uel sponte facim9, uel indigen-
tia facere coegerit aut quælibet necessitas, in his
omnib9 patientiam teneam9, & nos ut dei mini-
stros exhibeam9. Ministri enim sunt, quicunque
bū operantur, quia deo ministrant, id ē, deseruī-
unt. Excepto igitur prædicationis officio & alta-
ris ministerio, om̄es agnoscam9 nos esse dei mini-
stros, & ut tanti domini famulos, exhibeam9 nos
idoneos *in castitate* mētis & corporis, & *in sciētia*,
Mat.25. ne fatuis uirginibus similes, amittam9 per imprū
dētiam meritum castitatis. Habeamus ergo scien
tiam scripturarum, uel sciētiam qua prudenter
agere bona sciam9 & mala respuere. Et ut mini-
stros dei nos exhibeam9 *in longanimitate*, id est, in
longa animi expectatione, qua patienter usq; in fi
nem perseueremus, aduersa præsentis uitæ feren
do & gaudia sequentis uitæ sperando. Et *in suaui-
tate*, ne per rancorē animi efficiamur illis asperi,
à quib9 longanimiter mala toleramus, sed p dul-
cedinem mentis simus illis suaues & blādi, ut nec
uerbo nec opere nostro illis uel alijs generemus
asperitatē amaritudinis. Et *in spiritu sancto*, ut om-
nia benigne & syncere faciamus, sicut spiritussan
ctus docet. Et *in charitate non ficta*, ut affectum dile
ctionis non tantum in uultu & uerbo, sed etiam
in corde habeam9, ne simus de illis, qui loquunt̄
Psal.27. pacem cū proximo suo, mala aūt in cordib9 eo-
rum. Atq; *in uerbo ueritatis* p̄dicādo uel loquēdo,
ut habeat puram ueritatē sine falsitatis admixti-
one uel p̄dicatio nostra uel loquutio. Et *in uirtute
dei* ut non nīs uiribus, sed dono uirtutis diuinæ
credam9 nos posse quicquid boni poterim9 age-
re. Omnia hæc in Apostolo maxime præfulge- G
bant, & in talibus ducebatur eius conuersatio,
qui nunc secum hortatur ministros euangelij &
omnes Christi seruos, ut taliter uiuere studeant.
Feruēs enim dei āmor facile tolerat om̄es aduer-
sitates, & assequitur omnes uirtutes. Adhuc autē
subiungit Apostolus in admonitione.

Per arma iustitiæ a dextris & a sini-
stris, per gloriā & ignobilitatē, per in-
famiam & bonā famā: ut seductores,
& ueraces: sicut qui ignoti, & cogniti:
quasi morientes, & ecce uiuimus: ut ca
stigati, & non mortificati: quasi tristes,
semper aūt gaudētes: sicut egētes, mul
tos autem locupletantes: tanquā nihil
habentes, & omnia possidentes.

¶Exhibeamus (inquit) nosipsos ut dei mini-
stros *per arma iustitiæ*, quib9 regnum peccati debel
lemus, id ē, per uirtutes uitijs contrarias, ut humi-
litas deijciat superbiam, largitas extirpet auariti-
am, bñuolentia inuidiam, & sic cæteræ uirtutes
destruant oppositā sibi uitia. Virtutes em̄ sunt ar D
ma iustitiæ, quib9 muniri debem9 *a dextris & a si-
nistris*, id ē, à parte prosperorum & à parte aduer-
sorum, ut contra prospera & aduersa uirtutū ar
mis semper muniti, nec prosperis eleuemur, nec
aduersis perturbemur, nec blandis ad uoluptatē
demulceamur, nec asperis ad desperationē pre-
mamur. Et audite quæ sint dextera & sinistra .i.
aspera & aduersa. Per gloriā & ignobilitatē &c.
usq; Tanquam nihil habētes, & omnia possiden-
tes. Dextera enim iustorum sunt, gloria, bona fa
ma, & quod ueraces sunt, quod cognoscūtur, qđ
uiuunt, quod nō mortificant̄, qđ gaudent, quod
multos ditant, quod omnia possident. Sinistra ꝙ o,
qđ ignobiles & infames habent̄, quod seducto-
res putant̄, quod ignorant̄, quod moriunt̄, quod
castigant̄, quod contristant̄, quod egēt, quod ni-
hil habere uident̄. Sed milites Chri per arma iu-
stitiæ à dextris & à sinistris muniti debēt incede-
re, ut hinc & inde diabolū expugnāres, & in pro-
speris timeāt, & in aduersis cōfidant. Exhibeamus
ergo nos ut dei ministros *per gloriam & ignobilitatē*
.i. qñ in gloria & uenerationе apud hoīes erimus,
nō inde extollamur; & qñ nos iudicabunt esse ig-
nobiles atq; contēptibiles, nō inde frāgamur. Eo-
dem mō agam9 *per infamiam & bonā famam* .i. si fal
so infamamur de aliquo crimine, uel si bonam fa
mam habem9 de religiosa conuersatiōe, ut utrūq; p
patientiā æquanimiter ducam9 ut nos nec detra
hēres deijciant, nec laudantes extollant, qa cōtin
git nonnunq; utrosq; mētiri. Itē exhibeam9 nos *ut
seductores & ueraces* .i. ad uiam ueritatis adducam9
eos qui errāt, ut cæteri qui in errore perseuerāt, iu
dicent nos esse seductores, cum simus ueraces. Si
enim seducere, aliunde aliquē ad aliud persuaden

Universidad de Deusto
Biblioteca

A do ducere est, quærendū est unde & quo. Si à malo ad bonum, bonus seductor est, unde & Ieremias ait: Seduxisti me domine, & seductus sum. Si autem quis aliquem seducendo ducat à bono ad malum, malus seductor est. In hanc ergo partem, qua seducuntur homines à malo ad bonū, utinam omnes seductores & uocemur & simus. Sed infideles aut quilibet errantes uocabunt nos malos seductores, si quospoterimus, ex socijs eorum ad fidem & religiosam conuersationem attraxerimus. Erimus enim ueraces & uera docentes, sed illi putaban t noesse fallaces, & falsitate alios seducentes. Nos dico apud alios habiti *sicut qui* sunt à deo *ignoti*, id est, reprobati, & apud alios à deo cogniti, id est, approbati. Vel ita sumus sicut illi qui sunt ignoti, quia infideles & superbi non dignātur eos aspicere & agnoscere, uel agnitos abijciunt, & tamen fideles & religiosi nos agnoscunt. Et tormentis sumus *quasi morientes*, quia tam diu torquemur ab impijs donec credamur esse mortui, *& ecce* deo liberante *uiuimus*, quoniam eripimur à morte & restituimur uitæ. Sumus enim *ut castigati*, quia infideles putant se nos duris uerberibus ac minis castigasse, ne ulterius nouam religionē prædicemus: *& non* sumus *mortificati*, quia nec corporis nec animæ necem ab illispertui mus. Corpus enim nostrum adhuc uiuit, anima quoq; uitam non amisit, quia infidelibus non cessit, ut à prædicatione uel confessione ueritatis fileret. Etsi multi martyres occiduntur, ecclesia tamen non moritur. Atq; electi dei dum super se exterius rapti in altum animum figunt, quæq; in hac uita patiuntur, quasi longe infra labentia à se aliena aspiciunt, & (ut ita dixerim) dū mēte extra carnem fieri decertant, pene ipsa quæ tolerant, ignorant. Hæc autem de se suisq; similib9 ita loquitur Apostolus, ut omnes fideles ad ea toleranda uel agenda exhortetur. Ac si discipulis dicat: Nos qui magistri sum9, ita uiuimus: uos autem q nos imitari debetis, exēplum nostræ conuersationis insequimini. Qui & adiungit: *quasi tristes* (subaudi) foris apparemus, propter molestias tribulationū quas patimur, sed *semper* sumus *gaudentes* intus propter spem futuræ remuneratiōis. Non solum enim non contristamur in aduersis, sed etiam gaudemus, & hoc semper. Et sumus *sicut egentes*, quia nihil in præsenti seculo uidemur habere, sed tamē *multos* sumus *locupletantes*, quia spiritales diuitias largimur credentibus. Sumus enim *tanquam* penit9 *nihil habentes*, quia nihil proprium carnaliter habemus, etiam omnia possidemus, id est, non solum pecunias, sed etiā ipsos pecuniarum dominos, qui se nobis tradunt, & res suas ad pedes nostros ponunt. Similiter & uos, licet in aduersis quasi tristes appareatis, semper tamen per spem int9 gaudete. Et si habetis diuitias, estote quasi egentes, quamuis non sitis egentes, id est, in spiritu pauperes estote, sed multos eleemosynarum uestrarū beneficijs locupletare curate. Estote tanquam nihil habentes, id est, mentis despectu cuncta quæ habetis pro nihilo ducentes,

Ierc. 20.

B

& tali cogitatiōe sitis *omnia* uestra *possidentes*, quia C
tunc mens uestra per hæc non tenebitur in imis.
Sed & quilibet sancti pauperes omnia possident
etiam temporalia, quoniā nihil deest timentibus
deum. Apostoli uero cum nihil habere uiderent,
in hoc erant omia possidentes, quod cum essent
principes ecclesiæ, habebant potestatē sumendi Mat. 10
ex rebus subiectoꝝ quæcunq; sibi forent necessa- Mar. 6
ria. Notādum aūt quia in his quæ sunt aduersa, dic- Luc. 9
tū est, quasi, ut, sicut, tanq̄: in his uero quæ sunt
prospera, non est dictū. Ait em̄: Quasi tristes, semper aūt gaudētes &c. Tristitia nostra habet, quasi:
gaudium autem nostrum non habet, quasi: quia
spes qua gaudemus, certa ē. Tristitia uero nostra
quasi, habet, qa in somnijs trāsit. Qui somniū indicat, addit quasi. Quasi sedebam, quasi loquebar,
quasi prandebam, quasi equitabā, quasi disputabam. Totū quasi, quia cū euigilauerit, nō inuenit
quod uidebat. Quasi thesauꝝ inuenerā, dicit mēdicus. Si quasi non esset, mendicus non esset. Sed
qa quasi erat, mendicus est. Itaq; qui nunc ad lætitias seculares oculos aperiūt, & corda claudūt,
transit quasi eorum, & uenit uerum ipsoꝝ. Quasi
ipsorum, felicitas est seculi: uerum ipsorum, pœna est. Nostrum autem quasi, tristitia est: gaudiū
nō est q̄si. Non enim ait Apostolus, quasi gaudentes, semper aut tristantas: aut q̄si tristes, & quasi
gaudentes: sed ait, q̄si tristes, semper aut gaudentes. & item, Sicut egentes, & ibi ē sicut uel quasi. D
Multos autem ditantes, hic nō est quasi uel sicut.
Nihil habebat Apostolus, omnia sua dimiserat,
diuitias nullas possidebat, tamen addidit: Tanq̄
nihil habentes, & ipsum enim nihil habere Apostoli, quasi nihil habere erat. Et omnia possidentes, ibi non dixit quasi. Quia quasi egebat, non autem quasi, sed uere multos ditabat. Nam & sanctis qui erant in Ierusalem, uictum ministrabat.
Quasi nihil habebat, non autem quasi, sed omia
possidebat. Itaq; in his quæ existimantur aduersa, quæ superius per ignobilitatem & infamiam
præsignauit, quæq; à sinistris esse descripsit, addit quasi, uel licut, aut tanquam. In his uero quæ
prospera reputantur, & dextræ partes appellantur, quæq; uocabulo gratiæ & bonæ famæ præmonstrauit, non apposuit quasi, uel aliquid tale.
In prosperis enim uel dextris est ueritas, in aduersis autem & sinistris umbra uel similitudo, non
ipsa res. Quæ autem à dextris descripsit, sunt arma dextra iustorum. Illa etiam quæ à sinistris denotauit, sinistra sunt arma eorum. Efficiuntur em̄
uiro perfecto arma iustitiæ, si hæc illata sibi magnanimiter sustinuerit, quia per hæc dimicans, &
ipsis ipsis quib9 impugnari putatur aduersis, tanquam armis utēdo, eisq; uelut arcu & gladio fortissimo contra illos qui ingerunt, munitus, profectus suæ patientiæ & uirtutis adquiret
& glorioſum constantiæ triumphum, nec aduersis delectus, nec prosperis elatus, nec ad leuam tristibus impulsus, nec ad dexteram lætis motus,
sed in medio per uiam rectam indeclinabiliter
gradiens.

A Os nr̄m patet ad uos o Corinthij, cor nostrū dilatatū est. Non angustiamini in nobis, angustiamini aūt in uiscerib9 uris. Eandē aūt habētes remunerationē, tanq̄ filijs dico, dilatamini & uos. Nolite ducere iugū cū infidelib9. Quę em̄ participatio iustitiæ cū iniquitate? aut q̄ societas luci ad tenebras? Quæ aūt conuentio Christi ad Belial? aut q̄ pars fideli cum infideli? Qui autē consensus templo dei cum idolis?

¶ Solent plerunq; etiam iusti laudare bona q̄ dicunt, nō quo ipsi suis laudibus inhient, sed quo auditores suos ad audiēdi solicitudinē accendāt, ut dum eoꝝ uoce præferuntur, ab eoꝝ cordibus ardentiori affectu rapiātur. Vnde nunc Apostolus cum mira Corinthijs & multa dixisset, adiunxit: *Os nostrū patet ad uos Corinthij, cor nostrū dilatatū est.* Et hoc etiā causa libertatis dixit ac puræ conscientiæ. Male enim sibi conscia mens loqui trepidat, sensum perdit, in uerbis errat. Et est sensus: Ita prouocati sumus profectu uestro, ut tacere non possimus. Profectus em̄ discipuloꝝ aperit os magistri. Os nostrū patet ad uos, q̄m multa diximus B
ac dicimus ad uos corrigendos & instruendos, q̄ gratanter accipere cūcta debetis. Et ideo patet ad uos os nostrū, quia charitate dilatatum est cor nostrum. Lata dilectio cordis nostri, quæ uos oēs
Mat. 12 complectitur, non sinit ut taceamus ea quæ prosunt uobis. Ex abundantia enim cordis os loquitur, & ubi charitas est, nō sunt angustiæ. Cor nostrum dilatatum est. Cordis dilatatio, iustitiæ est delectatio. Hoc mun9 est dei, ut in præceptis eius non timore pœnæ angustemur, sed dilectione & delectatiōe iustitiæ dilatemur. Cor nostrum dilatatum est. Licet enim caro nostra sit tribulationibus & pressuris angusta, cor tamē intus latitudine liberum, gaudet exterioribo pœnis. Charitas enim non augustatur. Si quis uult non angustari in terra, latitudine charitatis habitet. Quicquid em̄ fecerit ei hō, nō eum angustat, qa illud diligit q̄d nō nocet. Et quia nr̄m cor ita dilatatū est, atq; nostrū os patēs, ideo *non angustiamini in nobis*, i. nolite putare q̄d habeatis in nostro magisterio uel nostræ cōuersationis exemplo ullam scientiæ uel boni operis strictura inopiā. Nos enim dicim9 & facim9 quicquid erga uos dicere & facere debemus. sed potius *angustiamini in uiscerib9 uestris*, i. intelligite q̄d angustia & paruitas scientiæ & boni operis quā habetis, est in cordib9 uestris, q̄ dura sunt ad intelligendū & faciēdū. Qui enim nobis pseudo præfertis apostolos, putatis q̄ angustia & paruitas intelligentiæ uræ uel sanctitatis, sit in nobis, i. in nra culpa, cū ipsa sit potius in cordib9 uestris, i. in culpa duritiæ mentiū uarum, quia non sunt dilatatæ sicut cor nr̄m. Sed nunc dico uobis tanq̄ filijs, id ē, tanq̄ illis qui exemplū meum cū sim pater uester, sequi debetis, dilatamini & uos, sicut ego dilatat9 sum, id ē, per intellectum dilata C
mini auxilio gr̄ę dei, ut maiora ipsius dona capiatis. Dilatamini per amorē iustitiæ, ut copiā uirtutum capiatis in latitudine mentis uræ. Vos dico *habentes* in futuro *eandem remunerationem* quā ego, si nūc ita dilatari fueritis ut ego, dilatemini amplitudine charitatis, ut oēs homines pie diligatis, & non per timoris angustiam, sed per amoris latitudinē bona faciatis, *dilatamini & uos* in bonis operibus per libertatem amoris, *& nolite iugū* antiquæ seruitutis quæ in lege est, *ducere cū infidelibus*, i. cum pseudo apostolis, q̄ fidem Chri conātur enerua-re, & carnales obseruantias legis statuere. Ipsi em̄ cum sint sub iugo seruitutis, ubi omnia per timorem fiunt, studēt uobis suadere, ut abiecta lege libertatis, i. libertate charitatis, subijciatis colla ura cum eis iugo legis. Sed uos nolite participes fieri seruitutis eoꝝ, quia uos estis iusti per fidem, illi uero iniqui per legis transgressionem. Et *quæ participatio est iustitiæ cum iniquitate?* Nulla. Q̄m mox annullatur iustitia, si participationē habuerit cū iniquitate, & ideo ne pereat iusticia ura, caueat habere participationē cū iniquitate illoꝝ. Nulla cōmunio uel in cibo uel in potu uel in aliquo sacramento uos eis coniungat, cum sint ob iniquitatē perfidiæ ab ecclesia separati. *Aut quæ societas luci ad tenebras?* Id ē, in quo possunt habere communio- D
nem illi, qui sunt lux sufficiens ad illorum illuminationē, cū illis qui sunt tenebræ, id ē, cæci, & cæcantes alios? Nulla societas ē lucis & tenebraꝝ, qa lux huius mundi obscuratur, si se sociauerit tenebris. His non ē societas, Sed *Christi ad Belial*, id ē, ad diabolum, *quæ conuentio* p̄t fieri? Id ē, illi in quib9 habitat Chr̄us, & qui sunt membra chri, in quo cōuenire possunt cum illis, in quib9 habitat diabol9 & qui sunt membra diaboli? In nullo. Quia mox deserit eos chr̄us, si se membris sataną conIunxerint. Belial interpretat̄ absq; iugo, & significat illū angelū, qui nec deo subiect9 esse uoluit. *Iudic. 19*
Cuius membra sunt omnes qui p̄ceptis dei nolūt subijci. *Aut quæ pars fideli*, id ē, Christiano *cum infideli?* id ē, cum pseudo apostolo fidē catholicam destruēt. Nulla ē his pars communis. Sed *templo dei*, id est, illis in quib9 habitat deus, *quis consensus* p̄t esse *cum idolis?* id ē, cum sacrificijs carnaliū observantiaꝝ, quæ nō iam deo, sed diabolo offerūt, & idololatriæ deputaṫ. Null9 eius cōsensus adinuicem. Tot modis oīsum est, cōmunionem pseudo apostoloꝝ esse uitandam. Possunt & aliter fortasse hæc uerba tractari. Nolite iugū ducere iniquitatis cū infidelib9, id est, cum gentib9, ut subditi sitis iugo peccati sicut illi, cum debeatis in libertate charitatis seruire iustitiæ. Quæ enim participatio est iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Nulla participatio est iustiti- 2. Tim. 2
æ & iniquitati, non solum quæ foris, sed etiam quæ intus in ecclesia est. Nouit enim domin9 qui sunt eius, & recedat ab iniquitate oīs qui inuocat nomen domini. Nulla etiam societas est luci & tenebris, non solum quæ foris, sed etiam quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A intus sunt. Qm̃ deus lux est & tenebræ in eo non sunt ullæ. Qui aũt odit frarrem suum in tenebris est, & in tenebris ambulat. Si dixerim9 quod societatem habemus cum deo, & in tenebris ambulamus, mẽtimur. Non est ergo societas luci & tenebris. Quid igit faciem9? Societas cum deo habenda est. Alia spes uitæ æternæ nulla est. Deus uero lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ, Iniquitates aut& peccata, sunt tenebræ. Iniquitatibus & peccatis premimur, ne societatem cum deo habere possim9. Quæ ergo spes est? Si confiteamur pcã nostra, fidelis & iustus ẽ, ut remittat nobis pcã nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Quo facto societatẽ habebim9 cum illo, qa lux erimus in ipso. Quæ aũt conuentio christi ad Belial? Belial (ut diximus) interpretatur absq; iugo. Quicunq; ergo non det, sed suam uolũtatem sequunt, hoc uocabulo possunt designari, qa sunt absq; iugo timoris dei, absq; iugo disciplinæ spiritalis. Et sæpe tales dicũt se Christianos. Sed q̃ conuentio Christi ad Belial? Chs̃ humiliauit semetipsum, fact9 obediens usq; ad mortẽ: isti autẽ extollunt semetipsos, nolẽtes obediẽtiæ iugo subijci. Quæ igit conuentio istis & chr̃o? Non sit itaq; sine dei iugo, quicunq; uult cõuenire Chr̃o. Aut q̃ pars fideli cum infideli? Vel quis cõsensus tẽplo dei cum idolis? Hoc recte dictum est illis Corinthiorum, qui cum infidelibus manducabãt sacrificia idolorũ. Potest & aliter intelligi: Fidelis ẽm B dominus in omnibus uerbis suis, quoniam fideliter adimplet uel adimplebit quæcunq; locutus est. Ille autem est infidelis, qui uerba sua negligit adimplere, ut faciat bona quæ se facturum promisit. Quæ igitur pars est fideli deo cũ infideli homine? Qui enim mandata dei adimplere noluerit fideliter, quam partem cum deo habere poterit? Quis autem cõsensus templo dei cum idolis? Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. & auaritia est idolorum seruit9. Cur ergo illi qui sunt uel debent esse templũ dei, consentiunt auaris, nec redarguunt eos? Cur non timent ne per hunc consensum deus, qui in eis habitare solet, deserat eos, & fiant etiam ipsi habitaculum satanæ?

1. Ioh̃. 1
1. Ioh̃. 2
1. Ioh̃. 1
Ibidem. ℞
Iudic. 9
Philip. 2
Psal. 144
2. Cor. 5.
Colos. 3.

2. Cor. 3 & 6. Vos enim estis tẽplum dei uiui, sicut dicit deus: Qm̃ inhabitabo in illis, &
Leui. 26 inambulabo inter eos: & ero illorꝝ de-
Isai. 52. us, & ipsi erunt mihi populus. Propter q̃d exite de medio eorꝝ, & separamini, dicit dn̄s, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiã uos, & ego ero uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens.

¶ Recte dixi quia templum dei cõsensum nõ habet cum idolis. *Vos enim estis* ipsum *templum* non deorũ mortuorum, sed *dei uiui*, id est, uos estis in quorum cordibus habitat & præsidet deus, qui in se uiuens est, & uitam suis dat æternam: sicut ecõtrario idola sunt mortua suis cultorib9, quia eis sunt causa mortis æternæ. Ita estis templum dei, *sicut* ipse *deus* per scripturam testamenti ueteris dixit: *Quoniam inhabitabo in illis*, id est, in mentibus illorum. Cum deus ubique sit, in illis tamen habitat, qui eius sentiunt beneficium, & faciunt uoluntatem. Inhabitabo, inquit, in illis *& inambulabo inter eos*, id est, promouebo illos in prouectu uirtutum. Inambulat enim deus in nobis præsentia suæ maiestatis, si latitudinem inuenerit charitatis. Quãm enim latum est ubi deambulat deus: *& ero* (inquit) *illorum deus*, id est, illi me solum colent deum, quia non erunt de illis, quorum deus uenter est, uel qui uitium quodlibet pro deo colunt, & ego protegam illos ab incursu uitiorum, atq; dabo illis successum uirtutum. *& ipsi erunt mihi populus*, id est, ita mihi erunt deuoti & dediti in unitate concordiæ, ut nõ sint de hoc mundo. *Propter quod*, id est, quia promitto me in uobis habitare & inambulare, *exite de medio eorum*, id est, de medio pseudo apostolorum, *& separamini* ab eis. Quãdiu enim patimini eos mori inter uos, & sustinetis prædicationem eorum, tandiu estis in medio eorum, id est, intra consortium eorum, & irretiti errore ipsorum. Exite de medio eorum, ne sitis in medio communionis eorum, concluſi in eodem reatu. Et ita exite, ut separemini, id est, ut D seorsum parati sitis ad bene agendum, sequestrati à communione eorum. Et hoc *dicit* ac præcipit *dominus*, non ego. *Et ne tetigeritis immundum*, id est, carnales obseruãtias, quas illi suadent uobis, quæ iam post domini resurrectionem non ualent ad emundationem, sed ad contaminationem eorũ qui tangunt, id est, custodiunt eas. *& si* ita uos à communione peruersitatis eorum separaueritis, ut sancte & iuste uiuatis, *ego recipiam uos* in cæleste regnum, quos à paradiso ejeceram. Vel exite de medio peruersorum qui sunt in ecclesia, exite nõ corporaliter, sed spiritaliter, id est, facite q̃d pertinet ad correptionem eorum, quantum pro uniuscuiusque gradu atque persona salua pace fieri põt. Qui em̃ sic agit, liber exit de medio nequitiæ & damnationis eorũ. Obiurgando enim criminosos, exit de medio eorum liber in cõspectu dei, cui neq; deus sua peccata imputat, quia nõ secit: neq; aliena, quia non approbauit: neq; per negligentiam, quia non tacuit: neq; per superbiam, quia in unitate pmansit. Sic ergo spiritaliter exite de medio eorũ, non scindentes unitatẽ ecclesiæ, sed increpantes peruersitatem nequitiæ, ne maius malũ cõmittatis in separatione bonorum, quãm fugitis in coniunctione malorum. & separamini non corporaliter ab eis, sed spiritualiter à consortio prauitatis eorum. Et immundum ne tetigeritis, id est, peccato eorum ne cõsenseritis. Tolerandi sunt enim ubique proximi, quia Abel fieri nõ ualet, quem Cain malitia non exercet. Vnum uero est, pro quo uitari malorum societas debeat, ne si fortasse corrigi non ualent, ad imitatio-

A nem trahant: & cum ipsi à sua nequitia nõ mutentur, eos qui sibi coniuncti fuerint, peruertũt, Corrumpunt em̃ mores bonos colloquia mala. Sicut ergo perfecti uiri peruersos proximos nõ debent fugere, quia & eos sæpe ad rectitudinem trahũt, & ipsi ad peruersitatem nunquam trahuntur: ita infirmi quicq; societatem declinare debent prauorũ, ne mala quæ frequẽter aspiciũt & corrigere nõ ualẽt, delectent imitari. Vñ nunc eis apre dicitur: Exite de medio eorum & separamini. Hoc enim agendum est, nõ more schismaticorum, sed more eorum qui causa religionis petũt eremum uel remotiorem locum. Et ne tetigeritis immundum, id est, immunditiam coinquinationis eorũ, cum ipsi tangere participando nolunt munditiã uestræ sanctitatis. Et ego (sicut dictũ est) uos olim abiectos nunc recipiã in cælestẽ gloriã. *Et uobis* in illa regni gloria receptis *ero in patrem*. i. ero pat̃, & ita uos diligẽs ut pr̃, qa me ipsum uobis ꝓpetualiẽ dabo. *& uos eritis mihi in filios & filias*. i. eritis mihi filij & filiæ, hoc ẽ, eritis mihi similes, ut scriptũ est: Similes ei erim9 quoniam uidebimus eum sicuti est. Nõ solum em̃ in filios eritis mihi, id ẽ, ad gloriã meã, sed & in filias. Quod uel propter utrunq; sexum, uel propter fortes & infirmos dicitur, uel quia maior diligentia cultus & custodiæ filiabus adhiberi solet, quãm filijs. Et ideo per filias uoluit B fortassis ostendere, quia sic se habebit erga fideles animas, sicut pater erga filias, ornãdo uestẽ iucũditatis, & remouendo uoluntatem totius turpitudinis, ut sponso cælesti semper placeant in ornatu decoris & amore puritatis. Et inde nolite (inquit) dubitare, quia hæc *dicit dominus omnipotens*. i. ille promittit uobis ista, qui omnia potest facere. Notandũ quod Apostol9 hæc uel iuxta sensum, uel iuxta literam ex diuersis scripturarũ locis posuit. Nam quod ait, inhabitabo in illis & inambulabo inter eos, & ero illorꝝ deus & ipsi erunt mihi populus, sic legimus apud Iezechielem: Dabo sanctificatiõem meam in medio eorꝝ in ꝑpetuũ, & erit tabernaculum meum in eis, & ero eis deus, & ipsi erunt mihi populus. Nam pro eo quod dictũ est, dabo sanctificationem meam in medio eorũ, Apostol9 posuit, inhabitabo in illis. Et pro eo q̃ dictum est, erit tabernaculum meum in eis, Apostolus subiecit, inambulabo in illis. Tabernaculũ enim est in itinere. Sed & in Leuitico reperit hæc sententia, præter quod ibi est secunda persona. Sic enim dictum est: Ponam tabernaculum meũ in medio uri, ambulabo inter uos, & ero uester deus, uosq; eritis mihi populus. Quod autem subiunxit Apostol9, propter quod exite de medio eorum & separamini, dicit dominus: & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam uos, ita legitur in Isaia: Recedite recedite, exite inde, pollutũ nolite tangere, exite de medio eius, mundamini, & congregabit uos deus Israel. Illud uero quod sequit, & ego ero uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias, nõ facile (sicut reor) in nostris codicibus apparet unde sumptum sit, nisi forte ex eo q̃d per Ieremiã dixit, & fact9 sum Israeli pater, &

1 Cor. 15
Iohan. 3.
Leui. 26
Iere. 17.
Isai. 52.
Iere. 31.

p Isaiã, affer filios meos de lõginquo, & filias meas ab extremis terræ, uel ex aliquo simili loco. C

CAPVT VII.

HAs ergo habẽtes ꝓmissiones chariſſimi, mũdemus nos ab omi iniquinamento carnis & spũs, perficientes sanctificationem in timore dei. Isaie. 43

¶ Qm̃ dns̃ præcepit ut exeamus de medio coinquinationis peccantiũ, & tanta nobis inde bona ꝓmisit, *ergo chariſſimi* nos qui tales habem9 *promissiones*. i. quib9 promissa sunt talia, si nos separauerimus à cõtaminatione malorꝝ, *mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus*, & perficiamus sanctificationẽ utriusq;. Inquinamentũ carnis est, quod p carnem cõmittitur, sicut luxuria, homicidium & similia. Inquinamentũ spũs, qũ sola cogitatione peccatur, sicut mentis elatiõe uel inuidia siue odio. Emundemus ergo nos nõ tm̃ ab inquinamento, sed prorsus ab omni inquinamento carnis, ut omnia uitia carnalia fugiam9. Et ab omni inquinamento spũs, ut cõsensum peccati, & cætera oĩa quæ spm̃ inquinant, expellam9 à cordibus nostris. Tunc uero pficimus sanctificationem carnis & spũs, si utraq; munda seruam9, & bonis actibus insudamus. Hæc em̃ sanctificatio utriusq; facta est diuinit9 in baptismo. Sed nos pficimus eã, si ꝓ membra corporis insistimus bonis operibus, & mentẽ intus magis ac magis adornamus sacris uirtutibus. Quæ perficiẽda est in timore dn̄i, ut sp uereamur dn̄m offendere, sine cuius gra nihil boni possumus agere. Qui em̃ sine timore dn̄i uult bonũ aliquod facere, superb9 est, & perdit quicqd facit. Vel mundemus nos ab omni inquinamento carnis, id est, ab omni contaminatione carnalis obseruantiæ, & simus *perficientes sanctificationẽ* spũs, id est, spiritalis obseruantiæ quam cœpimus facere ut spiritaliter legem impleam9, non carnaliter, & hoc *in timore domini*, qui legem dedit, non ut carnaliter obseruaretur semper, sed tantũ usq; ad tempus correctionis.

Capite nos. Neminẽ læsimus, neminẽ corrupimus, neminem circũuenimus. Nõ ad condẽnationẽ uram dico. Prædiximus em̃ cp in cordib9 nr̃is estis ad commoriendum & ad conuiuendum.

¶ Nos ita uos admonem9. Et uos *capite nos*. i. accipite q̃d dicimus, accipite spũalem cibum quẽ uobis offerim9. Vel capite nos, non pseudo apostolos. i. nostrum exemplum, nõ illorum accipite in omnib9 imitandũ. Aut capite nos, id ẽ, cõsiderate quales sum9. Et debetis nos capere, quia *neminem* urm *lesimus* improperãdo ei ꝑterita crimina, sicut pseudo, qui uobis uerẽ improperãt idolorũ latriã; & *neminẽ* urm corrupim9. i. nullius animæ integritatẽ uiolauimus, sicut pseudo qui multos ex uobis corruperunt, uitiando castitatẽ fidei & integritatẽ innocẽtiæ. *Neminem* uestrũ *circumueni-mus*. i. nullũ astuta circũuentione fraudulenter de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cepimus, ut ei per nos aut p̄ subditos nostros bona sua subtraheremus, sicut pseudo qui uos adulatione callida blanda circunueniūt, & res uras artificiose subtrahūt. *Non ad condemnationē uestram dico*, id est, nō uos abijcio, sed ut corrigamini moneo. Qui cū aliquē condemnat, nō illi dimittit. Et est sensus apertior: Non me excusando uos cōdemno, quasi tales sitis. Non propterea hæc commoro, ut callide dicā uos fecisse, q̄ me fecisse nego. Non em̄ possum ita de uobis sentire, q̄s tm̄ diligo, sicut dixi superius, eo quod dilectio uestra tām me faciat habere fiduciā. Prædixi enim q̄ in cordib9 nostris estis epistola. *Prædiximus q̄, in cordibus nostris estis* .i. cura & solicitudo uestræ salutis manet in cordib9 nostris *ad commoriendū & ad conuiuendum*, id est, ad hoc ut uos nobiscum pro Christo, si necesse fuerit, moriamini, & nobiscū in regno Christi perpetualiter uiuatis. Ex p̄dictis uult illos cognoscere, quo animo nunc loquatur ad eos. Quos em̄ participes uult habere & ad præsentes passiōes pro Christo & ad futuram uitam, nō utiq; illos abijcit, sed ut participatione dignos faciat exhortatur. Vel in cordibus nostris estis ad commoriendū & ad conuiuendum, id ē, ad hoc, ut nos uobiscum moriamur & uiuamus: hoc est,
B si uos sustinetis mortem peccati in anima nos æstimemus illam mortē esse nostra m: & si uos in obseruatione iustitiæ uiuitis, nos credam9 tunc nos ipsos uiuere. Perfecta em̄ charitas profectum uel detrimentum aliorum credit esse suum.

Multa mihi fiducia est apud uos, multa mihi gloriatio pro uobis. Repletus sum consolatione, superabūdo gaudio in omni tribulatione nostra.

¶ Ideo estis in cordib9 nr̄is, q̄m̄ *multa fiducia est mihi apud uos*. i. multū confido de ura correctione & salute, dū considero ea q̄ apud uos sunt. *& multa gloriatio* est *mihi pro uobis*. i. multū glorior apud alios pro ura religione. Videte ne frustra confidā de uobis, uidete ne inuacuū glorier p̄ uobis. *Repletus* etiā *sum consolatione* cū audissem ura correctionē, *& superabūdo gaudio in omni tribulatione nr̄a*, id ē, gaudiū quod de ura emendatiōe habeo, superat oēm mœrorē tribulationū nr̄arum, quas aīo partim sustinem9 pro pctīs uestris. Multa (inqt) fiducia mihi ē apud uos. Fiducia hæc de priæ epistolæ correctiōe est, quā quia non aspere susceperunt, fiduciā dederūt admonēdi se. Visi sunt em̄ uelle corrigere se. Vñ gloriatur pro eis animūq; suum ex hac parte consolatum pronūciat, intantum ut in omni pressura superabundare se gaudio dicat. Vidēs nō esse spem in his, pro quib9 angustias patitur, gaudet cū tribulat, certus se mercedem à deo recepturum adquisitæ salutis eorū.

Nam & cum uenissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nr̄a, sed omnem tribulatiōem passi sumus. Foris pugnæ, intus timores.

¶ Memorat q̄ patiebatur causa credentiū, ut
C eos ꝓuocet ad charitatē & cōpassionē. dixi quia superabundo gaudio in tribulatiōe nostra. *Nam* tribulationē passi sum9 nō solū in Asia, *sed & cū uenissemus* ad Macedones, ut eis uitæ uiā monstraremus, *nullam requiem habuit caro nostra*, sed incessanter uexata est assiduis tribulationib9. Caro nō habuit requiē. Ac si aperte dicat: Quia spūs requiē habuit, dū per profectū animæ persecutionū supplicia caro tolerauit. Spūs em̄ requieuit in spe futuræ tribulatiōis, dum caro laboraret in dolore p̄sentis afflictionis. Nō permissi sumus respirare, *sed omnem tribulationē* pertulim9: qa *&* in corpore flagellati sumus, & aīo timebamus p̄ his, q̄s ad fidē cōuerteramus. *Foris* em̄ .i. in corpore nr̄o erāt *pugnæ* supplicioꝝ, *intus* .i. in corde nr̄o *timores*, ne hi qui nuper erāt cōuersi, deficerent. Nūc intelligeremus Apostolū memorare seditionē & plagas & carcerē, q̄ legit in Philippis cū Syla prulde, & *Actor. 16 & 17.*
itez seditiones ac p̄secutiones in Thessalonica & Berrhœa, nisi sciremus Apostolū nequaq̄ adhuc uenisse Corinthū, q̄n illa pertulit. Hæc aūt q̄ nūc memorat, post cōuersionē Corinthioꝝ passus ē, q̄n uice secunda perrexit in Macedoniā, nec referunt in Actib. Apostoloꝝ. Foris erāt pugnæ corpori dū cæderent, & intus aīo timores, illic enim est timor, ubi & intellectus est. Sed timor iste erat (sicut dictū est) propter eos q̄ crediderant, ne passi
D one eius scādalizarent. Nā sibi quid ā timeret q̄ patiebat. Vel foris erant illis pugnæ, quia impugnabant ab infidelib9 qui sunt extrā ecclesiā: *intus* .i. in ecclesia timores, quia timebāt ne diabol9 ibi aliquid operaret. Foris pugnę ab apertis inimicis, intus timores à fallis fratrib9. Sic & ecclesia ꝑ habet inimicos, & q̄s ferat foris, & quos gemat int9. Foris facilius euitabiles, intus difficilius tolerabiles. Sunt em̄ falsi fratres, sunt mali filij, & tñ filij, qui nō contra nos blasphemāt Chr̄m, sed nobiscum adorant Chr̄m, & in nobis persequunt Chr̄i stum, sicut Absalon patrē suū. De his est timor in *2. Reg. 15* ecclesia, ne cęteros ad imitationē sui ꝓuocāt. Val de em̄ periculosum ē infirmis, habitare cū talib9.

Sed qui cōsolatur humiles, consolatus est nos deus in aduētu Titi. Non solū autē in aduentu eius, sed etiam in cōsolatione qua consolatus est in uobis, referens nobis uestrū desiderium, uestrū fletum, uestram ęmulationem pro me, ita ut magis gauderem.

¶ Nos grauē tribulationē passi sum9. *Sed deus qui cōsolatur humiles*. i. humiliates passiōibus p̄ suo nomine, *cōsolatus est nos in aduentu Titi* reuertētis à uobis, ut nobis esset solatio. Nam quia deus suorum non est immemor, sed ꝑ dat eis in aduersitate solatium, accelerauit aduentum Titi, ut refrigerio nobis esset positis in feruore tribulatiōis. Magna enim cōsolatio est patiētis, si secum habeat cōdolentem. Et magna nobis consolatio fuit, dum nostræ prædicatiōis adesse uideremus adiutorē. Sed

A *non solum in aduentu eius* cōsolatus est nos deus, *sed etiam in consolatione qua* ipse Titus, qui dolorem habebat de inobedientia uestra, *consolatus est in uobis*, id est, consolationē accepit de pnīa uestra. Nam quia uidi Titū consolatum in uobis, & ego consolatus sum in uestra emendatione. Ipse enim cō solatus est in uestra uoluntate ad conuersionem prompta, *referens nobis uestrum desiderium* de emendatione, *uestrū fletum* de cōmissis, *uestram æmulationem*. i. indignationē contra pseudo apostolos *pro me*. i. pro mea defensione, *ita ut magis gauderem* de uestra correctione, q̄ dolebam de nostra tribulatione. Nunciauit Titus illos habere desiderium emendandi se, & flere pro his q̄ male egerant, & æmulationē habere pro Apostolo. Addiscentes enim quæ promissa sunt bene uiuentibus, incitati sunt desiderio bene agendi, ut ęterna p̄mia merentē adipisci. Et correpti nō nitebātur excusare, sed flebant dolentes quia peccauerāt. Intelligentes charitatē Apostoli erga se, cœperunt illū contra aduersarios defendere. Vnde ipse magis gauisus est, quia nō solum se correxerant, sed etiā amplius profecerāt. Profectus enim illoꝝ augmentauit eius gaudiū. Vel desideriū habebant uidendi Apostolū, & flebant p̄ desiderio eius, & alter æmulabatur alterius desiderium pro Apostolo uidendo.

Quoniā etsi cōtristaui uos in epistola, non me pœnitet. Et si pœnitiret, uidens q̄d epistola illa (etsi ad horā) uos
B cōtristauit, nūc gaudeo: nō quia cōtristati estis, sed qa cōtristati estis ad pœnitentiā. Contristati em̄ estis secūdum deū, ut in nullo detrimentū patiamini ex uobis. Quę em̄ secūdum deū tristi*Prou. 1.* tia est, pœnitentiā in salutē stabilē operat. Seculi aūt tristitia mortē operat.

¶ Vere magnū percepi gaudiū, referente Tito quæ in uobis gesta sunt. Quia *etsi contristaui uos*, id est, si errores uestros seuerius corripui *in prima epistola, non me pœnitet* aspere scripsisse, qa hoc causa poscebat, & bonus effectus est secutus. Nō me modo pœnitet, quod uos durius increpans cōtristaui, quia uester profectus facit me nō pœnitere. Et *si me pœniteret* propter charitatē quia uos cōtristaui, *nūc gaudeo*, quia profuit quod uos cōtristaui. Gaudeo uidens *quod epistola illa* tam aspera *uos contristauit, etsi ad horam*, id est, quamuis paruo tempore. Perpendo enim utilitatem, quæ processit ex illa tā breui tristitia. Gaudeo enim, *non* ideo *quia contristati estis, sed* ideo *quia ad pœnitentiam estis contristati*, id est, nō mihi gaudium facit uestra tristitia, sed uestra pœnitentia, quæ nō potuit esse sine tristitia. Gaudeo quia cum pudore estis contristati, non cum ira. Qui enim reprehensus pudorem patitur, corrigere se promittit. Qui autē irascitur, peiorē se futuꝝ ostendit. De hac tristitia gaudeo, quia *contristati estis secundum deum*. i. secundū uolutatē & inspirationem dei, *ut in nullo*. i. nec in contristatione uestra *patiamini detrimentū ex nobis*, sed ad profectum oīa proueniant. Detrimentum em̄ C
auditor ex prædicatiōe doctoris patitur, quādo præceptis eius inobediens existit, & priori pctō peccatū inobedientiæ adiungit. Quia secundum deum cōtristati estis, idcirco detrimentū non patiemini, sed cōmodum assequemini. Nam *tristitia quæ est secundum deum, id est*, qua qui dolet se fecisse quod deus odit, *operatur* pœnitentiam ducentē *in salutem* nō transitoriam, sed *stabilem* & æternā. Qui enim inde tristis est, quia hoc ei in seipso displicet quod deo displicet, elaborat illud pœnitendo delere & deo satisfacere, ut possit ad salutem quam peccando amiserat, puenire. Agit enim pœnitentiam, & sperat dei misericordiā. Sed econtrario *tristitia seculi*. i. qua peccator qui se nō uult corrigere, tristis est & dolet, atq; erubescit se detectū esse in hoc seculo, ubi nil uerecundiæ de suis nequitijs uult habere, *operatur* æternam *mortem*. Et ideo cauete tristitiā illam. Tristitia enim seculi est aut de uerecundia reprehensæ culpæ, aut de amissis rebus præsentibus, aut de alienis nō inuasis, aut de aliena felicitate, uel de aliqua huiusmodi re torqueri. Dū ergo tali quis tristitia tenetur, cor eius à principe mortis diabolo possidetur, & mortem in eo tristitia hæc operatur. Tristitia uero secundum deum est, aut sua aut aliena peccata lugere. Et ideo pœnitentiam operatur, quæ ducit ad salutem.

Ecce enim hoc ipsum secūdum deum contristari uos, quantam in uobis operatur solicitudinem, sed defensionem, sed indignationē, sed timorē, sed desi- D
deriū, sed æmulationē, sed uindictam.

¶ Vere tristitia quæ secūdum deum cor afficit, operatur pœnitentiam in salutem. Nam operatur ea quæ conducunt. *Ecce enim* in uobis ipsis hoc apparet, in uobisipsis hoc experti estis. Quia *hoc ipsum contristari uos secundū deum*. i. hoc ipsum quod contristati estis secundum deum, licet paruum uideatur esse, *quantam*. i. cę magnam *operatur in uobis solicitudinem* emēdādi q̄d deliquistis, uel ne amplius delinquatis. Nec solum solicitudinē ne denuo peccatis, *sed & defensionem* aduersus impugnationes dæmonū, quia nondū finitis uos ab eis uinci, sed strenue uosipsos defenditis. Et nō solū defensionem aduersum inimicos, *sed indignationem* contra uos ipsos p̄ malis quæ fecistis. Nec tantū indignationē, *sed & timorem*, ne damnemini p̄ peccatis quæ cōmisistis, uel ne deinceps in culpas cadatis, q̄m beatus homo qui semp̄ est pauidus. Nec̄ *Prou. 28* solum timorē, *sed & desiderium*, quo desideratis in melius prouehi. Et non solum desiderium, *sed & æmulationem*. i. zelum atq; feruorem imitandi me uel alios bonos. Nec̄ tantūmodo æmulationē bene agendi ad exemplū sanctoꝝ, *sed & uindictam*, quia punitis in uobis ipsis mala q̄ fecistis. Hæc omnia operatur in uobis hoc, q̄d secundum deum cōtristati estis: & ideo patet q̄ tristitia quæ secundum deum est, operatur pœnitentiam in salutē: quia generat oēs has uirtutes, quæ ducunt ad æternam salutem. Vel solicitudinem, id est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mentis uigilantiã aduersus deceptiones pseudo apostolorum: & defensionẽ, ut me seu uos ipsos defendatis cõtra illos: & indignationem, ut illis uel cæteris male agẽtibus indigneminí: & timorẽ gehennalis pœnæ, atq; desiderium cęlestis gloriæ: uel timorẽ, id est, suspicionẽ uestræ fragilitatis, ne p eam uobis contingat ut cadatis: & desideriũ recte semper uiuendi: & æmulationẽ, ut zelus domus dei uos comedat, & ardeatis intrinsecus feruore corrigendi ea quæ male fiunt in ecclesia, id est, in plebe Christiana: & uindictã, ut eodem zelo dei puniatis peccantes, sicut ecclesiæ disciplina exigit. Oñia hæc bona prodeunt ex tristitia q̃ est secundũ deum, idcirco supra dixi quia nõ me pœnitet quod uos ita contristaui.

Psal. 88. Iohan. 2.

In omnibus exhibuistis uos inconta-minatos esse negocio. Igitur etsi scripsi uobis, non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est, sed ad manifestandã solicitudinem nostram, quam habemus p uobis coram deo. Ideo quoq; consolati sumus.

¶ Vt uniuersaliter dicam, quid uobis tristitia q̃ secundum deum est, contulerit, *in omnibus exhibuistis uos esse incontaminatos negocio*, id est, ut sitis incõtaminati Christiano negocio agẽdo, ut libere possitis aliorũ peccata punire. contaminatus em̃ auto ritatem non habet in alios uindicare. Vel exhi
B buistis uos esse incontaminatos, id est, probastis uos esse immunes à negocio, id est, à peccato illius qui patris uxorem habuit. Quia secũdũ disciplinam uindicastis in eum, ostendistis uos nõ iam esse incõtaminatos negocio iniquitatis illius, cui antea consentiendo inquinati eratis. Et quia incontaminati estis, igitur apparet quia nõ propter illos principaliter scripsi, sed magis propter ecclesiam. Et hoc est: *igitur etsi scripsi uobis* de illis, *non scripsi propter eum q fecit iniuriam* patri, tollens uxorẽ eius, *nec propter eum qui passus est*, id est, propter patrem cui uxor ablata est. nam & ipse grauiter peccauit, negligens uxoris suæ salutem uel filij, & scienter ferens & silenter tantum flagitium. *sed* potius scripsi pro oñibus uobis *ad manifestandam solicitudinem nostram, quam habemus pro uobis*, id est, ut manifestaremus uobis cę solicitι & studiosi simus de uestra salute *coram deo*, qui uidet occulta intentionis uestræ. Hãc uobis manifestare uoluimus, ut & uos eam sciretis, quam in diuinis obtutibus habemus. Nam ministros emendando, & pollutos sanctificando, & ecclesiæ reconciliando totius populi solicitudinem me habere demonstro. Quia in uno male agente multi cõfunduntur, & in uno contumeliã patiente multi indignant, & quia p salute & emẽdatione oñium uestrũ scripsi de illis, & euenit q̃d intendebã, ideo cõsolati sumus dũ uos audiremus eẽ correctos. Vel exhibu
1. Cor. 6. istis uos esse incõtaminatos ã negocio seculari, q̃ prius eratis cõtaminati, cum dicerẽ uobis, Audet aliquis uestrũ habens negocium aduersus alterũ, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? Cõta
C minati em̃ eratis hoc negocio dũ dicerem: Omni no delictũ est in uobis quod iudicia habetis inter uos. Et quia nũc uos exhibuistis ab eo esse incontaminatos, igt̃ etsi scripsi uobis, nõ scripsi principaliter propter eum q̃ fecit iniuriã uel qui passus est, id est, p̃pter quẽlibet eorũ qui iniurias & fraudes fratribus faciebant, uel patiebantur à fratribus, sed magis p̃ omnibus uobis, ut oẽs talia facere caueretis. Et scripsi ad hoc, ut manifestarem uobis me p̃ uobis coram deo solicitũ esse. Et q̃a nũc estis à tali negocio incontaminati, ideo cõsolationẽ habemus in uobis. *Ibidem.*

In cõsolatione aũt nostra abundãtius magis gauisi sumus sup̃ gaudio Titi, q̃a refectus ẽ spiritus eius ab omnibus uobis. Et si q̃d apud illũ de uobis gloriatus sum, nõ sũ cõfusus. Sed sicut oĩa uobis ĩ ueritate locuti sũmus, ita & gloriatio nostra q̃ fuit ad Titũ, ueritas facta ẽ. Et uiscera eius abñdãtius ĩ uobis sunt, reminiscẽtis oĩm uñm obedientiã, qũo cũ timore & tremore excepistis illũ. Gaudeo q̃ ĩ oñibus cõfido ĩ uobis.

¶ Nos in hoc quidẽ cõsolati sumus, q̃d incontaminatos uos exhibuistis negocio, sed amplius de gaudio Titi quod habet in uobis. Cũ audisset Apostolus eos p̃ primã epistolã increpatos uelle se corrigere, cõsolationẽ accepit. A Tito etiã di
D scens quia dolorẽ paterent̃ erroris sui, auctus est in cõsolatione & repletus gaudio, quia uolũtas eorũ in opere cœperat, pbari, Tito id cũ lætitia referẽte. Et hoc est quod dicit: Nos cõsolati sumus de uestra melioratione. Sed *in consolatione nostra abundantius magis gauisi sumus super*. i. de *gaudio Titi*. De utroq; enim. i. de correctiõe uestra & de gaudio Titi abundãtius gauisi sumus, q̃ tristaremur de tribulatione nostra, sed magis de gaudio Titi, *q̃a spiritus eius* qui in errore p̃ uestra subuersione defecerat, *refectus est ab omnibus uobis*, nõ quia iam oẽs sitis correcti, sed quia iam quiddã sperat de reliquis. Spiritus eius, qui fame bonorũ operum uestrorũ defecerat, refectus est à uobis illo cibo, de quo dominus ait: Meus cibus est ut faciã uoluntatẽ eius qui misit me. Et *si gloriatus apud illũ de uobis quid*. i. aliquid boni de uobis asserens, *non sum confusus*. i. nõ erubui de hac gloriatione. Antequã pergeret Titus ad eos, audiuit ab Apostolo quia erant bonæ uolũtatis in emendandis uitijs. Ac p̃ hoc regresso illo & idẽ referẽte, nõ erubuit Apostolus, sed alacer factus est, quia nõ aliter inuenerat Titus q̃ audierat ab eo. Nõ sum (inquit) confusus pro uobis, *sed sicut omnia* quæ audistis à nobis, *loquuti sumus uobis in ueritate* sine aliqua falsitatis admixtione, ita *& gloriatio nostra quæ fuit* de uobis *ad Titũ, facta est* nõ solũ uera, sed (ut plus dicã) ipsa *ueritas*, id est, apparuit ei ueritas, dum uideret ita esse ut dixeram. Efficiẽtia enim uestræ correctionis tam uera facta est, q̃ & prædicatio nostra. Veritas enim arguẽtis apparet, si hi qui ar- Iohan. 4.

A guuntur, incipiunt se emendare: quia dum correcti immutant̃, testimonium perhibẽt arguenti. Vos (inquam) spiritũ eius refecistis, & me uera de uobis illi dixisse probastis. Et ideo *uiscera eius*, id est, affectiones dilectionis eius *abundantius sunt in uobis* quam in alijs, quia uidit profectũ uestrum. Sancti em̃ animus in omni bono est, Viscera cordis eius sunt in uobis, *reminiscentis omniũ uestrũ obedientiam, quomodo*, id est, quam accurate *excepistis eũ cum omni timore* cordis *& tremore* corporis. Scientes Corinthiũ ab Apostolo missum esse Titũ, & se in multis uitijs ab Apostolo fuisse reprehẽsos, territi sunt in aduentu eius. Et quia uitã suam cœperant emendare, soliciti erant obedire præceptis eius, ut regressus Apostoli animũ mitigaret eis. Quam ob rem Titus eos laudauit, quia in eo reuerити sunt Apostolum. Ideo subiungit: *Gaudeo* uos ita profeciſſe, *quod in omnibus* rebus *confido in uobis*, id est, confido q̃d in omnibus amodo bene agetis. Non solum em̃ in bona uoluntate eorum lætatus est, sed & in operibus bonis, quibus ea q̃ peccauerant, emẽdabant. Et ideo sicut sapiens medicus iam pene sanata uulnera lenissimis medicamentis curabat, ut prioris increpationis ustura sanaretur.

CAPVT VIII.

NOtam aũt facimus uobis fratres gratiã dei, q̃ data est in ecclesiis
B Macedoniç, & q̃d in multo experimẽto tribulationis abũdãtia gaudij ipsorũ fuit, & altissima paupertas eorũ abũdauit ĩ diuitias simplicitatis eorũ: quia secundũ uirtutẽ (testimoniũ illis reddo) & supra uirtutẽ uolũtarij fuerũt, cũ multa exhortatione obsecrãtes nos gratiã & cõmunicationẽ ministerij, q̃d fit in sanctos: & nõ sicut sperauimus, sed semetipsos dederũt primum dño, deinde nobis p̃ uoluntatẽ dei, ita ut rogaremus Titũ, ut quẽadmodũ cœpit, ita & pficiat in uobis etiã gratiã istam.

¶ Postquam correcti sunt, hortatur eos ad bene agendum, & exemplo ecclesiarum Macedoniæ ad misericordiam illos prouocat, ut non putent graue quod uiderint Philippenses uel alios
Supra 7. iam feciſſe. Et q̃a supradixerat, cum uenissemus in Macedoniam, nullã requiem habuit caro nostra, ne quis putaret quod nullũ ibi fructum fecisset, sed solummodo pœnas sustinuisset, quod non multum ad cõmendationem ualeret, ostendit multos ibi fuisse cõuersos, & ad culmen perfectionis subito perductos. Quasi dicat: Hucusq; notam fecimus uobis consolationem, quam de uestra correctiõe habuimus in tribulatione, quã apud Macedones pertulimus. Sed nunc notifica-

mus *uobis gratiam*, id est, gratuitam largitionẽ spi C
ritalium bonorũ, *quæ data est* diuinitus *in ecclesijs Macedoniæ*. Nos enim non defecimus in tribulatione, sed perstitimus fortiter, donec ibi multę cõstruerentur ecclesiæ. Et data est illis tanta gratia, *quod in multo experimento tribulationis*, id est, cũ multas experirent̃ tribulationes *abundantia gaudijipsorum* semp̃ abundauit. Quia deuoto animo perceperunt uerbum dei, idcirco diuinitus eis data est gratia, ut in tribulatione Pauli & Sylæ, quam supra memoraui, non scandalizarentur, sed de spe p̃missa gauderent, & se passionibus eorũ probatos ostenderent. Et hoc est, in multo experimento nostræ uel etiam suæ tribulationis, abundãtia gaudij interni ipsorũ, quod de spe cælestium præmiorũ cõceperant, nõ minorata est, sed abũdauit. *Et altissima paupertas eorũ abundauit in diuitias*. Quasi dicat: In tribulationibus quas patiendo experti sunt, & etiãm de bonis suis pauperibus Christi copiosę largiti sunt. Quia & altissima. i. profundissima & humilima: uel altissima. i. nobilissima & præconijs extollẽda paupertas eorũ abundauit in diuitias. i. maior facta est dum tenderet diuitias dare. Vel abundauit in diuitias dandas. i. cũ esset magna illis paupertas, abundanter tamen erogauerunt sanctis diuitias. Quia cum tenues essent substantia facultatum, animus ipsorum diues inuentus est in ministerio sanctorũ. Diuitias dico, *simplicitatis eorũ*, quia simplici intentione ex eo q̃d habebant, erogauerunt, non ut hoibus, sed ut soli deo placerent. Nõ enim duplici, sed simplici corde dederunt, qui nõ inde quæsierunt remunerationem ab hoibus & à deo, sed tantum à
D deo. Vere paupertas eorũ abundauit in diuitias, *quia secundum uirtutem* rerum suarum (*reddo illis* in*de testimonium*. i. assero quia secundum quod uires eorũ sufferre poterant, erogauerunt) & etiã *supra uirtutem fuerunt* ad dãdum *uolũtarij*, qũ amplius uolebant dare, q̃ eorum uires admittebãt. Non em̃ coacti, sed uoluntarij in hoc fuerunt etiã supra uirtutẽ facultatum suarũ, quia etiam de suis rebus necessarijs, quibus uita illorũ carere nõ poterat, obtulerunt nemine cogente. Ipsi dico *obsecrantes nos*. i. cum adiuratione sacrorũ deprecantes, ut de suis rebus facerent *gratiam*. i. gratuitam donationẽ *& communicationem*. i. ut sua bona non quasi propria sibi retinerent, sed quasi cõmunia sanctis impenderent, quæ cõmunicatio esset *ministerij quod fit in sanctos*. i. in hoc fierent bona eorũ cõmunia, ut ex his ministraretur in sustentatiõe sanctorũ qui erant in Ierusalem. Tam simpliciter & deuote obtulerunt quod ultra uires eorũ erat, ut cum lachrymis deprecantes offerrent, ut uel sic cogerẽt accipi à se q̃d accipiendũ non uidebatur, quia plus erat q̃ poterat eorũ substantia, ne forte eis postea egestas pœnitentiam boni operis suaderet. Sed q̃a tales se ostenderũt, ut puro animo iam p̃sentia postponentes futuris p̃missionibus, cõfidentia dei se cõfirmarent, accipi ab eis uisum est, ne boni cordis gratia fructum amitteret. *Et non egerunt sicut sperauimus*, ut p̃ quasi redimendis culpis suis hoc darent, ut parceremus uitijs eorum. *sed dederũt domino* non solũ res suas, *sed & semet ipsos* q̃si sacrificium immaculatũ. Primũ *domino*,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ut ei soli seruirent, se deuouerunt: *deinde & nobis* sedederunt, ut essent parati nobis in omnibus obedire: & hoc *per uoluntatem dei*, q̃ uult homines subdi uicarijs suis, ut ipsi á nobis admoniti, operarentur singula mandata domini iuxta modum nostræ uisionis. Et idcirco ab his accipere debuimus q̃d offerebant, quia prius emendantes erro res pristinos & uitæ ac mor̃: uitia, ultra q̃ sperabamus, deo se uouerunt. Visum est enim simpliciter illos hoc agere, ut non timeret cui offereba tur accipere: quia non utique hoc animo offerebant, ut redimentes præpositos suos muneribus sibi mulcerent, ut uitia eor̃ non arguerent, quia munera excæcant oculos sapientium, & peruertunt uerba iustor̃. Dantes ergo se primñ deo dñ emendãt uitia, deinde nobis dñ sanctis offerunt sumptus, contristari non debuerunt, qui pene antequã inciperent, perfecti esse uoluerunt. Horum igitur exemplo, libenter ea q̃ cœpistis, ministerio sanctorum uos Corinthij debetis perficere. Ita enim instituerunt, & *ita* prouocati sumus largitate eorum, *ut rogaremus Titum*, ut ad simile opus uos animaret, *ut quemadmodũ cœpit* uos postquam correcti estis, ad bene agendum informare, *ita perficiat in uobis etiam gratiam istam*, ut incitet uos ad dandum. Quoniam Titi affectum syncerum nouerat Apostolus circa istos, nec non & hos obedientes ei, idcirco p̃ ipsum etiam ad hoc opus exhortari illos facilius posse significat, ut quomodo in cæteris rebus exhortationis suæ fructum in eis habuit, haberet etiam in hac gra

B tia, ut ad ministerium sanctorum promptos eos faceret, ut quia iam uitia emendabant, huius largitatis fructum facerent.

Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone & scientia & omi solicitudine, insuper & charitate uestra in nos, ut & in hac gratia abundetis: nõ quasi imperans dico, sed p̃ aliorum solicitudinẽ etiam uestrę charitatis ingeniũ bonum cõprobans. Scitis em̃ gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniã propt̃ uos egenus factus est, cũ esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis. Et cõsiliũ in hoc do. Hoc em̃ uobis utile est, qui nõ solum facere, sed & uelle cœpistis ab anno priore. Nunc uero & facto pficite, ut quẽadmodũ promptus est animus uolũtatis, ita sit & pficiendi ex eo quod habetis. Si enim uoluntas prompta est secundum id q̃d habet, accepta est, non secundum id quod nõ habet.

¶ Rogauimus Titum ut uos moneat ad gratiam largitatis. Sed & ego uos ad hanc moneo, ut in hac abundetis, *sicut in omnibus* rebus *abundatis fide*, quia in omnibus recta fides iam uobis abundat: *& sermone*, id est, gratia loquẽdi uel in una lin C
gua uel in pluribus abundatis: *& scientia* scripturarum, uel peritia quarumlibet rerum diuinitus concessa. Sunt enim nonnulli qui satis abũdant in sermone, sed tamẽ parum habent scientiæ: & sunt alij qui scientia abundant, sed eloquentiam sermonis nõ habent. Vobis autem concessit deus abundanter utrunq̃, & sermonem scilicet & scientiã. *& abundatis in omni solicitudine*, quia sufficienter in omnibus estis soliciti, in quibus uos opertet solicitos esse. *insuper* abundatis *& charitate nos*, id est, uestra charitas tranſit abundanter in nos, q̃a copiose nos diligitis. Et sicut iam in his uirtutibus abundatis, ita suadeo *ut & in hac gratia* largitatis *abundetis*, q̃tenus de uestris rebus abundanter iuxta modũ possibilitatis uestræ sanctis impendatis. *Non quasi imperans* hoc uobis *dico*, neuidear uos ad hoc inuitos cogere, quos ad bene agendum spontaneos uolo semp esse, & ne uos fitis transgressores imperij mei. Non quasi imperans, sed q̃si consulens dico ut sanctis necessaria mittatis, & *comprobans*, id est, probatũ deo & hominibus ostendere uolens, *bonum ingenium uestræ charitatis per solicitudinem aliorum*, id est, p̃ hoc q̃d pro alijs, id est, pro sanctis eritis soliciti, releuantes inopiam eorum, ut uideamini non didicisse, sed naturaliter possidere misericordiam & largitatem. Ita uolo comprobare uestram charitatem esse ingeniosam & prudentẽ cum sine imperio meo susceperit pauperum Christi solicitudinem, mittens eis unde releuent egestatem. Vel per solicitudinem aliorum, id est, Macedonum, D
quos refero uobis solicitos esse de sustentatione sanctorum pauperum, uolo comprobare etiam bonum ingenium uestræ charitatis, ut ostendam charitatem uestrã habere bonum ingeniũ, cum sine iussu meo ceperit sua spõte facere ea quę audit Macedones fecisse. Et iustum est, ut in hac gratia abunderis, atq̃ pauperibus temporalia bona largiter ministretis: q̃a uos ipsi *scitis* quantam gratiam uobis dei filius contulit, quàm misericorditer erga uos egit, qui pauper pro uobis temporaliter fieri uoluit, ut uos per manentium diuitiarum participes efficeremini. Hanc eius gratiam scitis, quia *cum esset diues* in sua maiestate, *propter uos egenus factus est* in mundo, *ut uos illius inopia* diuitijs spiritalibus repleremini. Si ergo ille qui omnium creator & dominus est, p̃ uobis paupertatem sustinuit, cur uos p̃ eius amore partẽ diuitiarũ uestrarum eius membris indigentibus non tribuatis? Diues erat. Vnde em̃ homines sunt diuites? Auro, argento, familia, terra. Sed omia per ipsum facta sunt. Quid ergo illo ditius, p̃ quem *Iohan. 1.*
factæ sunt diuitiæ, etiam illæ quæ non sunt ueræ diuitiæ? Per illũ enim & illæ diuitiæ, ingenium, memoria, uita, ipsius corporis sanitas, sensus, cõfirmatio q̃ membrorum. Etenim cum hæc salua sunt, & pauperes diuites sunt. Per illũ & illæ maiores diuitiæ, fides, pietas, iustitia, charitas, boni mores. Nemo enim & has habet, nisi p̃ eum qui iustificat impium. Ecce quàm diues. Quis enim diues? qui habet q̃d uult alio faciente, an qui facit quod uult & alium habentem? Puto quia ditior

A est, qui fecit quod habes: quia quod ille habet, tu non habes. Diues est, cum sit in forma dei æqua*Philip. 2.* lis omnino patri. Sed egenus propter nos factus est, quando semet exinaniuit formam serui accipiens. Non aũt dictum est, egenus factus est cum diues fuisset: sed egenus facto est cum diues esset. Paupertatem em̃ assumpsit, & diuitias nõ amisit. Intus diues, foris pauper. Latens deus in diuitijs, apparens homo in paupertate. Quia eius paupertate sumꝰ ditati, quia in sanguine eius peccatorũ nostrorum concisus est saccus. Per illum sanguinem abiecimꝰ pannos iniquitatis, ut indueremur stolam immortalitatis. Ne ergo diuitias expauescerem⁹, & ad eum accedere cum nostra mendicitate non auderemꝰ, pauperem se exhibuit, id est, deus nasci dignatus est hõ, uirtutem suæ potestatis humilians, ut hoibus diuitias suæ diuinitatis adquireret, & eos consortes diuinæ naturæ faceret. Qui tamen in diuinitatis suæ diuitijs nobis inuisibilis pmanens, miris nos poterat uirtutibus ditare: sed ut ad internas diuitias rediret hõ, foras apparere dignatus est pauper deus. Quia uidelicet minus nos amasset, nisi & paupertatẽ nostrã susciperet: nec uim nobis suæ dilectionis ostenderet, nisi hoc quod à nobis tolleret, ad tempus ipse sustineret. Et hoc est quod nũc Apostolus, ut ad lar

B gitatis gratiam uiscera nostræ cõpassionis accenderet, ait: Propt̃ uos egenus factus est cum diues esset. Et his ÿbis hortatur auditores, ut largiendo quasi paupes fiant, ut prosit paupertas eor̃ sicut Christi paupertas nobis profuit. Et *in hoc*, inquit, id est, in conuersatione tãti beneficij dei, *do* uobis *consilium*, ut s. ad similitudinem Christi paupertatẽ subire non recusetis, ut á sanctis paupertatem effugetis. *Hoc enim uobis est utile*, ut p̃ imitationẽ paupertatis Christi tendatis ad diuitias eius. Hoc uobis est utile, quia magis p̃ deest facientibus q̃ accipientibus. Vtile est uobis, q̃ iam *cœpistis* hoc *non solum facere, sed* etiam *uelle ab anno priore*, id est, præterito, uel à priore anno uestræ conuersationis usq̃ nũc. Facile quippe est in bono opere obedire etiã nolentem, sed hæc magna in uobis uirtus extitit, qui hoc bonum quod uobis nunc suadeo, & ante uoluistis. Sed *nũc* etiam id *facto perficite* quod iam uoluntate fecistis, ut non solum uelitis in corde, sed etiam compleatis in opere. Ita facto peragite, quod uoluntate iam dudũ cœpistis agere, *ut quemadmodum promptus est animus uoluntatis*, ita promptꝰ *sit & animus perficiendi*, id est, sicut promptus est animus uester ad uolẽdum, ita promptus sit & ad perficiendum *ex eo*. i. secundum id *quod habetis*, siue plꝰ, siue minus, ut unusquisq̃ tantum det quã tum potest: quoniã uoluntas retinens quod dare posset, infructuosa est. Idcirco uobis suadeo dare ex eo quod habetis, quia *si uoluntas est prompta* & parata dare, *secundum id quod habet, accepta est* deo secundum illud quod ita tribuit, *non secũdum id quod non habet*. Acsi aperte dicatur: Ne putetis me ab aliquo supra uires exigere, aut tantum à paupere quantum á diuite expetere. Omnes enim æqualiter dant, si unusquisq̃ ex tanto dat quantũ habet. Quia em̃ Corinthij ad hoc opus ministerij prouocant, hoceis indicit, ut non plus tribuant q̃ possunt; ne forte plus offerẽtes, coacti, nõ uoluntarij, uiderentur sine mercede facturi: quia qui coactus aliquid facit, mercedem non habet. Et ideo dicit eis, quia si uoluntas est prompta dando secundũ id quod habet, accepta est deo, non secundum id quod non habet. Ille enim dat ex eo quod habet, qui sibi necessaria retinet, & cætera quibus carere potest, largit̃ pauperibꝰ. Qui uero de his tribuit quæ suo usui necessaria sunt, ille dat secundum id quod non habet, id est, ultra uires suas: quoniam illa quibus indiget, quasi nõ habet, quia carere nõ potest, & idcirco ad dandum illa non habet. Propter quod nũc dicit Corinthijs qui tenaces sunt, quia uoluntas q̃ę sua sponte tribuit scdm id q̃d habet, ut sibi scilicet necessaria retineat, placens est deo: non illa quæ coacta tribuit secundum id quod non habet, id ẽ, quod sine murmuratione ferre non potest. Non enim intelligendum est, nõ esse deo acceptũ si quis deuoto corde obtulerit etiam ultra suum posse, cũ Macedones inde multum sint laudati, quoniam supra uirtutem fuerũt ad dandum uoluntarij. Illi enim non indiguerũt admonitione ut Corinthij, sed ultro obtulerunt cum precibus, ut probarent se tota uolũtate hoc D
facere, ut plus offerrent q̃ poterãt. ideoq̃ fuit acceptabile. Quãto enim amplius obtulerunt, tanto plus accepturi sunt. Corinthijs uero tanquam adhuc infirmantibus parcitur. unde & subditur:

Non enim ut alijs sit remissio, uobis autẽ tribulatio, sed ex æqualitate in pñsenti tempore uestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia uestræ inopię sit supplementũ, ut fiat æqualitas, sicut scriptũ est: Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit. *Exo. 16.*

¶ Iure dixi uoluntatẽ esse acceptam, si prompta fuerit dare scdm id quod habet. *Non enim* suadeo uobis tm̃ dare, *ut alijs* quibus dederitis, *sit remissio*, i. inopiæ alleuatio & relaxatio, sed *uobis tribulatio*, id ẽ, inopia nimia. Hæc proculdubio Apostolus condescẽdendo infirmis (ut p̃missimus) intulit, qm̃ quibusdam inopiã ferre non ualentibꝰ tolerabilius est minꝰ tribuere, q̃ post largitatem suã ex inopiæ angustia murmurare. cũ enim dantis mẽs ferre inopiã nescit, si multa sibi subtrahit, occasionẽ contra se impatiẽtiæ exquirit. Prius ergo p̃parãdus est animꝰ patiẽtiæ, & tũc aut multa aut cũcta sunt largiẽda, ne dũ minꝰ æquanimiter inopia irruẽs ferꝛ, & p̃missæ largitatis merces pereat, & adhuc mentẽ deterius murmuratio subsequens pdat. Nõ hoc (inquit) suadeo ut alij ociose uiuãt de bonis uris, & tribulatiõe famis uos cruciemini, *sed* ut *ex æqualitate* subueniatis illis *in præsenti tẽpore*. i. ut unusquisq̃ quantũ habet, ad tẽpus diuidat cũ sanctis, quia non plus exigitur quã sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A retinere debet, dicente scriptura, diliges proximũ tuum sicut teipsum. &, Qui habet duas tunicas, det non habenti. Vel in præsenti tempore breuis huius uitæ cõmunicate illis uestras diuitias, ut & ipsi in æterna uita cõmunicent uobis suas. Et hoc est quod subdit: *uestra abundantia* carnalium bonorum *suppleat*, etsi non ex toto compleat *illorũ* corporalem *inopiam*, qui oĩa mundi deseruerunt, *ut illorum* spiritalis *abundantia sit supplementũ* spiritalis *uestræ inopiæ*. Hoc iubet Apostolus, ut quia iuxta tempus sancti inopiam patiebãtur, deserẽtes omnia mũdi, & se totis diuinis operib9 mancipantes, ut orationi uel doctrinę insistant ad ꝓfectum multorum, cæteri fideles qui negocijs uel artib9 nisi sunt, aut paternas habẽt facultates, ministrent eorum inopiæ, ut iterum sancti illic ubi diuites sunt, & isti inopes .i. in spiritalibus & æternis cõmunicent eis, ꝙsi uicem rependẽtes ministerio eorum. Nam cum pauci sint q spiritalia dona percipiunt, & multi qui reb9 temporalibus abundant, ꝓ hoc se diuites uirtutib9 pauperum inserunt, quod essedem sanctis pauperib9 de suis diuitijs solatia ministrent. Vestra, inquit, abundãtia illorum inopiam suppleat, ut & illorũ abundantia uestræ inopiæ sit supplementũ, ut uidelicet solicite ꝓpendamus, qa & eos quos nunc inopes cernim9, abundantes quandoq; uidebimus: & q abundantes aspicim9, si largiri negligim9, quandoq; inopes erimus. Qui itaq; nunc in hoc tempore subsidiũ pauperi tribuit, ab eo postmodum perpetua receptu rus, ut ita dicam, quasi ad frugem terram excolit, quæ quod acceperit, huberius reddit. Restat ergo ut nunquam elatio surgat ex munere, quãdo uidelicet diues ex eo q̃d pauperi tribuit, agit ut in ꝑpetuum pauper non sit. Qui enim uiuũt in seculo, non habent merita ad uitam æternam sufficientia. Sed quia pauperes Christi, quoꝝ est regnum cælorum, ꝓ eleemosynas amicos & debitores sibi fecerunt, ꝓ merita eorum cõsequẽtur quod per se nõ merent: *ut* tunc *fiat* utrorunq; *æqualitas*, nõ quia non differunt, sed quia oĩes idem regnum habebunt, & unicuiq; sufficiet quod habebit. Vel ęqualitas est, ut quia isti in hoc tẽpore ministrãt sanctis, reddant eis uices ab eis in futuro, quia debitores illi faciunt sanctos. Aequalitas ipa est pax nostræ Ieruſalem, ut opera misericordiæ corporalia iungantur opibus prædicationis spiritalibus, & fiat pax dando & accipiẽdo. Fiat æqualitas in regno, *sicut scriptũ est* in signo. *Qui multũ*, subaudi collegerat de mãna, id est, ampli9 quãm gomor, *non abundauit*. i. non plus habuit cꝫ gomor. *& q modicum* collegerat, i. minus quãm gomor, *non minorauit*. i. non minus habuit cꝫ gomor. Quando enim uentũ est ad epulas, omnes æqualiter habuerunt, hoc significante deo, quia populus suus qui ꝓ desertum huius uitæ graditur ad terram promissionis ęternæ, æqualitatem habiturus in cõuiuio est supernæ refectionis, quia oĩes deum uidebunt. Et qui multum hic laborauit, atq; plurima merita congregauit, non plus quantũ ad æternam uitam pertinet habebit, cꝫ ille qui modicũ bonæ operatiõis egit.

Leui. 19 Lucæ. 3. Exo. 16.

B

Vnde dr̃ in euangelio, quia illi qui diuersis horis ad ueniæ culturã accesserũt, oẽs pariter in uespera denarium acceperunt. Tunc ergo fiet æqualitas, quia omnes habebunt uitæ æternæ æqualitatem. Oẽs erunt in æqualitate, quia omnes erũt in æternitate. Non enim longior erit uita sanctorũ pauperum, quãm uita electorum secularium. Tamen sancti pauperes maiorem habebunt in carne & in anima gloriam & beatitudinẽ. Idcirco autem æquabuntur ita diuites sanctis pauperib9 in perceptione denarij uitæ perennis, quia nunc æquant sibi illos in diuitijs suis non secundum paritatem, sed ut sustententur de reb9 eorum sicut ipsi. Rex enim de toto regno suo non plus habet nisi uictum & indumentum, quo carere præsens uita non potest. Et idcirco diues pauperem sibi æquat, si ei cibos & uestimenta præbeat, licet ipse plus retineat quãm largitur. Qui multum (inqt) habuit, nõ abundauit, quia scilicet quod plus habebat, dedit indigenti; & qui modicum, non minorauit, quia accepit ab illo qui abundauit. Vult nos omnia communiter possidere, ut & perfecti doctrinam non abscondant, & habentes sustentiam eis non denegent uictum. Plus etiam in spe futuri seculi habent sancti, quãm hi qui in isto tempore uidentur diuites; & tamen utriq; (sicut dictũ est) in illo seculo ęquabuntur, ut sicut istorum beneficio nunc sustentatur inopia sanctorum, ita et hi beneficio sanctorum tunc diuites fiant. Non enim totos se dederunt deo, ut hic pauperes, illic essent diuites, ideo uidẽtur illic esse pauperes. Sed ditabuntur sanctorum suffragio, quorum se uirtutibus inseruerunt, dum eos ad bene agẽdum sustentarent, ministrãdo illis necessaria: quia qui recipit iustũ in noĩe iusti, mercedem iusti accipiet.

C D

Matt. 20 Matt. 10

Gratias autẽ ago deo meo, q dedit eandem solicitudinẽ ꝓ nobis in corde Titi, qm̃ exhortatiõem quidem suscepit: sed cũ solicitior esset, sua uoluntate, ꝓfectus est ad uos. Misimus etiã cũ illo fratrem nostrũ, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Non solũ autem, sed & ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinatiõis nr̃æ in hac gr̃a, quę ministratur a nobis ad dn̄i gloriam & destinatam uolũtatem nostrã, deuitantes hoc, ne qs nos uituperet in hac plenitudine, q̃ ministrat̃ a nobis. Prouidemus em̃ bona non solum corã deo, sed etiam corã hominibus. Misimus autẽ cum illis & fratrem nostrũ, quem ꝓbauimus in multis sępe solicitũ esse, nũc autẽ multo solicitiorẽ, confidẽtia multa in uos, siue ꝓ Tito, q est socius meus & in uobis adiutor: siue fratres nr̃i apostoli ecclesiarum, gloria Christi. Ostẽsionem ergo quæ est charitatis uestræ & nostræ glorię ꝓ uobis, in illos ostendite in facie ecclesiarum dei.

Rom. 11 2. Cor. 8.

A

¶ Deus quia iustus est, sciens Corinthios uelle ꝓficere, Titi affectũ accendit erga eos, ut adimpleret exhortatione sua uoluntatẽ illorum in opere bono: q uidens profectum illorũ, lętatus est in eis. Et hoc est: Ego quidẽ (inquit) solicite uos ad opꝰ misericordiæ prouoco, sed *gratias ago deo, qui* per spiritum sanctum *dedit in corde Titi eandem solicitudinem*, quam ego habeo pro uobis, ut nõ deficiatis, sed proficiatis in opere bono: *quoniam* nõ repugnauit, sed *exhortationem* nostram *suscepit*, qua exhortabamur eum ire ad uos incitandos. Exhortationem q̃dem nostram suscepit, uoluntatẽ uero non per nos habuit, qa iam habebat. Et uoluntate quidem propria solicitus erat pro uobis, sed exhortatiõe nostra factꝰ est solicitior. Et cum ita solicitior factus esset, profectꝰ est ad uos sua uoluntate, quã illi deus inspirauerat. Vel suscepit exhortatiõem .i. suscepit hoc onus laboris, ut uos exhortaretur ad largitatẽ sustentationis sanctorũ: *sed* dum propter uestrum profectum *esset* factus *solicitior, profectus est ad uos sua uoluntate*. i. uidens uos proficere circa bonos actus, solicitior factꝰ est erga curam uestræ salutis, ita ut uolũtarius proficiscereť ad uos, qui prius etiam rogatus excusabat ire propter uitia uestra. Ipe quidem profectus ẽ sponte. Sed nos *misimus etiam cũ illo fratrem* illum egregium, *cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias*. Hoc de Luca intelligitur, qui laudem in euangelio p̃ cæteris habet: quia ubicunq; recitatur euangelium, laudat̃ Lucas, qui tam eleganter illud scribere meruit. Sed *non solum* laudatur ubiq; de euangelij descriptione, *sed* etiam *ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostræ*, ut mecum pergat quocunq; uado peregrinans ad prædicandum, & sit mihi comes & adiutor ubiq; *in hac gratia, quæ ministratur* à uobis, id est, in hac largitione eleemosynarum facienda, cuius nos ministri sumus *ad domini gloriam*, ut dominus noster Iesus Christus inde glorificetur: *& ad uoluntatem uestram*, qua uolumus ut bene detis: uoluntatem dico, *destinatam* ad huiusmodi studium, & deditam ac diuinitus p̃ordinatam. Vel in hac spiritali gratia noui testamenti, quæ gentibus per euangelium ministratur à nobis ad gloriam domini, & ad complendam uoluntatẽ nostram, qua uolum9 ut gentes saluę fiant, quæ uolũtas ad hoc destinata est. Lucam cõmendat Apostolus, quia hunc ignorabant Corinthij, ut scirent in quanta iam essent boni opinione, ad quos tales uiri mittebantur, ut congauderent cum eis, augentes eos in fide operationis dei, ad cuius gloriam solicite hoc agebant, ut ipse agnosceret in his. Nonnulli uero sensерunt id & de Barnaba posse intelligi, quia & ipse ordinatus est comes peregrinationis Pauli, quando cum eo missus est ad gentes, licet cum eo non perseuerauit, Lucas aũt perseuerauit. Et constitutꝰ est comes eius in hac eleemosynaꝝ gratia, quia hoc decreuerũt apostoli, ut ipse & Barnabas prædicarent gentib9, sed tãtum memores essent sanctoꝝ pauperum qui erant in Iudæa, ut quandiu fames illa duraret, mitterent eis uictualia. Et Barnabæ laus erat in euangelio, q̃d strenue prædicauerat per omnes ecclesias, in quibus cum Paulo fuerat. Sed hoc dissonare uidetur, ut hunc Paulus frarrem & non potius apostolum uel socium nominet: & quod hunc cum Tito q̃si minorem misisse se dicat, & non potius Titũ cum eo: uel quod hunc Corinthijs quasi ignotum cõmendet, cum in propria epistola declauerit hunc eis incognitum non esse, dicens: Aut solus ego & Barnabas non habem9 potestatem hoc operandi? id est, stipendia sumendi. De Luca uero cõgrua sunt omnia, qa etsi nunc apud nos Lucas maior est Tito, apud animos tamẽ Corinthiorum minor erat, ideoque cõuenienter missus esse cum eo dicitur. Excellentiã uero Titi nouerant Corinthij, qa ipse Corinthius erat. Misim9 (inquit) cum Tito comitem nr̃æ peregrinationis, qui ꝓ omnes ecclesias in euãgelio laudat̃, *deuitantes hoc, ne quis nos uituperet* i. reprehendat *in hac* eleemosynaꝝ *plenitudine*, q̃ ministratur *a nobis*. i. quæ nostro ministerio fit. Nisi enim testes idoneos & boni testimonij secũ Apostlus habuisset, infirmi uel infideles cum tantam largitionem tamq; copiosam uiderent, aliquid super Apostolo siniſtre possent æstimare, ut putarẽt eum tanquam sibi accipere & in suos conuertere ea quę accipiebat ad supplendas necessitates sanctoꝝ, per se offerenda uel distribuẽda indigentibus. Sed ut oĩem prauam suspicionem à se removeret, multos idoneos adhibuit testes in hac gratia plenarie pauꝑibus ministranda. Ideo (inqt) deuitam9 uituperium, qa *prouidemus bona*. i. prouidemus ut ea quę facim9, sint bona *non solum coram deo, sed etiam coram hominibus*. Coram deo sufficit nobis bona conscientia, sed coram hominib9 necessaria est bona fama. Propter nos em̃ conscientia nostra sufficit nobis, sed propter homines fama nostra nõ pollui, sed pollere debet in eis. Qui em̃ fidẽs conscientiæ, negligit famã suam, crudelis ẽ, qm̃ salutem ꝓximorum spernit. Vel ideo se dixit Apostol9 deuitare, ne quis eũ uituperaret in hac plenitudine doctrinę ac miraculoꝝ, quia negligẽs circa curam sanctorum iudicari posset, si segnius ea quę illis erant necessaria, ꝓcurarer, qm̃ illi & Barnabæ iniũxerant priores apostoli, ut memores essent pauperum, sicut iam diximus. Ne ergo dicere tur de eo, bene quidẽ prædicat, & religiose uiuit, sed non est memor sanctorum pauperum, ut sibi fuerat iniunctũ, cum ipse in oĩbus esset inuitupabilis, nec in hac parte indiligens iudicari uoluit, sed ad faciendam sanctis largitionẽ credentes ex gentibus monuit, quatenus & hoc opere completo, in oĩbus appareret eius solicitudo & prouidentia. Prouidem9 enim (inqt) bona nõ solum coram deo, sed etiam coram hoĩbus. Prouidit bona corã deo, dũ quod iubet deus circa ministeriũ sancto-

B C D

Actu. 13 Actu. 15 Actu. 15

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rum fieri doceret. Prouidit bona coram hominibus, dum tales ad hoc opus suadēdum mitteret, qui non facerent eis scandalum: sed probitate sua prouocarent eos, ne bona eius doctrina ꝓ impro-uidos ministros in uituperationē caderet. Nec solum (inquit) duos istos misimus, sed etiam fratrē alium cum illis, quem quidā dicunt esse Apollo, sed incertū est. *Quem sæpe probauimus in multis solicitum esse* de uestra salute, sed *nūc* experti sum⁹ eum *multo⁹ solicitiorem* pro uobis, cum audisset uos esse correctos, certus ga obedietis ad bene agendum. Solicitior (inquam) factus ē uidendi & exhortandi ad ministerium sanctorum ꝓ hac confidentia uestræ immutationis in melius: *siue pro Tito*, q de uobis ei multa retulit, qui nō mentiretur, *qui est socius meus*, pergens mecum ubiq; ad prædicandum; *& in uobis* est *adiutor* meus. i. in uestra conuersione & correctione. Ipse est adiutor meus in uobis, *siue* cæteri *fratres nostri*, quos ad uos direxi, qui sunt *apostoli*. i. fundatores *ecclesiarum*, *gloria Christi*, quia in locis illis ꝓdicauerunt Christum, ubi nunquā fuerat: & ad gloriam cōstruxerūt ecclesias ex his, quos ad fidem cōuerterunt. Vel fatres nostri priores apostoli, qui cum domino in carne fuerunt, sunt adiutores mei in uobis: siue quia nōnunquā per uos transierunt, & uobis aliqd melioris contulerunt, siue quia suæ prædicationis fama ac
B uitæ uobis ꝓ fuerunt. Et quandoquidem tales mittimus uiros ad uos, ergo suscipite eos cum honore & dilectione sicut oportet. Scilicet *ostendite* nūc *in illos ostensionem uestræ charitatis*. i. charitatem quā ostendere cōsueuistis honorifice suscipiendo cæteros fratres, nunc ostendite suscipiendo istos accuratius, ut bona q̄ de uobis audierunt, probent esse uera. Et ostensionem *gloriæ nostræ pro uobis*, id est, opera charitatis, quæ similiter ostendere soletis in susceptione fratrum, unde & nos gloriamur ꝓ uobis apud alias ecclesias, nunc ostēdite in istos, reuerenti⁹ & deuotius eos suscipiendo. Et hoc facite *in facie* & in conspectu *ecclesiarum*, ut cæteræ ecclesiæ cognoscant uera esse bona quæ de uobis audierunt, & accipiant à uobis bonū exemplum.

CAPVT IX.

NAm de ministerio quod sit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere uobis. Scio em̄ promptum animum uestrum, pro q̄ de uobis glorior apud Macedones. Quoniam & Achaia parata est ab anno præterito, & uestra æmulatio ꝓuocauit plurimos. Misimus aūt fratres, ut ne q̄d gloriamur de uobis, euacuetur in hac parte, ut (quemadmodum dixi) parati sitis, ne cum uenerint Macedones mecum, & inuenerint uos imparatos, erubescamus nos, ut non dicamus uos, ī hac substātia. Necessariū ergo existimaui rogare fratres, ut p̄ueniant ad uos, & p̄parent repromissam benedictionē hanc paratā esse sic quasi benedictionem, non quasi auaritiam. C

¶ De receptione iustorū uos admoneo. *nam de ministerio quod sit in sanctos*, nō necesse est ut uos admoneam. De illo em̄ ministerio *est mihi ex abundanti*, id est, ex superfluo *scribere uobis*. Superfluum est enim, si cōmoneas eum quem scis facturū. Sed tamen ut diligentiam meam ostēdam, & uos promptiores faciam, nō est ociosum ſi scribo, ut sciatis magna uos diligētia debere peragere, q̄d frequenter uobis intimatur. Ideo aūt uidetur superfluum ut uobis de hac re scribam, *qa scio animum uestrum* ad hāc largitionē faciendam esse *promptū*, *pro quo* animo uestro ad hāc gratiam deuoto *glorior apud Macedonas*. uidete ne frustra. Solet em̄ se melior ē præbere ille, de quo bene sentitur ab alio. Idcirco *de uobis* glorior, *quoniam* nō solum Corinthus, quę est metropolis ciuitas, sed etiam uniuersa *Achaia* quæ est magna regio, *parata est ab anno præterito* da re quod sanctis mittat. *& uestra æmulatio*. i. feruor imitandi uos *prouocauit plurimos* ad hoc pietatis opus. Cæterę enim ecclesiæ dum audiunt Corinthios prius multis erroribus fuisse implicatos, postea uero correctos & misericordiæ operib⁹ intentos, æmulatione eoꝝ incitatę sunt ad bonū opus, quasi cogitantes apud se & dicentes, quia si hi qui post acceptā fidem male conuersati fuerant, hanc cœperunt habere uoluntatē, cur non magis illi, in quib⁹ hæc uitia non sunt reperta? Ego quidem (inquit) glorior in splēdore animi uestri, q̄ promptus est ad largiendum. sed *misimus fratres*, non ut uos ad hoc exhortarent, ad quod ex animo parati estis: sed ut uos faciant memores, ne circa uotū & promissionē existatis negligentes. Et hoc ē, animus quidē uester promptus est, sed misimus prædictos fratres ad uos, *ut sitis parati* ad proferēdum quod dederitis, *ne* si imparati fueritis, *euacuetur* in hac parte totum q̄d gloriamur de uobis. Misimus (inquam) illos, *ut quemadmodū dixi* illis uos esse paratos, *sitis parati*: uel quēadmodum dixi uobis, sitis parati: siue quēadmodum dixi Macedonibus, *ne* forte *cum uenerint mecū Macedones*, & inuenerint uos imparatos, *erubescamus nos in hac substantia*. i. in hac re possessa, in hac diuitia⁊ substantia, q̄ paupe res sustētare debuit. Dixi ne erubescam⁹ nos qui de uobis gloriabamur *ut non dicamus* uos erubescere. i. ut uestram erubescētiam taceamus. Vester em̄ pudor erit maxim⁹ in nostra uerecūdia, si inuenta fuerit imprę paratio uestra. Nā si hoc inuentum nō fuerit, q̄d testificatus sum de uobis, & ego erubescā in uobis, qui substantiā sanctis promissam nō redidistis; & uos amplius cōfundemini, q̄ nec preterea q̄d testis uobis fui, studuistis agere, ut me dixisse ue⁊ de uobis ꝓ baretis. Ne *ergo* cōtingat ut & uos & nos grauiē erubescam⁹, *necessariū existimaui rogare* p̄dictos *fratres*, *ut* me *præueniant* eūtes *ad uos* & *præparent interim benedictionem*. i. largā & charitatiuam donationem: benedictionem dico, *repromissam*, quia iam ꝓmisistis, & repromisistis eam: & præparando faciant *hanc esse paratam* in aduēt uostro, *sic quasi benedictionem*. i. quasi opus charitatis, *non quasi auaritiam*. i. non quasi strictam dationē, de q̄ doleat qui dederit. Auaritia em̄ uocatur datio, quæ fit tenaci & parco ac tristi animo: benedictio aūt, quæ fit largo & alacri animo. Tractum est hoc uocabum à patriarchis, qui benedictione sua filios suos omnium fertilitate bonorum replebant, ut Isaac benedicens Iacob & Esau, & ut Iacob benedicens Ephraim & Manassen. A

Gene. 27 & 48.

Hoc autem dico: Qui parce seminat, parce & mentet: & qui seminat in benedictionib⁹, de benedictionib⁹ & metet.

¶ Hoc loco ad magna largiendi studia mentes audientium accendit Apostolus, ne qui multa dare potest, pauca largiatur. Fratres, inquit, præcesserunt me ut ꝓparent dationem uestrā, sed ego cur large detis præscribo, quia *hoc dico* uobis, quod q *parce seminat*. i. auare tribuit, *parce* etiam *metet*. i. parum in futuro seculo recipiet. Parcus em̄ est auarus, cui extorquetur quod dat, dum cōpellitur tribuere uel propter uerecundiam, uel propter longam multoꝝ admonitionem. Huic parua messis est, qa parco animo dedit, licet magna uideat⁊ dedisse. E contrario uidua q̄ in gazophylacium misit duo minuta, laudata ē misisse plus quā omnes diuites: quia largo animo totum q̄d habebat misit, cum cæteri parco animo mitterent, & multo maiora q̄ mittebant, sibi retinerent. Et ideo parce seminabant, q̄uis multa seminare uiderentur: quia tantum seminare nolebant, quantū poterant. Da re em̄ non est amittere, sed seminare: ad tempus carere, ut postmodum multiplicius habeat. Sed q parce seminat. i. qui non uult large tribuere cū possit, parce & metet. i. exiguum remunerationis colliget: qa sicut ipse nūc est parcus ad tribuendū, ita & de⁹ erit parcus ad retribuēdum. *& q seminat in benedictionibus*. i. qui tribuit uoluntate bona sub spe futuræ remunerationis, hic *metet de benedictionibus*, quādo cū cæteris eleemosynarijs audiet, Venite bn̄dicti patris mei, ꝑcipite regnū: quia esuriui, & dedistis mihi māducare. Seminat em̄ in bn̄dictionibus ubi plus pensatur affectus q̄ sensus, id est, pro posse suo bona large tribuit in beneuolis affectionibus, & idcirco de benedictionibus dei metet fructum uitæ perennis. B

Mar. 12 Luc. 21.

Mat. 25.

Vnusquisq; prout destinauit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus.

Eccle 35.

¶ Et qa de benedictionib⁹ supernis metet, q nūc in benedictionib⁹ bonæ uoluntatis seminat. i. læto & largo animo dat, siue pa⁊, siue multum sit illud q̄d dat, ideo *unusquisq;* det *prout destinauit in corde suo*. i. sicut deliberauit & p̄ordinauit in consilio suę rationis & uolūtatis, ut quicquid in corde suo disposuit se daturū, det: & eo deuotionis affectu quo ꝓposuit, det: scilicet *non ex tristitia aut ex necessitate*. i. non inuitus aut coactus. Eleemosyna enim plerunq; fit à tristib⁹ & murmurātibus, ut careāt tædio interpellantis, non ut uiscera reficiant indigentis: sed non est acceptabilis deo talis datio. Et ideo nō ex tristitia, sed ex lętitia cordis est dādum quod datur: quia ex his qui tribuunt, hunc eligit deus, ut ei retribuat q deuoto animo tribuit, quasi thesaurizās apud deum. Sunt em̄ nonnulli q multum rogati ab aliquib⁹, tædio precis sibi factæ ad dandum cōpelluntur importunitate postulatiōis assiduæ: & sic dant tristes & inuiti, non ex affectu dilectionis aut piæ cōpassionis. Nōnulli sunt etiā, qui licet nō sunt tristes uel coactione dolentes, tamen quādo largiuntur, faciunt ex necessitate: siue quia oēs alij dant, siue qa multi ut largiant, admonent: & cū sic honestate sua nō possint nō dare, q̄dam necessitate ad dandū cogunt. Sed q̄sq; dationē suā deo uult esse gratā, nō det ex tristitia uel ex necessitate, sed ex lætitia & ex uolūtate: qa *hilarē datorē diligit deus*. i. illū q ꝓ charitatē lætus & hilaris ac serenus spe superną retributiōis tribuit. C

Lucæ. 18

Potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in uobis, ut in omnibus semp omnem sufficientiā habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculū seculi.

Psal. 111

¶ Ego quidē uos admoneo ad hāc largitatis gratiam, sed deus potens est facere in uobis quod admoneo. Ego enim ꝟba exhortationis edere possum, sed ille mētes uestras in melius ꝓmouere potest: quia ego quidē plantare & rigare possum, ille aūt dare sufficit incrementum. Et ideo potentiam eius adesse uobis exopto, ut sicut in emendatione uitioꝝ & ueritate doctrinę corda uestra terigit, ita & in gratia largitatis faueat cœptis uestris. Ipse est em̄ potens facere hubertim *abundare in uobis* non solum istam, sed & *omnem gratiam*, ita *ut in omnibus* rebus *semper habentes omnem sufficientiam*, id est, nō indigentes aliquando his q̄ ad salutem necessaria sunt, *abūdetis in omne opus bonū*. i. in largitione sicut in cæteris. Si em̄ solam uobis sufficientiā elegeritis, poteritis in die opere abundare: qa illud uobis retinendo q̄d sufficit, cætera in usus pauperum expendetis, & hoc erit abūdare in opere bono. Licet em̄ exigui hominis paruū sit munus, abundat tamen, qa bono animo fit. Exteriora em̄ nostra domino quālibet parua sufficiunt. Cor nanq; & nō substantiam pensat, nec ꝓpendit quantum in eius sacrificio, sed ex quāto proferatur. Qui em̄ plus habet, plus offerre debet. Ita potest deus omnem gratiā facere in uobis abūdare, ut sine dāno uestro alijs beneficia largientes, abundetis tēdendo res per largitatem in omne opus bonum, *sicut scriptum est*, id est, ut nec q̄ sit in uobis auaritia, nec q̄ prodigalitas, sed bona uestra diffuse & rationabiliter detis cum bona intentione, non ꝓ temporali commodo, sed ꝓ æterna remuneratione, sicut iustum uirum fecisse dicit scriptura: *Dispersit*, id est, non

2 Cor. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uni omnia tribuit, sed diuerso mō his & illis sparsit, ut pluribus proficeret, & unicuiq; iuxta quod decebat. Per hoc auaritia remouetur. Et *dedit* non indiscrete omnibus, neq; diuitibus aut histrionibus, sed cum ratione & discretione solis *pauperibus*, qui in hoc seculo non possent ei reddere. Per hoc remouetur uitium auaritiæ contrariū, id est, prodigalitas, & etiam appetitio temporalis retributionis. Et ideo *iustitia eius*, id est, iustū opus misericordiæ eius *manet in seculum seculi*, id est, in æternum: quia ex eo quod tēporaliter iuste egit, æternam habet iustitiam & uitam. Iustus enim est, qui
Matt. 5. bona mundi communia reputat, qui sciens deū omnia cōmuniter omnibus dare, quia solem suū oriri facit omnibus & pluit omnibus, & terram dedit omnibus: idcirco diuidit cum his qui copiam terræ non habent, ne beneficijs dei priuati uideantur. Et quia sibi soli non detinet quod à deo scit omnibus datum, sed credit esse iustum ut habens det non habenti, idcireo iustitia eius manet in æternum, quia in futuro seculo hanc secum habebit in perpetuum. Et si huius qui pauperibus dedit, iustitia manet in æternū, quāto magis eius qui ministrauit sanctis? Pauperes enim dici possunt, qui publice egeni sunt. Sancti autem discernuntur ab his, qa ipsi sunt serui dei, insistentes oraB tionibus ac ieunijs, & puram uitam ducentes.

Qui autē administrat semen seminanti, & panē ad manducandū prestabit, & multiplicabit semen uīm, & augebit incremēta frugum iustitiæ uīræ, ut in oībus locupletati, abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem deo.

¶ Vos debetis alacriter ministrare sanctis ob spem supernæ retributionis. Sed & in hac uita penuriā non timeatis, quia deus *qui administrat semen seminanti, præstabit* ei etiam *panem ad manducandū* interim, donec ex illo semine frugē colligat. *& multiplicabit semen uestrum*, quod in terram misistis, ut inde copiosa messis exurgat, unde plures eleemosynas facere possitis. Omnia dei sunt, & semina & nascentia, & dei nutu crescunt & multiplicantur ad usus hominū. Deus ergo qui hæc dat, & ipse iubet de his dari illis qui indigēt. Ac per hoc qui dat iuxta uoluntatem dei, augetur ei diuinitus, ut habeat unde adhuc amplius largiatur. Vult em deus ut fideles qui habent huius mundi substantiam, ministret necessitatibus sanctorum, ut nihil illis desit, qui celsiorē sanctitatis gradū in ecclesia tenere uoluerunt, ut spei secularis uincula cuncta præcederent, & animū liberū diuinæ militiæ dedicarent: & quisquis eis bene ministrauerit, amplificetur illi semper unde largius ministrare possit. Deus itaq; qui administrat semen seminānti, unde in futuro anno uiuat & eleemosynas facit, præstabit interim & panē. *i.* subsidiū uitæ præsentis, nō ad superfluitatē, sed ad manducandū. *i.* ad necessariū usum. Et ne sitis soliciti de tēpore futuro, quia C ipse propter alimenta præsentia q̄ uobis largiet, nō dimittet quin semē uestrum multiplicet, & fruges crescere faciat, ut semper magis ac magis dare sufficiatis. *&* augebit incrementa frugum iustitiæ uestræ. *i.* multo abundantiora incrementa dabit frugibus, quas promereť iustitia uestra. Iustitia em̄ est, ut quia deus dat, retribuat ex eo & hō illi cui deest. Et quia uos huiusmodi iustitiam seruatis, ut sicut deus uobis non habētibus tribuit, ita & uos alijs qui nō habent tribuatis, idcirco diuinitus augent incremēta frugū uarum, *ut in omnibus* necessarijs *locupletati* rebus, *abundetis in omnem simplicitatem*. i. in oēm largitionem nō duplici, sed simplici animo factā. Qui enim bene & simpliciter sanctis ministrat, amplificatur ei nutu diuino, ut habeat unde semp largiri possit, & in præsenti locupletatus & in futuro seculo. Semel em̄ seminans bis metet. *i.* ex una operatiōe bona hic et in futuro retributionem percipiet. Ipse tñ non duplici intentiōe debet operari bonū, ut inde quærat & in isto & in alio seculo remunerationē, ne, Matt. 6.
cōputeť in eis, de quibus dictū est. Receperūt mercedem suā: sed simplici corde solā in supernis retributionē appetat, licet deus illi & in hoc seculo retribuat. Potest semē intelligi, quicquid pro deo datur. Et ipse qui administrat semen seminanti. *i.* D
qui dat eleemosynario rem quā pauperi tribuat, præstabit etiā panem ad māducandū. *i.* præbebit unde possit uiuere. Et multiplicabit semē uīm. *i.* multipliciter abūdare faciet rem uestram, quam seminatis dando pauperibus, ut habeatis & quod largius seminetis, & unde uiuatis. Et augebit incrementa frugū iustitiæ. *i.* augmentabit eleemosynas uīras, pro qbus frugē æternæ retributiōis accipiet iustitia uestra. Iustitia em̄ est obseruatio mandatoꝝ dei, & inde fruges. *i.* fructus æternæ remunerationis proueniunt. Incrementa frugis huius, sunt eleemosynę, pro quarę merito & hic uirtutes augent, & in futuro gloria crescit. Vel incremēta cælestiū frugū uarum sunt affectiones dādi largius, & subueniēdi indigētibus: quia quanto maiori affectu piæ cōpassionis subuenit quis indigētiæ proximi, tanto maiorē sibi frugē acquirit æternæ refectiōis. Et deus sic augebit semen uestrū & frugē, ut locupletati in oībus corporalibus & spiritalibus reb9, abundetis. *i.* interius bona uoluntate, & exterius bona operatione. Abūdetis dico, tendentes in omnem simplicitatem. *i.* in hoc ut puro & simplici corde faciatis omnia, ut à solo deo retributionē de omnibus quæratis, ut neq; subiectionem à pauperibus, neq; laudem ab hominibus desideretis, nec ullā in hac uita remunerationē, *quæ* simplicitas uestræ intentionis *in opere bono operatur per nos gratiarū actionē deo*. i. facit nos agere gratias deo, qui uobis inspirauit hanc uoluntatem, ut ita simplici intentione faciatis in sctōs collationem, & cætera quæ pertinent ad animæ uestræ salutē. Vel per nos prædicatores & exhortatores operatur gratiarum actionem, id ē, agit ut illi qui beneficia suscipiunt, gratias agant deo.

A Quoniā ministeriū huius officij non solum supplet ea q̄ desunt sanctis, sed etiā abundat p̄ multos gratiarū actiōe in dño, per probationē ministerij huius, glorificātes deum in obediētia confessionis uīræ, in euangelio Chri, & simplicitate cōmunicationis uīræ in illos & in omnes, & in ipsorū obsecratione p̄ uobis, desiderātium uos propter eminentem gratiam dei in uobis. Gratias ago deo super inenarrabili dono eius.

¶ Idcirco pro uīra simplicitate. *i.* pro largitione simplici animo facta aguntur deo grāe, quoniam multa bona cōtinentur in ea. *Quoniam ministerium huius officij* i. ministratio quæ officium nostrum à uobis exhibeť sanctis, *non solū supplet ea quæ desunt sanctis*. i. non solum repellit indigentiam sanctoꝝ, qui nō laborant, sed orationibus & diuinæ cōtemplationi uacāt, *sed etiam* plus operatur. *i. abūdat gratiarum actione* facta *p multos in domino*. *i.* causa & incitamētum est multis ut agant gratias p̄ uobis in operatione dñi, quæ refulget in uobis. Hoc est dicere: Ministratio nīra quæ sit per dispensationem officij nostri, non solū necessarios sumptus exhiB bet sanctis, sed etiam in hoc abundat, ut nō hi soli qui beneficio uestro sustentātur, sed & alij multi grās pro uobis agant deo, cōmendātes factum uestrum dño, ut paucis tribuentes, à multoꝝ obsecrationibus deo cōmendemini. Per multos agantur p̄ uobis gratiæ, & hoc *p probationem ministerij*. *i.* per hoc quod experiuntur, siue laudant hāc ministrationem uestrā. Multos dico, *glorificantes deū in obedientia confessionis uestræ, in euangelio Christi*. Probantes em̄ mentem uestram in hoc opere, glorificant in uobis deum, cuius spe firmati, obedistis in euangelio Christi: & quod ore cōfitemini, actione demōstratis. Inde glorificant deum, qa uos obedistis facientes opera quæ exigit confessio Christianæ fidei, & hoc in euangelio, id ē, in præceptis euangelij Chri. *&* glorificant illum etiam *in simplicitate uestræ communicationis*. *i.* in eo quod nō duplici, sed simplici spe facitis uestra bona cōmunia *in illos* sanctos, qui sunt Hierosolymis, *& in omnes* alios quos uideris egentes. Glorificant etiā deum *in obsecratione ipsorum pro uobis*. *i.* in eo quod ipsi quos sustentatis, obsecrant pro uobis. Ipsorum dico, *de sideratium uos* uidere in cælesti regno, uel etiam in præsenti seculo, ut gaudeant ex conspectu uestro. Quis enim nō cupiat oculis uidere necessitatibus suis propter dei nomen subiectos? Ipsi uos desiderāt uidere, & hoc *propter gratiam dei eminentem in uobis*. *i.* propterea quia deus tam excellēter gratiam suā accumulauit in uobis, ut ita sanctis egentibus cōmunicetis ob affectum piæ dilectionis. Et quia tot bona hinc & inde procedunt ex hoc ministerio, idcirco *gratias ago deo super inenarrabili dono eius*, id est, de dono charitatis q̄d in uobis & in sanctis illis posuit: quod quātum sit & quàm multiplex, uel q̄ honestum & quàm iustum & q̄ utile, nemo C pōt manifeste narrare. Tanta pinguedine sanctæ lætitiæ pfusus est Apostolus dū loqueretur de alterna indigentia, & de alterno supplemento indigentiæ, puincialium Christi & militum Chri, hinc de rebus carnalibus in illos, inde aūt de spiritalibus in istos, ut nunc in fine sermonis exclamāret, & tāquam sanctoꝝ gaudiorum sagina eructāret, dicens: Gratias deo super inenarrabili dono eius. Inenarrābile em̄ donum dei est, q̄d incitat homines ad bene agendum, quādo bona operantur p̄ 1. Cor. 2.
pter spem eorum quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, neq; cor hominis excogitauit.

CAPVT X.

IPse aūt ego Paulus obsecro uos per mansuetudinē & modestiam Christi, q̄ in facie qdem humilis sum inter uos, absens aūt confido in uobis. Rogo aūt uos, ne p̄sens audeam p̄ eam cōfidentiam, qua existimor audere in quosdā, qui arbitrantur nos tanquā secundum carnem ambulemus.

¶ Ad incorrectos loquitur, q̄ pseudo apostolos sequebātur, & eum ferocē putabant, qa mordaciter in priore epistola uitiosos increpauit. Quasi dicat correctos ad eleemosynas inuitaui, sed uos alios obsecro ego ipse, idem uobis existens qui & illis, cum tamen uos sitis alij. Ego Paulus. *i.* humilis uel mirabilis, obsecro uos humiliter, ut mores uestros emēdetis. Vel præmissi fratres hortati sunt D
ad ministerium sanctorū eos de uobis, qui correcti fuerant, sed nūc ego *Paulus ipse* non alius, *obsecro uos* obnixe q̄ corrigi debuistis, sed distulistis, ut ultra nō differatis. Obsecro uos *p mansuetudinem Christi*. *i.* per eam māsuetudinē, qua Chris cum se posset uindicare, sustinuit inuitos ut corrigeret eos, *&* per *modestiam* eius, q̄ culpas eoꝝ modesto pœnitentiæ flagello p̄ baptismū deleuit, dicēte illis Petro: Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq; &c. Mansuetus erga nos fuit Christus, q̄ sine aliqua ultione p̄ baptismum nobis pctā dimisit. Mo Actuū. 2.
destus fuit, quādo etsi nō absq; ultione, non tā immoderata, sed tolerabili & modesta tribulationū punitione, nos ad uitam perennē reuocauit. Mansuetus est Chris, pie parcendo & tolerādo: modestius est, moderata ultione puniēdo. Et mansuetudo atq; modestia Chri, cuius imitator sum, ē causa cur nō imperās, sed obsecrans uobis loquor, qa & lenis sum exemplo Chri ad parcendū, & modeste ad modificate puniendū, seuerus, *qui in facie quidem*. *i.* in præsentia & uisione corporis *sum inter uos humilis* & quasi contemptibilis, sed *absens confido in uobis*. *i.* confidenter p̄ epistolam uos reprehēdo. Et uos putatis q̄d tantum absens. *i.* in epistola confidētiam seueritatis habeā, & non p̄sens facie. Sed *rogo uos ne præsens audeam*. *i.* rogo ut uosipsos corrigatis, ne cū uenero, audacter puniam *per eam confi-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dentiam, qua tantū putor absens cōfidere. Apostoli cōfidentia est, fiducia sibi datæ potestatis à Chro, cuius uicarius est, ut uindicet in eos q sub nomine Chri agentes, nō obaudiūt ut se corrigāt, in q̄bus reprehēdunt. Et nunc absens obsecrat eos, ne præsens audeat in eos uindicare p hanc confidentiā. i. ne cum p̄sens fuerit, cogat irasci propter uitia eorum, ut componētes se qui adhuc nō emendauerant, molliant sibi rigorē eius, ut moderatos eos inueniens, pressa seueritate, læteť in eis. Rogo (inquit) ne præsens audeam. i. ne cum p̄sens adero, propter uitia uos audactet (ut ius ecclesiasticę correctionis exigit) seriam, peam cōfidentiā uelut arrogātiæ, qua nōnullis *existimor audere in quosdam* incorrectos, dum peccātes punio, sicut eū qui fornicatus fuerat. Vnde quidā uestrum putāt me nimis audacē perfiduciam arrogātiæ & dominationis, q̄a uel tales audeo punire. *Qui nos arbitrantur tanquam sēm carnem ambulemus*, id ē, tanquam sēm morem carnalitū agamus. Vel arbitrātur nos tanquam sēm carnem ambulemus, nō recipiendo spiritalia q̄ dicimus: sic nos existimāt quasi carnalia loquamur, q̄ recipienda non sint. Ideo em̄ nos arbitrātur sēm carnē ambulare. i. carnali sensu p̄dicare, q̄a q̄ spernit spiritalia, putat illa eē carnalia

In carne em̄ ambulātes, non sēm carnem militamus. Nā arma militiæ nr̄æ
B nō carnalia sunt, sed potētia deo ad destructionē munitionū. Cōsilia destruētes & oēm altitudinē extollentē se aduersus sciētiā dei, & in captiuitatē redigētes oēm intellectū in obsequiū Chri, & in prōptu habētes ulcisci oēm inobediētiā, cū impleta fuerit ur̄a obediētia.

¶ Ipsi nos arbitrātur, ut dixi, tanquam sēm carnem ambulemus. Et merito dixi tanquam, quia nō re uera sēm carnem ambulamus, ut illi putāt. *In carne enim ambulantes*. i. in corpore uitam p̄sentē ducentes, *non militamus sēm carnem*, id est, nō exercemus pro carnali cōmodo militiam à deo nobis datā: nec carnaliter, sed spiritaliē militamus, licet in carne fragili degamus. Spiritaliter em̄ militat, qui spiritaliter uiuit, q̄a contra spiritales nequitias pugnat. Sēm carnem uero militat, qui desideriis carnis obtemperat. Potest & ita intelligi, ut hi militare sēm carnem dicantur, q̄ uetus testamētum carnaliter intelligunt: qui uero sequūtur intelligentiam spiritalem, sint quidē in carne, quia eandem habent literam quā ludæi, sed non iuxta carnem militent, à carne ad spiritū transcendētes. Nō sēm carnem militamus. *Nam arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed* spiritalia & *potentia deo* regi nr̄o, cui militamus. Nō enim materialem lanceam uel ensem baiulamus, sed potentius hostes nostros v̄bo deijcimus, q̄ alij carnalibus armis. Arma em̄ nostra sunt, sermo p̄dicationis, sapientia, miracula, charitas, & aliæ uirtutes. Ideo arma, q̄a repugnant uitijs, & debellant regnum diaboli. Potentia deo, ut per hæc ualenter expugnemus inimicos eius, &

C subijciamus ei orbem uniuersum. Sicut em̄ terrenus imperator p̄ suos milites uindicat suū regnū, ita & Chs per nos defendit unius dei, pfessionem & disciplinā. Et arma nr̄a sunt ei potētia *ad destructionem munitionū*, id est, secularium doctrinarę & argumētorum uel astutiarum, q̄bus peruersi hoīes corda sua muniūt & circundāt, ne sermo ueritatis ad ea p̄tingere ualeat, q̄m aries apostolicæ prædicationis munitiōes huiusmodi ualenter penetrat, & euertit uirtute gr̄æ spiritalis. Et nos (ut dictū est) Chro militamus, *destruentes consilia*. i. pr̄meditatas impiorum hoīm uel dæmonū calliditates. Cōsilium enim est, faciendi uel nō faciendi excogitata mētis ratio. Est etiam cōlium, q̄d dat peruersus ei quē sub specie cōsulendi seducit, dū quasi rationabiliter ostēdit ei utile esse quod admonet. Vñ dicitur, q̄a beatus uir qui nō abiit in consilio impiorum. Sed nos huiusmodi cōsilia destruimus, dum ad effectū ea peruenire nō sinimus. Et destruimus *omnem* superbam *altitudinem* cordis, siue tyrānoꝝ, siue sapientium sęculi, *extollentem se aduersus scientiam dei*. i. contra sensum euāgelicæ ueritatis. Nam & illi q̄ in sublimitate secularū dignitatum erant positi, & illi qui celsitudinē mundanæ sapiētię erāt assecuti, extollebant se superbo fastu, repugnātes aduersus humilem sciētiam diuinæ p̄dicationis: sed iam deiecta ē extollentia talium, & sciētia ueritatis subiecit sibi mūdum. Dæmones etiā se extollebāt, dum in idolis colerent, aduersus scientiā D unius dei: nec nō & hæretici aduersus sciēriam catholicæ ueritatis, sed destructi sunt apostolicis machinis. Et etiam sumus *redigentes in captiuitatem omnem intellectum*. i. captum nostris rationib⁹ astringimus oēm intellectum puerilis doctrinæ, & captiuum ducimus eum usq̄ *in obsequium Christi*. Capt*i*uat em̄ intellectum, qui cōtradicentē rationē uincit, & ad fidem Chri cui prius repugnauerat, humilem ac mānsuetum inducit. Et sumus etiā *habentes in promptu*. i. in manifesto & ueloci effectu, q̄a nihil nos remordet c̄ minus audeamus, *ulcisci omnem inobedientiam*. i. punire culpas eorū, q nobis obedire noluerūt ut se corrigerent. Quod faciemus, *cū impleta fuerit uestra obedientia*. i. cum uos reliqui omnes ex dilectione fueritis in omnibus obedientes.

Quę sēm faciem sunt, uidete. Si quis cōfidit sibi Chri se eē, hoc cogitet iterę apud se, q̄a sicut ipse Chri est, ita & nos. Nā etsi amplius aliquid gloriat⁹ fuero de potestate nr̄a, quam dedit nobis dominus in ędificationē & nō in destructionem uestram, non erubescam. Vt aūt non existimer tanquā terrere uos p epistolas, q̄m quidē epistolę, inquiūt, graues sunt & fortes, p̄sentia aūt corporis infirma & sermo cōtēptibilis, hoc cogitet q eiusmodi ē, q̄a q̄les sum⁹ uerbo p epistolas absētes, tales & p̄sentes i facto.

A Nunc uult eos q̄ palam sunt considerare. i. ea q̄ dicturus est, q̄ sunt aperta dijudicare. uelut si dicat: Si uobis non sufficiunt ea quæ dixi, uel ut dicat: potius c̄ pseudo apostolos sequi debeatis, q̄a forsitan ea nō satis patienter intellexistis, *uidete* hæc quę subiungo, *quæ sunt secūdū faciem* ita euidētia, sicut ea quæ sunt oculis subiecta. Hæc. s. si quis confidit &c. Vel ita: Videte ea quæ sunt sēm faciē, id ē, considerate diligēter opera eoꝝ, qui tantummodo corā oculis hoīm facere bona student, ne forte illos p hæc seducāt. Ista uidete. i. intelligite, quæ nūc subijcio, q̄a sunt sēm faciem. i. cūctis p spicua, scilicet, *Si q̄s confidit sibi se eē Christi*. i. si quis merito bonæ uitæ sibi certus est q̄d ipse sit Chri, id ē, de electis Chri, qui sunt eius possessio, *hoc cogitet iterū apud se*. i. apud subtilitatē suæ rationis, ut uim rationis nō excedat, nec p̄pter honorē suum, nec propter odiū nostrū: *quia sicut ipse Christi est* per quæ cunq̄ Chri bona, *ita & nos* p eadem bona sumus Christi. His loquitur, quoꝝ tangit superbiā, qui de seipsis præsumētes inflatione animi, minus q̄ dignum erat de Apostolo sentiebāt, quasi non egerēt p̄ceptis eius. Quos admoneo, ut si de se confiderent q̄a erant serui Chri, non utiq̄ deberent de Apostolo dubitare, sed etiā de eo uel similiter sentire, cum utiq̄ magis præferre sibi deberent magistrum. Sed ipse nunc humilitatē illos in se docet, æquās se illis, cū esset uas electionis & doctor gentium. Hoc ergo uult illos considerare, quod utiq̄
B clara luce uidet, quia cū de Apostolo nemo credē tium nō plus æstimet c̄ de se, quāto magis nemo minus c̄ de se debeat æstimare? Hos itaq̄ contesta tur ac docet, ne elatione mētis meritū bonæ uitæ pdant: quia q̄ scit se aliquid eē, humiliat se ut maior fiat. Recte dixi nos esse Chri, ut ille dicitur qui se nobis præfert. Nā etiam excellentius sum⁹ nos Christi p̄ potestatem, quā præsumptor ille nō habet. Et hoc est: *Nam etsi amplius &c.* i. si me potestatē à deo accepisse dixero, uerū me apostolum prædicando, nō erubescam, quia uerū dicam, nō gloriā elatus, sed ut æ ædificationis causa cōpulsus. Pseudo aūt usurpatam in destructionē uestram uolūt exercere potestatē. *Non erubescam si amplius aliq̄d* c̄ illi *gloriatus fuero de potestate* nr̄i apostolatus, *quam nobis* nō illis *dominus dedit in ędificationem, & non in destructionem uestram*. i. ut uos in uirtutib⁹ ędificem⁹, nō ut tyrānidē exercēdo uos destruamus, uel exemplo malo siue praua doctrina subuertam⁹, ut pseudo faciūt. Hæc dicēdo, significat q̄a superius se humiliauit ipsis se cōparando, cum si se erexerit nō erubescat, quia potestatē prædicādi & absoluē di accepit à Chro, ut saluet, nō ut perdat obaudientes: & ut religiosos mores eoꝝ ædificet, non ut destruat. Sic & unusquisq̄ prælatus ecclesiæ potestatem diuinitus accepit, ut subiectis prosit, nō ut eis noceat. Si ergo iste qui à dño missus ē, inclinat se inferioribus & cōparat, quanto magis illi q̄ nullius erant testimonij, comparare se nō debebant, non dicā p̄ferre, maioribus? Nos, inq̄t, habemus potestatē ædificandi uos & puniendi puersos. Sed *ut non existimer tanquam terrere uos per epistolas*, dum

absens scribo, quia incorreptis non parcam cum p̄sens fuero, quasi q̄ non audeam implere quod C minatus sum, *hoc cogitet*. i. hoc sciat, *qui eiusmodi est*, id est, qui ita de me opinat, *quia qualis*. i. quām aperti *sumus in uerbo per epistolas* dum sumus *absentes, tales* erimus *& præsentes in facto*. i. in exhibitione correptionis peccantiū. Hoc dicit occasione præmissæ sentētiæ, qua dixerat se habere in promptu ulcisci oēm inobedientiam. Vt (inquit) nō existimer &c. Ille potest uideri p epistolas terrere, qui neq̄ auctoritatis alicuius est, neq̄ præsens fiduciam habet arguendi: absens aūt ideo audet, q̄a præsens timet. Vt nō existimer tanquam terrere uos p epistolas, quæ existimatio inde potest uenire, q̄d quidam *in quiunt, quoniam epistolæ quidem graues*. i. pōderosæ ad intelligendū, *& fortes* ad terrendū, *sed præsentia corporis eius est infirma*, non ualens exercere seueritatem, *& sermo* eius *contemptibilis*. i. incompositus, & rusticanus: quisquis eiusmodi ꝟbis mihi derogat, sciat quia quod per epistolas minamur, per facta complebimus, q̄m à domino potestatem accepimus, & ideo quod absentes minamur, præsentes implebimus. Cui autem non est data potestas, absens potest audere, præsens aūt pudorem patitur & timorē. Sed ego nō erubesco nec metuo dum corripio, q̄m fiducia potestatis hoc ago. Sciendū quia linguas detrahentium sicut nr̄o studio non debemus excitare, ne ipsi pereant: ita p suam malitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare, ut nobis meritū crescat. Aliquando aūt etiam compescere eas debemus, ne dum de nobis mala dissem̄inant, eorum q̄ audire nos ad bona poterant, corda innocentium corrūpant. Vnde nunc Apo D stolus derogantes sibi Corinthios rationibus compescit, ne malam de eo famam spargentes, nocerent alijs qui doctrinam eius audire poterant. Non tandum etiam, quia ex eo quod dicunt, quoniam epistolæ graues sunt & fortes, nec dicunt, epistola grauis est & fortis, ostendunt se duas iam epistolas ab Apostolo accepisse, præter istam de qua nunc tractamus, quam nondum uiderant.

Non em̄ audemus inferere aut comparare nos q̄busdam, q̄ seipsos cōmendāt: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes & cōparātes nosmetipsos nobis. Nos aūt non in īmensum gloriamur, sed sēm mensuram regulę, q̄ mensus ē nobis deus mēsurā pertingēdi usq̄ ad uos. Non em̄ quasi non pertingētes ad uos, superextendimus nos. Vsque ad uos em̄ peruenimus in euāgelio Chri, nō in īmensum gloriātes in alienis laboribus. Spem aūt habētes crescētis fidei ur̄æ, in uobis magnificari sēm regulā nostram, in abūdātia etiā in illa q̄ ultra

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uos sunt euangelizare, non in aliena regula, in his q̄ præparata sunt, gloriari.

¶ Vere (inquit) tales sumus in facto, quales in uerbo: quia nō facimus nos similes pseudo apostolis, qui potestatē usurpant & uitia palpant. Et hoc est: Non *audemus inserere & comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant*. i. nō possumus de nobis magnifica iactare q̄ sumus, nec audemus ita deum contemnere, ut similes simus quibusdā, qui se malunt suis laudibus q̄ dei gratia cōmendare. Pseudo em̄ semetipsos cōmendabant, qui nō accepta potestate dominari uolebant, nomini suo uendicātes auctoritatē. Qui aūt mittitur, nō sibi, sed ei à quo mittitur, uendicat potestatē. Non audemus illis nos inferere qui nō missi prædicāt. i. non audemus nos in numero eorū ponere, ut gloriā nr̄am sicut illi suam quæramus, quia dñm reueremur à quo missi sumus, ut nihil ultra concessum præsumamus. Quicquid em̄ contra deū sit, audacia est. Nec audemus nos illis comparare. i. similes uel pares illis facere, ne sicut illi pereamus, i. propter timorē dei non audemus (ut illi) uobis adulari & uitijs uestris blandiri. Hęc nō facimus, *sed ipsi in nobis*, nō extra, sumus *metientes nosmetipsos*, non aliud q̄ iniunctū est usurpando: & sumus *comparantes nosmetipsos nobis*, quia scdm quod officium nr̄m exigit facimus, dum nec plus nec aliud dicimus uel monemus, q̄ facere possumus aut debemus. Q. Illi nō faciunt,
B cōtra quos nunc agitur. i. pseudo qui seipsos ultra quàm oportet magnificare conantur. Sed *nos non gloriabimur in immensum*. i. non assumemus nobis autoritatē ultra mensuram, sed scdm mensuram, Tanta se uti dicit potestate, quanta concessa est ab autore, nec mensurā egredi. Idcirco non superba erit gloria, in qua non egreditur terminum datæ potestatis. Gloriā uero pro autoritate posuit, qua utebatur in correptionibus ut saluos eos faceret. Nec tū se gloriari dicit in extollentia potestatis, sed ad ædificationē illorum. Corripiens cōstanter uitiosos, gloriabat in emendatione illorū: & potestas data proficiebat salutī illorum, non elationi suæ. Duobus ergo modis non gloriabatur in immensum. i. & secundum datā sibi potestatē, & qa non ultra q̄ prædicatio eius personabat, uendicabat sibi autoritatē. In his em̄ autoritatem debito sibi iure uendicabat, quos ipse p euangelium ad fidem cōuerterat. Cæteris aūt non tali fiducia loquebatur, qa erant in aliena regula. i. in parte alius euangelistæ. Nō gloriabimur. i. potestatē non exercebimus in immensum. i. ultera modum nr̄æ mensuræ, *sed scdm mensuram regulæ, qua mensus est nobis deus mensuram pertingendi usq; ad uos*. i. iuxta mensurā regiminis, quod deus nobis dedit, ut ad uos regendos nostra potestas ptingeret. Nam monente Chro uobis euangelizauim9, & ita nos facit usque ad uos pertingere. *Non enim superextendimus nos quasi non pertingentes usq; ad uos*. i. non nos extendimus sup alterius prouincīā, dum in uobis ius potestatis uendicamus, quasi non pertingeret usque ad uos ius nr̄æ potestatis. Non em̄ hoc usurpatio ne facimus, sed p̄ceptor: nec quasi nō missi pueni-
mus ad uos in p̄dicatione, sed destinati deo mitētē ad uos. Superextendi aūt est, ultra extendi q̄ concedit, uel super episcopatū alterius extendi. Sed non ultra q̄ oportet, nec super aliorum, puincias extendimur: qa super eos quos alij prædicatores ante nos in fide fundauerunt, nō nobis ius debuæ potestatis arrogamus. Nam *usq; ad uos peruenimus*. i. dum ad diuersas gentes prædicādo tenderemus, puenimus usq; ad uos *in euangelio*. i. in prædicatione *Christi*, & nomē eius nos primi uobis annūciauimus, *non gloriantes in immensum*. i. ultra mensuram *in alienis laboribus*. id ē, ubi alius fundamentū fidei posuisset. Ideo em̄ tam fiducialiter uobis loquit, quia nō labore alterius ad fidē estis adducti. Non ergo extra mensurā gloriamur, q̄ in labore nr̄o gloriamur. Speudo apostoli in immensum gloriabantur in alienis laboribus, quia semper ad fideles ibant, qui signa minime requirebant, quæ illi facere nequibant. Ideo se superextēdebant, id est, super eos qui ab alijs ad fidem adducti fuerant, extendebāt, & in eis dominium exercere uolebant. Quia illam prouinciam his deus cōcesserat, cum singulas regiones sanctis prædicatoribus distribueret: & propterea uagabundi per omes discurrebant, super tritici sationē zizania seminantes. Sed nos non gloriamur in immensum, id est, ultra q̄ nobis deus mēsus est, qa non quærimus gloriam in locis ubi ante nos alij prædicatores laborauerunt: sed *habentes spem crescentis fidei uestræ*. i. speran D
tes per fidem uestram crescentem ac proficientem *magnificari* apud deum *in uobis*: quia quāto fides uestra quam p nos didicistis, p̄fecerit in uirtutibus, tanto & nos apud deū maius meritum habemus, sperantes dico, magnificari in uobis *secundū regulam nostram*. i. secundum normam recte uiuendi & credendi, quā uobis tradidimus, parati sumus *euangelizare etiam in illa* loca *quæ ultra nos sunt*. Non em̄ sufficit nobis usq; ad uos peruenisse, sed cū uestra fides creuerit, transiemus *in abundantia* gratiæ dei & miraculorū etiam ad illas gentes, quæ ultra uos sunt, euangelium prædicare. Profectus em̄ uestræ fidei nos accendit, ut nō simus pigri & alios adhuc ad fidē uocare, qui exemplo uestri possint in ea p̄ficere. Vel etiam apud homines speramus in uobis magnificari, ut dum uos ita proficere uiderint, agnoscant esse ueros apostolos, & libenter etiā ipsi doctrinam nr̄am excipiant. Et speramus ita magnificari scdm regulam nr̄i regiminis nostrum sub q̄ bene proficitis. Non em̄ habemus spem gloriandi *in aliena regula*. i. in his qui sunt sub regula cuiuslibet alterius apostoli. In abundantia etiam euangelizandi, nō in paucis locis speramus euangelizare, etiā in illa loca transeuntes q̄ sunt ultra uos. In abundāria, uel quia p̄dicatio hæc abundabit super p̄dicationem quā ad uos habuimus, uel quia cælestiū donorū abūdantia erit in ea. Et euāgelizabimus ibi, nō in aliena regula. i. in alieno regimine qua nec illi qui ultra uos sunt, de alieno regimine sunt. Speramus (inqam) illuc euāgelizare, & non speramus in aliena regula *gloriari in his uir-*

A tutum incrementis, *quæ præparata sunt* ab alijs prædicatoribus. Manifestum est qa uir prudens non in his confidit, neq; gloriam sperat, quæ aliorum laboribus constat. Ideo Apostolus non audet in hos qui alijs prædicātibus crediderunt, ne in alienis laboribus gloriari uideatur, sed hoc nititur, ut eis prædicet quibus nō erat annunciatum, ut gloriam labore suo adquirat.

1. Cor. 1 Ier. 9. Qui aūt gloriatur, in dño glorietur. Non em̄ qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quē deus cōmendat.

¶ Significat Apostolus ipsam euangelizandi confidentiam & gloriam dño esse dandam, cuius gīa est, ut qui in potestate euangelica cōfidit, deo autore cōfidat, ut quæstus omis negocij diuini domino in lucrum ueniat. Sed qui nūc accepit potestatem à dño, non potest in dño gloriari, quia suā gloriam quærit. Ego (inqt) non gloriabor in aliena regula. Similiter aūt *qui gloriatur*. i. uult potestatem exercere, *in domino glorietur*. i. in mēsura à dño sibi data. Vel ita: Spem habeo gloriādi, non tamē in me, sed in dño. Nam nullus in se debet gloriari. Sed quicunq; de aliquo bono gloriatur, glorietur in dño, id est, omnem gloriam retorqueat & adB scribat non sibi, sed dño. Quicquid em̄ boni habemus uel agimus, hoc non à nobis, sed tātum à dño habemus quod agimus. Ideo nō in se, sed in domino quisq; debet gloriari: quia *qui seipsum commendat*, id est, qui suam gloriam in prædicatione quærit, qui extra dominū gloriatur, *ille non est probatus* à deo uel ab hoibus, *sed* ille *quem deus commendat* miraculis & gīa sanctæ conuersationis. Illum deus cōmendat, & ille probatus est, quem habet dignum & mittit ut prædicet donum eius. Quem uero nō mittit, illū non cōmendat. Ipe aūt se commendat, qui non missus prædicat. Ac per hoc idoneus non est, sed præsumptor & reprobus.

CAPVT XI.

VTinam sustineretis modicū quid insipiētiæ meæ, sed & supportate me. Aemulor em̄ uos dei emulatione. Despondi em̄ uos uni uiro uirginē castā exhibere Chro. Timeo aūt ne sicut serpēs Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & excidant a simplicitate quæ est in Christo Iesu.

Gene. 3.

¶ Incipiens uera de semeipso narrare, insipientem se dicit: qa ad laudē eius uident pertinere quę
Prou. 27 dicturus est, & p dei sapientiam dictū à Salomone fuerat, Laudet te alienus, & nō os tuum: extraneus, & nō labia tua. Sed hic dolore compellitur in laudē suam erumpere, ppter salutem ipsorū qui cum de eius præceptis bene sentire deberēt, indigne sentiebaāt. Et hoc nō Apostolo, sed ipsis nocebat. Ideoq; profectum eorū quærit, & in eo quod quasi glorianter loqui uidet, Glorior, inquit, de regimine, q̄d uidetur insipientia. Sed *utinam sustineretis*, id ē, uellem ut sine indignatione sustineretis *modicū quid insipientiæ meæ*. i. parum aliquid gloriationis meæ, q̄ uidetur insipientia. Modicū gloriationis meæ sustinete, qa multo plus possem gloriari. Opto ut hāc insipientiam meā uel in modico sustineatis, *sed & supportate* ac quasi ex debito rogo, ut me supportetis in hac insipientia gloriationis, *supportate* inquā *me* ut subiecti, *qa æmulor uos*, id est, casto amore inflāmor ad custodiēdam mētis uæ castitatē, & hoc facio nō mea, sed *dei æmulatione*: qa non mihi, sed deo uos æmulor. Quæ loquuturus est, amore eorū dicturum se ostendit, ut nō magis ad laudē eius proficiat, sed ad eorum profectum. Acsi dicat: Nō stimulo iuuoris inflāmor humani, sed uos tanquam pater æmulatione diuina custodio, ut īmaculatos possim cōiungere cælesti sponso. *Despondi enim uos*. i. anulo fidei uos despōsaui nō multis, *sed uni*, nō adultero, *sed uiro uirginem castam exhibere Christo*. i. ut uos omnes unam uirginē incontaminatam assignē iudici Christo. Omnis em̄ ecclesia uirgo ē in mēte. Virginitas em̄ mentis est integra fides, solida spes, syncera charitas. Ergo & ecclesia imitans domini sui matrem, qui corpore nō potuit, mente tamē & mater & uirgo est. Nullo itaq; modo uirginitatem matris suæ nascendo Christus ademit, qui ecclesiam suam de fornicatione dæmonū redimendo uirginem fecit. Nunc desponsata est ecclesia & uirgo est, cū se continet à corruptione seculari: sed tunc nuptura est, quando sponsus eius in claritate ueniet, & eam secum in regni thalamum perpetuo mansuram introducet. Ego (inquit) uos huic tam digno uiro ita desponsaui, ut immaculatos ei uos in die iudicij exhibeam. Sed timeo ne uirginitas in uobis uioletur, & ad amplexum sponsi nō perueniatis. Sicut em̄ membris corporis uiolatur in quodam loco, sic seC ductio linguæ uiolat uirginitatē cordis. *Timeo ne sicut antiquus serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur* ab eodem serpente *uestri sensus*. i. uestræ mentes: Nō enim carnis, sed cordis uirginitatem serpēs ille, i. diabolus corrumpere quærit. Et sicut adulter hō lætatur negtia sua cū carnem corrumpit, sic diabolus lætat quando mentē corrumpit. Reuera em̄ corrumpit mens & fides eorū, qui p̄ponūt mendacium ueritati. Qui ergo mēdacium ædificant in hoibus, quid ab eis expellunt nisi ueritatem? Immittunt diabolum, excludunt Christum: immittūt adulterum, excludunt sponsum. Quando enim mentem falsitas possidet, tunc serpens eam possidet. Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, id est, ne sicut diabolus in serpente latens, & p os eius loquens Euam seduxit, ita corrumpantur sensus uestri ab eodem fallaci deceptore in falsis apostolis latente & per os eorum loquente, *& excidant a simplicitate quæ est in Christo Iesu*, id est, corruant à paradiso simplicis fidei Christianæ, q̄ nil alienum recipit, sed simplicem ueritatem sine admixtione falsitatis retinet. Serpens nanq; Euam mentiēdo de deo seduxit, dicēs

Gene. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A solo terrore deum eis cõminatum esse mortem, nõ illaturum, si peccassent. Ita & pseudo apostoli dicebant, ideo euangelij præcepta addita esse, ut uel sic lex custodiret, & ea solo sufficeret custodita. Sed & nunc serpens similiter seduxit, gehennam propter solum terrorem asserens nominari: eam aũt aut non esse omnino, aut nõ æternam esse confirmans. Adhuc mussitat ille serpens & non tacet. Quærit pollicitatione quadam scientiæ de ijcere de paradiso ecclesiæ, quẽ non permittat redire ad illum paradisum, unde primo electus est. Quod gestum est in illo paradiso, hoc geritur in ecclesia. Nemo seducat nos, ab isto paradiso. Sufficiat q̃d hinc lapsi sumus uel experti corrigamur. Ipse est serpens qui semp suggerit iniquitatẽ, ipse aliquãdo promittit impunitatẽ, sicut & ibi promisit, dicẽs: Nequaquã morte moriemini. Ipse talia suggerit, ut mõ male uiuant Christiani. Nunquid oẽs (inquit) p̃diturus est deus? Nunquid oẽs damnaturus ẽ deus? Et ita corrũpit sensus multoꝝ, ac peccare facit, ut pellantur à sedibus iustorum. Gene. 3.

Nam si is q̃ uenit, alium Chr̃m prædicat quẽ non prędicauimus, aut alium spiritũ accipitis quẽ non accepistis, aut aliud euãgelium q̃d non recepistis, recte pateremini. Existimo enim nihil me minus fecisse a magnis apostolis. Nam B etsi imperitꝰ sermone, sed nõ scientia. In omnibus aũt manifestus sum uobis

¶ Ideo dixi me timere ne ſicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & isti uos corrũpant, qui prædicant eandem fidem quam nos, & p̃ astutiam suam & seductionem ueritati miscent uenenum falsitatis. Si eñ aliam fidem, & omnino aliud prædicarent q̃m nos prædicamus, non adeo uos decipere possent. Et hoc est. *Nam si is* prædicator *qui uenit* & à deo mittitur, *prædicat*. i. prædicaret *uobis alium Christum quem non prædicauimus*, id est, meliorem: *aut* per eius doctrinam *accipitis*. i. acciperetis, *alium spiritum* sanctiorem *quem non accepistis* p̃ nos, *aut aliud euangelium* reciperetis ab eo *quod non recepistis* à nobis, *recte pateremini* eius dominationẽ. Posletis eñ dicere, prędicatio huius melior est q̃m Pauli. Nunc uero cum eundem Chr̃m prædicet, & ex sua parte plura respuenda addat, pati nõ debetis. Vel ita: Vere simplicitas est in Chr̃o, non duplicitas: quia unus est Chr̃s, non duo Christi: & unus spũs Christi, atq; unum euangelium. Nam si is doctor qui post nos uenit ad uos &c. Hoc de quolibet uero prædicatore non ẽ intelligendũ. Loquutus enim fuerat de pseudo apostolis corruptoribus fidei, & nũc adiungit de ueris prædicatoribus: quia plebs Corinthiorum uarijs erroribus fluctuabat, ut ali qui fauerẽt pseudo apostolis, quidam autem eis, à quibus compositis uerbis eadem audiebant quæ ab Apostolo audierãt: alij uero apostolis fauebãt, qui cum domino fuerant: & Paulo derogabant, quia in carne dominum sequutus nõ fuerat. Vnde nunc tali sensu loquitur: Si ipse idem Christus ab his prædicatur, qui à nobis annunciat, & idem euangelium, quid causæ est ut nos inferiores habeamur, cum nihil amplius ab illis quam a nobis dicatur? Nã etsi prædicator qui uenit ad uos, prædicaret uobis excellentiorem Christũ quem non prædicauimus, quod fieri non potest: aut per eum acciperetis alium melioꝝ spiritum, quem p̃ nos non accepistis: uel aliud euangelium, quod à nobis non recepistis, id est, aliam de humana redemptione prædicationem, quod esse non potest, recte pateremini talem doctorem ad contemptum nostri. Sed quia hoc non est, non recte patimini illum ad depressionem nostri. Cur autem dicit, recte pateremini, si alius uobis Christus prædicatus fuisset, aut si alius spiritus, uel aliud euãgelium uobis traditum fuisset, cum dicat Galatis, si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit? Si eñ Galatis puersum erat accipere aliud q̃m ab apostolis erat traditum, quõ Corinthijs rectum erat, si alius Chr̃s prædicatus illis fuisset? Sed sciens Apostolus nunquam alium Christum nisi hunc qui crucifixus est, prædicari, idcirco ait quia recte pateremini, si uobis alius potior Chr̃us ab his qui ueniunt, prædicatus fuisset. Galatis aũt anathema dixit, si aliud audirent, quod non utiq; maius eẽt, sed contrarium. Quia uero posset dici quod etsi cadẽ cæteri prædicauerint quæ & iste, melius tamẽ ea prædicauerint, remouet hoc. Nõ recte, inquit, patimini. Ego *enim existimo*, id est, pro certo scio, sed dubitationẽ uestram uerbo existimationis increpo, ego (inquam) existimo *me nihil minus fecisse* uobis *a magnis apostolis*, id est, quãm fecissent magni apostoli, ne putetis uos minus q̃m cæteræ ecclesiæ aliquid accepisse, quibus prædicauerunt cæteri: & ideirco opa mea illis me coæquãt. Non uult gratiam inferiorem in se uideri, quia similiter docuit, & eadem fecit quæ faciebant apostoli, qui ꝓpensiores uidebantur, quia priores coperant docere, & fuerant cum domino, unde maioris autoritatis esse putabãtur, cum huius Apostoli electio cum testimonio sit, & amplius cæteris laborauerit, atq; dominũ in uia & in templo uiderit, & uerba eius audierit. Non minus (inqt) feci. *Nam etsi* sum *imperitus sermone*, quia non adorno uerba, uel impediram habeo linguam, *sed*, id est, tñ, *non* sum *impitus scientia*, quñ scio quicq̃d est magni. Hoc nõ ad apostolos ꝓtinet, quia nõ erant eloquentes, utpote sine literis, pleni tamẽ spiritu sancto: sed pseudo apostolos tãgit, quos præferebãt apostolo causa accurati sermonis, cũ in religione uis sermonis sit necessaria, non sonus duleis. Valde tñ se humiliat, qui se imperitum in sermone fatetur: cui præ magnitudine eloquẽtiæ ac sapientiæ Festus ait: Insanis Paule, insanis. multæ te literæ ad insaniam perducunt. Hoc ergo dicens, non se loqui nescire uoluit intelligi, sed propter eos qui non per fidem, sed per eloquentiam commendari uolebant. Qui tamen in eo se dixit imperitum, quod non habet crimen: in eo autem quod Galat. 1. Actuũ. 9 Actuũ. 26

A non deest sine culpa, & cũ adest adquirit salutẽ, nõ se imperitũ pronunciauit. Qui imperitus est in sermone, reus nõ est apud deũ, qui aũt scientiã dei non habet, reus ẽ ignorãtiæ, quia nõ licet ignorare, maxime quod ꝓtinet ad salutẽ. Ideo Apostolꝰ spreta eloquẽtia id agebat, ut fides teste uirtute accepta abilis esset, ut nõ fidem eloquentia cõmendaret, sed uirtus, cui cedit eloquentia. Etsi imperitus (inqt) sum in sermone. i. etsi non curo illam secularem peritiã sermonis, ut adaptẽ pulchre positaꝝ dictionũ consonantiã, tamen nõ potestis me uocare imperitũ in sciẽtia, qui tã bene scio rei ueritatem, & tam ꝓfunde loqui de deo sicut & alij, uel subtilius. In sciẽtia diuinoꝝ non sum imperitus. Sed & uos hoc nostis. nam *manifestus sum uobis in omnibus*. i. in sciẽtia, in miraculis, in sanctitate uel potentia, & his similibꝰ. Et ideo scitis me habere etiã loquẽdi peritiam. Vñ peius est, q̃ fauentes alij in sermonis peritia, in q̃ me non inferiorẽ esse scitis, postponitis me illis, cũ ui deatis per me nõ solum impleri prædicationem, sed & signa atq; prodigia fieri apostolica.

Aut nunquid peccatũ feci, meipsum humilians ut uos exaltemini, q̃m gratis B euãgelium dei euãgelizaui uobis? Alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendium ad ministerium uñm. Et cum essem apud uos & egerẽ, nulli onerosus fui. Nam q̃d mihi deerat, suppleuerunt fratres qui uenerunt a Macedonia. Et in omnibus sine onere me uobis seruaui & seruabo. Est ueritas Chr̃i in me, q̃m hæc gloriatio nõ infringetur in me in regionibus Achaię. Quare? Quia non diligo uos? Deus scit. Quod aũt facio, & faciã, ut amputem occasionẽ eorum qui uolunt occasionem, ut in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos.

¶ Nõ feci (inquit) minus q̃ alĩ, sed possem dicere quia plus feci, q̃m gratis prædicaui. Nõ feci minus. Aut si minus, nunquid in hoc peccaui? *Nunquid peccatũ feci, meipsum humilians* operãdo manibꝰ meis, unde uictũ quererem & haberẽ *ut uos exaltemini*. i. ad uirtutum alta ꝓficiatis, abiecto iugo falsorum apostolorũ quo deprimimini? Vere me humiliaui, *quoniam gratis*. i. nil exigendo à uobis, *euangelizaui uobis*. Quoniã inflati erant eo quod sumptus ab eis accipere noluit, & propter hoc alios ei præponebant, idcirco nũquid peccaui, ait, q̃a me humiliaui, ut me dignũ ad accipiendũ iudicarẽ, quia inde mihi irascimini, cũ hoc non peccati sit, sed gloriæ? Seipsum eñ humiliauit, quãdo stipendia sibi debita nõ exegit. Quæ ꝓpter duas causas accipere noluit, ne & pseudo apostolis similis inueniret, qui non ad gloriã dei, sed ad suã utilitatem C ꝓdicabant, ut nõ occasionem acciperẽt deprecandi: alio eñ non accipiente nõ potest alter multum expetere: & ne uigor euãgelicæ potestatis corpesceret, q̃m qui à peccantibus accipit, arguẽdi auctoritatem amittit. Sic ergo exaltant, cum ideo ab illis nõ accipitur, ut à pseudo apostolis q̃ eos deprimebant, eripiant, & correpti emẽdentur, à morte ad uitam & à uitijs ad uirtutes eleuati. Vobis (inqt) euangelium gratis ꝓdicaui, sed ab alijs interim uictũ habui. Nam *alias ecclesias expoliaui*. i. multa ab his q̃ in uos impenderem assumpsi, *accipiens stipendiũ ad ministerium uestrũ*. i. accipiens unde uiuerem: dũ uobis euãgelium ministrarẽ, necesse fuit, ut ab alijs panẽ corporis acciperẽ. *& cũ essem apud uos & egerem* his q̃ corpori sunt necessaria, *nulli* uestrum *fui onerosus*, accipiendo aliquã corporis sustentationẽ ab eo. Hoc Apostolus Corinthijs dũ inter eos esset, nũquam dicere uoluit. si quod ergo cum ab illis factũ ex bona uoluntate nõ fuerat, ꝓiret ex iussione: & cum innotesceret eoꝝ misericordia, remaneret ignota. Postmodum uero longe positus hoc eis scripsit, ne. s. omnimode inçorrepti remanerẽt, & quales magistro in tenacia fuerant, alijs fratribus tales essent. Vere & in hoc magister gentium sua negligens, aliena curans, simpliciter uidet quod ait: Nemo q̃d suum est quęrat, sed quod alterius. Tantam eñ illic inopiam pertulit, ut uictus sui graui necessitate laboraret, & panẽ terræ à discipulis nõ accepit, quibus panem cæli p̃dicauit. Insistebat ꝙ bo pro uita audientiũ, insistebat labori manuum p̃ uita corporis sui. De terris quoq; D alijs ei stipendia à discipulis mittebãtur, ut Corinthijs prædicare sufficeret. Cũ essem (inquit) apud uos & egerem, nulli uñm onerosus fui accipiendo aliquid, ne. s. putaretis me lucri terreni causa euangelium prædicare. *Nam quod mihi deerat* post spolia ecclesiarum & labore manuum *suppleuerũt fratres qui uenerũt à Macedonia*. A Macedonibus semp accepit, quia subuersi à pseudo apostolis nõ fuerant. Et sicut à Corinthijs accipiendũ non erat, ne illis scandalum ꝓficeret, sic iterum à Macedonibus accipiendũ erat, ne bene seminantes fructũ amitterent. Nõ enim idcireo dabant, ut uitia sua palpari uellent. Macedões quod mihi deerat suppleuerunt. Et non solum stipendijs, sed etiam *in omnibus* ꝙbis & factis *seruaui me uobis sine onere*, quia nõ me iactaui de genere cõtra uos, nec aliq̃d huiusmodi feci: & adhuc me semper uobis talem *seruabo*, nec dem exemplum rapacitatis uel fallitatis falsis apostolis. *Est ueritas Christi in me*, id est, uerax Christus in me loquitur, *quoniam hæc gloriatio*, id ẽ, hæc causa gloriationis quod gratis prædico, quod à licitis abstineo propter salutem uestram, *non infringetur*, sed integra perseuerabit in me *in omnibus regionibus Achaię*. Gloria est enim à licitis abstinere, maxime pro aliorum salute. Non infringetur in me gloria hæc in regionibus uestris. Et *quare* putatis me hoc facere? Putatis quod hoc ideo faciam, *quia non diligo uos*? id est, quod odio uestri abstineam à rebus uestris, ut pseudo dicunt. 1 Cor. 9 D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Deus qui occulta cordis nouit, ipse *scit* quia non ideo munera uestra respuo, quod uos nō diligam: sed ideo magis ga uos amo, ut hoc ipsum prosit uobis q̄d nihil à uobis accipio. Nō propter odiū uestri dona uſa nolo, sed ut auferam pseudo apostolis occasionem accipiēdi pecunias uestras: qa si nō diligam, sed *quod* in hac re *facio*, etiā adhuc *faciam* .i. semper à uestris muneribꝰ abstinebo, *ut* exemplo meo *amputem occasionem* sumēdi uſa bona: occasionē dico, *eorū qui* per me *uolūt* inuenire *occasionem* accipēdi res uſas. Ideo illis auferā huiusmodi occasionē, *ut in eo quo gloriantur, inueniantur sicut & nos* .i. similes nobis. Gloria pseudo apostolorū in pecunijs erat accipiēdis, & ideo Apostolus hoc refutauit, ne illis similis uideretur: qa nisi ab Apostolo sustulisset uiratū, maior occasio illis data fuisset accipiendi, uel etiā extorquendi, quādo in hac re formā ab Apostolo datam ostēderent. Erāt etiam quidē pseudo, qui imitantes Apostolū, pro se culari gloria nihil uolebant accipere: acciperent tamen libēter, si prius Apostolū accipere uiderēt. Vnde nūc dicit se ideo nihil uelle accipere, ut illis amputet occasionem accipiendi, & permaneant in simili rudine sui, in quo multum gloriantur, scilicet ut semper sint non accipientes.

Nam eiusmodi pseudo apostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Chri. Et non mirū. Ipse enim satanas transfigurat se in angelū lucis. B Non ē ergo magnū, si ministri eius trāsfigurentur uelut ministri iustitię. Quorum finis erit secundū opera ipsorum.

¶ Volo illis auferre occasionē accipiendi res uestras, multum em̄ desiderant inuenire occasiōem qua possint eas accipere, licet fingāt se nolle quicquā sumere. *Nam eiusmodi pseudo .i. falsi apostoli sunt operarij subdoli .i.* operantes sub dolo simulationis, quia callide sub specie religionis decipiunt. Subdoli sunt, quia nō amor uitæ perennis, sed amore pecuniarum prædicāt Chm̄, nomen sibi apostolicum usurpantes, cum nequaquā sint missi. Subdolus em̄ operarius aliud fingit & aliud agit, sicut & isti sub specie simplicis prædicationis Chri beluinam rapacitatē contegunt. Tales ut placeant & placēdo accipiant, necesse est adulentur, & adulando decipiant, illa dicētes quę placeant, nō quæ expediant audienti. Sūt itaq; operarij subdoli, dū sic operant, & huiusmodi artibus *transfigurant se in apostolos Christi .i.* transmutant speciem suæ fallitatis, assumēdo figuram uerorum apostolorum, ut dum malitia callide tegitur, & figura sanctitatis cernitur, possint incautos decipere. Et qa ueris apostolis similes uolunt apparere, non accipio res uſas, ut me non accipiente, nec ipsi se transfigurēt in apostolos ueritatis, ut ita decipiant. *Et non* est *mirum* de ministris satanæ, si hoc faciant. Nam *ipse satanas* cui seruiunt, *transfigurat se in angelum lucis .i.* assumit præclarum habitum, & apparet hoībus ut credat sanctus angelus, & ita decipiat. Et cum sic se transfigurat, opus ē nobis iudicare & dignoscere, ne fallēdo ad aliqua perniciosa seducat. Nā quādo sensus corporis fallit, mentē uero non mouet à uera rectaq; sententia, qua quisq; uitam fidelem gerit, nullum est in religione periculum. Vel cum se bonū fingens ea facit uel dicit, quæ bonis angelis congruunt, etiā si credatur bonus, nō est error Christianæ fidei periculosus aut morbidus. Cum uero p̄ hæc aliena ad sua incipit ducere, tūc eum dignoscere, nec ire post eum, magna & necessaria uigilantia opus ē. Sed nemo pōt omnes mortiferos dolos eius euadere, nisi regat atq; tueatur deus. Et ipsa huius rei difficultas ad hoc utilis est, ut nemo spem ponat in se uel in alio homine, sed in solo deo. Et quādoquidē satanas (qui interpretatur aduersarius, qa humanæ saluti aduersatur) ita se transformat, & pollicendo bona humanis aspectibus lucis se angelum simulat, *ergo magnum non est, si ministri eius transfigurentur* ut appareant *ut lux ministri iustitiæ .i.* si pseudo apostoli mentiantur se socios apostolorum Chri, ut ita decipiant audientes. *Quorum* satanæ ministrorum *finis erit secundum opera ipsorum*, quia in fine iudicabūtur secundum simulatas actiones suas, qui nō propter dominum, sed propter suum uentrem prędicauerūt, simulantes se ministros dei. Finis eorum erit sēdm opera ipsorum, quia sicut cura uentris & opera q̄ pro uentre fiunt, intereunt, sic & ipsi interibunt.

Iterum dico: Ne qs me putet insipien D tem eē. Alioquin uelut insipientē accipite me, ut & ego modicū qd glorier. Quod loquor, non loquor scdm deum, sed quasi in insipientia in hac substātia gloriæ. Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor.

¶ Supra iam dixit, utinam sustineretis modicū quid insipientiæ meæ, & nūc hoc repetit, qm̄ sem per proponit q̄d multis postpositis prosequatur. Quod ergo superius pposuit, mō incipit narrare. Dixi, inq̄t, ut sustineretis aliquid *insipientiæ .i.* gloriationis meæ: & nūc *iterum dico*, ut nemo *putet insipientem me esse* in hac gloriatione, quia non glorior ea intētione qua illi, sed p̄ uestra utilitate. *Alioquin* id ē, si nō uultis me insipientē non putare, *accipite me* nō re uera insipientē, sed *uelut insipientem*, dū uideor me laudare, *ut & ego* sicut illi *modicū quid glorier* scdm carnem. Modicū, quia in uobis, nō in ea su est gloriatio mea. Non em̄ uere ad gloriā suam Apostolus hæc loquitur, sed dolens: quia se contempto falsos apostolos glorificabant, cogitur in uitus bona sua detegere; nec inde reprehēsibilis ē, sed magis laudabilis. Nam iustus quisq; si in humili cogitatione pmanens, existente causa uel dolore bona de se uera cia dixerit, intantum à iustitia non recessit, inquātum à ueritate nullo modo discrepauit. Apostolus ergo multa de se fortia pro discipulorum ædificatiōe narrat, sed hæc narran

A do non peccat, quia à ueritatis tramite & attestatione certa & humili corde non recedit. Dixi, inquit, me uelut insipientem: quia *quod loquor in hac substantia gloriæ .i.* in gloria carnis quā putant substantiam, *non loquor secundū deum, sed quasi in insipientia*. Secundum deum modo nō loquitur, quia ad carnis tumorem hæc pertinent: nec de inflatione carnis apud dominum surgit gloria, apud quem sola humilitas gloriosa est, sed quasi in insipiētia. Non plenam dixit insipiētiam, sed quasi insipientiā. ueritas em̄ est. Sed quia elatio uitiosa res est, ideo quamuis uerum sit quod dicitur, quasi insipientia tm̄ est, unumquenq; laudare se, cum dicat
Prou. 27 sapiētia: Laudet te alienus, & nō os tuum: extraneus, & non labia tua. Plena aūt insipientia est, si se falsis laudibus quis attollit. Ille em̄ de uero est superbus, hic de falso stultus. Substantia tantum
Isai. 40. gloriatiōis in hac causa carnalis est, quia sicut flos
Iacob. 1. fœni, ita decedit gloria ista. Velut in insipiētia loquor. Nam quia *multi gloriantur secundum carnem*, id est, quoniam pseudo apostoli nobilitatē sibi carnis uendicant, & inde sibi defendūt generis prærogatiuam, quoniam filij dicūtur Abraæ, & *ego gloriabor*, quia & ego filius sum Abraæ. Sed nihil apud dominum prodest filium esse Abraæ, si de-
B sit iustitia uel fides Abraæ, quia fides est quæ saluat, nō propago generis Abraæ. Gloriari se dicit secundum carnem, sed hoc insipientiæ deputat, ut gloriam hanc exinaniat, & se coactus in laudem carnis erupisse doceat. Ob hoc enim gloriatur, ut ostendat se excellētius habere omnia etiā carnaliter, in quibus pseudo apostoli gloriabant: & sic ipse potius qui sine falsitate Christū prædicat, suscipiatur, & susceptores eius saluificentur. Libēter enim suffertis insipiētes, cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si qs uos in seruitutē redigit, si qs deuorat, si quis accipit, si quis extollit, si qs in faciē uos cædit. Scdm ignobilitatē dico, quasi nos infirmi fuerim9 in hac parte.

¶ Dixi ut me uelut insipientē accipiatis, ut & ego modicū quid glorier scdm carnem. Nā *libenter suffertis insipientes .i.* nō coacti, sed uoluntarij sustinetis falsos apostolos, qui nobilitate gnis & circuncisione carnis gloriant, atq; nosipsos ad insipientiam suā pertrahere conant. Et quia non bona patientia suffertis illos taliter gloriātes, iustum est ut me potius sufferatis gloriantē: quia nō pro extollentia mei, sed pro utilitate uestra gloriabor. Illos insipientes, id ē, secundū carnem gloriantes & secundum carnem sapientes, suffertis libēter, quod mirū est, *cum uos sitis ipsi sapientes*, id est, cælesti sapientia per doctrinam meam imbuti. Inde enim magis estis reprehensibiles, quia cum sitis euangelica sapientia per me imbuti, nunc libenter suffertis istos deceptores, qui uos ad insipientiam carnalis intelligentiæ & obseruantiæ legis inducere uolunt. *Sustinetis enim si quis* eorum *uos* ex libertate Christi *redigit in seruitutem* legis, quæ ex seruili timore seruatur. Vel insipientes suffertis, cum uos ipsi sitis non quidem omnes, sed quidam in sensu diuinorū sapientes. Vel insipientes suffertis, cū sitis sapientes, id ē, in hoc probat uos non esse sapientes, quia libenter suffertis insipientes. Amicus enim stultoꝝ efficit̄ similis. & uere in eo q̄d eoꝝ peruersitatē sufferre uultis, sapientes non estis: quia tam hebetes estis, q̄d hanc iniuriam sustinetis, si quis illoꝝ uos à libertate euāgelij redigit in seruitutē legis. Vel per partes ostēdo qualiter suffertis insipientes. Nā sustinetis iugum eoꝝ si qs ipsoꝝ uos in seruitutē legis redigere uelit: *& si quis* eoꝝ *deuorat .i.* cū magna ingluuie bona uſa comedēs cōsumit: *& si quis .i.* si aliquis *accipit* more accipitris res uſas, quas ego uobis parcens accipere nolo: *& si quis* taliū *extollitur* iactando se de nobilitate generis, illum quoq; sustinetis: *& si quis* eorum *cædit uos in faciem*, id est, contumeliam improperij uobis corā positus ingerit, contemnens uos quia carnaliter circuncisi non estis, sed idola coluistis, illum etiam suffertis. In faciem nanque cæditur, in cuius os iniuria irrogatur. In faciem ergo uos cædit, qui conuitiorum ictibus uultum uestrum feriens erubescere facit. *Secundū ignobilitatem dico* uos ita cædi, quam uobis pseudo
D apostoli obiciunt, quia estis ex genere idololatrarum: qm̄ ipsa ignobilitatis obiectio, est faciei percussio. Et dum ipsi uobis obtrectāt quia estis incircuncisi, ac de se gloriantur quia sunt ex semine Abraæ, se præferentes & nos humiliātes, uos ita sustinetis eos & nobis præfertis, *quasi nos infirmi simus in hac parte*, id est, impotētes in hac gloriatiōe carnalis nobilitatis. Hoc est, ita patimini uos cædi ab illis, & non à nobis, quasi non possemus similiter contemptoria uerba uobis irrogare, extollendo nos de genere, & uos despiciendo. Non em̄ infirmi sum9 in hac parte glorię. Infirmi nāq; iudicabantur illi, qui de alijs nationibus applicati fuerāt generi Abraæ. Sed nos in hac re firmi sumus, quia de Abraæ stirpe descendimus. Cur ergo falsos apostolos nobis in hac carnis gloria pfertis, in qua non sumus inferiores?

In quo quis audet, in insipiētia dico, audeo & ego. Hebræi sunt? & ego. Israelitæ sunt? & ego. Semē Abraę sunt? & ego. Ministri Christi sunt? & ego.

¶ Non sumus infirmi in hac parte gloriationis, quia in quocunq; *audet quis* eorum gloriari, *audeo* similiter *& ego*, & hoc *dico in insipientia*, quia temeritas est ut quis se iactet siue laudet, cum dicat (ut præmisimus) sapientia, laudet te alienus, & nō os tuū: extraneus, & non labia tua, & idcirco in insi Prou. 27
pientia dico me audere in eo, in quo audēt hi, q̄ se iactant quod sunt filij Abraæ, ut illos insipientes esse designem, & gloriam ipsoꝝ adnihilē. Vere in nullo sum eis inferior. Quia *sunt* ipsi *Hebræi*, id est, de genere Heber patriarchæ, *& ego* similiter sum Hebræus genere & lingua. Per interrogationem em̄ & responsionem legendi sunt isti uer

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ficuli, ut interrogetur, sunt Hebræi? & respondeatur, & ego sum Hebræus. sunt ipsi *Israelitæ*? id est, de genere Iacob, qui & Israel diuinitus est appellatus. *&* ego non minus sum Israelita, id est, filius eiusdem egregij patris. & *sunt* ipsi *semen Abrae?* id est, non prosolyti, sed naturales filij Abraæ. *&* ego similiter sum semen eiusdem patriarchæ. Cur ergo in his mihi pręferunt, in quibus ego nō sum illis impar? & *sunt* ipsi *ministri Christi* secūdum quod dicunt? *&* ego ueraciter sum Christi minister. Ipsi enim se dicunt esse Christi ministros, ut per hoc decipiāt: sed ego sine mēdacio sum minister eius, ut omnes quos potero ad eum pertraham.

Vt minus sapiens dico, plus ego. In laboribꝰ plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modū, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi. Ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naugragiū feci, nocte & die in profundo maris fui.

¶Sciendum quia iusti atq; perfecti aliquando uirtutes suas prædicāt, & bona q̄ diuinitus acceperunt narrant, non ut ipsi apud hoīes sua ostentatione proficiant, sed ut eos quibus prædicant, exemplo suo ad uitam trahant. Vnde nūc Apostolus quoties fustibus cæsus, quoties lapidatꝰ, quoties naufragium pertulit, quāta pro ueritate sustinuit, quod ad tertium cœlū raptus, quod in paradisum ductꝰ sit, Corinthijs narrat, ut eorum à falsis prædicatoribus sensum auertat, ut dum innotesceret qualis ipse esset, illi eis uilescerent, q̄s ab eis cognouerat inique uenerari. Quod perfecti cū facunt, i. cū uirtutes proprias loquunt, in hoc q̄q; oīpotentis dñi imitatores sunt, qui laudes suas hominibus loquī ut ab hominibus cognoscat. Nam cum per scripturam suam præcipiat, dicēs:

Prou.27 Laudet te os alienum, & nō os tuum, quomodo facit ipse quod phibet? Sed si uirtutes suas omnipotens dñs taceret, eum nullus agnosceret: si nullus agnoscerꝰ, nullus amaret: si nullus amaret,

Psal. 11ᵒ nullus ad uitam rediret. Vnde p Psalmistam dicitur: Virtutem operum suorum annunciabit populo suo, ut det illis hæreditatem gentiū. Virtutes enim suas annunciat, nō ut laudibus suis ipse proficiat, sed ut hi qui hæc ex sua laude cognouerunt, ad perpetuam hæreditatē ueniāt. Iusti itaq; & perfecti etiam cum uirtutes quas habent, infirmis loquuntur, repræhensibiles nō sunt: quia per suam uitam quam referunt, aliorū animas ad uitā quærunt. Iure ergo Paulus uirtutes proprias Corinthijs narrat, ut cuius meriti sit apud dominū, illis innotescat: quatenꝰ meritū eius cognoscentes, doctrinam eius per quam saluentur, libenter suscipiāt: & falsos apostolos per quos seducebantur, respuāt. Ipsi (inquit) gloriantē se esse ministros Chri, licet in ueritate nō sint eius ministri: & ego ueraciter sum, quod illi se esse fingūt. Et *plus* etiā

B q̄ ipsi, sum ego minister Chri, uel plusquam cæteri p̄dicatores Chri. Et hoc *dico ut minus sapiens*, quia non est hois laudare seipsum. Vera de se dicens, minꝰ sapientē se pronūciat, ut intelligat coactus in laudē suam prorupisse. Nā qui spōte ea refert, q̄ ad laudē eius proficiant, non se fatet insipientē. Ostendit ergo quæ sint quæ faciūt illū ministrum Chri plus esse q̄ sunt reliqui prædicatores. Occasione em̄ inuēta, oīm tangit personas, etiam apostolorū, dolens quia gratia dei minor in illo iudicabat, cum ipse eadem operaret, quæ cæteri apostoli, & p fide maiora toleraret exitia. Plus sum ego minister Chri q̄ sunt alij prædicatores, comprobatꝰ *in laboribus plurimis*, q̄a plus illis oībus in ministerio prædicationis euangelicæ laborauī. Nā & ipsi laborauerūt, sed ego durius & multiplicius: quia & plura aduersa ptuli, & pluribꝰ gētibus p̄dicaui, & plura scripsi, & stipendiū nō accepi. Et *in carceribus* sum cōprobatꝰ minister Christi abūdantius q̄ illi quos mihi præfertis: quia si ipsi pro ministerio prædicatiōis fuere in carcere, ego tñ sæpius & diutius. Et *in plagis supra modum* eom, uel supra modū humanæ uirtutis: quia si illi cæsi sunt, ego tñ atrocius & multiplicius. Et *in mortibus frequenter*, quia sæpe cruciatꝰ sum usq; ad mortem. Ego *a Iudæis accepi quinquies quadragenas una minus* percussiones, id ē, quinquies flagellatus sum à Iudæis secundū legē Moysi, quasi transgressor legis, quia nouam gratiam prædicabam, accipiens singulis uicibus plagas triginta nouem. Præceptū quippe legis erat, ut quando iudices delinquentem uerberarent, ita modum uindictæ temperarent, ut plagarum modꝰ quadragenarium numerum non excederet. Vnde ipsi unam percussionē quasi pro misericordia mihi condonauerunt in unaquaq; ex illis quinq; uicibus, quibꝰ me uerberauerūt. Ego *ter uirgis cæsus sum* à gentibꝰ, sicut in Philippis. ego à Iudæis *semel lapidatus sum in Lystris*. Ego *ter naufragium feci*, id ē, periculum nauis fractæ pertuli dum maria transnauigarē, ut multis gentibus euangelizarem. Possent hæc naufragia forsitan intelligi contigisse in illa nauigatione, qua Romam uenit Apostolus: sed quando scribebat hanc epistolam, nōdum ascenderat Hierosolymam, ubi captus est à Iudæis, & post à Festo præside Romam missus. Nam in superioribus epistolæ huius multa locutꝰ est Corinthijs de præparatione eleemosynæ, quam portaturus erat in Ierusalem. Omnes ergo tribulationes & pericula, quæ commemorantur in hæc epistola, prius acciderunt quàm iret Hierosolymam. Non autem leguntur omnia in Actibus apostolorum, quia & ibi reperiuntur multa, quæ in his epistolis nequaquam aperte commemorantur. Nā & hoc quod subiungit, nescitur quando factum sit: *nocte & die in profundo maris fui*. Quod tamen iuxta literam intelligendum est, id est, quia Apostolus casu alio quo deueniens in profundum maris, die simul & nocte ibi demoratus sit, ac deinde liber ad terram deo gubernante redierit: unde & nunc cætera diuina miracula adscribūtur, quod homo tāto tem-

A pore sub undis retentus, neq; à circunstantibus undis p̄focari, neq; à beluis maris deuorari potuerit.

Mat.14. Quid est em̄ mirabilius, Petrū super aquas ambulasse, an Paulū sub aquis die ac nocte uixisse? Q̄d si in utriusq; apostoli tā dissimili miraculo aliqd mysticū requiremꝰ, Paulus nō solū tertio naufragus, sed etiā nocte ac die in profundo maris positus, atq; ubiq; protectus & liberatus à dño, significat iustos de oībus periculis diuinitꝰ eruēdos: nec em̄ de tentationibus extrinsecus ingruentibus saluandos, sed etiam si mortui ipsius uiderent gurgite depressi, atq; ab hūanis rebus abscōditi, nihilo minus uirtute sui conditoris eos esse reuocandos ad uitam. Petrus uero super undas uento conmotas incedens, sed ubi ob timorē mergi cœpit, dextera Christi erectus, significat eosdē iustos oīa impiorū tentamēta ac persequutiones diabolico instinctu sibi illatas, fide inuicta superare & calcare nec posse oīno seculi fluctibus immergi, qui p̄sentis sp̄ dei contēplantur auxilium, qui etsi ut homines aliq̄n titubauerunt, mox diuinitus erecti cōfirmētur. Post hæc memorat Apostolus alia pericula, uariosq; labores, ut se terra marique pro Christo uexatum secundum carnem ostendat, et in omnibus locis, uel in omnibus afflictionū modis se pro euangelio laborasse doceat. Ait enim:

In itineribus sæpe, periculis fluminū, periculis latronū, periculis ex gñe, periculis ex gētibus, piculis in ciuitate, periculis in solitudine, piculis in mari, periculis in falsis fratribus: in labore & ęrūna, in uigilijs multis, in fame, & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Præter illa q̄ extrinsecus sunt, instātia mea q̄tidiana, solicitudo oīm ecclesiarū. Quis infirmatur, & ego nō infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?

B ¶Sæpe *in itineribus*, probatus sum (inquit) minister Christi: *periculis fluminū*, q̄ pertuli: quia dū semp de loco ad locū pergerē, ut nomē Christi ubiq; manifestarē, frequenter inueniebā flumina, q̄ nō sine periculo trāsire poterā. Et *periculis latronū*, qm̄ diabolus inuidens itineri meo, latrones mihi excitabat, cū nihil ferrē quod latrones cuperent. Et *periculis ex genere* meo, i. ex Iudęis, qui mihi pluſquam cæteris apostolis inuidebant, & me sp̄ interficere q̄rebant: quia fortius & euidentius cæteris nouā gr̄am & abolitionē ueteris obseruantiæ prædicā bā, cū prius fuissem æmulator legis & persequutor sectatorū gratię. Et *periculis ex gentibus*, quia & gentiles me quærebant occidere propter destructionē idololatriæ & p̄dicationē unius dei. Et *periculis in ciuitate*, sicut in Epheso ubi propter defensionē Dianæ cū impetu cucurrere unanimiter in theatrū, & cū uellē intrare in furentē populū, ut paterer martyriū, nō permiserunt discipuli. Et *periculis in solitudine*, q̄a dū iter facerē, passus sum in

Actu.19

C deserto periculū, uel à bestijs, uel ab hominibus, uel à potꝰ uel à cibi penuria. Et *periculis in mari*, q̄a & ibi uel ab hominibus uel ab indigentia uel à tē pestatibus pertuli pericula. Nam & cum essem in Græcia, factæ sunt mihi insidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriā. Et *periculis in falsis fratribus* i. q̄ Christianismū susceperant, & Iudaismū nō reliquerāt, Actu. 20 sed legē carnaliter obseruabāt, & me persequebātur eo q̄ prædicato Christo legē iam cessare dicerem. Fuere & alij falsi fratres, sicut Demas & Her 2.Tim.4 mogenes qui dilexere hoc seculū, & nunc talibꝰ 2.Tim.1 plena est ecclesia. Cætera enim pericula quiescere possunt, pericula uero a falsis fratribus quiescere usq; ad finem seculi non nouerunt. Itē probatus sum minister Chri plusq̄ cæteri *in labore* manuū quo quærebam uictum, & *erūna*. i. molestia doloris uel paupertatis. Et *in uigilijs multis*, quia non solum diebus, sed & noctibus prædicabā, & causa oīonis sæpe uigilabā, atq; manibus meis opus aliquod, unde uictum haberē, nonnunq̄ per noctē faciebam. Et *in fame ac siti*, quia dū nihil a discipulis acciperem, necesse erat ut per inopiam, famē & sitim tolerarem. Tunc etiam fame ac siti laborabam, q̄n persecutores meos frequēter de loco ad locum fugiebam. Et *in ieiunijs multis*, quia sæpe ieiunaui eo quod non haberem quod ederem. Sæpe etiam sponte me ieiunijs macerauī, castigans corpus meum & seruituti subijciens. *In frigore* et 1.Cor.9. am *& nuditate*: laboraui, dū tenuitas ac discuptio uestium mihi esset in hyeme. Et hæc omnia pro Christo pertuli, cuius sum minister. Sed *præter illa quæ extrinsecus sunt* i. præter illa mala quæ exterius in corpore tolero, angit me *quotidiana instantia mea*, D quæ nec una hora remittitur. Et quæ est illa? *solicitudo* simul *omniū ecclesiarum*, quia quotidie instō solicitudini salutis oīum, qui sunt in uniuersis ecclesijs. Vere magnam de his semper gero solicitudinem. Nam *quis* fidelium *infirmatur* in fide, uel in conscięcia, uel in actione, *& ego non infirmor*? i. non cōpatior illi & condescendo, ut possim infirmitati eius quā uelut meam doleo, adhibere medicinā. Et *quis scāndalizatur*? i. pedibꝰ actionū offendit, ut cursus boni operis eius retardet, uel etiam ipse cadat in culpā, siue aliq̄ errore turbetur fides eius, *& ego non uror*? i. zelo dei non inflāmor? Val de em̄ mens mea cruciatur igne spiritalis zeli, dū infirmos quosq; æterna deserere, & rebus tēporalibus delectari cōspicit. Vror sicut aurū ad purgationē igne pñ doloris, qm̄ affectus iste magis purgat, quia de charitate uenit. Quāto em̄ maior charitas, tāto maiores plagæ de peccatis alienis. Non em̄ uror tanq̄ irascens peccantibꝰ, sed tanq̄ dolens pro illis. Vñ scriptū est: Qui apponit scientiā, apponit dolorē. Enumerat itaq; (sicut lectum est) Apostolus bella q̄ extrinsecus tolerat, dicens: Periculis fluminū, periculis latronū, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In hoc aūt bello quot cōtra aduersarium spicula intorqueat, adiungit: In labore et ærūna, in uigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

A multis,in frigore & nuditate. Sed inter tot certa/
mina deprehensus, dicit quãto uigiliaꝝ munimi
ne etiam castra custodiat. Nam post hæc exterio
ra q̃ narrauit, protinus interiora cœpit dicere, sub
iungens: Præter illa quę extrinsecus sunt, instãtia
mea quotidiana, solicitudo oĩm ecclesiarum. Ec
ce in se bella fortiter susćepit, & tuendis se proxi
mis misericorditer impẽdit. Narrat mala q̃ patit,
subiungit bona quæ impartit. Pensemus ergo cu
ius charitatis, sit plus de utilitate proximoꝝ, q̃ de
sua afflictione curare. Pensem⁹ cuius laboris sit,
uno eodemq; tẽpore foris aduersa tolerare, & in
tus infirma ptegere. In se em̃ cõtenit uulnera cor
poris, & in alijs sanat uulnera cordis. Valde autẽ
minoris laboris ẽ aut docere cũ nihil toleras, aut
tolerare cũ nihil doces. Sed Apostolus ad utrũq;
se solerter extẽdit, qa sic exteriora bella susćipit,
ut solicite cogitet ne proximoꝝ interiora laceren
tur. Vñ nõ immerito plus oĩbus se laborasse fate
tur. Quis itaq; huic in honore aliquẽ audeat p̃po
nere, q̃ cũctis præest in labore? Qui & subiungit:

Si gloriari oportet, q̃ infirmitatis
meę sunt gloriabor. Deus & p̃r dñi no
stri Iesu Christi scit, q est bñdictus in
secula, q̃ non mẽtior. Damasci prępo
B situs gẽtis Arethę regis, custodiebat ci
Actu.9. uitatẽ Damascenoꝝ, ut me cõprehen
deret. Et p̃ fenestrã in sporta demissus
sum per murũ, et sic effugi manus eius.

¶ *Si gloriari oportet*, nõ expedit quidem. Si opor
ter (inquit) gloriari, sicut & oportet, p̃ uobis, *glo
riabor*, nõ in potentia uel gñe, sed in his q̃ *sunt infir
mitatis meæ*. i. in passiõibus quas pro Chro patior,
licet hoc uideat abiectio. Si enim gloriandum est
Chriano, in humilitate gloriandũ est, de q̃ crescit
apud deũ. Sed pseudo apostoli quia non habent
merita passionũ, in quib⁹ gloriari possint, gloriãt
in sublimitate gñis. Ne aũt me putetis aliquid fal
si dicere, deũ uobis adhibeo testẽ ueritatis. Deus
em̃ qui nouit oĩa, ipse scit quia non mentior. *Deus*
qui scđm humanitatẽ Christi, deus eius est: & scđm
diuinitatẽ eius, est *pater* ipsius, ipse *qui est benedictus
in oĩa secula scit*. i. fert mihi testimoniũ q. nõ *mentior*
in oĩbus supradictis, uel in hoc q̃ subiũgo. Quia
etiã post conuersionẽ meam dũ essem *Damasci præ
positus gentis Arethæ regis custodiebat* ipsam *ciuitatem*
, i. portas eius, *ut me comprehenderet* quatenus inde
placeret ludæis qui mihi insidiabant, & diligẽs in
officio sibi credito uideret, si eum quẽ pertur ba
torẽ audiret, causa quietis interficeret. Portas cu
stodiebat, quia me in ciuitate esse nouerat, sed in
uenire nõ poterat. uel quia intus me comprehen
dere nolebat, ne uiolaret ius ciuitatis. *Et* interim
ego *p fenestram in sporta demissus sum* à fratrib⁹ *p mu
rũ, & sic effugi manus eius*. Nõ ita fugit Paulus, sicut
fugere solet mercenarius relinquens oues lupo
ueniẽti: quia lupus ille nõ oues, sed ipsum pastorẽ
quærebat, & ideo pastor se ipsum utilitati eorum
fugiendo seruauit. Neq; eo recedente deserta est C
ecclesia, quæ ibi erat, necessario ministerio: sed ab
alijs fratribus ibidem cõstitutus, q̃ oportebat im
pletũ est. Eis quippe uolentibus hoc Apost. feci⁹,
ut seipsum seruaret ecclesiæ, quẽ proprie p̃sequu
tor ille q̃rebat. Qñ enim quisq; prælatoꝝ eccle/
siæ specialiter à plequutoribus quæritur, tunc de
bet ille fugere, sic tñ, ut ab alijs qui nõ ita requirũ
tur, non deseratur ecclesia: sed præbeant uerbi ciba
ria conseruis suis, q̃s aliter uiuere nõ posse nouere.
Cum aũt oĩbus simul instat cõmune periculum,
tunc aut simul oẽs .i. prælati & subditi ad alia lo
ca transeant, aut simul oẽs ibidẽ maneãt. Necesse
etiã est ut p̃ oĩe q̃ agimus, in mentis trutina posi/
tum hinc pondus laboris, illinc fructũ mercedis
pensemus. Cũ enim põdus laboris fructũ retribu
tiõis supat, tunc labor ẽ quisq; innoxie declinat,
dummõ se in alijs exerceat, in quibus lucro fru
ctuum põdus laboris uincat. Cũ uero subsequẽte
quantitate fructuũ mensura laboris aut æquatur
aut uincit, tunc labor nõ sine graui culpa declina/
tur. Propterea doctor egregius cũ Damasci ualde
obstinatas mentes p̃sequentium cerneret, eoꝝ no
luit aduersitati cõsligere, quia & semetipsum quẽ
profuturꝝ multis nouerat, uidit posse reficere, &
aut nullis se illic aut paucis prodesse. Secessum er
go ãcertamine petijt, & pugnaturꝝ felici⁹ ad asia se
bella seruauit. Nõ enim loco uirtus, sed locus uir
tuti defuit. Et idcirco fortissim⁹ miles ab obsidio
nis angustia certaminis cãpum quæsiuit, ubi & D
mysticũ aliquid p̃signatum est. Nã hoc effugij ge
nus usq; hodie in ecclesia seruat, qñ qs antiqui ho
stis insidijs, uel huius seculi laqueis circũfus⁹, spei
fideiq; suæ munimine saluat. Murus em̃ Damasci
q̃ sanguinẽ bibẽs interpretat, aduersitas seculi est.
Præpositus Damasci, p̃sequutor aliquis potens in
hoc mũdo. Rex Arethas q interpretat descensio,
diabolus intelligit. Sporta, q̃ iũcis palmisq; solet
cõfici, spei fideiq; cõiunctionẽ designat. Iuncus em̃
uiriditatẽ fidei, palma uero spẽ uitæ æternæ signi
ficat. Quisquis ergo se muro aduersitatis cinctum
uidet, sportã uirtutis quæ euadat, festinãs ascẽdat.
Apost. uero post q̃ hãc euasionẽ suã retulit, pro ti
nus addidit. CAP. XII.

Si gloriari oportet, nõ expedit quidẽ
¶ *Si gloriari oportet*. i. si ideo gloriandũ mihi est,
qa euasi manus p̃sequentiũ & insidiãtiũ à ꝓpetrati
one homicidij immunes, *non expedit quidẽ* gloriari:
quoniã qui gloriat mortem se euasisse, quæ pro
fide infertur, significat inane uideri pro Chro pa
ti. Vel si propter pseudo apostolos oportet me
gloriari in hac gloriatione mea & in supradictis,
non tamen expedit propter superbiã, quia ex hu
militate crescimus, & auxilium dei mitibus pro
ficit, non elatis. Non expedit quidem, sed tamen
propter uestram utilitatem necesse est gloriari.

Veniã aũt ad uisiones & reuelationes
dñi. Scio hominẽ in Christo ante annos
quatuordecim (siue in corpore, siue ex
tra corpus, nescio, deus scit) raptum

A huiusćemodi usq; ad tertium cęlum. Et
scio huiusćemodi hominẽ (siue in cor
pore, siue extra corpus, nescio, deus
scit) quoniam raptus est in paradisum,
& audiuit arcana uerba, quæ non licet
homini loqui.

¶ Hactenus (inq;t) narraui tribulationes & perí
cula, de q̃bus me dñs eripuit. & nũc narrando *ue
niam ad uisiones & reuelationes domini*. i. ad secreta q̃
Gene. 41 de domino uidi & aperte intellexi, nõ ut Pharao,
q̃ uidit septem spicas uisionem & nõ intellexit,
quia nõ est reuelatum quid significarent. Ego em̃
mysticas uisiones aspexi, & reuelante dño quid in
his sapientiæ contineretur, intellexi. Et audite ui
siones: Scio hominẽ &c. Ostendit quo subleuatus
est, ut perinde quãta & qualia sint q̃ illi ostensa &
dicta sunt, possint intelligi, ne sicut q̃busdam ui/
debatur, iunior cæteris apostolis crederet. De se
ipso em̃ quasi de alio loquitur, ut iactantiam ca
ueat, quia hoc refert q̃d ad laudem maximam p̃
tinet. Et quid inde perit ueritati, quãdo & res ipsa
dicitur, & mõ quoda dicendi iactãtia deuitatur? *
Scio (inquit) *hominem in Christo* existentem *ante annos
quatuordecim raptũ usque ad tertiũ cælum*. Ex quo ita
raptus est Apostolus, usq; ad tempus quo scripsit
B hãc epistolam, completi sunt anni quatuordecim.
Quod ideo annotauit, ut intelligeret multo maio
ris meriti eẽ dum ista scriberet, q̃ fuerat dum ea
uidisset: & quia nõ iactantia, sed necessitate dice/
ret, q̃ per tot annos tacuerat. Scio (inq;t) hominẽ
raptum, *siue in corpore, nescio, siue extra corpus*. i. scio
quia raptus est hõ ille, sed nescio utrum cũ corpo
re, an sine corpore. Hoc nescio, *deus scit*. i. solito mi
hi iuramẽto uobis istud confirmo. Iuratio em̃ est
quod dicitur, deus scit. Huiusmodi hominẽ scio
raptum usq; ad tertium cælũ. *Et scio huiusćemodi ho
minem raptũ in paradisum*. Bis em̃ raptus est hõ ille, i.
in tertium cęlũ, & rursus ĩ paradisum, de quo dñs
Luc.23 latroni promisit, Hodie mecũ eris in paradiso. Ig
norauit aũt utrum q̃ sic raptus est, in corpore fue
rit, q̃o est anima in corpore cũ corpus uiuere dici
tur, siue uigilantis, siue dormientis, siue in extasi à
sensib⁹ corporis alienata, an oĩno de corpore exie
rit, ut mortuũ corpus iaceret, donec pacta illa de/
monstratione mẽbris mortuis animã redderet, &
non quasi dormiens euigilaret, aut extasi alienat⁹
denuo rediret in sensus, sed mortuus oĩno reui/
uisceret. De tertio autẽ cælo multa possunt dici.
Nouem em̃ sunt ordines angeloꝝ, qui iuxta Dio
nysiũ in tres ternas distinctiões distributi sunt. Pri
ma em̃ triplex eoꝝ dispositio, i. illa q̃ terris ẽ uici/
nior, cõstat ex Angelis & Archangelis & Principa
tibus, media uero ex Potestatibus & Virtutibus &
Dominationibus, suprema aũt ex Thronis & Che
rubim atq; Seraphim. Prima igitur dispositio, pri
mum cælũ recte põt accipi: secũda uero scđm ea
lum, tertia aũt tertium cælũ. Apostol. itaq; raptus
in tertiũ cælum, intelligit supremis angeloꝝ eho

XII. 255

ris interfuisse. i. inter agmina Seraphim siue Che/
rubim secreta dei uidisse. Qui & in paradisum ra/ C
ptus est, siue terrenũ, siue cælestẽ: *& audiuit ibi arca
na uerba*. i. intimationẽ de secreta dei essentia, *quæ
non licet homini loqui*, id est, q̃ nos licet ei pãdere ul
li mortaliũ, uel q̃ nullus hõ potest in hac uita loq.
Vel p tres cælos tria gña uisionum intelligamus:
primũ corporale, scđm spirituale, tertium intelle
ctuale. Ecce em̃ in hoc uno præcepto, cũ legitur,
Diliges proximũ tuum sicut teipsum, tria occur/
rũt genera uisionũ: unum p oculos, quibus ipsæ li Leui. 19.
teræ uidentẽ: alterum per spiritum hominis, q̃ proxi
mus & absens cogitat: tertium cęlũ per cõcursum
mẽtis, quo ipsa dilectio intellecta cõspicitur. Cor
porali em̃ uisione uidet cælum & terra & oĩa cor
poreis oculis cõspicua. Spirituali uisiõe cernunt in
spũ corporales imagines, sicut sæpe p cognitionẽ
uoluimus in aĩo similitudines rerũ corporalium.
Intellectuali uisione cernũtur illæ res, quæ nõ ha
bẽt imagines sui similes, sicut ẽ charitas, gaudiũ,
pax, patiẽtia, & cætera huiusmodi. Præstãtior aũt
ẽ uisio spiritualis q̃ corporalis, & rursus præstan
tior intellectualis. Quod em̃ non imaginaliter, sed
ꝓprie uidet & non p̃ corpus, hoc ea uisione uidet,
quæ oẽs cæteras superat. Corporea uisione uidit
Balthasar digitos manus scribẽtis in pariete. Spi. Dan. 5.
rituali uisione uidit Petrus uas plenũ diuersis ani
malibus. Intellectuali uisione uidet sapientia, ueri Actu. 10.
tas, charitas, & ipse deus. Quapropt si hoc tertiũ
uisionis genus, q̃d superius est nõ solum oĩi cor
porali, quo corporis sensus corpore sentiunt, sed D
etiam omni illo spũali genere q̃ similitudines cor
porum spũ, non mente cernũtur, tertium cælũ ap
pellauit Apl's, in hoc uidetur claritas dei non per
aliquã corporalitẽ uel spũaliter figuratã significati
onẽ, tanquã per speculũ in ænigmate, sed facie ad
faciem, p speciem scilicet, q̃ deus quicquid quãtu/ Lucus ob
lumcunq; eum mens q̃ non est quod ipse, etiã ab scurus.
oĩi terrena labe mũdata, ab oĩi corpore & simi
litudine corporis alienata & abrepta, capere põt.
Cur aũt non credamus q̃d tanto apostolo, docto
ri gentiũ, rapto usq; ad istam excellentissimã uisio
nem, uoluerit deus demonstare uitam, in q̃ post
hãc uitam uidendus ẽ in æternum? Et cur nõ dica
tur iste paradisus, excepto illo, in q̃ corporaliter
uixit Adam: Si em̃ proprie quidam nemorosus lo
cus, translato aũt uerbo oĩs etiam spũalis quasi re
gio, ubi animæ bñ est, merito paradisus dici põt,
non solũmodo tertium cælum, q̃cquid illud est,
quod p̃fecto magnum sublimiter ly præclarũ est,
sed etiã in ipso hoie lætitia quædã bonæ cõsciẽ/
tiæ, paradisus ẽ. Si ergo primũ cælum recte acci/
pimus generali noie hoc omne corporeũ, quicqd
est sup aquas & terram, scđm aut ẽ in similitudine
corporali, q̃d spiritu cernitur, sicut illud unde ani
malibus plenus in extasi Petro discus ille submis/ Actu. 10
sus ẽ: tertium uero q̃d mente cõspicit, ita & secreta
& remota & oĩno abrepta à sensibus carnis atq;
mũdata, ut ea q̃ in illo cælo sunt, & ipsam dei sub
stantiam, uerbumq; domini per q̃ facta sunt oĩa, Psal. 32.
in charitate spũs sancti ineffabiliter ualeat uidere

Universidad de Deusto
Biblioteca

A & audire, non incongruenter arbitramur & illuc Apostolū esse raptum, & ibi fortassis esse paradisum oībus meliorem, & (si dici oportet) paradisum paradisorū. Nec contrarium est huic intelligentiæ illud quod Moysi dñs ait: Nō uidebit me homo & uiuet: quia necesse est abstrahi ab hac uita mentē, quando in illius ineffabilitatē uisionis assumitur, sicut Apostoli mēs diuinitus rapta est ex hac uita ad angelicā uitam, antequā per istam cōmunem mortem carne solueretur. Et ibi perfruens dei alloquutione, audiuit ineffabilia uerba quæ nō licet homini loqui. Ideo cum prædicaret, dixit quod posset hoībus dici, & tenuit apud se quod nō posset dici. Ergo audiaē id quod possumus mēte comprehēdere, & id quod nō possumus credaē. Sicili diceremus, rogamus te, explica magnitudinē ipsius, nōne forte rñderet nobis, nō est ualde magnus quem uidi, si à me potest explicari?

Pro huiusce modi gloriabor, pro me autem nihil nisi in infirmitatibus meis. Nam etsi uoluero gloriari, nō ero insipiens. Veritatē enim dicam. Parco aūr, ne quis me existimat supra id quod uidet in me, aut audit aliquid ex me.

¶ Pro *huiusce modi* homine uel uisione *gloriabor*. i. commendabo me, sed *pro me* filio Abrahę uel circunciso *nihil* gloriabor, *nisi in infirmitatibus meis*, id est, in tribulatiōibus quas patior. Pro huiusmodi homine. i. qui tam dignus est deo, ut ad hāc uisionum excellentiā subleuaret, gloriari se dicit, & nō uult aperte dicere q̄d de se loquitur, ne laudare se uideat. Et sic pro se nō gloriatur, dum nō aperte de se profiteē. In infirmitatibus aūt gloriatur, quia exponere pressuras passionū & infirmitates angustiarum nō uidetur gloriosum, sed flebile. Idcirco in his secure se fateē gloriari, sciens quia ad perfectum pducunt cælestium remunerationū. Quid em̄ tam gloriosum in futuro Christiano, q̄ exitia pro Chro illata narrare? Pro isto hoīe gloriabor, non p me. *Nam* etiā *si uoluero* pro me *gloriari*. i. meritum meum quod apud deū habeo profiteri, *non ero insipiens* in hac gloriatione, licet q̄busdā uidear esse. Non em̄ falsa loquar, sed *ueritatem* de meipso *dicam*, & ideo non in meipso, sed in ipsa ueritate q̄ superior me est, humiliter & ueraciter gloriabor. Et de pluribus quidē adhuc gloriari poteram, sed parco. i. parce refero, *nè quis me existimet supra id quod uidet in me*. i. ne quis me putet excellentioris eē naturæ q̄ suis oculis comprehēdere ualeat, & incipiat errare ī me, credens me diuinā uel angelicam habere naturam, sicut illi q̄ de me & Barnaba dicebāt, Dij similes facti hoīm descenderunt ad nos. Illi em̄ existimabant nos esse supra id quod uidebant in nobis, quia cū uiderent in nobis terrenum & mortale corpus, existimabāt nos cælestes & immortales, & propterea parco gloriari, ne ſ plura retulero, putet quisquā me esse supra id q̄d uidet in me. i. supra naturam humanitatis quā cernit in me: *aut* supra id quod *audit* ab alijs *aliquid* referri ex *me*. Vel ne quis existimet supra id q̄d uidet in me, siue audit de me. i. ne quis me arbitrē ultra gloriam meā tendere q̄ limes meritorum admittit. Oēs sancti non solum gloriam supra modū suum omnino non appetunt, sed etiā hoc ipsum uideri refugiunt, q̄ esse meruere. Vnde nūc prædicator egregius cōtra pseudo apostolos loquēs, dum uirtutes eximias operatiōis suæ p discipulorū eruditione narraret, dum tot pericula tolerasse coacer nata persecutione describeret, & post hæc usque ad tertium cælū, rursumq; in paradisum raptum se esse memoraret, ubi tanta agnoscere potuisset, quāta loqui oīno non posset, erat de se adhuc fortasse mirabiliora loquuturus, sed ab hūana laude alta consideratione se tēperans, subdit: Parco aūr ne quis me existimet supra id q̄ uidet in me, aut audit aliq̄d ex me. i. ne ſ cætera dixero, putet me aliquis esse supra naturam humanæ infirmitatis, cum nō nisi infirmitas in me uideatur, uel ab alijs qui uidēt, audiaē. Habebat ergo adhuc de se dicendum aliq̄d, quod parcit dicere. Sed egit utrunq; doctor egregius, ut & loquendo q̄ egerat, discipulos instrueret, & tacēdo se intra humilitatis limitem custodiret. Nimis ita q; esset ingratus, si de se discipulis tāta taceret; & fortasse minus incautus, si de se oīa discipulis proderet. Sed mirabiliter (ut dictum est) egit utrunq;, ut & loquēdo eruditeret audientium uitam, & tacendo custodiret suam.

D Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus ē mihi stimul⁹ carnis meę angelus satanæ, ut me colaphizet. Propter q̄d ter dominū rogaui ut discederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi grā mea. nā uirtus in infirmitate pficit. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet ī me uirtus Chri.

¶ Ego (inquit) tam magna, tam̄ sublimia diuinitus uidi. *Et ne magnitudo* tā ingentiū *reuelationū ex tollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ*. Nō me extulit, sed ne me exolleret, uidit mihi de⁹ remediū, q̄d aduersus elationem q̄ euenire poterat, opponeret. Valde em̄ timenda est elatio de abūdantia gratiarū, ne quis de dono dei ſupbiat, sed magis seruet humilitatē; & quanto maior ē, humiliet se in oībus. Apostolus iste, quāuis ex persequutore factus pdicator, abundātiorē gratiam assequutus est in omni labore apostolico q̄ cæteri apostoli, ut magis deus ostēderet suum esse q̄d dat, nō hominis, qō solent medici potentiam artis suæ in desperatis ostendere. Cum ergo esset magnæ gratiæ, & magna dona à deo pcepisset, quia ex abundantia gratiæ & reuelationū poterat ei elatio subripere, ideirco deus qui nouit oīa antequā fiant, apposuit ei quendā monitorem humanę infirmitatis in similitudinē triumphantiū, quibus in curru retro comes adhærebat, per singulas acclamationes ciuium dicens: Hominē te memēto. Ne extollar (inquit) ex magnitudine reuelationū, datus

A est mihi à deo, id est, ad meam utilitatē, ut me in humilitate custodiat, stimulus carnis. i. pungens carnem meam. Et quis est stimulus iste? *angelus satanæ*, id est, angelus malignus, missus à satana, *ut me colaphizet*. i. ut me percutiat, reprimens omnē motum superbiæ, excitando mihi semp tribulationes aut corporis infirmitates, uel tentando (ut quidam aiunt) per libidinem. Tentatio autē cui non cōsentitur, non est peccatum, sed materia exercendæ uirtutis. Nam stimulus iste forsitan concupiscentia carnis erat. Quibus malis Apostolus consideratis in corpore mortis suę, in quo bellum intestinum cum inuisibili hoste gerebat, remedium salutis suæ nullum penitus nisi solam gratiam
Roma.7 dei in Christo Iesu liberantē se, inuenisse Romanis loquitur. Sed & dolore quodam corporis traditur exagitatus uehementer. Dolores aūt corporum plerunq; immittuntur ab angelis satanæ. sed hoc non possunt nisi permissi. Nam & Iob sic pro
Iob.2. batus est. Permissus est ad eum probandum satanas, & percussit eum uulcere, ita ut uermibus putresceret. Sic & angelus satanæ quasi libenter per missus est colaphizare Apostolum, sed tñ Apostolus curabatur. Hoc ergo remedium diuinitus accepit, ut per iniquum angelum semper iniurijs & tentationibus pressus, nō posset ex reuelationi
B bus extolli, quia ociosum pectus ex his quæ uidet, intumescere posset. Secreto em̄ dispensationis ordine, unde sæuire permittitur iniquitas diaboli, inde pie perficitur benignitas dei. Elatos em̄ in sanctitate uiros nō amitteret, nisi tentaret. Sancti quippe non essent qui de sanctitatis gloria superbirent: & tanq̄ sub eius iure caderent, quanto se in suis uirtutibus eleuarent. Sed miro dispensationis ordine, dum tentantur, humiliantur: dum humiliantur, eius esse desinunt. Apostolus uero & priusquam morbum elationis incurreret, prouidente superno medico, accepit medicamentū humilitatis. Et quia illud q̄d medicus apposuerat, molestum erat ei, rogauit ut auferret. *Propter quod* (inquit) *ter dominum rogaui* qui trinus est deus, *ut discederet a me* stimulus ille, & rogaui dominum ut à me tolleret acre medicamentū quod mihi apposuerat. Et nō fecit quod petebā, sed quod mihi expediebat: quia non est magnum exaudiri ad uoluntatem, sed magnum exaudiri ad utilitatem. Nam *dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea*. i. hoc tibi satis est, ut habeas gratiam meā: & ideo noli superfluam carnis sanitatem quærere, quia non ingratus, sed gratiosus te uro. Ego noui quid apposuerim, ego noui unde ægrotes, ego noui unde saneris. Quid enim tibi utile sit, magis ego noui quām tu. *Nam uirtus in infirmitate perficitur*, id ē, uirtus ad perfectionē ducitur p infirmitatem contrariā, cum qua legitime certat, ut postea coronetur. Virtus in infirmitate perficitur, q. a infirmitatis actio sic uirtutis perfectio, ut præsente infirmitate & tentatione reprimatur uirtutis elatio, ut ad eius perfectionem pertineat etiam ipsius imperfectionis & in ueritate cognitio, & in humilitate confessio. Et quia infirmitas ita proficit uirtuti, *igitur libenter*. i. non minus, sed libēs *gloriabor in infirmitatibus meis* ad hoc datis, *ut inhabitet in me uirtus Christi*, id ē, sum mam gloriam deputabo q̄ in me sum infirmus, ut fortem me faciat Christi uirtus. Tunc gloriatur Apostolus, quando iniurijs humiliatur, à Christo aūt uirtus tolerandi præbetur, ut quia prius aspera fastidiendæ iniuriæ uidebantur, postea libenter susciperentur, ut Christi auxilio lenirentur. Libenter ergo cædi se patitur, dummodo à Christo curetur, postquā cognouit prodesse quod nocere putabat, sciens quia plus addit medicina dei ad salutem, quām infirmitas demit hic sanitati.

Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persequutionibus, in angustijs pro Christo. Cum enim infirmor, tunc potens sum.

¶ Virtus (ut dictum est) in infirmitate pficitur. *Propter quod placeo mihi*. i. multum delector *in infirmitatibus meis*. Oēs superiores passiones atq; inferiores hoc loco infirmitatum nomine definiuit Apostolus, eo q̄d humanæ infirmitati ista prævaleāt. Vt ergo discipulos instrueret, summa de se retulit; ut uero se in humilitate custodiret, cōsideratio
D nis oculum nō in uirtutibus suis, sed in infirmitatibus fixit. Placeo (inquit) in infirmitatibus meis, & *in contumelijs*, nō in honoribus seculi. & *in necessitatibus*, nō in epulis uel in ocio, sicut pseudo apostoli, qui causa uentris prædicabant; & *in persequutionibus*, nō in salutationibus & susceptione adulationis; & *in angustijs*, nō in iactantia elationis & superatiōe diuitiarum. Et hoc *pro Christo*, nō pro aliquo crimine. quia beati qui persequutionem pa- *Matth.5*
tiuntur propter iustitiam. Nō enim omnes beati *1 Petri.3*
qui persequutionē & aduersa patiuntur, sed qui iustitiæ causa patiuntur. Vel placeo mihi in infirmitatibus carnis, in cōtumelijs uerborū, in necessitatibus. i. in indigentia necessariorum; in persecutionibus de loco ad locū: in angustijs. i. in anxietatibus animi p Christo illatis. Et iure placeo in talibus, quia quādo *infirmor* in talibus exterius, *tūc potens sum* interius. i. quādo aliqua supradictarum tribulationū affligor, tunc à deo datur mihi potētia superādi. Tunc em̄ uincit Christianus, cū pertire putaē; & tūc perit pfidia, cū se uicisse gratulaē.

Factus sum insipiens, uos me coegistis. ego em̄ a uobis debui cōmendari.

¶ Post omnem cōmendationem suam ostendit quia non ad iactantiam suā ista retulit. In his (inquit) quæ hactenus ad cōmendationem meam narraui, *factus sum insipiens*, secūdum quod in exterioribus uerbis sonat, q. a uideor merita mea prædicasse; sed hoc non iactanter, sed necessitate compulsus feci pro uestra utilitate: quia *uos me coegistis* ita loqui, qui de me non recte sentiebatis, & falsos apostolos mihi præferebatis: & ideo non mea culpa, sed uestra est quod de me talia sum loquutus. Coactum se dicit, ut quid esset ostenderet. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

A utrique non est insipiens qui de se uera locutus est, quia superius ait: Si uoluero gloriari, nō ero insipiens, ueritatem em̄ dicam. Sed nunc inclinat se, & præ nimia humilitate uel cordis dolore se fatetur insipientē, ut declararetur quia nō uoluntate merita sua manifestauit. Insipientis em̄ est suos narrare labores, & proprias iactare uirtutes. Iustus aūt nunquā bona sua detegit, nisi cum aut proximorum utilitas, aut certe nimia necessitas cogat, sicut Apostolus, cum uirtutes suas enumerasset, coactū se dicit fecisse. Nam si uirtutes suas tacuisset, discipuli nō cognouissent eum. Si nō cognouissent eū, non omitterent præferre illi falsos apostolos, & dicta illorum dictis illius. Sicq; ignorātia dignitatis Apostoli, causa esset ut semp in errore permanerent discipuli. Vt ergo eos ab errore reuocaret, coactus est manifestare quis esset. Vos (inquit) me coegistis, quia cum alijs de me satisfacere debuisse tis, nūc iterum opus habetis ut ego ipse me commendem uobis. *Ego enim debui a uobis commendari* id est, uos aduersus obtrectatores debuistis mihi testimonium ferre, apud quos ego ecclesiam institui, & signorum prodigia feci, ut uos me tacētem defenderetis, quem in Christo patrem habetis.

Sup. cod.

Nihil em̄ nimus fui ab his, q̄ sunt supra modum apostoli. Tametsi nihil
B sum, signa tamen apostolatus mei facta sunt super uos in omni patientia, in signis & prodigijs & uirtutibus. Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesijs, nisi q̄ ego ipse non grauaui uos? Donate mihi hanc iniuriam.

¶ Reuera debui à uobis cōmendari cæteris. Nā *nihil minus fui* uobis uel in prædicatione, uel in miraculis *ab his*. i. quām illi *q̄ sunt apostoli supra modū* meum, sicut quibusdā uidetur, quia dominū in carne sunt secuuti. Nō fui uobis in actione minor, quā Petrus uel Iohānes siue Iacobus, *q̄* sunt supra modum meū apostoli, nō dignitate, sed tēpore, cum ego plus illis laborauerim. Nā si de tempore mihi
Matt. 3. p̄scribendū putatis, ante cœpit Iohānes prędicare quām Chr̄s: & non Chr̄s Iohannem, sed Iohānes
Iohan. 1. Chr̄m baptizauit. Andreas quoq; prior sequutus est Chr̄m quā Petrus, nec tū primatū accepit Andreas, sed Petrus. Quare ergo gbusdam nō uideor apostolus, cū eadem possim p dei gratiam, q̄ & cæteri apostoli? Illis nō uidebatur apostolus esse, qui eius p̄dicationē æmulatiōe legis respuebāt, quasi esset inimicus traditiōis Moysi, quia legē cessare docebat: & cæteris apostolis fauebāt, istum illis humiliantes, qa illi non tam cōstanter contra legem aliqd asserebant. Ideo dolet minorē se uideri, & compulsus ostēdit quātæ sit dignitatis. Nō fui (inquit) uobis in opere minor p̄cessoribus meis: qa tametsi nihil sum, *signa* tū apostolatus &c. Sic se humiliat, ut erigat. Patiētiam tū primam memorat, qa diu illos portauit quasi impatiētes ægros, ut adhibita medicina signorum atq; uirtutum, cu

C raret uulnera erroris illorū. Ego quidem (inquit) nihil sum, quia hō sum: sed apostolatus quē mihi Chr̄s ipse dedit, signa in uobis ostendit .i. potentiam, uirtutes atq; prodigia. *Tametsi*. i. quamuis *nihil sum*, scīlm quod homo sum, uel scīlm quod quibusdam uidetur, q̄ me nihil esse iudicant, tamē ea q̄ feci, me apostolum designant: qm̄ *signa apostolatus mei facta sunt super uos*. i. quod desuper descēdāt in uos à patre luminum p doctrinam meā, ut credaretis, ut cōuerteremini, ac religiose cōuersaremini, signum & demōstratio est apostolatus mei. Et hoc factum ē *in omni patientia* mea, qm̄ patienter oia sustinui, quæ mihi a uobis uel p uobis illata sunt mala. Nā & cotempum & paupertatē, alias q̄ molestias apud uos p̄tuli: & mores uestros, ut paulatim eos corrigerem, longanimiter sustinui. Nec sola patiētia uos ad fidem & morum meliorationem adduxit, sed etiā *signis & prodigijs & uirtutibus*. Distat aūt inter signum & prodigium atq; uirtutē, quia signum est genus prodigij, uirtus uero genus utriusq; Virtus em̄ uocari potest omne miraculū: signum aūt illud tm̄, quod in quocunq; tēpore aliquid significat: prodigium uero, qđ in futuro tantum. Prodigiū uero appellatum ē quasi porro dictum, quod porro dicat, porro significet, & aliquid futurū esse portendat, sicut sanationes
D corporum q̄ per apostolos fiebant, sanatiōes animarum portendebāt. Nihil (inquit) uobis minus feci, q̄; fecissent priores apostoli, imo amplius. Nā *quid est quod minus habuistis præ cæteris ecclesijs*. i. quid minus accepistis per me, q̄; cæterę ecclesiæ p alios apostolos, *nisi q̄ ego ipse non grauaui uos*? id est, nō accepi stipendium à uobis, sicut cæteri p̄dicatores à suis accipiunt. Gratis em̄ euangelium p̄dicaui uobis, qđ nullis cōcessum ē alijs ecclesijs. *Donate mihi hanc iniuriam*, id ē, si tam imprudentes uel malitiosi estis, ut hoc putetis iniuriam, ignoscite mihi. Date mihi ueniam huius facti, p quo laude dignus sum, non reprehensione. Hoc enim non est iniuria, sed misericordia & amicitia.

Ecce tertio hoc paratus sum uenire ad uos, & nō ero grauis uobis. Nō enim q̄ro q̄ uestra sunt, sed uos, nec em̄ debēt filij parētibus thesaurizare, sed parētes filijs. Ego aūt libentissime impendā & super impendar ipse p animabus uris, licet plus uos diligens minus diligar.

¶ Ne forte putaretur inter initia stipendijs ablisse ad commendationem suam, postea uero mercedem euangelicæ prædicationis uelle accipere, ostendit in ea se uoluntate durare, ne factum suū postea mutare uideretur, & esset quod obtrectatoribus reprehēderetur. Nō grauauī (inquit) uos, sed nec grauabo. Quia *ecce hoc tertio*, id est, hac tertia uice, *paratus sum uenire ad uos, & non ero uobis grauis*, ut de uestro quicquā accipiam, sicut nec aliquid à uobis sumpsi. Non tertio uenie ad eos, sed tertio paratus fui uenire. Non ero grauis uobis, accipiendo munera uestra, quia *non quæro ea*

A *quæ sunt uestra, sed uos* tpsos .i. nō pecunias uras, sed uosipsos lucrari uolo ex p̄dicatiōe mea, ut uos habeam mecum in æterno Christi regno. Nō quæro uestra: *nec enim debent filij parentibus thesaurizare*, id est, diuitias cōgregare, quod facitis pseudo apostolis: *sed parentes filijs* debent diuitias præparare, quod pseudo non faciunt uobis. Consueto usu nunc loquit. Cōsuetudo em̄ est, ut carnales parentes filijs suis thesaurizent. Spirituales uero pres dignū est ut à filijs suis accipiant sumptus. Sed Apostolus intantū probat se nolle accipere, ut transferat causam carnalis p̄is ad spiritalem, ut non solū non accipiat ab eis, sed si fieri possit, ipse eis tribuat. Quo dicto tangit eos, ut intelligaē quātus sit, & quid mereant, qui tanti apostoli prouidentiā negligunt. Parentes (inquit) debent filijs thesauros præparare, sed ego non solū thesauros, sed & meipsum paratus sum impendere. Tanto em̄ affectu charitatis erga uos ego moueor, quod non inuitus, sed *libentissime impendam* uobis, uel carnalia uel spiritualia bona, & post omnia si opus fuerit, ego *ipse superimpēdar pro animabus uestris*, ut moriar pro salute animarū uestrarū, *licet plus uos diligens, minus diligar* à uobis. Qui enim tantam habet
Iohan. 15 charitatē, ut paratus sit pro fratribus etiā mori,
B perfecta est in illo charitas. Et ego dū pro uobis mortem excipere sum paratus, perfecte uos diligere comprobor. Plus enim uos diligo, non accipiendo res uestras, q̄; si eas acciperem: uos autem minus quām debetis, uel minus quā pseudo apostolos, diligitis me: quia me plus amare debetis, maxime per quem uiam uiræ didicistis.

Sed esto. Ego uos nō grauaui, sed cū essem astutus, dolo uos cepi. Nunquid per aliquē eorum quos misi ad uos, circumueni uos? Rogaui Titū & misi cū illo fratrē. Nunquid Titus uos circumuenit? Nōne eodem spiritu ambulauimus? Nonne eisdem uestigijs?

¶ Nihil eorū quæ possent ei ex aduerso proponi, tacet, ut se per oia purget. Quia nihil p circumuentionē egit apud eos, sed pura uirtute sibi simpliciter & illis dupliciter consuluit, ut ipse nihil præter futurā supernæ beatitudinis retributionē quæreret, & illis apud dīm prouideret, atq; censum eorū nō acciperet. Forte em̄ suspicarent ideo illū sua dona cōtēpsisse, qa parua erāt q̄ offerebantur, ut magna consequeret: & circunspiciens merita sua, non pecuniā refutaret, sed numerū indignū sibi æstimans contēneret. Ego (inquit) nō accepi uīa, sed paratus sum uobis impendere mea, & inde minus à uobis diligor, quia non intelligitis q̄; charitatiua mente hoc feci. *Sed esto*, hoc est, *uaui uos p* meipsum, accipiēdo res uras: *sed cū essem astutus, dolo uos cepi*. i. decepi uos callida arte simulationis, extrahendo uobis per alios bona uestra. Ironice dicit, nam pseudo apostoli affirmabāt eū

C sic agere. Vel inquit: Talia de me suspicamini, sed effectu rei probaē quia falsa sunt q̄ putatis. *Numquid em̄ per aliquem eorū quos misi ad uos, circumueni* & artificiose decepi *uos*, ut callide uobis per eos exorquerē res uras? Hoc est quod dicit, quia quos misit, nōillis hoc intimauerūt, ut si uellēt placatū habere Apostolū, dignā quantitatē personæ illius offerrent: qm̄ ideo noluisset accipere, quia minus q̄; dignum erat offerebatur. Quod compositum Apostoli astutia intelligerēt, ut q̄d egit, non p contēptum, sed per auaritiam egisse putarēt. Vere (inqt) non circūueni uos per aliquem legatorū meorū, quia per Titū id non feci, per quē facilius hoc possem implere. Nā *rogaui Titū* ut ad uos pergerer, quia illi facilius obediebatis, *& misi cū illo fratrem*, cuius laus est in euāgelio, q̄ intelligit Lucas. *Nūquid Titus*, cuius dictis facile adquiescebatis, *circumuenit uos*, callide uobis suadens, ut mihi mitteretis aliquid? Nequaquam. *Nonne enim ambulauimus*, id est, perseuerauimus, *eodem spiritu*, id est, eadē uoluntate qua cœpimus, ut sicut in principio nihil accipere à uobis uolum9, ita & deinceps? Et *nonne eisdem uestigijs* quibus cœpimus. i. eisdē passibus actionū semper ambulauimus, ut non in accipiendo perseueraremus? Vna em̄ in bono sententia nostra esse probatur, excluſa omni suspicione auaritiæ, quando ab his quos misi, nihil tale dictum aut factū est, in quo deprehēderet auaritia.
D Vel ita: Non circūuenit uos Titus, sicut nec ego circunueneram. Quia nōne eodē spiritu, id est, eadē bona uoluntate ambulauimus ego & ille? Et
Mat. 12 nonne eisdem uestigijs ego & ille ambulauimus .i. eisdē operationibus per quas apparet uolūtas? Vnaquæq; em̄ arbor ex fructu suo cognoscitur.

Olim putatis quod excusemus nos apud uos? Coram deo in Christo loquimur, omnia autem charissimi propter ædificationem uestram.

¶ *Olim putatis*, id est, dudum æstimatis, *q̄ excusemus nos apud uos*. i. quod causam excusationis ipsi reus dicā, qa non grauaui uos? Iā diu est, q̄ de nobis dubitatis, arbitrātes quia nō simplicitē agam9 uobiscū, qm̄ pseudo apostolis creditis, qui dicunt nos tergiuersatiōe quadā dona ura respuere, ut maiora possim9 accipere. Et putatis q̄ himōi fictā conscientiā excusemus apud uos? Sed nos *coram deo in Christo loquimur*. Corā deo (sicut supra dictū est) loquit, qui in omni quod dicit, hūanos fauores non appetit, sed omnipotentis dei præsentiæ intendit: nec suā, sed autoris gloriam requirit. In Chr̄o aūt loquit, cuius sermo totus in Chr̄i ueritate pfistit, ut nec mēdax sit, nec aliud q̄; Christum prædicet. Et nos ita corā deo loquimur in Chr̄o. Sed *omnia* hæc loquimur & facimus *propter uestrā ædificationē*, ut bñ de nobis sentiatis, & falsos apostolos repellatis, atq; p doctrinam nr̄am in Christi templū ædificemini. Aedificationi enim ura pficit, quicquid de tribulationibus nostris & reuelationibus supra dixim9, & quod malam de nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A suſpicionem ā cordibus ueſtris tollimus, uel quod cenſum ueſtrum idcirco non ſuſcepimus, ne auctoritatem noſtræ poteſtatis, q̄ uitioſos arguimus, inclinaremus. Sine dubio em̄ prodeſt ei, qui corripitur ut emendet, ſi præpoſitus eius ideo oblata refutet, ut libere arguat.

Timeo em̄ ne forte cum uenero, non quales uolo inueniam uos, & ego inueniar a uobis qualem nō uultis: ne forte
Galat.5. cōtentiōes, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones, ſuſurrationes, inflatiōes, ſeditiones ſint inter uos: ne iterum cū uenero, humiliet me deus apud uos, & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & nō egerunt pœnitentiam ſup̄ immunditia & fornicatione & impudicitia quam geſſerunt.

¶ Omia (ut præfatus ſum) ppter ueſtram ædificationē uobis loquor aut facio. Nā *timeo ne cū uenero, inueniam uos* incorreptos quales *non uolo* uos inuenire, qd̄ forte erit, quia ad utrumq; ſe habes, & ex libertate arbitrij ueſtri pōt quodlibet horum contingere. Ideo præparate uos, ne inueniam uos in uicijs pdurantes, quales inuenire nolo: *& egoin-*
B *ueniar* .i. ſentiar *a uobis* ſeuerus & aſper, & peccata ueſtra iuſte puniens, *qualem non uultis* inuenire. Ille em̄ inuenit aliquē qualem non uult, q̄ ſe talem facit, ut diſcordet ab illo. Et ideo tales uos exhibete, ut nō diſcordetis à mea ſanctitate, ut cum uenero, poſſimus inuicem gaudere. Scilicet *ne forte ſint inter uos contentiones*, & cætera q̄ in priore epiſtola reprehēdi, quando pſonis deferentes, & alte
1.Cor.1. rum alteri præponentes, diſſidebatis ab inuicem. Cōtentio eſt, ubi nō ratione aliquid, ſed animi pertinacia defenditur. Æmulatio eſt hoc loco inuidia. Animoſitas eſt magna cōmoti animi aduerſus alterum pertinacia, qualis erat in illis, qui iudicia habebāt inter ſe, q̄ deferebant ad infideles determinānda, & inde iraſcebant ad inuicem. Diſſenſio
1.Cor.6. eſt, ubi non oēs in una uoluntate & in uno ſenſu concordant, ſed diuerſa uolunt, & partes faciunt. Detractio eſt, qñ quis bona alterius deorſum trahit .i. loquendo humiliat ea & p̄mit, uel de ipſis bonis aliqua trahit, ut pauciora ſeu minora quām ſunt oſtēdat ea eſſe. Suſurratio ē, quādo quis murmurat & in facie loquit alicui, ſed de illo alijs ma
1.Cor.1. le loquit. Inflatio eſt, quādo quis tumore cordis turgeſcit interius. Seditio eſt cōmotio ciuium inuicem cōtra ſe. Et timeo, inquit, ne uitia hæc inter uos reperiantur, cū uenero, ne ſint inter uos cōtentiones de meritis prælatorū, ut erant dum dicere-
1.Cor.1. tis, ego quidē ſum Pauli, ego aūt Apollo, ego uero Cephæ. Et *æmulationes*, i. inuidiæ propter meliora chariſmata, q̄ minores ſolent inuidere maioribus. Et *animoſitates* in repetitione rerū & ultione, propter quas ſolebatis apud infideles iudicio contendere. Et *diſſenſiones*, i. mentium diuerſitates aut uoluntatum diuiſiones. Et *detractiones*, p̄ quas alius loquēdo detrahit & auſert quicquid pōt ex bene geſtis alterius. Atq; *ſuſurrationes* p̄ quas latēter ſeminant diſcordiæ. Et *inflationes*, p̄ quas nonnulli quaſi de excellentioribus meritis intumeſcunt, & alios deſpiciunt. Atq; *ſeditiones* .i. tumultus iraſcētium atq; litigantium in populo uſq; ad pcuſſiōes. Timeo inquā ne in uobis talia reperiam, *ne ſcilicet cum uenero, humiliet me iterum deus apud uos* .i. ne ſicut dolui pro peccatis uīs, ita rurſum doleam p̄ impœnitudine ueſtra, *& lugeam* ibi *multos ex his qui ante* primam epiſtolam *peccauerūt* & adhuc pmanentes in ſua nequitia, *non egerunt pœnitentiam*. Illis in peccato perdurantibus, ſe dicit humiliari & lugere qa ut pius pater incipit culpas filiorū deflere, & ſe pro his in orationibus & ieiunijs affligere. Quis em̄ pater non gaudeat bene agētibus filijs? Sic iterum neceſſe eſt lugeat, ſi praue cōuerſentur. Ideo admonet ut ſi qui nō egerunt pœnitentiam, ſicut alios ſignificat egiſſe, nūc agant eam, ut ueniens ſi ne triſtitia ſit cum illis. Cum em̄ dicit, & lugeam multos ex his qui ante peccauerūt, & non egerunt pœnitentiam, probat quoſdā ex his pœnitentiam egiſſe, quoſdā uero non agere. Agenda eſt aūt pœnitentia oībus qui peccauerunt, quia non ſufficit mores in melius cōmutare, & à factis malis recedere, niſi & de his q̄ facta ſunt, ſatisfaciat domino per pœnitentiæ dolorem, p̄ humilitatis gemitum, per cōtriti cordis ſacrificium, cooperātibus elee-
D moſynis. Nō egerunt (inqt) pœnitentiam *ſuper immūditia* .i. de immundiſſima ppetratione libidinis quæ fit inter mares, uel uno ſolo: *& fornicatione*, q̄ fit cum publicis meretricibus, quæ proſtāt in fornicibus, unde etiam fornicatio dicit̄ *& impudicitia*, quæ fit cum fœminis ſuæ conſanguinitatis, ſicut cum ſorore uel neptæ, ſiue fratris uxore, & uocatur inceſtus. Et cum de his tam execrandis libidinum ppetrationibus pœnitentiā fieri ſuadeat Apoſtolus, patet qa non eſt ulla criminum tam horrenda macula, quæ per pœnitentiam deleri nō poſſit.

CAPVT XIII.

ECce tertio hoc uenio ad uos. In ore duorum uel trium teſtiū ſtabit om̄ne uerbum. Prædixi em̄ & prædico ut p̄ſens uobis & nūc abſens, his q̄ ante peccauerunt & cæteris omnibus, quoniam ſi uenero iterum, non parcam,

¶ Timeo (inquit) ne tales uos inueniam quales nolo, & inueniar à uobis durus cum uenero. Id-eoq; ne differatis pœnitentiā agere, quia ego non differam uenire. Nam *ecce* certum ſit uobis quia in proximo *uenio ad uos hoc tertio* apparatu. Non dixit quod bis uenerit, & hac tertia uice uenturus ſit, ſed quod bis ſe præparauerit & uenire nequiuerit, hoc autem tertio apparatu uēturus ſit. Tertio (inquit) uenio. *In ore duorū uel trium teſtium ſtabit omne uerbum*. Hoc in lege dictū eſt, ut aliquis duobus aut tribus teſtibus aut purgetur aut condemnetur, ita & hiſecūdo uel tertio aduētu Apoſtoli, aut purgati inuenient̄, aut damnabiles. Vel p̄ſente Apoſtolo, omne uerbum accuſationis ſiue excuſationis ſtabit in ore duorū aut trium teſtiū, id eſt, ſtabile & ratum erit ſub aſſertione duarum aut trium idonearū perſonarum. Vbi innuitur qa prælatus eccleſiæ, licet ipſe p̄ certo ſciat culpam cuiuslibet ſubiecti ſui, nō tamen poteſt eū condēnare, niſi eadem eius culpa duobus aut tribus teſtibus fuerit probata. Teſtibus (inquit) egebit qui ſe coram me excuſare uoluerit. Nā *prædixi* dum eſſem apud uos, & adhuc *prædico* tūc *p̄ſens*, ita *& nūc abſens his qui ante* epiſtolam *peccauerūt*, & *cæteris oībus*, qui poſt peccauerunt, *quoniam ſi iterum uenero, non parcam eis*, ſed puniam eos: uel ſi uenero, non parcam eis iterū, ſicut olim peperci. Pridem ſe dixiſſe ſignificat præſentē, ut corrigerent ſe, ne cum pudore corriperent: & nunc iterū abſentem eadē ſe dicere conteſtatur, ut per ſecundam correptionem, ſi ſe non emēdauerint, parci eis non debeat.

An experimentū queritis eius, qui in me loquitur Chr̄s, qui in uobis nō infirmat̄, ſed potēs ē in uobis? Nā etſi crucifixus ē ex infirmitate, ſed uiuit ex uirtute dei. Nā & nos infirmi ſumus ī illo, ſed
B uiuemus cum eo ex uirtute dei ī uobis.

¶ Dixi quia nō parcam incorreptis, ſed puniam eos. *Et an quæritis experimentū eius, qui in me iſta loquitur*, qui eſt *Chriſtus* .i. uultis experiri ſi Chr̄s audeat punire, ut nō dicam ſi ego audeam, ſed Chriſtus, qui in me manet & loquitur? Experimētum quærunt Chr̄i loquentis in Apoſtolo, dum præceptis eius nō obediunt, uolentes probare ſi audeat uindicare, ut p̄ hoc intelligaē eſſe firmæ autoritatis, ac de cætero timeatur. Qui em̄ magiſtrum contemnit, emēdare ſe nō quærit. Et notādum q̄d doctrina eius nō hominis, ſed Chr̄i eſſe probatur, quam qui reprehendit, contumax inuenitur. Chr̄s enim in eo loquit̄ intrinſecus oīa, quę ipſe loquit extrinſecus: & Chr̄m in eo tentat, q uult experiri ſi ipſe peccantes ferire audeat. Ideo nō deſe, ſed de illo terrens, an quæritis, inquit, experimentū (id eſt, p̄bationem) eius, q̄ in me loquitur Chr̄s? Et addit: *Qui non infirmatur in uobis* .i. inter uos, *ſed potens eſt* in uos. Non infirmus, ſed potens inter eos apparuit, quando per Apoſtolum ſigna & prodigia fecit, & diuerſa chariſmata gratiarum dedit. Quod experti ſciant, quia & in eos puniendo eſt potens, ſi eum irritauerint. Vere potens eſt punire peccantes. *Nam etſi crucifixus eſt ex infirmitate* carnis, qua uiſus eſt impotens fuiſſe contra ſuos hoſtes: *ſed* i. tamen, *uiuit* ęternaliter *ex uirtute dei* .i. ex eo quod ipſe eſt deus. Ex noſtra em̄ infirmitate occiſus, reſurrexit ex uirtute ſua & patris. Vere nūc perenniter & in carne uiuit, licet prius in ea infirmus fuerit. *Nam & nos infirmi ſumus in illo* .i. nos apoſtoli in eius prædicatione plagas infirmitatis ſuſtinemus, dum pro eius nomine cædimur & uarijs iniurijs afficimur; *ſed uiuemus cum eo* .i. in ſimili beatitudine reſuſcitati ad æternam uitam *ex uirtute dei*. Virtute enim dei reſurgemus, ut ſemp̄ cum Chriſto uiuamus. Et hoc *in nobis*, qa mors martyrum floret in fide populorum. In uobis .i. in cordibus ueſtris uiuemus cum Chriſto, quia intelligeris nos uiuere cum eo. Non eſt ergo mirum, ſi Chriſtus ex uirtute diuinitatis uiuit, cum & nos qui multo minores, ex eadem uirtute uicturi ſimus.

Voſmetipſos tentate, ſi eſtis in fide, ipſi uos probate. An non cognoſcitis uoſmetipſos, quia Chriſtus Ieſus in uobis eſt, niſi forte reprobi eſtis?

¶ Dixi quia nos uiuemus in uobis. Nā fidem accepiſtis à nobis. Et ideo *tentate* .i. diſcutite & proba-
te *uoſmetipſos, ſi eſtis in fide*; & ſi uos eſſe in fide uideritis, tunc nos in uobis uiuere cognoſcatis. Dupa auditis qa nos pro fide tot tribulationes patimur, tentate, .i. probate uoſmetipſos: & ſi eſtis in fide, *ipſi uos probate*. Aeſi dicatur: Perſequutionū cerramina ad mentē reducite, & cordis uſi intima atq; occulta penſantes, quales inter ſupplicia ualeatis exiſtere, munite. *An non cognoſcitis uoſmetipſos*, id ē, non cognoſcitis quales ſitis intus, ſcilicet *quia* per fidem quam à nobis accepiſtis, *eſt Chriſtus teſtis in uobis*? Qui enim fidei ſenſum in corde habet, hic ſcit Chriſtum Ieſum in ſe eſſe. Et uos ita ſcitis eum in
D uobis eſſe, *niſi forte reprobi eſtis*. Hoc eſt em̄ reprobum eſſe, neſcire fidē profeſſionis ſuæ. Reprobus enim eſt .i. retro à probitate alienus, qui probitatem fidei & bonæ operationis quā in baptiſmo accepit, ignorat uel deſeruit. Et uos cognoſcitis qa per ſenſum fidei & per affectum dilectionis, ac ſtrenuitatem rectæ actionis eſt Chriſtus in uobis, niſi forte reprobi eſtis, id eſt, ab eo quod prius cæpiſtis, retro conuerſi & à deo reiecti.

Spero autem quod cognoſcetis, quia nos nō ſumus reprobi. Oramus autem deum ut nihil mali faciatis, non ut nos probati pareamus, ſed ut uos quod bonum eſt faciatis, nos aūt ut reprobi ſimus. Non em̄ poſſumus aliquid aduerſus ueritatē, ſed p̄ ueritate. Gaudemus enim qm̄ nos infirmi ſumus, uos aūt potentes eſtis. Hoc & oramus uīam conſūmationē. Ideo enim hæc abſens ſcribo, ut non præſens durius agam ſcdm poteſtatē quam dominus dedit mihi in ædificationē, & non in deſtructionē.

¶ Prouocat eos ad ſcientiam fidei & rectæ uitæ. Cum em̄ cœperint ſcire Apoſtoli ſui certam autoritatē & meritum apud deum, poterunt & ipſi eiſca ſe eſſe ſolliciti. In uobis (inquit) habitare Chr̄m cognoſcitis, niſi forte reprobi eſtis. Sed quieqd de uobis ſit, de nobis *ſpero quod* amodo cognoſcetis, *quia nos non ſumus reprobi*, ſed electi dei. Dum enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

falsos apostolos nobis prę ferretis, illos putabatis diuinitus electos esse, nos aũt reprobatos. Sed spero quia p huius epistolæ doctrinam cognoscetis, quod nõ nos, sed illi sunt reprobi: & ideo relictis illis, monita nostra sequemini. Vel qui Chr̃m in nobis tentabatis, uolentes experiri si possemus in peccãtes uindicare, spero quod cognoscetis quia nos non sumus reprobi, i. per aliquã culpam à nostra potestate priuati, cum uideritis nos delinquẽtes apud uos potenter arguere. Sed *oramus deum* ut hoc nõ eueniat, oramus deum *ut nihil mali faciatis*, propter quod sit necesse ut à nobis arguamini. Poterat dicere, monemus uos ut nihil mali faciatis. Quod quidẽ si diceret, certum diceret: quia & uoluntas nostra aliquid agit, sed sola nõ sufficit. Maluit tamen dicere, oramus, ut gratiam cõmendaret, ut intelligerent quando non faciunt aliquid mali, nõ sua uoluntate sola se uitare malum, sed adiutorio dei implere quod iussum est. Oramus (inq;) deum, sine quo nihil ualet humanæ uoluntatis arbitrium, ut nihil mali faciatis, *non ut nos probati appareamus*. i. nõ ut in autoritate uideamur uobis peccãtibus: *sed* potius *ut uos quod bonũ est faciatis, nos* aũt *ut* quasi *reprobi simus*. i. quasi sine potestate. Nõ orat ut ipse sit reprobus, sed ut his bene agentibus, dum non audent corripere, quasi humilientur, & humiliati uel reprobi appareant. Probati enim à deo uidentur, dũ iudicant peccatores auB toritate cõcessa. Si ergo quos iudicent nõ sint, cessante in his autoritate, quasi reprobi uidẽt. Nam ne putentur & iniuste posse dãnari, apte subditur: Non em̃ possumus &c. Simus, inquit. i. pareamus reprobi, nõ habentes quod uindicemus. *Non enim possumus aliquid aduersus ueritatem*. i. potestas non est nobis data cõtra ueritatem, ut arguamus eos qui in ueritate ambulant. i. bene uiuunt: *sed pro ueritate* tuenda, ut uindicemus in eos qui inimici sunt legis. Ideoq; cessabit potestas, si illi quod bonum Rom. 13 est fecerint. Vnde Romanis dictum est: Vis nõ timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Qui ergo potestatem non timet, bonũ operando, euacuata est apud eum potestas. Hoc est quasi reprobum esse, qa hoc in eo cessat, unde probatur potestas. Ob hoc aũt oramus deum ut nihil mali faciatis, quia *gaudemus nos quoniam sumus infirmi*. i. quod non est necesse ut nostra uirtus appareat puniendo peccantes. Hoc est em̃ infirmari, potestatem non exercere. Gaudemus, si nos tales infirmi sumus: sed *uos potentes estis*, id est, si bene agentes uitia uincitis, ut prohibeatis à nobis animadictam aut correptiõem. Tunc em̃ potentes estis, quando uitijs fortiter prævalentes, potestat ẽ nostram non timetis. Hoc etiam *oramus* agere *uestram consummationem*. i. rogamus uos ut in eo pbetamini, ne peccetis, consummati in uirtute bonæ uitæ & incorrupta fide. Et qa id uolo atq; oro, *ideo hæc* quæ ad correptionẽ uestram dixi, *scribo uobis absens, ut* cum fuero *præsens non agam* i uobis *durius* cũ uolo, ut scilicet correctiores inueniam uos, & non coram hominibus increpem cum pudore, ne qui peccauerunt erubescant in cœtu fraterno. Hæc scribo, ne durius cũ uultis agam *secũdum potestatem* C arguendi & puniendi reos, *quam dominus mihi dedit in ædificationem, & non in destructionem*. i. ut per hanc subiectos meos ædificem, & nõ destruam. Si em̃ peccata illorũ reliquero impunita, destruã, & non ædificabo: item si bene agẽtes puniero, destruam, & non ædificabo. Sed ita discrete exercenda est hæc potestas ad ędificationẽ, & non ad destructionem, ut bene agentes ad meliora horremur, & male agentes arguamus, ut correpti ædificent. Non em̃ destruuntur, qui arguũtur ut se corrigant, sed potius ædificantur. Sic exercenda est potestas, ut & pœnitẽtes absoluamus, & impœnitẽtes uinculo anathematis astringamus. Qui aliter agit, puerile utit hac potestate, & in oculis dei se priuat ab ea.

De cætero fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini, idipsum sapite, pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit uobiscum.

¶ Hucusq; uos ad dilectionẽ & correctionẽ monui, ut de his q̃ hactenus male egistis, corrigamini. Sed *de cætero*. i. de reliquo uitæ uestræ spatio, *gaudete*. i. de conscientia bonorum meritorũ gaudium habete, & peccata de quibus iterum contristari nec esse si, cauete. Et ut gaudere possitis, *estote perfecti* in bonis operibus. Et ut perfecti sitis, *exhortamini* D alius alium, ut unusquisq; magis magisq; proficiatur in pfectione uirtutum. Et in ipsa perfectione, *idipsum sapite* omes, ut non sit inter uos ulla dissensio, sed unum sentiatis. Vel certe uos perfecti exhortamini minores ad eandem pfectionem, & uos minores idipsum sapite quod maiores, ne ab eis iam dissentiatis. Et oẽs tam maiores quam minores, *habete* simul *pacem*, ne sit amplius in uobis prior discordia, sed sicut unius corporis membra sitis adinuicem oẽs concordes. Et si hæc feceritis, tunc *deus pacis & dilectionis*, id est, Christus, *erit uobiscum* adiutor in omnibus & director. Christus em̃ est deus pacis & dilectionis, quia dixit suis, Pacem meam do uobis. &, Hoc est præceptum meum ut diligatis inuicem. Cum quibus ipse est, sicut ait: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

Salutate inuicẽ in osculo sancto. Salutant uos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus uobis, Amen.

¶ Vt pax sit inter uos, *salutate inuicem in osculo* non doloso uel libidinoso, sed *sancto*, id est, in Christo, uera pace pleno & casto. Et sic facere libenter debetis, qa ita optant *omnes sancti*. *Salutant* enim uos, ut ex uoto salutationis eorum proficiatis, & ipsorum sanctitatẽ imitemini. Illi uos salutant, & ego affectuosius, dicens: *Gratia domini nostri Iesu Christi*, qua gratis peccata condonantur atq; salus tribuA tur, & *charitas dei* patris, qua nos ita dilexit, ut unigenitũ suũ pro nobis in mortẽ daret: *& communicatio sancti spiritus*, qui in utraq; re. i. in prędicta gra
Iohan. 3. & charitate cõmunicauit Christo & deo, cõmuniter & pariter operans cum illis humanam salutem, *sit cũ omnibus nobis* maioribus atq; minoribus seu mediocribus. Trinitatis hic complexio est, & unitas potestatis, quæ totius nostræ salutis perfectio est. Charitas enim dimisit nobis saluatorem Iesum, cuius gratia saluati sumus: & ut possideamus hanc grãtiam salutis, cõmunicatio facit spiritus sancti. Hæc enim dilectos à Deo & saluatos gratia Christi tuetur, ut trium perfectio, consummatio sit hominis in salute.

PRAEPATIO IN EPISTOLAM *ad Galatas.*

GAlatia est regio in Asia, cuius incolas Paulus ad fidẽ conuertit, ac bonis moribus informauit. Cũq; recessisset ab eis, ut & alijs gẽtibus more suo prædicaret, uenerunt pseudo apostoli, & p̃dicantes eis carnalẽ legis obseruationem, intantum eos subuerterunt, ut illorum sentẽtijs assensum uerbo & fauore, necdũ re menopere præberent, ita ut circumcisionẽ & sabbatum, neomenias quoq; & cætera huiusmodi uellẽt obseruare. Nam p̃dicti seductores multis modis suadebant eis carnales obseruãtias, dicẽtes fidẽ Chr̃i non posse sufficere ad plenã iustificationẽ & salutem, nisi ex antiquo more seruarẽt. Et ideo suadere facilius poterant, qa Petrus & cæteri apostoli, qui cũ dño fuerant, gemiserunt ad rẽpus iudaizare primitiuam ecclesiã, ne scandalũ iudæis facerent. Non enim mox potuer̃t destruere iudaB ismũ, sed paulatim ad ueritatis synceritatẽ Iudæos conuerterunt: qa si in primo aditu oẽs ritus illorũ inciperẽt destruere, fidẽ ũram potius abhorrerent q̃ susciperent. Paulus uero qa gentibus nullũ ritũ Mosaicæ legis habentibus p̃dicabat, discipulos suos nullatenus iudaizare sinebat, sed mo obseruãtia euãgelicæ ueritatis eos instruebat. Propterea pseudo magistri dicebant circumcisionem esse necessariã, qm̃ magni apostoli q̃ à dño Iesu instituti fuerant, hanc p̃dicabant, qd tñ nõ faciebant, sed ꝓpter scandalum euitandũ intentione bona hanc adhuc seruari pmittebant. Et ideo pessimi deceptores occasiõe inde accepta, circũcisionẽ & carnales obseruantias illos p̃dicasse dicebant, at q̃ Paulũ, qm̃ easdem obseruantias destruebat, inquantũ poterant deprimebant, dicẽtes: qa non uiderat Chr̃m, & quia aliud q̃ cæteri apostoli qui dñm uiderãt, prædicabat euangeliũ, & ita nullo mõ illi esse credendũ. Intendit itaq; nunc Apostolus ab Epheso scribens, redarguere Galatas qa pseudo apostolos receperant, & p̃dicatiõi eorũ assensum p̃bebant, uolentes circũcidi & rigorẽ legis obseruare. Et prius insistit ac immoratur in autoritatis suę cõmendatione, ut postea maius põdus habeant uerba sua. Nã facta sui cõmendatiõe, ingredit carnales obseruantias multis modis & rationibus disputando destruere. Post sẽdam ad Corinthios hæc cõgrue locata est, qm̃ affinitatẽ quandã cũ illa obtinuit in mõ reprehensiõis. In utraq; em̃ reprehenduntur, qui pseudo apostolos recipiebant, & eorũ prędicationi, post posito ueritatis apostolo, adquiescebant. Et ob hoc etiam, quia in illa Corinthij reprehẽduntur non solũ ex receptione pseudo apostolorum, sed etiam qua multis & uarijs uitijs erant irretiti. Galatæ non alia de causa redarguuntur in ista, nisi quia pseudo apostolorum falsi rati sine aliqua ratione animũ implicabant. Ideo & ista sequitur post illam, quia cum in illa niteretur Apostolus in carnalium obseruantiarum destructionẽ, in ista fortius ad earũ tẽdit adnihilationẽ. In illa multis modis denotat pseudo apostolos, in ista anathematizat illos. C

EPISTOLAE PAVLI AD GALATAS
CAPVT I.

PAulus apostolus non ab hoibus, neq; p hominem, sed per Iesum Chr̃m & deũ patrẽ, q̃ suscitauit eũ a mortuis, & q mecũ sunt oẽs fratres, ecclesijs Galatiæ. Gra uobis & pax a deo pr̃e nr̃o & dño nr̃o Iesu Christo, qui dedit semetipsum, p pcãtis nr̃is, ut eriperet nos de p̃senti seculo nequã, secundũ uoluntatẽ dei & pr̃is nostri, cui est gloria in secula seculorũ, Amẽ.

¶ Vt ipsũ recognoscant eũ qui mittit, præponit nomen suũ, quod est *Paulus*: & nomen officij sui uel dignitatis subiũgit. i. apostolus. Vult em̃ illorũ autoritate sua ad se audiendũ constringere. Illis nanq; (sicut dictũ est) primo prędicauerat, & eorũ apostolus erat. Quasi d. Vos Galatæ abijcite mendaciũ & fictorũ falsitatem, ac sub specie ueri superinfusam simplicitati uræ uenenositatẽ, & ad apoD stolum ũm qui doctor est ueritatis, intendite: qa Paulus, qui interpretat electus uel mirabilis, scribit uobis, & cuius nomen p multas ecclesias in autoritatẽ recipit, quod nõ est de pseudo apostolis, quia nec electi sunt diuinitus, nec in opatione signorum mirabiles existunt, nec ullius autoritatis apud fideles sunt. Et *apostolus*. i. uere missus, scilicet non usurpans officium alterius, qm̃ uerius existit apostolus. Pseudo autem apostoli inuadunt aliorum officia, nec mittuntur, sed impudenter se ingerunt, & innocentium corda sub ueritatis specie fallũt. De quibus per Ieremiam dominus ait: Nõ Iere. 14. misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos. Et iterũ: Non mittebam eos, & ipsi curebant; non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Iere. 23. Ideoq; nullatenus est eis adquiescendum. Paulus uero (ut dictũ est) apostolus est, id est, missus *non ab hominibus*, sed à deo. Quatuor modis fit apostolorum, id est, missorum electio. A deo, & non ab hominibus: à deo & ab hominibus: ab hominibus, & non à deo: nec ab hominibus, nec à Deo, sed à diabolo uel à seipso. A deo, & non ab hominibus, sicut Moyses & Aaron diuinitus missi sunt Exodi. 4 ad Pharaonem. A deo & ab hominibus, sicut Iosue & Caleb missi sunt ad explorandam terram. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Ab hominibus & non à Deo, sicut factum est, Num. 13 qm̃ pharisæi consilium inierunt ut caperẽt Iesum Deute. 1. in sermone, & miserunt ei discipulos suos cum Mat. 22. Herodianis, dicẽtes: Magister, scimus quia uerax Marc. 12 es &c. Nec ab hominibus, nec à deo, sed à diabolo uel à seipsis, sicut pseudo apostoli, qui instigante satana, sine electione se ingerunt, & in aliorum Luce. 10 1. Iohã. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

messem mittere falcem præsumunt. Paulus itaq; in primo gñe electionis inuenitur: quia nõ ab hominibus, ut ab apostolis: neq; per hominem, ut p Ananiam, qui baptizauit eum, est electus in apostolum, sed per Iesum Christum, & per deum patrem: nec per mortalem Christum, sicut Petrus et Andreas: sed per immortalem, quia pater suscitauit eum à mortuis. Per hoc quod præmittit Christum, & subiungit patrem, innuit eum esse patri æqualem, & quod nullus ad patris gratiam pertingit, nisi per eum, sicut ipse dixit: Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Priores apostoli sunt electi per Christum adhuc ex parte hominem. i. mortalem. Paulus uero nouissimus apostolus per Christũ iam deũ totũ, id est, ex omni parte immortalem. Hoc enim ait: non ab hominibus, *neque p hominem, sed per Iesum Christũ & deũ patrem*, quasi Christus Iesus non sit homo. Sequitur enim, qui suscitauit eum a mortuis, ut hinc appareret cur dixerit, neq; per hominem. Proinde propter immortalitatem iam nunc nõ homo Christus deus, propter substantiam uero naturæ humanæ, in qua ascendit in cælũ, & mediator dei & hominũ homo Christ9 Iesus. Per quod innuitur, quia cũ Paulus differret a primis apostolis ex eo quod dñm in carne non uiderat, nec ei in terra degenti cũcæteris adhæserat, suppletum est sibi ex ipsius Christi dignitate, quod deerat ex tempore, quia elect9 est ab immortali & impassibili, ac p hoc adæquatur prioribus apostolis. Illi enim tam longo tempore Christum sequentes, uix potuerunt discere euangelium: hic autem breui spatio raptus in tertium cælum & in paradisum, non solum didicit inter angelos quæ docturus erat inter homines, sed & audiuit arcana uerba, quæ non licet homini loqui. Huius enim apostolatus consecratus est in cælo, cæterorum autem in terra. Quia ergo electus non est ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, non mortalẽ sicut præcessores apostoli, sed resuscitatum & per deũ patrem, acquiescendum est incũctanter dictis eius, non falsitati pseudo apostolorũ. Ac si dicat: Paulus talis & ita electus, scribit *ecclesijs Galatiæ*, id est, conuenticulis fidelium, quæ sunt localiter in illa prouincia quæ uocatur Galatia, moraliter uero in transmigratione, quoniam ad seruitutem legis ex libertate gratiæ cœperunt transmigrare. Galatia nanq; interpretatur transmigrata, uel transmigratio. Et apte sic interpretatur eorum regio qui ad perfidiam a fide migrauerunt, ut & ipsa terra quam inhabitant, nomine suo testetur instabilitatem eorum. Ego Paulus eis scribo, *& omnes fratres qui sunt mecum*, quos constat esse magnos apud deum & apud ecclesias, qui de eorum subuersiõe sunt uehementer contristati. Quod ponit omnes fratres, retrahit multũ illos ab errore: quia ostendit non tantum sibi displicere, sed etiam multitudini prædicatorum, quos Galatæ sic diligebant, ut eos nollent offendere. De Apostolo em̃ fortasse parum curarent, quia magnam deo suspicionem fecerant illis, pseudo apostoli, male loquentes de illo. Idcirco ponit omnes qui secum erant, ut uel propter illos Galatæ resipiscerent: qa citius resipiscit, qui suum errorem multis & maxime amicis displicere intelligit. Facta commendatione, ostẽdit eis optationem salutis ipsorum, subdens: *Gratia & pax sit uobis a deo patre nostro, & a domino nostro Iesu Christo*. Ac si dicat: Quod uobis dico uel dicturus sum, nõ uenit ex maleuolo animo, sed ex nimia dilectione & uestræ correptionis solicitudine. Quod ex hoc patet, quia opto ut non ira & discordia, sed gratia & pax sit uobis a patre & filio. Meruistis enim iram, quia abiecistis gratiam: & amisistis dei pacem, quia feci stis discordiam: sed nunc rogo, ut finita ira dei, quæ super uos redijt, & discordia qua rebellare cœpistis, sit uobis recõciliatis gratia dei, qua uobis peccata remittantur, & familiaris dei amor tribuatur: et pax, qua semper eius uoluntati mente & operibus concordetis. Et hæc gratia & pax detur uobis non a carnali obseruantia legis, sed a deo patre & a Christo eius, qui Christus est noster dominus, qui dominium super nos acquisiuit, ubi nos de manu seductoris eripuit. Nam *semetipsum dedit* hostiam *pro peccatis nostris* delendis, nullas legis oblationes quærens, *ut* iusto sanguine suo principem iniquitatis potenter uinceret, ac *nos a* iugo eius liberãs, *eriperet de præsenti seculo nequam*, ubi tot laqueos adhuc tendit ille deceptor. Nequam dicitur hoc seculum, tum quia seculum est inuitans nos ut illud sequamur, & generans nequitias ex cõcupiscentijs suis in cordibus sequentium suorum: tum quia nostris sensibus quinque præsens est, offerẽs se nobis per illecebras suas ad uidendum non uidenda, & audiendum non audiẽda, sicũq; de cæteris sensibus. Vel dicitur nequã, propter nequissimos homines qui in eo sunt, sicut mala domus quæ malos habet habitatores. Dedit (inquã) se dominus ut nos eriperet, & hoc *secundũ* piam *uoluntatem dei & patris nostri*, quia non legalibus sacrificijs, sed oblatione corporis Christi cõpleta est patris uoluntas, qui in hac ereptiõe nostra se deũ & patrem nostrũ esse declarat. Nã qui per unigenitum suum nos creauerat, per eundem post lapsum culpæ, ad antiquam uel sublimiorem dignitatem reducit, & affectu paternæ dilectionis nos in adoptiuos filios assumit. *Cui pro* hac ereptione uestra *est gloria* cum eodem filio & spiritu sancto, perseuerans *in secula seculorũ*, id est, in uniuersitatem æternitatis. *Amen*, id est, uere.

Miror q̃ sic tam cito transferimini ab eo, q̃ uos uocauit in gratiã Christi, in aliud euangeliũ: quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui uos conturbant, & uolunt conuertere euangeliũ Christi.

¶ Qui in alijs epistolis a gratiæ actione & laude solitus est incipere, in hac incipit a redarguti one. Mẽtes enim duræ, nisi aperta essent increpatione percussæ, nullo modo malũ cognoscerent quod egissent. Nam sæpe hi qui impudentes sunt

tantum se peccasse sentiũt, quantum de peccatis quæ fecerunt, increpãtur: ut minores culpas suas æstimẽt, quas minor inuectio castigat: & quas uehementer obiurgari uiderint, maiores esse deprehendant. Vñ necesse est ut semp̃ sermo prædicantis cum auditorũ debeat qualitate formari, ne aut uerecundis aspera, aut impudentibus leuia loquatur. Hoc itaq; Paulus oñdens, alios leniter inchoat alloqui: Galatas uero, quos à fide discessisse cognouerat, ab ipso epistolæ exordio post salutationem inuehendo redarguit. Et etiam quia oẽs erãt subuersi, uel iã in ipso motu, de quibus gras ageret non habebat: ideo uelut ex quadã mẽtis commotione de illorũ subuersione incipit, ut per hoc citius eos reuocet, & quasi ex abrupto inchoat. De re enim magna & insolita mirari consueuimus. Et idcirco ut oñdat eos deũ grauiter offendisse, subito uelut abruptum ponit initiũ, dicens: *Miror quod* uos prius in fide & bonis operib9 instituti, nunc *transferemini sic*. i. ita incaute & temere à noua libertate ad antiquam seruitutem, *tam cito*, id est, tam breui spatio temporis: quia si per longi temporis assiduitatem seduceremini, non esset tãmirum, sed nunc est ualde mirandum. Non air, translati estis: sed transferimini, oñdens eos nondum ad hoc peruenisse, ut Iudaicum ritum susciperent, sed in ipso motu peruenienditã esse. Trãsferimini, inquit, & hoc non à malo ad bonũ, sed à bono ad malum: qm̃ *ab eo* patre, *qui uos* gratuita bonitate sua *uocauit in gratiam Christi*, id est, in remissionẽ pcatorum & iustificatiõem, quæ in Chro datur fidelibus, transferimini *in aliud euangelium*, id est, in aliud dogma quod à pseudo apostolis prædicatur, & uidet uobis esse euãgelium, id est, bonum nuncium, *quod* tñ *aliud non est* euangeliũ, quia non potest aliud esse, nisi illud quod prædico. Quod autẽ pseudo apostoli prædicant, Antichristi prænunciatio est, non euãgelium Christi. Non est (inquam) aliud euangelium præter illud quod prædico, *nisi sunt aliqui qui uos conturbant*, id est, nisi quantum ad reputationem illorũ, qui more lympidæ aquæ mentem reddunt uestram turbulentam. Vel quod transferimini non est aliud, nisi hoc quod sunt aliqui qui uos conturbant, id est, qui syncerã uestræ fidei sensum admixtione falsitatis fœtidum ac cœnosum faciunt, *& uolunt* etiam *contemnere euangelium Christi*, id ẽ, cum carnales obseruantiæ conuenienter sint uersæ in euangelium Christi, hoc est, umbram in ueritatem, ipsi uolunt ordine contrario ueritatẽ ad umbram uertere, ut euangelium adnulletur, & carnales obseruantiæ teneant. Vel transferimini in aliud euãgelium, in testamenti ueteris obseruantiam, quod tñ nõ est aliud. i. non est diuersum à nouo. Si em̃ spũaliter intelligatur uetus, nihil discrepat à nouo. Non est (inquam) aliud, nisi sint aliqui qui uos cõturbãt, id est, si desint illi qui carnaliter & peruerse illud exponunt, intelligitis uetus nihil esse aliud in seipso q̃ nouum. Conturbant enim uelut aquã mentem uã̃m, ne puritatẽ habeatis aquæ illius, quæ de Iesu uentre fluit credentibus: & in aliũ sensum cõuertere euangeliũ, q̃d fieri non potest, cum Iohannes dicat: Vos q̃ audistis ab initio, maneat in uobis. Vñ per scripturas sanctas euãgelium æternum & testamentum æternum appellat, proeo quod nunq̃ mutabitur, sicut testamentum uetus est mutatũ: sed ut à Christo datum est, p manebit.

Iohan. 7.
1. Ioh. 2.

Sed licet nos aut angel9 de cælo euãgelizet uobis, præterq̃ q̃d euangelizauimus uobis, anathema sit. Sicut p̃dixim9 et nũc iterũ dico: Si q̃s uobis euãgelizauerit p̃ter id q̃ accepistis, anathema sit.

¶ Ipsi uolunt (ut diximus) euangelium conuertere. Sed quicunq; illi sint, oẽs anathematizentur. Quod non de quibuslibet nunc ita dico, sed etiã de me ac socijs meis, etiam de cælesti angelo: quia si euangelizaremus uobis aliud euangelium, anathematizandi essemus. *Licet* em̃ *nos* ipsi uellemus ea quæ uobis prædicamus, immutare, non esset nobis credẽdum: *aut licet angelus de cælo* uisibiliter ueniens *euangelizet*, si fieri queat, *præterq̃* hoc *quod euangelizauimus uobis*, *anathema* (id est, condemnatus) *sit*. Non se tantum mõ, sed etiã angelũ posuit, ne si illos seductores posuisset, causa inuidiæ fecisse uideretur. Et per hoc ostendit, quia si ipse uel summus angelus pro annunciatione falsi dogmatis anathematizandus esset, multo magis pseudo apostoli. Vñ sentẽtiam reperit ac ualidius confirmat, dicens de quolibet, q̃d de se & angelo dixerat: *Sicut prædiximus*, inquit, ego & oẽs qui mecum sunt, ita *& nũc iterũ* repetens *dico*: *Si quis* uel hõ uel angel9, quicũq; ille sit, *euãgelizauerit uobis præter id quod accepistis*. i. prædicauerit aliud q̃ quod uobis tradidimus, ut in prædicatione sua excedat regulam fidei quã didicistis, & exorbiter de uia ueritatis quam à nobis accepistis, *anathema sit ille*. i. condẽnatus. uel anathema. i. alienatus ab ecclesia dei. Anathema quippe condemnatus interpretatur, siue alienat9 uel alienatio. In eo autem quod ait, licet nos aut angelus &c. uidebat posse fieri ut ali qui ex his qui apostolicæ perfectionis esse creduntur, adhuc deuient ad falsitatis annunciationẽ. uidebat posse fallacẽ mediatorẽ transfigurare se in angelum lucis, & aliquid falsum annunciare.

2. Cor. 11

Modo em̃ hoĩbus suadeo, an deo? An quærò hoĩbus placere? Si adhuc hominibus placerẽ, Christi seruus nõ essem.

¶ Quasi aliquis diceret, Tu Paule, cur sic aspere loqueris? Ideo ponit istud, ac si dicat: Merito sic loquor. Quia *suadeo modo hoĩbus, an deo?* id est, fit nũc suasio & exhortatio & prædicatio mea ad hominum uoluntatẽ & honorificentiam, an ad dei uoluntatẽ & gloriam? Non ad hominũ, sed ad dei gloriam spectat, quod ego nunc uobis suadeo. Olim uero seruiebat suasio mea uolũtati hoĩm, cum ob gratiam pontificum traherẽ Christianos, & suaderẽ illis ut à Christo recederent. Sed increpando loquitur Apostolus per interrogationẽ. Vnde & adiungit: *An quæro hominibus placere*, sub-

Universidad de Deusto
Biblioteca

audiſtis ſicut olim quærebã placere Iudæis, cum à
A principe ſacerdotũ literas accepiſſem pergens Da
Actũ.9. maſcũ: Nequaq̃ illis iam placere q̃ro, quia *ſi adhuc*
poſt baptiſmũ placerem hoĩbus, prædicando carna-
les obſeruantias, tunc *non eſſem Chriſti ſeruus*, i. non
ſeruiſſem ſpiritalia Chri præcepta. In oĩbus his
cõtrarius eſt Paulus pſeudo apoſtolis, q̃m ſuaſio
illoꝝ ſpectabat ad honorẽ hoĩm, non ad dei glo-
riam, dũ ſuaderẽt credi, hoĩem poſſe iuſtificari ex
opibus legis, non ex fide Chri: & ipſi q̃rebant ho
minibus placere .i. pfidis Iudæis, ob quoꝝ gr̃am
ſe p mundũ diſperſerant ad ſubuerſiõem fideliũ.
Aliter quoq; poteſt intelligi q̃ Apoſt. nõ quære-
bat hoĩbus placere, quia non hoc in ſuis operibus
intendebat, ut ipſe laudaret ab hoĩbus, ſed ut per
ea quæ faciebat, glorificaret deus. Quiſquis em̃ ſe
apud hoĩes iactat, & ita uentilat bona opa ſua, ut
finẽ eorundẽ operum in laude hoĩm ponat, ean-
dẽq; laudẽ hominũ quaſi mercedẽ cõputet ope-
rum ſuoꝝ, necdum Chriſti ſeruus eſt. Quiſquis
uero bona quæ facit aut loquit̃, idcirco placere
cupit hoĩbus, ut eos ad imitationẽ bonæ cõuerſa-
tiõis trahat, uel ad dei laudẽ corda coꝝ accendat,
non hominibus q̃rit placere, ſed deo. Hoc etem̃
modo Paulus placebat hominibus, qui ſe alibi p
1Cor.10 oĩa omnibus placere teſtatur. Sed quia hypo-
B critarum more, qui trãſitorias laudes, non ſalutẽ
midentium ex ſuis operibus quærũt, nolebat ho-
minibꝫ placere, ideo nunc ſe illis placere denegat.

Notum em̃ uobis facio fratres euãge
1Cor.15 lium, quod euangeliũ eſt a me, quia nõ
eſt ſecundum hominem. Neq; em̃ ego
ab homine accepi illud, neq; didici, ſed
per reuelationem Ieſu Chriſti.

¶Superius dixerat ſe apoſtolũ eſſe, nõ ab homi-
bus, neq; hoĩem, ſed per Ieſum Chm̃: & hoc nũc
probat, ſuamq; pſonam cõmendat, ut ea quę poſt
dicturus eſt, accipiant ut authentica. Multũ enim
p pſeudo apoſtolos imminuta fuerat apud Gala-
tas eius autoritas. Non ſum (inquit) miſſus ab ho
mine, ſed à Chriſto: nec ſuaſio mea uoluntati ho-
minum famulat̃, ſed dei: quia nec doctrinam quã
prædico, accepi ab homine, ſicut uos putabatis.
Nam mõ *notũ facio uobis o fratres*, quod ignoraba-
tis, ſ. quantæ autoritatis ſit *euangeliũ*, *quod* tam uo
bis q̃ aliis *euangelizatũ*. i. prædicatũ *eſt a me*, *qa non*
eſt ſecundũ autoritatẽ alicuius hominis, ſed potius
ſecm autoritatem ipſius Chriſti. *Neq; enim ego ab ho*
mine illud accepi. i. non eſt mihi iniunctum ab hoĩe.
Quia uero poſſet non iniunctũ fibi fuiſſe ab hoĩe,
idcirco addit: *neq; etiã didici* illud ab homine. Non
ab homine didici, *ſed p reuelationem Ieſu Chriſti*. Ipſe
me docuit, ipſemet iniunxit mihi. Hic oñdit quia
ſicut antiqui prophetæ de futura Chriſti incarna-
tione, paſſione ac reſurrectione & aſcenſione per
ſpm̃ prophetiæ ſunt docti, ſic ipſe hæc omnia de
Chro iam præterita, per eundẽ prophetiæ ſpm̃,
ipſo Chro docente, cognouit. Spũs enim prophe
tiæ non ſolum ex futuro tangit animum prophe
tizãtis, ſed etiam ex præterito, ſicut nũc declarat̃

animũ Pauli terigiſſe. Nam & Moyſes de præteri C
ris prophetauit, dum ea ſcriberet quæ facta ſunt
in principio mundi, poſtq̃ homo creatus eſſet.

Audiſtis em̃ cõuerſationẽ meã aliq̃n
in Iudaiſmo, q̃m ſupra modũ pſeque-
bar eccleſiã dei, & expugnabã illam, et
proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos
coætaneos meos in gñe meo, & abũdan-
tius æmulator exiſtens paternarũ mea-
rum traditionum.

¶Ad cõmendationẽ ſui, probat à partibus quia
nõ didicit euangeliũ ab homine. Nõ didici (inq̃t)
ab homine; nã nec ante cõuerſionẽ meã, nec poſt
cõuerſionẽ. Ante converſionem non didici, ſed
potius perſecutꝰ ſum eccleſiam. Hinc enim patet
quia tũc euangeliũ non didici, cuius eram inimi-
cus. *Audiſtis enim* & uoſipli *converſationem meã* quæ
fuit *aliquando in Iudaiſmo*. i. in Iudæoꝝ religiõe, *quo-*
niam ſupra modũ cæteroꝝ Iudeoꝝ *pſequebar eccleſiã*
dei zelo legis accenſus, fugando ſctõs & ad pœnã
trahẽdo uinctos, *& expugnabam illam*. i. deuaſtabã,
cupiẽs ipſam prorſus delere. Vel ſupra modũ pa
tientium, i. ſupra q̃ dꝫ poſſent fideles pati. & hæc
agens *proficiebam* ſcdm ſciẽtiam & obſeruantiã le- D
gis carnalẽ *in Iudaiſmo*. i. in ritu Iudaico: quia & car- Actũ.22
naliter intelligebam ſcripturas, magiſq; ac magis
ipſas obſeruabam. Et hoc non ſupra ſenes, qualis
erat Gamaliel magiſter meus & cæteri tales, q̃ ui
deretur miꝝ: ſed *ſupra multos coætaneos meos*, nõ ſu-
pra oẽs qui erant ætatis meæ, & non proſeliti, ſed
in genere meo. i. in filijs Iſrael. Et qa plus intelligen-
do & adimplẽdo proficiebã, ideo & *abũdantius ex-*
iſtebam *æmulator paternarũ mearũ traditionũ*. i. ſer-
uentiori zelo conabar ulciſci in eos, qui ad euãge
lium converſi, uiolabant traditiones ſenioꝝ q̃s à
parentibus acceperã. Vel oĩa legis mandata car
nalia paternæ traditiones uocant̃, quia prius erãt
mandata dei: ſed nunc ſunt traditiones hominũ,
poſtquam ueritas apparens umbram repulit.

Cũ aũt placuit ei q me ſegregauit ex
utero mr̃is meę, & uocauit p gr̃am ſuã,
ut reuelaret filiũ ſuũ in me, ut euangeli
zarẽ illũ in gentibus, cõtinuo nõ acqui
eui carni & ſanguini: neq; ueni Hiero-
ſolymã ad anteceſſores meos apoſto-
los, ſed abĩi in Arabiã, & iteꝝ reuerſus
ſum Damaſcũ. Deinde poſt annos tres
ueni in Hieroſolymã uidere Petrũ, &
manſi apud eũ diebus quindeciu. Aliũ
aũt apoſtoloꝝ uidi neminem, niſi Ia co
bum fratrem dñi. Quæ autem ſcribo
uobis, ecce corã deo, quia nõ mentior.
Deinde ueni in partes Syriæ & Cilicię.

¶Probauit ſe ante converſionẽ euangeliũ nec

quaquã didiciſſe, & incipit probare q̃a poſt cõuer- A
ſionem hoc nõ didicit ab hoĩe. Hoc modo (inq̃t)
me habui ante cõuerſionem, unde patet quia tũc
euangelium nõ didici: ſed poſtquã placuit deo ut
cor meũ illuminaret & cõuerteret, alio more ui-
xi, in q̃ rurſum apparet, quia nec tũc, nec poſt ab
hoĩe didici. Et hoc eſt: *Cum aũt placuit ei* benigno
patri &c. Placuit hoc deo. i. non fuit hoc meritum
meum, ſed ſolũ dei placitum: *q me ſegregauit*. i. ſe or
ſum à maſſa perditoꝝ ſecreuit, *ex utero matris meæ*
. i. occulto conſilio pietatis ſuæ iam me eligens. Et
hic notat̃ gratuita dei miſericordia. Quaſi dicat:
Antequã aliquid boni egiſſem, ſua gr̃a me præde
Rom.9. ſtinauit ad uitã, & poſt *uocauit* me *p gratiam ſuam*.
Hic neceſſe fuit ponere gratiã, qa poſt natiuitatẽ
aliquid potuiſſet egiſſe boni, per qđ meruiſſet uo
cari à deo. Sed ſicut ſegregatio, ita & uocatio eius
gratis facta eſt. Vel ex utero meæ matris. i. de cæ-
citate ſynagogæ, ubi clauſus tenebar, ſegregauit
me. i. ſequeſtrauit à multitudine cæteroꝝ, quos in
illa cæcitate reliquit. Sicut enim uterus infantem
intra ſe clauſum continet, nec eum aliquid uidere
permittit, nec in ullam partẽ ſpatiari, ſic cæca de-
ſtructio diſciplinæ quæ eſt in ſynagoga, eos q uos
continet, nõ finit lucem ueritatis aſpicere, nec in
libertate charitatis ſpatiari, ſed undiq; miſerabili-
ter coartat, utnec ad lucem, nec ad libertatẽ pro-
cedãt. Sed de hoc ſynagogæ utero me deus ſegre-
gauit, quando a plebis cæca cõſuetudine me ſepa
rauit, ut libere poſſem Chriſti lumen intueri, & in
B eius charitate dilatari. Et uocauit me ad hoc, *ut in*
me. i. in corde meo, ubi uera exiſtit cognitio, *reue-*
laret filium. i. detegeret notitiam unigeniti ſui, quæ
mihi erat uelata, dum haberẽ ſuper cor uelamen
legis. Et ideo mihi reuelaret, *ut euangelizarem illum*
in gentibus. i. prædicarem illum inter gentes. Poſt-
quam ei placuit ut me ſic uocaret, & filium ſu-
um mihi reuelaret, *continuo non acquieui carni & ſan-*
guini. i. aſſenſum mox præbere delij Iudæis & pro
pinquis meis carnalibus, mihi ſenſu carnali ſua-
dentibus ut in carnali obſeruãtia legis permane-
rem. Illis nõ acquieui, quia erant caro & ſanguis,
id eſt, carnaliter ſapiebãt, & carnaliter docebant:
nec etiã ad ſpiritales magiſtros. i. ad apoſtolos q
me in Chro præceſſerant, & in Ieruſalem mane-
bant, ueni ut ab illis doctrinam quærerẽ: ſed exi
ens de Damaſco, profectus ſum in Arabiam præ-
dicare, ubi nullus apoſtolorum erat, & inde redij
Damaſcum. Finitis q; tribus annis à tempore con-
uerſionis meæ, qbus in Arabia & Damaſco mo-
ratus ſum, *ueni* in Ieruſalem, nõ diſcere euangeliũ,
ſed *uidere Petrum*, ut illi ſpiritualiter adgauderem.
Neq; enim ab illo tunc euangelium didici, quia
non *manſi apud eum* niſi *diebus quindecim*, infra quod
ſpatium diſcerem latitudine tantæ ſcientiæ: Sed
nec ab alijs apoſtolis didici, quia ibi p̃ter Petrum
alium apoſtolorũ uidi neminem, niſi Iacobũ fratrem domi-
ni, id eſt, cognatũ ſaluatoris. Maria em̃ uirgo ma-
ter dñi, & Maria mater huius Iacobi, ſorores ſue-
runt: & ideo uocatus eſt ipſe frater dñi, qui & pri-
mus epiſcopus fuit in Ieruſalem. Cæteri apoſtoli

iam p orbem erãt ad prædicandũ diſperſi. Vnde
quia Iohãnes ibi deerat, credimus matrem domi- C
ni iam in cælum tũc aſſumptam fuiſſe, cuius ſepul
chrum oſtẽditur in ualle Ioſaphat. Ego qdẽ talia
uobis de me & apoſtolis refero, & forteſſe uidẽtur
uobis incredibilia, ſed hæc *quæ ſcribo uobis*, *ecce co-*
ram deo qa non mentior: & hoc hic eſt, eſt coram deo. i.
manifeſtum eſt in p̃ſentia diuini cõſpectus, quem
nihil latere põt. Hoc loco iurat Apl̃s, nec tamen
peccat, qa uidebat quoſdã Galatas non aliter ſibi Matt.5.
credere. Non em̃ à malo iurãtis fuit hæc iuratio,
ſed a malo illorum, quoꝝ incredulitas compulit
eum iurare. *Deinde* p̃fectus ab Ieruſalẽ, *ueni in par-*
tes Syriæ & Ciliciæ, ut & ibi prædicarẽ. Et hanc p-
fectionẽ ſuam ideo memorat, ut ſciãt Galatæ quia
de loco ad locũ ſæpe trãſiens, nõ didicit euãgeliũ
ab hoĩe, & indubitater acquieſcãt eius doctrinæ.

Eram aũt ignotus facie eccleſijs Iudeę
q̃ erant in Chro. Tantum aũt auditum
habebant, q̃m qui perſequebat̃ nos ali-
quãdo, nũc euãgelizat fidẽ quã aliquã-
do expugnabat. & ĩ me clarificabãt deũ.

¶Non ſolũ ab apoſtolis nõ didici, ſed nec à cæte
ris fidelibus q̃ erant in Iudæa, quippe qbus oĩno
rã ignotus facie. Nõdum em̃ me poſt cõuerſionẽ
uiderãt. Et ꝓpterea liquido cõſtat, qa me non do-
cuerũt euangeliũ. Nondũ me uiderãt nec cogno-
uerãt facie, ſed tm̃ ab alijs Chriſtianis fama currẽ-
te audierãt, *quoniam ille q aliquando nos* Chriſtianos D
pſequebatur, *nũc* pluribus *euangelizat fidem* Chriſtia-
nitatis, *quam aliquando expugnabat*. *Et in me*. i. in con-
ſideratione cõuerſionis & cõuerſationis meæ *clari-*
ficabant. i. clarum p̃dicabant *deũ*, qui me ſic cõuerte
rat, & de tam crudeli tam pium fecerat. Hoc eſt,
ego illis eram materia deum glorificandi, qui tam
bene cõuerſus eram. Vel in me. i. in cõſideratione
prædicationis meæ clarificabãt deum & ipſi præ-
dicando, q̃m audientes quod ego cõſtanter fidem
p̃dicarem, quã impugnare ſolebam, & ipſi exẽplo
meo accenſi, puocabantur ad p̃dicandũ Chm̃.

CAPVT II.

Deinde poſt annos quatuordecim
iterum aſcẽdi Hieroſolymã cum
Barnaba, aſſumpto & Tito. Aſcendi
aũt ſcdm reuelationẽ. Et cõtuli cũ illis
euãgelium qđ prędico in gẽtibus, ſeor-
ſum aũt his, q uidebanꝫ aliqđ eẽ, ne for
te in uacuum currerẽ aut cucurriſſem.

¶In Syria & Cilicia p̃dicauerã. *Deinde* aſcẽdi rur-
ſus in Ieruſalem, q̃ eſt in mõtanis, nec põt adiri niſi
aſcẽdẽdo, *aſcendi* (m̃q̃) *poſt annos quatuordecim*, ex q̃
prius uenerã Petrum uidere. Ideo tẽpus & numẽ-
rum annoꝝ cõputat. i. antea tres & poſt q̃tuorde
cim, q̃ ſimul ſunt decẽ & ſeptẽ, ut p̃ hoc ſciatur, qa
anteq̃ conferret euãgeliũ, tanto ante tẽpore p̃di
cauit. Et q̃n ab apoſtolis nihil accepit, cõſtat qa à
nullo accepit uel didicit. Aſcẽdi in Ieruſalẽ *cum Bar*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A naba, quẽ ad testimonium duxebã. *assumpto* etiã nobiscũ *Tito*, qui erat gentilis & incircũcisus, duxi illũ ad testimonij meæ p̃dicationis confirmandæ, ſ. ut cæteri gẽtiles uidentes illũ incircũcisum credere, crederẽt & ipſi abſq; ſcrupulo. Si uero ipſe Titus ibi fuiſſet circunciſus, pateret oĩbus me nõ recte docuiſſe, q nõ docuiſſem eũ circũcidi, ſed in circunciſum duxiſſem ſociũ. *Aſcendi*, & hoc nõ temere, ſed *ſcẽm rationem*. i. ſpiritu ſcto mihi reuelãte & admonente, ut p̃ præſentiam meã ualidius adnullarẽt carnales obſeruantiæ. Aſcendi, *& euangeliũ qd in gentibus* cõuertẽdis *prædico, cũ illis* Hieroſolymitanis, qui prius dubitauerãt de ueritate p̃dicatiõis meæ, *contuli*: qa ego dixi euangeliũ meũ, & illi dixerunt ſuum, nullaq; in nris ſententijs reperta eſt diſſonantia. Propter hoc incepit totum, ut p̃ hoc Galatas retrahat à circunciſione & carnalibus ceremoniis, qñquidẽ ſua prædicatio nõ diſſentit à doctrina ipſorũ apoſtolorũ: & Titus q erat p̃ſens, nõ fuit circunctſus, cũ quis eſſet gentilis. Hũc em & iſti nõ debent ulterius dubitare, qñquidem nec eccleſiæ Iudæorũ quicq; potuerunt ei cõferre.

B Ideo nanq; fecit hanc collationẽ, qa de cælo poſt aſcenſionẽ dñi uocatꝰ, niſi inueniret in carne apoſtolos, q̃bus cõicando & cum quibus euangelium conferendo, eiuſdẽ eſſe ſocietatis appareret, eccleſia illi oĩno non crederet. Vñ nunc neceſſe fuit, ut hanc collationẽ Galatis dubitãtibus referret. Cõtuli cũ illis Hieroſolymitanis, nõ eum oĩbus, qa in turba nõpõt bñ diſcuti ueritas. Si em in p̃ſentia oĩm dixiſſem circunciſionẽ & carnales obſeruantias nõ eſſe faciẽdas, ſtatim cõtra me uulgus indoctum cõclamaſſet. Et ideo non eũ oĩbus, ſed cũ *his* tm̃, *qui uidebantur eſſe aliquid*. i. maioris autoritatis & ſciæ. Et hoc *ſeorſum*. i. à turba ſemotim. Non q̃d aliqua falſa pluribus dixiſſem, ut ſeorſum paucioribus uera dicerẽ: ſed quia nonnulla tacuerã, q̃ paruuli portare nõ poterant: & neceſſe erat ut ſapientiam loquerer inter p̃fectos, quatenus cæteri apoſtoli & ſeniores p̃fectionẽ meã cognoſcerent. Ideo etiã contulit Apls euãgelium ſuum cũ euangelio illorũ, ut auferret ſuſpiciõem ab eccleſijs Iudæorũ, q putabant illũ aliud lõge diuerſum euãg. p̃dicaſſe & adhuc p̃dicare, qa neq; cũ dño fuerat cõuerſatus, à q̃ eſſet inſtructus: nec cũ aliquo apoſtolorũ, qui dñm in carne uiderant, ut exẽplo doctrinæ eorũ p̃dicaret gentibus. Vt ergo ab eccleſijs Hebræorũ, ſed & cæteroꝝ p orbẽ fideliũ hanc ſuſpicionẽ auferret, idcirco (ſicut & ſupra dictũ eſt) cõtulit: cõtulit inq̃, ne mõ curreret uel olim cucurriſſet in uacuũ. i. ſine fructu remunerationis. Per hoc em conſtaret, qa illi quibus prædicabat aut p̃dicauerat, mercedem habituri non eſſent, ſi nec remuneratione ex ſua prædicatione conſequuturus eſſet. Vel qd̃ ait, *ne forte inuacuũ currerem aut cucurriſſem*, q̃ſi p interrogationẽ dictum poteſt intelligi, ad increpationem eorũ qui hoc ſuſpicabantur, ut hinc appareat eum non in uacuum currere uel cucurriſſe, quia iam atteſtatione cæterorũ comprobat nihil ab euãgelij ueritate diſſentire.

Sed neq; Titus q mecũ erat, cũ eſſet gẽtilis, cõpulſus ẽ circũcidi: ſed ꝓpter C ſubintroductos falſos fratres, qui ſubintroierũt explorare libertatẽ noſtrã, quam habemus in Chriſto Ieſu, ut nos in ſeruitutem redigerent. Quibus neq; ad horam ceſſimus ſubiectioni, ut ueritas euangelij permaneat apud uos.

¶ Non ſolũ euangelio meo nihil addiderunt, ſed neq; Titum circuncidi fecerunt. Cum em mecum eſſet in illa collatione, & eſſet gentilis. i. ſicut natꝰ fuerat, in ꝓputio manẽs, nõ *eſt compulſus circũcidi*. i. nulla ratio ueritatis potuit ibi à quoq; pferri, ob quam ipſe uel alius cogeret circuncidi. Et ne putetis cp apoſtoli uoluiſſent illum cõpellere ut circũcideret, & ille contra uoluntatẽ eorũ pmaniſſet incircunciſus, ſciatis quia non propter apoſtolos uel ſeniores dixi cõpulſus, *ſed propter ſubintroductos falſos fratres, qui* intus q̃ conferebam euang. meũ, *ſubintroierũt explorare libertatẽ noſtram*, q̃ per Chriſtum ab oĩ ſeruitute legis ſumus abſoluti, uel q̃ ex libero arbitrio uoluntarie ſeruimus deo, nõ timore pœnæ. Ad hoc (inq̃) ſubintroierunt, *ut* ueris & diſputationibus ſuis ad carnales obſeruantias corã oĩbus qui aderant, nos cogerẽt, & ſic à libertate gr̃æ *in ſeruitutẽ* legis *nos redigerẽt*. Quibꝰ neq; uel *ad horã* uoluimꝰ cedere, ut ſubijceremur ſeruituti legali, ſed utiliter illis reſtitimus, *ut ueritas euangelij* q̃ oẽm hominẽ abſq; legis operibus p fidẽ & op̃a charitatis poſſe ſaluari docet, *pmaneat apud uos*, ſicut prædicaui uobis. Inſidiabantur Apoſtolo fratres falſi iſti, explorantes ſi uiderent eũ in aliquo uel circunciſioni uel cæteris carnalibꝰ obſeruãtijs acquieſcere, ut redigerent eũ in ſeruitutẽ. i. ut iã in circunciſionẽ eos reuertere etiam ipſius Pauli exẽplo uel atteſtatione, tanq̃ ſaluti neceſſariam prædicarẽt. Titũ ergo circũcidere noluit, ne darẽt illis occaſionẽ, qui ſine ulla circunciſione didcebant credentes non poſſe ſaluari, & ad deciprionẽ gentium hoc etiam & Paulum ſentire jactarẽt. Alibi uero Timotheum propterea circuncidit, ne Iudæis & maxime cognationi eius matrinæ, qui ex gentibus in Chrm crediderant, uiderent ſic deteſtari circũciſionẽ, ſicut idololatria deteſtanda eſt, cum illã deus fieri præceperit, hãc ſatanas perſuaſerit. Habebat itaq; Apoſt. hanc in Chro libertatẽ, & faciendi circunciſionẽ & nõ faciendi, ut oĩderet illa ſacramẽta, nec tanq̃ facrile ga debere dãnari, nec tanq̃ neceſſaria debere appeti. Et hãc libertatẽ ſubintrauerũt explorare prẽ dicti calũniatores, ſcire uolẽtes an faceret in Tito Rom. 2
qd̃ fecerat in Timotheo, ut iã exẽplo eius circun Ephe. 4
ciſionẽ oĩbus neceſſario faciendam prædicaret. Coloſ. 3
Actu. 1

Ab his aũt qui uidebant eſſe aliquid, quales aliq̃ fuerint, nihil mea intereſt. Deus em̃ pſonã hoĩs non accipit. Mihi em̃ q uidebant eſſe aliquid, nihil cõtulerũt. Sed ecõtra cũ uidiſſent qpreditũ

A eſt mihi euãgeliũ p̃putij, ſicut Petro circũciſionis (q em̃ operatus eſt Petro in apoſtolatum circũciſiõis, operatus eſt & mihi inter gẽtes) & cũ cognouiſſẽt gratiã q̃ data eſt mihi, Iacobus & Cephas & Ioãnes, qui uidebant colũnæ eſſe, dextras dederũt mihi & Barnabę ſocietatis, ut nos in gẽtes, ipſi aũt in circũciſionẽ: tm̃, ut pauperũ memores eſſemus. Quod etiã ſolicitus fui idipſum facere.

¶ Contuli quidẽ euangelium cum apoſtolis & alijs ſenioribus qui erãt in Ieruſalẽ. Sed tñ illi *qui debantur eſſe aliquid ab his* Hieroſolymitanis. i. alicuius magnæ dignitatis, nil mihi contulerunt. Hoc uidet debuiſſe ſtatim dicere, ſed facit interpoſitionẽ, uelut ſi quis ei diceret: Tu dicis quia uidebant eſſe aliquid, imo nihil erant, qa piſcatores & idiotæ fuerant. Et ad hoc q̃ſi rñdet.: Reuera tunc erãt aliquid. Nam *quales aliquando* prius q̃ à Chro uocarent, *fuerint*, ſiue piſcatores, ſiue telonarij, ſiue illiterati, *nihil intereſt mea* ueritate, uel mea ſententia: quia nõ loquor ſcdm illud qd̃ antea fuerant, ſed ſcdm id qd̃ tunc erant. Præmiſſum erat, ut ueritas euãgelij pmaneat apud uos: & ad hãc ueritatẽ
B reſpicere uidet cp nũc dr̃, nihil mea intereſt. i. nihil à mea ueritate diſtat, q̃leſcunq; illi quõdã fuerint. Refert & intereſt, hæc duo ꝟba, ſolent cum genitiuis & poſſeſſiuorũ pronoĩm ablatiuis conſtrui. Vel etiã ſine intermiſſione põt legi, Qui ab his uidebant eſſe aliquid, Petrus. ſ. atq; Ioannes & Iacobus, nihil mea ueritate uel mea ſententia intereſt, quales fuerint. i. nihil ſcdm meã ſententiã differt, quales loco & ſcientia quondã fuerint, ſiue nobiles, ſiue ignobiles. Nõ alijs apoſtolis derogat, ſed quia Galatæ alios apoſtolos ultra modũ magnifi
Leuit. 19 Deut. 10 & 16. Iob. 24. Prou. 24 Eccl. 35. & 42. cabant, huic eos præferentes, atq; ideo autoritatẽ huius uiliorem habebant, oñdit ſe æqualem eſſe, & doctrinam ab eis non accepiſſe. Nihil intereſt, quales olim fuerint: quia *deus non accipit pſonam hominis*. i. nõ elegit dignitatem uel nobilitatem alicuius pſonæ. Nã mæ neq; deſpexit idcirco uel inferiorẽ iudicauit, quia nouiſſimus ueni, imo parem illis oĩno mõſtrauit. Nam illi priores, *qui uidebant eſſe* magnũ *aliquid, nihil contulerunt mihi* de ſcientia prædicationis, *ſed ecõtra* fuit. i. ego illis cõtuli, qa prius fuerãt certi ſe bñ prædicaſſe, & carnales obſeruãtias debere deſtrui: ſed nũc facti ſunt certiores, me nõ ab ullo mortalium, ſed ab ipſo Chro doctum, audientes idẽ prædicare. Nihil mihi contulerunt, ſed ecõtra *cũ uidiſſent q. euangeliũ* præputij *creditũ eſt mihi, ſicut* Petro euang. *circũciſionis*. i. quod dñs euangelicam doctrinã ſicut fideli diſpẽſatori credidit, ut præputiatis gentibus euangelizẽ, quẽ admodũ Petro cõſtituerat prædicare populo circunciſionis, dextras ſocietatis mihi dederũt. Et uere mihi eſt creditũ ſicut Petro euangeliũ: quia qui Petrũ fecit apoſtolũ circunciſionis, fecit & me apoſtolum gentiũ. Et hoc eſt: Nam *qui operatus eſt Petro*

.i. ad honorẽ & auxilium Petri, ſublimando eũ *in apoſtolatũ circũciſionis*. i. Iudaici populi, tum p̃ prædicationem, tum p̃ miraculoꝝ oñſionem, *operatus eſt & mihi* uirtutes miraculorũ atq; diuerſas gr̃as & eloquentiã ualidæ prædicationis *inter gentes*. Hic oñduntur iſti duo principales apoſtoli ad ſalutẽ duoꝝ populoꝝ fuiſſe electi, Petrus ad Iudæorũ, Paulus ad gentiũ. *Et cũ* pro certo *cognouiſſent gratiam* apoſtolatus & ſapientiæ, *quæ mihi* à Chro *data eſt, Iacobus* & Petrus *& Ioannes, qui uidebant eſſe colũnæ*. i. erecti & fortes ac immobiles, atq; roborantes multitudinẽ aliorũ, & continentes ac ſuſtẽtantes, *dederũt mihi & Barnabæ dextras*. Iacobus hoc loco ponit ante Petrũ & Ioannẽ, propter primatum ſuũ quem habebat in Ieruſalẽ, ubi erat epiſcopus. Dextras nobis dederunt *ſocietatis*. i. ſignũ ſocialis amicitiæ & dignitatis apoſtolicæ, q̃d ab his quæ ipſi didicerant, in nullo diſcrepabamus. Sicut em̃ inuicẽ oſculari, ſignũ eſt pacis ac dilectionis, ita & iungere dexteras, Societatis dico, ita decrete, *ut nos in gentes* iremus prædicare, *ipſi* uero *in circunciſionem*: & illi eſſent participes bñficij q̃d ageremus in conuerſione gentiliũ, nosq; ſimiliter eſſemus ſocij remunerationis ipſorũ pro cõuerſione Iudæorũ. Licet Paulꝰ dicat Barnabã ſecũ eſſe receptũ in ſocietate apoſtolorũ, non tñ ſibi dicit eſſe æqualẽ in prædicatione: qa ipſe eſt doctor gentiũ, qui ſcdm maiorẽ partem illas cõuertit ab Ieruſalẽ uſq; in Illyricum, prædicans p̃ circuitũ, ac deinde nõ ſolum uſq; Romã, ſed etiã uſq; in Hiſpaniã. Hæc oĩa ualent ad cõmendationẽ ſuæ autoritatis, & etiã ad intentionẽ, ut eos reuocet à circunciſione & legis ſeruitute. Nihil cõtulerunt, ſed etiã id rogauerũt *tantũ, ut eſſemus memores pauperũ* qui erant in Ieruſalem, & precia reꝝ ſuarũ pro Chro poſuerãt ad pedes apſorum. *Quod etiã*. i. habere memoriam eorũ, & mittere eis alimoniã, ego *ſolicitus fui facere, hoc ipſum* ſtudioſe cõplens. Recte Paulus ut ab obſeruantia legis Galatas reuocaret, prædictã euãgelij ſui collationẽ memorauit: quia idcirco tunc in Ieruſalẽ aſcendit, ut audiret quid de legis obſeruantia priores apoſtoli ſentirent. Vñ Lucas refert de Paulo & Barnaba, qa morati ſunt Antiochiæ tẽpus nõ modicum cum diſcipulis: & quidã deſcendentes de Iudæa, docebãt fratres, quia niſi circuncidamini ſcdm morem Moyſi, nõ poteſtis ſaluari. Facta ergo ſeditione nõ minima Paulo & Barnabæ aduerſum illos, ſtatuerunt ut deſcenderẽt Paulus & Barnabas & quidam alij ex alijs, ad apoſtolos & presbyteros in Ieruſalem ſuper hac quæſtione. Cum autem ueniſſent Hieroſolymam, ſuſcepti ſunt ab eccleſia & ab apſis, nunciantes quanta deus feciſſet cum illis. Surrexerunt autem quidã de hæreſi phariſæorum qui crediderant, dicẽtes, quia oportet circuncidi eos, præcipere quoque ſeruarę legem Moyſi. Conueneruntque apoſtoli & ſeniores uidere de uerbo hoc &c. In hoc conuentu facta eſt prædicta euangelij Pauli collatio.

D Rom. 15

Actu. 2.

Actu. 15

Cũ aũt uenſſet Cephas Antiochiã, in faciẽ ei reſtiti, quia reprehẽſibilis erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Prius enim q̄ uenirēt quidā ab Iacobo, cū gentib⁹ edebat: cū aūt uenissent, subtrahebat & segregabat se, timēs eos q̄ ex circūcisiōe erant. Et simulatiōi eius consenserunt cęteri Iudæi, ita ut & Barnabas duceret ab eis ī illam simulationē.

Actu. 16. ¶ Et hoc factū est, postquā Paulus & Barnabas à supradicto cōcilio cum Iuda & Syla reuersi sunt Antiochiā, ferentes epistolā apostolor⁹, in qua decretū erat, ne gētes cogerent circuncidi uel iudaizare. Tunc em̄ scriptum est: Paulus aūt & Barnabas demorabant Antiochiæ, docentes & euāgelizantes cū alijs pluribus uerbum dñi. Et eo tempore Petrus intelligit superuenisse, & quod nunc Paulus narrat, fecisse. Nil (inq̄t) mihi in Ierusalem contulerūt Petrus & alij. sed *cū uenisset Cephas*. i. Petrus *Antiochiam*, ego illi cōtuli. Vel ita: Non solum in Ierusalem ego cōtuli Petro, sed etiam in Antiochia. Nam *restiti ei in faciem*. i. non in absentia eius ego derogaui illi, sed ante eum ueniēs, aperte contradixi ei, & libere eum reprehendi, *quia reprehensibilis erat*. i. dignus reprehensione. Nam *priusq̄ uenirent quidam* Iudeor⁹ *ab Iacobo* de Hierosolymis Antiochiam, *edebat cū* conuersis *gentibus* absq̄ ulla ciborum discretione, ita ut nec suillas carnes reprobaret: sed postmodū *cum uenissent* Iudæi, subtrahebat se à conuiuio eor⁹, ne iudæi qui nouiter ad fidem uenerant & adhuc legem seruabant, scandalizarent in cibis, quos lex imundos iudicauit. Et non ita *subtrahebat* se à gentilium societate, ut saltem aliquoties cum illis, & aliquoties cū Iudæis esset, sed *& omnino segregabat se*. i. seorsum à grege gentilium separatus, gregem suum cum Iudæis faciebat. Et sic quadam simulatione dabat intelligi, hāc discretionem ciborū & alias carnales obseruātias esse necessarias ad iustificationem: gentilesq̄ conuersos ad Chr̄m, non posse Iudæis credētibus adiungi. Quod quidē peius erat, q̄: si fratres scandalizaret: quia deterius est ueritatem relinquere, q̄ permittere nasci scandalum. Et ita segregābat se ac sequestrabat à grege & à cibis gentilium, faciens de uno grege duos, cum Chr̄s de duobus unū fecisset: quia timebat nō cibos gentilium, sed Iudæos *qui erant ex circuncisione*, ne recederent à fide, *& simulationi eius*, qua fingebat se cibos discernere, & gētilium cōuersationem abhorrere, *consenserūt cæteri Iudæi*, qui prius erāt cum eo, ac remouerunt se à conuiuio & gentilium cōsortio, *ita ut & Barnabas*, qui erat doctor gentium & gētes deberet syncriter instruere, utpote mecum ad gētes missus, *duceretur ab eis in illam simulationem* Iudaicæ comestionis & conuersationis. Dixerat tamen Petrus in supradicto apostolor⁹ & seniorum conuentu: Quid tentatis imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neq̄ patres nostri, neq̄ nos portare potuimus? Sed p̄ gratiā domini Iesu credimus saluari, quēadmodum & illi. Bñ ergo sentiebat de abolitione legis, sed simulauit pro timore Iudæor⁹, ne occasione gentiū à fide recederēt, & sic perderet suum gregem. Simulauit autem & Paulus pro simili metu, quando Timotheum circuncidit, & comam more Nazaræi nutriuit, quā in Cenchreis rasit, uel quando purificatus in tēplo sacrificiū obtulit. Petrus ergo utpote Iudæorum apls, saluti iudæor⁹ prouidebat in hac simulatiōe, timēs ne si corā Iudęis cōmunes cibos ederet cum gētib⁹, illi p̄dicationē eius respuerēt & à fide discederent. Ideoq̄ permittebat adhuc illis ut facerent circuncisionem, cæteros⁹q̄ ritus legis obseruarēt, & ipse cum eis ex parte seruabat, ut paulatim eos ad fidem & ad euangelij puritatem alliceret. Et id circo si quis gentilium circuncidi uellet, in præsentia Iudæorum nō prohiberet. Paulus autem magno fidei ardore succensus, præcepta legis teneri carnaliter noluit: & qui gentium erat apostolus, circunsionē in gentibus fieri uetuit. Et quia Petrus uel in populo circuncisionis adhuc legis cōsuetudinem seruari uolebat, ut gentes conuersæ Iudæis inæquales iudicarentur, in faciem ei restitit, cumq̄ in hac re fuisse reprehensibilē dicit. Et hoc eius studium nō solum culpam, sed (quod maius est) hypocrisim (i. simulationem) nominat. In qua simulatione Petrus (ut dictum est) saluti iudæor⁹ prouidebat, sed salutem gentium negligebat. Vnde Paulus gentium apostolus, & de salute gentium solicitus, in faciem ei restitit. Ipse uero Petrus, ꝺd à Paulo fiebat utiliter libertate charitatis sanctæ ac benignę, pietate humilitatis accepit. Atq̄ ita rarius & sanctius exemplum posteris tribuit, quo non dedignarentur maiores (si cubi forte recti tramitem reliquissent) etiam à posterioribus corripi. Nec solum tunc patienter hanc reprehensionem pertulit, sed etiam post dum secundam scriberet epistolam, laudauit epistolas Pauli, in quibus reprehensionem istam legerat. Certe em̄ nisi legisset Pauli epistolas, non laudasset. Si aūt legit, quia illic ipse reprehensibilis diceretur, inuenit. Amicus ergo ueritatis, laudauit etiam quod reprehensus est: atq̄ ei & hoc ipsum placuit, qa in his non placuerat, quæ aliter q̄ debuerat sensit. Seque etiam minori fratri ad consensum dedit. tunc enim Paulus adhuc erat minor, quamuis nunc sit æqualis, atq̄ in eadē re factus est sequax minoris sui, ut etiā in hoc præiret, quatenus q primus erat in apostolatus culmine, esset primus & in humilitate. In hac itaq̄ re est in Paulo laus iustæ libertatis, in Petro sanctæ hūilitatis. Sūt uero nōnulli, qui non Petrū apostolorū principem, sed quēdam alium eiusdē noīs, qui à Paulo reprehensus est, accipiunt. Qui si uerba Pauli studiosius legissent, ista non dicerent. Dicturus etenim, Cum uenisset Petrus Antiochiam, in faciem ei restiti, ut de quo Petro loqueretur ostenderet, in ipsa narratione præmisit, dicens: Qui enim operatus est Petro in apostolatum circunsionis, operatus est & mihi inter gentes. Patet ergo de quo Petro Paulus loquitur, quem & apostolum nominat, & præfuisse euangelio circunsionis narrat. Et ne qs adhuc inhærendo literæ dicat hunc, quē Paulus reprehendit, nō Petrum, sed Cephan uocari, q̄uis idem sit utrunq̄ nomē, reuoluat q̄d ibidem p̄missum est, Iacobus & Cephas & Ioannes, q̄ uidebant esse colūnæ, dextras mihi dederunt. Cōstat em̄ hūc Cepham, qui inter Iacobum & Ioannē positus est, non minorem Iohanne uel Iacobo fuisse. Quod si nullus Cephas præter apostolum Petrum inuenitur, qui Iacobo & Ioanni ualeat æquari, fatēdum necessario est, hunc Cēpham esse cui Christus ait: Tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

Iohan. 1.

Sed cū uidissem q̄ non recte ambularent ad ueritatē euāgelij, dixi Cephę coram oībus: Si tu cū Iudæus fis, gentiliter uiuis, & nō Iudaice, quo gētes cogis iudaizare? Nos natura Iudæi, & non ex gētibus pctōres. Scientes aūt q̄ non iustificat hō ex operibus legis, nisi p̄ fidē Iesu Chr̄i: & nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Chr̄i, & nō ex opibus legis propter quod ex operibus legis non iustificabitur oīs caro. Qd' si q̄rentes iustificari in Chr̄o, inuēti sumus & ipsi pctōres, nunqd Christus peccati minister est? Absit. Si em̄ q̄ destruxi, iterū hęc reædifico, p̄uaricatorem me cōstituo. Ego em̄ p̄ legem legi mortuus sum, ut deo uiuā. Chr̄o confixus sum cruci. Viuo aūt iā non ego, uiuit uero in me Chr̄s. Quod aūt nūc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit seipsum p̄ me. Nō abiicio gratiā dei. Si enim p̄ legem iustitia, ergo gratis Chr̄us mortuus est.

Rom. 3.

¶ Petrus quidem & Barnabas simulabant, sed ego solus synceritatem seruās, increpaui publice fictionē eor⁹. Vidi em̄ q̄ non recte ambularent. i. non utroq̄ pede pariter incederent, quia in uno claudicabant, quantū ad gentes, qua⁹ salutē negligebāt, quantū uero ad intentionē bonā de salute iudæor⁹, recte ambulabāt. Quantū ad gētes, non recte ambulabant ad ueritatē euāgelij tenendam & prædicandā: quia p̄ hoc perībat ueritas, si gentes iudaizarent. Veritas quippe euangelij est, ut hō iustificet sola fide sine opibus legis, & ut oēs cibi naturaliter mundi esse credant, atq̄ ut doctores ecclesiæ, nec Iudæor⁹ nec gentiliū saluti negligant. Ipsi taliter agebāt. *Sed* ego *cū uidissem q̄ non recte*, sed flexuose, *ambularent ad ueritatē euangelij* seruandam & docendā, succensus diuino zelo, *dixi Cephæ coram oībus* ea q̄ sequunt. Si clam soli Petro Paulus ista diceret, Iudæis & gentibus nihil p̄ficeret. Ideo cunctis audientibus dixit, ut cunctis p̄fideret asserere, q̄d eum pariter sentire iā nouerat, siue quia euangeliū cum eo cōtulerat, siue quia in Cornelij uocatiōe etiā diuinitus eū de hac re admonitū acceperat, siue q̄a anteq̄ illi q̄s timebat uenissent Antiochiam, cū gentibus eū discūbentē uiderat. Nō ergo tunc eum quid in ea re ueror⁹ esset docebat, sed eius simulationē qua gentes exēplo suo iudaizare cogeret, arguebat. *Si tu*, inquit, *cū sis Iudæus, uiuis gentiliter*. i. indiscrete cibis oībus uteris, nullumq̄ hoīem reputans immundū, *& non iudaice*, id ē, non cum ciborum discretione sicut iudæi, *quomodo*, id ē, qua ratione, qua utilitate, *cogis* exemplo tuo *gentes iudaizare*? id ē, iudæorum ritum sequi in discretione ciborum & receptione carnalium obseruantiarum, dum te ab his segregas, eo quod omnem creaturam dei bonam esse credunt, & sine legis obseruantia per euangelium iustificari quęrunt? Tu qui naturaliter iudæus es, reliquisti iudaizare, & gentes cogis iudaizare? Tu qui iudæus eras, iudaismum deseruisti, & hi qui nunquam fuerunt iudæi, assument iudaismum? Non uiuis iudaice, id est, non seruas iudaicū morem in tuo uictu, qa scis nil utilitatis ibi esse. Quomodo ergo nunc gentes cogis iudaizare, quę omnia quæ uident in te, putant saluti necessaria esse? Vere non debent iudaizare gentes, quia nunquā iustificarentur. Et uere nunquam iustificarentur iudaizando, quia nec nos qui naturaliter sumus iudæi, potuimus unquam iudaizando iustificari, ideoq̄ dimisimus legem, & confugimus ad fidem. Et hoc est: *Nos natura* sumus *iudæi*, id est, non proselyti, sed genere sumus iudæi, ex semine Abrahæ prodeuntes, & legem dei habentes, *& non peccatores ex gentibus*, id ē, non ita peccatores ut omes gētes idololatræ & immundæ. Peccatorum em̄ no men gētibus impositum erant iudęi iam uetusta quadā superbia, tanq̄ ipsi essent iusti, uidēres festucā in oculo alieno, & nō trabē in suo. Nō sumus (inq̄t) ex gentibus pctōres, à cultura dei oīno remoti & peccatis dediti, sed naturaliter iudæi. i. sub diuina lege nuriti. Sed tū *scientes q̄ nō iustificatur* ullus unquā *homo ex operibus legis*, siue iudæus, siue gētilis, *nisi per fidem Christi*, quæ carnales obseruantias aufert, & spiritaliter impleri legē facit, ut nos credimus. Opera sunt ex grā, sed non ex operibus grā: quia ipsa prima est, ex q̄ interpretant cætera. Id eo nullus aliquo mō iustificari ualet ex opibus, nisi per fidem quæ p̄cedit ex grā. Quod scientes, *& nos* quoq̄ iudæi sicut gētes, *in Christo Iesu* positi, *credimus* in ipsum, *ut iustificemur ex fide Christi* per diuinam gratiam, *& non ex operibus legis* per uires nostras. *Propter quod*, id ē, quia nos iudæi nequimus ex legis operibus iustificari, qui ex his essemus iustificati, si quis inde posset iustificari, *ex operibus legis* carnalibus nō *iustificabitur omnis caro*, id ē, nullꝰ in carne uiuens, consequetur per hæc iustitiā. Dixit superius iudæos non esse ex gentibus peccatores, & post subiecit quod etiam ipsi iustificentur ex fide Christi. Omnis autē qui iustificatur, iniustus erat, id ē, peccator. Videtur autem fortassis alicui male intelligenti, quod Christus iudæis ad se uenientibus peccata prius ministraret, ut eos p̄ fidem & gratiam suā postmodum iustificaret. Et hoc est quod dicit: Nō sumus ex gentibus pecca-

Actu. 15
Actu. 16.
Actu. 18
Actu. 21.
Actu. 15
Actu. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tores. Quod .i. sed *si quærentes iustificari in Chō, inuenti sumus* etiā nos *ipsi peccatores*.i. si accedentes ad lumen Christi, uidimꝰ in eo tenebras pctōrum nostrarū, quas prius cæci uidere nō poteramus, & si ad subtilē regulam iustitiæ Chī propinquantes, ut ad eam dirigamur, animaduertimus deformē tortitudinem iustitiæ nr̄æ, qui nos antea rectos arbitrabamur, *nūquid* ideo *Chr̄us* nobis *minister est* pec-
Iohan. 1. *catiꝰ*.i. nunquid idcirco consequens, ut Christus ministret nobis pctm̄, qui tollit pctā mundi. *Absit* hoc à fidelium cordibus, ut Christū putent alicui ministrare pctm̄, qui pro abolitione pctōrum nostrorum semetipsum obtulit sacrificiū. Nam & aliquid deforme latet in tenebris, sed in radio solis euidenter apparet, nec tū sol deformitatem illam operat. Sic & Iudei qui se iustos antea putabant, illustrati lumine Christi, uiderunt deformitates culpaꝝ suaꝝ, quas Christus eis nō ministrauerat ut facerent, sed oñderat ut agnoscerent & corrigerent. Vel ita: Ex operibus legis (ut dictum est) nemo iustificabit. Sed si nos Iudæi transeuntes ad Christum, & in illo quærentes iustificari, q̄ in lege nequiuimus iustitiam adipisci, inuenti sumus etiam nos peccatores, sicut & gentiles, quia cognitum est nos semper in corde legem transgressos esse, licet eam seruassemus in opere, nunquid Christus qui monuit ut legem relinquere-
B mus, & ad se transiremus, est minister peccatiꝰ id est, ministrat nobis peccatum in eo, quod iubet ut ā rigore legis discedamus, & ad gratiam ueniamus? *Absit* ut ipse nobis peccatum in hoc ministraret. Non est enim peccatum, sic relinquere legem uel destruere: sed peccatum est, rursum ad eam redire uel eam reædificare. Nam *si quæ destruxi*, ut carnalia legis opera quæ iā in me & in alijs euerti, *iterum hæc reædifico*.i. rursum statuo, uel per simulationem ut Petrus, uel per prædicationē ut ut pseudo apostoli, *præuaricatorem me constituo*.i. contra ipsam legem facio, q̄: se determinandam prænunciauit. Nam per autoritatem legis ipsam legē dimisi, quasi ei mortuus, nullum sensum eius habēs. Et hoc est: *Ego enim p legem legi mortuus sum, ut deo uiuam*. Vere em̄ destruxi in me opera legis, quia sum mortuus legi, i. non uiuo iam in operibus legis, nec in eius carnali sensu: & ita sum mortuus per legem, quia ut in Chr̄m credere, lex ipsa mihi prædicauit, & de sua terminatione ac euangelici dogmatis susceptione cōmonuit, dicēs per Moysen: Prophetā uobis suscitabit dñs deus uester de fratribus uestris tanq̄ me. Ipsum audietis.
Deut. 18 Id est, postq̄ Christus uenerit, non ulterius durabit lex, sed nouam Christi doctrinā audietis. Vel p legem spiritaliter intellectam mortuus sum legi meæ, ne carnaliter in ea uiuam, ut deo uiuam, nō mihi, id est, ut uoluntatem dei, non meam in oīa uita mea faciam. Quod iam possum, quia *Christo confixus sum cruci*.i. cū Chr̄o affixus sum cruci, socius passionis Christi: hoc est, crux Christi extinguit in me ardorem peccati, ne iam in me uigeat: & ligat manus meas, ne ad illicitum opus extendantur: & pedes, ne ad malum gradiantur. Sum quidem cum Christo crucifixus, sed tū *uiuo* in uirtuti bus.i. uigorem bñ operandi habeo *iam non ego ille* C
qui prius peccatoreram, *sed uiuit in me Christus*.i. uiget & regnat in me Christi nouitas. Crucifixus sum, sed uiuo. Viuo, sed iam non ego qualis uixeram. Non ego uiuo, sed uiuit in me Chr̄s. Quod est dicere: Ego quidē à memetipso extinctus sum, quia carnaliter nō uiuo, sed tñ essentialiter extinctus non sum, q̄a in Christo spiritaliter uiuo. Hoc est dicere: Non est in me iustitia mea, quæ ex lege est, in qua præuaricator effectus sum, sed iustitia
2. Cor. 5. dei.i. quæ mihi ex deo est, non ex me. Sic quippe in me uiuit, non ego, sed Christus, qui factus est nobis sapiētia à deo & iustitia & sanctificatio. Ego iam non uiuo, sed Christus in me.i. non facio uolūtatem meam, sed eius qui habitat in me. sed tā *quod nunc uiuo in carne*.i. quod nō extinguor in carnis igne, quod in corpore positus bñ possum operari, *in fide uiuo*.i. nō per laboriosa opera legis, sed per fidē *filij dei*, cuius fides ualere potest. Iustus em̄ uiuit ex fide, quandiu est in corpore. Et per hoc Christi fides efficientiam habet in me, quia ipse *dilexit me*, & per illam dilectionem *tradidit* ad mor-
tem *pro me* redimendo *seipsum* qui tantus est, non aliud animal. Et propterea *non abijcio gratiam dei*, D
qui me per passionem filij sui liberauit à peccatis, & dedit ueram iustitiam, quod lex facere non poterat. i. nō quæro per legem iustificari, quod esset abijcere gratiam. Nec debeo eam abijcere, quia si *per legem iustitia, ergo Christus gratis*, id est, frustra, sine causa, sine utilitate *mortuus est*, cum absque morte *eius* per legem iustificarentur obseruatores legis. Sed non frustra mortuus est, quia nec per legem, nec per aliam rem haberi poterat iustitia q̄ duceret ad salutem, nisi per Christi mortem.

CAPVT III.

O Insensati Galatæ, qs uos fascinauit nō credere ueritati, ante quoꝝ oculos Iesus Chr̄us p̄scriptus est & in uobis crucifixus? Hoc solū a uobis uolo discere, ex opibus legis spm̄ accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, ut cū spiritu cœperitis, nunc carne consummemini. Tāta passi estis sine causa, si tñ sine causa. Qui ergo tribuit uobis spiritū & operat̄ uirtutes in uobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei, sicut Rom. 4.
Abraam credidit deo, & reputatū est Gen. 15.
ei ad iustitiam? Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abraæ.

¶ Finita narratione, in qua docuit se non didicisse euangelium ab homine, ipsumq̄ euangelium suum cum apostolis se contulisse, ac deinceps dissimulatione iudaizandi Petrum reprehendisse, uertit se ad increpationem Galatarum, & fortiter arguit dementiam illorum, quia doctrinam eius quæ tantis autoritatibus fulcitur, deseruerant, & falsitati pseudo apostolorum credebant. Vnde

A subuersionem illorum attendens, prorupit subito in exclamationem, ut exagitando magnitudinem reatus illoꝝ, facilius reuocare eos posset. Q& quidem more rhetoꝝ uidet facere. O (inquit) *Galatæ insensati*.i. omni sensu rōnis carentes sicut animalia bruta, *quis uos fascinauit*.i. liuido intuitu læsit, *non credere*.i. ut non credatis euangelicæ *ueritati*. Re enim uera insensati estis, qui morti ferā suasiōem accipitis cuiuslibet pseudo apostoli, q̄ nullius nois & autoritatis est, qui in populo latet, & cuius etiam uocabulū ignoro: meamq̄ doctrinā postponitis, quā à solo deo, non ab homine accepi, cui apostoli nihil noui in collatione euangelij contulere, sed à me certiores facti sunt. Quis uos fascinauit. i. respectu inuidiæ uos tenellos lęsit, dolensq̄ de promotu uīæ p̄fectionis ac fidei, solo liuore nocuit, sicut aliquis qui solo respectu dicit posse res alterius diminuere: & ita nos liuēti aspectu suo tabefecit, ut non credatis ueritati meæ p̄dicationis, sed falsitati sui praui dogmatis? Vel sicut incantatores fascinant & deludunt homines, ut credant ueꝝ esse quod falsum est, ita nescio qs fascino suæ deceptionis adeo uos incantauit, ac uerbis suis immutauit, ut falsitatem pro ueritate
Sapi. 4. teneatis. Vñ & scriptū est, quia fascinatio nugacitatis obscurat bona. Nō creditis ueritati sicut insensati, *ante quorū* interiores *oculos Iesus Christus præscriptus est*.i. præostēsus & prænoratus à nobis, nō in tabulis lapideis sicut lex, sed *& in uobis*.i. in cor-
B dibus uris, est *crucifixus*: q̄a crux & passio eius qua redempti estis, erat maxime intimāda uobis. Vñ magis dementes estis, qui Chr̄m uobis prænostratū, pro peccatis uestris crucifixū, negastis, nō credentes uos ex fide posse iustificari, sed ex operibus legis. uel tales olim fuistis, ut ante oculos uestros p̄scriptus esset Iesus Christus crucifixus: quia ob compūctionem mentis habendam, pingebatis eum crucifixum in locis illis, ubi semper eum uidere possetis & memoria retinere. Vel ita estis insensati, q̄ Iesus Christus proscriptus est, id est, exhæredatus ante oculos uestros, & non aduertitis. Illi enim dicebātur proscripti, qui pro facto aliquo in exilium trusi, hæreditate & patria priuabantur. Et Galatæ cum ad Apostoli prædicationem credidissent se per mortem Christi posse iustificari, facti sunt hæreditas Christi, quā ipse sua morte de diaboli possessiōe eripuit. Sed post ab hac fide recedentes, & iustificationem in operibus legis quærentes, quantum in se erat, Christū exhæredabant, sese illi subtrahendo. Iesus Chr̄us proscriptus est, id est, damnatus & exhæredatus in uobis sibi sublatis: ipse dico, crucifixus, q̄ cum pondere legendum est, quasi qui tam charo pretio uos acquisiuit in hereditatē, patiendo pro uobis crucis asperitatē. Vel dum p legem Christum deriseritis, Christus à uobis proscriptꝰ est. i. dānatus ficut à Pilato. Et dum insufficientem creditis, à crucifixoribus non differtis. Vel proscriptio dānationis eius quæ à Pilato facta est, ita fuit uobis intellectibꝰ uestris crucifixio eius, ut sciretis qualiter facta fuerit, & quid contulerit. Commouerat illos p prædictā increpationē, & nunc consequenter, pbat illis, q̄ lex nō est obseruanda, quia nō ex ea, sed ex fide ueniunt oīa bona. Quasi d. Licet insensati & fascinati sitis, tñ *hoc solū* quod dicturꝰ sum, *uolo discere a uobis*: quia hoc tā euidens est, ut & stulti docere id quæāt: & si nihil aliud esset, hoc solū sufficeret ad probandū, q̄ lex tenenda non est. Cum cōstat q̄ spm̄ accepistis, docete me utrū accepistis hunc ex opibus legis quæ nondū fecerat is, an ex fide quam à me audistis. Vel ita: Possem uti pluribus profundis argumentis, sed hoc solū quod planū est, uolo discere à uobis. i. uolo ut respondeatis mihi, quia uel in hoc solo satis apparebit iustificationē non ex lege esse, sed ex fide. *Spiritū*.i. spūs sancti charismata, sicut loqui diuersis linguis, p̄phetare, infirmos sanare, & cætera hmōi: *accepistis* uos diuinitus *ex operibus legis, an ex auditu fidei*?. i. utrum accepistis spm̄ ex carnali obseruantia legis, an ex fide, quam solo auditu prædicationis sumpsistis? Non puro q̄ dicatis uos hæc spiritualia dona ex opibus legis accepisse, cū sciatis ad huc legis opa tunc nulla fecisse. Restat igit̄ trū ex fide uos accepisse. Prius ex fide p̄cepistis charisma-
ta, & nunc ex lege q̄ritis iustitiam? Ergo *sic* (id est, tam) *stulti estis ut cū spū cœperitis*. i. spiritale inceptū habueritis, dum charismata p fidem acceperitis, *nūc carne consummemini*.i. carnali conuersatione in nihilū redigamini, dum bona spūalia uīa per legis custodiam adnullatis? Cum spū sancto cœperitis uel spūaliter uiuere, uel legē spiritaliter intelligere, nunc carne. i. uel carnali uita, uel lege carnaliter intellecta, consummamini, id est, adnihilamini, amittendo quicquid boni habuistis. Et id eo *sine causa*, id est, sine utilitate uestra, *passi estis* ab aduersarijs *tanta*, id est, tam magna & tam multa aduersa pro fide tuenda, quam nunc sponte relinquitis. Non tamen affirmādo hæc dico, ne in desperationem cadatis, & adhuc profundius in barathrum perditionis demergamini: sed quia utrumque est in uoluntate uestra, dico conditionaliter, quod tāta aduersa pro Christo passi estis sine causa, *si tamen sine causa* hæc passi estis. Sine causa em̄ passi estis, *si* in hoc errore p̄seueretis: non sine causa, si resipiscatis. Et quādoquidem ita perdere potestis omnia bona per legis obseruantiam, ergo deus *qui* etiam nūc *tribuit uobis spiritum* prophetiæ & sapientiæ, aliarumq̄ gratiarum, *& operatur in uobis uirtutes* miraculorū, dat uobis hoc *ex operibus legis*. *an ex* fide quā audistis? Idem interrogat q̄d superius, sed secundum præsens tempus, cum supra præteritum posuerit. Ne enim ipsi ad primā interrogationem respondere possent, nos adhuc legis opera non feceramus, quando spiritum sanctum accepimus, sed si fecissemus illa, tunc maiorem eiusdem spūs gratiam accepissemus p eaꝝ dignitatem. Ideo uoluit eos interrogare secundo, quia neque nunc respondere possunt se ex opibus accepisse spiritum. Ac si dicat: Nec in principio, nec nūc accepistis ex lege spm̄ sanctum, sed ex fide. Et ita percepistis ex fide spiritum, *sicut* per fidem *Abraham* per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cepit iustitiã, *qui credidit deo promittenti, & reputatum est ei ad iustitiam*. i. ex fide iustificat9, id est, absq; legis operibus: quia credere est causa sufficiẽs iustificandi. Et quandoquidem Abraã ex fide iustificatus est, *ergo cognoscite*, id est, scitote, *quia qui ex fide sunt*, id est quorum esse est ex fide, *hi sunt filij Abraæ*, id est, iusti ad exemplum Abraæ.

Prouidens aũt scriptura, quia ex fide iustificat gẽtes deus, p̃nũciauit Abraę, quia bñdicent̃ in te oẽs gentes. Igit̃ qui ex fide sunt, bñdicentur cũ fideli Abraam. Quicunq; em̃ ex opibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptũ est enim: Maledictus omnis qui non permanserit in om̃ibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Q̃m autem in lege nemo iustificatur apud deum, manifestũ est, quia iustus ex fide uiuit. Lex aũt nõ est ex fide: sed q̃ fecerit ea, uiuet in illis.

Gene. 22 Eccl. 44. Deut. 27 Habac. 2 Roma. 1 Leui. 18

¶ Nõ solum iustitia dat̃ ex fide, sed & bñdictio, quia scriptura dixit Abraæ, quod gentes benedicenturinte. i. in tuæ fidei conformitate. Vel ita: Dixi q̃a qui ex fide sunt, hi sunt filij Abraæ, & hoc non est nouũ, sed antiquitus in scriptura notum.

B Quia *scriptura*. i. spũs sanct9, uel Moyses scripturæ compositor, *prouidens*. i. oũdens esse prouisum lõge anteq̃ fieret, *quia ex fide* non ex legis operibus, *iustificat gentes deus, prõnũciauit*. i. prænunciatũ esse retulit Abraæ, *quia* non tm̃ Iudæi, sed & *omnes gentes benedicentur in te*, id est, in tua fide, & in Christo qui nasciturus est ex te. Bñdictionem hic intelligimus baptismi consecrationẽ & in bonis operibus iustificationem, ac perennis uitæ consecutionem. Et quia hoc scriptura prænũciauit, *igitur* illi *qui sunt ex fide*. i. qui ex fide cœperunt spiritaliter esse, *benedicentur cũ fideli Abraam*. i. bñdictionem consequentur ex fide, sicut Abraham per fidem est bñdictus, & cum tanto patriarcha sociabuntur. Et uere qui ex fide sunt, benedicentur. nam qui ex operibus legis sunt, maledicentur. *Quicunque enim sunt ex operibus legis*, id est, quærunt iustificari ex carnalibus obseruatijs, *sub maledicto sunt*, ut nequeant euadere nisi Christo liberante, id est, merito suæ transgressiõis obnoxij sunt, & præparati maledictioni sempiternæ damnationis. Sic *enim scriptum est* in Deuteronomio: *Maledictus*. id est, æterna maledictione damnatus erit, *omnis qui non permanserit* assidue, non dico, in quibusdam, sed *in omnibus quæ scripta sunt in libro legis*, nec ita dico, ut uel solũ intelligat ea & uelit agere, sed *ut faciat ea*, id est, opere compleat. Quod nullus adimplere ualet. Hoc est enim iugũ, quod (sicut Petrus ait) neque nos, neq; pres nostri portare potuim9, Ideo q̃ nullus ab hoc maledicto liber est, qui iugo legis collum supposuit, & auxilium gratiæ non quæsiuit. Nemo enim omnia legis præcepta unc̃q; adimplere potuit. Maledictus erit, qui omnia illa nõ fecerit: sed tamen si quis ea fecerit, non inde iustificabitur. Et hoc est: *Quoniã in lege nemo iustificatur apud deum*, qui ueritatem inspicit, quamuis apud homines qui falluntur, iustus uideatur, *manifestum est* ex uerbis Habacuc, qui dicit, *quia ex fide uiuit iustus* in anima, id est, iustificatur ex fide, non ex lege. Vita em̃ animæ interim iustitia est, donec ad uisionem creatoris perueniat, qua perenniter uiuat, & hæc iustitia ex fide est. Iustus uiuit ex fide, id est, ex eo quod credit ea quæ nõ uidet. Sed *lex non est ex fide*, id est, nihil mandat credendũ, *sed per timorem* cogit ad faciendum, dicens quod *qui fecerit ea*, quæ ibi scripta sunt, nõ punietur, quia nõ est transgressus, sed temporaliter *uiuet in illis*, quæ carnaliter est operatus. Aliter enim plecteretur.

C

Habac. 2

Christus nos redemit de maledicto legis, factus p̃ nobis maledictũ, quia scriptum est: Maledictus oĩs qui pẽdet in ligno, ut in gẽtibus benedictio Abraæ fieret in Christo Iesu, ut pollicitationẽ spiritus accipiamus per fidem.

Deute. 21

¶ Superius cum diceret, Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta in libro legis, ut faciat ea, uisus est contra se agere: quia per hoc uidebatur circumcisionem & carnales obseruantias prædicare, ut qui eas seruarent, non dãnarentur æterna maledictione. Et quasi respondet nunc istud: Nos Iudæi quandiu seruiuimus legi, fuimus sub maledicto: sed Christus morte sua delens peccata nostra, & nobis dans iustificationem, redemit nos de maledicto legis: ideo q̃ nõ est op9 ut in ipsius legis umbra iam maneamus, postquã ueritas nõbis illuxit. Vel ira: Ex lege est maledictum, non iustitia: sed *Christus nos* Iudæos qui sub maledicto eramus, *redemit de maledicto legis*. Curergo uos ad illud tenditis? Ipse nos à maledicto redemit, *factus pro nobis maledictum*, id est, reputatus non solum maledictus, sed etiam ipsum maledictum. Vel factus in morte sua maledictum, id est, hostia pro nostro maledicto, uidelicet caro mortalis quæ uocatur maledictum, quia maledicto, id est, peccato primi parẽtis facta est mortalis, *quia scriptũ est* in Deuteronomio: *Maledictus*, id est, mortiaddictus est *omnis qui pendet in ligno* crucis. Omnis prorsus qui pẽdet in ligno, etiam filius Dei. Omnis enim dixit, contra hæreticos, qui ueram redemptoris nostri mortem erant negaturi, & insipienti honorificentia illum à morte separaturi. Qui enim semper benedictus est in sua iustitia, maledictus ad horam fieri dignat9 est propter delicta nostra in morte, susceptа ex pœna nostra. Maledictus autem non à quocunque, sed à deo, sicut lex loquitur. Nisi enim deus odisset peccatũ & mortem nostram, non ad eam suscipiendã atq; delendam filium suum mitteret. Quid ergo mirum est, si maledictum est à deo quod odit deus? Tanto enim libentius dat nobis immortalitatem, quæ futura est Christo uenięte, quanto misericordius

D

Deut. 21

A odit mortem nr̃am, quæ in ligno pependit. Q̃m mors ipsa ex maledicto est, & maledictũ est om̃e pcm̃, uel ipsum quo fit ut sequatur supplicium, uel ipsum supplicium, quod & uocat pcm̃, quia fit ex pcto. Suscepit aũt Iesus sine reatu supplicij nr̃m, ut inde solueret reatũ nr̃m, & finiret etiam supplicium nr̃m. Itaque quia mors eius uera fuit, eo crucifixo, maledictum nr̃m pepẽdit in ligno. Ipse enim maledictũ suscepit pro nobis, quia mortuus est pro nobis. Nam pœna peccati nostri quã ptulit, per diuinæ sentẽtiæ iustitiã ex maledictiõe uenit. Ita factus est maledictum pro nobis, ut nos à maledicto liberaret, & bñdictionem conferret, .s. ut benedictio promissa Abraæ qua dictum est, Gen. 22. In semine tuo benedicentur oẽs gentes, compleretur in iustificatione gentium per fidẽ Iesu Christi, qui est semen Abrahæ. Ita enim nos Iudæos à maledicto redemit, *ut* etiam *in gentibus* quæ non erant sub maledicto legis, *fieret benedictio Abraæ* de gentium credulitate *in Christo Iesu, ut* tandem utrique *accipiamus per fidem*, & non per legis opera *pollicitationem spiritus*, id est, beatitudinem, quam spiritus sanctus in arram datus promittit, uel pollicitationem spiritus, uel spiritum sanctum promissum credentibus, siue pollicitationem spiritus. i. munera gratiarum à spiritu sancto promissa.

B Fratres, secundũ hoĩem dico: tamen hominis confirmatum testamentũ nemo spernit aut superordinat. Abraæ dictæ sunt p̃missiões, & semini eius. Nõ dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo q̃ est Chr̃s.

Hebr. 9.

¶ Locutus sum superius secũndum rationes & secundum scripturarum autoritates, quod per fidem, nõ per legem dat̃ spiritus sanctus & iustitia & beatitudo: & nunc *fratres* hoc idem *dico secundũ hominem*, id est, secundum humanam consuetudinem, in qua licet sæpe desit firmitas, tñ firmum est testamentum hominis. i. ab homine factũ suis hæredibus. Sic & testamentum diuinarum promissionum datum Abrahæ, non potest per subsequentẽ legem infirmari. Quamuis enim secundũ hominem loquar, tñ hominis cuiusq; testamentum, id est, chirographum, in quo constituit qui post se suam possideant hæreditatem, postquam morte eius fuerit confirmatum. Mors enim testatoris, confirmatio est testamẽti, nemo alius ultra Hebr. 9. spernit illud, ut irritum ducat, uolens ex toto destruere, omnes hæreditates auferendo & alios ibi ponẽdo: nec etiam superordinat, ut partim destruat & partim sic dimittat, alios ex hæredibus relinquẽdo, & alios tollẽdo, ac pro eis alios ponẽdo. Et si testamentum hominis iam mortui, & in pulueręreuersi, non mutatur, sed ita permanet, ut illi dum adhuc uiueret constituit, quanto magis testamentũ dei uiuentis & æterni sine immutatiõe p̃manet? Nã sicut *hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat*, sic testamentũ dei factum Abraæ & semini eius, in quo deus constituit ut Abraam cum semine suo sit hæres patriq; cælestis, non facit irritum lex subsequens, neq; uel ex parte imutat. *Abraæ* nanq; *dictæ sunt promissiones*. i. Frequenter promissa est illi diuinitus hæreditas *& semini eius*, uelut dũ sub specie terræ Chanã promitteretur ei terra uiuentiũ, dicente dño: Omnem terram quam conspicis, tibi dabo & semini tuo. *Non dicit & seminibus* tuis dabo terram hãc, *quasi in multis* seminibus. i. in multis filijs esset possidenda, *sed quasi in uno* semine. i. in uno filio sit obtinenda, *& semini tuo*, inquit, dabo illam, *qui est Christus*. Ideo posuit Qui, & nõ Quod, quia Q̃relatiuum nomẽ, positum inter proprium & appellatiuum, ad proprium debet respicere, sicut huc ad Christum licet Christus non sit pure nomen proprium. Abraæ dictæ sunt p̃missiones & semini eius. Semen Abraæ Chr̃s est, quia de Abraam processit populus Israel, & de populo Israel nata est uirgo Maria q̃ peperit Christum. Et quia & nos ad id ptinemus quod est Chr̃s, nobis simul incorporatus & illis pariter cohærentibus unus est Christus. Nã Christus unum est cum oĩbus membris suis, tanquam caput cum corpore suo, quod est ecclesia. Vnum ergo semen posuit Apl̃s, ut ostenderet Galatas & alias gentes in fide non esse inferiores Iudæis, nec Iudæos illis superiores, sed oẽs semen in fide, quasi unum corpus Chr̃i. Quod ne ipsi post perceptionem corperent à bono opere, sed unusquisq; fraterna suum in sanctis actiõibus studeret p̃uenire, ut posset illum & in remuneratione præcedere, q̃m unusquisq; propriam mercedẽ accipiet sẽcũm suum laborem, & in domo patris mansionis multæ sunt. Ideo posuit p̃missiones pluraliter, ut p̃merita dignioris uitæ festinarent ad p̃mium maioris gloriæ, q̃a & stella à stella differt in claritate. Sed tamen (ut diximus) unum est semẽ cui factæ sunt istæ promissiones, q̃a unum remuneratiõis denarium oẽs accipient: & oẽs sunt unum in Christo. Non em̃ dicit deus Abraæ. Tibi & seminibus tuis dabo hęreditatem uel benedictionẽ, quasi in multis seminibus uel filijs uelit hoc intelligi, sed quasi in uno, id ẽ, Christo, ut pote re uera in uno semine Christo uolens intelligi: & semini tuo (inquit) dabo hęreditatem siue perpetuam benedictionem, quod semen est Christus cum corpore suo.

C

Gene. 22

Luc. 2.

Ephes. 2

D

1. Cor. 3. Ioha. 14.

1 Cor. 15

Mat. 20.

Hoc aũt dico, testamẽtum confirmatum a deo, q̃ post quadringẽtos & triginta annos facta ẽ, lex non irritũ facit ad euacuandã promissionem. Nã si ex lege hęreditas, iam nõ ex p̃missiõe. Abraę aũt per repromissionẽ donauit deo.

¶ Abraæ dictę sunt p̃missiões. Lex uero post data, nõ destruxit illas. Fecit em̃ deus Abraę testamẽtum p̃missionũ hæreditatis, sed ego Paul. *dico* q̃a *lex quæ facta est* in Sina *post quadringentos & triginta annos* à tẽpore p̃missionũ, *non facit irritum*. i. fallum, *hoc testamentũ* diuinarum promissionũ, *confirmatũ* non ab homine, sed *a deo*, non facit hoc irritum *ad*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A euacuandam promissionem dei, quæ in eo facta est de æterna hereditate. Quod faceret, si ꝑ eam daretur hæreditas regni cælorum. Hoc nanq; sonant uerba istius uersiculi, quod lex illa q̄ data est sancto Moysi, nō potest euacuare uel cassare ꝑmissiones illas, quas longo ante tempore deus Abraæ locutus fuerat. Postquam em̄ dominus beato Abraæ promissiones illas spondere dignatus est, descenderunt in Aegyptū filij Israel, & habitauerunt ibi quadringentis triginta annis. Quibus expletis, exierunt inde, & ita dominus legem etiam dedit Moysi in monte Sina. Nō ergo decebat ut lex tanto post tempore data, faceret irritum. i. cassum & falsum, hoc sanctum testamentum prius ab omnipotente deo cōfirmatum. Volebant enim pseudo apostoli, ut lex faceret illud irritum, dum conarentur asserere iustificationem & regni cælestis hæreditatem nō per gratiam, ut deus Abraæ promiserat, sed per legis opera dari: & ita euacuaretur diuina promissio, & deus fieret mendax. Sed nō facit lex illud irritum, ut promissionem euacuet, dando cultoribus suis hæreditatē salutis: quia *si ex lege .i.* ex legis operibus esset *hæreditas*, id est, æterna beatitudo. iam *non* esset *ex promissione .i.* ex dono dei, & ita fallax esset pmissio. hoc est, si ex lege Moysi proueniret cælestis hæreditas, promissio quæ facta est Abraæ, non esset uera, q̄m ex illa non daretur hæreditas. Si est ex lege hæreditas, iam non est ex promissione. Sed est ex ꝑmissione, B ergo nō est ex lege. Et qđ sit ex promissione, Apostolus subiungit, dicens: *Abraæ aūt per repromissionem donauit deus*, hoc est, hæreditatem donauit deus Abraæ non per legem quam non habuit, quæ nondū erat, sed per gratiam quā repromisit. Hoc constat omnibus, quia Abraam habet hæreditatem, quoniam nullus id negare potest. Et cum habeat, aut per obseruātiam legis habet, aut per gratiam ꝑmissionis: sed per legis obseruantiam non habet, quia lex uondum erat data, ergo per gratiam diuinæ promissionis habet illam. Et si beatus Abraā ex gratia supernæ ꝑmissionis per fidem adeptus est hæreditatē, consequens est ut & nos q̄ semē eius sumus, eandē hæreditatē ex gratia diuinæ ꝑmissionis cōsequamur ꝑ fidē. Repromissionē ideo dixit, quia nō semel deus hæc Abraæ ꝑmisit.

Gen. 12. 15 & 22. Gene. 46 Exod. 12 13. 14. 19

Gene. 12 15. 22.

Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec ueniret semen cui promiserat, ordinata ꝑ angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est. Deus autem unus est.

¶ Poterat aliquis interrogare: Si lex hæreditatem patriæ cęlestis dare nō potuit, quid igitur data fuit post Abraæ promissiones? Et ideo Apostolus ipse quæstionem sibi proponit, & ipse soluit. Quasi dicat: Quandoquidem ex lege non est iustitia neq; hæreditas, quia nec cultores suos iustificauit, nec regnum cælorum illis aperuit, *Quid igitur lex utilitatis contulit?* Quærēdum est enim cur diuinitus data sit, qua utilitate, qua necessitate data sit, quid cōmodi dederit, cur inter illa duo interuenerit, scilicet inter promissiōem & rem promissam. Nunc ostendit quare data sit: *Posita est* inquit) inter promissionem & promissam hæreditatem, propter illos qui naturalē legē transgrediebantur, ut uel timore cessarent transgredi, & paulatim erudirentur ad hoc, ut bona ex amore facerent. Sed uideamus ordinē constructionis. *Lex ordinata per angelos in manu mediatoris, posita est in populo Iudæorū prepter transgressiones, donec ueniret semen cui* deus *promiserat.* Lex est ordinata per angelos, quia non per seipsum deus, sed per angelos Moysi loquebatur, & præcepta legis disponebat. Et quia in ipsis angelis Christus erat, qui est mediator dei & hominum, ac per eos legem ordinabat, ideo dicitur ordinata fuisse per angelos in manu mediatoris. Ordinata est ergo, id est, bono ordine posita inter promissionem & promissionis redditionem: ordinata est inter tempus naturalis legis, de qua conuicti fuerāt homines, quod iuuare non potuit, & tempus gr̄æ, ante cuius aduentum erant conuincendi de lege scripta. Et ideo q̄ nunc legem post aduentum graciæ reducit, contra ordinē qui diuinitus ꝑ angelos dispositus est, facit. Ordinata est enim ita, ut semper esset in manu mediatoris, id est, in potestate Christi, ut quandiu uellet maneret, & quando uellet cessaret. E D tali ordine posita est in populo Iudæorum propter transgressiones illorum coercendas, ut cęlerent audientes. Si quis hoc uel illud fecerit, morte moriatur, uel talem pœnam patiatur, saltē timore mortis aut pœnæ desisterent peccare. Nā propter iustos & prophetas non fuit posita, qui non timore pœnæ, sed amore iustitiæ deo seruiebāt & plenam habētes de Christo fidē, iam ad nouī testamenti gr̄am ꝑtinebant, & in filiorum libertate iam uiuebant, sed tū ipsi propter uarias causas eiusdē legis opa carnaliter faciebant, tum quia intelligebant illa esse futurarę rerum signa, tū quia cæteris pro quibus ipsa lex data erat, exemplum dare uolebant obseruādi eam. Si enim qui sapientiores & sanctiores erant, ipsi carnales obseruantias legis postponere uiderētur, iam populus ille minus eruditus putaret legem esse inutilem, nec custodiret eā. Illi autē q̄ timore pœnæ legē ipsam carnaliter obseruabant, & redēptionem hūani generis expectabāt, ac de aduentu redēptoris quemcunq; fidē habebant, licet nō ita plenā ut prophetæ, per eundē redemptorem saluati sunt, & si nō habent magnitudinē sublimioris gloriæ quā assecuti sunt ꝑphetę. Quia uero ex semine Abraę Christus erat nasciturus, in quo oīum gentium fuerat bn̄dictio repromissa, & ꝑ quē patria cęlestis erat danda, & ab Abraam usq; ad ipsum Christum multa fuerant secula transitura, prouidens deus ne soboles dilecti sui Abraæ cæteris nationibus misceretur, & paulatim familia eius fieret incerta, gregem Israeliticum quodam circumcisionis cauterio denotauit, ut uiuentes inter Aegyptios, Chananęos, Assyrios, hoc signaculo distingue-

A rentur. Quandiu enim fuerunt in Aegypto, inter idololatras & imundos circuncidebātur, ut se populum dei dissimilem ab illis semper recognoscerēt, nec opera eorū aliquando facerent. Sed postq̄ in desertum peruenere, circuncisionē dimiserunt, præsente ipso legislatore, quia oēs erant ludæi colentes unum deū, & gentes cum quibus in idololatria miscerētur, non uidebant. Statim aūt ut lordanis ripam trāsgressi sunt, circuncisionē quam in termiserāt, repetierunt; ꝓpter quod & secūda uocata est illa circuncisio, qa inter gentes cōuersaturi, timebant ne ad idololatriam exēplo gentium declinarēt, & ideo se illis dissimiles ostēdere uolebant. Vñ possumus uidere, circuncisionē & carnales legis obseruantias ꝓphetis & cæteris iustis ad nouū testamentum ꝑtinentibus, nullatenus fuisse necessarias, eo quod nō timore pœnæ, sed amore iustitiæ deo seruirēt, & se ab oībus idololatris dissimiles sine lege recognoscerēt. Nunc quoque iam nec signo circuncisionis, ꝑ quod dei populus agnoscāt, opus est: quia mō non una gens est dei, sed ex oībus gentibus una cōgregatio, qa iam uenit expectatio gētium Chr̄s. Iteq; non propter iustos (ut diximus) posita est lex, sed propter cętera rum trāsgressiōes refrenandas, q̄ uel præcesserāt, uel uoluntatibus eorū instabant. Et posita est donec ueniret semen Abraæ cui deus ꝑmiserat .i. ad hoc posita est, ut duraret donec ueniret Chr̄s, cui pater ꝑmiserat supernam hæreditatē, ut cum corpore suo quod ē ecclesia, perenniter eā possideret.

Iosue .5. Gene 49

B Qui ergo legem adhuc uult protelare, aut Chr̄m negat uenisse, aut deum usq; ad aduentum eius legem posuisse. Apostol. uero qa mediatoris mentionem fecerat, uult ostendere de q̄ dicebat, & q̄m misericorditer ille mediator curam nr̄æ salutis semp habeat. Ait em̄: *Mediator aūt unius non est.* Lex enim est in manu mediatoris, sed mediator nō est unius. Hoc satis notum est, quia mediator non est unius rei uel unius partis, sed duarum. Quod est dicere: Mediator .i. conciliator uel ꝓlocutor, non est necessarius uni rei uel uni parti, sed duabus. Inter duos em̄ reconciliandos, necessarius est mediator qui utriq; sit amicus. i. inter duos discordantes mediator, id est, reconciliator debet currere, qui ualeat illos ad pacis concordiam reuocare, sicut Christus ꝑ humanitatem suam nobis amicus, & per diuinitatem suam patri, sanguine suo pacem inter nos & deum fecit. Mediator nō est unius, sed *dei est unus.* Igitur mediator non est dei solius, sed dei & hoīm. Inter nos em̄ & deum Chr̄s mediator est: ac per hoc dum per humanitatē suam nos deo reconciliat, patri & sibi sanctoq; spiritui reconciliat, q̄m trinitas unus deus ē. Vel ita: Mediator non est unius, sed duorū: quia duos discordes populos, Iudaicū & gentilem, Chr̄s pacificauit, faciens ex utroq; unum Christianū populum. Chr̄s est duorum mediator, sed deus ē, unus: quia pater & filius nō sunt duo dij, sed unus deus. Quāuis enim pater sit deus, & Chr̄s deus, uterq; tamen unus est, non duo dij. Sed prior sentētia melior ē & uerior.

Lex ergo aduersus ꝑmissa dei? Absit.

Si em̄ data esset lex, q̄ posset uiuificare, uere ex lege esset iustitia. Sed ꝯclusit scriptura oīa sub peccato, ut ꝑmissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. C

Roma. 3 & 11.

¶ Quia dictum est superius, qđ si ex lege est hæreditas, iam non est ex promissione, uideretur alicui quod lex esset contraria ꝑmissioni. Et hoc nūc Apostolus quasi uice aduersarij obijcit sibijpsi, & refellit. Quandoquidem (inquit) ex promissione nō potest hæreditas esse, si fuerit ex lege, *ergo lex est aduersus promissa dei .i.* contraria præcedentibus promissis, quæ deus Abraæ spoponderat. *Absit* ut lex dei aduersetur promissis dei. Non potest hoc esse, ut deus legem dederit quæ aduersaretur promissis suis, quia iam in hoc sibijpsi deus esset contrarius. Nunquam lex subsequens aduersata est præcedētibus promissis: sed ut homines digne se ꝑpararent ad ea accipiēda, iugiter admonuit. Vel ita: Quandoquidem lex propter transgressiones posita est, ergo est aduersus promissa dei, ut ꝑeam impleātur aliter q̄ deus promisit. Absit hoc. Nō est illis cōtraria, ut in aliquo obsistat, uel in aliam partem ea deflectat: quoniam aliter non potest haberi cælestis hæreditas, nisi quēadmodum Abraæ promissum est. Lex enim non potest illam hæreditatē dare, quia non potest ueram iustitiam conferre, sine qua nullus ad supernam hæreditatē ualet peruenire. Et uere non potest iustificare, quia D nec à morte peccati ualet animā uiuificare. *Si enim data esset lex quæ posset uiuificare, uere ex lege esset iustitia.* Si per Moysen data esset lex, quæ posset homines ab interna morte, quā præuaricatione protoparentis & sua iniquitate incurrerant, uiuificare, tunc sine dubio uerā iustitiam lex ipsa posset conferre, per quā & regno cælorum homines essent idonei. Sed nō est data lex quæ posset uiuificare, imo quæ posset occidere. Litera em̄ occidit, spiritus autem uiuificat. Litera enim legis prohibens peccatum, nō uiuificat hominem: sed potius occidit, augendo cōcupiscentiam & iniquitatem præuaricatiōe cumulando, nisi liberet gr̄a per legem fidei, quæ est in Chr̄o Iesu, cum diffunditur charitas in corde ꝑ spiritum sanctū. Lex ergo Moysi non potuit uiuificare, quia hoc seruabatur euangelicę gratiæ. Quod pulchre figuratū est, quando Giezi præcurrens cum baculo, nō potuit mortuum suscitare: sed Eliseus post ueniens, suscitauit eum. Puer em̄ mortuus, humanum genus est, iacens in morte peccati. Giezi cum baculo, Moyses cum terrore legis. Eliseus subsequens, Chr̄s post ueniens. Sed Giezi præmissus cum baculo, nō suscitauit mortuum: quia Moyses Chr̄m præcedens cum terrore legis, non potuit humanum genus à morte animæ suscitare, quoniam iuxta Apostolum nō est data lex quæ posset uiuificare. Eliseus uero post ueniens, suscitauit puerum: quia Chr̄s in fine legis incarnatus apparens, humanū genus ab interna morte suscitauit. Lex itaq; non potuit uiuificare, quod si potuisset, tunc & iustificare ualeret. Vnde liquide patet, quia euangelica gratia

Rom. 5. 2. Cor. 3. 4. Reg. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quæ mẽtem à peccati morte uiuificat, ueram præ
bet iustitiam, quæ facit homines idoneos hæredi
tati cælorum. Nõ est data lex q̃ posset uiuifica
re, sed potius *scriptura*. i. ipsa lex manens & scripta,
quæ non dat spiritũ, sed tantum est scriptura, *con-
clusit omnia* hominum genera *sub peccato*, id est, oẽs
Iudæos circunspexit, ac sub peccati dominio det
nuit, ut à nulla parte iugum peccati dum in lege
tenerentur, possent euadere: uel quia tam difficilis
erat, ut cum à nullo posset impleri, oẽs faceret præ
Iohan. 5. uaricatores & accusabiles redderet. quod enim
lex omnia quæ continebat, sub peccato contulis
set, apte signauit piscina illa in Ierusalem, quinq;
porticus habens, in quibus iacebat multitudo ma
gna languentium. Nã aqua piscinæ, uel plebem
synagogæ, uel doctrinam legis figurauit. Quinq;
porticus cingentes piscinam, quinq; libros legis
concludentes synagogam. In quibus porticibus
iacebat multitudo magna languentium, quoni
am scriptura legis (sicut nunc dicitur) cõclusit om
nia sub peccato, omnes q; qui intra legis ambitum
claudebãtur, iacebant in languore peccati, expe
ctantes medicum Christum, per quẽ sanarentur.
B Ideo aũt scriptura concluſit sic omnia sub pecca
to, *ut* homines nota sua & legis infirmitate, pro
perarẽt ad gratiam, & ita *promissio* benedictionis
& hæreditas Abraæ *daretur* eis credentibus, non
ex operibus legis, sed *ex fide Iesu Christi*.

Prius autem quam ueniret fides, sub
lege custodiebamur, concluſi in eam si
dem q̃ reuelanda erat. Itaq; lex pedago
gus noster fuit in Christo, ut ex fide iu
stificemur. At ubi uenit fides, iam non
sumus sub pedagogo.

¶ Modo fides nos liberat, & facit consequi pro
missionem: sed priusquam cum Christo ueniret,
custodiebamur sub lege. Lex em̃ concluſit omnia
sub peccato, sed tamẽ fuit utilis: quia custodieba
mur sub illa, *priusquam* sponte sua *ueniret fides*, nul
lis meritis nostris aduocati, *sub lege custodiebamur*,
conclusi. i. constricti timore uelut serui, ut nos ita
concluderet onere carnalium obseruãtiarum, ne
per insolentiam & lasciuiam euagaremur ad ido
lolatriam. Ideo conclusi custodiebamur, ut legis
disciplina coerciti, duceremur *in eam fidem quæ* tem
pore Christi *reuelanda erat*, ubi multa sunt patefa
cta, quæ prius erant clausa & uelata. Custodieba
mur concluſi quasi in ergastulis seruire coacti, ut
transiremus in eam fidem quæ erat reuelanda, id
est, in manifestissimam & plenariam fidem, quæ
erat tempore gr̃æ detegenda, quia in antiquis san
ctis erat uelata. Et qa lex nos custodiuit ad fidem
itaq; lex eadem *fuit pædagogus noster*. i. nos sensu pue
ros ab illicitis comprimens, & ad recta dirigens
timore pœnarum. Quia em̃ nos custodiuit donec
ad fidem liberi ueniremus, idcirco pedagogus no
ster fuit i. custodia ad tempus, non ut semper ma
neret, sed sicut pædagogus cessaret. Sicut em̃ pæ
dagogus flagellat puerum, ut hũc reddat aptum
ad regendam domum, & possidendam hæredita
tem patris in ętate sua uirili, ita lex fuit nobis im
posita custodia, ut onera legis grauia saltem metu
pœnæ seruata nos reprimerent, ut idoneos hære
des summi patris nos facerent. Lex fuit nobis pæ
dagogus *in Christo*. i. in expectatione Christi, *ut* sic
uenientes ad fidẽ quasi pueri ad perfectionẽ, *iustifi
cemur* nũc *ex fide*, & iustificati consequamur hære
ditatẽ. Ante fidem fuimus sub pædagogo. i. sub
districtiõe & onere legis, sed postquã *uenit fides, iam
non sumus sub pædagogo* seruitutis legis, sed in liberta
tẽ charitatis, utpote non iã pueri sensib. sed adulti.

C Oẽs enim filij dei estis p̃ fidem q̃ est in
Christo Iesu. Quicunq; enim in Chri
sto baptizati estis, Chr̃m induistis. Nõ
est Iudæus neq; Græcus, nõ est seruus ne
que liber, nõ est masculus neq; fœmi
na. Oẽs enim uos unũ estis in Chr̃o Ie
su. Si aũt uos Christi, ergo semẽ Abraæ
estis, secundum ꝓmissionem hæredes.

¶ Quasi dicerent Galatæ, Iudæi legem pæda
gogum habuerunt quæ illos custodiuit, & ideo
nunc filij possunt esse per gratiam, ut cælestis pa
triæ hęreditatem accipiant: sed nos qui non habu
imus pædagogum, non sumus filij: adeoq; necessa
D rius est nobis pædagogus. i. lex, ut possimus esse
filij. Respondere uidetur Apostolus: Non est ue
rum. Nam *omnes p fidem* quam accepistis sine pæ
dagogo, *facti estis filij dei*. i. apti hæreditatem possi
dere cælestem. Vel potius ita continuatur: Nos
Iudæi tempore fidei pædagogum deserimus, qa
oẽs uos gentiles qui non habuistis pædagogum,
estis filij dei per fidem. Nos q̃ exemplo uestro pæ
dagogum deserimus, & uos illum accipitis, filij
estis p̃ fidem, existentes *in Christo Iesu*. i. facti mẽbra
Christi, & participes innocentiæ ac sanctitatis eius, & ita digni possidere filiorũ hæreditatem. Et
uere estis in Chr̃o per fidem, quã suscepistis in ba
ptismo. Nam *quicunq;*, id est, cuiuscunq; conditio
nis uel sexus uel ætatis, *baptizati estis in Christo*. i. in
Christi nomine, uel in Christo. i. in Christi baptis
mo, quem ipse fieri decreuit in aqua & in spiritu
ac in nomine trinitatis, *Christum induistis*, id est, Chri
stum p uestę acceptis, ut indumento iustitiæ il
lius circundati, non ostendatis ultra iam ab ulla
parte quicquã in operibus & conuersatione ue
stra, nisi sanctitatem Christianitatis. Christum uestem
accepistis, quod est uobis honor & contra tenta
tionum æstus protectio. In qua Christi inductione
non est Iudæus neque Græcus, id est, in illa Christi con
formitate, nec Iudæus prodest, neq; Græcus ob
est: quia nec Iudæus propter Iudaismum suum est
ibi superior, neq; Græcus propter græcitatẽ suam
inferior. Sed nec seruus est ibi abiectior, q̃m sine
discretione nationis ac conditionis ac sexus, estis
omnes in Christo. Non estis ibi differentes, quia
oẽs uos siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue libe

¶ Aqſtio
mus hoc
dicit ꝓ-
batur ex
ſcꝛ, non
legis.Ro
mã.

ri, siue mares, siue fœminæ, *unum estis in Christo Iesu*
A per unitatẽ fidei & charitatis. Et si nos sic uiuificat
fides, ꝓ quam in hac uita recte ambulatur, quãto
ꝓfectius atq; felicius nos efficiet ipsa species, qua
uidebimus sicuti est id ad qđ tendimus? Oẽs enim
unum estis in Chr̃o, id est, in Chr̃i corpore, & ita
eius mẽbra estis effecti. Sed *si uos* membra *Christi*
estis. i. Christo uniti, *ergo semen Abraæ estis*, futuri *hæ
redes* regni cælorũ non sc̃dm carnem, sed *sc̃dm pro
missionem* quã deus fecit Abraæ. Vos em̃ facti estis
hæredes sc̃dm promissionem Abraæ gr̃a dei. Nõ
de carne Abraæ fecit illi cohæredes deus. Nam
imitando fidem Abraæ, facti estis filij Abraæ.

CAPVT IIII.

Dico aũt: Quanto tempore hæres
paruulus est, nihil differt a seruo,
cum sit dñs omnium: sed sub tutoribus
& actoribus est usq; ad præfinitũ tem
pus a patre. Ita & nos cum essemus par
uuli, sub elemẽtis mũdi eramus seruien
tes. At ubi uenit plenitudo tẽporis, mi
sit deus filiũ suum, factũ ex muliere, fa
ctũ sub lege, ut eos q̃ sub lege erãt redi
meret, ut adoptionẽ filiorũ reciperemus.

B ¶ Ab eo loco q̃ dixerat, iam non sumus sub pæ
dagogo, fecit usq; nunc interpositionem propter
Galatas. Modo aũt exponit, qua similitudine uo
cauerat legem pædagogum, & adaptat similitudi
nem, atq; ostendit quia non debuimus esse sub le
ge, postquam fides uenit. Quasi dicat: Superius di
xi manifeste, qa priusquam ueniret fides, sub lege
quasi sub pædagogo custodiebamur: postquam
uero fides uenit, iam non sumus sub pædagogo,
sed nũc *dico* id ipsum per similitudinẽ: Quia scili
cet puer, qui patris sui futurus est *heres, quanto tem
pore est paruulus* ætate & scientia, *nihil differt a seruo*. i.
cogitur alterius parare uoluntati, & nullam pote
statem habet, *cũ* (id est, quamuis) *sit* iam sc̃dm na
turam *dominus omnium* q̃ pater eius possidet. Non
quidem est seruus, sed tamen nihil differt à seruo:
quia nõ est speciose uestitus, nec est in libera pote
state sua, sed sub custode qui illum seruat, & du
cit quo ducendus est, quoniam παῖς puer dicitur,
& ἀγω duco. Non differt à seruo, *sed est sub tutoribus*,
qui tuentur illum ab iniurijs: *& sub actoribus*, qui
pro illo agant ea q̃ necdum ipse ualet aut scit age
re. Vel sub actoribus. i. præceptoribus & morum
informatoribus, quoq; autoritatem & grauitatẽ
sequatur, & qui autoritate sua ꝓ illo causas ipsius
agant, & est sub illis *usque ad tempus præfinitũ a patre*,
id est, usq; ad quinq; annos, uel usq; ad aliud tem
poris spatium quod pater eius præordinauit, ut
deinceps liberæ uoluntati suæ relaxetur. Simili
modo est & de populo Iudæorum, q̃ per Christi
gr̃am futurus erat regni cælorum hęres: qa quan
re compressus, sub disciplina legis quasi sub distri
ctione pædagogi, & coactus seruire præceptis di
uinis, cum tamen futurus esset per Chr̃m domi
C nus omnium bonorũ patriæ cælestis. i. possessor
cælestium diuitiarum. Quando erat paruulus co
gnitione dei & uiribus resistendi peccato, non dif
ferebat à seruo: quia lex ei dominabatur, & minis
eum terrebat ne peccare auderet. Nam erat sub
tutoribus & actoribus. i. sub legis sermonibus, qui
uelut cultores contra malignorum spirituum im
pugnationes, & cõtra gentilium ad idololatriam
persuasiones defendebant, illum admonendo &
increpando atq; puniendo, & uelut actores insor
mauerunt mores eius, atq; causam ipsius apud de
um egerunt, dum ꝓ sacrificia & expiationes deum
ei placauerunt. Et sub his fuit usq; ad præfinitum
tempus à patre, i. usque ad aduentum Christi, in
quo deus constituit ut populus ille perfectus &
liber fieret, & hæreditatem obtineret. Si uero præ
dictis tutoribꝰ uel actoribus quãdiu paruulus fu
it, dedignaretur subijci, nõ posset idoneus esse op
portuno tempore paternã hæreditatem adipisci.
Nam hæc ita debere intelligi declarat ipse Apo
stolus, dum consequenter similitudinem adaptat,
dicens: *Ita*. i. similiter ut prædictus puer, *& nos* iu
dæi *cum essemus paruuli* non ætate, sed intellectu &
discretione ac mentis uiribus & operum actione,
eramus seruientes. i. in seruitute legis uiuentes, *sub ele
mentis mundi*, id ẽ, sub carnalibus obseruantijs qui
bus comprimebamur, ne libere lasciuire liceret.
D Sicut enim pueri discunt elementa & coniunctio
nem elementorum, nec tamen possunt intellige
re profunditatem sententiarum quouscq; sint in li
bera potestate, postea uero se conferunt ad libe
rales artes, nec tamen possunt ad harum scientiam
uenire nisi per elementa: sic Iudæi per carnales le
gis obseruantias instructi sunt. Ipsæ fuerunt illis
quasi elementa, id est, primodia p̃ quæ uenerunt
ad fidem, & ad maiorem dei cognitionem, scili
cet ad spiritalem intelligentiam ipsarum carnali
um obseruantiarum. Quæ elementa dicuntur
mundi, quia data sunt amatoribus huius mundi,
qui nesciebant appetere æterna & inuisibilia, sed
temporalia & uisibilia: ideoq; terroribus corpo
ralium pœnarum & promissionibus tẽporalium
bonorum p̃ legem pueriliter siue seruiliter com
pellendi erant ad dei cultum. Elemẽta ergo mun
di, lex Moysi & omne uetus instrumentum intel
ligitur, quibus & nos adhuc quasi elementis & re
ligionis exordijs deum discimus: qño elementa
appellantur, literæ, p̃ quas syllabas ad uerba con
iungimus, & ad texendam orationem longa me
ditatione procedimus. Ars quoque musica habet
elementa sua, & geometria ab elemẽtis incipit li
nearum. Sic elementis ueteris instrumenti, ut ad
euãgelicam plenitudinem ueniat, sancti uiri eru
ditur infantia. Vñ & centesimus nonusdecimus
psalmus, omnesq; alij qui literis prænotantur, per
Ethicam nos ducunt ad theologicã, & ab elemen
tis occidẽtis literæ quę destruitur, transire faciunt
ad spiritum uiuificantẽ. Propter quod & elemen
ta quasi eleuamenta dicuntur, quia nos eleuant à

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uisibilibus ad inuisibilium intelligentiã. Sub quibus elementis .i. sub lege & prophetis carnaliter intellectis, uel seruiliter intellectis, seruiliter tenebantur iudæi, dum essent paruuli, & nescirent seipsos regere, ideoq; indigerent pædagogi districtione & instructione. Ita (inquit) dum essemus sensu paruuli, eramus seruientes sub elemẽtis mundi usq; ad præfinitum tempus à patre. Sed postquã *uenit plenitudo temporis* .i. postquam impletum est omne spatium illud temporis, in quo cælestis pater præfiniuerat nos sub legis quasi sub pædagogi districtione more puerorum manere, & nos in uirilis animi robur profecissemus, nec iam pædagogi custodia indigeremus, tunc *deus* pater, ut nos à uinculo pristinæ seruitutis absolueret, *misit* nõ angelum, non archangelum, sed *filium suum* unigenitum. Misit eum .i. fecit incarnari, ut hominibus esset uisibilis; ipsum dico, secũm carnem *factum ex muliere* .i. ex fœmina matre, qui secũm diuinitatẽ non est factus, sed genitus à patre. Et *factum sub lege*, id est, creatum secũm carnem sub legis obseruatione, ut susciperet circuncisionẽ, & portaretur ad templum cum hostijs iudaico more, sicut ueraciter filius Abræ cui promissus fuerat. Hunc ergo deus factum ex muliere .i. maternæ carnis substãtia sine uirili admixtione conceptum, ad humanos aspectus hominem uerum protulit: q; in diuina uirtute ac substantia manens per omnia quod erat,

B ueram naturę mortalis infirmitatem, quã non habebat, induit. Vsus nanq; diuinarum scripturarũ, & maxime Hebraicarum, mulieres appellare consueuit, nõ corruptas, sed fœminas, sicut legimus,

Gene. 2. quia ædificauit dñs deus costam quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Vt aũt dei filius nobis necessariam obediendi uirtutem præcipuo cõmendaret exemplo, factus est sub lege .i. subditus est legi: non quia ipse quicquã legi deberet, qui unus est legislator & iudex, sed ut eos qui sub lege positi, legis onera portare nequiuerant, sua compassione iuuaret, ac de seruili conditione quæ sub lege erat, ereptos in adoptionem filiorum q̃ per gratiam est, sua largitate reduceret. Factus est sub lege, *ut eos qui sub lege erant redimeret* .i. a legis seruitute liberaret, sicut & mortem subire dignatus est, ut eos qui mortis dñm euadere non poterant, à morte redimeret. Factus est sub lege, non ut ab ea expiaretur, sed ut eos qui sub illa erant pressi & rei, liberaret: ita *ut* nos omnes iudæi & gentiles *reciperemus* pariter *adoptionem filiorum*, q̃a nostram participauit naturam, & nos adoptauit ad suam. Propterea ergo uoluit sub lege fieri & legẽ implere, ut eos q̃ erant sub onere legis compressi, à iugo legis redimeret: & nos oẽs, tam iudæi quãm gentiles, per gratiam nouæ libertatis reciperemus adoptionem filiorum, quã in Adam perdideramus, id est, efficeremur adoptiui filij, ac hæreditatem patris æterni consequeremur.

Quoniam aũt estis filij dei, misit deus spiritũ filij sui in corda nostra, clamantem, abba pater. Itaq; iam non est seruus, sed filius. Quod si filius, & hæres per deum. C

¶ Modo repetit quod superius dixerat Galatas esse filios dei, ut ostẽdat similiter illos adoptiuos filios esse, sicut iudæos, quasi dicat: Dixi uos esse filios dei per fidem. Nec frustra hoc egi. Sed *quoniam* uos Galatæ *estis* adoptiui *filij dei*, sicut & nos Hebræi, *misit deus spiritũ* naturalis *filij sui in corda nostra*, id est, spiritum sanctum qui & à patre procedit & à filio. Nam & missio qua mittitur à patre, ipsa est processio qua procedit à patre. Et ideo dicit eum Apostolus mitti a patre & filio, ut ostendat eum ab utroque procedere. Misit deus pater spiritum filij sui in corda nostra, id est, in corda omnium nostrum q credimus, tam iudæorum quãm gentilium. Nam propter utrunque populum misit eum *clamantem abba pater*. Clamat enim in cordibus nostris ad deum, id est, magna piæ mentis deuotione facit nos intus clamare, o abba pater. Abba nanque & pater, idem est. Sed propter iudæos clamat abba, & propter gentiles pater, ostendat ambos unum patrem habere deum. Abba enim Hebraice, pater dicitur. Effectus ergo probat utrosq; dei filios esse, dum in cordibus utrorumq; clamat spiritus sanctus ad deum, abba pater. Et quid est spiritualis ille clamor, nisi pius affectus electorum erga deum, & pia mẽtis postulatio eius rientis & sitientis iustitiam? Quia uero superius dixerat hæredem, quãdiu paruulus est, nihil à seruo differre, quod de populo q̃ sub legis seruitute fuerat, mystice uoluit intelligi, & addiderat quomodo idem populus per aduentum filij dei liberatus sit, facit inde consequenter illationem, quod iam nõ sit seruus. Acsi dicat: Populus ille q̃ prius erat sensu & actione paruulus, & sub lege seruiliter deprimebatur, postmodum p̃ gratiam unigeniti dei est in libertatẽ adductus, & in filiũ adoptatus, *itaq; iam non est seruus* ut antea sub lege, *sed filius*, quia filiorum adoptionem recepit dono gratiæ. Vel ita: Spũs Christi clamat in cordibus utriusq; populi, abba pater, itaq; iam neuter eorũ est seruus post acceptionem sancti spiritus, sed est per gratiam filius. *Quod* .i. sed *si* iam *filius* est, ergo & *hæres* in futuro erit *per deum* .i. per dei operationem & per dei gratiam. Vel per deum iuro ita fore. Hæc enim filiatio & hæreditas utrique populo concessa est. Sed quia Galatis Apostolus loquitur, ad eos sequentia uerba respiciunt, cum dicitur:

Sed tũc quidẽ ignorãtes deum, his q̃ natura nõ sunt dij, seruiebatis. Nũc autem cũ cognoueritis deũ, imo cogniti sitis a deo, qũo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, q̃bus denuo seruire uultis? Dies obseruatis & mẽses & tempora & annos. Timeo uos, ne forte sine causa laborauerim in uobis.

A ¶ Modo (inquit) estis filij, sed prius eratis serui, non in carnalium legis ceremoniarum seruitute, sicut iudæi, sed idolorum: quia *tunc quidem ignorantes deum, seruiebatis his qui non sunt dij natura*, sed opinione insensatorum hominum .i. non sunt naturales, sed falsi dij. Hic ostendit nõ esse seruiendum, nisi illi qui natura deus est. Tunc quidem ignorabatis uerum deum, cui soli seruiẽdum est: & ideo aliquid excusatiõis habebatis, quod falsis dijs seruiebatis. Sed *nũc cum* iam *cognoueritis deũ*, nulla ulterius uobis supereſt excusatio, si errueritis, sed longe deterius q̃ olim, delinquetis. Nunc non est iam locus errandi, cum aperta sit ueritas, cum cognoueritis deum per fidem, *imo* melius possum dicere, cum *fitis a deo cogniti* .i. approbati per bonam operationẽ. Vel deus cognouisse dicitur, quia fecit ut ab his cognosceretur, à quibus ignorabatur. Nequ enim fas est ut credamus quod tunc Galatas deus primo cognouerit, quos ante mundi constitutionem præcognitos habuit: sed tunc cognouisse dictus est, q̃d tunc ut cognosceretur effecit. Nam q̃a tunc ipsi eum illius munere, non suo merito uel facultate cognouerant, maluit typice loqui, ut tunc abillo cognitos diceret, quando eis cognoscendum se præstitit: & uerbum corrigere, quasi hoc minus recte dixerat, quod proprie dixerat, quãm sinere ut hoc sibi arrogarent, se potuisse quod eis posse ille donauerat. Cum enim dicitur, quod nos cognoscit deus, cognitionem suam nobis præstat, ut per hoc intelligamus, ne hoc quidem nobis tribuendum, quod nos scimus deum, sed eam quoque scientiam illius mtsericordiæ tribuamus. Prius quidem (inquit) per ignorantiam dei seruiebatis idolis: sed modo cum iam cognoueritis deum, imo cogniti sitis à deo, id est, cognitionem eius perceperitis ab ipso, *quomodo*, id est, qua causa, qua ratione, *conuertimini iterum* (ut ante dei notitiam) ad seruitutem erroris? Quomodo postquam uobis ueritas illuxit, conuertimini iterum ut antea, dum à iudæis efficeremini ꝓselyti? Quomodo (inquam) conuertimini *ad elementa* .i. ad carnalia legis mandata, quæ sunt diuini cultus iudæis exordia, & sunt *infirma*, quia per se non ualent cultores adiuuare: *& egena*, quia egent auxilio gratiæ? Quomodo ad hæc conuertimini, *quibus denuo*, id est, iterum *uultis seruire*? sicut quõdam eis seruierunt iudæi, sed iam ab eorum seruitute sunt liberati. Illi desierunt eis seruire, & uos qua ratione uultis iterum eis seruire? Quæ scilicet elementa, id est, carnalia legis præcepta, prius fortia & uelut quandam firmitatem dantia fuerant, dum iudæos adhuc comprimerẽt, & cohortarentur ad iustificationem fidei, & ad maiorem dei notitiam paulatim promouerẽt: & erant ditia, dum locupletarent eos, dando quandam ipsis apud homines iustificationem, ut non punirentur, ut nihil mali paterentur. Hæc nanq; erant illis quædam diuitiæ, quę præparabant illos ad ueras diuitias, ad fidem scilicet & iustificationem, necnon & ad hæreditatem in supernis accipiendam. Sed nunc infirma & egena sunt hæc elementa, quia priusquã

B

ueritas aduenit, iam neminem ad eius susceptionem præparant, iam neminem ad dei cultum constringunt, iam nihil præfigurant, nihil cultoribus suis prosunt, nihil boni conferunt. Et his ita destitutis ac inanibus elementis uultis denuo seruire, sicut ante ueritatis aduentum iudæi quõdam illis seruierunt, cum iam nemo debeat illis seruire, sed omnes in libertate quã Christus dedit, permanere: nec iam sub pædagogo uiuere, postquã impletum est tempus præfinitum à patre. Vere uultis denuo his elementis seruire, & post expletum infantiæ tempus iterum iugo pædagogi colla uestra miserabiliter subdere. Nam *obseruatis*, id est, obseruare disponitis *dies*, sicut sabbatha, *& menses*, sicut per primum & septimum mensem. uel menses, id est, exordia mensium, hoc est, neomenias. *& tempora*, sicut quando ter in anno omnes iudæi ad templum conueniebant, ac solennitates agebant. *& annos*, sicut septimum & quinquagesimum annum. Hunc annum Galatæ nuper subuersi necdum obseruauerant, & ideo (secũm quod præmisimus) quod ait, dies obseruatis & menses & tẽpora & annos, sic accipiendũ est, non quod iam obseruarent, sed quod hoc obseruare uellẽt. Nõ enim tam fecerant q̃ facere disponebant carnalia legis opera. Et quia talibus (inquit) subijci non respuistis, *timeo uos*, ne mihi damnum de uobis ipsis faciatis, scilicet *ne sine causa*, id est, sine utilitate uestra *laborauerim in uobis* cõuertendis & instruendis. Non idcirco timet eos, ut putet quod illi possint ei per apostasiam suam auferre mercedem laboris, quam in eorum instructiõe pertulit, sed quia metuit ne seipsos à fide subtrahendo, faciant ut non prosit eis labor apostolicus. Non eñ suam mercedem, sed illos amittere timet. Quod forte, id est, illorum arbitrio potest fieri. Vtrum libet contingere ualet, ut uel sine causa quantum ad eos, laborauerit in ipsis, si in errore perduauerint: uel nõ sine causa, si respuerint. Dicamus q̃d nonnullis usum est, scilicet quia Galatæ partim ex iudæis, partim ex gentibus ad fidem uenerant, sed post discessum Apostoli cogebantur à pseudoprædicatoribus, his qui de Iudæis conuersi fuerant, iterum iudaizare; qui uero de gentibus crediderant, rursus elementa obseruare. Quibus apte cõgruit quod dicitur: Sed tunc quidem ignorantes deum, his qui natura non sunt dij, seruiebatis. Nunc autem cum cognoueritis deum, quomodo conuertimini iterum, sicut antequam deum cognouissetis, ad elementa, id est, ad impiam obseruantiam solis & lunæ ac stellarum & cæli ac terræ? Quæ quidem sunt infirma, quantum ad uos, quia nequeunt uos adiuuare: & egena, quãtum ad se, quia nihil habent nisi ex dei dispositione, his tamen post nostram conuersionẽ uultis denuo seruire sicut antea. Nã dies obseruatis, dicentes, Non proficiscar hodie, quia posterus dies est, aut q̃a sic luna fertur: uel proficiscar, ut prospera cedant, quia sic se habet positio siderum. & menses obseruatis, dicendo, nunc agam hoc mense cõmercium, quia illa stella mihi agit mensem:

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uel idcirco agam, quia suscepit mensem. Et tempora præuidentes in augurijs, quale tẽpus, siue earum, siue calidum aut pestiferum, euenire debeat. Et annos, ut illi qui dicunt, Nõ plantabo hoc anno uineam, quia bissextus est. Siue ergo his, siue alijs peruersis modis, nõnulli Galatarum obseruabant dies & menses, atq; tempora & annos, & inde culpat eos Apostolus, atq; omnes qui talibus obseruationibus adhuc student, & q̃ graue sit talia obseruare, periculum demõstrat, dum esse incassum quod illis qui hæc obseruant, laborasse timet. Quis em̃ æstimaret q̃ magnum peccatum sit talia obseruare, sicut obseruant (ut dictum est) qui certis diebus aut mensibus, siue temporibus, siue annis, uolũt uel nolunt aliquid inchoare, eo quod sẽdm uanas doctrinas hominum fausta uel infausta æstimant tempora, nisi magnitudinem extimore Apostoli pensaremus, q̃ nunc talibus ait, Timeo ne forte sine causa laborauerim in uobis?

Estote sicut ego, qa & ego sicut uos. Fratres, obsecro uos. nihil me læsistis. Scitis aũt quia per infirmitatem carnis
B euãgelizaui uobis iampridẽ, & tentationem uram in carne mea nõ spreuistis, sed sicut angelum dei excepistis me, sicut Chrm Iesum. Vbi est ergo beatitudo ura? Testimonium em̃ perhibeo uobis, quia si fieri posset, oculos uestros eruissetis & dedissetis mihi. Ergo inimicus uobis factus sum, uerę dicẽs uobis?

¶ Ne labor meus in uobis sit inanis, *estote sicut* ego liberi à seruitute elementorum. i. a legis obseruatione carnali: *quia & ego*, qui legi subditus fui, & legis obseruantiam noui, sum mõ *sicut uos* sine lege. Nam quia ego q̃ legem habui, consilio rationis eam deserui, ex quo Chrm cognoui, scire potestis quia nihil utile christicolis in ea esse considerauí, quã sic ex toto reliqui. Si igitur ego qui hãc habebam, dimisit, tũc uos qui eam nõ habetis, assumere non debetis. Vel estote sicut ego in fidei charitate, quia & ego sum sicut uos hõ correctus de errore. Nã & nunc potestis exemplo meo à legis obseruantia retrahi, sicut olim ab idolorum cultu reuocati. Et debetis: sic sicut ego, quia *obsecro uos* o *fratres* ut sitis sicut ego, i. dulcedine fraternæ dilectionis rogo. Ideo uos fraterno amore obsecro, nõ ut inimicus decipere quæro, sicut falsi apostoli de me uobis asserunt: qa dum essem apud uos, *nihil me læsistis*, sed in magno honore habuistis. Superius aspere correctos nũc demulcet ac reuocat blandiendo, obsecrãdo, & bene gesta eorum memorando. Nõ me læsistis, sed potius uos ipsi *scitis quia per infirmitatem carnis*, i. eo tempore quo infirmabar in carne mea, p̃dicaui uobis euangelium Christi iampridem: *& tamen non spreuistis*, ut me uilem iudicaretis, *tentationem uestram in carne mea* ęgrotante. Tanta em̃ fuit infirmitas corporis in me, ut uos inde tentari possetis, & putare C quod non esset in me uirtus aliqua spiritualiter, q̃ corporaliter sic infirmabar: nec essem apostolus Chrī, quem ita doloribus infirmitatis agitari permitteret. Vel hæc infirmitas fuit passio diuersarum tribulationum. *Euangelizaui uobis iampridem* per infirmitatẽ carnis. i. per tolerantiam aduersitatum, quibus uehementer affligebatur caro mea & tentationem uestram in carne mea factam non spreuistis, id est, non uilem existimauistis passionem tribulationum mearum, per quam tentabamini uerum timore me desereretis, an charitate amplecteremini. Et inde uos esse firmos cognoui, quod aduersitatibus quæ mihi in carne acciderant, non estis à charitate deflexi. Nam dum me propter annunciationem euangelij tam contumeliose tractari ab incredulis uideretis, uos quoque similiter ab illis male tractandos fore propter eiusdem euangelij susceptionẽ credere poteratis: & ideo consideratione tantæ persecutionis ac pœnæ quidam deficiebant à fide, uel metuebant ad eam accedere. Atque ita omnes tentabantur, & alij probati, atque alij reprobi per ignem tribulationis declarabantur. Illam infirmitatem, quæ in carne mea
D fuit uestra tentatio, non spreuistis, ut de me sic abiecto & afflicto non curaretis: nec ex toto respuistis, ut omnino conuerti propter illam renueretis, sed potius ita me excepistis, ac si nihil paterer, ac si essem immortalis & impassibilis. Cum tanta scilicet reuerentia me excepistis, cum quanta dei angelum uenientem de cælo exciperetis: & ut plus dicam, ita me excepistis, sicut ipsum Chrm, si descendisset rursus in terram, & uenisset uobis prædicare. Tantæ enim autoritatis me habuistis, ac si de sublimibus ueniens angelus loqueretur uobis, uel ipse Chrs angelorum dominus. Et quandoquidem in tãto honore me tunc habuistis, nũc autem sine causa spernitis ac respuitis, *ergo ubi est beatitudo uestra?* id est, illa affectio & humilis deuotio, quam erga me habuistis, quæ erat causa futuræ beatitudinis uræ. Bene reuocat illos. uocando illam affectionem beatitudinem: quia si causam amittunt, effectum perdent: si amittunt illam deuotam affectionem, perdent sine dubio futuram beatitudinem. Vere (inquit) *sicut angelum, uel sicut Christum Iesum me excepistis*, & inde beatitudinem meruistis: quia si posset iuste & cum mea utilitate fieri, illa membra ura quæ chariora sunt in hoc, tulissetis à uobis & dedissetis mihi. *Testimoniũ enim uobis perhibeo, quia si* ad utilitatem ecclesiæ *fieri posset*, si cum iustitia uestra & cõmoditate mea liceret, posset, *oculos uestros eruissetis & dedissetis mihi*, id est, ad utilitatem meæ prædicationis. Consueto more loquitur, sicut solemus dicere: de carne mea uellem pro uestro profectu dare, si possem. & propter nimiam erga se charitatem illorum exaggerandam dicit talia. Sed cum tanta charitas & tantus honor illi fuisset exhibitus, nunquid propter ipsum honorem sibi exhibitum ac dilectionem pepercit illis errantibus, ne forte negaretur ei, & minus cum argueret eos, laudaretur uel amaretur? Non utiq;, quia propter honorẽ sibi impensum non gaudebat, sed propter eorum salutem. Ideoq; propter eandem ipsorum salutem non timuit & uituperari ab illis uel odio haberi, dummodo quod uerum & utile erat, prædicaret. Vnde mox subijcit: *Ergo inimicus uobis factus sum, uerum dicens uobis?* Quia (inqt) tm̃ me dilexistis, ego propter ueritatem quã annunciaui, inimicũ uobis me factum putatis? Persuadebant enim illis pseudo apostoli, quod ipse causa odij noluisset eos docere circũcisionẽ, sed alijs illam prædicaret, & inde putauerũt eum sibi inimicum. Propter quod increpando nunc dicit: ergo inimicus uobis factus sum, uerum dicens uobis? Ac si dicat: Non debetis æstimare quod sim inimicus, sed magis amicũ me debetis agnoscere ex eo, quod puram uobis ueritatem prædicaui, scilicet ut absq; legis obseruantia per solius euangelij custodiam quærere-
A tis saluari, uel quia nemo uult se argui, reprehendens nunc eos, uidetur illis inimicus.

Aemulãtur uos non bñ, sed excludere uos uolũt, ut illos æmulamini. Bonũ aũt æmulamini in bono semp, & non tm̃ cum præsens sum apud uos filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in uobis. Vellem autẽ
B esse apud uos modo, & mutare uocem meam, quoniam confundor in uobis.

¶ Ego qui ueritatem dico, uideor inimicus: sed si blãditijs uos fallerẽ, tunc putarer amicus. Ego aũt nõ sum uobis inimicus, sed illi potius, quos putatis amicos. Nam ipsi *æmulantur uos non bene*. i. non bona uoluntate, quia nõ legitimo spõso uos æmulantur. Sancti uiri æmulantur zelo dei animas fidelium, ne castitatem mentis quam Chro sponso illibatam seruare debent, aliqua perfidiæ subrepatione uel peccati perpetratione uiolẽt. Et pseudo apostoli quasi zelo dei se istos æmulari fingebãt, quos quasi per transgressionẽ legis à castitate spirituali recedere iudicabant. Sed non bũ id faciebant, quia ex quo spõsus ipse Chrs per fidẽ uos iustificari decreuit, nõ est iam casta aĩa quæ p carnalia legis opera quærit iustificari, qm̃ auersa est ab amore spõsi. Et hoc est: Nõ bñ uos æmulanť. i. nõ bene studentin uobis castitatem custodire: *sed excludere uos uolunt* à sponsi thalamo, id est, ab ecclesia catholica, *ut illos* in fornicatione, id est, in hæresi sua foras *æmulemini*, id est, quodam mẽtis furore studeatis imitari. Ipsi uolunt ut illos æmulemini, id est, imitemini, uos autem nolite eos imitari, sed *bonum* quemlibet uirum *æmulamini*, id est, feruenti amore imitari studete: non ad horam, sed *semper*, & non in illis operibus, quæ uel mala sunt, uel nec bona nec mala, sed *in bono* tantum. Petrus enim bonus erat, & tamen in illa simulatione, qua metu iudæorum à gẽtilibus qui crediderant segregabatur, nõn est imitandus, sed tantum in bono quod egit. Vel malum quod in pseudo apostolis est, nolite æmulari; sed bonũ ubicunque repertũ fuerit, æmulamini, id ẽ, feruida mente imitamini in bono, id est, in eo quod ipsum est bonum, non in alia re. Nõnulli enim bonũ æmulantur non in bono, quia uidentes iustos pro bono opere laudari ab hominibus, studẽt & ipsum opus agere, ut humanas laudes recipiãt. Ideo tantum in bono, nõ autem in malo bonum est æmulãdum, id est, propterea solummodo quia bonũ est, debetis illud imitari, ut ipsum bonum uos delectet, & ex amore sequamini illud. Et hoc agite *non tantum cum præsens sum apud uos* corpore, sed etiam dum absens sum o *filioli mei, quos* nunc *iterum parturio, donec formetur Christus in uobis*. In absentia eius non æmulati fuerant bonum, sicut fecerant dum ille cum illis esset: & idcirco monet eos, ut non sint similes seruo ad oculum seruiẽti, sed bona facere studeant illo absente, sicut & præsente. Quos uocat filiolos, qa diminuto corde fuerant: & rursus adhuc in obscuro matris utero manebant, nondum prolati in lucem per correctionẽ. Vocat & suos, quantum ad bonam uoluntatem suam, & ad spem quam habet de illoꝝ correptione. Qui materno more ex deo conceperat illos prius p bonam uoluntatẽ ac dilectionẽ, parturierat per prædicationẽ, pepererat per ipsoꝝ conuersionem. Sed postea per pseudo apostolos a uita fidei fuerant extincti. Ideo rursum modo cõcepit illos per bonam uoluntatem, & iteꝝ prædicãdo D laborat ut eos in lucem pariat. Et tandiu in eorũ parturitiõe dolet & laborat, donec formet Christus in eis, q̃ deformatus fuerat in ipsis. Quod grauius est dictum, q̃ si diceret eos formari in Christo. Donec (inquit) formetur in uobis Christus, id est, similitudo Christi exprimat in uobis, ut non nisi forma noui hominis appareat in uobis, ut non ribus uestris. Parturire se dicit eos, quod matris est, non patris, ut oñdat maternũ laborem & affectum, quẽ pro eis uel erga eos habet, quoniã sola mat̃ dolores parturitiõis sentit, & affectuosius q̃ pater diligit. Nunc (inquit) absens uoco uos filios, sed *modo uellem esse præsens apud uos, & mutare uocem meam*, id ẽ, negare uos filios. Vellem esse præsens, ut digna uobis dicerem, quæ nolo scribere ne permaneant. Dum enim absens sum, blãde alloquor, ne si uos exasperem, maleuolo animo fieri putaretis; sed uellem nunc esse uobis præsens, & uocem lenitatis ac mansuetudinis, qua absens utor, mutare in uocem asperitatis & seueritatis. Quia non ita cõmouet epistola uel quælibet scriptura corda hoim, sicut uiua uox psentialiter loquẽtis. Motus etiã corporis & habitus ac uultus & modus loquendi, multum commouet audientes. Ideo uos aspere uellem redarguere, *quoniã confundor in uobis*, id est, apud alios erubesco pro uobis ita recedentibus à doctrina mea. Vel aliter: Ego nũc absens multa uobis per similitudines loquor, uolens uos corrigere: sed uellem esse modo uobis præsens, ut alio genere loquendi rem profundius & subtilius aperirem, & non parabolice, sed palam ueritatem dissererem. Si enim profun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A diora nunc eis diceret, non haberent qui exponeret. Sed si ipse præsens esset, ubi dubitarent ipse exponeret. Et præsens esse uellet, ut aliter loquês manifestius & profundius rem exponeret. Vellē esse præsens, qm̄ absens confunditur in eis, id est, doctrina absentis patitur confusionem in cordibus eorum, confuse intelligentiū dicta eius subtilia. Sed prior sententia est uerior & melior.

Dicite mihi q̄ sub lege uultis esse, legē nō legistis? Scriptū est em̄, qm̄ Abraā duos filios habuit, unum de ancilla, & unū de libera. Sed qui de ancilla, secdm carnē natus est, :qui aūt de libera, p repromissionē. Quæ sunt p allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta: Vnum quidē in monte Sina, in seruitutem gnans, q̄ est Agar. Sina em̄ mōs est in Arabia, qui cōiunctus est ei, q̄ nunc est Ierusalem, & seruit cum filijs suis.

Gene. 16 Gene. 21

¶ Rursus Apostolus incipit oādere ex ipsa lege quod non sit tenenda. *Dicite*, inquit, hoc est, rāde. *mihi* uos *qui sub lege* carnaliter *uultis esse*, *legem* nō *legistis*? Quicquid eligant, probant stulti. Si nō legerunt, non debent recipere, quā nesciunt. Si legerunt, ipsa probat se dimittendā. Q& si non intelligunt, stulti sunt. Translata in Græcū fuerat lex p Septuaginta interpretes, & idcirco poterat à Gallatis legi. Ideo aut̄ quæro an legeritis legē, quia in ea *scriptū est*, *quoniam Abraā duos filios habuit*, q̄d si attenderitis, nunc̄ ad eā recurreretis. ibi em̄ innuit, quia qui sub lege sunt, p gr̄am sunt in libertate. Cū em̄ plures filios ille pater habuerit, de duobus spiritualiter agit scriptura, innuens aliquid egregiū in his p̄figurari. Vnus ergo pater duos filios habuit, *unum de* Agar *ancilla*, *& unū de* Sara *libera*. Quum enim pater unus esset pater, non tamē condition & genitura utriusc̄ fuit similis. *Sed* ille qui. *dem qui de ancilla* est procreatus, *secundum carnem*. i. secundum carnis naturam uel cōsuetudinē *natus est*: quia iuuencula, sicut erat Agar, de sene solet concipere. Ille *autem qui de libera* genitus est, non p carnis usum, sed *per* Dei *repromissionem* natus est. Ob hoc enim ex Sara natus est, quia deus promisit, imo repromisit, non quia caro id potuit. Sara enim erat sterilis & uetula, nec de sene marito si nunquam sterilis fuisset, concipere iam anus poterat, sed deus mirabili operatione dedit ex ea filium Abraæ per gratiam repromissionis suæ. Q*uæ sunt dicta per allegoriam*, id est, per aliam loquutionem, ut aliud exterius sonet, & aliud interius intelligatur. Quia *hæc*, id est, hæ duæ matres *sunt*, id est, significant *duo testamenta*. Duo tantū exponit, id est, ancillam & liberam, ut per hæc intelligam9 & cætera. Abraham ergo Deus pater intelligitur. Duo filij, duo populi, iudæorum scilicet & Christianorum. Ancilla, carnalis doctrina ueteris testamenti, quæ gignebat sub iugo seruitutis, dum timore cogeretur deo seruire. Libera autem, prædicatio siue gratia noui testamenti, quæ liberos generat, qui per charitatem deo seruiant. In utroc̄ enim testamēto genuit Deus filios qui sibi seruirent, sed in ueteri iudæos seruos qui timore pœnæ & promissionibus tēporaliū ei seruiliter obedirent, & hoc est secundum carnem, quæ & pœnas horret, & dulcia amat. In gratia uero noui testamenti liberos, qui ex dilectione seruiant, non ui carnis, sed opere dei. Quis enim impossibilia secundū naturam crederet, quæ suauia sunt in præsenti contemneret, non usa speraret, nisi dei uirtus hoc in eo operaretur? Duæ matres, ut dictum est, sunt duo testamēta. *Vnum quidem* uenies à monte Sina, uel datum *in monte Sina*, id est, uetus testamentū, *in seruitutem generans* deo filios, qui essent sub districtione formidinis, & ex timore deo seruirent, *quæ res*, id est, quod seruile testamentum *est* Agar, id ē, significatur per Agar. Hic relinquitur nobis intelligendum, quod Sara libera matrem gratiam uel prædicationem euangelicam significauerit. De hinc reddit causa cur per Agar significetur illud uetus, quod deletū est. *Sina enim* ubi testamentū illud datum est, *mons est in Arabia*, quæ est prouincia extraneārum gentium, non in terra promissionis, quæ est hæreditas filiorum: ut intelligamus eos qui testamentum illud carnaliter obseruant, nequaquam ad hæreditatem pertinere filiorum, sed extraneos esse à terra uiuentium, & alienos à patria sanctorum. *Qui* mons *coniunctus est Ierusalem*, quia quod in monte illo carnaliter & seruiliter iussum est, in Ierusalē ubi tēplum erat, obseruatum est. Coniunctus & consociatus est ille mons non futuræ Ierusalem, sed *ei quæ nūc est*. id est, non cælesti, sed terrestri, & non est libera, sed *seruit cum filijs suis*, qui doctrinam eius sequuntur, & ex timore cuncta faciunt. Vel quia mons tumorem superbiæ designat, & Sina interpretatur mandatum, iudæi habuerunt seruile testamentū à monte Sina, id est, à superbia mandati: quoniā propterea digni fuerunt talem accipere legem, quæ reprimeret eorum seruicositatem, quia de mandato ipsius legis erant supra modum contra cæteras gentes gloriaturi. Quod testamentum generat eos in seruitutem legis uel peccati, quia & terrore minarum cogit eos legi carnaliter deseruire, & omes facit præuaricatores, dum nō possunt ipsam legem implere. Quæ testamēti seruitus est Agar. i. designatur per Agar ancillam, quæ interpretatur aduena uel alienatio: quoniā peregrina est cum filijs suis & alienat eos ab hæreditate cælesti. Arabia uero interpretatur humilis, significās infirmam & humo repentē conuersationem eorum qui legi seruiunt, sicut & mons Sina tumorē designat electionis ipsorū, qua de mandato eiusdem legis extolluntur. Sina enim mōs est in Arabia. i. mandatū legis tumor elationis est in humilia (hoc est, per humum repenti) conuersatione iudæorum, dum se legem dei habere gloriantes: iustos se putant, & cunctos homines uelut peccatores despiciunt, licet ipsi nunquam uel intelligendo

Gene. 28

A uel operando subleuentur à terra. Qui mons. i. q superbus tumor, cōiunctus est & semp adhæret ei Ierusalē, quæ nūc est. i. ei parti iudæorū quæ in infidelitate persistēs, sola tēporalia quærit. Ierusalem nanq̄ uisio pacis dicit. Quo nomine plebs illa recte designatur, quæ nunc semper uidere pacē temporalem desiderat, ut carnis suæ uoluptatibus sine inquietudine uel metu seruire ualeat. Et ideo nunc esse dicitur, quasi quæ in alio seculo futura non sit, quia nunc bonis præsentibus quantum pōt fruit, & in amore huius seculi habet cor omnino fixum, sed in alia uita bonis omnibus carebit, & supplicijs perpetualiter deficiens uelut in nihilum redigetur. Ipsa est nunc sicut disseruimo, & seruit adhuc miserabiliter sub iugo legis cum filijs suis, sicut Agar cum Ismaele, quia noluit recipere libertatē, quam Christus attulit. Ex quibus omnibus euidenter ostendit, legē amplius post aduentum Christi non esse tenendam, sed seruitutem quæ sub ea est, à cunctis hoībus fugiendum.

Illa autem quæ sursum est Ierusalem, libera est, quæ est mr̄ nostra. Scriptum est enim: Lętare sterilis q̄ nō paris erūpe & clama quæ nō parturis, quia multi filij desertæ, magis quā eius quæ habet uirum. Nos aūt fratres secundū Isaac promissionis filij sumus.

Isaie. 54

B

¶ Ita quidem terrestris Ierusalem seruit cum filijs suis, qm̄ ancilla est, & in seruitutem generat ut Agar. Sed *illa Ierusalem quæ est sursum* mente cum deo, *libera est* ut Sara, & *est mater nostra*, generās nos in libertatē sicut Isaac. Sursum est enim sc̄ōrum ciuitas, quāuis hic pariat ciues, in quibus peregrinat, donec regni eius rēpus adueniat. Nam & sancti angeli qui in cælis feliciter habitant, ciues eius sunt. Illa Ierusalē cuius conuersatio in cælis est, q̄ sursum cor habet, quæ superna appetit, quā Sara figurauit, libera est. i. ex amoris libertate bono aīo studet placere deo, non ex timoris seruitute q̄rit pœnā euadere. Libera per spm̄ dilectiōis, quē accepit à Christo. Vbi enim spiritus domini, ibi libertas. Et hæc in libertate sua exēplo Saræ genuit nos, ut nō quasi serui, sed sicut filij seruiam9 patri nostro, qui est in cælis. Vere est mater nr̄a, licet fuisset diu sterilis ut Sara. Hinc enim scriptū est in Isaia: Lætare sterilis &cæt. Isaias nanque per spiritum sanctum prænunciās futuram ecclesiæ fœcūditatem, ait: Lætare tu superna Ierusalem, id est, ecclesia post aduentum Christi futura, modo quidem *sterilis* ut antea Sara, *quæ* nunc tempore prophetarum *non paris* filios in fide, *erumpein* uocem prædicationis, ut quæ diu siluisti, uocem eū magno impetu per uirtutem sancti spiritus emittas, *& clama*, ut à mulcis audiri ualeas, tu *quæ* modo ante aduentum sponsi *non parturis*, id est, non conaris parere, non doles ut parias. Idcirco te moneo hæc agere, *quia* sui *desertæ* ac derelictæ erunt *filij multi magis quam eius* synagogæ *quæ* modo *uirum habet* deum uel legis sermonē. Dū plures filij promittunt ecclesiæ, non penitus synagoga excludit à partu, sed multitudo gētium illi p̄fertur. Et ipsa enim in apostolis, ac per apostolos primum populum genuit de iudæis. Sicut autem primo Abraā sibi in cōiugium sociauerat Sarā, sed propter eius sterilitatē cognouit ancillā, ut uel ex ea prolē gigneret, & randē ex Sara per donū gratiæ dei filiū genuit, ita deus ab initio mūdi ecclesiā in paucis electis sibi coniunxit: sed quia tunc illa per prædicationem filios non generabat, interim synagoga uelut ancilla ad amplexus eius introducta, semē prædicationis accepit, unde carnalem populū in seruitute legis pareret, donec circa finem seculi p diuinam gr̄am ecclesia multis filijs dotaret, imo populum Christianum uelut Isaac pareret. Vñ exponendo subdit Apostolus: *Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus*. Ac si dicat: Iudæi quidem secundum formam quę præcessit in Isaac, sumus filij promissionis. Vel ita: Deus promisit ecclesiæ filios, sicut Saræ promiserat Isaac: sed nos o fratres secundum formam Isaac sumus filij promissionis. Vbi ostendit priorem promissionem de uocatione gentium in Isaac, id est, in filio promissionis. Nam sicut Sara genuit Isaac, q& deus promiserat, sic ecclesia gentilem populum in fide peperit, quia deus hoc per prophetas præ dixerat. Quod enim Sara formā ecclesiæ præferens, sterilis erat, nec spem generandę prolis habebat, significat quod natura generis hūani peccato uitiata, ac per hoc iure dānata, nihil ueræ felicitatis in posterum merebatur. Sed gratuito dei munere post modum fœcūdata, multitudinē liberorum ecclesia genuit exemplo Saræ, quæ per gratiam diuinæ promissionis genuerat Isaac. Qui .s. Isaac risus uel gaudiū interpretatur, & significat eos qui in lætitia deo seruiunt, non ex tristitia uel ex necessitate: & gaudent si quid pro iustitia p̄tur lerūt, uel à doctoribꝫ suis audire digni sunt. Vos estis gloria nostra & gaudium. Ita que ex eis quæ nunc usc̄ hac lectione dicit Apostolus, notandū est quod Agar legem & synagogam designat, Ismael uero filius eius populū iudaicū & singulos iuddæorum. Et quando Agar legem, tūc Ismael populū significat. Quādo uero Agar synagogam uel plebē figurat, tunc Ismael singulos iudæorū uel omnes insinuat. Apostolus enim quando dixit unum testamentum esse à monte Sina, in seruitutem generans uelut Agar, euidenter ostendit quod legem Agar significauerit, & Ismael populum. Sequenti quoq; uersu demonstauit Agar significasse Ierusalem, id est, synagogam, & Ismael filios eius, id est, singulos iudæorum. Similiter Sara nouam legē & ecclesiā designat, Isaac uero populum Christianum & singulos Christianorum. Nam quādo Sara nouam legem, tunc Isaac nouum populū prælignrat. Quādo aūt Sara ecclesiam, tūc Isaac filios ecclesiæ. Vbi em̄ dixit Apostolus duas matres designare duo testamēta, & Agar figurare uetus, ibi necessario oādit intelligendū, quod Sara nouam legē expresserat, & Isaac popu

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tum Chr̃ianorum. Et in sequentibus dicens sub similitudine Saræ, Lætare sterilis &c. indicat Saram designare ecclesiam, & Isaac singulos quosq; fideliũ. Aperte enim qui per repromissionem natus est, designat filios gratiæ, qui non per carnis generationem, sed per spiritualem regenerationem nascuntur ex ecclesia.

Sed qũo tunc is qui secundũ carnem natus fuerat, pſequebatur eũ qui sc̃dm spm̃, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Ejice ancillã & filium eius. Non em̃ hæres erit filius ancillæ cũ filio liberę.

Gen. 21. Rom. 9.

¶ Nos (ut dictum est) sumus filij promissionis. i. per gr̃am geniti, sc̃dm formam q̃ præcessit in Isaac. *Sed qũo tunc* Ismael *qui sc̃dm carnem natus fuerat, pſequebatur eũ qui sc̃dm spiritum* genitus fuerat. i. Isaac, qui sc̃dm spiritalem operationem diuinæ gr̃æ procreatus erat ex anu sterili, *ita & nunc* fieri cernimus, dum iudæus quilibet ex ancilla synagoga sc̃dm carnem natus, Christianũ ex libera ecclesia secundũ spiritalem gr̃am natũ persequit, uel pœnis corporalibus eũ afficiendo, uel (q̃d nunc melius ad rẽ pertinet) carnales obseruantias suadendo. Nam qui legẽ sc̃dm carnem intelligunt, aduersant̃ his qui secundũ spm̃ sentiunt, & pſequuntur eos, uel seducere conãtur. Nulla aũt persequutio Ismael aduersus Isaac mota refertur, nisi quidã ludus iusantiæ. Ludebat enim Ismael cũ puero Isaac, & ludum illum uocat nunc Apostolus persequutionẽ. Nam & Saræ displicuit lud9 ille, quia intellexit ibi seductiõis aliq̃d inesse. Nam lusio illa, illusio erat. Si illusio, seductio & deceptio. Oĩs enim ludus puerorũ, simulacrum est negocij maioris. Et qñ maior ludit cũ minimo, ad hoc ludit, ut quodãmodo seducat eũ, sciens se habere negocia illa quæ intendit: & similat quædã puero. i. infirmo, ludens cũ illo. Maior erat Ismael, & roboratus in malitia. Sed iudæus cũ puero Isaac, seducebat eũ, & quasdã fraudes ludendi cũ infirmo faciebat. Animaduertit mater ludũ illũ pſequuti onẽ esse. Sic & ecclesia nunc per Apostolũ intellexit ludum, quo Galatis pseudo prædicatores illudebant & maligna fraude illos seducebant, persequutionẽ spiritalem esse. Plus enim persequitur, qui illudendo seducũt. Iudaicus ergo populus in Ismaele designatus, per pseudo apostolos pſequebatur in Galatis populum Christianum in Isaac designatum, quasi superior & dignior fieri uolens, uelut primogenitus ad possidendam cum illo hæreditatẽ. *Sed* non ita erit, *quid* em̃ *dicit scriptura* de eo? *Ejice* de domo tua *ancillam* synagogã *& filiũ eius* populum iudaicũ, ne particeps fiat hæreditatis Christianorũ. Et necesse est ut itafiat. *Non enim hæres erit filius ancillæ cũ filio liberæ*, id est, non possit debit hæreditatẽ regni cælorum populus iudaicus ex ancilla synagoga natus, cum populo Christiano ex libera ecclesia nato. Hoc ita completũ cernimus, uidẽtes ancillam synagogam uel legẽ carnalẽ cum filio suo foris eiectã, & ab hæreditate superna repulsam. Nam sicut Agar ancilla cum Ismaele filio suo ante natiuitatẽ Isaac mãsit in domo Abraæ, sed post natiuitatẽ expulsa est, ita lex secundum carnalem obseruantiam, uel synagoga eũ populo iudaico mãsit apud eum priusquã populus Chr̃ianus cœpisset ex baptismo nasci: sed post ejecta est de ecclesia & separata à summi patris amplexu & familiaritate atq; hæreditate.

Gene. 21

B

C

Itaq; fratres nõ sum9 ancillę filij, sed liberę, qua libertate Chr̃s nos libarauit.

¶ Quandoquidem nos sumus filij promissionis secundum Isaac, & iudæi filij ancillæ persequuntur nos, suadendo carnalem legis obseruantiam, *itaq;* patet o *fratres* quia *non sumus ancillæ filij*, ut seruiliter subijciamur legi *sed* sumus filij *liberæ* ecclesiæ uel gratiæ, ut libertate charitatis uiuamus. Si em̃ essemus filij ancillæ, iudęi filij eius pacem ergà nos seruarẽt. Sed quia nos ex alia matre, i. ex libera genitos uident, libertatẽ nobis inuident & auferre moliuntur. Ne quis autem putaret nos ita liberos esse naturaliter, sicut fuit Isaac, scilicet ut seruitus nulla præcessisset, subiungitur quia Christus hac libertate nos liberauit, à iugo uidelicet diaboli, sub quo prius tenebamur serui. i. nõ per liberum arbitrium nostrum, sed per Christum liberatorem à seruitute peccati uenimus ad libertatem innocentiæ, ac sanctitatis & iustitiæ, secundum quã appellamur filij. Sed in hac lectiõe possunt adhuc aliqua subtilius inspici. Scriptum est enim quoniam Abraham duos filios habuit &c. Abraam senex (ut supra dictũ est) deum patrem designat, quẽ Daniel antiquum dierũ appellat. Qui habuit duos filios. i. duos apostolos: unũ terrena diligentem, alterum cælestia quærentem: & ideo unum ex ancilla natum, alterum ex libera. Nam quicunq; etiam nunc in ecclesia terrenam felicitatem quærunt à deo pro bonis quæ faciũt, adhuc filij sunt ancillæ. i. seruitutis antiquæ. in Ismael nanq; sunt oĩs, qui carnaliter deum diligũt, id est, pro temporali retributione, ad ipsos enim & uetus testamentum pertinet, & ipsi sunt adhuc in seruitute. Qui em̃ propter bona terrena suscipiunt uel seruant legẽ dei, ipsi sunt hæredes uteris testamenti. Similiter quicũq; uel in ueteri uel in nouo testamento pro sola cælesti remuneratione deo seruierũt aut seruiunt, per Isaac designantur, & hæredes sunt noui testamenti. Nam & antiqui iusti, licet uetus testamẽtum pro temporum distributione diuinitus datũ populo ueteri cõgruenter seruauerint, tamen pro Dei gratia filij promissionis effecti sunt, & noui testamenti hæredes in occulto dei consilio deputati sunt. Etenim illis temporibus fuerunt spiritales uiri, quos non occidebat litera iubens, sed uiuificabat spiritus uiuens: & nunc quoq; sunt plurimi carnales, qui uel exhæredes se faciunt, non intelligẽdo scripturas, uel in ipsa catholica fide aut adhuc paruuli lacte nutriuntur, aut tanquam palea perseuerãtes fucum pertinent, utpote filij ancillę, dilectores rem

D

Dan. 7

A poralium, dilectores huius seculi, quocunq; tempore sint uel fuerint: & ad nouum testamentum, utpote filij liberæ, dilectores æternæ uitæ. Oẽs ergo qui per fidem ueniũt ad agnitionem dei, possunt filij Abraæ dici. Sed in his sunt aliqui pro bonis temporalibus deo seruiẽtes, & aliqui pro charitate deo adhærentes. Et hi sunt duo filij, unus de ancilla, & alter de libera. Sed qui de ancilla secundum carnem natus est, id est, secundum carnis affectum uel cupiditatẽ processit in hanc conuersationem, ut honeste uiuat pro temporalibus præmijs. Qui autem de libera genitus est, præsit ad spiritalem uitam, & ad intentionem supernæ remunerationis, per repromissionem qua deus Abraæ filios ut stellas, id est, præclaros & cælestes repromisit. Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Ierusalem, & seruit cum filijs suis. Vt supra dictum est, Sina interpretatur mandatum, Arabia humilis, Ierusalem uisio pacis. Et Arabia significat humilem, id est, humo inhærentem, nec ad cælestia se erigentem, in tentationem eorum qui tantum terrena quærunt: pro bonis quæ faciunt: Ierusalem uero pacem ac prosperitatem, quam se in præsenti uidere gaudent, ut sine perturbatione uel metu bonis huius seculi fruantur. Sina ergo mons est in Arabia, id est, mandatum dei tumor elationis est

B in mente, per interiorem humi deiecta: quia quis quis infima de his quæ bene uidetur agere, quæ rit, tumet de obseruatione diuini mãdati, & quasi iustum se esse gloriatur coram hominibus. Qui tumor arrogantiæ coniunctus est ei Ierusalem, id est, ei prosperitati quæ nunc est, & seruit peccatis & uoluptatibus uel cupiditatibus cum filijs suis, quia prosperitatem & diuitias soler comitari superbia, maxime apud eos qui tantum præsentia diligunt. Illa autem quæ sursum est Ierusalem, libera est &c. Hæc Ierusalem. i. hæc uisio pacis, hęc prosperitas secularis, hæc ciuitas carnalium quæ nũc est, quæ nũc ad momentũ florer, seruit. i. seruilia peccati opera quæ lege prohibẽtur facit, & seruilibus mundi cupiditatibus acquiescit. Sed illa Ierusalem, id est, uisio pacis, illa prosperitas, illa sanctorum ciuitas, quæ sursum est, libera est ab omni seruitute peccati, & ab omni cupiditate seculi, quia nec peccat, nec secularia cõcupiscit. *Quæ est mater nostra*, si & nos exemplo eius seruire peLoco ob. scurus. cato contemnimus, & cõcupiscẽtias seculi respuimus. Quæ per Sarã uetulam designata est, quia & ipsa cœpit ab origine. Sterilis autem dicta est, uel quia sc̃dm carnem nõ parit, uel quia diu filios in terra non genuit. Sed lerari iubetur pro multitudine futurorum filiorũ, quia si gaudium erit coLuce. 15 ram angelis dei super uno peccatore pœnitẽtiam agẽte, quanto magis super multis ad iustitiam cõuersis? Quæ non parturit, qa dolores non patitur, sed generat spiritaliter sine passione, clamãs in lætitia. Quæ & deserta fuit hominibus cælestẽ iustitiam uita deserentibus, atq; terrena lucra sectantibus. Sed tandẽ fœcundata est innumerabili multitudine filiorũ. Sed quomodo tũc qui secundũ carnẽ natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc illi qui secundum carnem nati sunt, persequuntur eos qui sc̃dm spiritũ nati sunt. Secundũ carnẽ quippe nati sunt dilectores mundi, amatores seculi. Sed secundum spũm nati sunt amatores regni cælorũ, dilectores Chr̃i, desiderantes uitam æternã, gratis colẽtes deũ. Spiritales ergo patiunt̃ persequutionem à carnalibus, quia lud9 carnaliũ, persequutio & afflictio est spiritalium. Ludit nanq; Ismael, & fratrem suũ ludẽdo quærit seducere, quando carnales dulcibus uerbis illicita suadent, uanitates loquunt̃, ad delectatiões prouocant, risum mouent̃, libertatẽ excitant, malis colloquijs mores bonos corrumpunt. Et talibus ludus grauius persequunt̃ spiritaC les, quàm si gladijs illos appeteret. In oĩbus ergo aduersatur caro spiritui. Siue enim populus carnalium hominum aduersatur populo spiritalium, siue etiam in unoquoq; nostrum caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem, & hæc sibi inuicem aduersantur, atq; lex in membris nostris repugnat legi mentis nostræ, & captiuos nos ducit in lege peccati. Si ergo caro, cuius personam gerit Ismael, qui secũdum carnem natus est, spiritui blandiatur, qui est Isaac, & illecebrosis cum eo deceptionibus agat, si delectationibus illiceat, uoluptatibus molliat, huiusce modi ludis carnis spiritum, Saram maxime, quæ est uirtus, offendit: & huiusce modi blandimẽta acerbissimam persequutionẽ iudicat Paulus. Et tu igitur quisquis hæc audis, non illam describi nunc persequutionẽ putes, qũ furore gentiliũ ad immolandum idolis cogeris: sed si forte uoluptas carnis te illiciat, si tibi libidinis illudat illecebra, hæc, si uirtutis es filius, tanquam persequutionẽ maximã fuge. Idcirco enim dr̃: Fugite fornicationem. Sed & si iniustitia blandiatur, ut pſonam porẽtis acci- 1. Cor. 6 pias, & gratia eius flexus non recte iudiciũ feras, intelligere debes qa sub specie ludi blandam pſequutionẽ ab iniustitia pateris. Vem̃ & p̃ singulas malitiæ species, etiam si molles & delicatæ sint & ludo similes, pſequutionum species diciro, qa in his omnibus uirtus offenditur. Ita ergo filius ancillæ ludendo persequitur filium liberæ. Sed qd dicit scriptura? Audi uocẽ ipsius liberæ: Ejice ancillam & filium eius, nõ enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Ejice legis seruitutẽ, qua p̃ temporali retributione seruitur deo, & populum carnalẽ licet nomen Christianitatis habentẽ. non em̃ filius uetustæ seruitutis erit regni cælorũ hæres cum filio nouæ libertatis. Quicunq; em̃ mores ueteris hois adhuc retinet, filius est ancillæ, id est, seruitutis antiquæ, licet Christianus uocet̃. & ideo in fine de ecclesia iustorũ ejiciet̃, ut non sit hæres cũ his q in nouitate uitæ ambulant. Rursum ejice hæresim, & populum quem ipsa genuit: nõ em̃ hæres erit filius hæresis cũ filio catholicæ ueritatis. Nam & hæresim designat ancilla. Itaq; fratres non sumus filij ancillæ, ut seruiamus pcõ, & nãm uel dei uoluntatẽ cõpleam9 in charitatis li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bertate, exuti mundana cupiditate. Qua scilicet libertate Christus p gram suam nos liberauit, ut iam per liberum arbitrium bonæ uoluntatis nostræ, possimus gratum deo seruitium reddere.

CAPVT V.

STate & nolite iterũ iugo seruitutis cõtineri. Ecce ego Paulus dico uobis, qm̃ si circuncidamini, Chr̃us uobis nihil ꝓderit. Testificor aũt rursus oĩ homini circuncidenti se, quouiam debitor est uniuersæ legis faciendæ.

Actu. 15

¶ Modo per Christum (sicut dixi) uos estis liberi, & ideo *state* in libertate quam accepistis. i. nõ recedatis ab ea, sed permanete semper usq; ad mortẽ in illa, *& nolite iterũ contineri a iugo seruitutis*. Prius enim uos continuit iugum seruitutis idolorũ, & nunc iterũ uultis colla ura subdere sub iugo seruitutis legalium obseruantiarũ. Ex hac admonitiõe & multis alijs epistolæ huius sententijs apparet, quia nondum se subiecerant per actionem seruituti legis, sed subijcere uolebant. Nolite iugo seruitutis iterũ contineri, nec saltem iugo solius circuncisionis. Nam *ecce* i. notum sit uobis quia *ego Paulus*, qui notæ sum autoritatis, qui hoc euangelium nõ accepi ab hoĩe, sed à Christo, qui & in me loquit, *dico uobis* ueraciter, *quia si circũcidamini* sicut facere uultis, ut in circũcisione spem salutis ullam habeatis, tam ingens damnum incurretis, ꝙ *Christus nihil proderit* uobis, qm̃ circuncisio iam non solum non prodest, sed etiam obest. Tali intentione posset quis circuncidi, ꝙ non magis obesset uel prodesset sibi illius pelliculæ abcisio, q̃ unguium uel capillorũ resectio. Sed istis persuasum erat ꝙ sine legis operibus salui esse non possent, ideoque circuncidi uolebant & legis duritiam custodire, quasi per hæc iustificãdi atq; saluandi. Quia ergo in huiusmodi legis operibus & maxime in circuncisione putabãt suam spem salutemq; contineri, idcirco tanq̃ à certa pernicie uetant. Nam si post saluatoris aduentum gẽtes illa prophetica legis sacramenta seruarent, aut Chr̃s adhuc uenturus p ea promitti uideret, aut nunc̃ in eis fuisse ꝓmissus. Quisquis itaq; adhuc umbram illã custodit, ueritatẽ q̃ Christus est, uenisse contradicit, & propterea nihil proderit. Volebant em̃ (ut dictũ est) ideo circuncidi, quia putabant nõ aliter in Chr̃o se posse saluari. Qui si hoc aĩo circũciderẽt, Christus eis oĩno nihil prodesset. Si em̃ per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Nec solũ (inquit) hoc dico, quia si circuncisi fueritis, nihil cõmodi ex Chr̃o percipietis, sed etiam rursum *testificor omni homini* qui se circuncidit, tam Iudæo q̃ gentili pro adipiscenda iustitia, *quoniam debitor est faciendæ*, id est, factis implendæ *uniuersæ legis*, sicut qui baptismum percepit, debitor est faciendi præcepta euangelij. Ac si dicat: Non solum hoc damnũ ex circuncisione habebitis, quod Christi fides & baptismus nihil uobis proderit, sed etiam necesse erit uos subire laborem tantæ seruitutis, ut assidue cuncta legis præcepta faciatis. Et ideo magis dimittenda est circuncisio.

C

Euacuati estis a Christo. Qui in lege iustificamini, a gr̃a excidistis. Nos em̃ spiritu ex fide spẽ iustitiæ expectamus. Nã in Christo Iesu neq; circuncisio aliquid ualet, neq; præputium, sed fides quæ per charitatem operatur.

¶ Circuncisis uobis necesse erit totam seruare legem, etiam si uolueritis. Et mox ut illa dura literæ prædicamenta seruare cœperitis, *euacuati estis a Christo*, quo pleni eratis, ut nõ maneat amplius in uobis. Eratis enim uasa per fidem Christo plena, & Christo in uobis manente eratis referti innocentia & remissione peccatorum, atq; gratia sancti spiritus, & iustificatione in bonis operibus & spe futuræ gloriæ: sed nunc Christo recedente, euacuati estis omni illo tam diuite thesauro, si legis seruitutem subieritis. Et *qui in lege iustificamini*, id est, iustificari putatis, *excidistis*, id est, ex toto ceciditis, *a gratia* euangelij, in qua prius stabatis, dũ spiritaliter in Christo studeretis. Ad hoc enim uenit gratia, ut cessante legis onere, sola iustificet. Et ideo qui legis seruitutem reducit, libertatem gratiæ perdit. Sic loquitur Apostolus, quasi iam ofta hæc fecerint aut pertulerint, ut magis à faciendo deterreat, cum uiderint quanta ex his detrimenta sequantur. Possumus etiam intelligere quosdam eorum iam ad opera legis delapsos fuisse, & ad eos specialiter nunc Apostolum uerba dirigere, cum dicit, Euacuati estis à Christo, quiin lege iustificamini, à gratia excidistis. Vos (inquit) iustificamini, id est, iustificari creditis in lege, sed erratis: quia nos soli iustificabimur, qui iustificari ex fide quærimus. Nos enim spiritu, id est, per spiritum sanctum qui non fallit, quem habemus ex fide, indubitanter expectamus spem iustitiæ, id est, speratur ipsa iustitia. Quamuis enim iustificari simus ex fide, speramus tamen in ipsa iustitia de die in diem proficere, & mens nostra ẽsuriens sitiensque iustitiam, non nisi in futuro seculo satiabitur plenarie. Et hanc spem expectamus spiritu gratiæ, non ex operibus legis. Ex his enim nemo iustificabit. Vel qui in lege carnaliter iustificamini, à gratia futuræ beatitudinis in apetitum terrenæ felicitatis excidistis: quia nos soli consequemur gratiam illius retributionis pro iustitia, quam ex fide credimus prouenire. *Nos enim spiritu* accepto *ex fide expectamus* per patientiã *spem iustitiæ*, id est, spem quam sperat iustitia, hoc ẽ, gratiã felicitatis æternæ. Fides em̃ præcessit, & ex ea spm̃ sanctum diuinæ remunerationis pro labore nostro. Gratiam accepimus, q facit nos expectare gratiã superni. Recte dico, quia nemo labore temporali iuste fuerit, æternam requiem promereri. Ex fide autem propterea dixi, quia ipsa fides est quæ ualet apud deum. Nam circuncisio quam uultis facere, nihil ibi prodest. *Nam in Christo Iesu*, id ẽ, in Christi membris, in Christi religione, *neq; circuncisio neq; præputium ualet aliquid*, sed integra fides. Ne dicerent Galatæ se uelle facere circuncisionem, quam fecit Abraã qui legẽ non habuit, quia etsi non inde iustificarentur, maioris tñ per hanc dignitatis essent in Christiana religione, dicit Apostolus quia in Christo Iesu. i. in Christi corpore, q̃d est ecclesia, non ualet aliquid circuncisio. i. nihil utilitatis uel dignitatis confert. Et rursum ne inciperẽt gloriari de ꝓputio, existimãtes illud alibi aliq̃d ualere, qa circũcisionẽ dixit inutilẽ, subiungit, qa nec præputium ualet ibi quicq̃. Nã siue circumcisus, siue præputiatus sit quisq̃, nõ propter hoc aut dignior aut uilior est in Christiana religione. *Sed fides* est ibi magnæ dignitatis, *& fides quæ per charitatem operatur*. i. non mortua, sed uiua. Sicut em̃ corpus sine spiritu mortuũ est, ita & fides sine operibus mortua est; nec fides ueteris testamẽti, seruiẽs ex timore, sed fides euãgelica faciẽs ex charitate opa bona, nõ expectans tpalem retributionẽ, sed uidẽdam ꝓpetuo creatoris faciẽ. Hæc est fides electorũ, quæ perducit ad salutem. Nam & dæmones credunt & contremiscunt, nõ tñ diligunt nec bñ operant. Et ideo fides q̃ non habet charitatẽ & opera bona, fides dæmonũ est, nõ Christianorum. Illa ergo sola fides, quæ & charitate flagitat, & bonis operibus insudat, ualet in Christo Iesu.

Iacob. 2.

B Currebatis bñ. Quis uos fascinauit ueritati nõ obedire? Nemini cõsenseritis. Persuasio hæc est nõ ex eo q uocat uos. Modicũ fermẽtũ totã massã corrũpit.

1. Cor. 5.

¶ Prædicta fides uia est ad specie diuinæ contemplationis. In qua fide uos operando & desiderando *currebatis bene* ad brauiũ remunerationis æternæ. Sunt em̃ nõnulli qui male currũt. Sed uos bñ currebatis, dũ per opa fidei cũ charitate ad cælestẽ patriam festinaretis. Nunc aũt *quis uos fascinauit*. i. quis uos liuido aspectu læsit, *non obedire*. i. ne obediretis *ueritati*, q̃ ultro se uobis ingerit? Quis. i. cuius peritiæ & cuius autoritatis est, qui fascinatiõe suæ locutionis impediuit ne obediretis ueritati quã tradidi uobis, ut s. sine legis operibus ꝓ obseruantiam euãgelij curreretis ad uitam? Miræ em̃ sapiẽtiæ & autoritatis esse debuit, cui uos magis q̃ mihi credendũ fore iudicastis. Sed uos nemini talia uobis suadenti cõsenseritis, imo uiriliter illi resistite, qm̃ persuasio hæc non est ex eo qui uos ad supernam patriam uocat, sed potius ex diabolo qui uos inde reuocat. *Nemini* illorũ qui legis opera uobis suadent, *consenseritis*: quia *modicum fermentum totam massam corrumpit*, id est, pauci errãtes totam ecclesiæ multitudinẽ plerũq; corrũpunt acredine feruoris puersæ doctrinæ suæ. Vel modicũ fermentũ totam massam corrumpit. i. modica persuasio erroris si ei consentiatur ut in corde recipiatur, acerbam & inutilem reddit totam uirtutum oĩm multitudinẽ. Vbicunq; enim uel modicum ꝓfidiq; admissum fuerit, ibi ꝓtinus omne bonum deperit. Siue de sola circuncisione põt hoc intelligi, quoniam de illa nondum dubitabant, quam fuisse quondam in patre fidei nostræ uidebant. Quãuis (inquit) circuncisio sit modicũ, id est, modica pars legis, tamen uobis innouatis nullo modo facienda est; quia modicum fermẽtum, id est, modica pars ueteris doctrinæ, sicut est in circuncisione, corrumpit totam massam, id est, totã plebem nouellam & dulcem uertit in amaritudinẽ & timorem antiquæ plebis iudaicæ.

C

Ego confido in uobis in domino, ꝙ nihil aliud sapietis. Qui aũt conturbat uos, portabit iudiciũ, quicunq; est ille.

¶ Modicũ prauæ doctrinæ corrumpit totã puritatem ueritatis catholicæ. Sed *ego confido*, id est, cõfidentiã & certitudinẽ habeo *in uobis*, quos corrigendos præuideo in dño salutẽ uã operãte, *quod nihil aliud* q̃ synceritas catholicæ fidei continet, sapietis. Et ita uos quidem bñ per dñi misericordiam euadetis. Sed ille *portabit iudiciũ* suę damnationis, *qui uos conturbat*. i. qui purũ fontem uri intellectus ac lympitudinẽ uestræ fidei cœno suæ hæresis immisso turbidũ reddit, uel rectum ordinem gressus uestri confundit, quo de seruitute uestris ad libertatẽ. Hunc em̃ ordinem permutare uolunt pseudo apostoli, dum de libertate ad seruitutẽ uos reducere conant̃, quod est ordo puersus. Sed quisquis hoc facere nitit̃, portabit iudicium. i. sustinebit pondus suæ damnationis, *quicunq;* D *est ille*. i. etiam si sit filius Abraæ, si sit facundus, si sit potens. Eodem spiritu quo prȩuiderat Apostolus correctionem Galatarum, præuidit & pertinaciam atq; damnationem pseudo apostolorum qui eos seduxerant, Qui & subiungit:

Ego aũt fratres, si circũcisionẽ adhuc ꝓdico, qd adhuc psequutionẽ patior? Ergo euacuatũ est scandalum crucis.

¶ Intelligendum est quia pseudo magistri cum uellent Galatis seruitutem legis persuadere, & uiderent eos Pauli apostoli autoritate reuocari, dicebant etiam ipsum Paulum id sentire, sed nõ eis aperire uoluisse sententiam suam. Vnde opportunissime subiecit. Ego autem fratres &c. Nam & ab ipsis patiebatur persequutiõem, qui talia psuadere moliebant̃, cũ iam euangelium susc̃episse uiderentur. Quos tangit & alio loco, ubi ait, periculis in falsis fratribus. Nam quia Timotheum propter uitandũ scandalum iudæorũ, quos ad fidem q̃rebat adducere, circunciderat, idcirco dicebant eum circuncisionẽ apud alios prædicare. Qđ ipse nũc remouet. Illi (inquit) uos cõturbãt, suadendo uobis circuncisionem, legisq; seruitutẽ, & dicẽdo me quoq; alijs adhuc prædicare circũcisionẽ. Sed *ego o fratres, si adhuc* post fidem ut olim *prædico circuncisionem*, sicut ipsi dicũt, *quid*. i. quare, *adhuc patior persequutionem* ab ipsis & à Iudæis? Inde enim patet me non prædicare circuncisionẽ, qm̃ patiorã Iudæis persequutionem, cum non sit alia causa cur me persequantur, nisi quia circuncisioni nõ acqui-

Actu. 16

Universidad de Deusto
Biblioteca

A esco. Si enim illam prædicarem, nunc̄ persequerentur; & si illam (ut asserunt) prædico, *ergo euacuatum est scandalum crucis*. i. nō irascunt iudæi de cruce Christi, si assero homines circuncisione iustificari. Si illam iustificationi uel saluti necessariā prædico, euacuatū, id est, uacuum ab utilitate factum est, dominicæ crucis scandalum, quo iudæi scandalizantur & irascuntur contra me, dum sola cruce & passione Christi assero credentes iustificari. Sed utrunc̄ fieri non potest, ut ego iustitiam uel salutem esse prædicem & ex circuncisione & ex cruce. Nam si ex circuncisione prædico salutem, destructa est euangelica prædicatio mea, qua annuncio raparationem humanæ salutis ex cruce dīi, unde & iudæi indignant salutē ex cruce p̄dicari. Non est ergo causa ut persequutionē patiar, si circuncisionem prædico: quia prædicando illā, prædicationem crucis quæ persequutionis meæ causa est, destruo. Sic̄ euacuatum est. i. superuacuum & inutile factum est scādalum crucis, quod iudæos conturbat; hoc est, Christus gratis mortuus est, si adhuc oportet circūcisionē & legē carnaliter obseruare eos, q̄ iustificari q̄runt & saluari.

Vtinam & abscindant̄, qui uos cōturbāt. Vos em̄ in libertatē uocati estis fratres. tm̄ ne libertatē in occasionē detis
B carnis, sed p charitatē spūs seruite inui
Mat. 22. cem. Ois enim lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuū sicut teipsum. Qd̄ si inuicē mordetis & comeditis, uidete ne ab inuicē cōsumamini.

¶ Scandalum crucis est euacuatū, si circuncisionem prædico, sicut pseudo apostoli dicunt me facere. Vtinā aūt & ipsi qui crucem Christi euacua-
Mat. 19 re uolunt nr̄a salute, euacuent̄ suo errore. *Vtinam & ipsi abscindantur*. i. castrent̄, sunt em̄ spadones q̄ seipsos abscinderunt propter regnum cælorū. Vtinam abscindant̄, non carnaliter, sed spiritaliter, id est, utim gnandi perdant, ut neminem corrumpere ualeant, ut seminare in uobis & in alijs carnalia desistāt, nullam̄q; omnino generandi efficaciam habeant ipsi, *qui* nunc carnalia semina legalium obseruantiarum diffundēdo *conturbant uos*, & gnant erroris filios. Bonum illis optat Apostolus, ut scilicet spiritali ferro abscindatur ex eis illud unde feruent spiritaliter ad corruptionē mentium aliorum. Quod si male dicendo intelligit hoc dixisse, sciendū quia sancti uiri cum maledictionis sententiā proferunt, nō ad hāc ex uoto ultionis, sed ex iustitiæ examine erūpunt. Intus em̄ subtile dei iudicium aspiciunt, & foras exurgētia quo maledicto ferire debeant cognoscunt; & eo maledicto nō peccant, quo ab interno iudicio nō
Actu. 8. discordant. Hinc est quod Petrus in offerentē sibi pecuniā Simonem, sententiā maledictiōis p̄tulit, dicens: Pecunia tua tecum sit in perditione. Qui em̄ nō ait, est, sed *sit*, nō indicatiuo, sed optatiuo modo se hæc dixisse signauit. Hinc Elias duobus quinquagenarijs ad se ueniētibus dixit: *Si homo* C
dei sum, descēdat ignis de cælo, & cōsumat uos. Quoru uiroꝝ quæ sententia, quāta uerecundia ratione conualuit, terminus causæ mōstrauit. Nam & Simon æterna p̄ditione interijt, & duos quinquagenarios desup̄ ueniens flāma consumpsit. Virtus ergo subsequens rectificat, q̄ mente sententia male dictionis promitur. Cū em̄ & maledicentis innocentia p̄manet, & tm̄ eum qui maledicit̄, usq; ad interitum maledictio absorbet, ex utriusq; parris time colligit̄, quia ab imo & inumo iudice in reum sententia sumpta iaculat̄. Igit̄ & Paulus eodē mō pseudo apostolos, quos in errore pseueraturos uidebat, maledicere potuit, dicēs: Vtinam abscindant̄ qui uos conturbant. Nam si oīs arbor q̄ nō
Mat.3. facit fructū bonū excidet̄ & in ignē mittet̄, quanto magis q̄ facit fructum malū? Melius ē ergo ut pauci qui pituri sunt pereant, ne alios qui saluari possunt, diutius in errore teneant, q̄ longo tēpore uiuentes, multos secum in p̄ditionem trahant. Itaq; pro multoꝝ salute paucos illos, quos spū p̄phetico perituros p̄uidebat, optare potuit ab hac uita citius abscindi, ne amplius p̄cā peccatis superadderent, & grauiorem sibi p̄ditionem acquirerent. Hęc quippe maledictio nō fuit ex malitia delinquentis, sed ex rectitudine iudicis. Qui enim tā D
recta maledicens intulit, non p̄turbationis uitio succubuit, sed dei iudicio concordauit. Vel sic intelligatur hæc ab scissio, sicut dīs in euangelio p̄cepit membra q̄ nos scādalizauerint, abscindi & proijci à nobis: ut quia isti pseudo scandalū gnant, inter eos, separentur penitus & alienentur ab eis. Et expedit (inquit) ut abscindantur ex uobis, qui uos conturbant, & rectum ordinem itineris uestri cōfundūt, reuocātes uos à libertate in seruitutē, quia *uos* à seruitute p̄cī *uocati estis* diuinitꝰ *in libertatem* fidei o *fratres*, qui unum patrem habere cępistis deum, unamq; matrem ecclesiam. In libertatem uocati estis, ut non timore, sed amore bona faciatis. Quisquis enim uera charitate feruet, adeo liber est, ut ei libeat agere quicquid uoluerit, quia non uult nisi quod bonum est. Et ita charitas ac bonæ uoluntatis affectus ipsa est libertas, ad quam uocati estis. Liberi ergo estis, tātum ne libertate abutamini, faciendo quod uobis carnaliter placuerit. Tunc enim amitteretis libertatē, si uos ad satisfaciendum carni liberos putaretis; quia qui facit pcm̄, seruus est peccati. *Cum ergo* *Iohan. 8.*
sitis in libertate gratiæ, & non in seruitute legis, in libertate bonæ uoluntatis, & non in seruitute pcī, hoc *tantum* uobis est obseruandum, *ne* spiritalem uestram *libertatem detis in occasionē carnis*, ne scilicet quia liberi estis & metus legis non incumbit, ideo carnis desideria sequamini, quasi libertatē potestatem habentes faciēdi quod caro uoluerit. Non p̄mittatis ut caro ex liberrate accipiat occasionē uoluptuose uiuēdi, *sed* potius *p charitatē spiritus* quæ est uirtꝰ mentis, *seruite inuicem*. Quia uocauerat eos liberos, nollēs iā alicui seruire, sed ex libertate, p̄pria unus aduersus alterꝰ p̄sumeret. Et hoc itez̄ remouet. Ac si dicat: Non debetis libertatem uestram peruertere, sed potius seruite inuicem per charitatē spūs. i. alter alteri, nō timore seruili, sed libertate charitatis. Quod fieri non pōt, nisi alterius infirmitatem quisq; habeat sicut suā, ut eam æquanimiter ferat, donec ab ea liberet̄ ille cuius curat salutem. Et hanc liberam seruitutem debetis libēter amplecti, quia *omnis lex* quā uultis implere, *in uno sermone*. i. in uno mādato implet̄, q̄
Leuit. 9. dicitur: Diliges proximū tuum sicut teipsum. In proximi dilectiōe potestis oīa legis p̄cepta, q̄ ad bonos mores pertinent, implere. Merito em̄ qui proximū diligit, ut se, legē dī implere: quia quicquid nō uult sibi ab alio fieri, studet cauere ne faciat alij: & q̄cquid iure sibi uult ab alio fieri, quantum potest, ipse facit alij. Sic em̄ quicquid lex p̄hibet, uitat: & quicquid ipsa moraliter iubet, implet. Nam & deum necesse est diligat, qui proximum sicut se diligit; quia nō se diligit, sed odit, qui deum non diligit. Qui em̄ deum nō diligit, iniqui
Psal. 10. tatem diligit: qui aūt diligit iniquitatē, odit aiam suam. Itaq; in proximi p̄fecta dilectione cōplent oīa q̄ iubent in lege. Si ergo per charitatē seruieritis inuicem, tunc fraterna dilectiōe cōplebitis uniuersam legē. *Quod*. i. sed, *si uos inuicem* odiose *mordetis*, tūc oīa legis iura uiolatis. Si uos inuicē mor-
B detis. i. in aliquo alter alteri detrahitis, & *comeditis*, id est, totum quod in uobis est deuoratis, *uidete ne ab inuicem consumamini*, id est, in nihilū redigamini. Occasione charitatis tangit hoc uitium eorū. Si uos inuicē canino dente mordetis, clam detrahentes alter alteri, & lacerantes mutuo uitam uestram, ac manifeste uerbis contendentes, comeditis uos uicissim, id est, deuoratis furiose totam ad inuicem uestram conuersionē litigādo criminantes, & omnia bona uestra uicissim carpendo blasphemantes, uel iniurias inferētes, uidete ne dum more canum uiuitis, more canum alternis morsibus cōsumamini. i. ne omnia uirtutum bona quæ in uobis erant, deuorentur ab inuicem. Qui enim uirtutibus alterius detrahit, uirtutes proprias minuit uel amittit. Et qui bona alterius lacerat, ipse sua bona corrodit & adnullat. Et qui iniuriā alij facit, iustā sibi damnationem acquirit. Qui ergo detractionibus & iniurijs, uel criminationibus inuicem se mordent & comedunt, inuicē bona sua consumūt & perdunt. Consumuntur enim ab inuicem, quia ille qui accipit iniuriam, consumit eū qui infert, id est, causa consumptionis eius est: & alius similiter dum & ipse ab eo patitur iniuriam uel criminationē, siue detractionē, cōsumit eū. i. causa fit consumptionis uirtutū ac bonoꝝ eius.

Dico aūt: Spiritu ambulate, & desideria carnis nō pficietis. Caro em̄ concupiscit aduersus spm̄, spiritus aūt aduersus carnē. Hæc em̄ sibi inuicem aduersant̄, ut nō quæcūq; uultis, illa faciatis. Qd̄ si spū ducimini, nō estis sub lege.

¶ Superius (inquit) dixeram, ne libertatem detis

in occasiōem carnis, sed per charitatem seruiatis inuicem: sed nunc dico, qualiter hæc agatis. Scilicet *ambulate in spū*. i. de uirtute in uirtutē promouemini in bonis opibus duce spū sc̄tō, quod est per charitatem seruire inuicē, *& non perficietis desideria carnis*. i. nō complebitis actu uel consensu delectationes quas caro desiderat, q̄d est, non detis libertatem uīam in occasiōem carnis. Ambulandū. i. proficiendum spū semp est, ut mente & opere sp̄ ad anteriora tendatis, dum estis in uia uitæ p̄sentis: & econtra cauēdum uobis est, ne desideria carnis q̄ militāt aduersus aīam, perficiatis. Nō dico, ne faciatis. i. ne habeatis illa, qm̄ in hoc seculo non habere illa non potestis: sed ne perficiatis ea. i. ne opa eoꝝ consensu uoluptatis impleatis. Nō enim perficiunt in malo, qui eis nō accedit nr̄æ uoluntatis assensus: sed tm̄ sūt in eo ipso q̄d in nobis sunt, quia non pōt esse quin desiderem. Et debetis omnino reluctari, ne carnis desideria. i. carnales cōcupiscentias pficiatis: quia *caro concupiscit aduersus spiritum* uīm, uel aduersus spm̄ dei, qui in uobis est. Nam in malis hominibus non habet contra quē concupiscere. Ibi em̄ concupiscit aduersus spm̄, ubi est spūs. In malis aūt non est spūs dei. Sed & cōtra spm̄ eoꝝ non cōcupiscit caro, quia nō inuenit eū rebellē carnalibus cōcupiscentijs suis, sed tecū pariē concupiscentem. In bonis uero, ubi & spūs est, & spūs humanus repugnat desiderijs carnis, caro concupiscit aduersus spm̄, sed *& spiritus aduersus carnem*. Et hoc est graue & intestinū bellū. Qd̄ nunc̄ in uobis esset, si natura humana per libertatis arbitrium in ea rectitudine, in qua facta est, pstitisset. Nunc ueroo q̄ pacē felix cū deo habere noluit, secū pugnat infelix. Et cum sit hoc malum miserabile, melius tm̄ ē, c̄ꝑ fine ullo cōflictu uitijs seruire. Melius est enim bellum cum spe salutis æternæ, c̄ꝑ sine ulla liberationis cogitatiōe captiuitas. Caro itaq; cōcupiscit aduersus spiritum, sed & spiritus aduersus carnem. Caro nihil nisi per animā concupiscit. Sed concupiscere caro aduersus spm̄ dī, qū anima carnali concupiscentia spiritui relu-
D ctatur. Causa uero carnalis cōcupiscentiæ non est in aīa sola, sed in aīa & carne. Ex utraq; em̄ fit, ex anima scil. qd̄ sine illa carnalis delectatio sentit: ex carne aut̄, q̄d sine illa carnalis delectatio non sentitur. Caro igit̄ concupiscens aduersus spūm, carnalis delectatio est, quam de carne & cum carne spūs habet, aduersus delectationem quā solus habet. Solus q̄ppe habet (nisi fallor) illā delectationē, nō carnis uoluptate uel carnaliū reꝝ cupiditate commixtam, de qua dī, Delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Contrariæ ergo sunt cōcupiscentiæ carnis cōcupiscentijs spūs, cōcupiscētiq; spūs cōcupiscētijs carnis. *Hæc enim duo*. i. *Psal. 93.*
caro & spūs, *aduersantur sibi inuicem* tm̄, *ut quæcūq; uultis*, siue bona, siue mala, *non faciatis*. i. non p̄mittamini facere *illa*. Quæ enim uultis, nisi ut omnino nullæ cōcupiscentiæ malarum & illicitarum sint delectationum? Quis sanctus non hoc uelit? Sed non efficit. Non uos permittunt implere q̄d uultis. Nolite eas permittere implere quod uo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lūt. & ita nec uos, nec illæ facietis q̄d uultis, Dum enim pugna hæc in nobis est, non facimus quod uolumus. Quid enim facere uolumus, cum perfici uolumꝰ sine summi boni, nisi ut caro aduersus spiritum nō cōcupiscat, nec sit nobis hoc uitium, contra quod spūs concupiscat? Quod in hac uita q̄uis uelimus, qm̄ facere non ualemus, id saltē in adiutorio dei facimus, ne carni concupiscenti aduersus spm̄ succumbentes cedamus, & ad perpe-
erandū pcm̄ nr̄a consensione pertrahamur. Nec carnis ergo cōcupiscentiæ perficiunt, q̄uis fiant: nec nr̄a perficiunt bona opa, q̄uis fiant. Sicut em̄ cunc perficit carnis concupiscentia, cū cōsentit & spūs ad opa mala, ut nō cōcupiscat aduersus illā, sed cum illa: sic & bona opa nr̄a tunc perficiētur, qm̄ spiritui caro consenserit, ut aduersus eum etiā ipsa nō concupiscat. Hoc enim uolumus, cum pfectionē iustitiæ concupiscimus. Sed hæc nr̄a uolun-
tas non perficit, quandiu carnis concupiscentiæ-
bus non consentimus, pmanent motus. Nec in hac dissentione carnis & spūs alterutrū putare de-
bemus inimicū, sed uitiū quo caro concupiscit ad-
uersus spm̄. Quod sanatū nec ipsum erit, & substa-
tia salua erit utraq;, & inter utranq; nulla pugna erit. Postq̄ aūt dixit Apls carnem & spiritū inuicē aduersari, ut ea q̄ uolumus, facere nequeamus, ne ab ipsa pugna desides nos faciat, & p hanc senten-
tiam laxamētum peccandi dedisse uideat, adiun-
xit: *Quod si spū ducimini, non estis sub lege*. Quasi dice-
ret: Cum caro cōcupiscit aduersus spm̄, & spūs ad-
uersus carnē, his qui ducunt desideriis carnis, iure dānatur lex, quæ terrēdo concupiscat eos. Sed uos si spiritu ducimini, nō estis sub lege. Sub lege em̄ est, q timore supplicij cp̄ lex minat, non amore iu-
stitiæ abstinet ab ope pcti reus in uoluntate, qua mallet non esse cp̄ timeret, ut libere faceret cp̄ oc-
culte desiderat. Ergo nōdum habet iste spm̄ sctm̄ quo ducat. Quisquis enim spiritu dei ducitur in operibus suis, non est sub lege, quæ timorem in-
currit: sed in charitate, quę non per legis literam, sed p eundem spiritum diffundit in cordibus ele-
ctorum. Hi ꝯo damnabiliter sunt sub lege, quos lex reos facit non implentes legem, dum nescien-
tes gratiæ beneficium ad facienda dei præcepta, quasi de suis uiribus præsumunt, quia spiritū san-
ctum non habent, quo rectore ducantur & adiu-
uentur. Ab hoc autem loco demonstrare inchoat Apostolus, quia spiritu (sicut monuerat) sit ambu-
landum, & non perficienda carnis desideria, hinc carnis inhonestatas & inutilitates, hinc spūs hone-
states & utilitates proponendo. Nam subiungit:

Manifesta sunt aūt opa carnis, q̄ sunt: Fornicatio, immūditia, impudicitia, lu-
xuria, idolorꝫ seruitus, ueneficia, inimi-
citiæ, cōtētiones, æmulatiōes, iræ, rixæ, dissentiōes, sectę, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessatiōes, & his similiā: q̄ pdico uobis sicut prædixi, qm̄ q talia agunt, regnum dei, non consequētur.

¶ Ambulandum (inquit) est spiritu, quia sicut C
dictum est, si à spiritu sancto ducimini, iam istud cōmodum inde haberis quod nō estis sub onere uel seruitute legis, sed in libertate charitatis: & econtrario cauendum est, ne perficiatis desideria carnis, quoniam ex perfectione eoꝝ procedunt opera, quæ cunctis apparent mala. Non enim du-
bia, sed *manifesta sunt opera carnis*, id est, praua & de-
testanda uidentur doctis & indoctis, & ideo sunt fug tenda. *quæ* quidem *sunt* huiusmodi *Fornicatio* uulgariter fit cum meretricibus, quæ prostitue-
bantur sub arcuatis, & loca illa uocabantur for-
nices, unde & fornicatio nomen accepit. Forni-
catio prima ponit inter opera carnis, qa nulla pctō ita redigit aīam ad carnalitatem sicut fornicatio: q̄m misera anima nihil aliud cogitare ualet, nisi ea quę carnis sunt, quandiu turpissimo formicarīū opere est occupata. *Immūditia* uero est, quā mares inter se perpetrāt, uel quā solus qs agit. *impudicitia*, ea ꝯo est quam cognati inter se exercēt, alio nōie dicta incestus, quēadmodū supra admonuimus. D
Luxuria autem fit cum mulieribꝰ, quæ nec publi-
cæ meretrices sunt, nec legitimæ uxores. *Idolorum* quoq; *seruitus* inter opera carnis numeratur, quia nonnunquam ob amorem mulierum committi-
tur, sicut à Salomone ppter alienigenas uxores, uel à filijs Israel in Sethim, propter filias Madian. 3.Reg.11
Sed & *ueneficia* id est, inherbationes & uenenorū confectiones, sæpe fieri solent ob fornicationem & libidinosum amorem. In his omnibus apparet q̄ magnum & principale uitium sit fornicatio, de qua tot mortiferæ pestes prodeunt. *Inimicitiæ* ꝯo sunt, q̄n aliqui se inuicem odio habent, & mole-
untur uicissim malum quod possunt, uel faciunt. Quæ plerunque ex contentionibus oriunt, quan-
do prius uerbis contenditur, & inde ad inimicitia-
as uenitur. Contentio enim pro lite accipitur. Contentio nanq; est, ubi nō ratione, sed animi pri-
nacia defendit: & ubi non ueritas q̄ritur, sed ani-
mositas fatigat. Vel contentio de primatu est, q̄n alter præferri alteri uult. Quam apte sequit æmu-
latio, quæ dī esse dolor animi, cū alius quærit ad honorē, quē duo uel plures appetebant, & exte-
ri liuore torquent qui non potuerūt assequi. Ira autem est subita tempestas animi, quæ multa ma-
la sæpe perpetrare solet, dum nec rationē nec iu-
stitiam attendit, sed irrationabiliter irruit ad faci-
endum quod cōcitatus animus fremulat. Rixa ue-
ro est, ubi duo se inuicem percutiunt, uel inter se confligunt. Dissensio est, ubi nō omnes in una uo-
luntate uel in uno sensu concordant, sed diuersa uolunt & partes faciunt. Vñ & secta, id est, hære-
sis plerunq; generatur. Inuidia uero quæ aliena se licitate torquetur, & in duplicē scindi-tur pāssio-
nem, cū aut quod ipse est, alium esse non uult: aut alium uidens esse meliorē, dolet se non esse consi-
milem. Homicidiū aūt est hominis occisio, & re-
cte homicidia subnectunt inuidijs, quia sæpe inui-
dia generat homicidium, sicut diabolus per inui-
diam Abel frætrem suum, atq; summus sacerdotes Chri-
stum. Ebrietas est uinia uini potatio, statū mētis

A immutans. Hæc nanq; simul cum corpore aīam debilem reddit. In ebrietatis em̄ ægritudine cor-
pus simul & aīa corrumpit, spūs pariē cum carne uitiatur. Omnia membra fiunt debilia, pedes, ma-
nus, lingua resolutа. Oculos tenebræ, mētem ue-
lat obliuio, ita ut hominē se nec sciat esse, nec sen-
tiat. *Comessationes* ꝯo sunt inhonesta & luxuriosa conuiuia. Hæc oīa dicit Apost. opera carnis esse. Et fornicationes quidem, immunditiæ, impudici-
tiæ, luxuriæ, ebrietates ac comessationes ad uolu-
ptatem carnis pertinent. Seruitus autem idolo-
ueneficia, inimicitiæ & cætera quæ sequuntur, ani-
mi potius q̄ carnis uitia sunt, quandoquidem fie-
ri potest ut propter idolatriā uel hæresim à uo-
luptatibꝰ carnis temperetur. Et cū etiam tunc hō quamuis carnis libidines cohibere uideatur, se-
cundum carnem uiuere hac apostolica autorita-
te conuincitur. & eo quod abstinet à uoluptatibꝰ carnis, damnabilia opera carnis agere demonstra-
tur. Hæc enim omnia *& his similia* doctor gentiū opera carnis appellat, quia eo locutionis modo q̄ totum significatur à parte, ipsum hominem uule-
nomine carnis intelligi. Qui enim non secūdum spiritum, id est, secundum deum uiuit, sed secun-
B dum carnem, id est, secundum hominem, scilicet secundum seipsum, merito uocatur caro. Hæc (in-
quit) & his similia sunt opera carnis, *quæ* nūc per epistolam absens *prædico* ac prænuncio *uobis*, sicut & dum præsens essem, *prædixi* mortifera esse. Præ-
dico & prænonstro nunc uobis, dum licet caue-
re, dum licet pœnitere, ante iudicium, ante damna-
tionem, quæ sunt factura illa opera. i. ablatura regnum cælorꝫ, quia etiam quodlibet eoꝝ tollet illud regnum - *quoniam qui talia agunt* opera, *regnū dei non consequentur* - Non qui aduersus talia consti-
gunt, sed qui talia agunt. Aliud em̄ est praua ope-
ra facere: aliud aduersus ea confligere. Et hacten9 quidem partim descripta sunt inutilia & execran-
da carnis opera, post hæc autem exponuntur & utilia ac sacra spiritus opera, cum dicitur:

Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, lōganimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides modestia, continentia, castitas. Aduer-
sus huiusmodi non est lex.

¶ Opera carnis qualia sunt, dictum est. Sed ope-
ra sancti spiritus habitantis in homine, sunt ista q̄ subduntur: quæ magis sunt appellanda fructus, q̄m ex bona arbore sicut optimi fructus prode-
unt, ut refectionem perpetuæ saturitatis præbe-
ant electis, ideoq; propter seipsa sunt appetenda. Fructus em̄ à fruendo dicitur. & frui proprie non dicimur, nisi rebus illis, in quibus finem lętitiæ no-
stræ ponimus, in æternis scilicet bonis, quę in deo possidere quādoq; paramus. In his ergo fructibꝰ prima *est charitas*, qua diligitur dominus & pro-
ximus: quia maior est oīnibus cæteris uirtutibus, & ex eius radice uigent omnes aliæ. Nam ex ista oritur *gaudium*. i. elatio non superba, sed benigna, mētis de bono exultantis. Qui enim diligit dīm, gaudet in deo pura conscientia: & qui diligit pxi-
mum, gaudet de bono eius. Pacem quoq; seruat erga deum, qui diligit eū: quia inquantū potest cauet eum offendere, & studet ei placere. Sed & cum proximo pacem custodit, nō inquietanseū, si eum diligit. Non tamē uiolat pacem, si eum er-
rantem pio studio increpat, uel etiam (si ita opor-
tet) uerberat. Quia uero multa sunt in conuersa-
tiōe humana, quæ pacem turbare possunt, neces-
sario subiungitur *patientia*, per quā iniuriæ & ad-
uersitates æquo animo sustineantur, ut fraterna pax queat obseruari. Patientia em̄ est, mala æqua-
nimiter tolerare, & cōtra cum quoq; qui mala ir-
rogat, nullo dolore morderi. Et quia non ad ho-
ram, sed quandiu uoluerit dīs seruanda est hæc patientia, subnectitur *longanimitas*, per quā oīa perseuerantes usq; in finem sustineātur. Longani-
mitas enim est longitudo animi patienter aduer-
sa tolerantis & æterna præmia diu expectātis. Ne quis uero inter eos quos longo tempore patitur, non amare uersetur, sequitur *bonitas*, quæ est dul-
cedo animi & affectio pia, ut non rancorem ani-
mi, sed dulcedinem erga eos qui nos tribulant, ha-
beamus, per quam eis & bona quæ possumus, im-
pendamus. Ne enim sit inanis hæc bonitas, sub-
iungitur alia uirtus sibi cognata & cōsimilis. i. *be-
nignitas*, quæ & ipsa ē bona affectio animi, gratis D
sua tribuentis, & hilariter propter deum q̄quid potest largientis. Et quia sunt nonnulli, qui dum bona proximis impendunt, aspere loquunt eis et austeritatem ostendunt, cōgrue subnectitur *man-
suetudo*, ut qui benigne tribuit, nō intractabilis sit uel asper, sed mansuetus & lenis. i. mitis & affabi-
lis & familiaris. Mansuetus enim, quasi manu as-
suetus dicitur. *Fides* uero est, qua ueraciter credi-
mus id quod non possumus uidere. Cuius nomē inde appellat, quod omnino fiat quod dictum est aut promissum. Fides enim uocatur ab eo, quod fit illud quod inter utrosq; placitum est. i. inter de-
um & hominē, q̄n & homo facit opere quod di-
xit ore, & dīs reddit quod promisit. Et ideo fides sine operibus non est uera fides, quia non facit cp̄ dicit. Propter quod & inter duos homines seruat fides, q̄n illud quod dixerunt & statuerunt inui-
cem, custodiunt ueraciter & faciunt. *Modestia* aūt est, q̄n modus fiat. i. teneatur & seruatur in dictis et in factis. *Continentia* ꝯo, ubi ab illicitis actibus car-
nis temperatur: *castitas* autē, cum iam caro sedata fuerit. Continētia enim in luctamine est, castitas autem in pace. Non enim castitas, sed continētia dicitur, ubi adhuc ei resistit aduersitas uoluptatis. Cōsummatio enim ueræ castitatis est, q̄ nō impu-
gnat carnalis concupiscentiæ motū, sed toto hor-
rore detestat, ac iugum & inuiolabilē sui retinet puritatem, nec pōt aliud esse cp̄ sanctitas. Hi sunt itaq; fructus spiritus, quos contra carnis opa com-
mendare uolens Apostolus, à capite (ut præmisi-
sum est) cœpit, dicēs: *Fructus aūt spiritus* est charitas. Ac deinde cętera tanq̄ ex isto capite extorta & re-
ligata cōtexuit, quæ sunt gaudiū, pax, &c. Omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

A enim hæc ex fonte charitatis manant. Quis enim bene gaudet, nisi qui bonū diligit unde gaudet? Quis pacem uerā habere potest, nisi cum illo quē ueraciter diligit? Quis uere patiens, nisi dilectionem habuerit? Quis longanimis in bono perseueranter manendo, nisi ferueat diligendo? Quis est bonus, nisi diligādo efficiatur? Quis est benignus, nisi diligat cui opitulatur? Quis utiliter mansuetus, cui nō dilectio moderetur? Quis salubriter fidelis, nisi ea fide quæ per delectionem operatur? Quis bene modestus, nisi cui dilectio modum ponit in oībus? Quis ab eo continet unde turbatur, nisi diligat unde honestatur? Quis sanctimoniam castitatis assequitur, nisi in cuius mēte charitas dominatur? Charitas erga nō potest haberi sine cæteris bonis, & cætera bona sine charitate nequeunt prodesse. Aduersus huiusmodi spiritales fructus, quos necesse est sequi gratiæ spiritum, nō est lex: quia in nullo cōtradicit eis, sed fauet in omnibus. Sed aduersus prepostēsa carnis opera lex posita est.

Qui aūt sunt Chri, carnem suam crucifixerūt cum uitijs & concupiscentijs:

¶ Ostensa utraq; acie, uitiorum. s. atq; uirtutum, ostendit qui sunt qui pugnant contra uitia. Non enim omes uitijs reluctantur, sed soli illi tantum,
B qui sunt ex parte Christi, qui sunt possessio Chri, *qui sunt* membra *Christi*, illi sequentes uestigia passionis eius, *crucifixerunt*. i. cruciauerunt *carnem suam* configendo *cum uitijs & cum concupiscentijs*. Vitia secundum operationē intelligamus, concupiscentias scām consensum. Quia serui Chri laborant, ut neq; opera uitiorū faciant, neq; concupiscētijs carnalibus uel in corde cōsentiant. Et reprimēdo carnis uoluptates, crucē sibijpsis faciunt, ac preceptis iusticiæ quasi quibusdam clauis se configunt, ut prauam actionem, & peruersam uoluntatē in seipsis refrenent. Potest & de his qui intentione remuneratiōis supernæ carnē ieiunijs afligunt, hæc sententia specialiter intelligi. Cum uitijs quippe & cum cōcupiscentijs carnem crucifigimus, si hic gulam restringimus, ut iam de mundi gloria nihil quæramus. Nam qui corpus macerat, sed honoribus anhelat, crucem carni intulit, sed mundo per concupiscentiam peius uiuit.

Si spū uiuimus, spū & ambulemo. Nō efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocaates, inuicem inuidentes.

¶ Quia cōmuniter dixerat eos qui sunt Christi, crucifixisse carnem suam cum uitijs & cum concupiscentijs, retorquet sermonem ad eos quibus scribebat, & se eis cōnumerat, quasi dicens: Non dico uobis quod ipse nō uelim. Qui sunt Christi, ita agunt ut dixi: & nos quia Chri sumus, spiritu ambulemus, quia spiritu ad hanc uitam uenimus: Quicunque enim uitijs carne mortificati sumus, iam uirtutibus spiritu uiuimus. *Si spiritu uiuimus*, id est, si per spiritum dei spiritaliter uiuimus, *spiritu* etiam duce *ambulemus*, id est, non remeauamus pi- C gri in eo ad quod peruenimus, sed semper ad meliora promoueamur, quia nemo tam sanctus est in hac uita, qui non possit adhuc quotidie proficere. Quia uero nōnulli postquam in uirtutibus excreuerint, incipiunt uelle laudari uelut sanctiores, apte subiungitur: *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi*, id est, si spiritaliter uiuimus & spiritaliter de uirtute in uirtutem proficiēdo ambulamus, non inde uanam gloriam trāsitoriæ laudis cupiamus, ne simus fatuis uirginibus similes, quæ foris lucentes ostēderunt lampadas, & intus oleum in uasis suis recondere neglexerunt; ideoque uenienti Matth. 25. spōso, lampades earum defecerūt. Ob hoc etiam caueamus cupiditatem inanis gloriæ, quia inde efficeremur *inuicem* alij alios *prouocantes* ad cōtentionē & iram uel ad deteriora, & *inuicem* alij alijs *inuidentes* meliora, Sicq; per appetitum uanæ gloriæ fieret in nobis tāta subuersio, ut q putabamur cæteris meliores, nunc efficeremur alijs peiores.

CAPVT VI.

FRatres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instruite huiuscemodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, D ne & tu tenteris.

¶ Hactenus toti ecclesiæ loquutus est Apostolus, improbando legem & cōmendando gratiam, & prælatos nunc alloquitur. Spiritaliter quidem ut docui, uiuendum est omnibus. Et tamen *o fratres mei*, qui cæterorum curā sumpsistis, etiam si aliquis *homo*, id est, infirmus ac fragilis ex ipsa humana fragilitate *præoccupatus fuerit*. i. subito lapsus in *aliquo dilecto*, tractandus est humane. Delictum est delertio boni. Quid enim sonat aliud delictum, nisi derelictum? Et qui delinquit, quid derelinquit nisi bonum? Græci etiam duo nomina huic peccati imposuerunt. Nā delictum apud eos & παράπτωμα dicitur, & παράπτωμα. Et πλημμέλημα simile nomen est negligentiæ, qm̄ græce negligentia ἀμέλεια dicit, quæ curæ non est quod negligitur. Hoc autem loco, παράπτωμα est in Græco. In paraptomate uero, tāquam decidere intelligitur qui delinquit. Vnde cadauer quod latini à cadendo dixerunt. Græce πτῶμα dicitur. Qui ergo peccando malum facit, primus delinquēdo à bono cadit. Delictum quippe est, declinare à bono: peccatū uero est, facere malum. Potest etiam illud esse delictum, quod ab ignorante fit. illud autem pctm̄, quod à sciente. Indifferenter tamē plerunq; dicuntur. Præoccupatio aūt est, in qua dilinquitur, dum quid faciēdum sit aut ad horam nō uidetur, aut & q uiderit, uincitur, uel. s. fiat pctm̄, cum uel latet ueritas, uel compellit infirmitas, & cum non malitia, sed sola infirmitate, uel ignorātia delinquitur, pro pctō necesse est, ut magno moderamine ipsa delicti correctio temperetur. Hoc est itaq; quod nunc præcipitur: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, *uos* positi *qui spiritus estis*, id est, spiritaliter uiuitis, non

A despiciatis, sed neq; exaspereris huiusmodi hominem, nō per singula uitia quotidiano usu defluentem, aut ipōte mala facientem, sed subbito per imprudentiam uel infirmitatē in aliquo lapsum. Nō exasperetis eum, sed *instruite huiuscemodi* rationabiliter ad pœnitentiam ut fratrem, *in spiritu* non in ira feruoris, sed *lenitatis* & māsuetudinis. Corripe (inquam) eum dulciter, monē ut surgat, tu q ei prælatus es, *considerans teipsum*. i. propriam fragilitatem tuam, *ne forte & ipse tu* ex ea *tenteris*. Videlicet cum displicet ex aliena infirmitate quod conspicis, pensa quod es, ut increpationis zelo se spiritu temperet, dum sibi quoq; quod increpat, timet. Cuncti quippe quousque in hac mortali carne subsistimus, corruptionis nostræ infirmitatibus subiacemus. Ex se ergo debet quisq; colligere, qualiter alienę imbecillitati oporteat misereri, ne contra infirmitatē proximi, si ad increpationis uocē feruētius rapitur, oblitus sui esse uideat. Post hæc ad generalē institutionē redit Apostolus, dicens.

Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nam si qs existimat se aliquid esse, cum nihil sit,
B ipse se seducit. Opus aūt suum probet unusquisq; & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & nō in altero. Vnusquisq; enim onus suum portabit.

1. Cor. 3. ¶ Vos prælati (sicut dictum est) instruite leniter subditum, si deliquerit. Et uos subditi *portate alter onera alterius*. Verbi gra: Iram fratris tunc portabis, cum aduersus eum iratum nō irascēris, ut rursum eo tempore quo te ira præoccupauerit, ille te lenitate & tranquillitate supportet. Ira diuersis temporibus eadem infirmitas potest inuicem ab utroq; portari. Diuersum aūt infirmitatis genus uno simul tempore portari potest ab ambobus, ueluti si quis in se loquacitatē uicerit, & pertinaciam nondū uicerit; alius uero adhuc loquax, sed iam pinax non sit, debet ille huius loquacitatem, & iste illius ptinaciam, donec illud in illo, & hoc in isto sanet, charitate portare. Similiter de cæteris infirmitatibus agēdum. Et hoc est quod dicit, Alter alterius onera portate. i. inuicē infirmitatū uestrarū pondera sufferte, *& sic adimplebitis legem*
Iohan. 15 *Christi*. i. charitatem, de qua ipse dixit, Hæc mādo uobis ut diligatis inuicem. Huius em̄ dilectionis officium est, inuicem onera uestra portare. Et iustum est ut alter compatiat alteri, & portet onus infirmitatis eius. Nam si quis se supra cæteros exrulerit, despiciens illos propter uarias morum infirmitates, neq; dignans onera illorum cōpatiēdo portare, sed se quasi solū iustum apud se magnifi cans, ipse sibi est inimicus. *Si quis* in corde suo ex. *stimat se aliquid* magnum *esse* comparatiōe alterius peccātis, *cū* tamen *sit nihil* ex se, *ipse seducit* à uerita. te *se* ipsum, cum illud credit quod nō potest esse. Qui em̄ sanctitatem sibi arrogat, nihil dicit: quoniam comparatione spiritalis hominis, q scit gratia dei esse se quod est, quisquis uana præsumit, ni- hil est. Electus em̄ quisque non attendit bona quę iam percepit, sed q̄ necdum pcipere ualuit: ideoq; C magis humiliatur cōsiderans inopiam suam, sicq; cætera bona meretur accipe. Reprobus uero non attēdit ea quæ nō habet ut humilietur, sed ea quę habet cōsiderans, extollit. Et se aliculus momē esse iudicās, nihil fit, amittendo q̄ bona pceperat qm̄ conscientia sua q̄ suggerit cogitationē superbiæ, ut magnū aliquid in uirtutibus se cē putet, se ducit eum. i. seorsum à uia hūilitatis ducit, & à charitate proximi quē iacentem despicit. Nihil eē dicitur talis hō, quia omnis creatura q̄ non adhæret ei qui semp habet esse, nihil est. Vel qui laudantib. alijs credens, æstimat hoc esse uerum quod ab illis de illo dicit, cum falsum sit, & ideo se magnum ac sanctū putat, non adulatores seducunt eū, sed ipse seipsum, dum plus alijs credit q̄ suæ conscientiæ. Nō debet qs inaniter de se magna sentire, nec adulatoribus credere: sed potius *probet* & examinet *unusquisq; opus suum*, nō peccatū alterius, ut pharisæus qui nō re, sed fallaciter iustus erat. Et cū *sic* opus Luce. 18 suū probauerit esse ueraciter bonum, tūc *gloriam habebit in semet ipso tantū*, id est, in cōscientia sua, & *non in altero*. i. in ore alterius. Gloriam intus habere, & non ex aliena laude pendere, hoc est oleum in uasculo seruare cū uirginibus illis prudētibus. Mat. 25. Sed quā gloriā habet intra se iustus, nisi eū cui dicit, Gloria mea & exaltans caput meū? Vt (quod D sæpe dicēdum est) qui gloriatur, in dño glorietur, nō æstimet quisquam se stantē aliquid eē in com- Psal. 5. parationē cadentis, sed opus suū probet, & circum- 1. Cor. 1. spiciat ac diligenter inspiciat unusquisq; non lap- 2. Cor. 10 sum alterius: & sic, id est, pbando suū opus, non Item. 9. alterius, habebit gloriam in se ipso. i. in sua actiōe bona, & nō in altero. i. in casu alterius. Hoc est, nō extra se quæret gloriam, ut alijs iacentibus se præferat: sed remanens in cōsideratiōe suimet solius, eum se bū agere pbauerit, gloriabit puro corde in deo, à quo ut bonū operaretur accepit. Ideo em̄ debet nūc unusquisq; propriū opus examinare, & non alterius, quia *unusquisq;* in iudicio dei *onus suum portabit*. i. grauabitur propria sarcina peccatorum suorū. Non est sibi contrārius Apls, qui supra iussit ut inuicē onera nra portemus, & nūc dicit quia unusquisq; onus suū portabit. Alia em̄ sunt onera participandæ infirmitatis, alia reddēdæ rationis deo de actibus nostris. Illa cū fratribus sustentanda cōmunicant, hæc propria ab unoquoq; portantur. Non em̄ cum alio portat hæc alter, nec proijcit in alterum: sed solus cogitur unusquisq; sustinere proprium, ut iuxta quod magis aut minus peccauit, grauetur in iudicio.

Cōmunicet aūt is q catechizat uerbo, ei q se catechizat, in oībus bonis: Nolite errare, deus nō irridet. Quæ em̄ seminauerit hō, hæc & metet. Quoniam q seminat in carne sua, de carne & metet corruptionē. Qui aūt seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ¶ Ea quæ dixit, inuicem uel apud se unusquisq; custodite: sed erga doctores uestros, ut nunc moneo, largi estote. Scilicet *is qui catechizatur*. i. instruitur *uerbo* sacræ doctrinæ ab aliquo, *communicet in omnibus bonis* suis corporalibus *ei qui se*, instruit, id est, oia terrena bona quæ habet, faciat sibi & doctori suo esse cõmunia, ministrans ei ex bonis proprijs cibum & indumentum & quæcũq; necessaria sicut sibi. Et in hoc *nolite errare* excusando uos aut re, & dicendo, parum uel nihil dare possum magistro meo, quia *deus* qui uidet quid aut quãtum dare possitis, *non irridetur*, ut aliquis iniustus uel fallax ridendo transeat iudicium eius, sed unusquisq; recipit ab eo quod meruit. Nã ea *quæ* nunc *seminauerit homo*. i. opera quę sibi uelut semen reposuerit, uel bona uel mala, siue multa, siue pauca sint, *hæc eadem*. i. fructum eorum *metet* in dei iudicio. Opera em uitæ præsentis, semen sunt futuræ messis. Vel ita: Is qui instruitur uerbo doctoris, cõmunicet ei qui se instruit. i. cõmunicatorem & participem eius se faciat in omnibus bonis, recipiendo doctrinã eius, & imitando uirtutes ac bonos mores eius. Cõmunicat enim discipulus magistro in oĩbus bonis eius, quando omnium quæ ille bene agit & loquitur, particeps & imitator efficitur. Et in hac cõmunione nolite errare, faciendo eam simulatorie, sed puritatẽ cordis in hac exhibete, qa
B deus non irridetur. i. non fallitur sicut homo, ut ignorare possit aliqd, sed uidet intima cordis. Vel etiam sic: Is qui instruitur, etsi in solo uerbo, non exemplo prædicatoris, cõmunicet ei non in malis, si ea facit, sed in omnibus bonis quæ ille dicit. i. participem se exhibeat, recipiendo uerbum eius & in oĩbus implẽdo. Et nolite errare imitãdo prauos mores eius, si ipse male uiuit & bene loquitur: quia deus non irridetur. i. dei iudicium nullus potest irridere, seu magister, seu discipulus, sed ibi recipit unusquisq; prout gessit. Quæ em seminauerit. i. operatus fuerit homo, hæc & metet. i. horum mercedem recipiet iudicante deo. Et uere quæ seminauerit metet, siue bona siue, mala: *Quoniam* ille *qui mõ seminat in carne sua*. i. opera carnis agit in carne, *de carne metet* etiam *corruptionem*, ut cormentis incessanter corrumpatur. i. conteratur, & iugem habeat in se fœtorem. Sed e contrario ille *q seminat in spiritu*. i. spiritalia operat in spiritu sancto, *de ipso spiritu metet*. i. quasi messem capiet in futuro *vitam æternam*, quæ est contraria prędictæ corruptioni. Potest forsitan & hominis spũs intelligi, in quo seminatur, & ex quo uita metetur, iuxta illud Salomonis: Omni custodia serua cor tuum, quia ex
Prou. 4. ipso uita procedit. Nã quod Salomon ait ex corde uitam procedere, hoc uidet esse, quod ait Apls ex spiritu uitam fore metendã. Qualis em radix est cordis, talis in cõspectu interni arbitri est oĩs fructus actionis. Sed quisquis in futuro seculo messem uitę sine fine cupit colligere, debet i isto semp quãdiu uiuit oga bona seminare. Vñ subiugitur.

Bonum autem facientes, non deficiamus. tempore enim suo metemus, non deficientes. Ergo dum tẽpus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime C autem ad domesticos fidei.

¶ Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Ideo nos malum nullum debemus seminare. i. facere, sed bonũ. Et *bonum facientes*. i. bonum seminãtes, nunquam cessemus quandiu tempus est sationis, ne *deficiamus* aliquo labore fatigati, qa erit & tempus messionis ac quietis. *Tempore enim suo*. i. huic rei prefinito *metemus*, id est, mercedem operum nostrorum colligemus, *non deficientes*. i. incessanter & sine fine: quia sicut non deficimus seminando, sic non deficiemus metendo. Et quia tũc non deficiemus metendo fructum boni operis. i. seminis nostri, *ergo dum tempus* seminandi & operandi *habemus*, quod ignoramus quãdiu habituri sumus, *operemur* nunc assidue *bonum*, sicut eleemosynas & cætera beneficia, *ad omnes* quoscunq; poterimus, sed *maxime ad domesticos fidei*. i. ad iustos, quia iustus ex fide uiuit. Domesticus enim fidei est, qui eadẽ tibi religione coniungitur, quem à consortio fraternitatis peccata non separant. Domesticus quippe, quasi in domo stans dicitur. Iustis ergo & sanctis præcipue debemus impendere beneficia. Non tamen alijs hominibus etiam peccatoribus misericordiæ claudenda sunt uiscera, nec si etiam adD uersus nos hostilem animum gerant, ipso domino monente, Diligite inimicos uestros, benefacite his qui uos oderunt.

Videte qualibus literis scripsi uobis mea manu.

¶ Hactenus p epistolã uos reuocauit & instruxit. Quam ut sciatis à me quãlam, *uidete qualibus literis*. i. quãm bene formatis *scripsi uobis* non notarij *manu*, sed *meq*. Ne suspicarentur hanc epistolam ab Apostolo, sed ab alio aliquo fallaciter sub eius noĩe sibi missam, & dubitarent obedire monitis eius, ideo nũc certum dat illis signum cognoscendi eam, Acsi dicat: Epistolam istam scripsi ego propria manu. Et hoc recognoscite p formas & qualitates ipsarum literarum, p quas manum meam poteritis recognoscere. Multum etiam per hoc inuitat eos ad audiendum se, quod tantam sibi curam de illis indicat fuisse, ut ppria manu scriberet illis. Vel dum dicit, uidete qualibus literis scripsi uobis, monet eos ut considerent & intelligant qũ profunda sacramenta, & qũ rationabilia uel utilia monita cõtineantur in literis huius epistolæ. Literarum em nomine frequẽter epistola solet appellari. Videte (inquit) qualibus literis, id est, qualiepistola, quãm spirituali, quãm uera, quãm rationabili, scripsi uobis correptionem manu propria.

Quicunq; enim uolunt placere in carne, hi cogunt uos circuncidi, tantum ut crucis Christi persequutionem non patiantur. Neque enim qui circuncidun-
tur, legẽ custodiunt: sed uolũt uos circuncidi, ut in carne uestra glorientur.

A ¶ Opus fuit ut scriberem uobis, quia speudo prædicatores instant ut circuncidamini. *Quicunq; enim* talium magistrorum *uolũt* iudæis infidelibus *placere in carne*. i. in carnali obseruatione, *hi cogunt* improbitare, non ducũt ratione *uos circuncidi*, non ut legem impleatis, sed tantummodo *ut ipsi non patiantur persequutionem crucis Christi*, id est, quę nobis infertur propter prædicationem crucis Christi. Præceptum fuerat à Romanis principibus, ut iudæis sine perturbatione uel impedimento liceret obseruare suos ritus & legem, ubicunq; essent: & si quis gentilium uellet illis consentire, circuncisionem & legem atq; ritus ipsorum posset assumere, & cũ illis uiueret in securitate. Sed Christianos Iudæi apud principes gentium accusabant, quia legem ac circuncisionem & carnales obseruãtias illorum destruere uidebãt. Et quia nec gentilem ritum, nec iudaicam legem tenebant, occasionẽ accusandi illos sumebãt. Quod huic Apostolo in uidia conciati fere in singulis ciuitatibus gẽtilium faciebant. Sed pseudo apostoli ut absq; persequutione Chri m & crucem prædicarent, circuncisionẽ quoq; & legis obseruantiã pariter docebant. Christum em prædicabant, ut quæstum à fidelibus haberent: legem aũt, ut iudæis placerent. Et hoc est quod dicitur, quia quicunq; uolunt placere in car
B ne, hi pdicando carnaliter legem, cogunt uos circuncidi propter hoc tantum, ut non patiantur persequutionẽ pro cruce Chri. Et uere tantum idcireo ut non patiantur aduersa, circuncidi uos cogunt, non em pro lege implenda id faciunt. *Neque enim illi qui circunciduntur, custodiunt legem*, sed magis præuaricantur: qa nec carnaliter a circuncisis, sed spiritalẽ a baptizatis potest custodiri. Non ut uos legem custoditis, *uolũt uos circuncidi*, sed potius *ut in carne uestra*. i. in dolore carnis uestræ circuncisæ *glorientur* apud iudæos, quatenus placeant eis, ne forte accusent eos apud gentium principes de noua pdicatione, & aliquid aduersitatis pati faciant.

Mihi aũt absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Chri, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

¶ Illi gloriantur in circuncisa carne, & timẽt crucem prædicare: sed *mihi absit gloriari* in potentia Chri, uel in maiestate seu potestate, sed in cruce, de qua sapientes mũdi erubescebãt, & in qua erat omne opprobrium qđ Christiani patiebantur, ac psecutio quam sustinebant. Et ideo in eurce gloriabatur, de qua illi ab impijs insultabatur: quia sciebat in morte Chri uitam nostram consistere, in eius humilitate nostram sublimatiõem, in eius infirmitate nostram fortitudinem. Nã in fronte credẽtium ubi sedes est uerecundiæ, idcirco crux figitur, ut de noĩe eius nõ erubescãt. Signũ ueteris testamẽti, circuncisio ẽ in latẽti carne. Signũ noui testamẽti, crux est in libera fronte. Ibi em est occultatio, hic reuelatio. Illud est sub uelamine, hoc in facie. Cum qs inde trãsierit ad Chrm, auferet ei uelamẽ, ut qui habebat in occulto circunsionem, in fronte portet crucem. Et pseudo qdem apli tan-
C q̃ in tenebris & in umbra remanẽtes, gloriabãt in circuncisione. i. in ueteri & operto signo. Paulus aũt egressus ad lucem, transtulerat lignum ad fi tem, & gloriabatur in cruce, i. in signo nouitatis, utpote innouatus. Nõ glorior, inqt, *nisi in sola cruce domini nostri Iesu Christi*, p quẽ mihi *mundus est crucifixus*, ut nec minis nec blandimẽtis possit in me manus extendere. i. aiam meã attingere, ut me re
D nocet à fidei puritate: *et ego* quoq; per Chrm *mundo* sum crucifixus. i. mortificatus, ut nullatenus eũ possim appetere. Si enim mihi mũdus crucifixus est, scio quia mortuus est. Nõ diligo eũ, scio quia præterit. Nõ cõcupisco eum, scio quia corrupte la consumet. Eumq; quasi fœtidum uito, quasi lutũ caueo, quasi nocituꝝ relinquo. Ego quoq; uelut mortuus & fœtens ab eo contemnor. Mihi mundus crucifixus est, ut me nõ teneat: & ego mũdo, ut eum non teneã: quia nec mundus in me suũ aliquid cognoscit, nec ego in mũdo aliqd cupio. Plerunq; em contingit, ut iam hõ mundũ mente non teneat, sed tñ mundus eum occupationib. astringat. Et ipse quidem mundo iam mortuus est, sed ipsi mũdus adhuc mortuus nõ est. Quasi enim uiuus adhuc mundus eum conspicit, dum alijs intentũ, suis actibus alio rapere contẽdit. Sed Apls eum & ipse seculum perfecte despiceret, & talẽ se factum uideret, qui iam ab hoc seculo cõcupisci omnino non posset, ruptis huius uite uinculis, liber dicebat: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Mundus quippe ei crucifixus erat, quia hunc corde suo iam mortuum non amabat. Sed & seipsum mundo crucifixerat, quia talem se exhibere studuerat, ut ab eo quasi mortuus concupisci non posset. Quia ergo nec mundi gloriã quærebat, nec à mundi gloria ipse quærebatur, & se mundo & mundum sibi crucifixum esse gloriabat. Nos quoq; inquantum dei sapientiam, per quæ facta sunt omnia, spiritaliter intelligimus, intantum carnalibus affectibus morimur, ut mortuum nobis hunc mundum deputantes, nos ipsi huic mundo moriamur, & dicamus, Mihi mundo crucifixus est, & ego mundo. Nemo enim faciẽ. i. manifestationem ipsius diuinæ sapiẽtiæ potest uidere & uiuere. Ipsa est enim species, quæ rapit oẽm animam rõnalem desiderio sui, tanto ardentiorem, quanto mundiorẽ: & tanto mũdiorem, quanto ad spiritalia resurgentẽ: tanto aũt ad spiritalia resurgentẽ, quãto à carnalibus mortientem.

In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid ualet, neque preputium, sed noua creatura.

¶ Idcirco glorior in cruce tñ, & non in circuncisione, quia *in Christo Iesu*. i. in Christiana religiõe, *neq; circuncisio aliquid ualet, neq; præputiũ* pdest, qcq̃. *sed noua creatura*. i. innouatio mois. Non em magni est meriti, sed qđ foris ergo nos agat: sed magnopere pensandũ est qđ agat in mente. Nã pcm
D tem mundum despicere, transitoria non amare, mentem meduliitus in humilitate deo & pximo sternere, contra illatas contumelias patientiã seruare, & custodita patientia dolorẽ malitiæ à cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

de repellere, egenis propria tribuere, aliena nō ambire, amicū in deo diligerè, ꝓpter deum & eos q inimici sunt amare, de afflictiōe ꝓximi lugere, de morte inimici nō exultare, hæc noua ē creatura.

Et quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia, & super Israel dei.

¶ Ego uos docui qd agendū sit. *Et quicunq;* ex uobis gentilibus *hanc regulam*.i. rectitudinem doctrinæ meæ & gloriandi in cruce, *sequuti fuerint*, ut secundum ea q̄ in hac epistola docui, dirigant suā fidem & opera, *pax* i. reconciliatio ad deū, *sit super illos & misericordia*.i. propitiatio peccati qd̄ egerunt recedentes à fide, *& super Israel dei*.i. super illos iudæos, qui per fidem & opera sunt possessin dei.

De cætero, nemo mihi molestus sit. ego enim stigmata dñi Iesu in corpore meo porto. Gratia dñi nostri Iesu Christi cum spiritu uestro fratres, Amen.

¶ His rationibus & argumētis ostendi uobis, nō esse iustificationem uel salutē in uetustate legis, *Et de cætero* disputationum gñe, quo adhuc possem probare, *nemo* uestrū *sit molestus mihi* ut amplius me fatigare uelit, quæ rēs ut alijs profundioribus rationibus hoc idē sibi adhuc ꝓbem, cū iam sufficienter probatū sit & ostēsum. Vel de cætero uitæ spatio nemo uestrū sit mihi molestus, sed a modo fide & opera sic seruate, ut nō mihi molestiam ulcra faciatis, qm̄ satis grauor alijs molestijs: *ego enim porto in corpore meo stigmata domini Iesu*.i. ego quasi seruus ex fuga retractus, & ꝓ seruiles notas cauteriatus, in toto corpore meo cicatrices uulnerum, quæ pro Chro passus sum, porto & uarijs iniurijs affligor. Stigmata em̄ proprie uocantur seruiles notæ, quibus inurebātur serui, uel fugæ, uel alterius culpæ conuicti. Vel ita: Nemo ūrm̄ sit mihi molestus, ut aliquid amplius quærar, quia uerbis meis indubitanter credendum est, Ego em̄ porto stigmata dñi Iesu in corpore meo, i. ego sum desa milia Chri, ego sum annumeratus in militia regis æterni, quod multiplices plagæ in corpore meo ꝓ cicatrices ostensæ designant. Et ideo nullus uerba mea leuiter accipiat, sed autoritati dictorum meorum in oībus acquiescat. Stigmata em̄ uocabantur signa quædam q̄ in manibus militum fiebant, ꝓ quæ recognoscebantur esse de militia Romani imperatoris. Sic & Paulus non una tm̄ corporis, sed multis & uarijs partibus gerebat notas & signa plagarum pro Chro perpessarum, ꝓ quas miles fortissimus summi regis, esse declarabantur. Qui in fine ponit: *Gratia domini nostri Iesu Christi*, id est, quam dñs dedit, *sit cū spiritu uestro fratres*.i. cum rationali sensu uro, ut omnes cogitatiōes & actiones bene disponat auxilio gratiæ, & nō per se quę rat iustificari ex lege. Ad confirmationem solidæ ueritatis oīum q̄ dicta sunt, subiūguntur, *Amen*, quod interpretatur uere uel fideliter, siue fiat.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM PAVLI AD EPHESIOS.

EPhesus metropolis ciuitas est Asiæ, in q̄ Paulus triennio moratus est prędicans euangelium, ita ut oēs qui habitabant in Asia, audirent uerbum dñi, Iudæi & gentiles. Ipse em̄ primus ecclesiam ibi fundauit, & Ephesios in fide ac moribus nobiliter instruxit, atq; thesauro diuinæ sciētiæ mirabiliter ditauit. sed sancto sibi reuelante spiritu, prævidit surrecturos postea quosdā pseudo prędicatores in ipsorum ecclesia, & promulgaturos impia dogmata, ex qbus fuerunt Ebion & Cerinthus, quos Iohānes antichristos appellat. Vñ eis nouissime dixit: Vos scitis qūo uobis nihil subtraxerim utilium, quo minus annunciarē uobis & docerem publice & p domos. Et item: Quapropter contestor uos hodierna die, q̄a mundus sum a sanguine omnium. Non em̄ subterfugi q̄minus annunciarē omne consilium dei uobis. Ego scio qm̄ intrabunt post discessionē meam lupi rapaces in uos, non parcentes gregi, & uobis ipsis exurgent uiri loquētes peuersa, ut abducant discipulos post se. Propter quod uigilate, memoria retinentes qm̄ per triennium die & noctes non cessaui, cum lachrymis monens unūquenq; uestrum. Tanto itaq; labore & studio, tantoque tempore & tam perfecte beatus Apostolus Ephesios docuit, & tales lupos in medio surrecturos pręsciuit, uolentes scilicet legis ceremonias inducere, & eos iam liberos gratia, carnalibus obseruātijs seruiliter subdere. Et alios quidē eorum Christum simpliciter esse deum & nō hominem affirmaturos, alios aūt eum homine & nō deum dogmatizaturos. Et ideo placuit sibi quadam circunspectione Ephesios hac epistola præmunire, ne hæretici qualibet astutia suasiōis ad eos possent introire, uel lupinis dentibus transiugulare. In qua quidem epistola intendit primo confirmare eos in fide, qua Christus à catholicis creditur deus omnipotens & homo uerus, atq; excellentiam gratiæ dei multipliciter cōmendare, ne libero arbitrio suo quid bonorū, sed gratiæ adscriberent oīa: deinde eos non debere suscipere iugum legalis obseruantiæ. Non em̄ aperte reprehendit eos de aliqua culpa, ꝓ quod ostenduntur bene seruasse eius præcepta, sed timēdum erat ne laberentur. Et q̄a ipse sapientiam inter pfectos loqui consueuit, profundos ualde sensus & arcana mysteria seculo antea prorsus ignota pandit eis à Roma de carcere in hac epistola. Quæ post illā ad Galatas rectē locata est, quia ibi Galatæ reuocantur ad fidem, hinc Ephesij cōfirmantur in fide. Ibi carnales observantiæ ab illis q̄ eas suscipere cœperant, remouētur. hic ne suscipi debeant, prædamnantur. Quia uero nullus adeo pfectus est, ut adhuc crescere nō possit, hortatur ad meliora proficere, & ne cedant pro tribulationibus eius, sed maneāt in charitate radicati & fundati. ac de morum instructiōe nobiliter agit. Et ne pfectio erigat illos in tumorē, oñdit etiā de statu ad quā dignitatē uocati sūt.

EPISTOLAE PAVLI AD EPHESIOS. CAPVT I.

PAulus apostolus Iesu Christi ꝓ uoluntatem dei, oībus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Chro Iesu: Gratia uobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo.

¶ *Paulus* scribit, cuius scripta sunt authentica, q̄a est *apostolus Iesu Christi*.i. legatus saluatoris ac regis fidelium. Et est apostolus nō per meritū suum, uel ꝓ humanam electionē, sed *ꝓ dei uolūtatem*, qm̄ sola

A dei patris uoluntas fecit hunc Christi apostolum. Dū dicit se apostolum Chri, id est, missum à Chro per uoluntatem dei, cōmendat se in apostolatus autoritate, ut ꝓhoc suæ monitioni magis obediant, & ut insinuet oēs qui ab eius doctrina uoluerint dissentire, imperio Chri contraire, & patris uoluntati resistere. Per uolūtatem dei, & nō per deum, posuit, ut insinuaret solo nutu uoluntatis *Psal.113* diuinæ cōstitutionem oīm rerum esse. Nam omnia quæcunq; uoluit fecit. Paulus tātæ autoritatis, scribit *oībus sanctis*.i. in sancta religione pfectis, *& fidelibus in Christo Iesu*.i. minoribus qui iam fidē susceperunt hoc est, scribit oībus, perfectis & imperfectis, *qui sunt Ephesi*.i. in illa urbe quæ caput est minoris Asiæ. Quod si mysticum sensum requiramus, Ephesus interpretat uoluntas eius, id ē, dei. Quicunq; ergo ita sancti sunt & fideles, ut maneant in uoluntate dei, nō transgredientes uoluntates eius, ad eos nūc scribit Apls, ubicunq; sint corporaliter positi. Interpretatur etiā Ephesus consilium meum, ut dicat Paulus quia scribo sanctis & fidelibus q̄ sunt in Epheso, in consilio meo, qui nō recedunt à munimento cōsilij mei. Et sunt sancti atq; fideles in Chro Iesu, quia nihil prodest sanctitas uel fidelitas nisi in Christo. Nōnulli em̄ philosophorū uisi sunt sanctitatem habuisse, ieiunando, caste uiuendo, mūdum contēnendo, sed non in Chro. Item nōnulli sunt fideles, sed nō in Christo. Si quis reddat depositum, si quis cōmendata non abneget, fidelē se exhibet. Et iste fidelis est, sed nō in christo. Ad distinctionē ergo talium, dicit Apls se scribere sanctis & fidelibus in Christo Iesu, qui sanctitatē & fidem habent in Christo. i. in Christiana religione. Quos & salutat, dicens: *Gratia & pax sit uobis*. Gra, qua uobis pcā remittantur, & uirtutes conferant: pax, qua deo & sanctis angelis ꝓ bonam uolūtatem & actionem semper concordetis. Et hæc gra & pax sit uobis à deo patre nostro. i creatore q̄ nos in filios adoptauit: *& à domino Iesu Christo*.i. à redemptore, qui nos ab hoste clementer eripuit, & suo dñio mancipauit. Qui est Iesus, qui interpretatur saluator, quia salvum facit populum suū à peccatis eorum: & Christus, qui est unctus, i. rex uel sacerdos, regnans in nobis, & interpellans pro nobis, quia reges & sacerdotes unctione consecrabantur.

Matt.1. Hebr.e.7 Aloha.2.

Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Chri, qui benedixit nos in omni benedictione spūali, in cęlestibus, in Christo. sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate.

¶ Primo oīm benedixit deum, considerans illū esse principiū & fontem bonoꝝ omnium. Ostenso em̄ quod dñs Iesus sit æqualis patri, dum gra & pax æqualiter à patre & filio dari monstraretur, ostēdit quod deus benedicēdus est à uobis, ꝓpter beneficia gratuita, q̄ nobis tot & tanta cōtulit. Non em̄ debemus illi esse ingrati, ut ea q̄ ab illo accepimus, adscribamus nobis, sed agnoscentes a quo sint nobis data, benedicere semper illum debemus, & gratias ipsi debitas persoluere. Et cum similiter à filio nobis dentur hæc eadem beneficia, pater quia & ipse pari benedictione est exaltandus cum patre, ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Sicq; competentialis & coæqualis patri esse declaratur. *Benedictus* sit à nobis *deus*, ut omnes illum benedicamus, & gratias ac laudes illi referamus pro beneficijs quæ ab ipso percepimus, non æstimantes à nobis ipsis habere nos aliquid boni. Benedicamus illum, quia est deus, id est, creator noster, & creatura debet creatorem suum benedicere. *& pater domini nostri Iesu Christi*, id est, pater illius qui nos à diaboli tyrannide ereptos, dominio suo misericorditer subdidit, & saluauit nos à peccatis nostris, atque regnat in bonis actibus nostris. Dum dicit, benedictus sit deus, a patre demonstrat, quia & filius similiter est benedicendus, quia & ipse est deus. Ostendit, inquam, filium patris benedictione laudandum, quando dicit, benedictus sit deus, id est, creator omnium, quia & filius est creator. Quæcunq; enim pater facit, hæc & filius similiter facit. *Iohan.5.* & ita constat eum esse æqualem patri, & compotentialem atq; coæternum. Sed & dum dicitur, benedictus sit pater Christi, liquido demonstratur, qui & ipse Christus similiter à nobis sit benedicendus: qa qui nō honorificat filium, nō honorificat patrem qui misit illum. Non enim recte patrem benedicere potest, qui filium pariter non benedicat, cum pater non dicatur nisi respectu filij. Vnde pater filium esse coæternum patri & coæqualem: qa si pater fuisset aliquādo sine filio, non esset pater. Ac per hoc nec tantæ dignitatis tunc esset, quantæ nunc est: sicq; cœpisset crescere, quod nefas est uel suspicari. Nunquam ergo fuit ante filium, sed sine initio filius est æternaliter. Vel in eo quod dictum est, Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Chri, ostenditur Christus homo simul & deus esse. Homo enim est, cuius est deus ille qui benedicitur: & deus est, cuius est pater idem ipse quem benedicimus. Deus enim Christi est secundum humanitatē eius, & pater Christi secundum diuinitatem eius. Qui merito benedicitur à nobis, quia ipse prior benedixit nos. Hinc ergo Apostolus incipit enumerare beneficia, q̄ a deo per Christum humano generi sunt concessa. Sic (inquit) benedictus, *qui benedixit nos*. Deus nos benedicat, cum uirtutes nobis tribuit, uel in ipsis uirtutibus nos promouet. Nos uero deum benedicimus, cum ꝓ beneficijs quæ contulit nobis, ipsum laudamus. Benedixit nos nō in quadam, sed *in omni benedictione*, non corporali, sed *spirituali*.i. in sermōe dei & sapientia & ueritate, cunctisq; reliquis uirtutibus, & non in terrenis, sed *in cęlestibus*, ut quāuis adhuc corpore hic detineremur, mēte tamen & cōuersatione iam in cælestibus essemus. Et hæc tam copiosa uirtutum bonorum ꝓ spirituali um benedictio, data est à patre nobis *in Christo*.i. postquā cœpimus in ipo mediatore ac recōciliato

B

C

D

Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re manere, incorporati uiſceribus eccleſiæ, quæ
A eſt corpus eius. Non em̄ extra Chriſtum datur (in
quam) iſta benedictio. Vel præteritū pro futuro
poſitum eſt, ut quaſi iam factū in dubitanter cre-
deremus, q̄ faciendum ſperamus. Benedixit. i. be
nedicet nos, hoc eſt, ditabit in die iudicij, in om̄i
benedictiōe ſpirituali, non corporali: q̄m diuiti-
as ſpirituales, non carnales dabit. Neq; enim carna
les cibos tūc præbebit, uel uxores & aurum, cæ-
teraſq; delicias quas non habent impij, ſed illas ſpi
rituales, quas in ſupernis habent angeli. Vnde &
corpus noſtrum ut illarum delicarum particeps
fiat, erit ſpirituale: quia ſeminatur corpus anima
le, & ſurget corpus ſpirituale, poteſtate utiq;, non
1 Cor. 15 natura. Tantæ em̄ leuitatis erit & claritatis, quan-
tæ ſpūs. Et ideo quicquid boni illud glorificatū
corpus habebit, ſpirituale erit. Nihil ergo carna-
le, ſed totum ſpirituale expectemus in illa benedi
ctione, q̄m ſpiritualis erit: & non particularis, ſed
uniuerſalis. Omni em̄ benedictione ſpirituali nos
beatificabit, replens oībus bonis, ut nihil omnino
ſpiritalium bonoꝝ deſit nobis, cum dixerit Chr̄s:
Matt. 25. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, &
ponet localiter in cæleſtibus inter agmina ſancto
rum angelorū & uirtutum ac dominationum, ut
eandem cum ipſis beatitudinem & gloriam atq;
ſcięt̄iam habeamus, ut ſimus illis etiam loci ſub-
1. Cor. 2. limitate pares. Et hæc eſt illa gloriosa beatitudo,
quam oculus non uidit, nec auris audiuit, nec cor
hominis excogitare potuit, quā nobis pater de-
B dit, ſi in Chr̄o nos inuenerit, id ē, uera Chr̄i mem
Iohan. 3. bra. Aliter em̄ nullus ad hanc beatitudinē aſcen-
dere poterit, quia nemo aſcēdit in cælum, niſi qui
deſcendit de cælo, filius hoīs qui eſt in cælo. Q̄d
Apoſtolus præteritū poſuit, ſignificat (ut dictum
eſt) quia hoc quod deus eſt nobis benedicturus in
futuro, ita eſt ſtabile & impermutabile, ſicut illud
quod iam p̄teritum eſt, quod nulla ratione muta
ri p̄ōt. Nam quod factum eſt, nō poteſt non fieri.
Quod aūt poſuit, benedixit, & nō donauit: & q̄d
ait, benedictione, & nō beatitudine, uoluit nobis
deſignare patris & filij potentiam. Suū enim be-
nedicere, eſt benefacere. Et quid eſt aliud tūc bene
facere, q̄ participationem beatitudinis impende-
re? Vnde Pſalmiſta: Conuertere anima mea in re
Pſal. 114 quiem tuam, quia dn̄s bene fecit tibi. Et quod ip̄e
nos benedicet illa tāta benedictione, ita ē firmum
& certum, ſicut & illud quod ante quā mundus fie
ret, nos elegit prædeſtinando ad uitam. Vel quod
nos benedicet, nō faciet improuide, ſed *ſicut elegit
nos* a maſſa perdēdorum ante mundi principium.
Ita em̄ benedicet ſicut prædeſtinauit, q̄a unicuiq;
benedictionem dabit iuxta modū quem ei præ-
ordinauit. Elegit nos, i. extra de maſſa peccato-
rum legit & abſtraxit, & hoc facit *in ipſo*. i. in Chri
ſto, ut eſſemus membra Chr̄i, & iſta electio facta
eſt *ante mundi conſtitutionem*. i. ante omnem creatu-
ram. Et ad hoc nos elegit, *ut eſſemus ſancti & immā-
culati*. Inter ſanctum & immaculatum hoc inter-
eſt, quod ſanctus immaculatus quoq; intelligi po
teſt, imaculatus uero nō ſtatim ſanctus. Nam par-
uuli quoq; immaculati ſunt, quia integro corpo- C
re nullum poſſunt facere peccatū: & tamen ſancti
non ſunt, quia ſanctitas uoluntate & ſtudio com
paratur. Et q̄d immaculatus dici poteſt ille q; pec-
catum non fecit, ſanctus aūt is qui uirtutibus ple-
nus eſt. Sancti ergo intelliguntur p̄fecti, immacu-
lati uero imperfecti. Sāti in uirtutibus promoti,
immaculati per bap tiſmum à peccatis mūdi, &
poſt nō inquinati. Tales igitur nos prædeſtinauit
deus futuros, & hoc nō in uana æſtimatione ho-
minum, ſed *in conſpectu eius* qui ueritatem cōſpicit,
& occulta conſiderat. Si em̄ uiderit nos ueraciter
eſſe ſanctos & immaculatos, quicquid hoies de
nobis æſtiment, ipſe nobis præmium reddet. Et
econtra ſi p̄ hypocriſim uoluerimus ſimulare ſan
ctitatem, licet nos iudicent ſanctos indocti hoies,
ipſe tamen dānabit. Elegit ut eſſemus ſancti & im
maculati in oculis eius, & hoc *in charitate*. i. ut nul
lam ſanctitatem & immaculationē promeremur,
non timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ. Notandū
itaq; quod ad cōmendandam magnitudinem gr̄æ
enumerat Apoſtolus beneficia eiuſdem gratiæ,
quæ a deo per Chriſtū humano generi data ſunt.
Deus em̄ ante mundi conſtitutionē, cum nullus
quicquam meruiſſet, quia nullus adhuc erat, præ- D
ordinauit quod in tempore gratiæ aliquos à per
dendis ſepararet, & iuſtos immaculatosq; faceret,
præordinauit quod & illos ad æternitatem per-
duceret. Harum prædeſtinationem alteram hic
implet, q̄d ſanctos facit: alteram in futuro com-
plebit, dando immortalitatem & beatitudinem.
Sic em̄ prædeſtinando iam benedixit nos in cæle
ſtibus, cum adhuc in terris maneamus, ſicut præ-
deſtinando elegit antemūdi conſtitutionem, cum
necdum eſſemus. Et elegit non q̄a futuri eramus
ſancti, ſed ut eſſemus ſancti, id eſt, ipſe diligendo
per gratiam fecit ut eſſemus ſancti & immaculati.

Qui p̄deſtinauit nos in adoptionem
filiorum p̄ Ieſum Chr̄m in ipſum, ſec̄m
propoſitū uoluntatis ſuæ, in laudē glo-
riæ gratię ſuæ, in qua gratificauit nos
in dilecto filio ſuo. In quo habemus re-
demptionem p̄ ſanguinem eius remiſſi
onem peccatorum ſec̄m diuitias gr̄æ
eius, q̄ ſuperabundauit in nobis, in om
ni ſapientia & prudētia, ut notum face
ret nobis ſacramentum uoluntatis ſuæ
ſec̄m beneplacitū eius, quod propoſu-
it in eo in diſpēſatiōe plenitudinis tem
porum, inſtaurare omnia in Chriſto,
quæ in cęlis & in terra ſunt ipſo.

¶ Prædeſtinatio eſt gratiæ præparatio, gratia
uero iam ipſa donatio. Et nos iure benedicimus
deum, qui non ſolum præelegit *nos* ut faceret ſan
ctos & imaculatos, ſed etiam *prædeſtinauit in adopti-*

A *onem filiorum*. Prædeſtinauit, id eſt, ante & firme
ordinauit. Et hoc eſt præ, id eſt, ex antiquiſſimo
tempore. Deſtinare enim, per ſe longinquitatem
notat. Præteritum, indicat tempus remotum. Præ
deſtinauit, & hoc in adoptionem filiorum, id eſt,
ad hoc ut iremus in filios ſecundū multimodam
conformitatē uirtutum eius in nobis expreſſam,
ſcilicet ut quantum humanæ naturæ poſſibile eſt,
in ſanctitate & iuſtitia noſtro patri efficiamur con
formes: & imago bonitatis eius, inquantum fie-
ri poteſt, exprimatur in nobis. Quod ire in filios
non eſt ex merito noſtro, ſed ex gr̄a ſua, qua ado-
ptauit nos in filios. Quod Apoſtolus notare uo-
luit, dicens adoptionem. Maius uero eſt quod di-
cit adoptiuos dei filios, q̄ quod dixerat ſanctos
& immaculatos. Nos prædeſtinauit in filios, &
hoc *per Ieſum Chriſtum* mediatorem, ut per eum qui
naturalis ē filius, faceret ſibi adoptiuos filios, ten-
dentes *in ipſum* Chriſtum, id eſt, in conformitatem
eius per fidem & bonos mores. Vel hanc præde-
ſtinationem fecit per Ieſum Chriſtum, id eſt, per
Philp. 4 uirtutem & ſapientiam ſuam, quia nihil fecit un-
quam pater niſi per filium, qui eſt uirtus & ſapien
tia eius. Vnde paret filium eſſe coæternum & co-
æqualem patri. Et q̄d nos prædeſtinauit, hoc fe-
cit *ſecundum propoſitum uoluntatis ſuæ*, id eſt, ſequen-
do hoc propoſitum q̄d propoſuit in prophetis,
B quibus ſuam uoluntatem de nobis reuelauit &
intimauit, id eſt, ſicut per prophetas propoſuit, ita
ab æterno prædeſtinauit, hoc eſt, non minus nec̄
alio modo nos ire in filios prædeſtinauit ab æter-
no, quām poſt in prophetis propoſuit. Non ta-
men quantum ad ſe, prædeſtinatio præceſſit pro
poſitum, ſed quantum ad nos: quia illi præſentia
ſunt omnia, q̄ nobis per tempora uel ſpatia tran-
ſeunt. Quod propoſitum fuit uoluntatis ſuæ, id
eſt, non meritorum noſtrorum, ſed ſuæ gratuitæ
uoluntatis. Gratis enim ab æterno prędeſtinauit,
gratis in tempore per prophetas propoſuit ac præ
nunciauit. Et hoc totum fecit *in laudem gloriæ gra-
tiæ ſuæ*. Nam quaſi gloria gratia eſt æterna ado-
ptio. Hoc fecit in laudem gloriꝝ gratiæ ſuæ, id eſt,
ut in interiori & exteriori affectu laudemus glo-
riam, id eſt, abundantiam gratiæ ſuæ q̄ nos ado-
ptauit. Quæ abundantia dicitur gloria, quia tan-
ta & tam magna eſt, & intantum debetur honor
à nobis ſibi, q̄ & inquantum de ipſa gloria mul-
tum nobis contulit, quod in prophetis prædixit,
quod ante ſecula prædeſtinauit. Nam per hoc fir
mos & certos nos reddidit. Gratia fuit quod nos
p̄deſtinauit & quod elegit. Et hæc gratia intātum
abundauit, ut ea quæ prædeſtinauerat, per pro-
phetas prædiceret. Et ideo quia prædixit, ex ipſa
abūdantia laudatur à nobis ſua gratia. Niſi enim
p̄ prophetas quos ſolus p̄deſtinauerat prædixiſſet,
nobis ſua prædeſtinatio nota non fuiſſet. Et ſi no
bis occulta fuiſſet, ad laudem ſuæ gratiæ nos non
traxiſſet. Et hoc igitur apparet, quod ex abundan
tia ſuæ gratiæ, qua nobis prædeſtinatiōem ſuam
per prophetas uoluit aperire, laus ſuæ gr̄æ aucta
debet procedere. Multum igitur eſt glorificādus, qui & nos prædeſtinauit in adoptiōem filiorum, C
& ipſum gratis, & in prophetis hoc prænuncia-
uit. Quod autem nos dicitur prædeſtinaſſe, diuer-
ſum eſt ab eo quod ſupradictum eſt, elegiſſe. Ali-
ud enim eſt prædeſtinare, & aliud eligere: quia ele
ctio ſemp conſideratur inter duos uel plures, præ
deſtinatio autem minime: & electio fit de bonis
tantum, prædeſtinatio autem de bonis & malis.
Boni enim dupliciter prædeſtinantur, id eſt, ad
primam & ſecundam reſurrectionē. At mali præ
deſtinantur ſimpliciter ad indeficientis pœnæ re-
tributionem, quam digne patientur pro peccatis
commiſſis, ad quam quidem deus nullum præde
ſtinat. Ad nihil enim aliud eſt quiſque à deo præ
deſtinatus, niſi ad hoc quod ipſemet deus poſt in
eo operatur: quia ad hoc non ualet aliquis præde-
ſtinari, quia conſtat nullum à deo peccatum crea-
ri. Ad pœnas autem prædeſtinatur, quas deus ſe-
cit, ut re iuſta puniatur. Prædeſtinauit nos deus ſe-
cundum propoſitum uolūtatis ſuæ, uel potius (ut
in Græco legitur) ſecūdum beneplacitum uolun-
tatis ſuæ: quia non omne quod placet, poteſt &
beneplacere. Sed ibi tantū dicitur beneplacitum,
ubi quod placuit, recte placitum comprobatur.
Prædeſtinauit nos ſecundum beneplacitum uo-
luntatis ſuæ, non noſtræ, ne in tanto beneficio gra
tiæ de placito gloriaremur uoluntatis noſtræ, *in
qua* utique uoluntate ſua *gratificauit nos*, id eſt, ſibi
gratos fecit, ut ei grates redderemus pro ſuis be- D
neficijs. Hoc eſt, non ſolum beneficia nobis colla
ta procedunt ex uoluntate eius & gratia, non ex
merito noſtro, ſed etiam iſtud quod ſumus ei gra
ti, propter ipſa beneficia adſcribendo ſibi omnia.
Sic dictum eſt gratificauit à gratia, ſicut iuſtifica-
uit dicitur à iuſtitia. Gratificauit nos, & hoc *in filio
ſuo*, id eſt, in operatione filij ſui proprij & natura-
lis, qui & ſibi coæternus & conſubſtantialis exti-
tit. Et quia cōnaturalis, ideo in eius operatione fa-
ctum eſt. Et etiam *in dilecto*, id eſt, propter hoc eti-
am potuit fieri, quia dilectus eſt à patre ſuper oēs
alios filios, quoniā filius eſt ab æterno, & ſemper
manet & regnat cum eo. Vel nos qui prius diſpli
cebamus & inimici eramus, gratificauit ſibi, id eſt,
gratia ſua impleuit: & hoc in dilecto filio ſuo, id
eſt, per mortem & reſurrectionem filij ſui, q̄ egre
gie ab eo diligitur, quia nihil in eo ſibi diſplicet.
Vel in dilecto filio ſuo, id eſt, in fide eius gratifica-
uit nos ſibi. In Græcis tamen codicibus non habe
tur, in dilecto filio ſuo: ſed ſimpliciter, in dilecto.
Et cum non ſit additum in dilecto dei, uel in dile-
cto patris, ſiue in dilecto eccleſiæ, ſed abſolute di
ctum ſit, in dilecto, ita intelligēdum eſt, ut ſubau-
diatur ab omnibus. Ab omnibus enim diligitur,
quia eſt ſummum bonum. Oī ergo gratia quam
conſequimur in laudem & gloriam eius, qui nos
gratificauit, completur in dilecto, id eſt, in domi-
no & ſaluatore noſtro: quia nihil boni eſſe poteſt
niſi ex ſummo bono & in ſummo bono, quod na
turaliter diligit & appetit omnis creatura. *In quo ha-
bemus redemptionem*, id eſt, à deo manumiſſionem
ſatanę, hoc eſt, manumiſſi ſumus & liberati à iugo

Universidad de Deusto
Biblioteca

A diaboli, qui impediebat in nobis facultatem bene operandi. Non dixit, habuimus, sed habemus, ut continue nos habere illam manumissionē notaret. Et hoc *per sanguinem eius*, id est, p effusionem sanguinis eius, quia eius sanguis innocens effusus, precium fuit, q redempti sumus, & libertati redditi, qui tenebamur captiui. Per hoc quod dicit eius sanguinem tantam efficaciam habuisse, ostendit eum non solum hominem sine peccato, sed etiam deum omnipotentem extitisse. Habemus in eo redemptionē. Et quam redemptionem? *Remissionem peccatorum* originalium & actualium in baptismate. Diabolus enim per peccata dominabatur nobis. Remissis autem peccatis nostris, amisit ille malignus dominium in nobis. Et ita peccatorum remissio facta est nobis redemptio & liberatio, ut in libertate seruiremus redemptori nostro. Aliud tamen intelligit redemptio, & aliud remissio: quia remissio redemptionem facit, & redemptio est manumissio, ac nostri arbitrij ad bene operandum restitutio: quia & iusti post mortē nullo tenentur uinculo, sed liberi ingrediūtur in regnum. Remissio aūt, simpliciter intelligitur peccatorum abolitio. Habemus remissionem peccatorum, & hoc *secūdum diuitias gratiæ eius*, id est, secundum diuitem & copiosam gratiam misericordiæ, hoc ē, scdm multitudinem misericordiæ eius gratis impensæ nobis: q sicut est multa & exuperans omnē sensum, sic multiplicia & innumera deleuit peccata nostra. Gratia dico, *quæ superabundauit in nobis*. Hic uult ostendere quæ deus benigne circa eum & reliquos apostolos egit, ut p hæc ponderet suam autoritatem, & sic efficacius possit suadere quod ppositum. Hactenus enim de his q toti sanctorum ecclesiæ dicta sunt, est locutus: & nunc de his agit, quæ specialiter apostolis concessa sunt. Cum em gratia in omnibus sanctis abundasset uel abunder, superabundauit tamē in apostolis, quia ipsi copiosiorem largitatē eius accepe runt q̄ cæteri. *In omni sapientia & prudentia*. Sapientiam & prudentiam esse diuersas, Stoici quoque opinantur, dicentes: Sapientia est rerum diuinarū cognitio, prudentia uero tantum mortalium. Iuxta hanc diuisionē, possumus sapientiam inuisibilium accipere fidem: prudētiam uero de his, quæ corporaliter à nobis exercentur, uel de moribus & de prouidentia temporalium. Gratia uero in apostolis superabundauit in omi sapientia & prudentia, quia spūs sanctus infuderat eis pluſquam cæteris sapientiam, qua nossent patrem & filium & spiritum sanctū æternaliter ab utroq; procedē tem, atq; filium solū incarnatū, non patrem neq; spiritum, & alia mysteria incarnationis, & arcana cælestia, necnon & dona ecclesiæ cōferenda. Prudentiam quoq; superabundanter dedit eis idem spūs de ministerijs ecclesiæ, ut prouiderent ea q futura uel facienda erāt in ecclesia, & futuros status ac tēpora prosperitatis & aduersitatis eius usq; ad finem seculi intelligerent, & qūo per orbem dilatanda esset & exaltanda, atq; ritus suos honorabiliter ubiq; celebratura, & omnes hæreses de-

B Philp. 4.

structura. Subtilius enim sciebant de trinitate & C
unitate diuinitatis, & de mysterijs incarnationis Christi, & de statu ecclesiæ acutius q̄ alij prouidebant. Vel prudentiam intelligamus, quantum ad regnum ecclesiæ. Maiorem enim notitiam habebant regendi ecclesiam, q̄ alij. Sciebant nanq; qualiter unumquenq; deberent admonere, & quos increpare, uel quos obsecrare, & cætera huiusmodi. Et quia omis sapientia & prudentia per supernam gratiam superabundauit in eis, adhibenda est fides doctrinæ eoꝝ, qua prædicant Christum, deum, creatorem & hoīem uerum esse. In tantum aūt, inquit, superabundauit in nobis illa gratia, *ut notum faceret*, id est, notificaret *nobis sacramentum*, id est, mysterium *uoluntatis suæ*, hoc est, mysticam & occultam uoluntatem suam, quæ antea latebat. Voluntatem (inquam) suam de incarnatione filij, & renouatione hūani generis, atq; statu ecclesiæ, & donis eius conferendis & eius regimine. Licet enim prophetæ partim hæc nouissent, nullus tamen eorum uel omnia quæ apostoli, uel tam lucide perspexit ut apostoli. Prophetæ nanq; nouerunt ut illi qui fuerunt in rerum prænunciatione, apostoli uero ut illi qui erāt in rerum exhibitiōe, Voluntatis dico, exhibitæ non hominum meritis, sed *secundum* bonum & pium *beneplacitum eius*, D
id est, quia tantum ei misericorditer placuit, ut uellet humanum genus reparare. Quod beneplacitum ipse *proposuit*, id est, procul ante posuit, uel prorsus posuit, siue omibus palam obtulit, *in eo*, id est, in Chro, non alio tempore implendum, sed *in dispensatione plenitudinis temporū*, id est, in plenitudine temporum dispensata & ordinata diuinitus, cum iam impleta essent tempora, quæ ipse disposuerat prius implenda. Vel notum faceret nobis sacramētum uoluntatis suæ, & hoc faceret scdm placitum eius, id est, secundum quod ex sola potestate sibi placuit, & placitum illud est bonum. i. utile nobis. Quod sacramētum antequam notificaret nobis, proposuit ipse in prophetis, id est, sacramētum illud prædixit per prophetas qui mysteria incarnationis dñi, & dona quæ collaturus erat ecclesiæ, prænecinerunt. Si em penitus ignari essent homines, & non aliquātulum prædocti, non reciperēt illud. Quod sacramentū fuit in eo, id est, in Christo, in morte eius & resurrectione. Sacramentum dico, tendens in dispensatione plenitudinis temporum. i. ad hoc ppositum in prophetis, ut in plenitudine temporis, id ē, tempore præfinito, tempore gratiæ, distribueretur illud sacramentū per apostolos. Dominus dispēsauit illud, quia alijs in ecclesia tribuit fidē & notitiam incarnationis Christi, alijs uirtutes quoq; & charismata, & quæcunq; dispensanda & distribuenda prædixerunt prophetæ. Et q̄d erat illud sacramentum? *Instaurare*. i. ad primum statum reducere, *omnia* per peccatum destructa. Et illam instaurationem facere *in Christo*, id est, in fide & gratia Christi, ut in eo restaurent, *quæ in cælis* sunt. i. numerus beatorum angelorum, q diuinitus erat stabilitus, cadentibus inde reprobis angelis: *& quæ in terra sunt*, id ē, homi-

A nes; & omnia quæ instauraret, permanerent *in ipso* Christo sine fine, ne iam ulterius caderent. In eo quippe instaurantur q̄ in cælis sunt, cum id quod inde ex angelis lapsum ē, ex hominibus redditur: in ipso instaurantur & quæ in terris sunt, cum ipsi hoīes qui prædestinati sunt in uitam æternam, à corruptionis uetustate renouantur. Instaurantur quæ in cælis sunt, dum illuc humiliati homines redeunt, unde apostatæ angeli superbiendo cecidrunt: instaurant & quæ in terris sunt, dum peccatores ad iustitiam cōuertuntur. Vel ea quæ sunt in cælis, sunt instaurata, id ē, in melius cōmutata in Christo. i. in Christi operatione, quia in reuelatione mysterij incarnationis dominicæ receperunt angeli quādam in melius promotionē. Sed & gaudium eorum creuit, cum hoīes in suum consortiū cœpissent recipere. Non em pro angelis mortuus est Chrs. Sed ideo etiam pro angelis fit, quicquid hominum p eius mortem redimitur & liberatur à malo, quia cum eis quodāmodo redītur in gratiam post inimicitias, quas inter hoīes & sanctos angelos p̄tā fecerunt, & ex ipsa hominum redemptione ruinæ illius angelicæ dāna reparantur. Et sic instaurātur cælestia & terrena, sed tamē ea tan-
B tum, quæ sunt in ipso ante mūdi constitutionem electa & prædestinata. In ipso em semper fuerunt & sunt, quos elegit ab æterno. Quod dixit instaurare, non dixit proprie, nisi respectu eorum quæ erant in cælis: quia quæ sunt in terra, non sunt instaurata, sed reſtaurata. Nam instaurare dicimus, quādo staurātum in melius instauraſ, ut bonum in melius: restauratur autem, quod cum prorsus destitutum sit, instauratur, ut bonum in malum.

In quo etiam sorte uocati sumus, prædestinati scdm propositum eius, q omnia operatur scdm consilium uoluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ eius nos qui ante sperauimus in Christo.

¶ In Chro restaurata sunt omia, *in quo etiam nos uocati sumus* de infidelitate ad fidem, & hoc *sorte*. i. gratia sola, non nostro merito. Nam sortis nomine designatur gratia, quia in sorte non est electio, sed uoluntas dei. Vbi em dicitur, iste facit, & iste non facit, merita cōsiderantur. Et ubi merita considerantur, electio est, non sors. Quando aūt deus nulla nostra merita inuenit, sorte uoluntatis suæ nos uocauit, quia uoluit, non quia digni sumus. Sorte uocati sunt & ipsi apostoli, in quibus superabundauit gratia, ue uiderentur meruisse aliquid melius cæteris. Vocati sumus, nos dico *prædestinati*, id est, prius præparati in eius sapientia, ab æterno prædestinati ad uitam. & hoc *secūdum propositū eius*. i. secundum quod postea prædixit in prophetis. Prophetæ em apostolos ad fidem Chri conuertendos prænunciant, & sicut ipsi prænunciāt, ita & deus prædestinauerat. Prædestinati em sunt scdm propositum eius, quia sicut magnifice illos ad fidem uenturos in prophetis prænunciauit, ita magnifice illos prædestinauerat. Vel prædestina-

ti sumus scdm propositum eius, id est, secundū firmam & perseueraturam institutionē eius. *Qui* etiā C
in apostolis *operatur* oia etiam uelle iuxta *consilium uoluntatis suæ*, ut nemo glorietur de suis meritis. Ac si dicatur: Cur nos magis elegerit ad officium apostolatus nescimus, sed tñ consilio facit omnia, id ē, rationabiliter & prouide, non temere. Nā ad hoc solet fieri consilium, ut rōnabiliter fiat illud, unde cōsilium habetur: Et cōsilium quo facit omnia, est uolūtatis suæ. i. non extraneum, quia non ab alio accepit cōsilium, sed à sola uoluntate sua. Et hoc consilio agit ipse, *ut simus* in æterna uita euntes, *in laudem gloriæ eius*. i. ut in illa uita laudemus diligendo & admirando ineffabilem gloriam eius. s. illum gloriosum, laudabilem & admirabilem, *nos q ante sperauimus in Christo*. i. antequā transeamus ad illam cælestem patriam, posuimus in Chro spem nostrā. uel nos iudæi q̄ ante cōuersionem nostram sperauimus in Chro uenturo, priusquam ille uenisset. Iudæi em ab antiquis temporibus sperabant in Messia uenturo, & in eodem sperabat Paulus antequā ad fidem nouam conuersus esset. Per hoc quod in Christo speratur, deus esse monstratur. Et quia in eo speraeū est ante aduentum eius, constat eum sine initio semper apud patrem fuisse. Nisi em ille fuisset, perissent omes qui D
sperauerunt in eo, quasi sperantes in nihilo. Vel ad hoc forte uocati sumus, ut simus in laudē gloriæ eius, i. ut per nos alij laudent gloriam eius, uel nosipsi: nos dico, q̄ antequam uos, sperauimus in Chro: & ideo tales sumus, ut p nos alij sperent & laudent. Prius em crediderunt apostoli q̄ cæteri.

In q̄ & uos cū audissetis uerbū ueritatis, euāgiliū salutis uře, in q̄ & credētes signati estis spū promissiōis sancto, q est pignus hereditatis nře, in redemptionē acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.

¶ Quia se & alios apostolos dixerat uocatos, ne uideret latenter dixisse Ephesios non esse uocatos, subiunxit quasi dicens: Nos ante fumus in Chro uocati, *in quo & uos* postea iam uocati estis, etsi non principaliter, tñ per eius membra & eius præceptо. Vocati estis ad fidem quam non accepistis ex merito aliquo, sed ex auditu solo, quia *cū audisseris ex ore meo uerbū ueritatis*, tunc uocati estis. In hoc multum cōmendatur gratia dei, quam tam leuiter. s. solo auditu receperunt, quia non intercessit eorum meritum, nō uis arbitrij ipsorum, sed solus auditus, ut gratiam in fidem acciperent. Ideo credidistis, q̄a audistis uerbum nō fallitatis, ut antea in laude idoloꝝ, sed ueritatis in prædicatione Chri, quæ est nimia ueritate suffulta, id ē, ideo credidistis, q̄a uerum esse quod dicebaē, cognouistis. Quod uerbum est *euangelium uestræ salutis*. i. bonū nūcium, q̄a in eo annūciata est uobis salus. i. remissio peccatorū, & iustificatio, & uita æterna. Et q̄a possent audisse illud & nō credidisse, addit: *in quo euangelio & credentes signati estis*. i. segreati ab infidelibus *spiritu sancto*, cuius gratiam accepistis. San-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ctus em̄ spiritus credentes signat .i. ab alijs homi-
bus discernit & separat, qa à peccatis eos purgat,
& spiritualibus gratijs ornat. Vel in quo Chro si-
gnati estis imagine eius .i. uos qui culpa primi pa-
rentis deformati eratis, & q̄bus iam perierat ima-
go & similitudo dei, signati estis, hoc est, imagine
& conformitate dei estis impressi .i. restituta facul
tate bene operandi scdm innocentiam & iustitiā
repræsentatis imaginem dei patris .s. institutione
liberi arbitrij estis impressi similitudine dei scdm
innocentiam & bona opera: & hoc per spiritum
sanctū, non per merita nostra, fide interueniente.
Hoc notauit, dicens, credentes &c. Quasi diceret:
Quia credidistis, ideo signati estis spū sancto, id
est, hoc signum accepistis, q̄ distingueremini à cæ
teris, quod spū sancto repleti estis, quem non ha-
bent increduli. Qui spūs est *promissionis*, id est, pro
missus à deo, sicut discipulis saluator præcepit ab
Hierosolymis ne discederēt, sed expectarent pro-
missionē patris. Et item de eo dixit: Ego mittam
promissum patris mei in uos. Vel promissionis est
Luce.24 iste spūs, quia his quos replet, promittit uitā æter-
nam. & hoc ideo facit, quia ipse *est pignus* & arra &
certitudo *nostræ hæreditatis*, quam accepturi sumus
à deo, id est, charitas quam nobis ille spūs infudit,
arra est futuræ hæreditatis Pignus enim hoc loco
pro arra positum est. Pignus enim quando datur,
B cum datum fuerit propter q̄d datum pignus est,
pignus aufertur. Arra uero quando aliqua precij
particula primum datur, ut sit signum totius mas
sæ dandæ. Sic charitas per spiritū sanctum data fi-
delibus, signum & arra est dandæ plenitudinis ui-
tæ perpetuæ. Hoc em̄ implebitur, unde arra data
est: nec ipsa arra .i. charitas nobis auferetur, sed ad
implebitur quādo summa reddetur. Signati estis
spiritu sancto, & hoc *in redemptionem adquisitionis*,
ut ultra non dominetur inimicus uobis, sed Chris
qui uos sanguine suo redemit, ut possideat, nō ut
amittat. Redemptio enim hoc loco uocatur im-
mortalitas, q̄ erit per resurrectionem. Adquisitio
aūt familiaritas illa q̄ deum quærit. Ducet ergo
nos spūs ille in redēptionem imortalitatis & im-
passibilitatis .s. ut redimamur ac liberemur ex
mortuis .i. faciet nos imortales p mortem Chri &
resurrectionē. Et redēptio illa erit tanta, ut sit ad-
sitiōis, qa illa imortalitas sic nos adquiret deo &
coniunget, ut ultra nō separemur uel amittamur
ab eo, sed semper illi inhæreamus & ab illo possi
deamur: & hoc *in laudem gloriæ ipsius*. s. ut laudemus
admiratione, dilectione, participatione gloriam
ipsius, id est, beatitudinē eius. ideo posuit ipsius,
ut innueret qa quicquid boni habemus, à deo est.

Propterea & ego audiēs fidem uram
quę est in dño Iesu, & dilectionē in om-
nes sanctos, nō cessso gratias agens pro
uobis, memoriā uestri faciēs in oratiōi-
bus meis, ut deus dñi nostri Iesu Chri,
pater gloriæ, det uobis spm̄ sapientiæ
& reuelationis in agnitionē eius, illumi-
natos oculos cordis uri, ut sciatis q̄ sit C
spes uocatiōis eius, & q̄ diuitiæ gloriæ
hereditatis eius in sctis, & quæ sit super-
reminēs magnitudo uirtutis eius ī nos,
qui credimus scdm operationē poten-
tiæ uirtutis eius, quam operatus est in
Chro, suscitans illū a mortuis, & consti
tuēs ad dexterā suam in cęlestib. supra
omnē principatū & potestatē & uirtu-
tem & dnationē & omne nomen q̄d no
minat, non solū in hoc seculo, sed etiam
in futuro, & oia subiecit sub pedibus
eius, & ipsum dedit caput supra oia ec-
clesiæ q̄ est corpus ipsius, plenitudo ei-
us, qui omnia in omnibus adimpletur.

¶ Inuitat eos Aplūs ad ueram fidei constantiam,
quā ab eo perceperunt de dño Iesu, scilicet Chri-
stum uere eē creaturam in hūanitate, & uere crea-
torem in diuinitate .i. esse uerum hominē & uerū
deum. Nam ut in hāc fidem eorum q̄ per dilectio D
nem operabatur, roborarentur & augerētur, gra
tias p ea deo referebat, ut ipse deus qui dederat,
multiplicaret eam & cōfirmaret. Quasi dicat: Vo
cati estis, euangelium audistis, & credidistis atque
spū sancto signati estis. *Propterea* .i. propter has cau
sas, gratias ago, quia nō solum uicini uestri, sed &
ego longe positus in Romano carcere, audio *fidem*
uestram, quasi iam famosam & ī uobis solidatam,
quæ iam multis ut conuertātur proponitur exem
plar, quia constantes estis in ea. Et hoc ideo, quia
est in domino Iesu .i. firmiter fundata & pmanens in
domino saluatore, qui uos suo dño mancipauit,
uosq̄ saluauit. Et audio etiam *dilectionem* uestram
redundare *in omnes sanctos* .i. charitatem uestram
qua sanctos oēs ita diligitis, ut quicquid pie pote-
stis impendatis illis. Et ita charitatis opera q̄ facitis
in sanctos, faciunt uram charitatem lōge diuulga-
ri, multiq̄ eam pponunt exemplar. Vñ ego hæc
audiens, non cessso gratias agere deo *pro uobis*, quia fi-
dem hāc & dilectionem uobis cōtulit. Magna illis
erat utilitas, qđ cantus Aplūs pro illis gratias age-
bat, quia p hoc diuinitus cōfirmabantur & pma-
uebantur in fide & dilectione, quā nuper accepe-
rant p̄dicato sibi euāgelio. Gratias (inquit) ago pro
his q̄ iam accepistis, & orationes facio ut q̄ nec dū
habetis, habere possitis. *Memoriam uestri facio in ora-*
tionibus meis, ut deus det uobis intelligere q̄ credidi-
stis .s. ut quod fide credidistis, notitia p̄cipere pos-
sitis discernendo. Et hoc det uobis deus *dominus nos-*
ster Iesu Christi, id est, deus illius quē reuereri debe-
mus, qa eius serui sumus, & ipse dominus noster:
& est Iesus, id est, saluator noster: & est Chris, id
est, rex noster siue sacerdos. Hoc totū dicitur rel-
pectu humanæ naturæ, quia scdm humanitatem
tantum est deus Chri, qui secundū diuinitatē eius,
est pater ipsius. Qui em̄ in tempore creauit est ex

A uirgine, ipse ante omnia tempora de seipso genue
rat eum. Vñ dicitur *pater gloriæ*, quia ipse Christus
scdm excellentiam æternæ diuinitatis suæ est glo
ria patris, i. uirtus & sapientia & uerbum eius. Per
hoc itaq̄ quod dicit, deus dñi nostri Iesu Christi,
ostendit illum esse uerū hominem: & p hoc quod
subiungit, pater gloriæ, notat illum esse uerum
deum ex patris substantia. Et rogo ut iste pater *det*
uobis spiritum sapientiæ de cælestibus ac diuinis, &
reuelationis in agnitionem eius, ut non obscure, sed si-
ne uelamine agnoscatis eum, id est, Chm̄, secun-
dum qđ deus est omnipotens atq̄ principio & fi-
ne carens, & oia diuinitate implens. Det uobis spi-
ritum sapientiæ in agnitionē eius, id est, spūm san
ctum quo infunditur hoibus sapientia, ut agno-
scatis illum iuxta quod agnoscēdus est ab his, qui
adhuc in carne uiuunt, ut oia quæ de illo possunt
in hac uita cognosci, cognoscatis. Et det uobis spi
ritum reuelationis de humanitate eius, spūm san
ctum, q̄ reuelet uobis mysteria humanitatis Chri
in agnitionē eius, ut manifeste agnoscatis incarna
tionem eius, non p umbram, sicut illi qui fuerunt
ante aduentum eius. Ideo orat ut hāc Christi noti
B tiam det illis deus, qa si hanc habuerint, nulla ad-
uersitate separabuntur ab eius fide & dilectiōe. Et
declarat cōsequenter, cuiusmodi sapiētiam & re-
uelationē uult ut det illis. *Illuminatos* (inquit) *oculos*
cordis uestri det uobis .i. aspectum uestræ mentis &
rationis faciat clarum & pspicuum. Quod est dice
re: ita illuminet uram rationem, ut pspicue remo-
ta umbra phantasmatū, aduertat ratio ura quod
præmium speret de fide .s. uita cum angelis æter-
na. Et hoc est, *ut sciatis quæ sit spes uocationis eius*, id
est, fidei eius. Hoc est, sic illuminet interiores ocu-
los ustros, ut intelligatis quod p̄mium erit pro fi-
de eius illis, qui cōstanter in ea perseuerant, ad q̄d
per euāgelium uocati estis. Vel quæ sit spes uoca-
tionis eius .i. qualis & quāta sit gloria quam spera
tis, & ad quam uos uocauit: q̄ preciosa est summa
beatitudo, quam adipisci speratis p eum, qui uos
ad fidem suam uocauit. Et ut sciatis *quæ* sunt *diui-*
tiæ gloriæ .i. copia beatitudinis, id est, q̄ sufficiens &
multiplex & copiosa est beatitudo illius glorio-
sæ *hæreditatis*, quā firmo iure possidebunt cōmu-
niter sancti, in perfectione uirtutum cōsummati.
Istæ em̄ diuitiæ erunt *in sanctis*. Vel tātam esse bea
titudinem illam intelligatis, quāta est in sanctis .i.
quantam ipsi habēt uel intelligunt esse. Et ut scia-
tis *quæ* & quāta *sit magnitudo uirtutis eius in nos* apo
stolos, id est, q̄ larga & copiosa puenit uirtus eius
in nos, ut spirituali scientia illustrati, & uirtute spi
ritus sancti cōfortati, nihil timeremus: sed magna
autoritate regibus & tyrānis contradicētes, euan-
gelium ubiq̄ prędicaremus, & miracula potenter
operaremur, atq̄ cunctos errores destrueremus.
Et hæc magnitudo uirtutis & fortitudinis q̄ data
est nobis p̄ cæteris, ē *supereminens*, id ē, super alios
manens, qa nobis excellentiora sunt data q̄ alijs,
ut & illi post nos studeant ad uirtutū alta profice-
re. Et ista magnitudo tam celsa est in nobis apo-
stolis, q *credidimus*, quia nos intensius & firmius cre-

didimus q̄ alij. Et est desup à deo missa in nos, & C
hoc *secundū operationem potentiæ uirtutis eius* .i. scdm
opus quod uirtus dei .i. uis dei operata est. Virtus
dico potentiæ .i. potens in oibus. Vel nos credidi-
mus scdm operationē potentiæ uirtutis eius .i. at-
tendentes potentē uirtutem eius factam. Et quam
uirtutē? Scilicet illam, *quam operatus est* potenter *in*
Christo, suscitans illum ita ut procul esset *a mortuis*, id
est, ut nunquā amplius moreretur, sed ī mortalita
tis uirtute pmaneret. In hac enim operatiōe ostēsa
est nobis potentia uirtutis eius. Quē & constituit
.i. simul secundum animā & corpus statuit *ad dex-*
terā suam .i. in potentiori dignitate sua positū *in cæ*
lestibus, præferens illū omni creaturæ. Dextera em̄
dei ęterna beatitudo est, quę sanctis datur: sicut si-
nistra eiq̄ recte dicitur miseria ppetua, in qua sunt
impij. In cœlestibq̄ est Chrus, ut eius dignitas etiā
ex loco mōstraret. Et est etiā loco *supra omnem prin-*
cipatū & potestatem & uirtutem & dominationē, ut per
hoc ostendat esse maioris dignitatis & amplioris
felicitatis ac beatitudinis, q̄ aliqs spūs in his ordi-
nibus, qm̄ excelsior cęlis .i. spiritibq̄ angelicis fact q̄
est. Isti enim quatuor ordines angelorū, & iuxta li
brum Dionysij Areopagitæ de cælesti hierarchia
numerantur ascendendo. Principatus em̄ est sub
potestate, potestas sub uirtute, uirtus sub dnatiōe. D
Super dnationem uero ē ille ordo qui uocat̄ thro
nus, quia deus in eo sedet. Cum ergo Christus sup
dnationem exaltatus dicit, liquido demōstratur
sedere in throno cū patre. Principatus aūt uocant̄
qui ipsis q̄q̄ bonis spiritibus angelicis p̄sunt. Qui
subiectis alijs, dum q̄ sunt agenda disponūt eis ad
explenda diuina ministeria, principant̄. Ex quib
unus (nisi fallor) apparens Iosue, dixit se esse prin-
cipē exercitus dñi. Potestates uero dignioris po- Iosue. 5.
tentiæ intelliguntur esse q̄ principatus, ut & sub-
iectis ordinibus angelōū potenter præsint, & ad
diuinā contemplationē super se potenter exten-
dantur. Virtutes aūt dicuntur illi spūs, qui uirtuti
diuinæ fortitudinis firmius cæteris assimilati, ad
omnia quæcunq̄ uoluerunt, fortiter prævalent.
Dnationes uero nūcupant̄, qui nobilissimi in illa
cæsti curia sunt, & subiectis q̄buscq̄ dominātur,
atq̄ possidēt eos ut dñi. Et super oēs istos exaltatus
est secundū humanitatem suam Christus, qui est
caput nostrū, ut & nos membra eius usq̄ ad istos
societatem & q̄qualitatem pertingamus. Vnde &
quod supradictum est, ut sciatis quæ sit superemi-
nens magnitudo uirtutis eius, quam operatus est
in Christo, suscitās illum à mortuis, & constituēs
ad dexterā suam in cælestibus, de nra resurrectiōe
intelligi pōt, ut quemadmodū Christus magnifi-
ce resuscitatus est & eleuatus in cælum, sic & nos
in fine seculi pro modulo nro magnifice resuscī-
remur, & ad cælestia sublimemur. Mirabilis enim
& supereminens .i. super omnes alios ex toto ma-
nens magnitudo uirtutis in nos à deo ueniet, quā-
do in ictu oculi resurgemus, & immutabimur at- 1. Cor. 15
que rapiemur in nubibus obuiā Christo in aera, & 1. Thes. 4
sic semper cum illo erimus. Qui (ut dictum est)
exaltatus est super omnes præfatos angelorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordines, & ſuper cæteros altiores. Et ut gñaliter dicam, *ſuper omne nomen* i. ſuper omnem ordinem uel perſonam magnæ famæ & magni nominis, *quod nominatur, non ſolum in hoc ſeculo*, ut Michael & Gabriel, *ſed etiam in* alio *futuro*, ut quædam perſonæ beatorum ſpirituum maioris dignitatis in illo cæleſti regno, quarum fama & appellatio ad nos interra manentes nunquam peruenit. Id ē, dignitas eius ſuperat dignitatem oīm maiorū inter cæleſtes creaturas. & non ſolum ſublimauit
Pſalm.8. eum pater ſuper oēs choros angelorum uel perſonas, ſed etiā *omnia ſubiecit ſub pedibus eius*. A ſimilitudine dictum ē. Nam ſicut q ſubmiſſus eſt, ſub pedibus conculcatur, & conculcanti reſiſtere nō poteſt, ſic omnia imperio et poteſtati Chriſti ſubiecta ſunt, & illi cōtraire nō ualent. Oia ſubiecit, & ita ut ſint ſub. i. inferiora. Aliud ſub, notat oīmodā ſubiectionē, ſcilicet q̄d nec audeāt, nec poſſint cōtraire impio eius. Per pedes eī intelligimus humanitatem eius: quia ſicut pedes ſunt inferior pars corporis nr̄i, ſic humanitas eſt inferior natura Chriſti. Diuinitas eī ſuperior natura eius ē. Et hæc ſcientia de futuro accipienda eſt, qñ in die iudicij omnes cognoſcent ſe ſubiectos ei, alij recipiendo præmium uitæ, alij patiendo ſententiam
B mortis æternæ, *& ipſum* dñm, qui tantus & tam potens tamq; ſublimatus eſt, *dedit* non ex merito noſtro, ſed ſola ſua gratia *caput ſuper omnia* bona uirtutum *eccleſiæ*, ut ipſe caput & fons eſſet omnium bonorū eccleſię, uel ſupra oīa membra eccleſiæ, ut ipſe maiorū & minorum fidelīū caput eſſet. uel ſicut in alijs libris habetur, ſupra oīem eccleſiam, iudæorū ſcilicet atq; gentilium, ut nullus ad eccleſiam pertineret, qui hunc caput non haberet. Nam ſicut oīa membra humani corporis regunt̄ à capite. i. uiſus, auditus, guſtus, odoratus & tactꝰ, ita oēs ſpūales ſenſus eccleſiæ ſunt in Chīo, ut in
Pſal.33. eo uideat deum & audiat uerbum eius, & guſtet q̄ ſuauis eſt dñs, & odorem notitiæ eius attrahat,
Pſal.72. & ſpiritualit̄ eum tangat, dicens: Mihi aūt adhærere deo bonū eſt. Qui longe aliter eſt caput eccleſiæ, quàm princeps aliquis caput exercitus, q̄a illa *eſt corpus ipſius*. Vnum enim ſunt ſponſus & ſponſa, ut caput & corpus. Eccleſia dico, *plenitudo eius* i. plenarium corpus eius, nullum enim membrum deeſt ibi, quod ſoleat eſſe in humano corpore, ſed ſunt ibi qui prouidēt alijs, ut oculi: ſunt qui miniſtrant, ut manus: ſunt qui loquūtur uerbum ſalutis, ut os, et ſic cætera membra. *Qui* Chriſ *adimpletur* non in ſe, quia ſic plenus eſt & perfectus, ut non poſſit augmentari, ſed *in omnibus* fidelibus ſuis. Et q̄d adimpletur ipſe in eis? *Omnia* bona quæ ſunt in eis, i. charitas, humilitas, patientia, caſtitas, & his ſimilia. Hæc enim oīa Chriſtus eſt in electis ſuis. Et dum hæc augētur in eis, & multiplicantur uſq; ad plenitudinem, ipſe nimirum cdimpletur in eis. Qui & in futuro felicit̄ adimplebitur in ip̄m, ut ſit deus oīa in omnibus. Vel adimpletur ipſe hunc omnia in omnibus, dū mēbra eius quotidie ſecundum quantitatem p̄ficiūt, & dum defunctis his qui mō ſunt in eccleſia oculi uel os, ſuccedūt alij p̄ eis: & ſic de cæteris, ut inter maneat numerus membroꝝ, & ſecundū ſucceſſionē ſemp̄ creſcat. Oia p̄dicta ualēt ad confirmandū eos in fide Chr̄i, ut credant eum uerę hominē & deū, perfectamq; ſalutē dare credentibus.

CAPVT II.

ET uos cū eſſetis mortui delictis & peccatis ur̄is, in qbus aliquādo ambulaſtis ſecundū ſeculū mūdi huius, ſecundū principē poteſtatis aeris huius ſpūs, q̄ nūc operat̄ in filios diffidentię. In quibus & nos oēs aliquādo cōuerſati ſumus, in deſiderijs carnis nr̄ę, faciētes uoluntatē carnis & cogitationū, & eramus natura filij irę, ſicut & cęteri. Deus aūt qui deus eſt in miſericordia, propter nimiā charitatē ſuā q̄ dilexit nos, cū eſſemus mortui peccatis, cōuiuificauit nos in Chr̄o, cuius gr̄a eſtis ſaluati, & cōreſuſcitauit & cōſedere fecit in cęleſtibus in Chr̄o Ieſu, ut oſtenderet in ſeculis ſupueniētibus abundātes diuitias gratię ſuæ in bonitate ſuper nos in Chr̄o Ieſu. Gratia eī eſtis ſaluati p̄ fidē & hoc nō ex uobis. Dei eī donum eſt, non ex operibus, ut ne quis glorietur. Ipſius eī ſumus factura, creati in Chr̄o Ieſu in operibus bonis, quę prępauit deus, ut in illis ambulemus.

¶Ingredit Apoſtol9 diſſuadere & ſupfluas oīdere carnales obſeruātias, quas p̄uidebat fore intro ducendas ab hęreticis, cōmemorat etiā priora mala, ut in bonis quæ prius peeperunt, humilient, & certū ſit, ga ſi hęc inimicis data ſunt, multo magis ampliora dabunt amicis. Ne eī in tumorē ex bonis eriganť, oīdit de quo ſtatu ad q̄ dignū uocatí ſunt, dicens oia beneficia eis uel apoſtolis uel toti humano gñi, per ſolā dei gr̄am eſſe data. Literā ſic coiungit: Suſcitauit Chr̄m à mortuis, & ad dexterā ſuā eleuauit, et uos quoq; cōreſuſcitauit et in cæleſtibus cōſedere fecit. Sed iſtud inferius ubi dicit, deus aūt q diues ē, ideo interpoſuit, ut diſſuaderet carnales obſeruātias, & illos humiliaret ex recordatiōe p̄cedentiū culpaꝝ. Ac ſi diceret: Deo corporaliť ſuſcitauit Chr̄m à mortuis, *& uos ſpiritualiť* cū eo reſuſcitauit ab interna morte, *eum eſſetis mortui* in aīa *delictis & peccatis neſtris*. Sicut enim iuſtitia eſt uita animæ, ſic p̄cm̄ mors eius. Delictū nōnulli uolūt accipe ſecundū cōſenſum malæ uoluntatis, et p̄cm̄ ſecūdū executionē opis. uel delictū eſt, qñ aliqs facere negligit q̄d à deo p̄cipit, p̄cm̄, qñ p̄ſumit agere qd̄ p̄hibet. Vos mortuos delictis & peccatis gr̄a dei uiuificauit. Hoc muleū ualet ad diſſuaſionem carnalium obſeruantiaꝝ: quia ſi de morte animæ ad uitā non illis obſeruātijs, ſed gr̄a

C duce puenere, nō eſt ratio ut poſt acceptā uitā his indigeant. Mortui eratis, quia *aliquādo*, id eſt, ante conuerſionem ueſtram *ambulaſtis* in illis delictis et peccatis. Et ambulaſtis in illis de alio ad aliud *ſecundum ſeculum huius mundi*. i. ſequendo & imitādo ſeculares homines iſta mundana appetentes. Vel ſecundum malitiam ſeculi huius mundi, qui totus in maligno poſitus eſt, ambulaſtis. Nam ſuperior mundus, i. regnum cæloꝝ, habet aliud ſecu-
1. Ioh. 5. lū, in quo regnat iuſtitia. Vel ſequuti hoc ſeculū, quia ſicut in hoc ſeculo ſuccedit tēpus tempori, ita ſemper in uobis ſuccedebat p̄cm̄ p̄cō: & ita cōparabiles ſeculo fuiſtis in cōtinuata ſerie peccatorū. Seculo dico, huius corruptibilis & caduci mundi, cuius ſectatores diuerſis uitijs aſſidue corrumpuntur, & cito decidūt in interitum. Nec ſolummō ſecūdum hoc ſeculum ambulaſtis in uia iniquitatis, ſed etiam *ſcđm principem poteſtatis aeris huius*, id eſt, ſecundum quod ſuadebat uobis princeps, qui in hoc aere poteſtatem habet, uel in fides tentandi, uel ipſum cōmouendi. Secundū hūc iniquitatis principem ambulant, qui ſecundū uoluntatem eius peccant. Qui eſt princeps poteſtatis aeriæ, quia principatur exercitui dæmonum, q̄ ſunt poteſtas aeris, quia poſſunt in eo diſcurrere, D & ſuggeſtiones hominibus miniſtrare: uel quia ipſe ſatanas in hoc eodē caliginoſo aere, uicino terris poteſtatē habet (ut diximꝰ) uolitādi ad ſuadendum mala, ſiue commouendi aliquoties tempeſtates ad incōmoda hoīm, ſicut fecit aduerſum Iob. Et quis eſt iſte princeps? *ſpiritus*. i. non carnalis ſubſtātia, ſed incorporea. Per hoc quoq; innuitur, quia multum erant in peccatis, qm̄ ſpūs (id ē, res inuiſibilis) à quo neſciebant cauere ſibi, eos impugnabat. Periculoſius enim impugnatur homore inuiſibili quàm uiſibili, quia ſi hoſtem uideret, ſibi fortaſſe caueret. *Qui* ſpiritus *operatur in filios diffidentiæ*. i. in illos qui uolunt tenere carnales obſeruantias, qui diffidunt de Chriſto, non credentes eum ſufficere ad iuſtitiam & ſalutem, niſi & carnales obſeruantias ſuperadiiciant. Ob hoc dicuntur filij diffidentiæ, quia diffidentia infidelitatis genuit eos in tali errore. i. fecit eos diffidere. In quibus operatur diabolus ut diffidant à Chriſto, & carnales ceremonias quærant *nunc*. i. poſt aduentum Chriſti, qui uera lux eſt, & umbram uetęrum obſeruantiarū exhibitiōe ueritatis remouit. Ac ſi dicatur: Quandoquidē maligno hæc operatur, etiā poſtq̄ ueritas apparuit, id eſt, opus illius eſt adhuc facere diffidere, uidere ne forte uos diffidatis. Et hoc ualet ad propoſitum. Nam ſi cū adhuc tāta ac tali multiplicitate peccatorū irretiti erant, liberati ſunt ſola gratia, nō carnalibus obſeruātijs, pater quia poſt liberationem ſuperfluas eas tenerent. Vel in filios diffidentiæ, id ē, in illis qui propter ſua multa peccata diffidunt de æternis bonis, & deſperant de ſalute ſua, operatur diabolus nunc, id eſt, poſtquam de manu eius erepti fuerant. Vel ideo uocantur filij diffidentiæ, quia de eorum ſalute diffidit mater eccleſia, conſiderans in eis operationem nequiſſimi ſpiritus. Ne autem uiderentur Epheſij ideo fuiſſe tam grauibus irretiti peccatis, quia carnalibus obſeruantijs non ſtuduerant, oīdit etiam ſeruientes illis ceremonijs ſimiliter implicitos fuiſſe peccatorū multitudine. Et hoc eſt, *in quibus* delictis & peccatis non ſolum uos, qui non habetis carnales obſeruātias, ſed *& nos* quibus illas cuſtodiebamus, & illi qui mō ſunt tanti apoſtoli, nos inquam *omnes conuerſati ſumus* i. per oīa gña uitiorū uerſati ſumus *aliquando* i. ante conuerſiōem noſtram *in deſiderijs carnis noſtræ*. i. in concupiſcentijs eius. Et eramus *facientes uoluntatem carnis*. i. opere complebamus cp carnalitas noſtra exigebat ſcđm libidinem & crapulā, & cætera q̄ ad delectationē carnis attinent, *& uoluntatē cogitationū* faciebamus, ſcđm iram & ſuperbiam & ambitionem & cætera uitia, quæ in corde ſunt, & non in delectatione corporis. Si uero carnis noſtræ ſic legať, ita dico nos fuiſſe in delictis, *ſcilicet* Loco ob ſcurus, qñ manebamus in deſiderijs carnis nr̄æ. i. in uehementia concupiſcentiæ miniſtratæ à carne, plus uoluit in deſiderijs notare, q̄ concupiſcentiam. i. multiplicē & oīmodam uehementiā concupiſcētiæ q̄ per legem incurrerūt. Vū Romanis ait: Cū enim eſſemus in carne, paſſiōes p̄cōrum q̄ per le- Roma. 7
gem ſunt, operabant in membris nr̄is. Et ite: P̄cm̄ p mandatum operatum eſt in me oēm cōcupiſcētiā. Et propterea de maledicto mortis uenientes, *eramus filij iræ*. i. filij ultionis, filij gehennæ, & hoc *natura*, id eſt, originali p̄cō *ſicut & cæteri* qui legē B non acceperāt. Nam cū ira dei naſcātur oēs mortales, & peccante primo homine, uitium pro natura inoleuit. Sed per dei gratiam nonnulli de filijs iræ fiunt filij adoptionis, quod per legem non ualet fieri: ideoque iudæi carnales licet haberent legem, nihilominus filij iræ manebant ſicut nati fuerant, quemadmodum & cæteri populi terrarū qui ſine lege erant. Et p hoc uoluit innuere, legē nihil poſſe ad p̄cōrum alleuiationem, cum ipſi qui obſeruabant legalia p̄cepta, debiti eſſent iræ dei, ſicut et alij qui mandata legis ignorabāt. Hoc eī de lege ſola ſine adiunctione gr̄æ dr̄. Quod totū ad gratiæ cōmendationē ualet, & ſic ad carnaliū obſeruationum deſtructionē: quia cū eſſent mortui multiplicitate peccatorū, ſeruiēdo etiam illis ceremonijs, gr̄a dei eos cōuiuificauit, q̄d lex facere nō potuit. Vos eratis mortui, & nos ſimiliter, & eramus ex natura uitiata filij iræ: ſed *deus qui dites eſt in miſericordia*, quoniā ſcđm largas miſericordiæ ſuæ diuitias oīa p̄cā & originalia & actualia p baptiſmū remiſit, ut ubi abūdauit p̄cm̄, ſuperabūdaret gr̄a, *propter nimiam charitatem ſuam* erga nos ſummā. i. oīm ſenſum ſuperantē, cū ipſe filiū ſibi coæternū faceret incarnari & mori, *qua dilexit nos nos deus, cum eſſemus* ſpiritaliter *mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto*. i. uiuificauit nos cū Chriſto ſcđm remiſſionē p̄cōrum, & innocentiā atq; uirturū cōſummationē, hoc eſt, ſicut Chr̄o p̄petuitatē uitæ in æterna beatitudine attribuit, ſic nobis largit9 ē uerā uitā innocētiæ & iuſtitiæ. *Cuiꝰ* Chriſti *gratia* uos Epheſij & alij gētiles *ſaluati eſtis*, ſicut & nos ſcđm remiſſionem, & innocentiam & iuſtitiā. Et non ſolū conuiuificauit nos, ſed etiā *con-*

Universidad de Deusto
BibliotecA

A resuscitauit,id est,spe cum Christo iam resuscitauit,ut quemadmodum Christus est resuscitatus, sic nos spei certitudine expectemus resuscitādos. & etiam *fecit* nos *consedere*.i.spe cum Christo sedere ut iudices in æterna beatitudine, & hoc *in cælestibus* locis, uel inter cælestes essentias. In sessione enim designatur iudiciū, quia sedere solet qui iudicat. Faciet ergo nos sedere cum Christo, quia faciet iudicare cum illo. Imo cum eo iā nos resuscitauit,& cū eo sedere fecit in cęlestibus, quia cęuis corpus nostrum nondum ibi sit, tū spes nostra iā ibi est. Et hoc totum *in Christo Iesu*,id est,in potentia & uirtute & gratia eius. Hæc omnia multum ualent ad intentionē, quia cum hæc uniuersa det sola diues gratia, frustra post hæc inducuntur carnales obseruantiæ. Ideo sua prædestinatiōe & nostra spe nos fecit iam consedere, *ut ostenderet in seculis uenientibus sup* ista temporalia secula, id est, in seculis ęternitatis, uel in seculis quæ post nos in hoc seculo uenient, *abundantes diuitias*, id est, æternam beatitudinē, quæ adeo diues erit, ut ibi nulla re quis indigeat, uel donationem beneficiorū suorū abundanter diuitē & copiosam, diuitias dico *gratiæ suæ*,id est,propter gratiam suam datas, & hoc *in bonitate* sua,non in consideratione meritorum nostrorum,quoniam melior est misericordia eius
Psal. 62. super uitas. Et tantæ eius diuitiæ erunt *super nos*.i,
B multo maiores quàm digni sumus accipere. Vel super nos erunt, id est, omnem intelligentiæ no-
1.Cor.2. strę capacitatem exuperabunt, quia tam magnæ & tales erunt, quas nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec cor hominis excogitauit. Tātum enim dabitur quantum mens inuestigare non potest. Quis enim intellectus capere sufficiat illa supernæ ciuitatis quanta sint gaudia, angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gratiæ conditoris assistere, præsentem dei uultum cernere, incircunscriptum lumen uidere, nullo mortis metu affici, incorruptiōis perpetuæ dono lætari? Et hæc omnia dantur *in Christo Iesu*,id est,in potentia & gratia & largitate Christi. Ad quid igitur post hæc carnales obseruantiæ inducerētur? Vere gratia dei largas habet diuitias, nam *gratia* eius *estis saluati* & mundati à pctīs,& hoc *per fidem*, id est, fide interueniente, quia credidistis uos gratia posse saluari. Et tamen *hoc non* est *ex nobis*, sed ex uocante deo, quia ex auditu euangelij accepistis fidem. *Dei enim donum est* ipsa fides, uel uocatio uestra, & non partim, sed pure donum dei. quia *non ex operibus* uīs.i.nō est ibi admixtio operū, *ut ne quis glorietur* quod fidem habeat ex operibus, uel sine gra saluatus sit propriis operibus. Hic uidet Apostolus innuere quod de operibus isti gloriarent, non de gratia dei. Sed ille maxime uult de suis operibus gloriari, qui per carnales obseruantias fidem & iustitiā petit, uel se accepisse putat. Et uere gratia saluati estis, nō ex operibus uestris, quæ ex uobis ipsis habetis, sed tm̄ his operibus, in quibus uos deus fecit, id est, formauit & creauit. Et hoc est: *ipsius enim sumus factura* & nos & uos, *creati in Christo Iesu in operibus bonis*, non in illa creatiōe qua homines facti sumus, sed ea de qua ille dicebat, qui C
Psal. 50. utique iam hō erat, Cor mundū crea in me deus.
Galat. 6. Et apostolus iste nouam creaturam alibi laudat. Pacti ergo sumus & creati in operibus bonis, qa restitutione liberi arbitrij data est nobis libertas bñ operandi.i. facti sumus habiles ad bñ operandum. Et hoc factū est in Christo Iesu.i.in gra eius, nō in merito nostro. Quæ opera bona *deus* prædestinando *præparauit* præueniens arbitrium nr̄m. Omne nāq; bonum à gratia dei sumit originem. Et ita præparauit, *ut in illis ambulemus*, id est, promoueamur & proficiamus de bono ad melius. Et quia his modis nos saluauit, manifestū est nos gra eius esse saluatos. Et si gra eius sumus saluati, tūc frustra carnales obseruantiæ superinducent.

Propter q̄d memores estote q̄ aliq̄n uos gentes eratis in carne, qui dicimini præputiū ab ea q̄ dicitur circuncisio in carne manu facta, qa eratis illo in tempore sine Chr̄o alienati a cōuersatione Israel, & hospites testamentorū, pmissionis spem nō habentes & sine deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu uos qui aliq̄n eratis longe, facti estis D
prope in sanguine Christi.

Cōtulerat iudæos & gentes q̄ utriq; fuissent sub pctō. Nunc oñdit gentes fuisse indigniores & improperia iudæorū ppessas, ut mō æquales iudæis, magis sint obnoxij gratiæ dei. A e si dicat: Quandoquidē factura dei estis, creati in operibus bonis, ergo nolite obliuisci de quāta utilitate uitiorum ad quantā sublimitatē uirtutū deus uos promouit, ut maiorē gratiarū actionē ei referatis tantis bñficijs quæ uobis contulit. Et hoc est: *Propter quod*.i. quia de malis uos eripuit deus & bonis dicauit, *ꝛ*stote memores q̄ *aliquando*.i. ante conuersionē olim *uos eratis gentes*.i. quales genici fueratis: nec solum sēm originem, sed etiam *in carne*.i. secundum carnem, hoc est, secundum carnis uoluntatem & carnis appetitū, quia faciebatis oīa quæ carnis uoluptas suggerebat. Vos dico, qui intantum eratis pctōres, ut à peccatrice gente iudæorū despiceremini, obijciente uobis uos esse præputium, id est, præputiatos. Et hoc est: *qui dicimini*, id ē, qui uocamini hoc nomine opprobrij, quod est, *præputium*, quia secundum illam partem uiri magis ad delectationem carnis incenduntur, & libidine punguntur atq; immunditia polluuntur, & hoc *ab ea* plebe, *quæ* pctīs est plena, sed tamen *dicitur* uere esse *circuncisio in carne*, non in spiritu: & *manufacta* non à deo. Sola nanq; caro amputabat, nō cordis praua cogitatio. Et merito despiciebamini, *quia eratis illo in tempore* in nequitia notabili, *sine Christo*, id est, sine Christi fide uel noticia. Et eratis *alienati* & separati *a conuersatione Israel*, id est, iudaici populi, quia dedignabantur uos secum habitare. Et eratis *testamentorū hospites*, id ē, si qs uestrum

A ueniebat ad iudaismum, ut hospes & aduena acciperet in lege, & utilis inter iudæos reputabatur. Legē dicit pluraliter testamēta propter multiplices pmissiōes suis cultoribus factas, & qa in ueteri testamēto continebat nouū. Vos dico *non habentes* ante *spem promissionis*.i. de nulla pmissione sperantes, qa nec ea sperabatis quæ pmissa sunt Abraæ, nec ea quæ pmissa sunt Dauid uel cæteris patribus, ꝛideo non erat uobis spes illius diuinæ pGene 22. missiōis, qa eratis *sine deo*.i. sine dei patris notitia *in*
Ps. 131. *hoc mūdo* tam malo, q totus in maligno positus ē. Quod nūc dicit, sine deo.i. sine dei patris agnitiōe & gra, hoc est, qđ dixerat, sine Christo.i. sine Chr̄i
1.Ioh.5 notitia & gra: quia quisqs ignorat patrē, ignorat & filiū: uel quisquis nō habet filium, nec patrē habet: & qui unū habet, habet & aliū. Olim tales fuistis, sed *nūc*, id est, post acceptionē gratię *in Christo Iesu*.i. in potētia & largitate Chr̄i, *uos* q̄ *aliquando*.i. ante Chr̄i conuersionē eratis *longe* à deo nō corpore, sed corde & meritis, *facti estis* ei *prope*, uel oībus supradictis à quibus lōge eratis, & hoc *in sanguine Christi*.i. in ui effusionis sanguinis Chr̄i. Ille em sanguis tātæ efficaciæ fuit, ut p illum hæc oīa possent haberi. Qui nisi emanasset, mihil pdictorū bonorū nobis contigisset. Oīa hæc accepistis cū in potentia Chr̄i Iesu, tum in efficacia fusi sanguinis eius, &
B non in carnalibus obseruantijs. Si ergo tūc cum tam multipliciter essetis remoti à deo, ut notatū est, nō indignistis carnalibus obseruantijs, sed sola gra saluari estis in gratia & sanguine Chr̄i, tunc, multo minus mō, cum iam recepistis uestram saluationē. Solus itaq; Christus uobis est tenendus firmiter & amādus, qui uos de tātis malis eripuit, & Hebræis fidelibus pares & socios fecit.

Ipse em̄ est pax nostra, q̄ fecit utraq; unum, & medium parietē maceriæ soluens inimicitias in carne sua, legē mandatorū decretis euacuās, ut duos cōdat in semetipsum, in unū nouū hominē, faciens pacē, ut reconciliet ambos in uno corpore deo p crucē, interficiēs inimicitias i semetipso. Et ueniēs euāgelizauit pacē uobis, q̄ longe fuistis, & pacē his q̄ prope, quoniam p ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrē.

¶ Vere sanguis Chr̄i uos deo proximos fecit in Israelitis atq; testamento & pmissionibus, qa *ipse* Chr̄s est *pax nostra*.i. qui nos deo & angelis pacifica uit, & qui iudæos & gētes diuersis ritibus discordates fecit in fide cōcordes. Pax em̄ pacatos facit, sicut iustitia iustos. Pax nr̄a ipse est, *qui utraq; fecit unū*.i. Iudaicum populū & gentilem fecit unanimes in fide & cultura unius dei & moribus. Et qūo hoc fecerit, subdit: *Mediū parietem maceriæ soluens*. Parietē intelligit uocare circūcisionem, q̄ diuidebat iudaicū populum à gētili. Sicut em̄ paries me dius diuidit locū à loco, ita circūcisio separabat populū à populo. Qui paries i aduētu Chr̄i facta est maceria, qm̄ circūcisio q̄ ante eius aduentū euacuari nō poterat, postquā ipse uenit, facile fuit ut de- C
struereť. Maceria quippe quasi macra series dicit. Est em̄ maceria congeries lapidū, ubi nulla cemēti colligatio est, quæ leui pulsu ruinā patitur. Paries aūt uocatur series lapidū cemēto colligata & constricta, quam deijci nō est facile. Sic circūcisio præcepto dñi firmata usq; ad tempus correctiōis, non poterat euacuari: sed tēpore correctionis uoluntate dei debilitata, ruinæ subiecta fuit. Et bene posuit, soluens parietem: qa circūcisio quę ante aduentū Christi ligata erat ligamine p̄cepti, in aduentu eius soluta fuit, nullo iam p̄cepto eam cogente fieri. Nec solum circūcisionē soluēdo fecit utraq; unum, sed etiam soluēdo *inimicitias in carne sua*. Inimicitias uocat idololatriam. Iudaicus em̄ populo inimicabat gentili idolis seruienti & gētilis iudaico idola cōtemnenti. Et recte uocauit idololatriā inimicitias, & nō parietē, circuncisionē uero parietem. Circuncisio em̄ ante tēpus correctiōis fuerat in ædificio legis iustitiæ, quia p̄ceptum erat in lege, ut circuncisio fieret: at idololatria nullo modo unq̄ in ædificio dei fuit, quia semp deo contraria fuit. Destruxit inimicitias, & hoc in carne sua, id est, p incarnationē suam .s. quia incarnatus est, ideo euacuata est idololatria. Postq̄ enim carnē assumpsit, discipulos elegit qui doctrina ueritatis gentes illuminarent. Et proprie dictū est, soluens D
idololatriam, qæ gentilibus astricta & ligata erat uinculo usus. Vel obstaculum legis uocat paries, quia legales obseruatiōes erant quasi quidā paries disiungens gentes à iudæis. Paries dico maceriæ.i. qui facile destrueret ueniente gra. Erat autem medius hic paries, ut neuter populus alteri cōcordaret. Stante em̄ hoc pariete, erant inimicitiæ, ira & inuidia inter eos. Ideoq; destruēdus erat, ut inimicitiæ destruerent. Et hoc factum est in carne Chr̄i assumpta uel īmolata, qui in carne apparens, & a mortuis resurgens, oēm legem cessare fecit: & ablato omni obstaculo & dissensione, utrunq; populum in sua de coniunxit. Vel paries erat obscuritas legis & prophetarū, obstruens nobis uiam uitæ, & medium se inter nos & deum obijciens. Chr̄s carne & passione sua soluit mediū parietem
& maceriam .i. obscuritatē ueterū prophetarū, & omnis antiquæ legis aquit sacramenta, & dissipata incedēdi difficultate, uiā oculis oīm reuelauit, ut q uult ad deū pergere, nullo impediat obice, nec obscuritatis caligine terreat. Vnde eo in cru- Mat.27
ce spūm emittente, uelum templi scissum est medium, & sancta sanctorū omnibus patuerūt. Idē em̄ significat illud uelum, qđ & iste paries. Sed & inimicitias quæ inter nos & deum erant, soluit in carnis suæ sacrificio Christus. Et hæc oīa fecit, *euacuans*, id est, destruens & adnihilans *legem mandatorum*.i. aliarum carnaliū obseruantiarum, præter circūcisionē, quia de illa iam dictū est. Et bene carnales obseruantiæ dicuntur mandata, qa non erant stabiles, sed mutabiles: sicut illa quæ mandantur, possunt & solent permutari. Euacuans dico, & hoc suis *decretis* .i. immutabilibus statutis, ex ratione firmiter factis, scilicet præceptis no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ui testamenti, cui succedit aliud testamentum. Decretū solemus dicere, quod à deo est ratum & autorizabile, ut nō sit fas illud ꝓmutari. Quia ergo illa erant mandata, i. trāsitoria, & ista decreta. i. stabilia, merito illa. i. carnales obseruantiæ euacuantur istis. i. præceptis noui testamenti. Vbi em̄ baptismum & fidem suadet nouū testamentum, ibi euacuatur sēm carnales ceremonias uetus testamentum. Et hoc totum. s. soluere inimicitias, euacuare legem, fecit ipse *ut duos* populos prius per legem diuisos *condat*. i. coniungat in tantum, ut eant ambo simul *in semetipsum*. i. in Christū, uidelicet ut ambo tendant pariter *in unum nouum hominem*, qui Christus est, ut unitatem & nouitatem in ipso habeant, & conformitatem eius simul teneant. Ipse dico, *faciens pacem* inter eos destructis inimicitijs, ut alius nō inquietet alium, sed diligat ut seipsum. Pax enim. i. remotio inquietationis, ē gradus quo peruenitur ad unionem dilectionis. Quod dicit, faciens pacem, diuersum est ab eo quod superius dixit, Ipse est enim pax nostra: quia illud declarat eum esse ipsam pacem, quæ pacificat discordātes: hocaūt quod dicitur, faciens pacem, notat illum esse mediatorem & autorem pacis. Et iterum ad aliud ponitur. Nam illud. i. esse pacem, ad hoc ponitur, ut demonstret illos qui longe erant, factos esse prope in Christo Iesu: faciens uero pacem, ad
B hoc, ut ostendat quo gradu ad charitatem perueniatur. Et quod dicit, ut duos condat populos in semetipsum, diuersum est ab eo quod posuit, qui fecit utraq; unum, quod intelligimus secūdum fidem: condere aūt duos in semetipsum, accipimus secundum charitatem. Ostenso itaque quomodo Christus utrunq; populum sibi inuicem coniunxit, uult consequenter ostendere quomodo utrunq; reconciliauit deo. Quasi dicat: Ita coniunxit duos in semetipsum, *ut reconciliet deo* patri *ambos* positos *in uno corpore* Christi, quod est ecclesia. Et hoc fecit *per crucem*. i. crux fuit uia, qua peruentum est ad recōciliationem. Nisi em̄ Christus se hostiā patri obtulisset in cruce, nostra reconciliatio ad deum facta nō fuisset. *Interficiens inimicitias in semet ipso.* Ac si dicatur: Cum per crucē nos reconciliaret deo, non fecit hoc per crucem quam alius passus fit: sed ita, ut interficeret. i. deleret inimicitias quas deus iuste culpa primi parentis & nostrorum reatu peccaminum in nos habebat: & hoc faceret non in alieno corpore, uidelicet ꝓphetæ uel apostoli, sed in semetipso. Ipse em̄ pro nobis deo satisfecit, sustinendo passiones & opprobria uice nostri, quas nos merito pati deberemus. Et quia per eum inter nos & deum facta est reconciliatio, frustra igitur post hæc obseruabuntur carnales cerimoniæ. Et non solum pacem fecit in cruce, sed & antequam crucem ascenderet, *ueniens*. i. in carne apparens, *euangelizauit pacem*. i. bene nūciauit ore proprio *uobis* gentibus, *qui longe* ab eo *fuistis*, id est, recessistis in idololatriam. & *pacem his q prope* erāt, id est, iudæis, quia unum deum colebant. Hanc enim pacē euangelizauit, cum diceret: Alias oues habeo, &c. usq;, & unus pastor. Et item: Nemo uenit ad patrem nisi per me. Iure enim pacem nobis ad inuicem nunciauit & ad deum, *quoniam per ipsum habemus ambo* populi *accessum*. i. facultatem accedendi *ad* deum *patrem*, & hoc *in uno spiritu*. i. in unanimi uoluntate fidei & religionis atq; charitatis, ut sit nobis cor unū & anima una. Vel in uno spiritu. i. in spiritu sancto, qui unus atq; idem est, licet uaria dona distribuat. Ad patrem accedimus secundum conformitatem bonitatis eius, & in futuro secundum participationem beatitudinis illius. Et cum hęc omnia facta sunt per Chrīm & filium. Et cum hęc omnia facta sunt per Chrīm & filium, cur amplius carnales obseruātię inducentur?

Ergo iam non estis hospites & aduenę, sed estis ciues sanctorum & domestici dei, superædificati sup fundamentum apostolorum & prophetarū, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. In quo & uos coædificamini in habitaculum dei, in spiritu sancto.

¶ Quandoquidē uos gentiles unum cum iudeis in Christo facti estis, & deo pariter reconciliati, ergo *iam* à tempore fidei *non estis hospites* testamentorum *& aduenæ*, sicut olim eratis. Hospites enim & aduenæ erant gentiles inter eos qui testamenta habebant, uel qa ad tempus more hospitum ueniebant & recedebāt, uel quia si q eorum ad iudaicum ritum conuertebant, aduenæ. i. proselyti uocabātur. Hospites em̄ sunt in transitu. Sed iam isti non erant hospites testamētorum, quia non in transitu & recessui uidebant ipsa testamenta, sed assidue morabant & exercebantur in eis, & prout decebat, obseruabant ea. Aduenæ aūt dicuntur q cum non sint indigenæ, morantur tñ in loco unde nō sunt indigenæ. Sed isti postquā effecti erant unum cū illis, igitur q quasi indigenæ testamentorum erant, nō iam alienigenæ, sed indigenæ reputabantur, ut ipsi cum his cum quibus erant, essent unum: qm̄ ita quasi naturaliter habebāt testamenta, ut illi qui in primis habuerant ea. Gratia enim diuina utrisq; æqualiter nouum testamētum præbuit, sed & uetus iuxta spiritalem sensum. & gentiles ideo quoq; non erant iā aduenæ in testamentum, sed indigenæ, quia regenerati erāt ex baptismo, qui ꝑdicatur in utroq; testamento. In uno em̄ dicitur: Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab oībus inquinamentis uestris: in alio, Ite baptizate omnes gentes. Non estis iam hospites testamentorum, id est, peregrini uel indigniores Hebræis in fide, sicut olim recepti in lege: & aduenæ, id est, alieni & exules: *sed estis ciues sanctorum*, id est, eiusdem iuris & dignitatis in ciuitate dei, ciues non carnalis Israel, sed sanctorum, quia cū sanctis unam incolitis ciuitatem, quæ est ecclesia. Habetis enim cōmunionem cum sanctis in omnibus sacramentis ecclesiæ, qui olim fuistis

A alienati à conuersatione Israel. Nec solū ciues sancto; estis, sed *& domestici dei*. i. familiares & amici dei in domo eius scēm multam ꝓfectionem scientiæ & uirtutum, & scēm multam dilectionē quā ipse erga uos habet. Domesticos em̄ suos familiarius diligit, & arcana secreto; suorum eis reuelat ut amicis, atq; dona largitur amplissima. Nūc estis domestici dei, q olim eratis sine deo, uos dico *superædificati* in ædificio dei *sup fundamentū apostolorū & prophetarū*. i. super fidem Chri, super quam primo fundati sunt apostoli & prophetę. Chrs enim fundamentū est totius diuini tēpli uel diuinæ ciuitatis, qa ex eo & ex eius fide & gratia inchoant omnia bona, & ipse totū spiritale portat ædificiū. Ipse ergo est fundamentū apostolorū & prophetarum, qa super illum incumbūt & firmi ꝑmanēt apostoli & prophetæ, qui totam deinde fabricam sancti ædificij portāt. Ipse est fundamētum. i. fides eius est prima firmitas & initium ac sustentaculū oīs ædificij uirtutum ac bonorū operum. Super quā fidei firmitatē innitentes, super ædificati estis in bonis operibus. i. ad altiora prouecti crescēdo de uirtute in uirtutē. Et hoc factum est in *ipso summo angulari lapide*, scilicet *Christo Iesu*, qui duos in se populos quasi duos parietes cōiungit, & fortitudo ē totius ędificij. Qui ita ē angularis lapis, ut nō
B solum sit fundamentum ipsius ædificij. i. non solum sit in inferiori parte, sed etiam sit summus in ipso ædificio. Ita est summus iste lapis, ut non possit alius lapis angularis huic superaddi. Illi em̄ uolunt huic superponere alium angularē lapidem, qui carnales obseruantias quærunt superaddere, & eas contendunt ad salutem ualere. Sed nihil potest huic superponi. Ipse em̄ inferius est lapis angularis scēm fidem, ipse est & summus secūdum iustitiæ consummationē. Vel ideo est summus lapis cum sit fundamentū, quia origo fundamenti huius, summitatem tenet. Et sicut fundamentum corporeę fabricæ in imo est, sic fundamentū spiritalis fabricæ in summo est. Si ad terram ædificare mur, in imo nobis ponendū erat fundāmentum. Quia uero cęlestis fabrica ē, ad cælos ꝑcessit fundamentum nostrum. *In quo* fundamento, in quo lapide summo *omnis ædificatio* tam iudæorū quām gentilium, *constructa* scēm fidem & sacramentoꝝ perceptionem, atq; secundum innocentiam & iustitiam, *crescit* in uirtutibus proficiens: quia nemo tam perfectus est, qui non possit crescere. Crescit unusquisq; electorum & maior & minor, quandiu est in hac uita. Neq; enim ad ædificium electorum ptinet, licet Christianitatis uocabulū habeat, qui crescere in bonis & augmentari non studet. Ois enim ædificatio tam singulaꝝ personarum si delium, q̄ singularum uirtutū, constructa inchrō, crescit assidue eundo & ꝓficiēdo *in templū sanctum*, id est, ut fiat sanctum & mundū dei templum, & hoc totū *in domino*. i. in operatione dñi: quia dominus hoc agit, nō aliqua carnalis obseruātia. *In quo* Chro non solum iudæi ædificātur, sed *& uos* gentiles *coædificamini*. i. æque ut iudęi ædificamini cum eis secundum iustitiam, & intantum, ut eatis *in habitaculum dei*, id ē, ut efficiamini domus & sanctuarium dei, & hoc *in spiritu sancto*. i. in operatione spiritus sancti, & non in carnalibus obseruantijs.

CAPVT .III.

HVius rei grā ego Paulus uinctus Chri Iesu ꝓ uobis gētibus, si tamē audistis dispensationē gratię dei, q̄ data est mihi in uobis, qm̄ secundum reuelationē notum mihi factū est sacramentum, sicut supra scripsi in breui, prout potestis legētes intelligere prudentiam meam in mysterio Chri, quod alijs generationibus nō est agnitū, filijs hominum, sicuti nūc reuelatū est sanctis apostolis eius & ꝓphetis in spiritu, eē gentes cohęredes & cōcorporales & cōparticipes ꝓmissiōis in Chro Iesu ꝑ euāgelium, cuius factus sum ego minister secundū donum gratiæ, q̄ data est mihi secundum operationem uirtutis eius. 1 Cor. 15

¶ *Huius rei gratia*. i. pro hac re grata mihi, scilicet ut uos coædificemini, uel pro gratia dei implēda in hac re, *ego Paulus uinctus sum*. Et ponit ꝓ quæ ipsi sunt coædificati, quia. s. deus reuelauit illi salutē ad gentes ptinere, & misit illum eis pdicare, & facit pati pro illis, ut magis sint deo grati. Ego Paulus uinctus *Christi Iesu*. i. pro seruitio & noie Christi, uel in ptāte & uoluntate eius ego uinctus sum: quia q̄ uoluerit, me dissoluet. Vel ego uinctus ꝓ euangelio sum Chri, non diaboli, ut illi q pro suis criminibus tenent in uinculis. Vinctus Chri sum, & hoc *pro uobis gentibus* quibus uiam salutis pdicabam. uel ꝓ uobis, quia q̄d sum uinctus Chri, tendit ad utilitatem uestram. i. uobis est utile. Meritū em̄ pastoris prouectum cōfert gregi. Tunc Romæ tenebatur Apls in carcere. Quia uero meritum pastoris nō proderit ouibus, nisi se habeāt prout religio Christiana exigit, supponit: *Si tamen audistis* aure cordis. i. si intellexistis *dispensationem gratiæ dei*. i. apostolatum mihi dispensatū à deo, qui scit cur me ad hoc officiū elegit. Vel dispēsationem. i. officium dispensandæ & prædicandæ gratiæ dei. i. gratuiti beneficij dei oībus impensi. Si intellexistis me dispensare gratiam dei. i. si intellexistis gratuita eius dona q̄ uobis dispensaui. s. remissiōem peccatorū, innocentiā, uirtutes, charismata, scięntiam, fidē, doctrinā & his similia, uobis à deo gratis esse collata, non aliquo merito neq; carnalibus obseruātijs. Si em̄ hæc gratis diuinitus dari nō creditis, non estis in fide sana. Et si fidē sanam non habetis, nihil uobis meritū meum ualebit. Ac si dicatur: Quod sum uinctus, uobis proderit, si intelligitis quod uobis dispensaui cē gratuitum donum dei, ut nihil meritis uestris adscribatis, nec in carnali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus obseruantijs fidutiam ullam ponatis. Quod posuit, audistis,& non credidistis, ideo fecit,ut innuat istud usq; adeo aptum & uicinum rationi,ut non solum fide sit dignum, sed etiam intellectū. Vere dispēsatio est gratuitum donum dei, id est, gratis collatum uobis, quia ipsa dispensatio *data est mihi* .i.id ipsum officiū dispensandi est mihi datum, & hoc *in uobis* conuertendis & ædificandis, id est,ut uos per meam dispensationē conuertere mini,&in ædificio dei cōstitueremini. Vel ipsum officium, dispensatiōis meæ iam est hærens in uobis,q̄d nos aure cordis &interiore uīo auditu iam recepistis ex gra dei. Et si ego dispensatinem non habeo nisi ex gra, tunc patet quia uos notitiā dei & remissionem pctōrum atq; iustificationem & cætera q̄ uobis dispensaui, nō habetis nisi ex sola gratia. Post hæc ponit rationē ad idem oñendum,quod .s. gratis habeant hoc quod eis dispensat,& hoc per medium. Nam ubi se gratis habere oñdit, & quod ipsi similiter gratis habeant, eos conuincit. Ac si dicat: Gratis est mihi data dispensatio, *quoniam secundū reuelationem* diuinam, non secundum humanam doctrinam, neq; scām uires meas, *factū est mihi notū sacramentū* .i. quoddam dei occultum est mihi diuinitꝰ reuelatum, hoc est, nō obscure, sed aperte intimatum: nec habeo huius rei plus notitiæ, nisi inquantum de us mihi reuelauit & detexit .i. nihil habeo ex me, sed totum ex sola gra. Et si ego quicquid uobis dispenso, ex gra habeo, tunc & uos ex gra totum habetis. Dei bonitas mihi reuelauit sacramentum .i. quoddā mysterium multis hoibus occultum. s. quod uos gentes essetis incorporandæ iudæis in unitate fidei, & eandem gloriam habituræ quā iudæi. Notificatum est mihi à deo sacramētum, & hoc *sicut superiꝰ scripsi in breui* .i. ita mihi manifestatum est diuinitus, ut superius posui, cum dicerem ipse est em̄ pax uestra qui fecit utraq; unum, & cætera quæ ibi breuiter dicta sunt de mysterio Christi & societate utriusq; plebis. Id est, nihil supra scripsi tunc de mysterio quod nō sit mihi per spiritum ꝓphetiæ reuelatū à deo, id est, quod nō habeam à gratia dei. Notum factū est mihi, *prout potestis legentes intelligere* .i. inquantum uos attente studioseq; legentes potestis animaduertere in prædicta litera. Ipse est em̄ pax nostra &c. *prudentiam meam*. i. sapientiā & peritiam, quam ego habeo sup̄ *mysterio Christi*. Hoc est, intantū mihi notificatum est mysterium, inquantum prædicta litera ostendit me habere prudentiam de mysterio Christi, id ē, inquantum mittit studentes ad intelligendum illud mysterium. Per literam em̄ illam, licet nos ignoremus, ad multiplicem tamen intellectum de mysterio Christi duci possumus. Aliter em̄ forsitan posset exponere literam illam beatus Hieronymus, & aliter Ambrosius, atq; aliter magnus Augustinus: & scām omnem intellectum, q̄ inde potest fieri. i de illo Chri mysterio, notificatum est Apostolo. Hoc totum tale est, ac si breuiter dicat: In tantum notificatum est mihi sacramentū, inquantum (id est, q̄ multipliciter) potest intelligi in scriptura illa quæ est ipse. Et pax nostra &c. Hoc ideo dixit, ut per hoc cōmendaretur autoritas suа: cōmendata autoritate, maiorem fidem exhiberent doctrinæ suæ. mandata legis dissuadenti. *Quod* sacramētum uel mysterium *non est agnitum*. i. uicine notum & plene *filijs hominum*. i. rationalium, hoc est, uel carnalibus uel spiritualibus filijs patriarcharum & prophetarum in *alijs generationibus*, id est, in præteritis temporibus. Licet em̄ antiqui sancti scirent gentes ad fidē uenturas, tamen nescierunt quod ad eandem uitæ sublimitatem & gloriam forent uenturæ, ad quam iudæi, culturam habentes unius dei. Sed & hoc latuit eos quia sine lege forent saluandę. Nō esse illis agnitum ita plenarie hoc mysterium, *sicut nunc* .i. inquantum tempore gratiæ *reuelatum est* illis quibus debuit, id est, *sanctis apostolis eius*, qui hoc prædicare missi sunt, *& prophetis* sub noua gratia, ex quibus fuit Agabus, & hoc reuelatum est illis *in spiritu* sancto. i. per spiritum sanctum. Et quid sit hoc mysterium, subditur, scilicet *gentes esse cohæredes*, id est, simul cum Iudæis unam hæreditatem in cælo habituras, & *concorporales*. i. simul cum eisdem iudæis in uno corpore ecclesiæ mansuras in præsenti, ut hæsint tam honorabilia membra ecclesiæ q̄s & iudæi, & *comparticipes promissionis* uitæ æternæ, ut æqualiter ad gentes pertineat illa promissio sicut ad iudæos, & æqualiter in eius adeptione sublimentur utrique. Et hæc omnia fiunt *in Christo Iesu* .i. in eo quod Christus carnem assumpsit, & mūdum per se & per apostolos illuminauit. Nam hæc omnia gentes habent *per euangelium*. i. per receptionem & obseruantiam euangelij quod eis ministro. Non enim prodesset illis incarnatio Chri, nisi prædicaretur. *cuius* euangelij *factus sum ego minister*, non em̄ est meum. Et quod minister eius factus sum, non est secundum merita mea, sed *secundum donum gratiæ*, id est, secūdum gratuitum donum gratiæ *dei, quæ* gratia *est mihi data secundum operationem uirtutis eius*, id est, secundum quod operata est uirtus eius, qua suscitauit Chrm, in quo nos omnes à morte animæ resuscitaret, & sine legis opere saluaret. Et cum ego ministerium euāgelij habeam ex gratia, patet qa & uos habetis ex gratia quicquid ex auditu euangelij, quod prædicaui uobis, accepistis.

Mihi enim oīm sanctorum minimo data est gra hæc in gentibus, euangelizare inuestigabiles diuitias Chri, & illuminare oēs quæ sit dispēsatio sacramēti absconditi a seculis in deo, q̄ omnia creauit, ut innotescat principatibus & potestatibus in cælestibus p ecclesiam multiformis sapientia dei secundum prædinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro, in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.

¶ Data, inqt, *gratia est mihi omnium sanctorū minimo*. Præ nimia humilitate dicit se minimum oīm sanctorū, ostendens de se magnū humilitatis exemplum. uel minimus erat omnium sanctorum .i. magis humiliatus, hoc est, afflictus oībus tribulationibus, q̄ alius al quis sanctus. Multo em̄ plus persequebantur eum Iudæi & gentiles, q̄ aliquem aliorum. Mihi minimo data est gratia *hæc in gentibus*, id est, ministratio: & hoc (ut p̄missum est) scām operationem uirtutis eius, i. ita ut sequat eam operatio uirtutis dei, quia ad confirmationē meæ prædicationis deus per me miracula operatur. Data est mihi, id est, gratis cōcessa à deo ad utilitatem. Hæc gratia data ē mihi. f. *euangelizare inuestigabiles diuitias Christi*, id est, multa eius dona copiose & abundanter nobis collata, q̄q; adeo ditia sunt & magna, ut nullo prorsus intellectu queant inuestigari, cum deus pro hoibus homo fieri & pro mortuis uita mori, atq; iustus pro peccatoribus immolari dignatus sit, cunctis ip̄per orbem nationibus lumen ueritatis ostendere, fidem dare, & peccatoribus remissionē, iustitiam, charismata, & cætera huiusmodi, quæ non possunt perfecte inuestigari, quām magna & qualia sint. In hoc etiam sunt inuestigabiles istæ diuitiæ, quia alijs dantur, & alijs nō dantur: & cur hoc fiat, inuestigare non possumus. Quando em̄ plures uerbo prædicationis, & quorundam mentes dono supernæ gratiæ tanguntur intrinsecus ut credant, quorundam aūt non tanguntur, q̄s nisi solus deus scire potest cur istis eli guntur & illi relinquuntur? Inuestigabiles itaque sunt diuitiæ donorū Christi. Nec solum istas euangelizare missus sum, sed *& illuminare*, id est, clare & lucide docere *omnes quæ*, id est, quām mirabilis & ex quāta dilectione procedens *sit dispensatio sacramenti*, id est, q̄ mirabiliter sit dispositum à deo patre sacramentum incarnationis, passionis & resurrectionis Chri, per quod gentes fierēt coheredes & cōcorporales & comparticipes. Quod sacramentū erat abscōditū in diuina mente, *a seculis*, id est, à primo tēpore seculorū, quando cum seculis cœperunt creaturæ: quia ex quo secula sumpserunt principium, nulli fuit ita patefactum ut nūc apostolis. Hoc ideo dicit, ut ostendat sibi multū esse credendum, cui reuelatum est tantum mysterium. Per hoc idem ostendit dispensationē istam fieri ex sola gra. Q̄d̄ inde patet, qa à seculis sunt abscondita, q̄m nec humana merita, nec carnales obseruātiæ potuerūt eam reuelare. Recte dicit dispēsatio sacramenti, qa deus diuerse tribuit illud sacramētum, cū alijs dat plus eē participes & cōcorporales & cohæredes, & alijs minus. Sacramēti dico, *absconditi in deo*, qa ita manebat in deo, ut nō extra deum ꝓcederet, sed in secreto eius consilio lateret. Habet em̄ deus in seipso absconditas quorūdā dictorū causas, quas rebus cōditis nō inseruit, easq; implet non in illo opere prouidentię, quo naturas substituit ut sint, sed in illo quo eas administrat ut uoluerit, quas ut uoluit cōdidit. Ibi ē gratia, p quam salui fiunt peccatores. Nam in mundo absconditæ sunt rationales causæ omniū rerum naturaliter oriturarum, sicut absconditus erat Leui in lumbis Abraæ, ideo aūt causæ eorum q̄ per gratiam futura sunt. Sic & hoc mysterium nostræ saluationis, quo gentes Iudęis æquarentur in sanctitate & gloria, ut omnino aliud futurum non esset, absconditum erat in deo, *qui omnia creauit*, qui solus ipse creator nouerat, quid de suis creaturis facturus esset. Data est mihi gratia euangelizandi, ut effectum habeat in ecclesia prędicatio mea, & per ecclesiam .i. per ea quæ fiunt in multiplicibus ecclesiæ membris & ordinibus uel operibus, *ut innotescat*, id est, interius & subtilius & magis notescat *principibus & potestatibus*. i. prioribus & potentioribus angelorum ordinibus, qui sunt *in cælestibus, sapientia dei multiformis*, quantum ad uaria & multa opera quæ facit in ecclesia, non inquantum est in deo simplex & inuariabilis. In hoc em̄ eam ab initio cognouerunt, q̄ ei ab initio astiterunt. In se enim multiplex, sed simplex est ista sapientia: sed propter multiplicia opera sua quæ sapienter disponit, dicitur multiformis, quia multas operum formas aptat. Et scām hoc in cognitione huius sapientiæ etiā angelici spiritus *per ecclesiam* processerunt, quia dum eam Christus uel per se, uel per apostolos instrueret, plurima secreta didicerunt angeli q̄ ignorabant. Magna est igitur dispensatio sacramenti, ubi didicerint uel discunt etiam uirtutes angelicæ: & magna fides est attribuēda uerbis illius, qui tantum sacramentum dispensat. Innotescat sapientia principibus, & hoc *secundum præfinitionem seculorum*, id est, intantum innotescat, inquantum deus præfinierit & præordinauit de seculis, id est, de hominibus qui uersantur in seculis: hoc est, de hominibus qui erant futuri à primo statu ecclesiæ usq; ad consummationē seculi. Quos ideo uocat secula, quia mutabiles sunt & transitorij ut secula, id est, ut cursus prætereuntium dicrum. *Quam* præfinitionem *fecit in Christo Iesu*, id est, hæc omnia præfinierit deus in Christo, non in carnalibus obseruantijs, uel in aliquo merito nostro. Vel dei sapientia est multiformis secundum præfinitionem seculorum, quia secūdum ea quæ præfinierit, id est, præordinauit in seculis fieri, apparet multiformis, cū hæc in operibus uariantur multiformiter. Et hanc præfinitionem fecit deus in Christo Iesu *domino nostro*, q̄m ante secula præordinauit pater in filio, qd in seculis acturus esset. *In quo habemus fiduciam*, id est, in cuius Christi auxilio habemus spem & fiduciam accedendi ad dominum, & non solum spem, sed & ipsum *accessum*, & scām bona operā, & scām p̄mium. Fiduciam habemus in eo uincendi tribulationes, uel adipiscendi supernam hæreditatem, & post finem uitę præsentis accessum realiter ad deum, & hoc *in confidentia*, id est, merito confidentiæ habitę *per fidem eius*, scilicet qa tantū in eo solo omnimodam fiduciam posuimus p fidem eius quam intemeratam seruauimus, nihil ipsi fiducię nostris meritis, uel carnalibus obseruātijs attribuimus.

Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis, quę est gloria uestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lis & in terra nominatur, ut det uobis secundum diuitias gloriæ suæ uirtutē corroborari per spiritum eius in interiori homine. Christum habitare per fidem in cordibus uestris: in charitate radicati & fundati, ut possitis cōprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo & sublimitas & profundum: scire etiam supereminentē scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei.

¶ In Christo (ut præmissum est) habemus fiduciam & accessum ad patrem in confidentia per fidem eius. *Propter quod peto* à uobis, ut confidentes & constantes in fide sitis, per quam ad tantā peruenietis gloriam. Omnia bona (ut superius frequenter ostēsum est) accepistis à prueniente uos gratia dei: nunc superest ut uos arbitrio liberę uoluntatis uestrę eandē subsequamini gratiam, perseuerantes in ea, & bene operantes. Peto *ne defi-*
B *ciatis* à synceritate & constantia fidei & perseuerantia bonorum operum, *in tribulationibus meis*, id est, respectu mearum tribulationum, hoc est, tribulationes quas audistis me pati *pro uobis*, quibus prædicabam, non sint uobis causa deficiendi, sed constantes estote in gratia quam uobis annunciaui, non erubescentes de uinculis meis, neq; timentes similia pati. Vel pro uobis sunt tribulationes meæ, id est, ad utilitatem uestrā spectant, uobisq; proficiunt. *Quæ* res, id est, me pati pro uobis tribulationes, *est gloria uestra*. Gloria enim uobis est, habere talem doctorem, non confusio, ut infideles æstimant. Et magno gloriæ præmio remunerabimini, si me nunc in tribulationibus non despexeritis sed infirma fide permāseritis. Peto ne deficiatis. Quia enim uoluntatis arbitrium habetis, peto. Sed quia uobis arbitrium non sufficit ad implendum quod peto, *huius rei gratia*, id est, ne deficiatis, *flecto genua mea* in oratione pro uobis. Facit enim pro eis Apostolus orationem, ut deus det perseuerantiam & augmētum uirtutum & scientiæ. Et per flexionem genuum intelligimus humilitatem supplicantis. Nam ad hæc solent in oratione flecti genua, ut humilitas interior denotetur, & humiliori supplicatione affectus oratiōis commendetur, & fortasse uinculis catenarum cōstrictus, non poterat Apostolo genua corporis flectere: sed si hoc impediebatur corporaliter agere, uel genua cordis humilius flectebat. Flecto genua, i. humiliter in precibus supplico *ad patrem domini nostri ieſu Christi*, ut merito eius obtinere possim quod peto. Id est, oro illum de quo non est diffidendū quin exaudiat, tum quia flecto ad eū mea genua, tum quia genuit eum qui noster est dominus, & est Iesus atq; Christus, id ē, rex noster & sacerdos. Flecto ad patrem genua mea, ut sicut pius pater me exaudiat, *ex quo*, id est, ex cuius similitudine *omnis paternitas* non dico est, sed *nominatur*. Nam proprie non dicitur pater, nisi solus deus: alij autem ad similitudinem eius, de quibus non est di- C cendum quod sint patres respectu dei, sed nō nisi illud participant *in cælis*, id est, inter angelicos spiritus. Ibi enim superiores qui præsunt alijs, & curam super eos habent, patres nominātur: *& in terra*, id est, inter homines. Dei enim ineffabilis dilectionis uehementia inæstimabiliter nos dilexit ac diligit ac gubernat, ideoque pater noster dicitur. Nos autem & angeli per eum dicimur patres in similitudine dilectionis & prouidentiæ, quoniam *Matth.* ipsa dilectio & gubernatio qua uocamur patres, *Luc.* ab eo procedit. Ex eo nominatur omnis paternitas in cælo & in terra: quia (ut dictum est) quicunque sunt patres & præsunt alijs paterno affectu, siue in cælo, sicut dominationes cæteris subiectorum ordinibus: siue in terra, sicut episcopi & abbates, alijq; prælati, qui paterna bonitate, subditis præsunt, ab eius imitatione uocabulum paternitatis sortiūtur. Vel angeli cælorum nobis prouidentes, dicuntur patres in cælis: & prælati ecclesiæ, patres in terra. Possunt cæli, spirituales homines intelligi: terra uero, carnales. Ipse enim dicit pater, uel quia ex se filium genuit, uel quia creaturas pio moderamine gubernat & regit. Adeuntes pio moderamine gubernat & regit. Adeuntes similitudinem ob eandem causam dicūtur patres, uel qui ex seipsis filios generant, uel qui subiectos pio moderamine & studio gubernant. Et quia talis tamque benignus & charitatiuus erga D nos est pater iste, non est diffidendum de eo quin nos exaudiat. Ad quē ideirco genua mea flecto, *ut det uobis secundum diuitias gloriæ suæ*, id est, secundum diuitem & copiosam largitionem abundantiæ maiestatis suæ, *uirtutem corroborari*, id est, constantiam fidei, quæ interius & exterius uos faciat robustos & fortes contra omnes tribulationes. Virtutem corroborari, *per spiritum eius*, id est, per spiritum gratiæ, per operationem spiritus sancti *in interiori homine*, id est, in anima quæ ab hostibus non potest attingi. Et ut hoc salubriter uobis tribuat, det *habitare Christum per fidem in cordibus uestris* secundum perfectionem uirtutum & cōstantiæ, & hoc per fidem de eo habitam, & perfectam. Sunt enim nonnulli hæretici fortes ad tolerantiam aduersitatum, sed non eis prodest. Vel det Christum habitare in mentibus & rationibus, eas illuminando. i. illuminet Christo habitatores rationem uestram, & hoc per fidem. Ratio enim non illuminatur ad intelligendum, nisi fides præcedat. Vnde scriptum est: Nisi credideritis, non intelligetis. Et in tantum illuminat rationem uestram, *ut in charitate radicati & fundati possitis cōprehendere cū oībus sanctis quæ sit latitudo & longitudo & sublimitas & profundū*. Vel secundū supiora sic pōt cōtinuari: Peto ne deficiatis, sed constanter perseueretis: uos dico, in charitate radicati & fundati. Radicati. i. firmiter plantati ad instar arboris, quæ quanto plus terræ figitur, tāto plus crescit, & huberius fructificat: & fundati sicut ædificiū, q̄d quanto fundius fundatur, tāto firmius in altum construitur. Radicati enim dicuntur, q̄ in actiua uita ſtrenui sunt, quibus charitas est radix: quia sicut ex radice crescit arbor, & crescens fructum ad utilitatem aliorum facit, sic illi qui sunt in actiua uita, ex charitate crescunt ad hoc, ut ferant fructum, siue corporalem uictum præbendo, siue spiritualem. Per fundatos autem intelliguntur contemplatiui, q̄a non crescunt in huiusmodi fructū aliorum, sed firmi & immori (prout est possibile) permanent in contemplatione diuina. Hoc est dicere. Siue sitis in actiua uita, siue in contemplatiua, manentes semper in charitate, possitis, id est, facultas sit uobis comprehendere, id est, cum rerum executione notitiam prendere, ut intelligere & facere ualeatis cum omnibus sanctis. non enim aliter sancti eritis, nisi hoc mysterium quod omnes sancti intelligunt, intellexeritis. Possitis comprehendere quæ sit latitudo prædicti ædificij, in quo uos ædificamini, id est, templi dei. Latitudo eius est amplitudo cordis sanctorū, qua cunctos diligunt, cunctisq; prodesse cupiunt, & prout ualent prosunt. Longitudo eius, quę & longanimitas dicitur, expectatio ē promissionum dei cum alacritate mentis. Sublimitas, uita cælestis inter angelos. Profundum autem, id est, fundamentū ędificij illius, fides est & baptismus, & cætera huiusmodi sacra- B menta ecclesiæ. Hæc ergo quatuor orat Apostolus, ut possimus intellectu & actu comprehendere. Vel de supernæ mansionis templo, id est, de perpetua regni felicitate possunt hæc intelligi. Aeterna enim gloria illius regni ita erit lata, quod nullus ibi coarctabitur: ita erit longa & continua, quod nunquam deficiet: ita erit sublimis & alta, quod omne terrenum bonum excedet: sic est profunda & admirabilis, quod nullius, hominis uox in præsenti ualet eam perfecte narrare, nullius q̄ mens ad plenum intelligere. Vel etiam in deo possunt hæc intelligi. Habet enim deus latitudinē, quia dilectionem suam usq; ad collectionem persequentium tendit. Habet longitudinem, quia ad uitæ patriam nos longanimiter tolerando perducit. Habet sublimitatem, quia ipsorum quoq; intelligentiam qui recepti in superna fuerunt congregatione, transcendit. Habet profundum, q̄a damnatis infernis, districtionis suæ iudicium comprehensibiliter exerit. Quæ. s. quatuor nobis in hac uita positis singulis exercet, quia & latitudinem amando, & longitudinem tolerando, & celsitudinē non solum intelligentiam nostram, sed etiā uota superando, & profunditatē suam exhibet, occultos & illiciros cogitationū motus districte iudicando. Sed eius celsitudo & profunditas q̄ sit incomprehensibilis, nullus agnoscit, nisi qui uel contemplatione ad summa prouehi, uel occultis motibus resistens, tentationum cœpta importunitate turbari. Sed & in cruce domini, & per crucem in moribus sanctorum possunt ista quatuor intelligi. Crux enim lata est in transuerso ligno, quo extenduntur pendentis manus: & significat opera bona in latitudine charitatis & hilaritatē mentis. Longa est à transuerso ligno usq; ad terram, ubi deorsum pedes q̄ figuntur, & significat perseuerantiam in longitudine temporis usq; in finem. Alta est in cacumine, quo transuersum lignum sursum uersus extenditur, & significat supernum finem, quo cuncta referuntur: q̄m cuncta quæ fiunt latitudine, propter altitudinē diuinorum faciendа sunt præmiorum. Profunda est in ea parte, qua in terra figitur. Ibi quippe & occulta est, nec uideri potest. Sed cuncta eius apparentia & eminentia inde consurgunt, sicut bona nostra de profunditate gr̄æ dei, quæ comprehendi ac dijudicari non potest, uniuersa procedunt. Profundum em̄ crucis est occulta uoluntas dei & incomprehensibilitas iudiciorum eius, unde ista gratia in hoīes uenit cunctos prueniens, & omnia bona prout uoluerit distribuens, alijs quidem sic, alijs uero sic, & alios eligens, alios respuens. Hæc em̄ omnia cur ita fiant, inscrutabile est. Sed orat Apostolus ut ista quatuor prout oportet ualeamus intellectu & operatione comprehendere, & hoc cum omnibus sanctis, quia omnes sancti comprehendunt q̄ sunt ista quatuor. Nam comprehensio istorum est quædam communio cęlestis reipublicæ. Et hoc etiam (inquit) oro, ut possitis scire charitatem Christi quam erga uos habuit & habet: quę tanta est, quod supereminet omni scientiæ, & exuperat oēm sensum: quia nullus sapiens est adeo in hac uita, qui possit perfectē tantam charitatem considerare. sed in futuro seculo scietur hæc charitas. Ibi enim plena & perfecta dilectio est sine ulla malorum tolerentia, quæ non fide credit quod non uidet, nec spe desiderat quod non tenet, sed in æternum ueritatis incommutabilem speciem contemplabitur, cuius sine fine quietum tempus erit laudare q̄d amat, & amare q̄d laudat. *Sic ergo detur uobis scire charitatem Christi supereminentem scientiæ* & præcellentē intellectum, & hoc ita, *ut impleamini in omnem plenitudinem dei*, non ut sitis plenus deus, sed ut perfectē sitis pleni deo, ut sit deus omnia in omnibus.

Ei autem qui potens est omnia facere superabundāter, quam petimus aut intelligimus, secundum uirtutem quæ operatur ī nobis, ipsi gloria in ecclesia & in Christo Iesu, in omnes generationes seculi seculorum, amen.

¶ Ego (inquit) genua mea flecto ad deum patrem, ut det uobis hęc oīa: sed ipse *potens est facere* & *superabūdanter*, id ē, ualde largius & affluctius q̄ *petimus aut intelligimus*, id est, ultra omnem petitionem & intelligentiam nostram potest ipse nobis abundantiam donorum largiri, *secundū uirtutem* gratię suę, *quæ operatur in nobis*, nonnulla etiam q̄ nemo peteret uel intelligeret. Vel secundum uirtutem quę operatur in nobis, id est, sicut potentia eius operata est in nobis apostolis magnifice dona, ita potens est facere oīnia in uobis pro quibus oramus. Et ei q̄ ista potest facere, & facier si uoluerit, *ipsi* sit gloria, non nobis, id est, excellens honor, & hoc *in ecclesia*, id est, in consideratione eorum quæ facit in ecclesia, scilicet fidem, innocentiam, iustitiam. & *in Christo Iesu*, id est, in respectu Christi, per quem hæc omnia fiunt, & in cuius iudicio & gratia iunctę hæc uniuersa. Et non ad horam sit ei gloria, sed *in omnes generationes seculi seculo-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rum, i. in futuro seculo quod constabit ex omnibus generationibus, quæ generantur in his præsentibus seculis. Seculum quippe seculorum æternitas est, cuius partes sunt tempora & oĩa secula. Potest etiam seculum seculorum, intelligi ꝑsens hoc seculum à principio mundi usq; ad finẽ simul intellectum, quod in multa secula diuiditur. Et in omnes gñationes istius seculi seculorum extendatur gloria, quam pater habet in Christo & in ecclesia, ut nulla generatio sit ab initio mũdi usq; ad eius terminũ, in qua nõ glorificetur deus per Chrĩ gratiam in filijs ecclesiæ. Nullum eĩ tempus transijt uncꝫ uel transibit sine electis, in qbus per Chrĩm glorificat pater. *Amen*. id est, uere uel fideliter. Hic tractatum suũ commẽdatione gratiæ, in qua & carnales obseruentias improbauit, terminauit Apostolus, & ad moralem exhortationem transit, dicens:

CAPVT IIII.

1. Cor. 7 OBsecro itaque uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportãtes inuicem in charitate, soli-
B citi seruare unitatem spũs in uinculo
1. Cor. 12 pacis. Vnũ corpus & unus spũs, sicut uocati estis in una spe uocatiõis uestræ. Vnus dñs, una fides, unum baptisma. Vnus deus & pater oĩm, qui super oẽs est, & per oĩa, & in omnibus nobis.

¶Hactenus de fide & gratia tractauit, & omnia gĩæ tribuenda satis monstrauit: nũc de moribus monet prius communiter omnes, post per singulos ordines. Quãdoquidem sola gĩa saluati estis, non ex operibus uel obseruantijs carnalibus, & habitaculum dei estis effecti, sicut ostensum ẽ superius, *itaque obsecro uos*, ut ita iã amodo uiuatis, quatenus tantam gratiam uobis collatã nõ amittatis. Et hoc est: Obsecro, id est, per sacra dona cæ lestis gĩæ quæ percepistis, rogo uos ego quem audire debetis, qa *uinctus* & incarceratus sum, nõ in furto, sed *in domino*. i. in amore dñi, uidelicet ꝓpter amorem eius, & propter nomen eius, in quo
Roma. 6 fixus permaneo. Et quia uinctus sum, compatiẽdum est mihi, non spernenda exhortatio mea. Obsecro *ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis*, id est, ut ambuletis digne fide qua per gratiam uocati estis, id est, ut ambuletis digne ad cælestẽ patriam. i. ut ambuletis prout fidem decet, qua uenietis ad cælestem gloriã. Ambuletis. i. promo-
Gene. 1 ueamini & perseueretis operando ea quæ conueniunt fidei ducentiad saiutem æternam. i. bona opera. Bona eĩ opera exigit fides uestra. Vel qa gratis adfidem uocati estis prædicatione mea, ambulate sic in fide & bonis operibus, ut ambulatio uestra prædicatiõi meæ conueniat. Hoc mõ poteritis digne ambulare, scilicet *cũ omni humilitate*. i. interius in corde habita, & exterius exhibita, scilicet ut nullateno uel in corde uel in uerbo seu in opere præsumatis de uobis, aut uos alijs præferatis: *& mansuetudine*. i. lenitate & tractabilitate, ut scilicet sicut mansueta animalia uos tractari permittatis, ut sitis familiares & affabiles. Humilis dr quasi humi acliuis. Mansuetus, quasi manu assuetus. Et multi sunt humiles, qui non sunt mansueti. i. lenes & tranquilli, sed in ipsa humilitate intermiscent quendam rigorem & seueritatem quasi pro iustitia. Ideo nunc Apostolus humilitati subnexuit mansuetudinem, ut qui fuerit humilis, studeat & mansuetus esse. Nec solum cum humilitate & mansuetudine ambuletis in uia dei, sed etiã *cum* omni *patientia*, qua patiamini tribulationes, ꝓ CHRISTO uoluntate & actu, quia quidam nõ patiunr aliquando uoluntarie. Quam patientiæ seruabitis *supportantes inuicem* uos. i. ut alter sustineat alterum in his quæ sunt grauia & aspera. Et hoc poteritis facere, si uicissim reputaueritis uos esse supportantes. i. inferiores. Non enim ille bene patit, qui se superiorem reputat. Et hanc uariam supportationem facite *in charitate*, ut uos inuicẽ tolerantes, diligatis uos inuicem. Sunt enim nonnulli qui eos incipiunt non diligere, à quibus eõ
D tumelias uel huiusmodi aduersa patiuntur. Sed non debet charitas relinqui propter aduersa quę patimur. Vel in charitate uos supportate. i. nõ ficte, nec propter terrenum commodum siue damnũ, nec propẽ timorẽ alicuius personæ potẽtis, nec propter importunitatẽ temporis, nec propẽ inanẽ gloriã, uel aliqd huiusmodi, sed propẽ solã dilectionem, ut sola dilectio sit causa tolerantiæ uestræ: & non irascimini, nec turbetur cor uestrũ in hora qua hæc patimini, sed ꝑmaneatis in charitate & animi lenitate. Vos dico, *soliciti seruare* Iohan. 14
unitatem spiritus, id est sitis inter aduersa quæ uicissim sufferetis, soliciti & curiosi inuiolabilem custodire unitatem spiritus, id est, unanimitatem uoluntatis, ut sit uobis cor unum & anima una, & Actu. 4
hoc *in uinculo pacis*, id ẽ, pax & concordia exterior sit quasi uinculum & nexus interioris unitatis spiritus. Vel aliter: Ingreditur enim Apostolus removere quoddam quod contrarium est charitati, uidelicet schisma, quod in eis tunc fuisse propter charismata non est dubitandum. Quoniam illi qui habebant charismata, despiciebant alios, & abrũpebant se ab eis, sicq; scismata erat inẽ eos. Qd ipse prorsus uult eradicare, dicẽs: Soliciti seruare unitatẽ spũs. i. solicite postponẽdo oĩe schisma seruetis qđ à uobis nõ habeatis, scilicet unitatẽ .i. quod uos estis facti unũ secm fidẽ, & alia dona seruetis, qa unitas illa est spũs, i. à spũ sancto uobis concessa, & ideo nõ est negligenda, sed studiose retinenda. Quam poteritis hoc modo seruare, uidelicet in uinculo pacis, id est, ut pax taliter inter uos habita, ut alius nõ inquietet alium, uinciat uos

in simul & conglutinet. Et sitis omnes *unum corpus* per unitatem fidei & concordiam, licet diuersis officijs uideamini diditi, sicut diuersa mẽbra corporis & sit uobis *unus spiritus*, id ẽ, una mens & uoluntas, sicut & unam remunerationem uitæ perennis oĩes speratis. Et hoc ẽ, *sicut uocati estis* à deo *in una spe uocationis uestræ*, id est, in una expectatione supernæ mercedis, ad quam uocati estis. Vel ideo seruare debetis unitatem spiritus, quia unũ corpus est de quo uos estis, id est, ecclesia quæ est una, & est corpus Christi. Vnum corpus fcẽm fidem & dilectionẽ & sacramentoꝝ perceptiõem. Et spiritꝰ Christi qui hoc corpus eius uiuificat, est unus. Multis enim mẽbris constat unum corpus, & uegetat oĩa mẽbra unus spiritꝰ. Ecce humano spiritu quo sum ipse hõ, mẽbra omnia colligo & uegeto. Impero oĩbus mẽbris ut moueant, intendo oculos ad uidendum, aures ad audiẽdum, linguam ad loquendum, manus ad operatiõem, pedes ad ambulandum. Officia membroꝝ disperti-
ta sunt, sed unitas spiritꝰ continet omnia. Quod spiritꝰ noster (id est, anima nostra) est ad membra nr̃a, hoc est spiritussanctus ad membra Christi, ad corpus Christi, quod ẽ ecclesia. Omnia eĩm mẽbra Christi cũ sint diuersis officijs dedita, uno tamen in spiritu Christi uegetãtur. Iam uero si membrũ præscinditur de corpore, nunquid sequitur spiritus? Nequaquam, & tamen membrum agnoscitur. Quia homo separatus ab ecclesia, sacramentum baptismi adhuc retinet, sed spiritum amisit. Cauẽdum ẽ ergo schisma, & seruanda est unitas. Non amittitur spiritussanctus qui non põt scindi, sed unus permanet: & eos qui unitatem custodiunt, replet: & hanc seruare debetis, sicut uocati estis in una spe æternæ gloriæ. Hæc enim fides uocationis est. i. fidei uestræ, hoc est, fides uestra ẽ causa spei uestræ, quia præcessit ipsa spem & dedit eam uobis. Quæ spes est una, quia unam uitæ æternæ gloriam expectat. Illa enim est una, quia licet alij sint ibi ut stellæ, alij ut luna, alij ut sol, oĩbus tamẽ sufficit quod habẽt. Quoniam illi qui nõ sunt in tam digna claritate, adeo sunt unita dilectione eĩ minoribus, ut hoc quod maiores habent, isti se habere reputent. Sic & uos in hac uita debetis facere, ut qui minus habent in charismatibus alijsq; donis, ex unione dilectionis reputent se habere quod maiores habent, qui ad eoꝝ utilitatem habẽt. Non enim in hac re debet alius inuidere alij, neq; alius aliũ despicere. Et ob hoc debetis etiam unitatem seruare, quia *unus dominus* omnibus uobis est Christus, qui uos manu misit & uiuificauit. Non enim habetis plures dominos, proquorum diuersis uoluntatibus uos oporteat discordare: sed unum, qui uobis unitatem præcipit. Vnitas enim nõ habet in se contrarietatem, sicut nec creator. Quod autem ab unitate separatur et extra unitatem ẽ, iam est contrarium & dualitas. Nam creator erat quidem unus, sed statim ut creatura successit, contrarietas processit. Seruanda ẽ igitur unitas, ut uni dño seruiatur. Quæ & ideo custodiri debet, quia *una fides* ẽ. Licet enim unusquisq; credentium suam fidem habeat, una tamẽ fides dicitur. Hæc enim in animo credentis est ei tantum cõspicua, cuius est, quamuis sit & in alijs non ipsa, sed similis. Non enim numero est una, sed genere. Propter similitudinem tamen ex nulla aduersitate magis unã dicimus esse quam multas. Nam & duos homines similimos cum uidemus, unam faciem dicimus & miramur amborum. Ita enim dicitur eadem credentiũ fides una, sicut eadem uolentium uoluntas una, cum & in ipsis qui hoc idem uolunt, sua uoluntas sit cuique conspicua: alterius autem lateat, quamuis idem uelit. Propter hoc etiam seruanda est unitas, quia *unum* est *baptisma*. Non enim põt iterari, sed à quocunq; datum fuerit, siue à bono, siue à malo, siue à catholico, siue ab hæretico iuxta morem ecclesiæ in nomine sanctæ trinitatis, scilicet & patris & filij & spiritussancti, tantundem ualet ad remissionem pctõrum & apertionem regni cælorũ. Sed ideo tenenda ẽ unitas, quia unus est deus in substantia sua. Non enim ẽ multiplex substãtia eius, sed una & simplex. Vñ & Moyses: Audi Israel, do- Deut 6
minus deus tuus, deus unus ẽ. Non potest esse maior, non põt esse minor, non põ enumerari. *Vnus est deus*, creator oĩum, qui & unꝰ *pater omnium est*, paterno affectu diligens omnia & gubernans: & ideo nemo põt se alteri præferre. Vnde dicitur iste pater, in eo quod unica affectione procurat omnia, sicut dulcis pater. *Qui est super omnes*, id ẽ præcellit omnibus creaturis, cuius dignitas nos iuuat: *& per omnia* diffusus, quia ubique ẽ: & ideo timendus, cum nusquam possit euitari: *& in omnibus nobis* ẽ per gratiam, qui unitatem seruamus. Per omnia enim ẽ potentia uirtutis suæ, & prudentia dispositiõis suæ, sed in nobis gratia bonitatis suæ. Vel super omnes ẽ dominando & regendo, & est per omnia, subministrando omnia bona quæ habent, & in oĩbus nobis collata beneficia seruando. Illud per, quod est ibi, per omnia, ordinale ẽ, ostendens quod si omnia nostra discusserimus, omnia ordine perambulando inuenietmus ab eo ministrata. Et quia omnibꝰ dominatur, & per omnia nostra est præter peccatum, & quia nobis illa conseruat, ideo solliciti esse debemus, ut quemadmodum ipse est unus, ita & nos unũ simus, & unitatem semper obseruemus.

Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est nisi quia & descendit primũ in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdã quidẽ apo- Rom. 12. Psal. 67. Iohan. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A stolos, quosdam aũt prophetas, alios ue ro euangelistas, alios aũt pastores & doctores ad cõsummationẽ sanctorum, in opus ministerij, in ędificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitate fidei & agnitionis filij dei in uirum perfectũ, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur oĩi uento doctrinæ in nequitia hoĩm, in astutia ad circunuentionem erroris.

¶ Nos quidem oẽs sumus unum corpus, & unitatem seruare debemus, sed non omnes æqualiter dona cælestis gratiæ percepimus. Nam *unicuique nostrum data est gratia secũdum mensuram donationis Christi.* Nam aliud donum gratiæ habet iste, aliud ille: & quod habet ille, non habet iste. Mensura ista est & diuisio quædam donorum, & concordia ibi unum corpus facit. Nam sicut in nostro corpore aliud accipit manus ut operetur, aliud oculus ut uideat, aliud auris ut audiat, aliud pes ut ambu B let, anima aũt una est quæ agit omnia, in manu ut operetur, in pede ut ambulet, in aure ut audiat, in oculo ut uideat: sic sunt etiam diuersa dona fidelium tanq̃ membrorum, ad mensuram propriam cuiq; distributa, sed una est Christi gratia quę distribuit. Propter quod non debent alij aljs inuidere, nec alij cõtra alios de donis superbire, quæ gratis dantur à Christo, & quę mensurat ille & modificat, sicut scit singulis expedire. Nam ad hoc uni multũ datur, ut per hunc multi, p moueantur alij: & ad hoc parum aljs, ut in omnibus erga omnes humilitatem conseruent. Et si Chũs meritur cuidam multum, ut multis aljs prosit, qui tm̃ non habent, tunc non est rectum carentes inuidere habentibus, sed potius debent reparare se habere quicquid maiores habent, quia ad eorum utilitatẽ habent. Nec illi qui habent, debent despicere nõ habẽtes, cum ad hoc habeant, ut nõ habentibus subseruiant. Ita ergo debemus in uaryjs donis quę accipimus, seruare unitatẽ, abraso omni schismate. *Propter quod* probandũ quod Chũs der diuersa dona, *dicit* spũs sanctus in psalmo: Ascẽdens in altum &c. Versa tamen ad Chm̃ locu- *Psal. 67.* tione, dicit psalmista: Ascẽdisti in altum, captiuaũsti captiuitatem, accepisti dona in hoĩbus. Nec moueat quod Apostolus non ait, accepisti dona in hoĩbus: sed dedit dona hoĩbus. Ille quippe autoritate apostolica scẽm hoc locutus est, q̃d deus cum patre est filius. Scẽm hoc enim dedit dona hoĩbus, mittens eis spũm sanctum, qui spiritus est patris & filij. Propheta uero scẽm illud, quod idem Chũs intelligitur in corpore suo, quod est ecclesia, unde & fideles cuncti mẽbra eius sunt, dixit eum accepisse dona in hominibus: quia ipse accipit, quicquid beneficij membris impenditur illius, unde dicturus est: Quando *Mat.25.* uni ex minimis meis fecisti is, mihi fecistis. Sed uideamus sententiam: *Ascendens in altum* cæli habitaculum Chris- C stus, *captiuam duxit captiuitatem*, idest, corruptionem nostram uirtute suæ corruptionis absorbuit: uel captiuam duxit captiuitatem, quia uicit mortem, quæ captiuos tenebat, in qbus regnabat. Vel eos qui in inferno tenebantur captiui, qui & captiuitatis nomine designari possunt, duxit secum ad regna cælorum. Nam sicut militia cum dicitur, intelliguntur qui militant, sic appellatione captiuitatis intelliguntur, q̃ in inferni claustris detinebantur capti. In hac quoque uita multi tenebantur à diabolo captiui in peccatis, q̃ & captiuitas similiter appelãtur, sed eos Christus feliciter captiuauit. Cur enim non sit captiuitas felix, si & ad bonum homines possunt capi? Vnde Petro dictum est: Ex hoc iam homines eris capiens. Captiuati ergo sunt, qua capti, *Luce. 5.* & capti, quia subiugati i. sub lene Christi iugum missi. Sed hoc confidendum, quia captiui & terrigenæ, patriam nostram æstimabimus hoc exilium. Sed dum à Christo ducimur ad regnum cælorum, nimirum captiuitas nostra beata captiua ducitur ab illo. His itaq; modis captiuauit captiuitatẽ, ascẽdens, ppria uirtute & uoluntate in altũ, non sustentatus auxilio cuiusquã alterius. D *Dedit* uero *dona hominibus*. qa misso desup. spiritu, alij *1 Cor.12* sermonem sapientiæ, alij sermonem scientiæ, alij gratiam uirtutum, alij gratiam curationum, alij genera linguarũ, alij interpretationẽ sermonũ tribuit. Non cũi singuli quiq; habent oĩa, sed hi illa, alij alia, sicut & supra dictum est, quãuis ipsum donũ à quo unicuiq; propria diuidantur, oẽs habeant, id est, spũm. Ista pars scientiæ q̃ dicitur, dedit dona hoĩbus, ualet ad ostendendũ quod Chũs secundum mensuram dedit unicuiq; nostrum gr̃am. Cætera uero dixit, ut sententia magis pateſceret, Ascẽdisse dixit eum propheta. Sed qd est quod ascendisse dictus est, nisi qa & antea descẽderat? Verbũ enim q̃d *Iohan.1.* in principio erat deus apud deum, q̃ ascenderet, uel quo ascendere posset, nisi prius descendisset? Erat em̃ superoĩa, uel potius erat ubiq;. Sed descendit quãdo formam accepit. Descẽdit in partes terræ (quę sunt aerea) inferiores, ut inter homines cõuersaretur. Diuinitate descendit ad nos, sed humanitate quã assumpsit, ascendit ad eos. Et hoc est q̃d eum Apostolus descẽdisse probat per hoc, q̃d dictus est ascendisse, dicens: *Quod aũt ascendit, qd est nisi qa descendit primũ in inferiores partes terræ?* id est, quo uel quare dictum est quod ascendit, nisi respectu præcedentis descensionis? Possunt inferiores partes terræ intelligi loca inferorum, in quibus tenebantur sancti. Et illuc scãm animam descendit Christus, non ruinam uel præcipitium seu uiolentiam passus, sed ipsa tanea uoluntate misertus, descẽdit in illas inferiores partes terræ, ut inde suos oĩes potenter educeret. Primum quidem illuc descendit, ac deinde resumpto corpore ascenditm cælum. Et ne uideretur alicui quod alia persona esset ascendens, & alia descendens, addit: *Qui descendit* secundum diuinitatem, accipiendo humanitatem, *& q ascendit* secundum humanitatẽ, quo nunquam prius fuerat humanitus, *ipse est* una & eadem persona. Ascendit non solum *super omnes cælos* materiales, sed & sup omnes cęlestium uirtutum ordines, superans loco et dignitate omnem creaturam, *ut adimpleret omnia* quæ de eo fuerant prophetata. Nondum enim omnia de eo fuerant adimpleta, quando ille nec dum iuxta humanitatem in dextera paternæ gloriæ consedebat regnans in æternum. Vel omnia donis suis adimpleuit ascendens, ut etiã angelicæ creaturæ, quæ ante erãt impletæ, adimplerent i. promotionem quandam acciperent. Nam non solum homines, sed etiam angeli promoti sunt ascensione eius. Vel omnia adimpleuit, id est, rationalem creaturam perfecte ad integrum impleuit, hoc est, humanum genus & numerum angelorum. Nam in restauratione hominis supplebitur numerus angelorum, qui diminutus erat casu rebroborum spirituum. Sicq; complendo numerũ electorum ex angelis & hominibus, adimplet omnia. Vel omnia regna mundi adimpleuit suo cultu. Fit ut omnia adimpleret, *dedit ipse* nobis ad eruditionem quatuor regentium ordines, scilicet *Iohan. 2.* *quosdam quidem esse apostolos*, sicut Petrum & Andream, cæterosq; tales, qui omnibus aljs maiores erant, habentes officium prædicationis, & per se tradentes aljs, quorum nunc locum apostolicũ D & primates & archiepiscopi tenent in ecclesia. *Quosdam autem* dedit esse *prophetas*, qui uentura prædicerent etiam sub nouo testamento, sicut Agabum sibiq; similes. Quorum locum nunc tenent, qui scripturas interpretando, prænunciant per eas cæteris futura gaudia, malorumq; suppliacia. *Alios uero* dedit *euangelistas*, sicut Lucam & cæ- *Actu. 6.* teros, qui euangelium ad posteros scriptum trãsmiserunt, uel etiam qui euangelium prædicabãt, & officium ministrandi pauperibus habebant, ut septem diacones sub apostolis. Vtrunque enim uictum præbebant, & spiritualem & corporalẽ. Similiter adhuc deberent agere omnes diaconi. Inde est etiam quod hodie in Missa legunt euãgelium. *Alios autem* dedit *pastores & doctores*, sicut episcopus uel presbyteros. Pastores enim & doctores unum regentium ordinem intelligimus, quia gregem dei ipse ueraciter pascit q docet. Et ideo non dicitur distincte, alios autem pastores, alios uero doctores, sed dicitur coniuncte, alios autem pastores & doctores, ut intelligerent esse officiũ suam doctrinam. Vnde & per prophetam Deus promisit: Dabo uobis pastores iuxta cor meum, & pascent uos scientia & doctrina. Si quid tamen differentiæ in his duobus esse potest, pastores dici uidentur respectu ouium, id est, simplicium & hebetum: doctores autem respectu eorum, qui iam sunt eruditi & rationabiliter intelligere possunt. Omnibus istis dedit Christus hæc uaria dona ad institutionem ecclesiæ. Vnde nullus eorũ de acceptis donis superbire debet contra eos qui non habent, uel se ab eis scindere, sed potius saluti eorum seruire. Nec minores debent eis inuidere, sed eos ut patres uenerari & diligere. hos enim dedit saluator *ad consummationem sanctorum*, id est, ad hoc ut eos qui iã sancti sint, cõsummẽt & perficiant in sanctitate. sut eos qui sancti sunt secundum remissionem peccatorum & innocentiam A atq; bonorum operum inchoationem, promoueant & consummẽt secundum augmentum uirtutis & perseuerantiam, & dedit eos *in opus ministerij*, ut unusquisq; plene possit facere opus ministrationis sibi creditæ. Si enim unus faceret oĩa, non perfecte ageret singula. Ideo unusquisq; opus ministerij cui deditus esset, accepit. Et quo tendit hoc ministerium uniuscuiusq; eorum? *in ędificationem corporis Christi*, id est, in hoc ut corpus Christi, quod est ecclesia, ædificetur, siue in uirtutibus, siue in conuersione infidelium ad fidem. Hæc est enim domus (quæ sicut Psalmus ca- *Psal.126* nit) ædificatur post captiuitatem, quoniam de illis qui à diabolo tenebantur captiui, ædificatur ecclesia, quæ & domus & corpus Christi est. Tales prælatos dedit Christus ecclesiæ, & tam diu dabit, *donec occurramus omnes*, id est, donec omnes qui modo sumus in una & non discrepanti fide, & in una & non discrepanti agnitione filij dei, occurrámus nobis inuicem in die iudicij de diuersis mundi partibus, uel ipsi Christo, quasi desiderio currentes ad gaudium, *in uirum perfectum*, ut unusquisque sit uir perfectus: quia siue claudus modosit aliquis, siue cæcus, siue quolibet membro careat, in resurrectione perfectionem omniũ B membrorum habebit, *& in mensuram ætatis plenitudinis Christi*, id est, ut nec infra, nec ultra iuuenilẽ formam resurgamus, sed in ætate & robore, ad quæ Christum hic peruenisse cognouimus, id ẽ, in ea meta ætatis, usque ad quam naturaliter crescit homo, & ultra quam nil ei naturaliter accrescit, in qua & saluator habuit plenitudinem annorum & corporis, cum de hoc mundo transiret. Non autem mensuram staturæ, sed mensuram ætatis plenitudinis Christi. Neque enim fas est dicere, cum resurrectionis tempus aduenerit, accessuram corpori alicuius eam magnitudinẽ quã nõ habuit. Si autem dixerimus ad dominici corporis modum etiam quorumcumq; maiora corpora redigẽda, peribit de multorum corporibus plurimum, cum ipse nec capillum periturum esse pmiserit. Restat ergo ut suã recipiat quisq; mensu- *Luce.21* rã, quã uel habuit in iuuẽtute, etiã si senex obijt: uel fuerat habiturus, si est ante defunctus. Vel sic: Prælatos dedit Christus in ecclesia, q sibi aljs aljs succedentibus perdurent, donec occurramus omnes in uirum perfectum, id ẽ, donec ita conueniamus & cõiungamur oẽs secundum charitatẽ, ut nimus & cõiungamur oẽs secundum charitatẽ, ut simus uir pfectus. Perfectus uir dicit q̃niam nullũ membrorũ suorũ crescit secundũ quantitatẽ. Non est em̃ perfectus, donec habeat ubi crescat. Sic ecclesia tũc erit in statu perfecto, cũ iam nullũ mẽbrorum suorũ per successionẽ poterit excrescere. Crescit enim quotidie manus, quando uno mortuo qui necessaria ministrabat fratribus, succedit alius hoc idẽ faciens, & sic de cæteris mẽbris. Sed postq; numerus electorũ cõpletus fuerit, tũc istud successionis cremẽtum cessabit: quoniam tũc erimus uir pfectus, qa nullum membrorũ iam crescẽ di locũ habebit, quoniã completus erit numerus

Universidad de Deusto
Biblioteca

omniũ donec occurramus in uirũ perfectũ, i. donec ecclesia efficiat uir perfectus: hoc ẽ, qñ omne membrũ ecclesiæ suã quantitatẽ habebit. Occurramus oẽs, & ita occurramus, ut nullũ membrũ remaneat q̃d suã quantitatẽ nõ recipiat. Per hoc quod dicit, occurramus, & nõ, conueniamus, ostẽdit qd̃ multũ erimus proni & prompti ad ipsam dilectionem. Currere em̃ maiorẽ uelocitatẽ notat, q̃ uenire. Hoc totũ rale est: Tã diu dabit doctores & pastores, q̃ diu erit necessa. iũ. i. donec ecclesia efficiat uir perfectus, cui nihil desit, & nihil post addendũ sit in numero uel uiribꝰ. Et hoc erit qñ occurremus in mensuram ætatis plenitudinis Christi, i. quando ætas mensurata à Christo, erit plena. Mensura erit plena, qñ Chr̃us ipse in corpore suo plenus erit, omnes habens, qui nũc p singulos crescit, & oẽs in eo immortales & beati erunt. Et ultra nõ erit necessaria prælatio, neque durabit amplius, quæ mõ necesse est ut pmaneat usq; ad illum terminũ. Et ideo nõ est grauiter ferẽda quæ cito transibit: Ob hoc autem in uirũ perfectũ occurremus, quia manemus *in unitate fidei* .i. unam, non uariam fidem habemus de filio dei: & quia manemus in unitate *agnitionis filij dei*, id est, q̃a agnoscimus, id ẽ, intelligimus idẽ de filio dei.

B Hoc est dicere, quia credimus & intelligimus idẽ de filio dei. Illi em̃ nõ occurrẽt in uirũ perfectũ, q̃ idem non credunt in ecclesia, & idem nõ intelligunt. Illi uero nõ tendunt ad idem intelligere, qui schisma uolũt in ecclesia facere. Vel Chr̃o (sicut supra dictum est, occurremus uenièti ad iudiciũ, & gaudentes eum excipiemus: nos dico, qui nunc sumus in unitate fidei i. qui tenemus unam fidem trinitatis & unitatis dñinæ, qui sumus in unitate agnitionis filij dei, i. qui unam & concoidem in fide tenemus agnitionem filij dei, credentes eum incarnatum & passum ac resuscitatũ & exaltatũ. Ad hoc em̃ nobis dati sunt prælati, *ut iam* post tẽpus gratiæ, post acceptionẽ spũalis doctrinæ *non simus paruuli* sensibus, sed prouecti in sapiẽtia: & nõ simus *fluctuantes*. i. titubantes nostra debilitate in bonis operibus, seu dubitantes in fide: non simus fluctuãtes inẽ undas tentationũ, sicut nauis tẽpestati exposita, sed firmi & immobiles. & ut õn *circũferamur*. i. non in gyrum erroris feramur *omni uento doctrinæ*. i. oĩ flatu inanis dogmatis. Doctrina em̃ prauoꝝ & hęreticoꝝ, est quasi uentus tempestatis aut turbinis: quia flatum mentis euertit, & in uertiginem erroꝝ ducit, atq; leuis ẽ & uana, nõ habens pondus ueritatis, ideoq; prudenẽ cauẽda est. Doctrinæ dico, manentis *in nequitia hominũ*, qm̃ nequitia hominũ ẽ sedes peruersæ doctrinæ. Nã hæresis non est nisi in anima subdita peccatis: quia peccata cõmissa, sunt clausæ, ut deus pmittat eos corruere, in barathrũ hæresis. Quæ seductiõis doctrina manet etiam *in astutia*. Astutia denotat, si dici põt dolosa sententia, quoniam in ea manet doctrina hæresis, quia ipsius causa est & fundamẽtum. Astutia dico, tendente *ad circũuentionem erroris*, id est. studente ut circumueniat incautos & ducat in errorem. Nam per dolositatis & astutiæ fraudem solent hæretici multos decipere. Sed ab his tuti sumus per doctrinam ueritatis, quam prædicant prælati ecclesiæ. Apostoli enim & prophetæ noui testamenti qui exponunt scripturas, redduntnos nõ paruulos, sed fortes ad intelligẽdum. Per Euangelistas qui euangelium prædicãt, C efficimur non fluctuantes in fide, sed certi. Per pastores & doctores fit ut non circumferamur oĩ uento doctrinæ, sed constantes simus in fide & proposito religionis nostræ.

Veritatem autem facientes, in charitate crescamus, in illo, per omnia, qui ẽ caput Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundũ operationem in mensuram uniuscuiusq; membri, augmentum corporis facit in ędificationem sui in charitate.

¶Non circũferamur omni uento doctrinæ, sed *facientes ueritatem*, id est ueram argumentationẽ, contra astutiam illorum, id est, aduinentiões ueras & firmas, & rationabiles contra illos qui hæresim uolũt inducere, *crescamus in illo per omnia* quę habemus, id ẽ, in omnibus quæ iam percepimus, scilicet in innocentia, humilitate, patientia & cæteris uirtutibus augmentemur, & hoc fiat *in charitate*. Vel faciamus ueritatem, id est, bene operemur secundum doctrinam mandatorum dei, de quibus dicit: Omnia mandata tua ueritas, & hoc nõ in hypocrisi uel intimore faciamus, sed in charitate, ut sola charitas nos faciat hæc agere. Et ita crescamus & proficiamus per omnia bona quæ habemus, tam sensuum mẽtis q̃ & operum bonorumq; at uerborum, in illo *qui est caput* nostrũ. id est, prouidens nobis & regens nos. Et quis est ille? *Christus*, id est, rex noster, siue pontifex. Et in isto atq; sub isto capite debemus semper crescere & augmentari per omnia, ut sequamur eum ut mẽbra caput, & in eo maneamus qui se nobis habitaculum dedit, dicens: Manete in me. Dehinc A postolus metaphoram capitis & membrorum prosequitur, ostendens quod nullus fidelium in aliquo bono possit crescere, nisi adhærcat capiti Chr̃o, sicut & in humano corpore si membrum aliqd̃ à capite suo abscindit, iã nõ crescit, sed marcescit. Et hoc ẽ: *Ex quo* capite Chr̃o fit quod *totum corpus*, id est tota ecclesia secundum omnia ẽ *compactum*. i. coniunctũ unanimitate fidei, & *connexum* uinculis charitatis. Et ita est ex fide compactum & charitate connexum, quod si eamus *per omnem iuncturam* membroꝝ, inueniemus ibi esse omne, s. quia pes cõiunctus est nõ solũ cruri, sed eiã manui & capiti, & cæteris omnibus membris. Et sic inuenit ibi oĩs iunctura, quia & iunctura pedis ad crus, & cruris ad manũ & caput, & ita in cæteris. Quæ iunctura est *subministrationis*, q̃ pędẽtibus

A electionibus subministrãt atq; sibi subiungunt p ossicia sacerdotum ñ, qui siunt ecclesiæ membra. Subministrationis dico, digne existentis *scdm operationem*, quia ille digne subnexus est pędentibꝰ ecclesiæ membris, qui bona q̃ potest, operatur. Et hæc operatio est *in mensuram uniuscuiusque membri*, quia unusquisq; iuxta modum suum operat bona, & per hæc crescit usq; ad mensuram quantitatis suæ. Vnusquisq; enim scdm ea q̃ operatur, magnus aut paruus dr̃. Vel iũctura hæc est subministrationis, id est, ad hoc ut alius subministret alij. Ad hoc enim sunt iuncti in ecclesia fide & charitate, ut sicut in nr̃o corpore oculi puidẽt pedibꝰ, sic illi qui in ecclesiæ corpore sunt oculi, prouident illis qui sunt pedes, & sic cætera membra uicissim faciant. Quæ subministratio scdm operationem fit, ut ministret alius alij, scdm ea q̃ operari potest, id est, in tantum subseruiat, in quantum ualet operari. Illi aũt recusant in ecclesia ministrare uel ministrari, quia schisma uolũt facere. Et qd est aliud in ecclesia schisma facere, quã dissoluere quod Christus compegit & connexuit? Hæc aũt operatio fit in mensuram uniuscuiusq; membri .i. scdm quod unumquodq; membrum põt operari. Et ita corpꝰ istud compactum & cõnexum, dum membris membra subministrant uel submiB nistrant, *facit augmentũ corporis*. i. suũpsius. i. augmentat illos in uirtutibus & numero, q̃ iam sunt corpus. Et hoc facit *in ędificationem sui* i. ut se ędificet, & se templum dei cõstruat, ponens sp̃ in ędificio sui quoscunq; potest cõuertere. Et hoc totũ facit *in charitate*, quia propter solã charitatem ponit illos in ędificio dei, & in charitate docet permanere & operari. Econtrario autem faciunt qui schisma gñant, & hoc sacrum corpus minuere conantur, & ędificiũ cæleste destruere. Aliter quoq; põt intelligi q̃ dictũ est, in mensurã unjuscuiusq; membri augmentum corporis facit. Augmentat enim corpus ecclesiæ proficiendo in mensurã uniuscuiusq; membri, ut unumquodq; mẽbrum in quantum crescere debet, intim crescat per successiõnem. Crescunt oculi in hoc corpore, dũ uno doctore mortuo, crescit & succedit ei alius. Nõ tñ dicunt̃ diuisi oculi, quia non efficiunt̃ plures, sed augmentantur. Vnus enim sp̃ episcopus in ciuitate p̃est, & nõ plures. Et ita de cæteris sentiẽdum. Cũ aũt ista successio & ędificatio peracta fuerit, tunc completa erit mensura ætatis plenitudinis Chr̃i.

Hoc igitur dico & testificor in dño, ut iã nõ ambuletis sicut & gẽtes ambulãt in uanitate sẽsus sui, tenebris obscuratũ habentes intellectũ, alienati a uita dei p̃ ignorantiã, q̃ est in illis, ppter cæcitatẽ cordis ipsoꝝ: qui desperantes se metipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationẽ immũditiæ oĩs in auaritiã.

¶ Admonet ut caueant ab antiqua consuetudine gentilitatis. Quasi dicat: Quandoquidem tanti capitis mẽbra estis effecti, *igitur hoc dico*, & suadeo uobis, ut ultra nõ uiuatis more illoꝝ, qui ad hoc caput non pertinent. Nõ obsecro nunc ut superius, sed dico, i. doceo & autoritate mea uereꝝ neq; tiam inhibeo, *& testificor*. i. testem me huius rei facio *in domino* .i. in confirmatione ueritatis domini & æquitatis eius, uel testificor in domino .i. sub testimonio dñi affero. Hoc scilicet dico, *ut iam* post conuersiõem uestram *non ambuletis* sicut ambulastis .i. non operemini sicut prius operabamini, *sicut & gentes* quæ nunc sunt, *ambulant* euntes *in uanitate sensus sui*, id ẽ, habentes sensum uanitate plenũ: quia non cogitat mens eorum, nisi de transitorijs quæ sunt uanitas, ut scriptum est: Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Quia ergo nihil sapiunt et Eccl. 1. nihil appetunt nisi caduca & tẽporalia, ambulare dicuntur in uanitate sensus. Et naturalem *intellectum* rationis habent *obscuratum* & hebetatum *tenebris* peccatorum: & ideo, minus mirum de illis si ambulant in uanitate, quam de uobis, qui estis illuminati, & internæ lucis radijs illustrati. Prætcrita enim peccata sic obscurauerunt intellectum mentis eorum, ut non possit exercere uim propriam, id est, uim discretionis. Et quia ambulãt in uanitate sensus, ideo sunt *alienati à uita dei*, id est, à uita quæ in deo est, à uita quæ deus est, id ẽ, separati à deo qui est uita animæ, & cui adhærere uita ẽ. Nam sicut uita corporis humani anima est, sic uita animæ deus est. Vel scdm alios codices, alienati sunt à uita dei, & hoc fit per *ignorantiam quæ est in illis* pmanens. Ignorãt em̃ gl'am uitæ cælestis & uiã iustitiæ, q̃ ducit ad illam: ideoq; alieni remanent utriusq;, & illa ignorantia locum in eis habet *propter cæcitatem cordis ipsorũ*, quia ad aspectũ ueri luminis oculos cordis apertos non habent, quos euangelicæ prædicationi clauserunt, ideoq; iure cæcati sunt. Anima enim recedens à luce iustitiæ, quanto magis quærit qd̃ contra iustitiam inueniat, tanto plus repellitur à lumine ueritatis, & in tenebrosa demergit. Hoc aũt diuersum est ab eo quod dixit, tenebris obscuratum habentes intellectum: quia illud accipit de obscuritate peccatorum, istud autem de cæcitate ignorantiæ. Et re uera sunt cęci: *qui* de uenia & salute prosua turpitudine *desperantes*, id ẽ, diuitiarum supernæ gratiæ præmium nõ sperantes, nullo cogente, sed sua sponte *tradiderunt semetipsos impudicitiæ*, quæ fit in consanguineas, id est, sic ex toto tradiderunt se libidini seruos, ut nec à consanguinearum concubitu abstinerent. Ipsi dico, cadentes *in operationem immunditiæ omnis*, id est, in hoc deuoluti, ut operentur omnimodam carnis immunditiam, siue in semetipsis, siue inuicem, siue in pecudibꝰ. Et hoc faciunt euntes *in auaritiam*, id ẽ, in insatiabilitatem: quia sicut auarus nunquam reputat se satis habere, ita nunquam isti perueniunt ad fornicationis saturitatem. Vel ita distinguam: Delapsi sunt in operationem immunditiæ, quia seipsos inquinãt uoluptatibus carnis, tendentes oĩes in auaritiã, id ẽ, in immoderatum amorem habendi, siue ambiendo honores, siue quamcunq; pecuniam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Vos aũt nõ ita didiciſtis Chm, ſi tñ illũ audiſtis, & in ipſo edocti eſtis, ſicut ẽ ueritas ī Ieſu. Deponite uos ſcd'm priſtinã conuerſationẽ ueterẽ hominẽ, q corrũpitur ſecũdũ deſideria erroris. Col. 3.

¶Gentes quæ excæcatæ ſunt, ambulãt in huiuſmodi operibus: ſed *uos* non debetis taliter ambulare, q̃a *non ita didiciſtis Chriſtũ*. i. nõ ita percepiſtis à prædicatoribus notitiã Chriſti & doctrinæ eius, ut in eas ſicut gẽtes in erroribꝰ turpiter ambulãt, ambuleris. Didiciſtis dico, ſed *tamen* hac conditione, *ſi illum audiſtis*. i. ſi prædicationem quæ de eo fit, intellexiſtis, uel eum interius loquentem audiſtis. Loquit enim Chrus homini, cum rationẽ eius intrinſecus illuminat & excitat. Homo uero audit, cum intelligit ad quid ratio eius excitet, & facit quod ſibi diuinitus ſuaderur. Et iterum hac cõditione dico, ſi *in ipſo edocti eſtis*, ut ſciatis ea quę ſcire & quæ agere in eius religione debetis. Si in ipſo edocti eſtis, *ſicut in Ieſu*. i. in ipſo *eſt* perfecta & integra *ueritas* ſine ulla admixtione falſitatis, ueritas fidei & bonæ operationis & ſapientiæ & ſalutationis. Ideoq̃ ueraciter bona debent eſſe opera eorum, qui in eius ſcholis diſcere coperunt, & ueritatem æternæ ſalutis in eo adipiſci cupiunt. Et B quæ ſit illa ueritas in Ieſu, ſubiungitur ſcilicet deponere *uos ueterem hominem*. i. ut ueraciter, nõ ſimulatorie deponatis ueterem hominem, non ſecundum ſubſtantiam quam traxiſtis de Adam, ſed *ſecundum priſtinam conuerſationem* ueſtram, quæ erat in ueuſtate primi hominis. i. ſecundum priores actus prauitatis ueſtræ. Deponatis ueterẽ hominẽ. i. imaginem & conformitatẽ ueteris hominis, cuius uitæ conformitas ducit ad uetuſtatem & corruptionem. Veterem (inquam) hominem deponatis. i. oẽs prauos actus qui defluxerunt ab eo, et prauos mores eius. *Qui* ſcilicet homo iure deponitur, quia *corrũpitur* in ſuis delectationibus, uel carne uel ſpũ, ſiue utroq̃. Corrumpit non ſolum ſecundũ opera, ſed etiã *ſecundum deſideria* quæ ſunt *erroris*. i. error ſuadet illa, non ueritas domini Ieſu. Et ideo ſi uere deponitis hunc hominem, deponite etiam deſideria eius quæ ueniunt ab errore, uel ducunt in errorem.

Roma. 6 Renouamini ſpũ mentis ueſtrę, & induite nouum hominẽ, qui ſecundũ deũ creatus ẽ in iuſtitia & ſanctitate ueritatis.

¶Non ſolũ deponere ueterẽ hominẽ debetis, ſed etiã *renouamini*. i. ad id qd retro ẽ nouamini. i. ad priorẽ nouitatẽ buã habuit pater ueſter Adã, *Gene. 1.* quãdo creatus fuit ad imaginẽ creatoris. In mẽte aũt & ratione & intelligẽtia qua deũ cognoſcere poſuit, factus ẽ ad imaginem dei. Sed peccãdo inueterauit, & deformis ac decolor facta ẽ hæc imago. Vnde nũc ſectando iuſtitiam renouat & reformatur. Propter q̃ cum dictũ eſſet, renouamini, C ſubiunctũ eſt, *ſpũ mentis ueſtræ*, ut in mente intelligat fieri iſta renouatio. Quod enim ait, ſpũ mẽtis uſtræ, non ibi duas res intelligi uoluit, q̃ſi aliud ſit mens, aliud mẽtis ſpũs, quia oĩs mens ſpũs eſt, nõ aũt oĩs ſpũs mens eſt. Nam & deus eſt ſpũs, qui *Iohan. 4.* nec renouari nec uteteraſcere põt. Dr etiam ſpũs in hoĩe, qui mens non ſit, ad quẽ pertinent imagines ſimiles corporę. de q̃ dicit alibi: Si aũt oraue- *1. Cor. 14* ro lingua, ſpũs meus orat, mens aũt infructuoſa eſt. Hoc enim fit, qñ id quod dr, non intelligitur: q̃a nec dici poteſt, niſi corporaliũ uocum imagines ſonos oris in ſpũs cogitatione pueniant. Sed & hoĩs anima dr ſpũs. Eſt etiam ſpũs pecoris. Ventus qui res eſt apertiſſime corporalis, uocat ſpũs, ſuxta illud. Dixit, & ſtecit ſpũs procellæ. Quia ergo tot modis dr ſpũs, ſpm mẽtis dicere uoluit eũ ſpm qui mens uocat. Et in hoc iuberut etiam poſt nouationem baptiſmi q̃tidie renouemur exercitio diuini ſeruoris. Mẽs enim q̃ igne ſuperni amoris excoquit, ſp in ſe ſeruat claritatẽ pulchritudinis q̃tidiana innouatione ſeruoris. Neſcit enim mẽs per corporem inueteraſcere, quæ ſtudet per deſiderium ſemp inchoare. Sic ergo renouamini ſpiritu mentis ueſtræ. Et ut ita poſſitis renouari, *induite nouum hominem*, id ẽ, accipite uelut indumentum conformitatem conuerſationis Chriſti, quę uos undique ſic cooperiat, ut nihil in moribus ueſtris appareat, niſi ſimilitudo operum quæ Chriſtus egit. *qui creatus eſt* non ſecundum operationẽ carnalis concupiſcentiæ, ſed *ſecundum deum*, id eſt, ſola uirtute dei & potentia ſpũſſancti conceptus eſt, ac per hoc immunis à labe originalis peccati. Creatus, id eſt, conceptus eſt *in iuſtitia & ſanctitate ueritatis*. i. in uera iuſtitia ac uera ſanctitate, non in peccatis, ſicut cæteri homines, non præſeruati ſpeciali dei priuilegio. Iuſtitia & ſanctitas ueritatis non ſolum in conuerſatione, ſed in creatione eius fuit, ad diſtinctionem eorum q falſam iuſtitiam & ſimulatam ſanctitatem habent. Et ideo induendus eſt uobis. Poteſt eſſe ordo, Induite nouũ hominem in iuſtitia & ſanctitate ueritatis. Sic eñ induitur Chriſtus. Iuſtitia eſt obſeruatio præceptorum dei. Sanctitas uero eſt, iuxta Dionyſium, omni inquinatione libera & incontaminatiſſima & perfectiſſima puritas. Et hę pro modulo noſtro ueraciter in nobis eſſe debent, ut nouus homo nis nouitas ſit nobis indumentum.

Propter quod deponentes mẽdaciũ, loquimini ueritatẽ unuſquiſq̃ cũ proximo ſuo, qm̃ ſumus inuicem mẽbra. *Pſalm. 4.* Iraſcimini & nolite peccare. Sol nõ oc- *Iacob. 4.* cidat ſup iracundiam uã. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam nõ furet: magis aũt laboret, operando manibus ſuis quod bonũ eſt, ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti.

C Deponere ueterem hominem debetis, & induere nouum. *Propter quod* quod agẽdum, agite ſequentia. Nam quia uetus homo deponendus ẽ,
Sapien. 1 deponite *mendacium*. i. deſiſtite mentiri, quia os q̃d mentitur occidit animã. Quia uero nouus ẽ induendus, *loquimini ueritatem*, quod ad nouum pertinet. Loquimini ueritatem *unuſquiſq̃ cum proximo ſuo*. i. cũ quolibet homine. Proximus eñ eſt oĩs homo, quia ex uno parẽte ſumus oẽs geniti. Omnesq̃ proximi ſumus conditione terrenæ natiuitatis. Et aliter: Spe cæleſtis hęreditatis debes proximum tuũ putare omnẽ hominem, & anteq̃ ſit Chriſtianus. Nõ eñ noſti qualis futurus ſit apud deum, qui modo uel iudæus eſt, uel hęreticus, uel paganus. Forte eñ per miſericordiã dei, ita cõuertetur, ut inter ſanctos primum locũ habere mereatur. Et ſecundũ hãc ſpem quaſi membrũ eccleſiæ æſtimari poteſt. Nam ideo loqui debemus alter alteri ueritatem, *quoniam ſumus inuicem membra*, ut uiciſſim ſeruiat alter alteri, & diligat eum ſicut ſe. Deponite ueterem homin. ẽ Si aũt contigerit, D us uos aliquid adhuc uetuſto more agatis, *iraſcimini* inde uobiſmetipſis, agite pœnitẽtiam, & ulterius peccare deſiſtite. Quid eſt eñ pœnitens, niſi homo iraſcẽs ſibi? Vt accipiat ueniam, de ſeipſo exigat pœnã. Poteſt & prælatis iuberi, iraſcimini uitijs delinquentium. i. leueritatem in corrigẽdo exhibete, & *nolite peccare*. i. nolite in hoc nimis diſtricte agere, ne modum excedendo peccetis. Vel omnibus etiã ita dici poteſt: iraſcimini. i. ſi forte iraſcimini. i. ſi ſurgit motus animi qui iam propẽ pœnã peccati non ẽ in poteſtate, nolite peccare. i. ſaltem non ei cõſentiat mens & ratio. Et ſi cõtigerit iraſci, *non occidat ſol ſuper iracundiam ueſtram*. i. nõ teneatis eã diu, nec in craſtinũ reſeruetis, ſed ante ſolis occaſum eijcite illam de corde ueſtro. Iracũdia eñ dicit quali ira abſcondita, quia ſcilicet diu tenetur in animo. Sed aliter melius intelligit hæc ſentẽtia: quia noſter ſol Chriſus eſt, qui ueritas, & ſapientia & iuſtitia eſt, cuius luce anima humana illuſtratur. Sed hanc lucem deſinit mens uidere, cum perturbatione iracundiæ fuerit tanq̃ nubilo ſuperata. Et tunc quaſi occidit ſuper iracundiã hominis ſol, quia cum menti iracundia confuſionis tenebras incutit, huic deus radium ſuæ cognitionis abſcondit. Propter quod multũ cauenda ẽ iracundia, per quã lux ueritatis amittit. Qua amiſſa princeps tenebrarũ diabolus locum in homine ſibi inuenit. Vnde ſequit: *Nolite locũ dare diabolo*. Iratus eñ mala cogitat, & ſic ſe diabolo ingerit atq̃ pandit, ut cogitata perficiat. Pandit oſtiũ cordis, & hoſtẽ ſinit intrare. Sed uos nolite ei locum dare, quærẽti per ſuggeſtionem maloꝝ inuenire locũ conſenſus aut delectationis in uobis. Qui eñ ſuggeſtionibus eius cõſentit, dat ei locum in ſe. Claudendum eſt cordis oſtiũ, ne tentator ingrediatur. Tentator nõ ceſſat pulſare, ut irrumpat. Si clauſum inuenerit, tranſit. Quia ergo in ueſtra poteſtate ẽ hoc oſtium claudere, nolite locum dare diabolo. Etenim ſi intrauit & poſſedit, aut tu negligenter clauſiſti, aut claudere neglexiſti. Hoc oſtium habet tanq̃ duas ualuas, cupiditatis & timoris. Aut cupis aliquid terrenum, & hac intrat, aut times aliquid terrenũ, & hac intrat. Cupiditatis ergo & timoris ianuã claude cõtra diabolũ ſi uis tutus eſſe. Nam de cupiditate qua ſatanas intrat, ſubiũgitur: *Qui furabatur, iam non furetur*. Et hoc quoq̃, ſicut & prędictoꝝ utriorũ prohibitio pertinet ad depoſitionẽ ueteris hominis. Quod q̃ ſequitur, magis aũt laboret &c. ad induitionem noui pertinet. Furtum uero hic intelligi poteſt, non ſolum occulta alienarum rerum ablatio, ſed etiã quicquid acquiritur ſub alterius damno uel deceptione. Qui ergo dum ueterẽ uitam duceret, furabatur aliena bona, iam poſtq̃ nouum hominem induit, non furetur, id ẽ, non auferat dolo uel aliqua machinatiõe fraudis aliquid alienũ, ſed *magis*. i. potius *laboret* non per ſeruos, ſed *manibus ſuis*. i. propriis, *operando* non illud opus quod diſpliceat deo, ſed illud *quod eſt bonum*. i. utile & ſine peccato. Ideo ſcilicet laboret, *ut habeat* non ſolum *unde* uiuat, ſed etiã *tribuat neceſſitatem patienti*. id eſt, penuriã: hoc ẽ, ut poſſit pauperes de iuſto labore ſuſtentare. Hinc eñ oſtendit, q̃d eleemoſyna debet fieri ex eo quod bonũ eſt. i. quod iuſte habetur, non de eo quod iniuſte. B

Omnis ſermo malus ex ore uõ non procedat, ſed ſi quis bonus eſt ad ędificationẽ fidei, ut det gr̃am audientibus. Et nolite contriſtare ſpũm ſanctũ dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis.

Omnis ſermo malus non procedat. i. nullus ſermo malus procedat *ex ore ueſtro*, etiã ſi fuit corde conceptus, ſed comprimite illum ne poſſit exire, ut nihil mali unquam loquamini. Sermo contumelioſus & laſciuus aut murmurioſus, uel alius huiuſmodi, nõ exeat ab ore ueſtro: *ſed ſi quis eſt* in eor de ueſtro *bonus*, id ẽ, humilis & charitatiuꝰ & utilis, ille procedat non otioſe, ſed *ad ędificationem fidei*, id eſt, ita opportune, ut ædificet alios in fide, q̃ per dilectionem operatur, quia illa eſt uera fides & ſalutifera. Ad ædificationẽ procedat bonus ſermo. Vbi oſtenditur quia nec bonus ſermo pferri *Pſal. 38.* debet niſi ad ædificationẽ. Vnde Pſalmiſta: Obmutui & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Ad hoc proferatur bonus, *ut det gratiam audientibus*, id ẽ, ut auditores per eum hauriant dulcedinem ſupernæ *Luc. 1.* gratiæ, & promoueantur in bonis operibus. Talis ſermo proceſſit ex ore matris domini, quãdo ad uocem ſalutationis eius repleta eſt ſpiritu ſancto Elizabeth. Nolite malum ſermonem proferre. *Et nolite contriſtare ſpiritum ſanctum dei* in mala conuerſatione ueſtra, id ẽ, nolite talia facere quæ ſpũi ſancto ſic diſpliceant, ut recedat à uobis, quaſi offenſus ac contriſtatus. Spũs eñ ſctũs (ut ſcriptum *Sapien. 1* eſt) diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu, & corripie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tur à superueniente iniquitate. Nã in sua substãtia spũs sanctus cõtristari nõ potest, cum ipse sit æterna & incõmutabilis beatitudo: sed ad similitudinẽ hominis cõtristati dictũ est, qui domũ illius qui eũ contristauit, egredit. Vel spũm sanctũ dicitur contristare, qui prauis moribus suis cõtristat sanctos, in quibus habitat spũs sanctus. Sancti enim sicut de profectibus fidelium gaudent, sic de lapsibus eoꝝ contristant. Propterea spiritus sanctus dicitur cõtristari ab eis, qui sic agũt, ut eoꝝ factis contristentur sancti, non ob aliud nisi quod per spũm sanctum habent per quem tam boni sunt, ut eos mali mœstificent, hi maxime, quos bonos fuisse uel nouerunt uel crediderũt. Cõtristari dr spũs sanctus, quia suis electis inspirat charitatem, per quam facit ut contristẽt de aliorũ detrimentis. Sancti aũt q sic cõtristantur, maxime sunt pij præpositi ecclesiæ. Vnde nunc subiectis præcipitur, ne per inobedientiam suam contristẽt eos, quia in eis contristarent spiritũ sanctum. Vt exaugeret peccatũ, uoluit Apostolus ita dicere. Propositos eñ cõtristant, qui eoꝝ uerba contẽnunt, & eis obedire despiciunt. Non debetis hunc spũm contristare, *in quo* uos] quasi cera *signati estis*, eius imagine uobis impressa. Vel signari, id ẽ, ab infidelibus discreti. Et hoc factũ est *in die redemptionis*, id ẽ, quando transacta nocte infidelitatis & ignorantiæ, illustrati estis luce fidei in baptismo, & redempti de seruitute diaboli. In baptismo eñ spiritus sanctus fide & sacramentis & spiritalibus gratijs signat fideles, id ẽ, ab infidelibus secernit-

B

Oĩs amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollat̃ a nobis cum omni malitia. Estote aũt inuicem benigni, misericordes, donãtes inuicẽ, sicut & deus in Christo donauit uobis.

Col. 3.

¶*Omnis amaritudo*, quæ quidem contraria ẽ benignitati, i. rancor & asperitas in dictis uel in factis siue in cogitationibus, *tollatur a uobis*, *& ira*. i. subita commotio animi, aliquandiu ipsum animum possidẽs. *& indignatio*. i. uehemens furor animi cũ quodã arrogantiæ uitio. Hoc sit plerunq;, si maior uiderit minorem in alĩquo honore sublimari. Indignatur enim ex hoc nonnunq; grauiter. Et quia istum impetum animi solẽt sequi clamorosa uerba, subsequenter ponitur *& clamor*. Clamorem hic accipimus, quando omnes cum sunt in iræ furore, mala uerba & ad cõtumeliam pertinentia proferunt. *& blasphemia*, id ẽ, prolatio uerborum contra deum uel sanctos eius. Blasphemia eñ est, per quam de ipso deo falsa dicuntur & sanctis eius. Et hæc iubet Apostolus ut tollantur a nobis, exhortans nos ad patientiam. Et quasi cunctis exterius iam bene compositis, ad interiora conuertitur, dum subiungit, *cum omni malitia*. Malitia enim proprie ad mentem pertinet. Et frustra indignatio & clamor & blasphemia ab exterioribꝰ tolluntur, si in interioribus uitiorũ mater malitia dominatur. Et incassum foris nequitia ex ramis inciditur, si subreptura multiplicius intus in radice seruatur. Malitia ergo quæ est occulta radix uitiorum, extirpanda funditus est à corde; & dulcedo charitatis inserenda, ne uitiorum rami foris erumpant. Sic enim tolerare debemus eos qui mala nobis irrogant, ut & puro corde diligamus illos. Hæc uitia dũ tollimus à nobis, deponimus ueterem hominem: nouum autẽ induimus, facientes quod subditur: Estote autem &c. Quasi dicatur: Nolite esse amari, sed ecõtra *estote inuicem*, id est, alter erga alterum *benigni*, id est, bonum ignem piæ dulcedinis habentes. Benignitas enim est serenitas animi, quando aliquis clare & hilariter loquitur, & sua tribuit, & conuersatur cum alio. Quæ (sicut diximus) contraria est uitio amaritudinis. Et nolite irã habere aduersus quenquam, sed estote inuicem *misericordes*, id ẽ, uiscera miserationis habentes, ut affectum benefaciendi proximis semper habeatis, etsi deest quod tribuatis. Et non clametis irati contra aliquem, uel non deferatis ad iudicẽ de iniuria uobis illata clamorem, sed estote *donantes inuicem*, id est, cõdonantes alter alteri, quicquid læsionis uel offensionis pertulistis. Et hoc facite non ficte, nec ex parte, sed ita pure & pfecte, *sicut & deus in Christo donauit uobis*. Id est, sicut deus per Christum omnia, quæ commiseratis, condonauit uobis, sine aliquo respectu uindictæ ulterius futuræ, sic & uos cõdonate uobis semper adinuicem sine respectu alicuius ultionis. Alioquin deus repetet quæ uobis dimiserat.

C

D

CAPVT V.

Estote ergo imitatores dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Chrs dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis.

Quando quidẽ deus in Christo uobis peccata, quæ in eum commiseratis, donauit, *ergo estote imitatores dei*. i. sequimini exemplum bonitatis eius, & ut uos fratribus dimittatis quicqd in uos delinquunt. Et hoc facite *sicut filij charissimi*: qa si hoc feceritis, tunc filij charissimi eritis illius patris. Vñ dicit unigenitus eius: Diligite inimicos, bñfacite his q oderunt uos, orate p persequentibus & calumniantibus uos, ut sitis filij patris uri qui in cælis ẽ, q solẽ suũ oriri facit sup bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Et nõ solum in condonatione pctorum sitis imitatores dei, sed etiã *in dilectione*, ut diligatis eos q uobis aduersant. Scilicet in dilectiõe positi *ambulate*. i. promoueamini & pficite in ea intantũ, ut si op9 fuerit, ponatis animas pro his quos diligitis, *sicut & Christus dilexit nos*, & posuit animam suam pro nobis. Magna & inenarrabilis dilectio, ut unicus filius Dei semetipsum pro nobis traderet morti, dominus pro seruis, creator pro creatura. Nam *tradidit pro nobis* redimendis, non arietem, non hircum, non etiã pro

Mat. 5. Luce. 6.

A phetam aut apostolum, sed *semetipsum* qui deus ẽ, Tradidit se. i. non inuitus ẽ ductus ad mortẽ, sed ipse spontaneus se dedit, & in hoc apparuit uis dilectiõis. Tradidit enim se *oblationem & hostiam deo*. Oblatio nanq; dicitur, quando nullo quærente aliquid sponte offertur. Sic Christus cũ nemo id quærere auderet, obtulit se pro nobis in cruce sacrificiũ deo. Hostia uero dicitur, quæ pro hostibꝰ uel uictis uel superandis celebratur. Sic & hostia Christi diabolus & dæmones superati sunt atque peccata. Vel oblatio fuit Christus, qa morte sua nobis dona uirtutum & diuinam grãm acquisiuit, hostia uero, quia nos ab hoste liberauit. Vel oblatio, dum fuit iniuriatus; hostia, dum fuit occisus. Qui dedit se hostiam talem, quæ iret *in odorem suauitatis*. i. in odorem suauẽ deo. Quia sicut suauis & bonus odor ẽ alicui acceptabilis, sic deo sacrificium dñicæ carnis. In quo pater delectat9 ẽ non respectu simplicis mortis Chri, sed respectu fructus ab ea pcedentis. Ex ea eñ nunc salus humano gñi prouenit, in qua quidem deus delectatus ẽ. In intentione etiã saluatoris & affectu pietatis eius, dum se p nostra redemptione immolari permitteret, delectatus ẽ pater ut in odore suauissimo. Nam qa iustus pro iustitia occisus ẽ, optimũ de sua morte præbuit odorem. Sicut eñ peccatũ fœtorem, sic iustitia bonum spirat odorem.

B Fornicatio aũt & oĩs immũditia, aut auaritia, nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquiũ, aut scurrilitas, q̃ ad rẽ nõ pertinet, sed magis gratiarum actio.

¶Deum imitari studete. Sed fornicatio & immunditia & auaritia sic prorsus reijciantur à uobis, ut neq; uel nominentur in uobis. i. nomen alicuius horũ uitiorꝰ non sit in aliquo ex uobis, scilnemo sal rem solo uerbo dicat quẽq; uestrum esse talem: sed ita corã deo & hominibus irreprehensibiles estote, ut nullũ locũ malæ suspicioni detis. Fornicatio dr à fornicibꝰ, q & harenarij nũc appellant, sunt eñ theatrales arcus & lupanaria loca, in quibus erãt meretrices, cũ quibus spurcissimi quiq; cõmiscebant. Immũditia aũt uocatur oĩs incontinentia ad libidinem pertinẽs, quoquo modo fiat. Fornicatio igit quantũ ad mulieres, hic accipit: immunditia uero, quantum ad hoc quod sit contra naturam, siue in se, siue in alium. Auaritia uero il la pestis ẽ animi, quæ nunq; dicit nisi accipe. Quã ideo ponit Apostolus cum fornicatiõe & immũditia, ut innuat eam esse fornicationem animæ, sicut illicita corporis opatio, corporis ẽ fornicatio. Sicut eñ qui fornicat, non sua, sed aliena muliere abutit: sic qui peste auaritiæ cõtaminatur, usq; ad aliena habenda extendit: & quod sub rapina habet, oĩbus retinere molit. Per hoc quod posuit distinctiuã coniunctionem inter immunditiã & auaritiam, quod quidem nõ fecerat int̃ immũditiam & fornicationem, uoluit significare alterius generis esse fornicationem & immunditiam, &

C

D

alterius auaritiam: quia illæ sunt corporis, ista uero animæ. *Fornicatio & omnis immunditia aut auaritia* non solum sit *in uobis*, sed *nec* etiam *nominetur*, id est, tantopere uobis prouidete ab istis uitijs, ut neq; uel infamiam illoꝝ patiatur aliquis uestrum, *sicut decet sanctos* à uitijs esse immunes & à nota infamiæ, *aut turpitudo* non nominetur in uobis, *aut stultiloquium*, *aut scurrilitas*. Turpitudo ẽ, qua mens inflammatur ad libidinẽ, ut in osculis & amplexibus & multis alijs huiusmodi. Stultiloquium uero ẽ stulta uerborum prolatio, nullam utilitatem nullamq; scientiam continens, sine industria & discretione facta. Scurrilitas uero ẽ facetis iocula torioꝝ uerborũ, quæ quadã industria & ingenio artis proferunt, ut auditores ad risum moueant. Quæ scurrilitas licet magno labore studij agat, iñ *non pertinet ad rem*, i. ad aliquã utilitatem, sed tantum ad uanitatem & mentis eneruationem. Hæc uitia nõ nominentur in uobis, *sed magis* i. potius nominetur in uobis *gratiarum actio*. i. ita deo semper agite gratias super beneficijs eius, & ita laudibus eius insistite, ut nihil de uobis dici possit, nisi quod omnis actio uestra deo grãs rependit, scil. & uerbis & actibꝰ assidue grãs saluatori reddite.

Hoc enim scitote intelligentes, quod oĩs fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, nõ habet hæreditatẽ in regno Christi & dei.

D

¶Ratio quare fornicatio & cætera non debent esse in uobis, quia hoc sine ambiguitate sciatis q̃d omnis fornicator &c. Oĩs dico, i. numeratis singulis partibus cuiusq;, nulla reperiet quæ habeat hæreditatem in regno Chri, & dei. i. quæ habeat hæreditario iure locum in regno gloriæ. Et hoc ideo quia Chri est, contra cuius præcepta operant tales; & dei patris, cui iniurias faciunt. Et hoc erit uobis manifestum, si fueritis intelligẽtes. i, si aduertentes quod aduertendũ est, uidelicet quid sit fornicatio & immunditia. i. q̃ immunda res sit & sordida & omni uituperatione digna, & item q̃ pessima & praua res sit auaritia, uidelicet q auarum esse sit non solum idolis seruiens, sed etiam ipsa idolorum seruitus. Auari enim deus, nummus ẽ. Nam sicut qui idolis seruit, cultum debitũ creatori imaginatæ creaturæ attribuit: sic & auarus impendit cultum effigiatæ pecuniæ, cum deũ colere deberet, non pecuniam. Ideoq; pecunia quã diligit, ueneratur & colit, facta est illi idolum: q a spem suam in ea posuit, & à dei cultu pro ea recessit. Dum enim deberet adire ecclesiam, custodit arcam. Dum deberet rogare deũ, petit forum ut augeat lucrum. Quapropter idololatria merito iudicatur. Vel etiã ideo, quia si ut idololatra rapinam facit, honorem dei tollendo & idolis dãdo, sic auarus rapit pauperibus ea quæ superflue sibi coaceruat. Res eñ quas deus seruire uult indigenũbus, ipse sibi usurpat & recondit. Et propẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

huiusmodi causas auaritia est idolorū seruitus. Et econtrario si aduertatis qđ sic regnum illud, scil. quanta felicitate plenum, ubi nullus locus desiderandi est nisi quod quisq; habet, quia unicuiq; sufficit omnino quod habet: & item si aduertatis qđ sit Christus, id est, q̄ sanctus, q̄ immunis ab omni peccato: & quis sit deus, id ē, quàm iustus iudex: et quantum bonum, id est, summum: si hæc omnia uultis aduertere, scietis fornicatorem & similes excludi à regno dei. Nō enim intrabit in illud (sicut Apoc. 21 legimus) aliquid immundum. Christus nunc primo nominatur, & postea deus, ne secundum Arrianos æstimaretur minor patre filius.

Nemo uos seducat inanibus ῥ̄bis. Propter hæc em̄ uenit ira dei in filios diffidētię. Nolite ergo effici participes eorū.

¶Seducebant quidam auditores suos, promittentes impunitatem eis ex misericordia dei, & psuadētes quia propter peccata superiora nō amitteret homo regnum dei. Contra quos nunc Apostolus: *Nemo*, inqt, *uos seducat inanibus uerbis*. Inania Mat. 24. Luc. 21 enim sunt, id est, uentosa & omni ueritate uacua, uerba eorum, qui dicunt uel dicebant non omnē fornicatorem aut immundum aut auarū damnari, proponentes hoc & dicentes: Si omnis fornicator & immundus & auarus damnatur, tunc pauci in mundo saluantur. Quod reputant inconueniens & impossibile, cū sit conueniēs & possibile. Multi enim sunt (ut ait dominꝰ) uocati, pauci uero electi. Dicunt etiam aliquando misericordiā dei tantā esse, ut etiam fornicatorem uel auarum nō sinat æternaliter cruciari: atq; naturale esse p̄dicant, ut his uitijs seruiatur, dicentes: Cur fecit deus mulieres, aurum, argētum & similia, nisi ut his utamur? Sed Apostolꝰ econtrario clamat: Nemo uos seducat inanibus uerbis, id est, à nemine uos permittatis seorsum ab hac ratione duci, scil. quod fornicator & cæteri tales non habebunt partem in regno dei. Omnes enim rationes eorū, qui uos ita seducere uolunt, sunt inania uerba. Et reuera nō debetis huiusmodi uerbis ab hoc sano intellectu diuelli, qa *propter hæc* uerba *uenit ira dei*, id est, ultio diuina ut in æternum pereant, *in filios diffidentiæ*, id ē, in eos qui cum sint filij ecclesiæ, nō sēm bonam uitam, sed solummodo secundum sacramentorum participationem, sunt tamē diffidentiæ & desperationis, quia de illis diffidimus propter prauitatem eorū. Et quia ira diuinæ animaduersionis in obitu eorum uenit in eos, *ergo* ne uos similia patiamini, *nolite effici participes eorū*, uidelicet uel quod eadem dicatis, uel quod fidē eis adhibeatis. Sed & sēm ueterē historiā, propter inania uerba & fornicatiōem & his similia, uenit ira diuinę ultionis in iudæos, prosternens cadauera eorum in deserto: qui erāt filij diffidentiæ, quia de promissionibus diffidebant, non credentes qđ essent ueræ: & ideo murmurrabant & fornicabantur, propter quæ & perierunt. Nolite ergo similiter uel agere uel loqui, ne similiter pereatis.

Eratis em̄ aliq̄n tenebrę, nūc aūt lux in dño. Vt filij lucis ambulate. Fructꝰ em̄ lucis ē in oīi bonitate & iustitia & ueritate, ꝓbantes qđ sit bn̄placitū deo. C

¶Non debetis iam effici participes eorum, quia uos *aliquando*, id ē, ante conuersionem *eratis tenebræ*, id est, obscuritas nigredinis & in uobis ipsis & in alijs, paruo exemplo illos excæcando, & in errorem præcipitando: sed *nunc*, id est, postquam ad gratiam accessistis, facti estis *lux* secundum fidem & iustitiam & puritatē uitæ, quia lumine & exemplo ut strę operationis & scientiæ alios illuminatis. Et hoc non in uobis, sed *in domino*, quia tenebræ fuistis in uobis, sed nūc estis lux in domino, ut qui gloriatur, in domino glorietur. 1. Cor. 1 Lux estis, sed lux illuminata, sicut & oculi nostri dicuntur lux, sed illuminata, quia uidere nō possunt nisi uel in die sol luceat, uel in nocte aliquod luminare fulgeat. Et quia oportet in uos q̄ lux estis & filij lucis, idcirco non iam ut filij tenebrarum, sed *ut filij lucis ambulate*, id est, promoueamini de lucidis operibꝰ in lucidiora. Et ratio suadet ut sic ambuletis, quia *fructus lucis*, id est, utile opꝰ quod gignit lux, sicut arbor fructum, *est in omni bonitate*, qua quisque sit bonus in seipso: & *in omni iustitia*, qua proximis quod iustum est impēdat: & *in omni ueritate*, qua id quod uerum est credat & loquatur. Possumus aūt iustitiam & ueritatē partes bonitatis intelligere. Iustitia uero tenet in obseruantia bonorū operū, ueritas autem in sermonibus non falsis & cogitationibus. Et hæc oīa bona sunt, ideoq; partes bonitatis. Et lux quæ tales fructus facit, hō est, lucificatus à uera luce, q̄ Christus est. Ambulate ut filij lucis, & hoc facite, *probantes*, id est, discutientes & scire studentes atque discernētes, *quid sit beneplacitū deo*, id est, quid deus multum uelit, ut illud faciatis, q̄ & optime placere probaueritis. Quicquid em̄ facere uolumus, anteq̄ illud inchoemꝰ, probare debemus an deo placiturę sit. Et si deo placiturę probauerimus, tūc faciamus illud: si aūt displicituręm, non faciamus.

Et nolite cōmunicare operibus infructuosis tenebrarū, magis aūt redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere.

¶Vt filij lucis ambulate, *et nolite communicare*, id est, non habeatis uolūtatem cōmunicandi, i. cōsentiēdi *operibus infructuosis tenebrarū*. i. eorum qui sunt tenebræ. i. excæcati in se, & excæcātes alios: qa infructuosa sunt illa opera. i. nullā utilitatē afferentia. Nō communicetis operibus huiusmodi, sed *magis*. i. potius *redarguite* & corrigite ea. Duobus enim modis nō nos inquinant mali cū quibꝰ degimus. i. si non consentimus, & si redarguimus, hoc est, non communicare, non consentire. Communicatur enim peccatori, quādo facto eius cōsortium uoluntatis uel approbationis adiungit̄. Hoc ergo nos admonēs Apostolus, ait: Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarū hominum. Et quia parum erat non consentire, si quæreretur negligentia disciplinæ, magis autem, inquit, & redarguite. Videte quoniam utrunq; complexus est. Nolite communicare, magis autem & redarguite. Quid est, nolite communicare? Nolite consentire, nolite laudare, nolite approbare. Quid est, magis redarguite? Reprehendite, corripite, coercete. Prælatis uero datum est hoc maxime præceptum. Ideo non debetis communicare, sed potius redarguere, quia *turpe est* non solum facere uel uidere, sed & *dicere ea quæ ab ipsis* tenebrosis hominibus *fiunt in occulto*, Ieh. 29. 3. i. in secretis locis, quia uereneundantur talia palam facere. Omnis qui male agit, odit lucem.

Omnia aūtē quæ arguuntur, a lumine manifestantur. Omne em̄ quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit tibi Christus.

¶Ipsi faciunt in occulto turpia. Sed *omnia* opera eorum *quæ arguuntur, manifestantur* eis *a lumine* redargutionis eiusdem. Plerunq; ignorat culpa ab ipso, qui perpetrauit eam. Sed dum increpatur, manifestat ei. Et istis qui nunc ab Apostolo uocantur tenebræ, sic obscurata est usu peccandi cōscientia, ut iam ea quæ faciunt, mala esse non intelligant: uel si intelligunt, pro nihilo ducant & obliuiscantur. Quasi em̄ sub quadam obscuritate tegunt & latent peccata quæ fiunt, ut uel non intelligantur, & post ad memoriam non reuocentur. Sed dum ab increpante ingeruntur oculis cordiū suorū culpæ, quas nesciebant, & arguunt, tunc à lumine ueritatis manifestant̄ mentibus eorū, ut eas uideant & confiteantur, ac pœnitēdo deleant. Ecce quanta utilitas ex redargutiōe procedat. Et uere manifestant̄ à lumine. Nam *omne* peccatum *quod manifestatur, est lumen*. i. euidens & non ambigū, nec potest excusatione tegi quod palā dictū est. Vel oīe malum opus quod per confessionē manifestat̄, lumen est. i. illuminans conscientiam: quia ex consideratione malorum quæ fecit, illuminat̄ pœnitēs animus ad agēda bona, ut uideat quantum in pœnitētia se debeat affligere, & quāto studio bonis operibus insudare. *Propter quod*. i. Isaiæ. 40 quia omne quod manifestat̄, fit lumen, *dicit* Isaias: Surge, illuminare, quia uenit lumen tuum. Sed Apostolus more suo & autoritate apostolica uerbis alijs ponit hanc sententiam, & addit aliqua. Surge, inquit, qui dormis &c. Somnus animæ est obliuisci deum suū. Quæcunq; em̄ anima oblita fuerit deum suum, dormit. Sicut em̄ qui corpore dormit, etiā si dies iam fuerit, tanē; in nocte ē, qa nō uigilat ut uideat iā ortū diē: sic quibusdā iam præsente Chro, iā prædicata ueritate, adhuc inest somnus aliæ. Ideo unicuiq; taliū clamat prophe-

ta uel Apostolus: Surge, illuminare, quia uenit lumen tuum. i. Christꝰ. Vel *surge q dormis*. i. qui torpes in obscuritate cordis, non recogitans deum, nec aduertens pcā tua, sed in terrenis desideriis oculos mentis habens, surgens sub illa pigritia precordationē dei & intelligentiam culpaꝝ tuaꝝ. *& exurge*. i. ex toto surge per dignam pœnitentiā, tu dico, eleuatus & separatus à *mortuis*. i. ab illis qui per pcā spiritualiter mortui sunt in aīa, ut: ā cū illis non iaceas similiter mortuus. Vel surge p confessionē, & exurge p satisfactionem. Exurge à mortuis. i. à peccatis, q̄ in epistola ad Hebræos uocant opera mortua. Et tunc *Christus* qui illumina- Heb. 6. tor est mētium, *illuminabit tibi*, id ē, lumen sapientiæ & ueritatis & gr̄æ suæ sic infundet cordi tuo, ut maneat tibi, id est, ut ultra non amittas illud. Plus enim notat dicens, illuminabit tibi, q̄ si dixisset, illuminabit te. Quia illuminabit te, notaret Christum ei lumē uirtutū infundere: sed illuminabit tibi, non solū uocat uirtutū iubar expādere, sed etiam in eo conseruare. Non enim illi (id ē, ad utilitatem illius) Christus illuminaret, si non illum in uirtutum lumine cōseruaret usq; in finē.

Videte itaq; fratres qūo caute ambuletis, nō quasi insipiētes, sed ut sapientes, redimētes tēpus, qm̄ dies mali sūt. Propterea nolite fieri imprudētes, sed intelligentes quæ sit uoluntas dei. D

¶Debetis (sicut dictum est) ut filij lucis ambulare, & operibus tenebrarū non communicare, sed potius ea redarguere. Et quia sic agendum uobis est, *itaq; o fratres uidete*, id est, considerate *quomodo caute ambuletis*. i. prudenter agatis. Caute em̄ ambulant, qui sic per uiam bonæ operationis incedunt, ut ab insidiantibus uitijs se sapienter custodiant. Caute ambulant, qui & bona faciūt, & nec suis nec aliorum uitijs maculantur. Quod agere soli possunt, qui & iuste uiuunt, & peccantibus non consentiunt, sed eos studio charitatis redarguunt. Ambulate caute *non quasi insipientes*, id est, non solum cauete uobis à peccato, sed etiā à similitudine peccati: hoc ē, ita uos custodite, ut nullo modo uideamini habere similitudinē cum insipientibus. Multi enim sunt qui caute ambulāt, conseruādo se cum dei adiutorio immunes à peccato digno reprehensione, & tamen ambulant quasi insipientes. Vt si quis sacerdos redarguēdo meretricem, frequentat donum eius, uidetur insipiens, licet nullum animum peccandi in eam habeat. Sed non decet sanctos malam de se opinionem dare per negligētiam uel indiscretionem suam. Nō quasi insipiētes ambuletis uiam iustitiæ, *sed ut sapientes*, id est, ita irreprehensibiliter, ut in ipsa ambulatione uideamini sapientes. Vel non ambuletis ut insipientes secularitamatores, qui non prouident in futurum: sed ut sapientes, qui sic in hoc seculo uiuere studēt, ut in futuro uitam æternam habeāt. Vos dico, *redimentes tempus*. Redimere tempus est, ut quando aliquis infert tibi litem, Rom. 12

Universidad de Deusto
Biblioteca

perdas aliquid ut deo uaces,nō litibus.Quod em̄ perdis,precium est temporis. Quomodo perdis nummoe ut emas tibi alibuid,sic perde nummos uel quodlibet aliud,ut emas tibi quietem. Nō em̄ habebis quietum cor,sed euerteris cogitationibus irritatus cōtra aduersarium tuū.Et ita perdes tempus.Sed melius ē ut nummos perdas,& tempus redimas. Vel tēpus redimimus,qū ante actā uitam,quam lasciuiendo perdidimus,flendo reparamus.Dum em̄ male agimus,tempus in quo bene operari deberemus,amittimus,sed damnū temporis redimimus,si ita uitam cōmendamus, ut ea bona quæ olim facere negleximus,&ea quę nunc facere debemus,faciamus. Nec mirū si minus fecimus, *quoniam dies mali sunt*.i. temporis uariatio nociua est,quia peccātes attrahit ad uarietatem delectationum. Dies sunt mali, quia in ipsis uiget malitia,& in ipsis leuiter peccatur: qm̄ tempus dat materiam male operandi,proponendo uarietates rerum quas ex se affert. Dies em̄ malos duæ res faciunt,malitia & miseria. Nam per malitiam hominum & miseriam dicūtur dies mali.Cæterum dies isti quantum ad spatia horarū, ordinati sunt,ducunt uices, agunt tempora. Cui molesta sunt tempora,si homines sibi non sint molesti? Ergo dies malos (sicut dixi) duæ res faciunt,malitia & miseria. Sed miseria hominū cōmunis est,non debet aūt malitia esse communis: Ex quo em̄ lapsus est Adā & de paradiso expulsus,nunc̄ fuerunt dies nisi mali. Et quia dies mali sunt,&nos positi sumus in procliuio peccandi, *propterea nolite fieri imprudentes*.i.indiscreti uel incōsiderati,ut non possitis mala prudenter uitare, & bona eligere, uel consideratione rationis omnia facere:*sed* sitis *intelligentes quæ sit uoluntas dei*.i.quid deus uelit,ut illud faciatis.

Et nolite inebriari uino, in quo ē luxuria:sed implemini spū sancto loquētes uobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus, cantātes & psallētes in cordibus uestris dño, grās agētes semper pro omnibus in nomine dñi nostri Iesu Christi deo patri, subiecti inuicem in timore Christi.

¶Intelligite uoluntatem dei.Et ut eam possitis intelligere & facere *nolite inebriari uino*.Non prohibeo quin moderate unum bibatis, sed modū nō excedatis.Ebrietatem em̄ interdico. Nō ebriemini uino,*in quo* immoderate bibito *est luxuria*.i.luxuria ē in nimia potatione uini.Nō in natura uini ē luxuria, sed in immoderatione potatiōis, nę gs peruerse intelligēs, conetur ostendere creaturā dei(id ē uinū)malā esse sic argumentādo: Cuius effectus malus ē,ipsum quoq; malū ē:sed effectus uini(id ē luxuria)malus est,igit̄ uinū est malum. Quod nō procedit,cum sit creatura dei.Idcirco dicendū est,in quo.i.in inebriari,ē luxuria. Vel certe uinū in quo ē luxuria,possumus intelligere cō cupiscentiā & cæteras uitiorū potiōes,quæ mentem inebriāt & euertunt.De cuiusmodi Salomō ait:Luxuriosa res uinum.Nolite uino ingurgitari,*sed implemini*.i.studete impleri *spiritu sancto*, qui uos laudabiliter inebriet mutādo mentes uras,& amore æternorū calefaciens.Quo scilicet spū impleri hoc modo poteritis.i.si ea quæ ore cantatis, mente cogitatis & intelligitis, ac uos de his intus instruitis.Et hoc ē:Implemini spū sancto,*loquentes uobismetipsis* intus secundum attentionē.i. intelligite quæ labia profertis,qa nō modicū placet deo ut qlcę aduertat quæ loquit̄ *in psalmis*,qui ad bonā operationē cōmonent: *& hymnis* qui de laudibus dei,*& canticis spiritalibus* quæ de æterno gaudio resonāt,& ideo spiritalia sunt. Sunt em̄ secularium hominū cantica,sed nō spiritalia. Et post loquutionem horū litis *cantantes*.i. deū laudātes, & de æternis exultantes, sicut hymni & cantica docent,*& psallentes* opere sicut psalmi suadēt.Cāntate(inquam)& psallite *in cordibus uestris*.i. sicut in ore uestro laudes resonāt dño, sic resonēt in cordibus uestris: & hoc facite non uanæ gloriæ uel alīj rei,sed soli *domino*.i.ad honorem eius.Cātate cælestia resonate & desiderate. Nam q desiderat, etsi lingua taceat,cantat corde.Qui aūt nō desiderat,quolibet clamore aures hominū feriat, mutus ē.Desiderium em̄ & amor cordis,amœna uox est intus cantātis. Sic cātate in cordibus uestris dño. Vos dico,*gratias agentes*,non ad horā,sed *semper pro omnibus* quæ dedit uel dederit, siue sint prospera, siue aduersa.Gratias ei semp agite,& hoc *in nomine domini nostri Iesu Christi*, per quē hæc oīa uobis à patre danť, ut ipse filius in illis gratiarū actionibus glorificeť.Gras(inquam)agite *deo* qui uos creauit,*& patri* q uos in filios adoptauit. Vos dico,*subiecti inuicem*,humiliter curā agēdo alter alterius,et pie uicissim ministrando,& hoc facite *in timore Christi* casto,qui huius uariæ subiectionis humilitatē p̄cepit,& uenit nō ministrari, sed ministrare.

Mulieres uiris suis subditæ sint,sicut dño:qm̄ uir caput ē mulieris,sicut Christus caput ē ecclesię:ipse saluator corporis eię.Sed sicut ecclesia subiecta ē Christo,ita& mulieres uiris suis in oīmbus.

¶Ad familiaria præcepta se transfert Apostolus, & unicuique gradui quod debeat præcipit. *Mulieres sint subditæ* reuerendo, obediendo *uiris suis*, non alienis, *sicut domino*,id est, ad bene agendum solummodo,sicut nos subijcimur domino deo,ut illi seruiamus bona faciendo, non mala. Vel sicut domino,id est. in simplicitate & charitate qua deo seruirent, seruiant uiris suis. Quod ideo facere debent, *quoniam uir est caput mulieris*.i. principium,quia mulier primum de uiro facta ē. Ideo etiam caput,quia rector. Per uirū enim regitur mulier,sicut per caput corpus. Et dignum ē ut corpus regatur& subdat capiti.i. mulier uiro. Ita *est uir caput mulieris*,*sicut Christus caput est ecclesiæ*

quia sicut Christus regit & instruit ecclesiam, sic uir regere debet & instruere uxorē suam: & sicut Christus & ecclesia spiritaliter sunt unum,sic uir & uxor carnaliter unū. Sicut Chrs est dęs ecclesiæ,sic bonus uir decus mulieris.Chrs est caput ecclesiæ. *ipse* dico *saluator corporis eius*.i. ecclesiæ, qa ipse saluat totū corpus ecclesiæ. Nullū em̄ membrū ecclesiæ saluat̄ nisi p Chrm,qui caput & saluator est oīm electorū:& uir similiter p modulo suo debet uxorē ab oībus malis saluare. Nā sicut ecclesia uitæ suæ causam habet ex Chro, sic mulier ex uiro:qa ut consistat, uirū accipit. Mulieres sint subditæ uiris,& non qualitercūq;, sed *sicut ecclesia subiecta est Christo* in oīmbus,*sic mulieres uiris suis* subjiciantur *in omnibus*, q̄ non sunt contra deum. In oīmbus est ita subiecta ecclesia Christo, ut in nullo ei se præferat, ne uelit esse superior eo uel etiā æqualis ei.Et eodē mō mulieres uiris suis subdantur,ut in nullo uelint eos superascendere.

Viri,diligite uxores uras,sicut &Christus dilexit ecclesiā,& seipsum tradidit p ea,ut illā sanctificaret, mūdans eam lauacro aquę in ỽbo uitę, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiā,nō habentē maculā aut rugā,aut aliqd huiusmodi, sed ut sit sctā & immaculata. Ita & uiri debēt diligere uxores suas, ut corpora sua. Qui suā uxorē diligit, seipsum diligit. Nemo em̄ unq̄ carnē suā odio habuit,sed nutrit & fouit eā,sicut &Christus ecclesiā. Quia mēbra sumꝰ corporis eius,de carne eius,& de ossibꝰ eius. Propter hoc relinquet hō patrē & matrē,& adhęrebit uxori suæ,& erūt duo in carne una. Sacramētū hoc magnū ē: ego aūt dico in Chro & in ecclesia. Verumtamen & uos singuli unusquisque uxorem suā sicut seipsum diligit. Vxor autem timeat uirum suum.

Diligite(inquit)o *uiri uxores uestras*, quarū caput estis,*sicut & Christus dilexit ecclesiam*, cuius est caput .i.illa bonitate illas amate,q̄ Christus ecclesiā, ut pctm̄ non ametis in eis,sed oīe bonū,& iuste gubernetis eas atq; foueatis.Chrs dilexit ecclesiam, & p̄ nimia dilectione *tradidit* in mortē *seipsum pro ea* redimēda.Ita & uos pro salute uxorū,si necesse fuerit,tradite uos.Ideo se tradidit,*ut illam* suo sanguine *sanctificaret*, quia multis erat pctis inquinata.Ipse dico,*mundās eam* ab oībus peccatis *lauacro aquæ* sanctificatæ *in uerbo uitæ*.i. lauacro baptismi. Baptismus em̄ Chri,lauacrū est aquæ in uerbo uitæ. Tolle aquā, non est baptismus. Tolle ỽbum, non est baptismus.Verbū uocat inuocationē diuinitatis,q̄ à baptizāte sup aquā proferť. Idcirco mundauit eā, *ut ipse* qui hoc bū poterat, *exhiberet sibi*.i.præpararet ad honorē suum electorū *ecclesiā* pulchritudine uirtutū *gloriosam*, *non habētem maculam aut rugam*.i.mundam ac simplicem. Maculam quippe & rugā non habet, q̄ & turpitudine operis & duplicitate sermonis caret. Quia & p iustitiam munda est,& p simplicem intentionē tensa. A similitudine uestis ē dictū,q̄ prius lauať & posi extenditur.Ecclesia em̄ non solū sponsa Christi, sed & uestis Christi solet appellari.Quæ mundata est, ut nō habeat maculā:extensa est, ut nō habeat rugam.Nō habet in electis maculā criminis,nec rugam dolositatis.Nō habet in eis rugā, quia nesciunt aliud de foris oīndere, & aliud intus habere. Vel ideo nō habet in eis rugam, quia nō flectunt ad amorem terrenorū, sed extendunt spe & desiderio cælestium bonorū. Nō habet maculam *aut rugam*,sed nec *aliud huiusmodi*,quia nec cōsuetudine uenialium pctōrum ita grauāri se permittit,ut multitudo eorū possit alicui crimini comparari. *sed ut sit sancta* in bono ope, *& immaculata* in abstinentia mali.Immaculata est, id est, sine crimine. Nō enim sine pctō quisq̄ esse pōt in hac uita. Vel ad futurū seculum possunt hæc referri. Mundauit Christus ecclesiam,ut ipse post die iudicij in ęterna beatitudine exhibeat.i.præsentet eam sibi gloriosam,id est, animo & corpore fulgentem , quia tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorū. Tunc plene atq; perfecte erit ecclesia, non habēs maculam peccati uel rugam duplicitatis, aut aliquid huiusmodi,quia tunc etiā erit uere gloriosa. Non enim mō in tantis malis, in tantis scandalis, in tanta pmixtione hominum pessimorū,in tantis opprobrijs impiorum dicenda est esse gloriosa: sed tunc potius,quando malis omnibus liberata, gaudebit perenniter in bonis cū Christo. Et tunc erit uere sancta & immaculata , quia sic sola sanctitas in ea regnabit,ut omnis macula cuiuscunq; peccati procul sit ab ea. Vel sancta erit per carnis immutationē,& immaculata per corruptiōis remotionē. Christus (ut dictū est) dilexit ecclesiam q̄ est corpus eius. *Ita* etiam *uiri debent uxores suas diligere ut corpora sua*.i.sicut se:quia illæ sunt corpora eorū,& illi capita earum. Vel sicut spiritus hominis diligit & regit,& sibi in bono subjicit corpus & carnem cui cōiunctus est,sic uiri diligant & regant & sibi subjciant in bono uxores suas.Quod facere debēt,quia *qui uxorem suam diligit,seipsum diligit*,qm̄ ipse & uxor unū corpus sunt,& uxor est caro eius.Et ideo uir debet eā diligere , quia *nemo unq̄ odio habuit carnem suam*.Nam nonnulli dicūt se malle esse sine corpore,sed omnino fallunť. Non em̄ corpus suū, sed corruptiones eius & pondus oderunt.Non ergo nullū corpus,sed incorruptū & celerrimū corpus uolūt habere.Sed nec illi qui se occidunt, odio habent carnem suā , sed aliqua grauia incōmoda se per mortem effugere putant. Qui uero continentia quadam & laboribus persequuntur corpora sua,qui hoc recte faciunt,non id agunt ut non habeant corpus,sed ut habeant

Universidad de Deusto
Biblioteca

A subiugatum & paratum ad opera necessaria. Libidines enim male utentes corpore, id ē, consuetudines inclinationis animæ ad fruendum inferioribus, per ipsius corporis laboriosam quandam militiam extinguere affectant. Nam non se interimunt, & curam suæ ualetudinis gerunt. *Nemo itaq; unquam odio carnem suam habuit, sed nutrit eam* cibo & potu, *& fouet* indumētis *sicut & Christus ecclesiam* spiritualiter nutrit cibo potuq; corporis ac sanguinis sui, uel cibo fortioris intelligentiæ & potu facilioris doctrinæ, & fouet eam indumētis uirtutum. Ita & uir de uxore debet facere, q̄ caro eius est. Christus souet ecclesiam, quæ ē corpus eius. Et uere corpus eius, qa nos omnes membra sumus huius sacri corporis. *Quia membra sumus corporis eius*, id ē, ecclesię, *de carne*, id est, de imbecillitate *eius, & de ossibus*, id ē, de fortitudine *eius*: hoc est, alij sumus infirmi, & alij fortes in hoc corpore eius quod est ecclesia. Sicut ēm corpus humanum ex carne & ossibus constat, & caro eius sustentatur ab ossibus, sic ecclesia de minus pfectis & magis perfectis constat, & perfectiores exemplo & exhortatione sustentant imperfectos. Ita & mulier q̄ est quasi caro fragilis, debet à uiro sustentari, qui est uelut firmitas ossis. Vel de carne eius & de ossibus eius est, quisquis p̄ gratiam eius potest dicere, quia cum infirmor, tūc fortior sum & potēs.

1.Cor.12 B De carne eius & de ossibus eius est, quisquis ad imitationem eius dicere pōt, quia factus sum infirmus, ut infirmos lucrifacerē. Vel ideo sumus de carne eius & de ossibus eius, quia carnem eius in ministerio sumentes, carnis cōiungimus, & uirtute ipsius confortamur uelut internis ossibus. Nā sicut Eua de Adam facta, traxit ab eo carnē & ossa, sic ecclesia ex Chīo procreata, carnē eius & spm̄ (ut diximus) in se traxit. Vel de carne eius & de ossibus eius sumus. i. eandem carnem & eadem ossa quę ipse habuit, habemus q̄a de nostra mortalitate carnē suscepit cū ossibus. Potest & ita intelligi, corporis constantis de carne eius & de ossibus eius. i. de firmis & infirmis. *Propter hoc*. i. quia sumus de carne eius & de ossibus eius, & *ipse dilexit* ecclesiam, ab initio fuerat prophetatū de eo, qa *relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una*. Homo ēm iste, mediator dei & hoim, homo Chr̄s Iesus significabat. Qui reliquit patrem, qñ semetipsum exinaniuit, formā serui accipiens. Ita ēm reliquit patrem, nō quia defuit & recessit à patre, sed qa non in ea forma apparuit hoibus, in q̄ æqualis est patri. Reliquit & matrem. i. synagogam Iudæorū, de qua secm̄ carnem natus erat. Et adhęsit uxori suę, id est, sociauit & coniūxit sibi electorum ecclesiæ. Et ipsi duo, id est, Chr̄s & ecclesia sunt in carne una: qa carnem quā ille de uirgine sumpsit, quotidie in Missarū celebrationibus sumit ecclesia. Vel in carne una, qa (ut supra dictū est) ipse de mortalitate nostra carnem suscepit, & per carnem particeps noster factus est, ut illius capitis corpus esse possemus. Sicq; facta est ex duobus una quædam pſona, ex capite & corpore, ex sponso & sponsa. Totus itaq; Christus caput & corpus tanquam integer uir, quia & fœmina ex uiro facta est, & ad uirum pertinet. *Sacramentum hoc magnum est* de conuersatione Christi & ecclesię. Et ne quis istam magnitudinem sacramenti in singulis quibusq; hominibus uxores habentibus intelligeret, ego *autem*, inquit *dico in Christo & in ecclesia*. Ego quidē allegorice interpretor hęc uerba Geneſis de coniugio Christi & ecclesiæ, sed carnea nos moraliter & ad literam ea intelligite, *& uos singuli unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat*. Vxorem aūt monemus, *ut timeat uirum suum*, i. casto timore diligat eum, & obediat ei in omni bono & reuereatur eum.

C

CAPVT VI.

Col.3. Exod.20. Deut.5. Matth.15. Marc.7.

Filij, obedite parētibus uestris in domino. Hoc ēm iustum est. Honora patrem tuū & matrem tuā, quodē mandatū primum in promissione, ut bene sit tibi, & sis longæuus super terram.

¶ Præcipit filijs ut obediant parentibus suis in domino. i. in his quę ad deum ptinent, non ēm suadet obediendum esse in eis q̄ sunt contra deum. Et ideo est obediendum parentibus, q̄a *hoc est iustū*, ut eis obediatur à filijs, id est, naturale ius habet. Nec solū ius naturale est hoc, sed etiam præceptum dñi, dicentis, *Honora patrem tuum & matrem tuam. Quod* ideo p̄cipue est obseruandū, quia *est mandatum primum in promissione*. Licet ēm hoc mandatum sit quartum in decalogo, tñ primum est in pmissione, quia huic primo addita est promissio, cum cæteris præcedentibus non esset adiuncta. Tria quippe mandata præcesserunt istud, & pertinent ad charitatē dei, quia deus tm̄ itas est. Alia uero septem, in quibus ē hoc primum, ad dilectionē proximi respiciunt, & docent qūo unusquisq; inter homines. Nam ipse septenarius præceptorum numerus incipit ab honore parentum. Honora, inquit, patrem & matrem. Ad parentes enim suos homo aperit oculos, & bona eius uita ab eorum amicitia sumit exordium. Quisquis aūt parentibus non defert honorē, quibus parcere poterit? Primum est hoc mādatum in secunda tabula, q̄ continet mandata pertinentia ad dilectionem proximi. Et est in promissione. Nā & ita distingui potest. f. ut & primum intelligatur esse in altera tabula, & esse in promissione. Sed uerius dici potest in utraq; re primū esse, & in tabula, & in promissione. Quæ promissio magna est. Honora (inquit) parentes, *ut bene sit tibi*, id est, carnalia & spiritalia bona per hoc à deo consequaris: *& sis longæuus super terram*. i. longęuitatē æternitatis habeas super stabilem mansionem cælestis patriæ.

D

Et uos patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros, sed educate illos in disciplina & correptiōe domini.

¶ Vos filij obedite parentibus, *& uos* parentes nolite illis dare occasionem inobedientiæ: *nolite* illos *ad iracundiam prouocare*, id est, nolite illis ea facere, propter quæ peccent pertracundiam, quia patres estis illorum, & qa illi sunt filij uestri: *sed educate illos* dū pueri sunt, *in disciplina* domini, ne indisciplinate incipiant uiuere: *&*

C *in correptione domini*, ut de prauitatibus morum suorum corripiatis illos secundum deum bono animo, & ad rectitudinem reducatis.

Serui, obedite dñis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis uī sicut Chr̄o, non ad oculū seruientes, quasi hoībus placētes, sed ut serui Chr̄i, faciētes uolūtatē dei ex animo, cū bona uoluntate seruientes sicut domino, & nō hoībus, scientes qm̄ unusquisq; quodcunq; fecerit bonū, hoc recipiet a dño, siue seruus, siue liber. Et uos dñi eadem facite illis, remittentes minas, scientes quia & illorū & uester dominus est in cœlis, & personarū acceptio non est apud deum.

Rom.2. Iacob.2.

¶ Vos *serui obegite dominis carnalibus*, id est, qui uobis temporaliter dominantur secūdum carnalia, non secundū spiritualia. Habetis enim & spiritualem dominum in cęlis æternum, qui uestris mētibus dominatur; sed non uult ut occasione eius dedigneminī seruire carnalibus dominis, qui bus ipso ordināte subiecti estis. Etiam si sunt iniqui uel infideles, seruite illis donec transeat iniquitas. Multi enim religiosi dominis iniquis, non tamen liberis seruiunt: quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Et utiq; felicius seruit homini quām libidini. Ordinauit ēm sic deus ecclesiam, ut omnis potestas ordinata in seculo haberet honorem aliquem & à melioribꝰ. Et ideo obedite dominis uestris ut oportet, scilicet *cum timore & tremore*. Timor enim ē causa tremoris. Filij parentibus cum reuerentia honoris obediant, serui autem cum timore animi & tremore corporis, scilicet ut gestus corporis & apparitio ostendat interiorem timorem. Et hoc facite non in simulatione, sed *in simplicitate cordis uestri*, id est, in puritate intentionis uestræ: quia licet sit habendus timor, tamen intentio seruanda est simplex, id est, absque duplicitate similationis, ut sicut exterius ostenditis uos libēter obedire, sic habeatis in corde, scilicet non hoc faciatis solo timore effugiendi pœnas temporales, sed pura intentione bene agendi. *Sicut Christo* illis obedite, id est, ex puritate intentionis, qua Christo debetis obedire. Cum enim Christo iubente seruitis hominibus, non illis seruitis, sed ei qui iussit. Vel sicut Christo illis obedite, id est, tantum in bono. Præcipiunt enim sæpe mala agere, sed in his non ē eis obediēdum. In simplicitate cordis obedite, *non ad oculum seruientes*, id est, non existentes prompti & strenui ad seruiēdum tunc solummodo, cum à dominis uestris uidemini, & illis absentibus agētes negligenter: quia hoc faciunt subdoli serui, qui uolunt placere hominibus dominis, quos fallere possunt: non deo, qui uidet omnia. Non ita ficte seruiatis,

D

Iohan.8.

quasi hominibus solum *placentes, sed ut serui Christi*, id est, in puritate cordis & ueritate, nulli alij rei nisi uerę iustitiæ, studentes. uos dico, *facientes* in hoc *uoluntatem dei*, qui uoluit ut carnalibus dominis seruiretis, non inuiti, sed *ex animo*: nec ex malo animo, sed ex bona uoluntate: ut etsi non potestis liberi fieri, uestram tamen seruitutem quodammodo liberam faciatis, non timore subdolo, sed fideli dilectione seruiendo. Ecce non fecit Christus de seruis liberos, sed malis seruis bonos seruos. Ex animo *cum bona uoluntate seruientes* huius *sicut domino* deo, *& non hominibus*, cuius præcepto seruitis hominibus. Vos dico, *scientes quoniam unusquisq; quodcunq; fecerit bonum, hoc recipiet a domino, siue seruus siue liber*, id ē, ideo debetis seruire dominis prout rectum est, quia certum uobis est, uos remunerationem à deo percepturos, non solum de hoc, sed de omni bono quod feceritis, siue serui, siue liberi sitis: quoniam neq; seruitus impedit aliquem ad consecutionem præmij, neq; libertas expeditum reddit, tantum quisq; bonum faciat. Deus enim remunerator est omnium operum uere bonorum quicunq; faciat ea. *Et uos domini eadem facite illis*, non quod illis seruiatis, sed in simplicitate cordis & bona uoluntate secundum deum illos tractate, id est, sicut illis conuenit subiectionem debitam & iustam exhibere uobis seruiendo, sic uos iustam & dulcem potestatem exercete super eos humiliter dominādo. Suauius illos tractate, *remittentes*, id est, relaxantes illis *minas*. Non intero dico minas fieri, sed iubeo remissius fieri. Etsi minæ remissius faciendæ sunt, quanto magis uerberæ? Humane (inquam) illos tractate. *Scientes quia in cælis est & illorum & uester dominus*. Id est, licet uestri serui, tamen uos estis illorum conserui, unum dominum habentes, contra quem de munere eius superbitis, si illos quos per conditionem tenetis subditos, æquales uobis per naturæ consortium non agnoscitis. Nam si male illos tractaueritis, nō ignosco nobilitati uestræ. *Non enim personarum acceptio est apud deum*, id est, nō accipit homines propter personarum dignitates, quia in eius iudicio sublimitas personæ non eōfert aliquid alicui, nec humilitas personæ obest alicui: sed unusquisque secundum opera sua recipit, uel bona uel mala, siue liber sit ille, siue seruus. Ideo & serui & domini studere debent ut iuste agant.

De cætero fratres, confortamini in domino & in potentia uirtutis eius. Induite uos armaturam dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli.

¶ Specialibus expletis institutionibus mulierę & uiroꝝ, filioꝝ & parentū, seruorum atq; dñorū, ad generalem redit exhortationem, & ad spiritale bellum omnes simul instruit. Quasi dicat: Hactenus aliq uestrū putauerūt se suis uiribꝰ sine adiutorio gr̄æ bonū aliq̄d agere posse, sed *de cætero fratres* si bono aīo uolueritis agere, *confortamini*

Universidad de Deusto
Biblioteca

non in uobis, sed *in domino*. Vel ita: Hucusq; uos iuui, sed de cætero quod superest uobis uiuẽdi spatio, confortamini iam in domino, ut sine meo fortes efficiamini contra bellum diabol. ✦ Siue etiam ita: Multa uobis hucusq; dixi, sed de cætero quod adhuc dicere possem, hoc tantum agite: de cætero quod restat, sic agite, scilicet cõfortamini, id ẽ, fortes efficiamini contra oẽs impugnationes aduersarij, in domino. i. in eo respectu quod dñm habetis, cuius dominio tuebimini, & confortamini *in potentia uirtutis eius*. i. in uirtute eius quæ oĩa potest. Et ideo confortari debetis, tum quia dñm habetis, tum quia ille potentem in omnibus uirtutem habet. Et quia nõ in sola gĩa confortandũ uobis est, sed etiam liberum adhibere debetis arbitrium, *induite uos armaturam dei*. Scilicet non solum confortamini in domino, sed etiam excitãdo liberum arbitrium, induite armaturam dei. i. induite uos omnibus armis quibus militatur deo. In armatura enim omnia comprædunt arma. Induite armaturam dei, quod prædictum ẽ respectu liberi arbitrij, *ut possitis stare aduersus insidias diaboli*. Taliter enim insidijs eius resistere poteritis, id est, mediante auxilio diuinæ gratiæ, & exercitio liberi arbitrij, quia aut sola gratia, aut solo arbitrio nemo potest ei resistere. Et ideo prius cõfortamini in dño, & post induite armaturam dei, quia gratia præuenit liberum arbitrium. Idcirco uobis induenda est armatura dei, ut ei uiriliter militantes possitis in prælio non cædere, non succũbere, sed stare aduersus insidias diaboli, tum quia diabolus est criminator, tum quia insidiose agit contra uos. Longe enim grauior pugna quæ fit insidijs, quàm quæ fit ui. Non uident diabolum homines cum quo pugnant, sed tamen facile habent remedium. Seipsos interius uincant, & de illo foris triumphent. Ob hoc induẽda est armatura dei. Et quæ induenda est armatura, nisi omnium uirtutum perfectio, quibus à iaculis satanæ defendimur?

Quoniã non ẽ nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harũ, contra spiritalia nequitiæ in cælestibus.

¶Ideo spiritualibus armis oportet nos undique munitos esse, quia contra spirituales hostes est nobis pugna. *Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem*, id est, aduersus homines qui caro & sanguis sunt, Galatis minus pfectis indixit aliud bellum, quod est aduersus carnem & sanguinem, dicens qa caro concupiscit aduersus spiritum, spũs aũt aduersus carnem. Ephesijs uero quasi iam spiritualibus & cõcupiscentiæ carnis pualentibus, atq; persecutionem ꝓ iustitia foris sustinentibus, dicit: Non ẽ nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. i. aduersus homines q nos persequi uident, sed aduersus malignos spũs qui eorũ mentibus principant, & per eos nos persequũt. Et quia sic ẽ, debemus homines diligere, dæmones cauere: homines misericordit eripere, dæmones uiriliter superare. Quomodo em̃ sic cõtra aliquem in prælio constitutum de parte aduersaria armatus equo sedens ueniat, non equo, sed equiti irascitur, & quantũ potest, agit ut equitem percutiat & equum possideat: sic contra oẽs malos homines agendũ, & nõ contrà illos, sed cõtra illum qui illos instigat, totis uiribus laborandũ est, ut dum diabolus uincit, infelices quos ille possidebat, liberent. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. i. aduersus homines, quos uidemus sæuire in nos, qui potius miserãdi sunt quam odio habendi: *sed aduersus principes eorũ* dæmones, & aduersus *potestates* iniquas malignorum spirituum. Principes dicuntur illi spũs, qui principantur in uitijs suis, quæ specialiter fugere soliti sunt: sicut est spũs fornicationis, q impugnat homines secundũ luxuriam, & luxuriosus principatur: & spũs superbiæ, qui impugnat secũdum superbiam, cæteriq; tales, & sic unusquisque principatur in suo uitio. Potestates autem uocant illi spiritus, qui habent uim & officium præcipitandi homines in maiora peccata, quia præsunt illis secundum immissionem maiorũ & grauiorũ uitiorum. Et quàm sit periculosum contra tales pugnare, quis non intelligat? & quomodo uincimus huiusmodi hostes quos non uidemus, nisi qa carnales interiores motus nr̃os sentimus, his q cõfligimus & illos percutimus? Vel principes intelligantur illi dæmones, qui principantur alijs dæmonibus: & potestates, qui super alios possunt. Sunt enim inter eos alij nequiores alijs & in malo fortiores: contra quos nobis lucta est, & *aduersus rectores mundi*. i. aduersus illos dæmones, qui iusto dei iudicio regunt eos qui sunt mundus. i. immoderate mundanis adhærentes. Hi sunt qui nos per homines sibi subditos persequũt, quia regunt eos ad male agendum, & de uitio ducunt in uitium. Rectores enim sunt mundi, qui mundanos (ut dictum est) regunt. Rectores sunt, nõ mundi elementorum. i. cæli & terræ, maris & aeris, sed mundi *tenebrarum harum*. i. omnium istorum infidelium, & istorum iniquorum hominum. De quo mũdo dictum est: Totus mundus in maligno positus est. Et conuersis peccatoribꝰ, Fuistis, inquit, aliquando tenebr̃, nunc autem lux in domino. Istũ mundum qui huiusmodi tenebris. i. tenebrosis hominibus cõstat, regunt maligni spũs. Et aduersus istos ẽ nobis pugna, non aduersus eos quos regunt. Et etiã *contra spiritalia* &c. Per hoc ostenditꝰ magna impugnationis uehementia. Multo enim grauiori pugna & periculosiori exagitat̃ homo, cũ ab hoste q nõ subiacet oculis, impugnat̃, quia nescit qua parte ab aduersario impetat̃. Spiritalia dico *nequitiæ*. i. defectionis & impossibilitatis. Nequitia quippe dicitur à nequam, quia per eam tenditur ad non esse, sicut reprobi angeli deũ qui solus uere est, deseruerunt, & in perpetuũ defectum ceciderunt. Quæ spiritalia nequitiæ sunt *in cælestibus*, id est, in huius aeris infimi caliginoso habitaculo, ubi & nebulæ conglobant̃. Vel in cælestibus, id est, in mẽtis nostræ sanctis uirtutibus patimur impugnationem à nequissimis spiritibꝰ. Siue in cælestibus pugnant contra nos. i. pro cælesti hæreditate tollenda. Itaq; aduersus principes et potestates, atq; rectores mundi tenebrarũ harũ, & aduersus spiritalia nequitiæ in cælestibꝰ graue nobis certamen indicit Apostus. Ipsa uero certaminis species sic intelligenda est, cũ damna, cũ pericula, cũ opprobria, cum criminationes excitant̃, aduersum nos, non id agentibꝰ aduersarijs potestatibꝰ, ut hęc tãtummõ patiamur: sed ut ꝓ hęc uel ad irã multam, uel ad nimiam tristitiam, uel ad desperationem ultimam prouocemur, uel (quod est grauius) fatigati & uicti tædijs compellamur aduersus deum cõqueri, tanq; humanã uitam nõ æque iuste moderantẽ, ut per hæc uel infirmemur in fide, uel decidamus à spe, uel transferri cogamur à ueritate dogmatũ, & impium aliquid de eo sentire suadeamur. Talia em̃ scripta sunt de Iob, cum diabolus dari sibi facultatem bonorũ eius petisset à deo. Per quæ etiam illud edocemur, qm̃ nõ fortuitis aliquibus incursiõibus impugnamur, si qñ nos talia aliqua facultatũ damna pcusserint: nec fortuitu nr̃orum aliquis captiuus abducit̃, uel domorũ ruinæ in qbus chari quiq; opprimant̃ eueniunt, uel aliquid huius cõtingit. In qbus oĩbus, uel in quolibet horũ unusquisq; fide liũ dicat aduersario: Nõ haberes aduersum me potestatem nisi data tibi esset desup. Nihil em̃ potuit contra Iob, nisi quãtũ à deo pmissus ẽ. Sic nec cõtra quẽq; fidelium poterit amplius. Taliter nos oportet instrui, qui contra tales confligimus aduersarios.

Iob. 16.

Propterea accipite armaturã dei, ut possitis resistere in die malo, & in oĩbꝰ pfecti stare. State ergo succincti lũbos uõs in ✠itate, & induti loricã iustitię, & calceati pedes in p̃paratione euangelij pacis: in oĩbus sumentes scutũ fidei, in q̃ possitis tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spũs, quod est uerbum dei.

Talibus armis nos armat Apostolus, laudabilibus & inuictis, insuperabilibꝰ & splendidis, spũalibus & inuisibilibus, quia hostes inuisibiles expugnamus. Si uides hostem tuũ, uideant̃ arma tua. Si aurẽ non uides hostẽ, cur uident̃ arma quibus eum impugnas? Quia tam grauis & tã multiplex atq; tam periculosa est pugna, *propterea accipite armaturam dei*. i. arma uirtutũ, quibus suos milites deus armat. Accipite de manu imperatoris summi arma fortia, *ut possitis* nõ cedere pdictis hostibꝰ, sed *resistere* fortiter illis *in die malo*, id ẽ, in hora tentationis, qñ uelut diẽ prosperitatis arridere faciũt offerendo delectationẽ peccati. Vel in die malo. i. in tẽpore q̃ uiget malitia, in tẽpore impugnationis diabolicæ, in tempore pr̃sentis uitæ, quæ tota tentatio est. Et possitis non subiacere, sed *stare perfecti in omnibus* uirtutibus, ut non in qbusdam uirtutibus bonis pfecti sitis, & in quibusdam imperfecti, sed in oĩbus (prout fas est) pfecti. Tunc enim à nulla parte uinci poteritis. Vel in oĩbus impugnatiõibus stetis pfecti, qd plus est q̃ resistere. Siue in oĩbus, tam prosperis q̃ aduersis. Aut aliter: Vt possitis resistere in die malo. i. in die iudicij: qui malus propterea dr̃, quia terribilis erit accusationibꝰ diaboli, ut quando suos accusauerit, puritate conscientię possitis uos defendere, sed etiam perfecti stare possitis in omnibus cum electis. Stãdum uobis est contra hostes in armatura dei. *Ergo state succincti lumbos* mentis ur̃æ, id est, state in castitate, qa ipsa est initium bonæ operatiõis, ideoq; nunc prima ponitur in spiritualibus armis quæ describuntur. Quandiu enim quis luxuriæ subiacet, nihil boni potest agere: quia nihil eorum quæ facit, potest deo placere. Sed postquam deseruerit luxuriam, incipit operari iustitiam. Et ideo nunc prius iubemur succingere lumbos, & post induere loricam iustitię. Lumbos enim succingimus, cum carnis luxuriam quæ in lumbis est, per continẽtiam coarctamus. Sed quia nonnulli simulant se lumbos habere succinctos & non habent, ideo præcipitur nobis, ut *in ueritate* succinctos habeamus eos, non in simulatione, quatenus uera sit nostra castitas, non simulata. Vel mẽtis lumbos succingam9 in ueritate, ut cingulo castæ amoris Christi nos contineamus à mendacio: quia qui mendacium loquitur, quantum in se est, corrumpit ueritatem, & ita fornicatur. Qui autem uera semper loqui studet, quasi legitimo coniugio utitur, ueritatẽ uel sapientiã habens coniugem, sicut ille q dicebat: Hanc amaui & exquisiui ✠ à iuuentute mea, & quæsiui spõsam mihi eã assumere. Ita ergo succingendi sunt in ueritate lumbi uestri, ut nõ accedamus ad scortum, id est, ad mendacium, sed in legitima sponsa q̃ est ueritas, delectemur, & ex ea filios generemus. Deinde subiungitur ut simus & *induti loricam iustitiæ*. i. forti uestimento bonæ operationis undiq; muniti, ut nihil iniustũ appareat in operibus nostris, sed totum ab omni parte iustũ & æquũ. Et hæc iustitia recte uiuẽdi est nobis lorica, quia interiora nostra nõ sinit transfigi, sed defendit undiq; præcordia nostra ab oĩbus telis inimici. Sicut em̃ lorica multis hamis conficit̃, ita uestis iustitiæ multis operibus bonis & uirtutibus connectitur. Et huiusmodi lorica debet interior homo noster indui, ne possit ab ulla parte uulnerari. Postq; uero libidinẽ uicerimus, & nos lorica iustæ operatiõis induerim9, tũc & alijs bona pdicare idonei erimus. Vnde sequitur: *Et state calceati pedes*. i. habentes calceatos pedes, hoc est, munitos affectus uitæ mentis, ne tangãt terrena, hoc ẽ, ne terrenis cõmodis innitant̃, *in præparatione euangelij pacis*, id ẽ, in eo quod præparatis cordibꝰ alio rum euangelicam prædicationẽ, quæ annunciat pacem inter deum & hoĩes. Calceamenta fiunt ex corijs mortuorũ animalium, & significant exẽpla patrum iam defunctorũ, qbus ab omni terrena la-

Sapien. 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sione defenduntur pedes nostræ mentis, id est, affectiones, quibus tanquam pedibus ad faciendum aliquid promouemur. Læditur enim pes prædicatoris à terra, si affectus eius terrenum cõmodum ex prædicatione appetit, id est, si propter terrenum commodum, non propter regnum cælorum prædicat euangelium. Et ideo prædictis calceamentis induantur pedes nostri, id ẽ, exemplis patrum muniantur, ut sicut patres studio supernæ intentionis, non appetitu terrenæ cõmoditatis prædicauerunt euangelium, sic & nos faciamus. Cuius prædicatores in nullo fidei debent regulã deserere. Vnde subditur: *In omnibus sumentes scutum fidei.* Fides eñ pro scuto sumenda est in omnibus congressionibus, qm̃ ipsa prima resistit malignis spiritibus, & eorum tela excipit & repellit. Sub ea nanq; proteguntur cæteræ uirtutes, quia ad omnia uirtutum arma protenditur, & eam diabolus impugnare primam aggreditur. In omnibus prælijs & in oibus tentationibus fitis sumentes scutum fidei, *in quo* scuto *possitis* non solum repellere, sed etiam *extinguere* omnia *tela nequissimi* diaboli, id est, oñes suggestiones eius acutissimas, quibus corda nostra ut nulneret impetit: tela dico, *ignea*, id ẽ, ignem uitiorum in humanis cordibus accẽdentia. Inflammant enim mentes hominum ad concupiscentiam, & igne totius malitiæ succendunt. Et B hæc tela nequissimi hostis sunt, id est, qui etiam ea quæ nequit perficere præsumit, & in qbus nequicquam laborat. Sed aduersus hæc fide inuisibilium rerum armamur, & inuisibilem aduersarium sternimus. His armis uos induite, *& galeam* quoq; *salutis assumite*, id est, spem quæ salutem æternam expectat: qug ideo galea dicitur, quia sicut galea est in superiori parte armaturę, scilicet in capite, ita spes altior est oibus alijs uirtutibus, & semper respicit ad superiora, spirans ad cælestia. Et ob hoc addidit salutis, ut ostenderet spem assequi quod desperat, id est, salutem. Vel sicut scutũ fidei fides est, sic galea salutis salus est. Cuius s. perpetuæ salutis memoria uel expectatio, caput mentis contra oñes ictus dæmoniacæ impugnationis tutũ facit. Qui enim cogitat diligenter quæ sint æterna gaudia, facile delectationes peccati à suo corde respuit, & aduersitates uincit. Hæc sunt arma qbus muniti, nunquam diabolo uel alicui mẽbro illius cedetis. Sequunt arma quibus illum & suos deuincatis: *Et* assumite *gladium spũs*, id est, ensem spiritalem, *quod est uerbũ dei*, id est, sermo diuinæ prædicationis, quo diabolus interficitur: hoc est, impugnationes eius adnihilantur, & q̃ tyrannos huius seculi & hæreticos, membra scilicet satanæ deuincetis, & uobis subijcietis, cæteros q̃ peccatores. Cum dicit, & gladium spiritus quod est uerbum dei: quod, ad significatum respicit, nõ ad gladium. Ecce hæc sunt arma qbus muniuntur & pugnant milites dei. Sequitur:

Per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso uigilantes in omni instantia & obsecratione pro omnibus sanctis & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium euangelij, pro quo legatione fungor in catena, ita ut in ipso audeam prout oportet me loqui. C

¶ Prædictis armis state muniti. Sed quia non est nostræ potestatis ut his munĩamini, nisi donante deo, nec his uincere poteritis nisi ipse dederit, estote *orantes per omnem orationem*. i. per oĩa quę oranda sunt, ut p omnẽ orationẽ quę faciẽda est, trãseat nra supplicatio. i. nihil relinquatis de his q̃ petenda sunt in oratione: & non solum p orationẽ, sed etiam p *obsecrationem*. i. per oĩm sacrę adiurationẽ. Maiorẽ eñ orandi expressionẽ notat, obsecratio q̃ oratio: quia obsecratio est oratio cũ adiuratione uel obtestatione, oratio aũt simpliciter facta est rogatio. Per omnẽ orationẽ & obsecrationẽ fitis orãtes *omni tempore* competenti, id est, oĩbus horis ad orandũ constituris. uel omni tempore. i. tam in aduersis quãm in prosperis. & hæc oratio fiat *in spiritu*, id est, mente, ut mentis affectus concordet uerbis orationis q̃ proferuntur ex ore, uel in spũ, non in carne orate. In carne eñ, non spiritu orat, q̃ polluta mente orat, iterum peccaturus nõ casu, sed ex proposito. uel oñi tempore orate in spiritu, id est, in cordis deuotione, ut licet os non semper orare queat, spiritus tamen semper bonis desiderijs intus oret. Et *in ipso* spiritu fitis intus *uigilantes*, id ẽ, soliciti, id est, sicut oculi foris uigilant, sic spũs agat intrinsecus, & hoc *in omni instantia*, ut spũs & corpus instanter p̃seuerent in uigilijs. & *in* omni *obsecratione*, ut *pro omnibus* obsecretis, pro quibus obsecrandum est. s. *pro sanctis*. Pro sanctis eñ uidetur esse obsecrandum, & p̃ infidelibus orandum, q̃ nihil sacri habent. Vigilate inquam, & obsecrate pro oĩbus sanctis, id est, pro perseuerantia & saluatione omnium sanctorum, & specialiter *pro me, ut* tribulatio non me obtundat, sed *detur mihi sermo in apertione oris mei*, id est, cũ aperuero os meum, hoc est, cum alta mysteria & altas sententias dixero. Nam hoc in diuina scriptura non reperitur, nisi ubi magnum quid & prosundum debet dici. Cum os meum aperuero, ut abditos sensus proferam, detur mihi sermo. i. facundia exprimendi ea quæ uoluero, ut luculẽter ea possim exponere, scilicet *cum fiducia notum facere*. i. ut audacter & non timidenotum faciam *mysterium euangelij*, id est, occultum *psam. 50.* secretum incarnationis & passionis Christi, ut occultas eorum causas notificem audientibus. Nã quia occultum est hoc mysterium, ideo necesse ẽ ut notum faciam illud: & hoc agere uolo, quia pro eo annunciando *fungor legatione in catena*. Nam nec pro catena cesso à legatione. Quanquam enim, p euangelio quod annunciabam, sim catenatus, tamen illud sicut à Christo missus sum prædicare, non omitto. Detur (inquam) mihi sermo ad notificandum mysterium euangelij, *ita* scilicet detur mihi, *ut in ipso* euangelio *audeam* sine timore *loqui* alijs *prout oportet* me, id est, sicut expedit mihi, q̃ hoc agere missus sum. Sequitur in quibusdam codicibus hoc loco talis uersiculus: ¶ Verbum autem dei non potest alligari. Ac si dicat Apostolus: Pro euangelio quidem uinctus sum, sed tamẽ prædicare non desisto: qa uerbum dei q̃d

annunciari debet, nullo põt impedimẽto tardari.

C **Vt aũt & uos sciatis quę circa me sunt quid agam, oĩa uobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister in domino: quem misi ad uos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda uestra.**

¶ Dixi ut oretis pro me, & quia pro euangelio uinctus sim: sed quibus tribulationibus afficiar, non dixi. Sed quæ circa me sunt molestiæ, referet uobis Tychicus, ne de minimis aduersitatibꝰ meis moueamini, metu earum recedentes à fide. *Quæ*. i. cuiusmodi tormenta *sunt circa me*. i. in corpore meo, quia ad mentis interiora non penetrant, & *quid agam*. i. quàm constans sum, indicabit uobis *Tychicus*, qui est nõ uilis, sed *charissimus frater*, id ẽ, Christianus, & non fraudulentus uel fallax, sed fidelis: ideo hũc audite, quia *fidelis minister est in domino*. i. in his quæ sunt domini. Cui credere debetis, quia illum *ad uos misi*, ut puram ueritatem de me uobis dicat, & *consoletur corda uestra*. i. leniat & mulceat: & dolorem, qui pro auditu tribulationũ mearum increuerat, temperet. Vel si de nostris tribulationibus dolebatis, nunc consolationem accipiatis ab eo, cognoscẽtes me libenter pati multo grauiora. D

Pax fratribus & charitas cum fide a deo patre & dño Iesu Chro. Gratia cũ oñibus qui diligũt dñm nostrũ Iesum Christum in incorruptione, Amen.

¶ Pax cum deo sit *fratribus* id est, Christianis & *charitas*, ut eũ toto corde diligant: & hæc pax & charitas detur eis *cum* integra *fide a deo patre* & filio eius *domino* nostro *Iesu Christo*. Per pacem enim manebunt in charitate, quæ in fide est: & à quo ẽ pax & charitas, ab illo est & fides. i. à deo Nõ eñ fides, qa dat priusq̃ postulet ab illo cui dat, ideo dicenda ẽ non esse donũ dei, sed esse à nobis quia data est nobis non perentibꝰ. Oĩa eñ bona sunt à deo. *Gratia* gñaliter accepta, quæ ẽ mater oĩm bonoꝝ & nutrix, sit *cum omnibus qui dominũ nostrum Iesum Christũ*, ecclesiæ sponsum *diligunt in incorruptione*. i. casto amore sicut sponsam, quæ corruptionẽ nõ admittit. Non eñ Chm̃ in incorruptiõe diligunt, uel quoꝝ fides in aliquo ẽ corrupta, uel qui eũ pro tẽporalibꝰ & corruptibilibꝰ bonis diligũt, non pro æternis & incorruptibilibus. Sed qui Christum propter solum Christum, & propter spem perpetuæ incorruptibilitatis amant, illi eũ in incorruptione diligunt: quia sic eum diligunt, ut neq; nunc corrumpi ualeat mens eorum, neq; tunc caro eorum.

PRÆFATIO IN EPISTOLAM
Pauli ad Philippenses.

PHilippi, ciuitas est in partibus Macedoniæ, unde Philippenses dicuntur. Quibus prædicauerat Apostolus, qui fidei charitate ac morum honestate illos instruxerat. Et ipsi in fide morumq; nobilitate in omnibus fere secundum apostolicam doctrinam perstiterũt: sed de primatu tantum inter eos erat contentio, quoniã alij se uolebãt alijs præferre quasi gloriãdo de meritis. Qua de causa Apostolus præcipue scribens illis a Roma, intendit illos ad humilitatem reuocare, scilicet ut de meritis non glorientur, neq; alter alteri se præferat: sed quicquid boni habet, siue remissionem peccatorum, siue dona uirtutum, gratiæ dei adscribat, à quo totum habet & nihil à se. Miserant autem ei aliquid substantiæ per Epaphroditum Romã, quem cum hac epistola misit. In qua, quia præsens non potest, munit eos contra duplex bellum tribulatorum, sed & pseudo prædicatorũ, ut omnia pro Christo sustineant aduersa cum humilitate, sicut & Christus fecit, & legal a à pseudo prophetis nunquàm recipiant. Qui quoniam ad humilitatem illos inuitat, ideo non posuit nomen officij sui & autoritatis, quod est apostolus: sed & ideo fortasse, quia ipsi nunquàm de eo minus uel contra eum senserant. Secum uero Timotheum addidit in principio epistolę, qa ipse socius Apostoli fuerat in conuersione eorum, atque solicitus erat cum eo de salute ipsorum, & fortasse rogauerat eum ut scriberet illis. Sic enim exorsus est.

EPISTOLAE PAVLI AD
Philippenses.
CAPVT I.

PAVLVS & Timotheus serui Iesu Chri, omnibꝰ sctis in Chro Iesu, qui sunt Philippis, cum episcopis & diaconibus: Gra uobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo. B

¶ Seruos Christi se dicunt *Paulus & Timotheus*. qd est signum humilitatis, ut eis exemplo suo humilitatem suadent. Sed cum ipse dominus dicat, Iã non dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius, qua ratione se seruos nuncupant: Sed sciendum qa sicut est timor seruilis quẽ perfecta charitas foras mittit, atq; timor castus permanens in seculum seculi, sic ẽ seruus qui nõ manet in domo in æternum, atque seruus intrans in gaudium domini sui. Nam cum timore q̃ẽ charitas expellit, & seruitus q̃ ad eum ptinet, simul expellẽda ẽ. Erant ergo *serui* Paulus & Timotheꝰ, quantum ad timorem castum, non quantũ ad timorem seruilem: neq; principis alicuius mortalis, sed *Iesu Christi*. Qui mandant ea quæ seqũntur *omnibus sanctis*. i. oĩ plebi mũdatæ per baptismũ à peccatis, & sanctificatæ nõ in suo merito, sed *in Christo Iesu*. i. in gra Chri, s. qa deus factus ẽ homo, passus ẽ & resurrexit, Curialiẽ illos ad humilitatẽ reuocat, oñdens illos esse sctos in Chro Iesu, non in se, & determinat quibus sanctis, scilicet *qui sunt Philippis*. i. in illa ciuitate. Interpretaũr Philippi, os lãpadis, & illi sancti sunt Philippis. i. in ore lãpadis, qui sunt in lucidissima dei illuminatione, *1.ioh. 1.* *1.ioh. 4* *iohan. 8.* *Matt. 25*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quam & cæteris undiq; spargãt, sicut & istis dñ in sequentib9, in medio nationis prauæ & peruersæ, inter qs lucetis sicut luminaria in mundo, uerbum uitæ continẽtes. Talibus ergo sctis ubicũq; sine corporaliter degẽtes, scribit hĩc epistola. Omnibus sctis q sunt Philippis. i. oĩbus subditis, *cum episcopis. i.* presbyteris *& diaconibus. i.* minoribus cũ maioribus. Episcopos nanq; pro presbyteris more suo posuit. Non em̃ plures episcopi in una ciuitate erant, neq; presbyteros intermitteret, ut ad diaconos descenderet. Sed dignitatẽ & excellẽtiam presbyterorũ declarat, dum eosdẽ qui presbyteri sunt, episcopos esse manifestat. Quod autẽ postea unus electus est qui ceteris p̃poneret, in schismatis remedio factum est, ne unusquisq; ad se trahẽs Christi euangeliũ rumperet. Nam & Alexandriæ à Marco euangelista usq; ad Heraclã & Dionysiũ episcopos, presbyteri unum de se electum, & in excelsiore loco & gradu collocatum episcopũ nominabant: qño si exercitus imperatorẽ faciat, aut diaconem eligãt de se quem industrium nouerint, & archidiaconem uocent. Cõstat ergo apostolica institutione omnes presbyteros esse episcopos, licet nunc illi maiores hoc nomen obtineant. Episcopus enim supintendens dñ, & omnis presbyter debet intendere curã super oues sibi commissas. Omnibus (inquit) sanctis qui sunt Philippis,
B cum episcopis & diaconibus. Quia minores præmittit, ad humilitatẽ inuitat. Quia uero & minores subnectit, oñdit non esse quenq; adeo perfectum, qui non hac egeat admonitione. Quod aũt subdit; *gratia uobis & pax a deo patre nostro, & domino Iesu Christo,* in superioribus epistolis expositum est.

Locꝰ obscurus.

Grãs ago deo meo in oĩ memoria uestri sp̃, in cũctis oratonibus meis, p omnibus uobis cũ gaudio, deprecationẽ faciens super cõicatione uestra in euãgelio Chri a prima die usq; nũc, cõfidẽs hoc ipsum, qa qui cœpit in uobis opus bonum, pficiet usq; in diẽ Chri Iesu, sicut est mihi iustũ hoc sentire pro oĩbus uobis, eo qp habeã uos in corde & in uinculis meis, & in defensiõe & cõfirmatiõe euãgelij socios gaudij mei oẽs uos esse.

¶ Illoꝝ bñuolentiam captans, oñdit principiũ boni operis à deo illis datum, & finem ab eodem esse dandũ, ut de se non p̃sumant, sed gr̃æ dei oĩa bona sua attribuant. Ago (inqt) *gratias deo meo,* qui mihi facit qp uolo in uobis. i. illum qui tãta nobis bñficia spũalia contulit gratis, laudo: quia nõ nro merito, sed eius dono ad bonum Chrianæ religionis uenistis, in qua & multum profecistis. Grãs ago, inquã, *pro oĩbus uobis. i.* pro religiosa conuersatione oĩm uestrum ab illo data, *in omni memoria uestri. i.* ẽties uestri memor fio: memoria dico. nõ ad horã, sed *semper,* scilicet *in cunctis orationibus meis,* id est, quotiescunque oro. Vel memoria uestri dico, nõ pro parte uestrum facta, sed pro oĩbus uobis. C
De præteritis bñficijs à deo uobis collocatis, ago ei gratias, non cũ tristitia, sed *cũ gaudio:* quia nõ cõtristor de culpis uris, sed de sanctitate uestra gaudeo, *faciens deprecationem. i.* deum toto mentis affectu deprecans *sup communicatione,* id est, de cõicatione, *uestra,* hoc est, ut magis ac magis communicetis sp̃, & unanimes atq; unum cor habentes sitis, *in euangelio Christi,* id est, in fide & præceptis euangelicæ doctrinæ. Vel deprecationẽ facio sup communicatione ura. i. ut pticipatis in eo qd mihi communicauistis in fide & operibus euangelij. Et non horarie istud deprecor, sed *a prima die* cõuersionis uræ, *usq; nunc,* id ẽ, ex quo cœpistis credere, nõ cessaui pro uobis preces effundere. Siue cõmunicatio uestra in euangelio, quoniam res uestras fecistis communes propter illud à prima die conuersionis uestræ usque nunc, & ideo amodo magis stãdum uobis est in hoc. Deprecor deum pro uobis, *confidens hoc ipsum* de bonitate eius, *quia ipse qui* per præuenientem gratiam *cœpit in uobis opus bonum,* per subsequentem & cooperantẽ *perficiet illud,* dans perseuerantiam *usque in diem Iesu Christi,* id est, usque ad extremum diem uitæ uniuscuiusque, quando anima de corpore egrediens, præsentatur ante tribunal Christi iudicanda. Cooperando enim in nobis deus perficit, quod operãdo incipit: quoniam ipse ut uelimus operat incipiens, qui uolentibus cooperatur perficiens. Nam ut uelimus, sine nobis operatur, Cum autem uolumus & sic uolumus ut faciamus, nobiscum operatur. Qui cœpit in uobis opus bonum, ipse pficiet. Ego ita confido, uidete ne frustra. Videte ne à uestra parte opus bonũ remaneat, quod deus uobiscum paratus est in uobis perficere. Ego istud certa fiducia spero, *sicut est mihi iustum,* ut hoc sentiam & credam *pro omnibus uobis.* non enim iustum est ut aliud sentiã de tam bonis. Hoc debeo sentire de uobis, *eo quod non habeam uos in corde meo,* nõ in solis labijs, quia cõtinuo uos amore in præconijs meis teneo, & eo qd habeam uos *in uinculis meis,* qa uos quoq; pia compassione condoletis afflictioni uinculorum meorũ, & uos pariter mecum uinctos esse putatis, & quod habeam uos *in defensiõe euangelij,* quia & uos defenditis illud (sicut ego) disputationibus contra impugnatores, *& in confirmatione* eius uos habeam, quia uos quoq; studetis illud confirmare in cordibus fidelium. Et propterea iustum mihi est sentire, *uos omnes esse socios gaudij mei futuri,* id est, æternæ lætitiæ, sicut nũc operũ meorum & passionum socios esse uos uideo.

Testis enim mihi est deus, qũo cupiã oẽs uos in uisceribus Iesu Chri. Et hoc oro, ut charitas uestra magis ac magis abũdet in sciẽtia & in oĩ sensu, ut p̃betis potiora, ut sitis synceres & sine offensa in diẽ Chri, repleti fructu iustitiæ p Iesum Christũ in gloriã & laudẽ dei,

A ¶Ego (ut dixi) sentio, & desidero uos fore socios gaudij qd habeo. Nã cupio *uos omnes* esse *in uisceribus Iesu Christi.* i. in interno sinu ppetuæ beatitudinis receptos. Et quomodo, i. qñ ardenti desiderio hoc *cupiam, testis est mihi deus,* qui occulta cordiũ nostrorum inspicit. Vel pro uobis (ut supra dictũ ẽ) idcirco deprecationẽ facio, qa sicut & deus testis ẽ, cupio uos oẽs esse in uisceribus Iesu Chri. i. in intimo amore eius, ut ab eo diligamini quasi eius uiscera. In uisceribus enim sentit pluscp̃ in alia parte corporis, & ideo uiscera p dilectione ponunt in scripturis aliquoties. Ego quidem uobis talia cupio. Et ut *hoc* desiderio cõsequamini, *oro ut charitas uestra* semper proficiens *magis ac magis abundet* & excrescat *in scientia* diuinorũ & utiliũ, *& in omni sensu* prudentiæ ac discretionis, *ut probetis potiora. i.* uel probare & discernere sciatis non solũ mala & bona, sed etiã inter bona potiora: hoc ẽ, meliora, *ut* post probationem *synceres. i.* sine carie *sitis,* ne uos corrũpat aliquod uitiũ, sicut uermis lignũ intrinsecus edens, sed integri pmaneatis in bono. Synceres sitis, quantũ ad uos. i. sine corruptiõe uitiorũ: *& sine offensa,* quantũ ad proximũ, ut nõ eũ offendatis *in diem Christi.* i. usq; in diẽ uitæ nouissimũ. Vel synceres. i. sine admixtiõe uitiorũ, quæ se bonis operibus immiscere solẽt: & sine offensa. i. sine crimine, euntes passibus operũ bonorũ ac desideriorũ in diẽ Christi. i. in diem iusti iudicij dei, q bona uobis p synceritate uestra sine malorũ admixtione retribuet. Sitis etiã ut bonæ arbores, *repleti fructu iustitiæ.* i. abundantes bonis operibus *per Iesum Christum.* i. per gr̃am Christi, non per uires uestras, *in gloriam & laudem dei.* i. ut inde glorificet & laudet deus, qui uos ita fructificare facit, nõ ut uos inde uanã gloriã capiatis, quasi per uos talia facientes. Hic satis cõgrue humilitas bene agentibus cõmendatur ab Apostolo. Vel in die Chri sitis repleti fructu. i. mercede iustitiæ acceptæ per Iesum Christum iudicẽ: in gloriam & laudem dei. i. ut inde perpetualiter glorificet & laudetur deus, & dicatur, mirabilis deus in sanctis suis.

Hæc tenus Hymnolo. quæ super sunt mẽbra facta sũt.

Psal. 72.

Scire aũt uolo uos fratres, quia quæ circa me sunt magis ad profectũ euangelij uenerũt, ita ut uincula mea manifesta fierẽt in Chro in oĩ prætorio, & in cæteris oĩbus, ut plures e fratribus in dño confidẽtes, uinculis meis abundantius auderent sine timore uerbum dei loqui. Quidã qdem & propter inuidiã & contentionẽ, quidã aũt & propt bonã uoluntatẽ Chrm prædicãt: qdam ex charitate, scientes qm̃ in defensionẽ euangelij positus sum. Quidã autem ex cõtentione Chrm annũciant, nõ syncere, existimãtes pressurã se suscitare uinculis meis. Quid enim, dum omni modo siue per occasionem, siue per ueritatem Christus annuncietur? & in hoc C gaudeo, sed & gaudebo.

¶Quia superius dixerat se habere in corde & uinculis, ne illi audientes eũ esse uinctũ, putarent euangelicam prædicationẽ deficere, & cederent pseudo apostolis, addit: Scire aũt uolo uos &c. Ac si dicat: Ego quidem uinctus sum, sed tñ idẽo non minuit euãgelica prædicatio. *Volo uos fratres scire, quoniam ea quæ circa me sunt. i.* uincula mea & tormenta quæ patior undiq;, uel quæ nõ pertinent ad interiora, *magis uenerunt ad profectum euangelij,* quàm ad defectum, ut mali intenderunt, *ita ut uincula mea manifesta fierent in Christo. i.* in Christi nomine & prædicatiõe manifestarentur ubiq;, et per hæc Chrs. Dum em̃ sermo de uinculis meis ubiq; uolitat, Christus qui uinculorũ causa ẽ, in ore omnium resonat. Manifestata enim sunt *in omni prætorio,* ubi nobiles & diuites conueniunt: *& in cæteris omnibus* locis Romæ, ubi populares conuersant. Hoc oĩbus Romanis nobilibus & ignobilib9 notũ est, me uinctum esse pro fide Chri quã prædicabã. Et ita profuerũt uincula mea, *ut plures* q̃ antea *e fratribus,* id ẽ, ex Christianis, non in se, sed *in domino confidentes, uinculis meis. i.* consideratione uinculorũ meorũ, *auderent abundantius* solito *loqui* publice *uerbum dei sine timore,* cogitãtes apud se: Si iste uinctus loquit, cur nõ potius nos? Ideo D aũt dixi plures è fratribus in dño, confidentes, annunciare ob mea uincula uerbũ dei, & nõ oẽs ita faciunt. Alij em̃ ex ipsis sunt mercenarij, alij filij. Nã *quidam quidem. i.* mercenarij, *prædicant Christum* etiã *propter inuidiam & contentionem:* qa inuidẽt gloriæ meæ, & contendũt illam sibi usurpare, cupientes esse famosi & honorabiles apud homines sicut erant apostoli sed *quidam* ab istorũ intentione diuersi, utpote boni filij, prædicanteũ exemplo meo *propter bonam uoluntatem,* id ẽ, studio generãdi filios uitæ æternæ: *quidam* qui & boni sunt, annũciant illũ *ex charitate* & amore mei, *scientes quoniam positus sum a deo, in defensionem euangelij,* disputando & uerũ ac salutiferũ esse probando. Et ideo qa uidẽt me modo catenis detentũ, nõ posse ad plenũ exercere officium meũ, uice ac loco mei p̃dicant Chrm, ut ipsi suppleant quod ego nunc minꝰ possum. Isti quidem casta intentione prædicant. Sed *quidam* ac his longe diuersi, *annunciant Christũ ex contentione. i.* per contentionẽ, quia contendũt p hoc maiora inferre supplicia, ut si qui de p̃dicatione eos accusauerint, iudicent eis me eius autorẽ esse, sicq; mala in me couertant. Vel ex contentione. i. ex priuato odio inde genito, quod aliquãdo mecum contenderunt & confutati sunt. Et ne uiderentur esse correcti, adiungo quia *non synceræ,* id est, nõ puro animo, sed malitia infecto prædicãt, *existimantes* hoc modo *se suscitare,* id est, commouere *pressuram uinculis meis,* id est, ut ego uinctus opprimar aduersis: scilicet ut dum Nero & ministri eiꝰ uiderint Romæ tot p̃dicatores euangelij, existimẽt me causam eorum esse, & maiora mi

Universidad de Deusto
Biblioteca

hi tormenta, uel etiam mortem mihi inferant. Et
A tali intentione salutem quã ipsi non habent, prædicãt aliis: cõsulentes ꝙ terrenis cupiditatibꝰ suis, regnum cælorꝫ annunciant, habentes in pectore salsitatẽ, in lingua ueritatẽ. Et isti prædicant Christũ nec prohibent, sicut & boni. *Quid enim* refert, qua intentione *Christus* prædicetur, dũ. i. tantummõ *annuncietur omni modo* annũciandi .i. *siue occasionẽ* suscitandi tribulationes fidelibus aut adquirendi lucra temporalia, *siue ueritatẽ* puræ conscientiæ? Et *in hoc gaudeo*, ꝙ oẽs isti prædicant, etiam illi q moliunt hoc mõ suscitari pressurã uinculis meis. Nec solum nũc gaudeo, *sed & gaudebo* ex hoc. Potest em̃ fieri, ut dũ isti uel studio suscitandi tribulationes, uel cupiditate acquirẽdi pecuniã siue temporalem gr̃am. Christum p huiusmodi occasionem, utpote mercenarij, prædicant, his auditis nascant fideles, & de malo eorꝫ deus operet̃ bonũ: sicut aliquoties fit, ut hõ ad concubitũ ingrediat̃ non uoluntate gn̄andi, sed libidinem explendi, & tñ nascatur homo bonũ dei opus de fœcunditate seminũ, non de turpitudine uitiorꝫ. Et ideo tolerandi sunt tales mercenarij, dum p occasionẽ Christum annunciant, quia & ipsi sunt ad aliqua utiles, ut q̃ dicunt faciamus, q̃ autẽ faciunt respuamus. Christus enim ueritas est. Veritas à mercenarijs occasione annuncieť, ueritas à filijs ueritate
Mat. 32. annuncieť. Filij hæreditatẽ æternã in patris expectent patiẽter, mercenarij temporalem mercedẽ
B conducentis festinãter expectẽt. Mercenarij quippe occasione Christum annunciãt aliud quærentes, pastores aũt deum propter deum prædicant.

Scio em̃ quia hoc mihi proueniet ad salutem p uestram orationem & submi nistrationẽ spũs Iesu Christi, scdm expectationem & spem meã, quia in nullo confundor, sed in omni fiducia sicut sp & nũc magnificabit Christus in corpore meo, siue p uitam, siue p mortem. Mihi em̃ uiuere Christus ẽ, & mori lucrũ, Qd' si uiuere in carne hic mihi fructus operis ẽ, & quid elegã ignoro. Coartor autẽ e duobus, desiderium habẽs dissolui: & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, magis necessarium propter uos.

¶ Gaudeo sicut dixi, dum maleuoli prædicatores Christum annunciant, etiam suscitando mihi pressuram, Nam *scio quia* etiam *hoc*, id est, suscitatio pressuræ *proueniet mihi ad salutem* æternã in futuro consequendam, non ad oppressionem, ut illi putant. Et hoc fiet non solum meo merito, sed & *per uestram orationem*, quæ mihi auxiliabitur, & per *subministrationem spiritus Iesu Christi*, id est, per occultam dationem spiritussancti, qui sicut columna uel fundamentum fulcit me subter, ne corruam. Ipse em̃ spiritꝰ est fons oĩm bonorꝫ, ideo sanctis dr̃ subministrare, quia de eius fonte procedit quicquid illi bñficiorum accipiũt. Proueniet (inquam) mihi *secundũ expectationem & spem meam* .i. scdm quod expecto donec ueniat, & propero donec ueniam. Nõ enim frustrabit̃ me expectatio mea. Et q̃re? *quia in nullo confundor*, .i. in nulla re erubesco, qm̃ nec in conscientia mea quicq̃ est, unde corã deo erubescam, nec de his q̃ pro Christo foris patior, uerecundari possum. Et ideo certus sum, q̃a consequar quod spero. Si enim uideret Apostolꝰ se in aliquo cõfundi & deficere, posset desperare se in aliquo cõfundi & deficere, posset desperare de salute. Sed quia uidet constantẽ per oĩa, & hãc dei gratiam iam sibi esse concessam, ideo sperat ꝙ maius est. Non confundor ut in aliquo cedã, q̃a & spes magna, & res uera atq; honesta. Non confundor (inquam) ut timidꝰ miles, *sed in omni fiducia* & in omni audacia & constantia mentis, per quã fortiter prædicare soleo, *sicut semper* à tempore conuersionis meæ magnificatus est dominꝰ Christus in me, ita *& nunc*, .i. in hoc tempore, uel in uinculis meis, apud omnes *magnificabitur Christus*, id est, fama & gloria eius etiam *in corpore meo*, quod ẽ frangilius, *siue per uitam, siue per mortem*: quia quãdiu uixero, semper cum magnificabo prædicatione & bonis operibus: in morte quoq; pro nomine eius accepta, clarificabo eum. Non enim ob aliud uiuo, nisi ut eum magnificem: quia ipse *Christus est mihi uiuere*, id est, quod ego uiuo, Christus est, non habeo uitam nisi Christũ: non uiuo ueterem hominem, sed nouum, qui totam uitam meam innouauit. Et *mori* est mihi *lucrum*, quia tunc pro terrenis cælestia, pro temporalibus accipiam æterna. Mori est mihi lucrum. *Quod* (id est, sed) *si hic* in hac præsenti uita *uiuere in carne est mihi fructus operis*, id est, fructuosum & utile opus, dum multos Deo per prædicationem acquirere non cesso, quandiu uiuo, tunc etiã *ignoro quid eligam*, mori scilicet an uiuere. Quia nisi hic fructificare adhuc quotidie possem, haud dubium quin mori eligerem, cum Christum haberẽ lucrũ. Sed quia me uideo multis assidue prodesse, charitas eorum adhuc me retinet in carne. *Coartor* enim, id est, constringor & cõpellor *e duobus* istis .i. ex morte & uita, quia delectabiliter morerer, & patienter uiuo. Non enim præsentem uitam diligo, sed tolero. Tædium mihi est manere in carne, & ex duobus patior angorem, *habens desiderium dissolui* à compedibus mortalitatis quibus cõstringor. *& esse cum Christo* præsentialiter in cęlesti patria, *multo magis melius* quam tum ad me, quam in præsenti seculo uiuere: sed *permanere in carne* est mihi magis *necessarium* nõ propter me, sed *propter uos*, quibus euangelium ministro. Cum enim e duobus coarter, alterius habeo desiderium, & alterius necessitatẽ: desiderium scilicẽt dissolui & esse cum Christo in cælestibus, ne cessitatẽ uero manere in carne propter aliorꝫ salutem. Dissolui desidero, quia uinctus sum. Compedes enim nobis sunt infirmitas & corruptibilitas corporis, quod aggrauat animam. Et cum corruptibili carne exuimur, quasi ab his quibus nunc

A astringimur, molestiæ uinculis relaxamur. Præsentari nanq; iã deo cupimꝰ, sed adhuc mortalis corporis obligatione præpedimur. Iure em̃ uincti dicimur, quia adhuc incessum nostri desiderij ad deum liberꝫ non habemus. Vnde nunc Apostolus æterna desiderans, sed tñ adhuc corruptionis suæ sarcinã portans, uinctus clamat: Desidero dissolui & eẽ cũ Chro. Dissolui em̃ non q̃reret, nisi se, peul dubio uinctũ cerneret. Qui ideirco dissolui desiderat, ut cũ Chro possit esse: qa perfectorꝫ iustorꝫ aĩç, mox ut huius carnis claustra exeũt, in cælestibꝰ sedibꝰ recipiunť. Sed tñ huiꝰ tãtæ beatitudinis gaudia eligit adhuc differri, p nimia dilectiõe eorꝫ qui bus in carne manens prodesse põt, cũ subiungit:

Et hoc cõfidẽs, scio qa manebo & p manebo oĩbus uobis ad ꝓfectum ur̃m & gaudiũ fidei, ut gratulatio ur̃a abundet in Christo Iesu, in me, p meũ aduentum iterꝫ ad uos. Tm̃ digne euangelio Chr̃i cõuersamini, ut siue cũ uenero & uidero uos, siue absens audiã de uobis, quia statis in uno spũ unanimes, collaB borãtes fidei euãgelij. Et in nullo terreamini ab aduersarijs, q̃ est illis causa pditiõis, uobis aũt salutis. Et hoc a deo, qa uobis donatũ est, p Christo, non solum ut in eũ credatis, sed ut etiã ,p illo patiamini, idẽ certamẽ habẽtes, quale & uidistis in me, & nũc audistis de me.

Ecce Paulus (ut dictũ est) nõ ꝙ sibi melius est, sed q̃d multis expedit, i. manere in carne eligit, propter charitatẽ q̃ maior est oĩbus alijs uirtutibus. Prius em̃ ambigens dixerat, quid eligam ignoro: sed postea deliberãs, uictus charitate discipulorꝫ, & p̃manere se oĩbus dicit illis. Ac si dicat: Necesse est me propter uos manere in carne. Et ego confidens *hoc* in misericordia dei, s. me uicturꝫ adhuc propter uos, *scio quia manebo* adhuc in corpore: & non paꝛ quidem, sed *permanebo* adhuc aliquãdiu *omnibus uobis* maioribꝰ atq; minoribus, *ad profectũ uestrũ*, .i. ut uos p me proficiatis & crescatis in uirtutibus, & ad *gaudiũ fidei*, .i. ut uos gaudeatis de fide quã didicistis à me, cum uos adhuc in ea cõfirmauero p̃sens, uel ut ego de fide uestra gaudeã, *ut gratulatio uestra abũdet*, .i. ut abundãter agatis deo gratias cũ gaudio, *in Christo Iesu*, qui bñfecit uobis *in me* uobis seruato, .i. in Christo gratulemini, p quẽ nos deus respexit in me uobis reddito, scil. *per meũ aduentũ ad uos* confirmandos *iterũ* furuꝫ. Veniam rursus ad uos, *tantummodo* facite interim quod dicam, scilicet *conuersamini digne euangelio*, id est, conuersationem uestram facite talem, ut digne concordet euangelio Christi. Ac si dicatur: Si ita uixeritis, tunc scdm meritũ uestrũ dabitur mihi uita ad opus uestrũ. Digne (inquam) conuersamini, *ut siue cum uenero & uidero uos*, ut dixi, inueniam uos quales uolo: *siue* non uenero, *audiam absens de uobis*, ꝙ cupio. s. istud, q̃d uos non succũbitis aut cedetis, sed *statis* fortiter contra oĩa aduersa, & statũ rectitudinis firmiter tenetis *in uno spũ unanimes*. i. in spiritu sctõ, cui nõ hęret cõtrarius spũs: & sicut est unus, ita uos facit unanimes sine dissensione, ut quod uult unus, uelit & alius: *collaborantes fidei euangelij*. i. simul oẽs totis uiribus laborãtes ad implendum ea q̃ fides euangelica exigit: *& hæc agentes*, non *terreamini* .i. non timeatis *ab aduersarijs* in ullo periculo, uel in ullo opere nr̃o, siue in ulla re ut metu cadatis à proposito ur̃o. Quæ res .i. quod uobis aduersanť & mala irrogant, *est illis causa pditionis æternæ, uobis aũt* causa *salutis* perpetuæ. Nã etsi propterea sine fine pibunt, quia uos pſequuntur: & uos ideo in æternũ saluabimini, quia pro Christo ab illis patimini: *& hoc* nõ à uobis ipsis habetis, ut salutem p passionem consequamini, sed *a deo*, ne gloriari de meritis inciptatis. Etiam ꝙ patimini, non est à uobis, sed à deo, quia inter alias gr̃as data est uobis hæc ab illo: *quia uobis donatũ est* quasi præmiũ *pro Christo* quẽ diligitis .i. pro merito Christi, qui usq; ad mortẽ crucis obediuit, *non solũ ut in eũ credatis, sed etiã ut pro illo patiamini* ad eumulum gloriæ. Vtrunq; enim ad dei gr̃am pertinet, & fides credentium, & tolerantia patiẽtium, D quia utrunq; est dei donũ. Patiamini dico, *habentes* contra aduersarios *eidem* (id est, simile) *certamen*, nõ armis, sed fide, *quale & uidistis in me*, dũ apud uos p̃sens essem, *& nũc audistis de me* absente. Apud istos em̃ Paulꝰ & Sylas publice uirgis cæsi sunt, & tunicæ eorꝫ scissæ, & ipsi in carcerẽ recluſi, atq; pedes eorꝫ ibi ligno stricti. Nunc q̃q; Paulꝰ Romæ multa pculerat, & ad similes agones nũc incitat istos. Qui & hortando atq; docendo subinfert, dicens: *Act. 16*

CAPVT II.

SI qua ergo consolatio in Chr̃o, si q̃d solatiũ charitatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera miseratiõis, implete gaudiũ meũ, ut idẽ sapiatis, eandẽ charitatẽ habẽtes, unanimes, idipsum sentientes, nihil p cõtentionẽ, neq; p inanẽ gloriã, sed in humilitate, supiores sibi inuicem arbitrantes, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed & ea quę aliorꝫ.

¶ Quasi dicat: Quia in uno spũ unanimes (ut supra dixi) stare debetis & pati p Chr̃o, sicut & ego, igit̃ implete gaudiũ meũ, q̃d habere cœpi de bona conuersatiõe ur̃a, ut idẽ sapiatis, & eandẽ charitatẽ habeatis, &c. & hoc facite, *si qua consolatio* ẽ uobis *in Christo*, .i. si p charitatẽ quã in Christo habetis, aliquẽ consolari potestis: quia id agentes, cõsolabimini me in tribulationibus meis. Bona em̃ uita uestra, erit cõsolatio mea. Vel si aliqua cõsolatio uobis in Christo, .i. si uultis habere cõsolatiõnẽ in reb⁹ Chr̃i, in remissiõe pctõrũ & in alijs do-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nis. *si quod solatium* cõmunis *charitatis*. i. si uultis ut charitas ceteraꝝ ecclesiarum, q̃ pro fratribus orant & bona agnit, sit uobis solatium in aduersitatibus uestris: uel si habetis aliquod solatium charitatis erga proximum, ut p fraternam dilectionẽ præbeatis ei solatium. i. consolationem in mœrore tribulationis. *Si qua societas spiritus* est uobis. i. si aliquam unionem concordis animi p spiritum sanctũ habetis adinuicem, uel si est aliqua societas spũs sancti ad spiritum uestrum. Ipse em̃ spiritus testi-
Roma. 8. monium reddit spiritui nr̃o, quia sumus filij dei. Ad ipsum em̃ pertinet societas, q̃ efficimini unũ corpus unici filij dei. Propter quã societatem illi in quos uenit primum spũs sanctus, linguis omnium gentiũ fuit loquuti, quia p linguas consociatior est societas generis humaActuũ. 2 ni. Societas ergo spũs, est illa coniunctio fideliũ, quam dat ei spiritus sanctus, per quã omnes unum fiunt, *si qua uiscera miserationis*. i. si quis pius affectus est in uobis, de quo procedat miseratio erga me. Si hæc sunt in uobis, tunc *implete*. i. perficite *gaudiũ meum* quo de uita religione gaudeo hoc ẽ, plenarie religiosam ducite uitã, *ut idem sapiatis* in fide & cæteris, prout oportet: nec sit in uobis diuersus sensus, sed idem, licet in alijs maior, & in alijs minor. *habentes eandem charitatem* ad oẽs, ut æqualiter omnes diligatis, sicut scriptum est: Diliges proximum
Matt. 5. tuum sicut te ipsum. Vel eandem charitatẽ, ut iste diligat
Lucæ. 19 illum sicut se, & ille similiter istum sicut se, *unanimes*,
B id est, unius uoluntatis, ut sit uobis cor unum & aĩa una, *idipsum sentientes*. i. mala cuiusq; putent omnes sua esse, & bona similiter, ut si quid patitur unum membrum, compatiantur oĩa membra *nihil per contentionem agentes*,
1 Cor. 12 ut uel dictis uel factis adinuicem cõtendatis. Erant em̃ (ut ex his Apostoli uerbis appareat) inter eos aliqui dissentientes, inquieti, manis gloriq; causa contendentes, pacem ecclesiæ rumpentes. Propter quod nunc monentur ut sint idipsum sentientes. i. nihil dissensionis habeant, neq; per contentionem aliquid faciant, ut nec de primatu, nec de aliqua re contendant: qa etiam bona non sunt contentiosis uerbis dicenda, sed potius reticenda. *nec per inanem gloriam*. i. propter famam seculi q̃ est inanis, faciant aliquid, ut de suis operibus humanum fauorem apperant. *sed in humilitate* agunt oĩa, ut semper de se ipsis humilia sentiant. Hoc em̃ proprium specimen electorum esse solet, quod de se semp infra quam sint sentiũt. Ideo nunc subditur, ut sint *arbitrantes* alij alios *sibi inuicem superiores*. Nam qa inquit quisq; inferiorem se omnem quẽ cogitat putat, e diuerso iustus studeat, ut superiorem quemlibet proximum attendat. Ac ne dum se alijs alter humiliat, humiliatio iret alteri in elationem, utraq; partem monuit Apostolus, dicens: Superiores sibi inuicem arbitrantes, ut cogitationibus cordis & ego illum mihi præferam, & uicissim ille me sibi, ut cum abutraq; parte cor inferius premitur, nequaquam ex impenso honore infletur. Nec ita debemus hoc æstimare, ut non existimemus, sed nos existimare fingamus, sed uere existimemus posse esse aliquid occultum in aliquo, quo nobis superior sit, etiam si bonum nostrum quo illo uidemur superiores esse, non sit occultum. Istæ cogitationes deprimentes superbiam & augentes charitatem, faciunt onera fraterna muicem nõ solum æquo animo, sed etiã libentissime sustineri. Vñ subditur: *Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed & ea quæ aliorum*. Optime em̃ docet quo uitent contentionẽ & inanem gloriam, & quo arbitrentur alios superiores, scilicet si considerauerint non sua bona, sed aliorum. Vel non sint considerantes ea quæ tantum ad utilitatem propriam pertinent, sed quæ aliorum. i. ea quę pertinent ad utilitatem aliorum. Nam & Christus non sua, sed aliorum cõmoda quæsiuit: nec se super alios extulit, sed infra omnes descendit, cum tamen super omnes esset. Ita nanque sequitur:

C

Hoc enim sentite in uobis, quod & in Christo Iesu: q̃ cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus: & habitu inuentus ut homo, humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

D

¶ Vbi monemur, ut sicut ille in eo q̃d uerbum caro factum est & habitauit in nobis, & sine peccato cum esset, peccata nostra sustinuit, nõ attendens sua, sed nostra: ita Iohañ. & nos ad eius imitationem inuicẽ onera nostra portemus, & non nostram utilitatẽ, sed aliorum quæramus. Non em̃ ulla res officiosum istum laborem ad portãda onera aliorum facit libenter impendi, nisi cum cogitamus quanta pro nobis pertulerit dominus. Vñ Apostolus cum admoneret, dicens: superiores sibi inuicem arbitrantes, non q̃ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorum, mox dñi exẽplum quod imitaremur, subiecit, dicens: *Hoc enim sentite in uobis, quod & in Christo Iesu*. Id est, humilitatem & patientiam pro aliorum salute in uobis ueraciter sentite & habete, sicut sentitis & intelligitis in Christo fuisse. Cuius alta prẽmittit Apostolus, unde se sua sponte usq; ad infimam humilitatem inclinauit, ut prius ipsa sublimitate eius, humilitas quoq; maior appareat: & homines in quibus locus est abiectionis, non dedignentur exemplo eius humiliari. *qui cum in forma dei esset*. i. oĩmoda æqualitate pr̃is, *non rapinam* i. usurpationẽ alienę rei *arbitratus est esse se æqualem deo*. Non enim ei rapina fuit, sed natura, æqualitatem dei habere: quoniam nãscendo eam sumpsit, non superbiendo præsumpsit. Sed ideo totũ quod habet & quod põt, non tribuit sibi, sed patri, qa a seipso non est, sed a patre. Aequalis est em̃ patri, sed hoc quoq; accepit a patre. Nec sic accepit, ut in tempõre fieret æqualis, sed natura & æternitate esset æqualis: sicut semp natus, ita semp æqualis. Non itaque inæqualem pater genuit, & æqualitatem non nato dedit, sed gignendo eam dedit, quia æqualem, non imparem genuit. Ideo non rapina fuit, sed natu-

A ra æqualitas filij cum patre. Nõ ergo rapinam arbitratus est esse æqualem deo. Erat em̃ æqualis & sine rapina erat, qa æternus ab æterno natus erat. Erat in forma dei, quia tantus quantus ille, talis qualis ille, hoc quod ille, non hic qui ille, sed hoc quod ille. Ille em̃ deus, & iste deus: ille oĩpotens, & iste omnipotens: ille ĩmurabilis, & iste ĩmutabilis. Hoc est q̃d ille, non hic qui ille: quia & ille pater, & hic filius. Sic erat & est semper in forma dei. i. in plena essentia patris. Et cum tantus naturaliter esset & sine initio, nõ arbitratus est rapina, id est, uiolenta inuasione alienæ rei se esse æqualem deo, quia sciebat se p naturam ueraciter & om̃ino æqualem. Rapina enim est, quando quilibet alienam rem per uiolentiam sibi usurpat, quæ sibi nõ competit. Et per rapinam diabolus æqualitatẽ dei quæ sibi nullatenus competeIsaie. 14 bat, usurpare uoluit, cum diceret: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Sed ita filius per rapinam nõ æstimauit superbe patris æqualitatem habere se, sed (ut dictum est) sciuit naturaliter se æqualem prorsus esse. Vel scdm alios codices, non rapinam esse arbitratus est, esse se æqualem deo. i. æqualitatẽ dei non arbitratus est alienam, sed suam: quia non alienum iudicauit esse quod natus est, sed suum. Quod erat æqualis deo, non arbitratus est esse rapinam: quia non rapuit illam æqualitatẽ, sed naturaliter habuit. Vñ & inter homines corporaliter conuersans, patrem suum deum dicebat, æqualem se faciens deo, sicut in euãgelio legimus.

B Non em̃ propter assumptionẽ hominis amiserat æqua-
Iohañ. 10. litatem patris, qa non est mutabilis natura diuinitatis, ut possit minui uel augeri. Aequalitatẽ dei non est arbitratus rapinam. i. alienam, sed suam. Vel nõ est arbitratus raptus rapina, id est, uiolenta usurpatione se æqualem deo, sed naturaliter habuit, *sed* tñ propter infirmorum salutẽ *semetipsum exinaniuit*. i. formam diuinitatis quã oculi uidere nequeũt, nostris uisibus ad tẽpus subtraxit, *accipiens formam serui*. i. hominis, non quærens quæ sua sunt, sed q̃ nostra. Et quippe se metipsum exinanisse, ẽ ab inuisibilitatis suæ magnitudine se uisibilem demonstrat se, ut serui forma tegeret hoc, q̃d incircumscripte oĩa ex diuinitate penetraret. Semetipsum exinaniuit, qa non in ea forma apparuit hoĩbus, in qua æqualis est patri. i. Exinaniuit se, nõ formam dei amittens, sed formã serui accipiens. Forma serui accessit, nõ forma dei discessit. Non amisit uel minuit q̃d erat, sed accepit quod nõ erat. Ac p hoc & minor factus est, & manit æqualis. *in similitudinem hoĩm factus*. i. passibilis & mortalis, ut cæteri hoĩes *& habitu*. i. indura humanitate, nõ sibi, sed eis qbus in homine apparuit, inuentus ut homo. i. habendo hominem in uentus ut homo est. Nõ enim po terat inueniri ut hõ abhis, qui cor ĩmundum habebant, & uerbũ apud patrem uidere non poterant, nisi hoc suscipiendo q̃d possent uidere, & p quod ad illud lumen interius ducerentur. Habitus eius est humanitas, qua se uelut indumẽto uestiuit. Habitus em̃ in ea re dicitur, q̃ nobis ut habeatur accidit. Sed cum sint & alia q̃ nobis accidunt ut habitum faciãt, nunc de ea re sermo est, quæ cum accidit, mutatur ut habitum faciat, & non mutat eum cui accidit, sicuti est uestis. Nam cum deposita est, non habet eã formam quam sumit, cum indutur & inducitur mẽbris: sed ipsa membra, & cum induuntur, & cum exuunt, in suo statu manent. Sic & habitus Chri assumptus est, ut cõmutaretur ineffabiliter & excellentius atq; coniunctius, q̃ uestis ad hominem cum induitur, nec mutaret assumentem. Igitur noe habitus oportet intelligi non mutatum esse uerbum susceptione hominis, sicut nec membra ueste induta mutantur, quanq̃ illa susceptio ineffabiliter susceptum susciptenti copulauerit. Itaq; appellatione habitus, ostendit quo sit in similitudinem hominum factus: qa non transfiguratione in hominem, sed habitu factus est, cum indutus est homine, quẽ sibi uniens quodãmodo atq; conformans, ĩmortalitati & æternitati sociaret. Et non solum ira se inclinauit, ut qui deus erat fieret homo, sed etiam *humiliauit semetipsum* tam altum, *factus obediens* patri, ut per eius obedientiam saluaremur, qui p inobedientiam Adæ pereramus. Obediens non solum usq; ad conuicia & opprobria, sed etiam *usq; ad mortem*: & non ad qualemcunq; mortem, sed ad *mortem crucis*, quę contumeliosior & acerbior erat. Illa enim morte peius nihil fuit inter oĩa genera mortium. Denicq; ubi dolores acerrimi exagitãt, cruciatus uocatur, a cruce nominatus. Pendẽtes em̃ in ligno crucifixi, clauis aut ligno pedibus manibusq; confixi, producta morte necabantur. Non enim crucifigi hoc, erat occidi: sed diu uiuebat in cruce, non qa longior uita eligebatur, sed qa mors ipsa, protendebatur, D ne dolor citius finiretur. Et tam pessimam mortem saluator elegit, ut omnem mortem nostram occideret.

C

Propter q̃d & deus exaltauit illũ, & donauit illi nomẽ, quod est sup omne nomẽ, ut in noie Iesu oĩe genu flectat, cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dñs Iesus Christus in gloria est dei patris.

¶ Ipse se tantũ humiliauit, ut ultra non posset. *Propter quod & deus* tantum *exaltauit illum*, ut ultra non posset. Non em̃ major humiliatio uel maior exaltatio fieri poterat. Deus illum scdm humanam naturam exaltauit, in quo & diuina natura potest dici exaltata scdm ostensionem, quia cœpit sciri q̃d erat, sicut in assumpione infirmitatis dicitur exinanita. Sed propter unitatem personę, potest diuinius dici exaltata in humanitatis exaltatiõe. Deus exaltauit illum, suscitans a mortuis, & eleuans in cælum sup omnes angelos ad dexteram suam. *& donauit illi nomen, quod est super omne nomen*, ut in ipsa forma nominetur filius unigenitus dei. Hoc & ante resurrectionem habuit, sed post resurrectionem quod erat manifestatum est, ut scirent homines & dæmones, & omnes ei genu flecterent. Post crucem manifestatur quid a patre cum generaretur accepit, cum a creatura cœpit sciri, hominum non esse datum nomen dei, sed æqualem qui se exinaniuit, cuius omnia a patre sunt. Tam præcellens no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

men ei datum est, ut oĩa sint ei subdita, *ut in nomine Iesu* exaltando *flectatur omne genu*, quod est eius deus signum subiectionis, *cælestium*. i. angelorum; *& terrestrium*, id ẽ, hominum: *& infernorum*. i. dæmonum, quia & ipsi tremunt sub eius imperio & penitus subĳciunt. Non quod angeli uel dæmones hãbeant (ut nos) genua quæ flectant, sed per similedictum est. Dum enim uidemus aliquẽ genua flectere alicui, credimus illum exhibere humilitatem & uenerationem ei, ante quem genua flectit. Sic cælestia & terrestria, id est, beati angeli & sancti homines, & omni affectu piæ humilitatis Chro se libenter subĳciunt. Inferna quoq; id est, dæmones, ut nequissimi serui tremunt sub eius dominio, & se subiectos metu cogente fatentur. Sed & praui homines, uel in fine subiectos ei se animaduertent. Et non solum datum est ei ut oĩs creatura se ei subĳciat, sed & *ut omnis lingua confiteatur*. i. oẽs linguæ gentium diuersarum, quæ in mundo sunt, concorditer prædicent, *quia dominus Iesus Christus est in gloria dei patris*. i. in eadem gloria honorat qua pater, æqualis per omnia patri. Hoc enim uel sponte uel inuiti confitentur seu confitebuntur omnes boni & mali.

Itaq; charissimi mei, sicut semp obedistis, nõ ut in præsentia mei tantũ, sed multo magis nunc in absentia mea, cũ timore & tremore uestrã salutẽ operamini. Deus ẽ enim qui operat in uobis & uelle & perficere pro bona uolõtate.

Christus (ut p̃missum est) se humiliauit obediendo usq; ad mortem, & propterea exaltatus ẽ. Itaq; & uos *charissimi mei* exemplo eius humiliate uos obedientes deo, ut & uos similiter exaltari uestro modo mereamini, *sicut* a die conuersionis uestræ *semper obedistis* deo & mihi uel præpositis uestris, ita nũc agite, *non tantũ* sicut *in præsentia mei* egistis, *sed multo magis* nũc agere laborate *in absentia mea*, s. *operamini uestram salutem*. i. bonis operibus agite ut digni sitis in æternum saluari. Et hoc facite non superbe, non præsumptuose, sed *cum timore* intimæ humilitatis. qui enim semper timet ne cadat, humilis ẽ. *&* cum *tremore* corporis, id est, & intus & extra sitis oĩno humiles in bonis quæ agitis, ut nihil uobis, sed totũ gratiæ dei adscribatis: quia non uos operamini, sed *deus* in uobis. Ideo timendum ẽ. Ipse *est enim qui operatur in uobis & uelle* bonum, *& perficere* illud *pro sua uoluntate*, non pro meritis uestris. Quando iubet ut operentur, liberum eorum conuenit arbitrium. Sed ideo cum timore & tremore, ne sibi tribuẽdo q̃d bene operentur, de bonis tanq; suis extollantur operibus. Tanquam ergo interrogaretur Apostolus & diceretur ei, quare dixisti cum timore & cum tremore, horum uerborum rationẽ reddidit, dicẽs: Deus ẽ enim qui operatur in uobis. Ne enim sibi inde aliquid darent quia dixit operamini, continuo subiunxit: Deus est qui operat in uobis. Ideo cum timore & tremore, id est, cum humilitate

A

B

C

bi enim timetis & tremitis, non extollimini quasi de uestris operibus, quia deus operatur in uobis. Timendum ẽ uobis, ne forte quod datum est humilibus, auferatur superbis. Nam neq; de perseuerantia boni uoluit ipse sanctos in utribus suis gloriari, sed in ipso; quia eis non solum dat adiutorium, quale primo homini dedit, sine quo non possint perseuerare si uelint, sed in eis operatur & uelle, ut quia non perseuerabunt, nisi & possint & uelint, perseuerandi eis & possibilitas & uoluntas diuinæ gratiæ largitate donetur. Tantũ q̃ppe spiritu sancto accenditur uoluntas eorum, ut ideo possint, quia sic uolunt: & ideo sic uolunt, quia deus operatur ut uelint. Sic operatur deus in eis uelle, & pro bona uoluntate quã operatus fuerit, operatur & perficere.

Omnia autem facite sine murmurationi- *1. Pet. 4*
nibus & hęsitationib9, ut sitis sine querela & simplices filĳ dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter q̃s lucetis sicut luminaria in mundo, uerbum uitæ continẽtes ad gloriam meã in die Chri, quia nõ in uacuum cucurri, nec in uacuum laboraui.

D

Dixi, operemini uestram salutem, id est, per bona opera conquiratis uobis æternam salutem. Sed *omnia* quæ facietis, *facite sine murmurationibus*. Hic adiungitur prædictæ humilitati patientia. Supersius enim dictum est, cum timore & tremore uestram salutem operamini: & nunc præcipitur, ut sine murmure cuncta faciant, id est, æquo animo laborent in operibus bonis, quæ sibi iubent à prælatis suis. Omnia facite sine murmurationibus, ut non sitis indeuoti in ipsis bonis quæ facietis, neq; sit uobis graue pro nostra salute laborare; *& sine hæsitationibus*, ut non hæsitetis in corde uestro, utrum faciatis an non bonum quod facere uultis, sed firma definitione bonum omne quod agere proposueratis, perficite prõpti, ne sitis animo fluctuantes. Qui ẽ hæsitat, sicut ait Iacobus, *Iacob. 1*
similis est fluctui maris, quia uento mouetur & circumfert. Vel de p̃mio bonor̃ operũ non hæsitetis. Siue nõ hæsitetis pati pro Chro, sed prõpti sitis. Et hæc ideo sic agite, *ut sitis sine querela*. i. ut proximus nõ possit de uobis cõqueri: *& quantum ad* *Luca. 1.*
uos, sitis *simplices*, i. sine duplicitate cordis: quia uir duplex animo, inconstans ẽ in omnibus uiis suis, & nemo põt duobus dñis seruire. Duplex ẽm est, *Matt. 6.*
qui & deo & seculo placere cupit, uolens & in *Luca. 9.*
hoc mundo & in cælo diues esse. Sed uos qui *filĳ dei* esse cœpistis, in simplicitate cordis quærite illum, ut sicut ipse unus est, ita & uos ad imitationẽ eius simplices sitis, ut ei soli placere studeatis. Et etiam quantum ad exteros, sitis *sine reprehensione*, ut nihil reprehensibile possit in uobis ab infidelibus inueniri *in medio nationis*. i. gentilium qui non sunt renati, sed sicut nati sunt carnaliter, ita uiuũt.

A Nationis ãleo, *prauæ* per opera, *& peruersæ* per diuersas sectas. *Inter quos* gentiles *lucetis* exemplo bonæ uitæ sicut luna & stellæ. & ideo maxime decet uos esse sine reprehensione, Lucetis *sicut luminaria* cæli, quia sicut luna & stellæ non amittunt lucem suã propter noctem, sed magis lucent, sic uos mente in cælo fixi, licet inter tenebrosos & infideles sitis uita conuersatio, non obscuramini, sed magis lucetis bñ operando. Hac sententia & laudant & roborant ab Apło discipuli, ut quia se tales esse cognoscunt, studeant ualentius perseuerare tales. Tales enim sancti de cõuersatione quã habent in cælo, despiciunt oĩa quæ iniqui faciunt in terra. Sicut stellas cæli non extinguit nox, sic mentes fidelium adhærentes firmamẽto sanctæ scripturæ uel *Mat. 6.* cælestibus desiderĳs, non obscurat mundana iniquitas. Qui enim mẽte sunt in supnis & de supnis cogitãt, sicut dictũ est, Vbi est thesaurus tuus ibi est & cor tuũ, de ipsis cogitatiõibus supnor̃ patientes fiunt: & quicq̃d in terra fiat sic nõ curant, donec pagant itinera sua, quẽadmodũ luminaria cæli non curant quomodo exerceãt dies & noctes, quãuis tanta mala uideant fieri sup terrã. Et sicut luminaria patienter ferunt, quicq̃d de eis fingũt, ita iusti debent patienter ferre oẽs etiã de se falsas criminationes. Nam qui p̃diderit tolerãtiam, nõ est q̃si luminare clarus desup, sed obscuratus ẽ & de cælo cadit. Lucetis (inquit) sicut luminaria *in mũdo*. Ac si dicat: Vos estis lux huius mũdi, & estis etiam uasa euangelĳ, quia continetis in cordibus uestris uerbum euangelicæ prædicatiõis, q̃ uinit ãa uestra. non enim finitis illud à uobis effluere. Et hoc facitis *ad gloriam meam*, necdum ad ũam: quia & ego de bona conuersatione uestra gloriã accipiam *in die Christi*. i. in die qua Chrs iudicabit. Et uere tunc habebo gloriã, q̃ *non in uacuũ*. i. non sine fructu, non frustra *cucurri* ad illam, quia uos & alĳ me prædicante credidistis. Non in uacuum cucurri in uia dñi, *nec in uacuũ laboraui* in uinea eius, quæ est ecclesia, q̃m plenam mercedem recipiã. Vel cucurri in his quos facile potui conuertere, laboraui in illis quos difficilius conuerti.

Sed etsi immolor supra sac. ificiũ & obsequiũ fidei uestræ, gaudeo & cõgratulor oĩbus uobis. Idipsum autẽ & uos gaudete, & congratulamini mihi.

¶ Vestra religio fit ad gloriam meam in die iudicĳ, quia pro uobis laboraui. Nec tm̃ hoc libenter egi. *sed & si immolor*. i. occidor pro uobis, tunc gaudeo, hoc ẽ, si sacrificium mei corporis addo *supra sacrificiũ uestræ fidei & obsequiũ*. Iam ẽm uestram fidẽ sacrificium deo dignum obtuli, & obsequiũ bonæ operationis uestræ, qua deo obsequimini, sacrificani. Sed si etiam ipse pro uobis offeror, *gaudeo*, quia ad coronam pertingo. *& congratulor*. i. simul gratias ago oĩbus uobis, quia estis mihi causa mortis qua uitã ingredior. Nec solꝰ ego id agere debeo, sed etiam *uos gaudete idipsum*, hoc est, immolari pro me, si contigerit uobis. *& congratulamini*

B

C

D

mi, id est, grates reddite *mihi*, qui uobis causa sum ut martyres efficiamini.

Spero aũt in dño Iesu, Timotheũ me cito mittere ad uos, ut & ego bono aĩo sim, cognitis q̃ circa uos sunt. Neminẽ *Actu. 16*
ẽm habeo tã unanimẽ, qui syncera affe- *1. Cor. 13*
ctiõe p̃ uobis solicitus sit. Oẽs enim q̃ sua sunt q̃runt, non q̃ Iesu Chri. Experimentũ aũt eius cognoscite, qm̃ sicut patri filius mecũ seruiuit in euãgelio. Hũc igit spero me mittere ad uos, mox ut uidero q̃ circa me sunt. Cõfido autẽ in dño, qm̃ & ipse ueniam ad uos cito.

¶ Hanc quidem epistolam nunc mitto uobis p Epaphroditum, sed *spero* non in me, sed *in domino Iesu*. i. in misericordia saluatoris *me cito mittere*. i. dirigere *Timotheũ ad uos, ut* sicut uos bono aĩo eritis, cum cognoueritis q̃ circa me sunt, ita *& ego bono animo sim* atq; gaudeam. *cognitis quæ circa uos sunt*, uel aduersis uel prosperis. Ideo aũt magis Timotheum mittam q̃ alium, quia *neminem habeo* nunc *tam unanimẽ*. Hoc tẽpore multi cũ Apostolo merenarĳ erãt, filĳ uel pastores nulli, nisi Timotheus. Neminẽ (inqt) mõ mecũ habeo tam unanimẽ. i. ita concordantẽ meæ uoluntati in hoc negocio, *qui syncera*. i. pura & non ficta cordis *affectione*. i. germana charitate *sit solicitus pro uobis*. i. pro uĩa salute. Multi enim uidenf esse soliciti pro alĳs, sed re uera nõ pro ipsis soliciti sunt, sed pro rebus ipsor̃ quas habere cupiunt. Recte dixi, quia neminem habeo tam unanimẽ: *omnes enim* q̃s nunc habeo, *quærunt* in uobis *quæ sua sunt*, non Christi lucra. Sic & mõ faciũt in ecclesia mercenarĳ sua q̃rentes. Quid est, sua q̃rentes? Nõ Chrĩ gratis diligentes, non deũ propter deũ q̃rentes, temporalia cõmoda consectantes, lucris inhiantes, honores ab hoibus appetentes. Et q̃ hæc à præposito amant, atq; propter hæc seruit deo, quisquis talis est, mercenarius est, inter filios non se cõputet. De talibus enim dr̃, quia receperunt mercedem suã. *Non* quærunt *ea quæ sunt Iesu Christi*. i. multiplicati *Matt. 9*
onem boni gregis, religiosam conuersationẽ subditor̃, salutẽ animar̃. Et ideo nullũ istor̃ uoluit nunc Apostolus mittere, sed Timotheũ, qui sicut pastor salutem gregis q̃reret, atq; non solum uerbo, sed & exẽplo qualiter uiuend ẽsset, ostenderet. Timotheum quidem uobis mittam, uos *autẽ cognoscite experimentum eius*, id est, qũo sit exper. tus fidelem in omnibus in uita & doctrina, *quia sicut filius patri* deuote obedit, ita *mecum* deo *seruiuit in euangelio* p̃dicando, in quo potuit experiri. Et quia de uobis solicitus est & mihi probatus, *igitur spero me hunc ad uos mittere* non post longa tẽporis spatia, sed *mox ut uidero ea quæ circa me sunt*, id ẽ, quẽ exitum sint habitura, utrum de his euadã an nõ. Et non solum spero me eum mittere, sed etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

A confido in dei misericordia, quoniam & ego ipse cito, id ē, non post multum temporis ueniam ad uos.

Necessariū aūt existimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorē & commilitonē meū, uestrū autē apostolum. & ministrum necessitatis meæ mittere ad uos, quoniam quidē oēs uos desiderabat, & mœstus erat propterea quod audieratis illum infirmatū. Nam & infirmatus est usq; ad mortē, sed deus misertus ē eius. Nō solū aūt eius, uerum etiā & mei, ne tristitiam super tristitiā haberē. Festinantius ergo misi illum, ut uiso eo iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite itaq; illū cū omni gaudio in dño, & eiusmodi in honore habete: quoniā propter opus Christi usq; ad mortem accessit, tradens animam suam, ut impleret id quod ex uobis deerat erga meum obsequium.

B Timotheum quidē (ut spero) mittam ad uos, & ipse ueniā: sed interim *existimaui necessarium* esse *mittere ad uos Epaphroditū* cū hac epistola *fratrem*, i. Christianum, *& cooperatorem* in prædicatione, *& commilitonem meum* in bello contra dæmones & uitia, & contra oēs qui regno Christi resistunt, sed *uestrum apostolum*, i. speciālē doctorem, *& ministrum necessitatis meæ*, id est, qui mihi ministrauit necessaria, uel necessitati inopiæ meæ ministrauit, siue de labore manuum suaꝝ, siue quod ab alijs fidelibus quæsiuit. Ideo uolui eū mittere, quia uos oēs uidere optabat, *& mœstus erat*, quoniam *audieratis eum infirmatum* fuisse. Forsitan quia uerberatus est ab infidelibus in ministratione. Nec falsus ad uos rumor de eius infirmitate peruenit, quia *& infirmatus est* ægrotatione, sicut audistis: & hoc non leuiter, sed usq; ad mortis periculum, *sed deus* miserando sanauit eū. Et non solū *eius* in hoc *misertus est*, sed *etiam & mei, ne haberem tristitiam* de morte eius, *super tristitiam* quam habuerā de infirmitate eius, quæ uobis nocebat. Et ga uos desiderabat, uosq; de eius languore timebatis, *ergo festinantius*, quām fecissem, nisi hoc euenisset, *misi illum, ut eo uiso iterum gaudeatis*, qui prius de eo, cū esset apud uos gaudebatis, *& ego sim* absq; *tristitia*, quam de uobis tristibus habebā. Ego quidem mitto illū propē has causas, & uos *itaq; excipite illum* honorifice, non indecuoti, sed *cum omni gaudio*, ut omne gaudium habeatis de aduētu eius, & illud gaudiū sit *in domino*, id ē, nō uanū, non lasciuū, non immoderatū, sed piū & castū. Nec solū in principio lætātes illū excipiatis, sed postea conuersantē uobiscum *habete* ete *in honore* uirum *eiusmodi*, quia iste uester apostolus est. Et merito debet honorari, *quoniam usq; ad mortē accessit propter opus Christi*, qui uenerat nō ministrari, sed ministrare. Propter opus quod Chīus fecerat, accessit iste ad mortē, quia ministrabat mihi de eleemosynis aliorū fidelium suo labore congestis, *tradens* ex deliberatione & exponēs *animam suam*, id ē, uitam in mortis periculum, s. mori potius uolēs & animam reddere, q̄ opus Christi qđ in me exercebat, dimittere. Et ideo hoc faciebat, *ut impleret erga meum obsequiū id quod ex uobis deerat*: quia uos mihi de bonis uestris dederatis: sed ille supplere studuit quod uos minus feceratis: uel quarem dederatis, sed qui ferret, ex uobis defuit, & ille attulit: uel quia quod miseratis defecit, ille mihi ex aliorum eleemosynis ministrauit.

C

CAPVT III.

DE cætero fratres mei, gaudete in dño. Eadē uobis scribere mihi quidem non pigrū, uobis autē necessariū. Videte canes, uidete malos operarios, uidete concisionem. Nos enim sumus circūcisio, qui spiritu seruimus deo, & & gloriamur in Christo Iesu, & nō in carne fidutiam habentes, quanquam & ego habeam confidentiam in carne.

D Nunc de synceritate fidei agere contra pseudo prædicatores incipit, quasi dicat: Illa quæ superius dixi, ita seruate, sed *de cætero* quod dicendū ē, hoc facite, scil. *gaudete in domino*, id est, oīe gaudium sit uobis in deo, non in carnalibus obseruantijs. Vel ita: Olim gauisi estis in seculo, sed de cætero uiuendi spatio quod uobis supest, gaudete iam in dño, ut quādiu amodo uixeritis, sit uobis oīe gaudiū in eo. Non gaudeatis in carnalibus & secularibꝰ, ut pseudo apostoli suadent, sed in dño, ut sæpe dixi uobis. Nam *eadem* q̄ præsens dixi, i. ut in dño tm̄ gauderetis *mihi quidem non est pigrum* uel tædiosum *scribere uobis*, ut diutius maneat q̄ uerbos prolatio, sed *uobis* est *necessariū* contra peruersos doctores. *Videte* eos *canes*, i. cognoscite illos esse canes, hoc ē, non ratione, sed consuetudine contra insolitam ueritatem latrantes. Hæc est ēm canum natura, ut cum quibus habent consuetudinem, siue illi boni sint, siue mali, nō ad eos latrēt: insolitorum autem personis uisis, etiam innocentibus, irritentur. Ita pseudo consuetudinem legis tenent, & contra ueritatis nuncios irrationabiliter latrant & mordent. *uidete malos operarios*, id ē, notare & cauete eosdē pseudo prædicatores, quia in agro Dei super frumentum seminant zizania errorum. *uidete concisionem*, id est, eos concisos & excurtatos, quia carnem amputauerunt, sed uitia nutriunt, & à Christo cæsi, id est, abscisi sunt. Hos uoco concisionem, non circūcisionem, quia *nos* fideles, non illi *sumus circumcisio* non carne, sed ratione, id est, mūdati à superfluis uitiorum. Hoc est, nos sumus iustitia, *qui deo seruimus spiritu*, id est, toto mentis affectu, non carnali custodia literæ legis: *& gloriamur* non in nostris meritis, uel in carnalibus obseruatijs, sed *in* solo *Christo Iesu*, & in eius gratia. Non carne, sed spiritu deo seruimus. Carne enim seruit deo, qui de rebus carnalibus sperat se placere deo. Cum uero & ipsa caro ad bona opera spiritui subditur, spiritu seruimus Deo, qui carnem domamus, ut spiritus obtēperet deo. Vel sēm alios codices, & maxime Græcos, spū deo seruimus, ea scil. seruitute de qua dictum est, *Dñm deum tuum adorabis, & illi seruies*. Ipse ēm spiritus deus est, cui ab omnibus sanctis talis seruitus exhibetur. Et gloriamur (inquit) in Christo Iesu, *& non in carne fidutiam habentes*. Respexit q̄s. dam in carne fidentes, ipsi erant qui de carnis circuncisione gloriabantur. Non sumus habentes fidutiam, id est, spē salutis in carne. i. in carnalibus obseruantijs, uel generis nobilitate *quanq̄ & ego habeam* si uoluero, *confidentiam* gloriandi *in carne*, i. in carnis nobilitate, & carnali custodia legis.

A

Deut. 6 & 10. Iohan. 4.

Si quis alius uidetur confidere in carne, ego magis, circūcisus octauo die, ex gñe Israel, de tribu Beniamin, Hebreus ex Hebræis, sēm legem pharisæus, secundum æmulationem, p̄sequens ecclesiam dei, secundum iustitiam quæ in lege est, conuersatus sine querela.

Actu. 23

B

¶Ne putetis (inquit) me contemnere q̄ non habeo. Quid enim magni ē, si hō abiectus, uel plebs ignobilis contēnat nobilitatē? Habeo ista, sed contemno: & ideo uos doceo talia contemnere, q̄m uidetis me habere q̄ contemno. Nam *si quis alius* .ā me diuersus, qui uos decipere quærit, *uidetur confidere in carne* quasi iure iustus, *ego magis* confido. q̄ ille pseudo. Et audi in carne fidutiam *circumcisio* ium *octauo die* sicut lex iusserat, id est, non proselytus, non a duena ad populum dei, nō maior circuncisus, sed à parētibus natus iudæus, habeo circuncisionem octaui diei. Et sum *de genere Israel*, nō alienigena: & non de uiliori tribu, sed *de tribu Beniamin*, quæ dignior erat, q̄m procreata est ex Rachel dilecta uxore Iacob: & cum decem tribus in Samaria colerent uitulos, ista & tribus Iuda non recesserunt à templo dñi. Et sum *Hebræus ex Hebræis* parentibus, id est, non de ignobili gente progenitus, sed ex eis qui fuerūt nati ex Heber filio Sale, filij Sem, maioris filij Noe. Sum etiam *secundum legem*, id est, secundum egregiam legis obseruationem, *pharisæus*, id est, diuisus ab alijs, utpote religiosior. Nam primarij quidam erant, & quasi ad nobilitatem iudaicam segregati, non contempti bili plebi commixti, qui dicebantur pharisæi q̄si diuisi. Et *secundum æmulationem* quæ in me feruebat, *persequens ecclesiam dei*: quia non eram piger iudæus, sed q̄quid erat quod legi meæ uidere ad uersarium, impatiēter ferebam, acriterq̄ insequebar. Et *secundum iustitiam* legis, quæ manus compri mit, non animum: & timore, nō amore seruatur. *conuersatus* sum *sine querela*, id est, sine clamore facio de me, quia nemo poterat conqueri quod ali quam iniuriam ei fecissem, contra legis institu ta quam alia faciēs. Hæc apud iudæos nobilitas ē, sed apud Christum quæritur humilitas.

Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimēta. Veruntamē existimo oīa detrimentū esse propē eminentē scientiam Iesu Chri dñi mei. Propter quem oīa detrimentum feci & arbitror ut stercora, ut Chrm lucrifaciam, & inueniar in illo, non habens meam iustitiam q̄æ ex lege ē, sed illam quæ ex fide ē Chri Iesu, quæ ex deo ē iustitia in fide, ad cognoscendum illū & uirtutem resurrectiōis eius, & societatē passionū illius, cōfiguratus morti eius, si quomodo occurrā ad resurrectionem quæ est ex mortuis.

C

Ita diuersis modis possum gloriari in carne, sed non iam glorior in talibus. *Sed* omnia illa carnalia *quæ mihi* ante Christi notitia *fuerunt lucra*, i. utilia & chara, *hæc* post fidem *arbitratus sum detrimenta* salutis *propter Christum*, qui in his prænunciatus fuerat. Et si adhuc ista seruarem, eius aduentū ostenderem nondum factū. Quę enim uenturum eum significabant, si iam seruantur, uenisse eum negant. Et ideo sunt detrimenta, quia deterunt ueritatem fidei. Vnde paulo superius tuditi facti sunt concisio, quia carnalis circuncisio, plena abscisio est à Chro. Nō solum propter Chrm hæc arbitratus sum detrimēta, *uerum tamen*, i. sed etia *propter scientiam Iesu Christi domini mei*, quā de eo habemus *eminentem* omnibus scientijs alijs, sed quę eminet in eo *plus* q̄ in alijs *existimo omnia* illa detrimētum esse, q̄ retrahunt sectatores suos à tam eminenti scientia. Vel ita: Hæc olim fuerunt mihi lucra, sed existimo tū nunc oīa ea detrimentum esse & impedimentum, propē sublimem Chri scientiam, qua mihi innotuit eū esse deum supoīa, ut eam scripturas intelligerē. Nam etiā si ipsum nō possem assequi, uel propter solam eius scientiā quæ tanta & tam præcellens ē, respuerē oīa illa uetera. *Propter quem* Chrm uenerandum, & propter cuius dilectionem *omnia* illa non solum existimo detrimentum, sed *& feci ea detrimentū* bonorū, uiuendo spiritaliter & docendo, ut alijs appareret ea esse detrimentum, *& quod plus est, arbitror* ea non tantū ut detrimenta donorum, sed *ut stercora*, id est, quæ coinquinentiam obseruatorē. Et hoc ideo, *ut Christum lucrifaciam*, id est, in futuro Chrm habeam præmium, & hic sim in illo membrum. Qđaliter neq; fieri, scilicet ration bilē attendēdo, nisi *& inueniar in illo* fidele membrum, *non habens meam iustitiam quæ ex lege est*: quoniam ea iustitia pœnam timet, non amat uirtutē, *sed illam quæ ex fide est Christi, quæ iustitia est ex deo*, non ex hominibꝰ. Iustitia dico, manens in fide: quia sicut ex fide nata est, sic existere non habet nisi ex fide. Iustitia in fide ualente *ad cognoscendum illum*. Quasi dicatur: Qui in lege putat iustificari, non agnoscit Christū: sed ego ex fide iustificari uolo, ut agnoscam il-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A lum, cur natus, cur passus sit, & agnoscam quæ ē uirtus *resurrectionis eius*, i. iustificatio credentiū, qa resurrexit propter iustificationē nostrā. & agnoscam *societatem passionum eius*, quam bene nosci-
Rom. 4 qui se per eā ad cæli gaudia peruenire credit. Vel iustitia in fide ad cognoscendū eum, quia fides & in illa uita facit perfecte eū agnosci, q in ista creditur & haberi uirtutē resurrectionis eius, id est, immortalitatem: qa nostra resurrectio est uirtus
Locus obscurus & efficacia resurrectiōis eius, ut in hac uita facit habere societatē passionis ei9, ut & nos patiamur aduersa quæq pro eo: nisi enim per fidem, nemo tanta pateretur. & configurationem mortis eius, ut moriamur sicut ipse, si opus est: uel moriamur semel uitijs, sicut ipse carne mortuus ē semel. Sed litera sic iungit: Vt inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed eam quæ est ex fide, *configuratus morti eius*. i. p passiones consummatus ut ille, tentans *si quomodo occurram* lætus *ad resurrectionem*. Si quomodo occurram, quia difficile ē. Si quomodo cōtingat tū ex dei misericordia, tum ex meo merito, ut occurram Chīo gaudensin iudicio, quod sanctorum ē tantū, uemens ad resurrectionem, *quæ est* non ex uiuis, ut nūc, sed *ex mortuis*, ut ultra mori nequeant. Hæc Apostolus idcirco se ita egisse uel agere commemorat, ut illi similiter exemplo eius omnes legis carnales ritus contemnant, & per iustitiam fidei atque societatem passionis Chīi festinent ad regna cælo9.

B Non q9 iam acceperim, aut iā perfectus sim; sequor aūt, si quo modo comp̄hendam, in q̄ & comprehensus sum a Chīo Iesu. Fratres, ego me nō arbitror comprehendisse. Vnum aūt, quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea uero quæ sunt priora, extendēs meipsum, ad destinatū prosequor, ad brauiū supernę uocatiōis dei in Chīo Iesu. Quicūq; ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc uobis deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus ut idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula.

Iste qui ad tertium cælū raptus fuerat, & tā-
2.Cor.12 ta scientia emicabat, putabatur iam comprehēdisse, q̄d alij sequunt, sed idse hoc negat. Ne enim uideatur superfluum tot aduersa pati, cum fidē & alia bona habeat, subdit quasi dicens: Merito pro illa gloria tantū laboro, quia *non* dico *quod iam acceperim* aliquid, quia si quid gloriæ accepi, nihil est ad comparationē futuræ: *aut* si quid accepi de cognitione Chīi, non dico quod in illa *iam perfectus sim*. Et si ita de me, quid de alijs? Non ē quod iam acceperim quod peto, aut iā perfectus sim, ut nihil mihi desit. Non dico, sufficit quod egi: sed semper aliq̄d addo, semper ambulo, semper proficio, semper *sequor* quod cōprehendere laboro, *si* C
quomodo fiat ut *comprehendam*. i. perfecte teneam illud in eo modo, *in quo & ego sum comprehensus a Christo Iesu*. i. ut uidea ipsum Christū sicut ipse me uidet, & cognoscam eum perfecte sicut ab eo cognitus sum, ut sicut ipse plenarie me uidet & cognoscit, ita ego plenarie humano modo eum cognoscam. Vel comprehendam eū, in quo & cōprehēsus sum ab eo. i. ut uidea eū in ea claritate, Actu. 9.
in qua mihi apparuit in uia, quādo me cōprehendit. Ideo em̄ sequor. Præuenit me iustitia eius, sequaē eum mea. Cœperunt mirari qui audierunt Aposto- 1
lum dicentē, non quia iam acceperim, aut iā perfectus sim. *Fratres*, inq̄r, *ego me non arbitror iā comprehendisse*. Id ē, nolite in me falli, plus me ipse nouit q̄ uos, scio quid mihi desit, scio quid adsit. Ego me nō arbitror apprehendisse. *Vnum aūt* hoc me non arbitror apprehēdisse. Multa habeo, sed unū nondum apprehendi. Porro unum ē nec es- Lucæ. 11
sarium. Vnam petij à dño, hanc requiram. Et q̄ē illa? Vt inhabitem in domo dñi omnibus diebus psal. 26
uite meæ. Ipsum ē unum quod nondum apprehendi. Et in quantū mihi hoc deest, in tantū nondum perfectus sum, quia nondū æqualis angelis. Quid ergo agis? Quid agendum exemplo tuo do ces? Ea *quidem quæ sunt retro*. i. terrena q̄ reliqui *obliuiscens*. i. ā memoria cogitationis auferens, *ad ea* D
uero quæ sunt priora. i. ad cælestia quæ sunt eleuātia in diuina, *extendens* desiderio *meipsum*, persequor, id est, perfecte sequor mente & opere. Ante nos enim æterna sunt, post nos temporalia: quia & illa pergentes inuenimus, & ista recedentes quasi post dorsum relinquimus. Vel ea quæ retro sunt. i. præterita merita mea obliuiscens, & quasi pro nihilo ducens, ad futura merita me extendo, semper adens aliquid. Adhuc enim proficio, adhuc ambulo, adhuc in uia sum, adhuc me extendo, nondū perueni. Extendo me *ad destinatum*, id est, ad illud quod dei prouidentia mihi destinatū disposuit, uel ad quod proposui currrre. Et *persequor*, id ē, sequi non desisto usq̄ dum ueniam *ad brauium supernæ uocationis dei in Christo Iesu*, id ē, ad præmium in supernis dandum, ad quod uocat me deus in filio suo. Et quandoquidem ego qui tantus sum, nō arbitror me comprehendisse, sed adhuc sequor si forte comprehendā, *ergo quicunq; sumus perfecti, hoc sentiamus* omnes, scilicet nos nondum comprehēdisse, sed adhuc debere sequi & proficere. Videt Apostolus quasi contrarius sibijpsi. Quomodo enim stare pōt sentētia, ut qui dixerat, Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim: dicat, Quicunq; perfecti sumus, hoc sentiamus: Sed de duabus loquitur perfectionibus, ostendens omnem hominē & uniuersam creaturam, quamuis ad perfectionem uenerit, tamē indigere misericordia dei, & plenam perfectionem ex gra, non ex merito possidere. Et ideo perfectus erat Apostolus iuxta modum humanæ possibilitatis, sed adhuc perfectionem expectabat ex dono supernæ largitatis, ut æqualis fieret angelis. Erat pfectus uiator, sed nondū perfectus patrię possessor. Et hoc de seipso

A debet unusquisq; perfectus sentire, ut dum se uiatorem & non habitatorem meminerit, studeat semper ambulare & proficere, ne forte ubi se satis egisse putauerit, ibi remaneat. Quæ sententia multum utilis fuit nonnullis Philippensium, qui iam se perfectos arbitrabant, ne putarēt sufficere sibi perfectionē suā, & inciperent remissius agere, ac perirent. Hoc (inquit) sentire debetis, quod imperfecti sumus comparatione futuræ perfectiōis, & illuc tēdimus. Et *si quid aliter sapitis* ut paruuli. i. si iā putatis uos aliquid egisse, esse uel scire. & *hoc*
☞ *uobis reuelabit deus*, q̄d nō recte id sapitis. Qui enim in pace catholica permanet, si quid aliter sapit q̄ oportet, humili deu reuelabit: si illud supbus defendit, deus abijciet. Vel si quid nūc aliter sapitis,
1Cor.13 q̄ in futuro sapiendū sit, quia modo per speculū uidetis, etiam hoc reuelabit deus, quia clare faciet uos cognoscere & se & oīa alia, quæ mō obscure uidetis. Vel si quid aliter sapitis. i. si perfectā Christi notitiam uos comprehendisse putatis, & hoc idē uos male sapere deus per misericordiam uobis reuelabit. Similiter & de alijs erroribus, p̄ bona uita uos liberabit. Siue ita: Si quid modo aliter sapitis
B q̄ in futuro & de deo & de omnibus, etiā hanc imperfectam cognitionē uobis deus per spiritū suum reuelabit. Vel si quid aliter sapitis, & si qd melius ad cultū dei excogitaueritis, siue in interpretationibus scripturarū aliter secundum regulam ueritatis senseritis, etiam hoc donū dei esse sciatis, quia ipse uobis hoc reuelauit. *Veruntamen*. i. sed tñ teneamus omnes illud, *ad quod peruenimus, ut idem sapiamus* credendo, *& permaneamus in eadem*
☞ *regula* disciplinæ. i. rectitudine uiuendi, scilicet ut nemo propter nouam inuentionē uel intelligentiam suam deserat communem sensum fidei seu regulam iuste uiuendi constitutā à patribus. Vel ita: Sentire debemus oēs quia nondum perfecti sumus, nec plenariam dei notitiam apprehendimus: sed tñ illud ad quod peruenimus, i. illā scientiam quam attingimus tota mente teneamus, scilicet ut idē in fine sapiamus, & in eadem uitæ regula maneam9, id ē, nec diuersa credamus, nec diuersos mundi ritus habeamus, sed omnes uno modo syncere & munde credamus & uiuamus.

Rom.16 Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi em̄ ambulāt, q̄s sæpe dicebā uobis, nūc aūt & flens dico, inimicos crucis Chīi: quorū finis interitus, quorū deus uēter ē, & gloria in confusione ipsorū, q̄ terrena sapiūt. Nostra aūt cōuersatio in cælis ē, unde & saluatorem expectamus dñm nostrū Iesum Christū q̄ reformabit corp9 humilitatis nostræ configuratū corpori claritatis suæ, secundū opationē uirtutis suę, q̄ etiā possit subijcere sibi oīa.

¶Idem (ut dixi) sapiamus & in eadem uiuēdi C
regula maneamus. Et in his. i. in fidei unitate & regula disciplinæ *estote imitatores mei fratres*. i. sicut me nostis idē sapere & eandem regulam seruare, sic facite. Ac sicut ego, tradite obliuioni ea quę retro sunt. i. præterita uitia, ut si uos delectauit aliquando uanitas, iam nō delectet: & in anteriora, id ē, in profectū uirtutū, atq; in æterna bona pijs desiderijs atq; conatibus semp extendamini. Extenditur em̄ animus desiderio lætitię nondū consequutæ. Et tota uita Christiani boni, sanctū desideriū ē. In his & talibus me imitamini. *& obseruate*. i. considerate diligenter & sequimini *eos q̄* mihi sunt similes in uia dei, *qui ita ambulant*. i. promouēt in opibus bonis, *sicut habetis formam nostram*. i. sic ut tradidi uobis formā recte ambulandi, uel exēplo conuersationis meæ, uel sermone prædicationis. Eos (inquam) qui ita ambulāt obseruate soliciti. *multi enim* sunt qui aliē inceduūt, nec mutandi sunt, sed cauēdi. Multi *ambulant* latam uiā perditiōis. i. multi promouent̄ in uia peruersę actiōis. *quos* esse *inimicos crucis Christi sæpe dicebam uobis*, dum presens essem. sed *& nunc* idem *dico*, *flens* tum de perditiōe eorū, tum de subuersiōe simpliciū quos decipiūt. Inimici em̄ dūicæ crucis sunt pseudo prædicatores, q̄a dicūt mortem Christi nō sufficere credentibus ad salutē sine carnalib9 legis obseruationibus. Et conant̄ ita impugnare crucem saluatoris, D
ideoq; merito pereunt, *quorū finis ē interitus*. i. mors sempiterna, quia tunc nō inueniūt auxiliū crucis, cuius hostes fuerunt. *Quorum deus uenter est*, quia quicquid faciūt, pro uentre faciūt. Vel esca quæ uentris sunt, deū sibi faciūt, dum eas iustificare homines dicunt, & salutē animæ putāt in escis. *& gloria* eorū *in confusione ipsorum*, quia in talibus gloriant̄, unde confundi & erubescere possent, id ē, in pudendis membris suis circūcisis, *qui terrena sapiūt*, q̄a in lege nil spiritaliē intelligūt, sed oīa carnaliter. Malis etiā catholicis conueniūt hæc uerba. Et ipsi em̄ sunt multi, quia multitudo paleæ abundat in area, & ambulant in ampla uia quæ ducit ad perditionē. Ipsi sunt inimici crucis Chīi, qui cōtra crucem semper faciūt. Cum enim crux Chīi in oībus electis carnem affligat, & crimina mortificet, illi ecōtrario carnē uoluptatib9 fouent & uitia nutriūt. Ideoq; finis eorū erit interit9 perpetuus, q̄a ppter solā fidē quā sine bonis operibus habuerūt, non euadēt formēta æterna. Quo- 4cor. 2.
rū deus uenter ē, quia sicut deū summo honore uenerari deberent, & omnia meliora de rebus suis illi offerre, sic uenerantur suum uentrem, offerentes ei preciosa, & summo studio præparata ciborū genera, ac semper dediti sunt uentris seruitio, colentes illum pro deo, nec reminiscētes creatoris sui. Et gloria eorum in cōfusione ipsorum, quia iam amissa peccādi uerecundia, ex illis operibus nequitiæ gloriātur, de quibus erubescere debuerūt. Qui terrena sapiūt, quia in terrenis nil nisi quod uident, intelligunt: nec sensum mentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nisi in terrenis ponunt, sed semper cogitatiõe uersantur in infimis. Sed *nostra conuersatio* longe distat abillis, quia iam scđm fidem & scđm spem estis *in cælis*. Si enim non est in cælis, qđo habemus sursum cor? Corpore ambulamꝰ in terra, sed corde habitamus in cælo. Sicut em̃ domus exteriꝰ conuersatiõis est ædificiũ, qđ inhabitat corpꝰ, ita domus nr̃æ cogitationis ẽst res quælibet, quã p dilectionẽ inhabitat animus. Omne enim quod diligimus, quasi in hoc quiescẽtes habitamus. Vñ nunc Apostolꝰ quia in supernis cor fixerat, in terra quidem positus, sed tñ à terra extraneus, de se, suiq; similibus dicit: Nostra conuersatio in cælis ẽ, id est, & uiuendo & intelligendo sumꝰ angelis similes. *unde*, id ẽ, ex quibus præter commoda quæ iam habemus, *& dominũ nostrũ Iesum Christũ expectamus* uenturum ad iudicium, *saluatorem* iam animarum nostrarum, & tunc etiam corporum. Nam ipse tunc *reformabit*, id ẽ, in meliorem formam resuscitabit *corpus humilitatis*, id est, uilitatis & dejectionis *nostræ*, id ẽ, hoc corpus nostrum uile & abiectum, quod nunc tot miseriis subiacet. Ita reformabit illud, id ẽ, pristinam ei formam ita gloriosam in resurrectione restituet, ut sit *configuratũ corpori claritatis suæ*, i. assimulatum clarissimo corpoB ri suo, quod sumpsit ex uirgine, ut eandem claritatis figuram habeat corpus nostrum, quã habet
Mat. 13. suum, qñ iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorꝫ. Et hoc ipse faciet *secundũ operationem* omnipotentiæ suæ, *qua possit* non solum corpus reformare, se *etiam subijcere sibi omnia*: quia tunc oĩno complebitur. Omnia subiecisti sub pedibus eius.

CAPVT IIII.

ITaq; fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea, sic state in domino charissimi.

¶ Quia Christus reformabit corpus humilitatis nostræ, & adrantã peruenietemus glorĩã de tanta utilitate, *itaq; fratres mei* state in eo qꝺ cœpistis, ne tantam gloriam amittatis. Vos dico, mihi *charissimi*, quia multum uos habeo charos: *& desideratissimi* qa multum ego uos desidero, uel uos me: *gaudiũ meũ*, id ẽ, de quoꝝ fide & opere gaudeo: *& corona mea*, in futuro, qa propter uos coronã gloriæ pcipiam. Vos q tales estis, *state* firmi *in domino sic*, i. ut ego uos stare docui, & ut cœpistis: uel sicut me & mihi similes scitis, quia tũc eritis *charissimi*.

Euodiã rogo & Syntychen deprecor idipsum sapere in dño. Etiam rogo & te germane cõpar, adiuua illas quę mecum laborauerunt in euangelio, cũ Clemente & cęteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro uitæ.

¶ Euodia & Syntyche erant matronæ religiosæ, quæ prædicatores susciperе solebant, Et forte audierat illas Apostolus à fide dissentire, ideoque nominatim rogauit, ut idipsum quo cæteri, saperent in dño, id est, in eius fide. Quasi dicat. Oẽs moneo C state, sed specialiter Euodiam & Syntichen, quia plus de eis timeo. *Etiam rogo & te o germane compar*, i. coadiutor meus in prædicatione, *adiuua illas* firmando tuis adhortatiõibus & instructionibꝰ atq; oĩonibus, ut possint unanimes stare in fide, *quæ* non sunt paruipendendæ, quia *mecũ laborauerunt in euangelio*, i. de labore suo ministrauerũt mihi stipendium in prædicatione euangelij. Labora uerunt (inquam) *cum Clemente*, qui in hoc labora- *Tertiꝰ fuit tertiꝰ papa Romanus.*
bat, & cum cæteris qui me adiuuabant. Iste Cle- *Lino & Cleto.*
mens fuit tertius papa Romanus. Vel adiuua illas eũ Clemente *& cæteris adiutoribus meis*, i. tu & cæteri adiutores mei qui sunt Philippis, adiuuate illas. Adiutores dico, qui non frustra laborauerũt ut me adiuuauent, quia *nomina* eorꝫ *scripta sunt in libro uitæ*, i. adsignata tenentẽ ad uitã in memoria diuinæ prædestinatiõis. Quis est em̃ liber uitæ, nisi memoria dei, in qua sunt illi qui uiuũt in æternũ?

Gaudete in dño semper, iterum dico gaudete. Modestia uŕa nota sit omnibꝰ hominibus. Dominus prope est. Nihil soliciti sitis, sed in omni oratiõe & obsecratione cum gratiarum actione petitiones uestræ innotescant apud deũ. D Et pax dei quę exuperat omnẽ sensum, custodiat corda uestra & intelligentias uestras in Christo Iesu.

¶ Lætatus in fide & operibus eorum Apostolus, ut alacres sint ꝓficientes, monet gaudere in domino, & id iterat, ut se in eis gaudere uere ostẽdat. *Gaudete*, inquit, id est, cor uestrum exhilarate, & omne bonum unde gaudendũ est, statuite uobis *in domino*, non extra. Et hoc adeo necessarium uobis est, quod *iterum dico gaudete*, ut tristitia seculi nullum in uobis locum inueniat, sed totos lætitia spiritalis uos repleat. Gaudete in dño, & nõ p interualla, ut modo gaudeatis, modo non gaudeatis, sed *semper* gaudeatis, siue in prosperis, siue in aduersis. Et non semel dico, sed iterum ut gaudeatis, confirmans & inculcans repetita commonitione gaudium. Gaudete, sed in domino, non in seculo. Sicut enim nemo põt duobus dominis seruire, sic nemo põt & in domino & in seculo gau- *Lucæ. 17*
dere. Contraria enim sunt hæc duo gaudia. Nam seculi gaudium est impunita nequitia. Luxurientur homines, fornicentur in spectaculis, nugẽtur in ebriositate, ingurgitentur turpitudine, & ista mala non impediat fames, non belli, non alicuius rei timor, non aliquis morbus, non aliqua aduersitas, sed sint omnia abundantia in pace carnis, in securitate mentis, & uidete seculi gaudium. Et id eo non in seculo gaudete, sed in domino, id est, nõ in inigitate, sed in ueritate: non in flore uanitatis, sed in spe æternitatis. In domino sit gaudium uestræ mentis, sed homines uideant modestiam uestræ conuersatiõis, ut exẽplo uestro discant modeste agere. Modestia quasi modi statio dicitur,

A quando modus seruat in omnibus. Modestia est in animo, continens moderationem cupiditatũ. Modestia in operatione, modificans omnes actiones, similiter & in uerbis. Hæc *modestia* tantum fulgeat in uobis, ut *nota sit omnibus hominibus*: fidelibus, ut imitentur: infidelibus, ne possint reprehendere. Modestiam morum seruate, quia *dominus prope est*, ut auxiliet uobis assidue, nisi per discordiam uestram defeceritis. Etsi em̃ super omnes cælos ascendit corpore, non tñ recessit maiestate. Vbiq; præsens est, qui fecit oia. Dominus prope est, paratus dare quicquid opus est uobis in spiritualibus & corporalibus. Et ideo solicitudinẽ uani timoris abijcite, quia & in bonis operibus uestris aderit dominus uobis adiutor, & in passionibus quas p nomine eius perferetis, nec alimenta uobis corporea denegabit. *Nihil* ergo, i. de nulla re *soliciti & timidi sitis* quasi de futuro, sed estote sine mundi solicitudine, habẽtes promissa dei præ oculis, & ab ab ipso petẽtes omnia. Non sitis (inquam) soliciti *sed petitiones uestræ* de his q uultis accipere, ita sint uehementes & instantes, ut *innotescant apud deum*, id ẽ, perueniant ad deum, hoc ẽ, acceptabiles sint deo, qui omnia nouit, sed ea scire dicit quæ eligit & approbat. Vel nobis innotescant apud deum p tolerantiam, non apud homines per iactantiam. Aut forte innotescant etiã angelis, qui sunt apud
B deum, ut quodam modo offerãt deo & de hisco- sulant. & quod deo iubente implendum esse cognouerunt, hoc uobis uel euidenter uel latẽter reportent. Petitiones dico, factæ *in omni oratione*, id ẽ, in oratiõe quæ nihil de his quæ oranda sunt pretereat, sed oĩe quod expetit, orando petat à deo: *& obsecratione*, quæ cũ adiuratione sacrorum fiat, cum *gratiarum actione*. de acceptis beneficijs: quia q uult alia impetrare, debet ex ꝓceptis gratus esse. Vel secundũ alios oratio ẽ pro præteritis excessibus ac delictis, obsecratio aũt pro adipiscendis futuris bonis, gratiarũ actio pro collatis beneficijs, petitio uero de rebus nominatim necessarijs. Et talibus quidem precũ modis hortor uos ut insistatis, & deum (sine quo humanus labor inutilis est) oro ut præstet effectũ, scilicet ut *pax dei* qua in seipso pacatus est, & cuius participatione pacificanẽ angeli & homines, *custodiat corda uestra, quæ exuperat omnem sensum*, i. omnem intellectum hominum & angelorꝫ: qa pacẽ dei, qua deus ipse pacatus est, si- *Locus ab scutis.*
cut deꝰ nouit, nec nos, nec angeli nosse possumꝰ. Sed qa & nos pro modo nostro pacis eius participes facti sumus, summam in nobis atq; inter nos & cum ipso pacem, quantum nostrum summum. hoc modo iuxta suũ modũ sciunt eam sanctian- *1 Cor. 12*
geli, homines aũt nunc longe infra scientiã istam sunt, quantocunq; prouectu mentis excellant. Videmus em̃ nunc p speculum in ænigmate. Cũ uero æquales angelis fuerimus, tunc (sicut illi) facie ad faciem, id ẽ, manifeste uidebimus: tantamq; pacem habebimus erga eos, quantã & ipsi erga nos: qa tantum dilecturi sumus, quantũ ab eis diligimur. Itaq; pax eorꝫ nota nobis erit, qa nostra talis ac tanta erit, nec præcellet tunc intellectum nostrum. Dei uero pax, quæ ẽ illis erga eos, & nostrũ & eorum intellectum sine ulla dubitatione præcellit. Et ista pax dei custodiat *in Christo Iesu* corda uestra, id ẽ, uoluntates uestras, *& intelligentias uestras*, ut extra Christum nihil appetatis uel intelligatis. Cõtra illecebras seculi custodiat corda, & cõtra fraudes pseudo prædicatorum custodiat intellectus uestros. Corda custodiat contra aduersa omnia, intelligentias contra errores.

De cætero fratres, quęcunq; sunt uera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, ꝙcunq; sancta, quæcũq; amabilia, quęcunq; bonæ famæ, si qua uirtus, si qua laus disciplinæ: hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & uidistis in me: hęc agite, & deus pacis erit uobiscum.

In conclusione quæ ad perfectionem sunt, exponit Apostolus. Quasi dicat: Hactenus contra ꝓsecutores & cõtra pseudo prædicatores uos monui, sed *de cætero* monendi genere, quod ad mores optimos pertinet, nũc breuiter dicam. scilicet cogitate & agite *quæcunque sunt uera*, & *quæcunque* sunt *pudica*, ut nec in cogitatiõe nec in actione falsum aliquid aut libidinosum admittatis, sed in omni D sermone ueridici, & mente & corpore pudici sitis, ne uel in aspectu uestro sit aliquid lasciuiæ. Similiter *quæcunq; iusta* & *quæcunq; sancta*, cogitate & facite. Iusta ad proximum, sancta in propria uita. Iusta, id ẽ, erga proximum iuste seruanda. sancta, id ẽ, animas & corpora sanctificantia. Qui semper cogitat & agit quæ iusta sunt, nec deo nec homini facere põt iniuriam. Et q sancta cogitat & facit alsidue, nulla potest macula sordidari. *quæcunq; amabilia* cogitate & facite, id ẽ, studete ut dicta & facta uestra in bono placeant hominibus, quatenus per hoc ad imitationem uestrã eos alliciatis, sicq; deo iungatis. *quæcunq; bonæ famæ* sunt, ea similiter cogitate & facite, ne de uobis habeat mala opinio, sed bona, ut ꝓsit alijs. Sanctorum em̃ conuersatio etiã cauta debet esse, ne forte cum mala uita non sit p lasciuiã, mala sit fama per negligentiam. Nec audiendi sunt, q quando reprehensi in aliqua negligentia sua, per quã fit ut in malam ueniant suspicionẽ, unde suam uitã longe abesse sciunt, dicunt sibi corã deo sufficere conscientiam, existimationem hominum non solũ imprudenter, sed etiam crudeliter contẽnentes, cum occidunt animas aliorum, siue blasphemantium uitã dei, qbus secundũ suã suspicionẽ quasi turpis, quæ casta ẽ, displicet uita sanctorũ, siue etiã cum excusatiõe imitãtium, non quod uidẽt, sed quod putant. Proinde quisq; à criminibus flagitiorũ atq; facinorũ uitã suam custodit, sibi bene facit: quisq; aũt famã, & in alios misericors ẽ. Nobis em̃ necessaria ẽ uita nostra, alijs fama nostra. Et utiq; etiam qđ alijs ministramus misericorditer ad salutem, ad nostram quoq; redũdat utilitatẽ. *Si qua uirtus* ẽ, hanc secta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mihi *si qua laus disciplinæ*, hanc habere, uirtus sit in uobis, & post sequatur laus, ut homines qui uirtutem uſram laudabunt, proficiant. Vel cogitate & facite ea q̄ sunt bonæ famæ, si qua uirtus est in eis, uel si qua laus disciplinæ Christianæ. Non em̄ curanda est bona fama de uiribus uel scientia uel alijs secularibus, *hoc* (inquam) *cogitate*, id ē, in memoria uersate: *quæ* omnia *& didicistis* me docente, *& accepistis* ut digna teneri, quia uobis accepta & grata fuerunt postquam ea didicistis, *& audistis* ea *in me* esse, *& uidistis*. Hæc agite, id est, non tantū cogitate, sed & actu implete: *& tūc deus* dator *pacis erit uobiscum*, adiuuans uos hæc facere. Qui enim sic uixerit, non solum cum deo pacem habebit, sed & ab omnibus fere hominibus amabitur.

Gauisus sum aūt in dño uehemēter, qm̄ tandē aliq̄n refloruistis ,p me sentire, sicut & sentiebatis, occupati autē eratis. Non quasi ,ppter penuriā dico. Ego em̄ didici in quibus sum sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abūdare. Vbiq; & in oībus instītutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me
B confortat. Veruntamē benefeciſtis cō municantes tribulationi meæ.

Bona acta eoꝝ memorat, & gratias agit, ut inciteteos ad talia feruētius agēda, quasi dicens: Ego uos ad futura religionis studia moneo, sed de pteritis beneficioꝝ uſrorum studijs gaudeo, *& gauisus sum uehementer*, non in dōno q̄ promisistis, sed *in domino*, qui uobis inspirauit hanc charitatē, & redditurus est remunerationē, *quoniam tandem* .i. post multa tēpora, *aliquando*. i. aliquo tēpore, quia non oīa optuistis: *refloruistis*. i. pristinū largitatis florē resumpsistis, ut aliqua daretis mihi, sicut olim dare solebatis. Largitio em̄ est flos, quia inde fructus æternæ uitæ procedit. Et ab hoc flore quadā sterilitate marcuerātis, ac uelut hyemis frigore corpueratis. Sed nunc uelut austro flāte sancto spiritu uer ad corda uestra redijt, & refloruistis uelut bonæ arbores. Refloruistis *sentire pro me*. i. compati mihi: pro me, quia mihi prodest uestra compassio. Sentire pro me, id ē, ut sentiretis q̄ me pungebat, *sicut & prius sentiebatis* ministrātes mihi. Nec aliq̄ mala causa hoc intermisistis, sed *occupati eratis* & impediti aliquibus aduersis uel actionibus. Imprudenter delinquentes Galatas aperte increpat superius, dicēs: O insensati Galatæ, qs uos fascinauit? Nūc uero culpas istoꝝ uerecundantiū quasi
Galat. 3. cōpatiens reprehendit, ut & illoꝝ culpas increpatio detegeret, & hoꝝ negligentiā sermo mollior uelaret. Similiter unusquisque rector ecclesiæ iuxta modū culpæ debet unūquenq; rōnabili discretiōe increpare. Gauisus sum & refloruistis, Nō *quasi propter penuriam* hoc *dico*. i. non dico me gauisum esse quasi propter penuriam meā, quē consolati estis: quia non propter angustiam meam q̄ relaxata est, sed propter affectū uſrum gaudeo. Vel nō dico ista quasi propter penuriā meam adhuc reuelandā, ut p hæc dicta uos inuitare studeam, ut iteꝝ suppleatis inopiam meā. *Ego enim didici &* à deo & ab usu quotidiano *esse sufficiens*. i. contentū rebus *in quibus sum*, siue paruis, siue magnis. Nā *& humiliari* paupertate *scio*, quia nō inde frangor: *& abundare* rebus *scio*, quia non inde erigor. *Vbiq; & abundare* rebus *scio*, quia non inde erigor. *Vbiq;* .i. in omni loco, siue Romæ, siue alibi, siue coram principibus siue alijs sim positus, *& in omnibus*. i. in omni gñe reꝝ *institutus sum* & doctus à deo, sci. *& satiari*, ne noceat satietas: *& esurire* tolerabiliter, *& abundare* humiliter, *& penuriam pati* moderanter. Hæc scio, & possum exequi oīa ista, eo cōfortante qui docuit. Magna scientia est, scire humiliari & abūdare, satiari & esurire, abūdare & penuriā pati. Quē em̄ penuria sua non frāgit, à grārum actione nō retrahit, in rerum temporalium desiderio non accendit, scit humiliari. Hoc enim loco Apostolus humiliari dicit penuriam pati. Nam statim ecōtrario subiūxit, scio & abūdare. Qui em̄ acceptis rebus non extollitur, qui per eas ad usum uanæ gloriæ non intorquetur, qui solus nō possidet
D quod accepit, sed hoc cum indigentibus misericorditer diuidit, scit abundare. Qui acceptis alimentis non ad ingurgitationem uētris utitur, sed ad reparationem uirtutis, nec plus carni tribuit q̄ necessitas petit, scit satiari. Qui alimentorum inopiam sine murmuratione tolerat, nec pro necessitate uictus aliquid agit, unde anima peccati laqueum incurrat, scit esurire. Quem ergo nec in abundantia superbia eleuat, nec in necessitate cupiditas irritat, nouit abūdare, nouit penuriam pati. Vbi cum statim Apostolus subderet, *omnia possum*, adiunxit in quo: *in eo qui me confortat*. Ecce in altum ramus ꝓducitur, sed quia in radice se tenet, in uiriditate permansit. In altum enim surgens arescceret, si se à radice diuisisset. Sibi em̄ nihil tribuit, qui omnia se posse non in se, sed in domino qui se confortat, fatetur. Ego quidem (inquit) hæc oīa scio & possum: sed *tamen* uos *bene fecistis* quantum ad uos, qui quod iustum est, expleuistis, *communicantes* uestra bona *tribulationi meæ*. Inde mihi placet actio uestra, quia bene egistis ministrantes mihi misericorditer in afflictione mea, non quia mihi res misistis quibus carere possem.

Scitis aūt & uos Philippenses, q̄ in principio euangelij qñ profectus sum ad Macedoniā, nulla mihi ecclesia cōmunicauit in rōne dati & accepti, nisi uos soli, qa & Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis. Nō quia q̄ro datū, sed requiro fructū abūdantem in in rōne uſra. Habeo aūt oīa & abundo, replet9 sum acceptis ab Epaphrodito, quæ misistis in odorē suauitatis, hostiā

A acceptam, placentē deo. Deus autē meus impleat om̄e desiderium uestrum secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesu Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum, Amen.

Vos communicastis & nunc & olim mihi res uſras, sed alij nō. Nā *fitis & uos Philippenses*, sicut et alij plures, q̄ *in principio euangelij*. i. qñ prius prædicaui uobis euangelium, *nulla ecclesia nisi* uſra cō*municauit mihi in ratione dati & accepti*. i. ut rationabiliter consideraret q̄ deberet dare carnalia, qui accipiebat spūalia, iuxta illud: Si nos uobis spūalia seminauimus, magnū est si uſra carnalia metamus? *Vos soli* cōmunicauistis, *quia* non tm̄ cū essem
1. Cor. 9. præsens apud uos, hoc fecistis: sed *& Thessalonicā* id est, apud illam urbem morāti *misistis mihi* de rebus uestris *in usum semel & iterum*. Hoc memorat Apostolus, ut quasi laude digni magis studeant prædicatoribus ministrare, & ne illi putarent eū fuisse oblitum charitatis sepe sibi impēsæ. Qui ab
B eis hæc non refutabat, quia non idcirco dabāt, ut uellent eū uitijs suis parcere. A cæteris uero nō accipiebat, ne autoritatem sibi correctionis minueret, & ne forte illis esset graue, cibum ei corporalē impendere. Dico (inquit) uos bñ fecisse, nō ut ego implear, sed ne uos inanes sitis. Et hoc ē: *Non* dico ideo, *quia quæro datū* uſrum, *sed requiro fructū* dati *abundantem in ratione uestra*, nō mea. Datum est res ipsa q̄ impenditur, ueluti nūmus, cibus, uestis. Fructꝰ uero dati est, si benigna mēte futuræ mercedis studio aliquid impendatur. Ergo datum in re accipimus fructum in corde. Vñ & idem fructus in ratione. i. in cordis lumine, debet abundare. Vel in ratione eoꝝ debet abundare, ut cum rationem de suis actibus deo reddiderint, abundet eis fructꝰ iustitiæ. Quia igitur discipuloꝝ suoꝝ Apostolꝰ mercede potius q̄ munere pascebatur, nequaq; datū, sed fructum se q̄rere fatet. Vñ & subdit protinus, dicens: *Habeo aūt omnia & abundo*. Quasi dicens: Nō
Psal. 31. quæro datum, sed habeo omnia: quia deum habeo in quo oīa possideo: & abundo non in uno, ut in alio egeam, sed *repletus sum*, q̄m nihil deest timentibus deum. Repletus sum, etsi nihil dedisseris, sed *acceptis ab Epaphrodito* uestris muneribus, *quæ misistis* mihi *in odorem suauitatis, hostiam acceptā,*
Apoc. 5. *placentem deo*. i. quæ placerent deo ut suauissimus odor puræ oratiōis. Quod enim odor sit oratio, testatur Iohannes, ubi se uidisse refert seniores habentes phialas aureas plenas odoramentorum, q̄ sunt orationes sanctorum. Sed & istorum munera dicuntur nunc odor suauitatis, quia orant pro eis, sicut scriptum est: Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Sunt & hostia, quia data sunt ab eis, ut uincerent hostes suos, uel quia uincerent. Et hæc hostia accepta est deo & placens, quia deus accepit eam placite. Vos me repleuistis uestris bonis, sed deus meus repleat uos suis. Proprio exemplo declarat Apostolus quia pro his orare debemus, à q̄bus tēporalia bona ꝓcipimus. Deus *omne desiderium uestrū impleat*, largiendo bona omnia, quæ desideratis, ut nihil uobis desit ex his quæ optatis. Et hoc faciat *secundum diuitias suas*, id est, secundū q̄d ipse est diues, & plus dare potest q̄m quis mereat. Impleat (dico) uestrum desiderium, non in terrenis, sed *in gloria* supernæ felicitatis, & hoc *in Christo Iesu*, ut in eo perenniter delicijs affluatis. Cuius beneficijs non simus ingrati, sed gratias ei semper & laudes referamus, scilicet *deo* qui nos creauit, *& patri nostro* qui nos in filios adoptauit, sit *gloria* & nō ad horam, sed *in secula seculorum*. i. in æternū, *amen*.

Salutate omnē sanctum in Christo Iesu. Salutant uos qui mecū sunt, fratres. Salutant uos omnes sancti, maxime autem qui de Cæsaris domo sunt.

¶ *Salutate* (inquit) *omnem* apud uos manentē *sanctum in Christo Iesu*. i. qui non in lege, sed in Christo sanctꝰ est, & nihil sanctitatis nisi in Christo habet & à Christo. *Vos* autem *salutant fratres*. i. filij catholicæ matris ecclesiæ, *qui mecum sunt*. i. morant. Nec ipsi solū, sed *& omnes sancti* qui sunt Romæ. Oēs quidē *uos salutant*. sed *maxime* illi *q̄ sunt de domo Cæsaris*. i. Neronis. In hoc multum confirmat eos in fide, dum oñdit eos præcipue diligi & specialiter
D salutari ab his, qui Chrianæ religioni iam deseruiunt in domo Cæsaris. Nec ultra debere tribulationes metuere, q̄si graues & diu pmansuras, cū iā consiliarij & amici imperatoris sint Christiani.

Gratia domini nostri Iesu Christi cū spiritu uestro, amen.

Gratia Christi Iesu domini nostri sit *cum spiritu uestro*, ut quod spūs per liberum arbitrium bene uoluerit, adiuuante gratia possit implere, ne fitis generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum deo spiritus eius. Cū deo enim debet credi spiritus noster, quia nisi crediderimus q̄ spiritꝰ nostræ uolūtatis per seipsum nihil potest sine adiutorio gratiæ dei, nihil unquam boni facere potemus, *Amen*. Psal. 77.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM
Pauli ad Colossenses.

Est ciuitas in Asia noīe Colossæ, unde Colossenses dicunt. His non ipse Apostolꝰ prædicauit, sed eius discipuli Epaphras & Archippus, qñ ex his originem ducebant. Epaphras enim q̄ à Paulo didicerat ꝓdicans eis, cūuertit illos, & factus est apostolus eorum, Archippus uero episcopatū sup eos accepit. Superuenientibus autē pseudo apostolis, & carnales observantias ꝓdicantibus, dubiū fuit qbus potius credendū esset. Vñ Paulus cuius autoritas celebris erat, quasi medius iudicat q̄ pars sit potius tenēda. Describit aūt Chīm & eius bñficia, qūo est sufficiens ad oīa: carnalia uero omnino improbat, ut dęinceps syncere fidē Chīi teneāt. Instruit & moraliter, cōfirmans q̄d illi docuerant. Vñ fit ut hæc epistola magnā affinitatem & similitudinē habeat cum illa quæ est ad Ephesios. In illa quippe & in ista similiter cōmēdatur eminētia diuinorū bñficiorū, & carnalium obseruatio legis destruit, & mores dei instruūtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPISTOLAE PAVLI AD CO
lossenses. Caput I.

PAulus apostolus Iesu Christi per uoluntatē Dei & Timotheus frater, his qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribꝰ in Christo Iesu: Gratia uobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo.

Quia Paulus apls gentiū constitutus erat, ideo istis qui gētiles erant, pure se scribit apostolū, licet eis ꝓ se nō prædicauerat, sed ꝓ discipulos suos. Nā & istis erat apostolꝰ. At cōtra in epistola quā scripsit Hebræis, non se dixit apostolū, quia non erat apostolus Hebræoꝝ, sed gentiliū. *Paulus* cuius dicta sunt authentica, quia est *apostolus*. i. legatus *Iesu Christi*: & hoc nō ꝓ sua merita uel ꝓ humanam electionem, sed ꝓ uoluntatē dei, contra cuius uoluntatē faciunt pseudo apostoli. & *Timotheus frater*, qui est uir magnæ autoritatis, mandant ea q̄ sequunt *his qui sunt Colossis*, non quidē idololatris, sed *sanctis & fidelibus fratribus*. i. maioribus & minoribus Christianis. Sanctis, i. in diuina religiōe ꝓmotis: & fidelibus, i. qui iā fidē habēt, sed nondum in sctā cōuersatione sunt ꝓmoti. Vel eisdē sctis & fidelibꝰ. i. bonos mores & fidē habētibus, & hoc *in Christo Iesu*. i. in Christi gra, nō in legis obseruātia, nec in uiribus liberi arbitrij. Quid uolūt, aut q̄d petunt? ut *gratia uobis sit & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo*.

Gratias agimus deo & pr̄i dn̄i nostri Iesu Christi. ſp pro uobis orātes, audientes fidem uram in Chro Iesu & dilectionē, quā habetis in sctōs oēs, ꝓpter spē q̄ repositā ē uobis in cælis, quā audistis in ꝟbo ueritatis euangelij, cp̄ uenit ad uos, sicut & in uniuerso mūdo ē & fructificat, & crescit: sicut et in uobis ex ea die, q̄ audistis & cognouistis gr̄am dei in ueritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo cōseruo nr̄o, qui ē fidelis ꝓ uobis minister Chr̄i Iesu, qui etiā manifestauit nobis dilectionē uram in spū.

A gr̄arum actione inchoat, ut eos sibi bñuolos reddat, & ad gr̄as deo sp agēdas pro acceptis bñficijs accēdit. Scribit aūt à Roma. *Gratias* (inqt) *agimus* ego & Timotheus. i. gratiosas laudes referimꝰ deo, qa uobis oia dedit bona q̄ habetis. Ideo gratias illi agimus, nō uobis. Gr̄as agimus *deo*. i. creatori Iesu Chr̄i, scdm cp̄ homo est: & *patri* eiusdem *Chr̄i Iesu domini nostri*. scdm cp̄ deus est, qui ꝓ eundē mediatorem uobis omnia tribuit. Nos dico *semper orantes pro uobis*, ut crescatis & ꝓficiatis die ac nocte, uel quoties oramus. Gratias agimus, *audientes*, id ē, qa audiuimus *fidem uestram* esse *in Christo Iesu*, qa & fides ura donū dei ē. Alioquin non essent illi agendæ gr̄æ pro ea. & quia audiuimus *dilectionem quam habetis* non ociosam, sed bonis operibus redundantē, nō *in* quosdā *sanctos*, sed in *omnes*, q̄m beneficia uestræ charitatis abundant in eos, quos uiuere sancte nostis. Ideoq̄ grates illi referimus, q̄ uobis talem inspirauit charitatē. Et hæc nō propt̄ humanā laudē, sed *propter spem quæ uobis est in cælis reposita*, q̄ nō apparet mō, sed tñ ē uobis in cælis, tutoq̄ loco seruaꝰ: hoc ē, propter uitam perennē quam uos in cælis assecuturos sperat is. Et quō restam latens sperat ur? *Quam audistis*, inquit. i. quia audistis illā *in uerbo ueritatis*. Vel quia spem nō habetis à uobis, sed à deo: quia in uerbo. i. in prædicatiōe nō falsitatis, sed ueritatis; nec cuiuslibet ueritatis, sed *euangelij*. i. boni nūcij, quo annunciat deus homo factus esse, ut homines deos faceret. i. angelis pares, & ne ipsi dissimularent se euangelium audisse, quasi nō esset eis ꝑdicatum, sed alios audisse inde tenuit loqui, quibꝰ fuerat prædicatum ad. dit: *Quod* euangelium *peruenit ad uos*, subaudit, etsi nō per me, tñ per eos qui didicerant à me, sicq̄ ueritas uos nō latuit. Rursum, ne illi superbirēt q̄si ad eos peruenisset euangeliū, & cæteras gentes deuitasset, subdit: Ita peruenit ad uos, *sicut & in uniuerso mundo*, id ē, non soli uos audistis illud, sed & oīs mundus: quia nō est aliquod mundi regnum, in quo Chr̄i nomen nō sit prædicatū. Vel ita pure & uere peruenit ad uos, sicut ꝓ me & alios uenit in uniuersum mundū, & adhuc *est* & manet in eo. i. non minus est uobis factum q̄m alijs ecclesijs. & cum sit in mundo euangelium, *fructificat* ibi per bona opera intellectus. & *crescit* augmento scientiæ & numero fidelium, non quod plus habeant alij q̄m uos, sed ita ē factū illis, *sicut & in uobis*. Et ideo nihil debetis superaddere uel mutare, sed ita ut didicistis euangeliū syncerit̄ seruare, q̄d totus seruat mundus, ne uos soli dissentiatis ab uniuerso orbe. Sicut in orbe terraꝝ, ita & in uobis ē & fructificat & crescit *ex ea die qua audistis* illud, qa nō fuistis rebelles, sed mox credere cœpistis & fructificare. uel in die. i. illuminatione cordis audistis credendo, & *cognouistis* discernēdo *gratiam dei*, id ē, remissionē peccatoꝝ & cætera dei dona gratuita *in ueritate*, nō in fictione: quia ueraciter dat ea deus, non fingitur dare. uel in ueritate prædicarionis ea cognouistis, *sicut didicistis ab Epaphra*, Epaphram modo laudat, & de Archippo tacet, quoniam Epaphras erat ualde feruens studio charitatis & solicitus & apostolus eoꝝ: Archippus uero episcopus sed aliquanto remissus & tepidus. Cognouistis gratiam dei, nō sicut uos ipsi uestro ingenio inuenistis, sed sicut didicistis ab Epaphra magistro nō uili, sed *charissimo & conseruo nostro*, qa nobiscum in prædicatione seruit dn̄o Christo. Cuius doctrinā non debetis spernere, sed honorare & seruare: qa est non subdolus, sed *fidelis minister Iesu Christi*, id ē, dona Christi ministrans in p̄dicatione uobis, uel bona uestra offerens Christo, fidelis minister est

pro uobis, non pro suis, qui non uestra quærit, sed uos: non res uestras cupit adquirere, sed uos deo adiungere. Quorum salutem desiderans, cœpit doctrinam meam uobis prædicare. *Qui & manifestauit nobis* relatione sua *dilectionem uestram* ad deū & proximum, esse fundatam *in spiritu* sancto, non in carne. dilectionem uestram nobis intimauit, q̄ non est in affectu carnis, sed in gratia spiritus sct̄i.

Ideo & nos, ex qua die audiuimus, nō cessamus pro uobis orantes & postulātes, ut impleamini agnitiōe uoluntatis eius in oī sapiētia & intellectu spūali, ut ambuletis digne, deo per omnia placentes, in oī opere bono fructificantes, & crescentes in scientia dei, in oī uirtute confortati secundum potentiā claritatis eius, in oī patientia & longanimitate, cū gaudio gratias agentes deo patri, q̄ dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & trāstulit in regnum filij dilectionis suæ.

Epaphras nobis nunciauit dilectionē uestrā spiritualem. *Ideo* non solum ipse Epaphras, sed & *nos ex ea die qua* hoc *audiuimus*, *non cessamus orantes* humili affectu & pia deuotione *pro uobis*, & *postulantes* quasi quadam audacia ꝓ meritis uestris assumpta. Hoc scilicet oramus & postulamus incessanter à deo ꝓ uobis, *ut impleamini agnitione uoluntatis eius*. i. ut plene cognoscatis quid ipse uelit & quid nō. Magnum ē plene scire, q̄d deus uelit in omibus rebꝰ actiuæ uitæ uel cōtemplatiuæ. Modo tñ consequenter exponitur ꝓ partes q̄d ipse uelit. Agnoscatis (inq̄) uoluntatem eius *in omni sapientia* rerum, quæ actiuæ uitæ sunt, & *intellectu spirituali*. i. cognitiōe spiritaliū rerū, uel in oī sapientia diuinorū atq̄ cælestium, & intellectu spirituali sacraꝝ scripturaꝝ. *ut* uos *ambuletis digne deo*. i. agatis ita ut digni sitis deū accipere præmiū: uel ambuletis ut deū deceat ambulatio uestra, *per omnia* quæ egeritis *placentes* ei. Ita scilicet, ut sitis nō in q̄dam, *sed in omni opere bono fructificantes* multipliciter in maius, & per hæc bonoꝝ operū merita *crescentes in scientia dei*, in cognitione deitatis sensu spirituali, iuxta illud, A mandatis tuis intellexi. Bona em̄ operatio sensum mentis illuminat. Vos dico, *confortari* in deo *in omni uirtute*. i. fortes & confirmantes effecti in charitate, & iusti in sanctitate & cæteris similibus: & hoc *secundum potentiam claritatis eius*. i. secundū quod pōt uos fortes reddere claritas eius, qua illuminant electorū mentes, ut claram dei notitiā habeant, & oia clare discernere ualeāt, ut iā nullatenus ad peccati cōsensum flecti queant, sed semper quod bonū est faciant. Dixi ut in oī uirtute sitis fortes, scilicet *in omni patientia*, ut fortiter oia aduersa sustineatis ꝓ patientiam. Non em̄ in quadā patiētia rogo uos esse fortes, ut quædam patienē sufferatis, & quædam nō sufferatis: sed potius in oīm patientia, ut uidelicet oīa molestiaꝝ genera patienē pro deo sustineatis. & in oī *longanimitate*. i. lōga animi perseuerātia in aduersitatū toleratione & promissoꝝ cælestiū expectatione. Patientiæ em̄ addenda ē lōganimitas, ne qs postq̄ per aliquod temporis spatiū seruauerit patientiā, deficiat in aduersis, uel fastidiat eam longam patientiæ obseruantiam, & incipiat impatienter agere, sed potius ꝓ longanimitatem patienē oīa toleret usq̄ in finē. & hanc patientiam atq̄ longanimitatē seruate *cū gaudio*. uel nō fitis inē aduersa quæ patimini tristes, sed potius fitis spe gaudētes, dū fueritis in tribulatiōe patientes. Nō em̄ cōtristari, sed gaudere debetis, si contigerit ut propt̄ iusticiā aduersa toleretis. Vos dico, *agentes gratias deo patri*, qui tanta nobis beneficia cōtulit, ut consortes sanctoꝝ uos faceret, hoc ē, nolite cōtra deū murmurare, quia uos sinit in præsenti seculo aduersa tolerare, sed gr̄as illi agite semp, qa uos dignatus ē in numero sanctoꝝ cōputare, ut cū eo perennit̄ possitis regnare. Gr̄as illi exultāter agite, *qui nos* per suam gr̄am *fecit dignos* transire *in partem*. i. in participationē *sortis*. i. æternæ hæreditatis *sanctorum in lumine*. i. in claritate diuinæ uisionis, ut æternalit̄ irradiemur splendore maiestatis eius. Sors em̄ uocat hæreditas, q̄ non meritis humanis, sed electione diuina dat sanctis patriarchis & ꝓphetis. Et partē huius sortis nos habere deus uoluit, ut cū sanctis patribꝰ hæreditatē possideremus in lumine uiuentiū. Vel dei uolūtas in humano genere sors ē, apud quem non est iniquitas. Non enim ille personas accipit, sed occulta illius sors ē unicuiq̄ hominum. Sortis nomine dēsignat gr̄a qua saluamur, quia in sorte non ē electio, sed uolūtas dei. Nā ubi dicit, iste facit, & iste non facit, merita cōsiderant. Et ubi merita considerant, electio ē, non sors. Quando aūt deus nulla merita nostra inuenit, sorte uoluntatis suæ nos fecit quia uoluit, nō quia digni fuimus. hoc ē sors. Et in partem sortis huiꝰ nos, qui eramus indigni, fecit ipse misericordiē dignos, quos ad fidem uocauit non solum ex iudæis, sed & ex gentibus. Et hoc fecit in lumine, quo mentes nr̄as illustrauit, ut cognoscerēmus eū, & uerba prædicatorū eius intelligeremus. Fecit aūt hoc mō nos dignos, quia scilicet *eripuit nos*. i. potenter extraxit *de potestate tenebrarū*. i. dæmonū qui nobis dominabantur intrinsecus, dum cœcitas infidelitatis & ignorantiæ, uel peccatorū obscuritas in nobis adhuc esset. De potestate huiusmodi tenebrarum i. malignoꝝ angelorum, ne nos in nocte suæ damnationis sine fine possiderent, eripuit nos deus pater, in baptismo delēs peccata nostra, per quæ illi potestatem habebant in nobis, *& transtulit in regnum filij sui* in ecclesiā Chr̄i, de qua dictū est, quia mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius oīa scandala. Transtulit (inq̄) nos in regnū filij *dilectionis suæ*, ut per fidem & opera bona regnaret in nobis filius eius. Sed quid est, dilectionis suæ? Si em̄ in diuina

Rom. 3.

Rom. 2.

Rom. 9.

Psal. 118.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A trinitate non ē alia dilectio nīsi spiritus sanctus, profecto Chīus in hoc loco nō solius patris, sed & ipīus sancti filius inuenit. Quod si hoc absurdissimum ē, restat ut nō solus ibi sit dilectio spiritus sanctus: quod aūt dictum ē, filij dilectionis suæ, nihil intelligat aliud, q̄ filij sui dilecti, q̄ filij postremo substātiæ suę. Charitas em̄ uel dilectio patris, quæ in natura ē ineffabiliter simplici, nihil est aliud q̄ eius ipsa natura atq; substātia: ac per hoc filius charitatis siue dilectiōis eius nullus est alius, q̄ qui de substantia eius genitus ē. In regnum filij dilectionis suæ dicit nos transtulisse, ut intelligamus q̄ nos quoq; diliget, si perseueramus esse regnū filij sui, quē ipse naturaliē & ineffabiliter diligit. i. si peccatum in nobis amplius nō regnauerit.
Vbi enim peccatum regnare incipit, ibi Christus
Roma. 6. regnare desistit.

In quo habemus redemptionē & remissionem peccatorū, qui ē imago dei inuisibilis, primogenitus oīs creaturæ.

¶ In regnum filij sui nos transtulit, *in quo* filio *habemus redemptionem* de potestate diaboli, *& remissionem peccatorum*. In hanc em̄ redemptionem tanquam precium pro nobis datus ē sanguis Chīi. Quo accepto diabolus nō ditatus ē, sed necatus,
B ut nos ab eius nexibus solueremur: nec quenquā eoꝝ secum, quos Chīs ab omni debito liber, indebite fuso suo sanguine redemisset, peccatorū retibus obuolutū traheret ad secundæ ac sempiternæ mortis exitiū. Tunc em̄ sanguis ille, q̄m ei⁹ erat, qui nullū omnino habebat peccatum, ad re-
1 Petri. 2 missionem nostroꝝ fusus est peccatoꝝ, ut q̄a eos
2. Cor. 5. diabolus merito tenebat, quos peccati reos conditiōe mortis obstrinxerat, hos per eū merito dimitteret, quem nullius pcti reū immerita pœna mortis affecit. hac em̄ iustitia & hoc uinculo uinctus ē ille fortis, ut uasa eius eriperent, uel homines quos tenebat, liberarentur. Sic habemus in
Mar. 3 christo redemptionem & remissionē, quæ in baptismo consecuti sumus, destructa potestate diaboli, & restituta libertate nr̄i arbitrij. Vel trāstulit nos deus in regnum filij dilectiōis suæ. i. transuexit nos iam per spem in cælum, quia conresuscitauit & cōsedere fecit in cælestib⁹ in Chīo. In quo per spem similiter habemus redemptionem. i. liberationem ab his miseriis & afflictionibus, quas
Ephe. 2. nunc patimur: & per rei exhibitionem habemus iam in illo peccatoꝝ remissionem, quia & semel in baptismo per effusionē sui sanguinis deleuit peccata nostra, & quotidie (si peccamus) nō indigem⁹ alijs hostijs, unde patet quia legales hostiæ nō amplius offerendæ sunt, quia nullam iam omino utilitatem præstant. *Qui* Christus secundum diuinitatem *est imago dei inuisibilis*, & omnimoda similitudo patris, sicut ait: Qui me uidet, uidet & patrem. Nam sicut per contemplationem cuiuslibet imaginis datur nobis eius notitia, cuius illa imago est, licet ipse sit absens & nunc̄p̄ usus à nobis, sic & apostoli uidentes filium, intellexerunt patrem, q̄ corporaliter eis non apparebat. Et nos quidem sum⁹ C
imago dei, sed filius est aliter eius imago. Nā sicut imago imperatoris aliter est in nūmo, & aliter in filio: sic & imago dei aliter in filio, qui est consubstantialis & coæqualis atq; coæternus, & aliter in hoīe qui est creatura. Et notandum quod admirabiliter cōmendat Aplūs excellentiam Christi in utraq; natura, nunc de diuinitate, & nunc de humilitate eius sententiam proferens, ut hūc solum ad iustificationem & ad æternam salutem sine legis operibus sufficere cunctis credentibus oñdat. Nam de diuinitate eius sententiā protulit, dicens quia pater transtulit nos in regnū filij dilectionis
Ioh. 1. suæ. Et de hūanitate eius subiunxit, q̄a in ipso habemus redemptionē & remissionē pctorum. Itē scdm formā dei dixit, quia ipse est imago dei inuisibilis. Nunc scdm formam serui subiungit, q̄a est *primogenitus omnis creaturæ*. Non solū autē primogenit⁹, sed & unigenitus. scdm formam ꝟo serui, ipse est primogenitus in multis fratribus. In substantia diuinitatis est unigenitus, in susceptiōe humanitatis primogenitus in gr̄a. Primogenitus ergo dicit omnis creaturæ, quia sicut primogenitus omnium fratrum primatum dignitatis obtinet inter oēs fratres, sic humilitas Christi primatū dignitatis obtinet inter omnes creaturas, ut sedeat cum principibus & solium gloriæ teneat. D

Qm̄ in ipso cōdita sunt uniuersa in cælis & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dñationes, siue principatus, siue potestates. Oīa per ipsum et in ipso creata sunt, & ipse est ante oēs, & oīa in ipso constant, & ipse est caput corporis ecclesię, q̄ ē principiū, primo 1. Cor. 15
genitus ex mortuis, ut sit in oībus ipse primatū tenens. Quia & in ipso cōplacuit oēm plenitudinē diuinitatis inhabitare, & per eū reconciliare oīa in ipō. pacificans p sanguinē crucis eius, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt.

Non est mir̄ si hūanitas filij dei cm̄ præcellat oībus, ut iuxta eam sit ipse primogenitus oīs creaturæ, *quoniam* scdm diuinitatis eius potentiam *condita*. i. facta *sunt in ipso uniuersa*. sicut & in psalmo canitur patri, Quā magnificata sunt opera tua dñe, oīa in sapientia fecisti. i. in filio tuo. Vniuersa quę sunt *in cælis & in terra, uisibilia*, sicut sol & luna, q̄ sunt in cęlis & in terra, uel uisibilia, sicut hoīm corpora; *& inuisibilia*, sicut angeli & aīæ, creata sunt in ipō. i. in ipō facta oñdunt̄ p partes inuisibilia, q̄ minus facta p eū uidebantur propter magnitudinē excellentiæ ipsorum. Vniuersa (inc̄p̄) sunt in ipso facta *siue throni*, id est, illi digniores spiritus in quibus deus sedet, *siue dominationes*, id est, illi nobiliores spiritus, qui cæteris dominantur, *siue principatus*, id est, illi qui præsunt alijs, & quæ agere debeant disponunt, *siue potestates*, id est, illi spiritus, q̄ subiectis aliorum ordinibus potenter præminent. Throni enim uocantur, q̄bus ad exercendum iudicium semp deus prę sidet. Nam quia thronos latino eloquio sedes dicimus, throni dei dicti sunt ij, qui tanta diuinitatis gratia replentur, ut in eis dñs sedear, & per eos sua iudicia decernat. Vñ & ei canitur: Sedes sup̄ thronum qui iudicas
Psalm. 9. iustitiam. Throni quippe dignitate loci superioris excedunt, ut sex alios angelor̄ ordines subter se relinquant. In quibus statim post thronos sunt dominationes. i. illi spūs qui in superni regis curia sunt nobilissimi, & subiectis quibusq; dominātur, ac possident eos ut dñi. Principatus etiam uocant, qui ipsis quoq; bonis angelorum spiritibus p̄sunt. Qui subiectis suis, dum quæcunq; sunt agēda, disponut eos ad explenda diuina ministeria, principantur. Dominationes tñ potentiam principatuū alta dissimilitudine mirabiliter transcēdunt. Nam principari, est inter reliquos priorem existere. Dominari uero est, etiā subiectos quoslibet possidere. Potestates aūt iuxta Dionysium, & ipsæ dignioris potentiæ q̄ principatus esse creduntur, ut subiectis ordinibus cæteros potenter præ sint, & ad diuinam contemplationem super se potenter extendantur. Vel iuxta beatum Gregorium, potestates uocantur hi, qui hoc potentius cæteris in suo ordine pceperunt, ut eorum ditioni subiectæ sint potesta-
B tes aduersæ: quorum potestate refrenant̄, ne corda hominum tantum tentare p̄ualeant quantum uolunt. Et cun-
Iohan. 1. cta hęc inuisibilia cælestium atq; præcellentium spūm agmina, in Chīo sunt creata, ut per hæc ost̄ēdatur eē non minor patre. Nec solum angelici spūs, sed omnia prorPsal. 103 sus quæcunque sunt uel fuerunt, creata sunt à patre per ipsum, sicut & euāgelista testatur, quia oīa per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. i. nulla creatura. Et in ipso facta sunt oīa, sicut & Psalmista cecinisse præmi simus, Oīa in sapientia fecisti. *Per ipsum*. i. per uirtutem eius omnipotentiæ, *& in ipso*. i. intra sinum immensę magnitudinis sapientię eius *creata sunt omnia*. & scdm formam serui *ipse est ante omnes*, id est, oībus præ latus: quia nullus est ei æqualis, etiam scdm quod ipse est homo, & secundum formam dei *omnia in ipso constant* quia sicut omnia creauit, sic omnia cōtinet & regit. Omnia in ipso constant, quia scdm immensitatē incircunscriptæ & incomprehensæ diuinitatis eius, omnia sunt intra ipsum: & ne in nihilum redeant, per eum cōsistunt, & scdm formā serui *ipse est caput corporis sui*. s. *ecclesiæ*, quia unius naturæ sunt caput & corpus. Ecclesię caput
Iohan. 1. est homo ille, cuius susceptione uerbum caro factum est, & habitauit in nobis: membra uero cætera sunt omnes sancti, quibus p̄sicitur & completur ecclesia. Sicut ergo anima totum corpus nostrū animat & uiuificat, licet in capite sentit & uidendo & audiēdo & odorando & gustando & tangendo, in cæteris aūt membris tangendo tantum: & ideo capiti cuncta subsunt ad operandum, illud aūt supra collocatum est ad consulendum: q̄a ipsius animæ q̄ consulit corpori, quodam mō persona suscitanet caput. ibi em̄ omnis sensus apparet: sic uniuerso populo sanctorum tanq̄ uni corpori, caput ē mediator dei & hoīm homo Christus Iesus, quod dei sapiētia non sic C
assumpsit ut cęteri, sed multo excellentius multoq; sublimius, quō illum solum assumi oportuit, in quo sapientia hominibus appareret, sicut eam uisibiliter decebat ostendi, qui & ipsius sapientiæ personam gereret, per quam cæteri fiunt sapientes. Ipse igitur est caput, cæteri uero membra: quia in ipso sunt omnia bona, sicut in capite omnes sensus: in cęteris uero quædam partes bonor̄ distributæ sunt, iuxta mensuram uniuscuiusq; membri. Et ipse uniuersa membra regit, oīa uero membra illi adhærent. *Qui & scdm formam dei est principium*, q̄a ipse est dei sapientia, q̄ permanens in se, sicut scriptum est, in Sapien. 7
nouat oīa. Principium enim quodāmodo semper incipit & nunquam deficit, sicut filius æternam de patre natiui
Apoca. 3 tatem habet. Vel sicut ipse dixit in Apocalypsi Iohānis: Principium est creaturæ dei, q̄m̄ omnis creatura ab illo habet esse. Vel omnium uirtutum omniumq; bonorum est nobis principium: quia nemo quicq̄ boni habere ualet, nisi ab ipso acceperit, ideoq; & caput iure uocatur. Et
Roma. 6 secundū formam serui est ipse *primogenitus ex mortuis*, quia primus resurrexit non ultra moriturus. Ipsa enim resurrectio mortuorū, est quædam generatio, sicut scriptum est, In regeneratione cū sederit filius hominis &c.
Mat. 19. Reliqui ergo mortui adhuc tenētur in matris utero. i. in sinu terræ clausi iacēt in monumentis, hic aūt iam ex utero matris processit. i. ueniens de tumulo surrexit quasi gigas, non ultra moriturus, sed in ęternum cum patre regnaturus in cælestibus. Ideoq; primogenitus ex mortuis, uel primogenitus mortuorum. i. ad immortalitatē genitus per resurrectionem. Et hoc idcirco, *ut ipse sit in omnibus tenens primatum*. i. dominium, quia pōt & alios 1 Cor. 12
suscitare. Sicut em̄ primus omniū resurrexit, unde & ipse primitiæ dormientiū appellat̄, sic in oībus sanctis tam prioribus q̄ sequentibus, tenet ipse primatum dignitatis & potentiæ ac sanctitatis. Vel in oībus dignitatibus tener ipse primatum: q̄a sicut primus surrexit, ita primus cælos ascendit, & primus faciem dei uidit, & in uniuersis dignitatibus oēs præcellit. Et rectę primatum habet, non solum quia est primogenitus, sed etiam quia complacuit trinitati, q̄d in ipso omnis plenitudo scientiæ & uirtutū non mō esset, sed habitaret. *Quia & complacuit*, id est, patri simul cum uerbo & spiritu sancto placuit, *inhabitare*, id ē, permanere *in ipso omnem plenitudinem*, id est, omni modo perfectam abundantiam diuinitatis & omniū gratiarum atq; uirtutum omniumq; bonorum, Iohan. 3.
Hoc complacuit deo, ut tanta bonorum plenitudo maneret in illo homine, cui nō ad mensuram dedit spiritū, sicut cæteris sanctis dare consueuit. Et placuit deo per *eum reconciliare* sibi *omnia* humana *in ipso* posita, id est, Iudæos & gentes in fide illius constitutos, q̄ prius ab inuicem & a deo discordabant. Hoc deus (ut dictum est) uoluit, ipse dico, *pacificans* adinuicem non per legis sacrificia, sed *per sanguinem crucis eius*, id est, p̄ sanguinem eius in cruce fusum, *siue ea quæ sunt in cælis, siue quæ sunt in terris*, id est, angelos & homines. Qua enim hora sanguis redemptionis exiuit de latere domini in cruce pendentis, dimissum est peccatum Adæ humano generi, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

pacificata sunt cælestia & terrestria, quia tunc pa
A tuit hominibus introitus in regnum cælorum.
Magna enim discordia separabat homines & an-
gelos, quia nemo tam sanctus erat, ut in consorti-
um angelorum susciperetur, sed omnes ad infer-
num propter culpam primi hominis descende-
bant. Morte enim Christi pax tanta inter homi-
nes & angelos effecta est, ut nunc animæ iusto-
rum cum de corporibus exeunt, mox penetrent
cælos gaudentibus angelis. Vel pacificata sunt
Deo per Christi sanguinem, siue ea quæ sunt in
cælis, id est, animæ sanctorū, quæ iam sunt in re-
gno cælorum, & olim discordabant à deo uel per
suam, uel protoparētis culpam: siue ea quæ sunt
in terris, id est, electi qui adhuc peregrinantur in
exilio uitæ præsentis.

Et uos cum essetis aliquando aliena
ti, & inimici sensu in operibus malis,
nunc autem reconciliauit in corpore
carnis eius per mortem, exhibere uos
sanctos & immaculatos & irreprehen-
sibiles coram ipso: si tamen permanē-
tis in fide fundati & stabiles, & immo
B biles a spe euangelij, quod audistis, qđ
prædicatum est in uniuersa creatura q̄
sub cælo est, cuius factus sum ego Pau
lus minister, qui nunc gaudeo in passio
nibus ꝓ uobis: & adimpleo ea quę de-
sunt passionum Christi in carne mea ꝓ
corpore eius, quod est ecclesia: cuius fa
ctus sum ego minister secūdum dispen
sationem dei, quæ data est mihi in uo-
bis, ut impleam uerbum dei, mysteriū
quod abscōditum fuit a seculis & a ge-
nerationibus: nunc autem manifestatū
est sanctis eius, quibus uoluit deus no-
tas facere diuitias gloriæ sacramēti hu
ius in gētibus, quod est Christus in uo
bis spes gloriæ. Quem nos annuncia-
mus, corripientes omnem hominem, et
docentes omnem hominem in omni sa
pientia, ut exhibeamus omnem homi-
nem perfectum in Christo Iesu: in quo
& laboro, certando secundum operati
onē eius, quā operat̄ in me in uirtute.

¶ Dixerat generaliter omnia reconciliata, &
nunc dicit specialiter illos reconciliatos, non per
sua merita, nec per carnales obseruantias, sed per
Christum, ut magis studeant subijci dominio tan
ti regis, & non sint ingrati tantis beneficijs. Pla-

cuit (inquit) deo per Christum reconciliare sibi C
omnia. & uos etiam o Colossenses reconciliare si-
bi per eundem uoluit, *cum aliquando*, id est, ante fi-
dem *effetis alienati* ab eo, id est, nihil cum eo haben
tes, dum diis alienis adhæreretis, *& inimici eius* non
natura, sed *sensu*: quia per hoc quod ei contraria
sentiebatis, putantes idola deos esse, & amantes
quæ ipse odit, inimici eius eratis, permanentes *in*
operibus malis. Nam olim quidem tales fuistis, sed
nunc, id est, in hoc tempore gratiæ *reconciliauit* uos
deus *in corpore carnis eius*, id est, in corpore Christi
quod est caro. Corpus enim carnis dictū est, ad di
stinctionē cæterorū corporū quæ nō sunt caro. In
corpore carnis Christi *per mortem* eius reconcilia-
uit uos sibi deus; *exhibere*, id ē, ut exhiberet *uos san-*
ctos in uirtutibus, *& immaculatos* à peccatorum sor
dibus, *& irreprehensibiles*, ut nihil mali in uobis ap
pareat *coram ipso* qui uidet omnia. Quod in hac ui
ta fieri non potest, sed in alia fiet, quando sancti ita
nihil maculæ, nihilque reprehensionis habentes,
coram suo creatore permanentes, uidebunt faci-
em eius in æternum. Tales uos exhibebit ipse co-
ram se, id est, præsentabit & offeret ante conspe-
ctum gloriæ suæ atq; præsentiam: *tamen* hac con-
ditione, *si permanetis in fide*. Aliter enim non pote-
stis ad hanc gloriam puenire. Sed tunc peruenie- D
tis ad hanc, si nūc in fide quam didicistis, perman-
seritis *fundati*, id est, alta radice firmati, & non titu
bantes: *& stabiles*, id est, ut neq; cadatis neq; ceda-
tis, id est, ut neq; fraudulentis locutionibus pseu-
do apostolorum seducamini, neq; persecutionib9
gentilium à constantia fidei recedatis: & si per-
manseritis *immobiles a spe euangelij*, id est, si perdu-
raueritis in bonis operibus ita firmi, ut nihil uos
mouere possit à spe retributionis æternæ, quam
promittit euāgelium: *quod audistis* à doctoribꝰ ue-
stris. ideoq; illud tenere debetis, quia melius esset
non cognouisse uiam iustitiæ, quàm post cogniti- 2 Petri 2
onem retrorsum conuerti. *Quod* euangelium non
ad uos solummodo peruenit, ne inde superbiatis,
uel uos solos peripsum delusos putetis, sed *prædi-*
catum est in uniuersa creatura quæ sub cælo est, sicut dīs
iusserat: Euntes in mundum uniuersum, prędica- Mat. 16.
te euangelium omni creaturæ. Potest enim omis
creaturæ nomine omnis natio gentium designa-
ri, quæ est sub cælo in uniuerso orbe. Nō est em
ulla natio gentium, in quam prædicatum non sit
euangelium. Vel omnis creaturæ nomine signa-
tur homo, qui habet commune esse cum lapidi-
bus, uiuere cum arboribus, sentire cum animali-
bus, intelligere cum angelis. Si igitur commune
habet aliquid cum omi creatura homo, iuxta ali-
quid omnis creatura homo. Sic nanq; omnis crea
turæ euangelium inuenitur in solo homine. Vni
uersæ ergo creaturæ prædicatur, cum soli homi-
ni prædicatur: quia uidelicet ille docetur, propter
quem uniuersa in terra creata sunt, & à quo uni-
uersa per quandā similitudinem aliena non sunt.
Vel uniuersa creatura, est uniuersa ecclesia per
nouam gratiam spiritaliter creata, secundum il-

C lud, Cor mundum crea in me deus. &, Ipsius sumus
factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Quæ
scilicet creatura est sub cælo, id est, adhuc peregrinatur
in hac ualle lachrymarum, sed tandem subleuabitur in
cælum. Dicitur enim, quia euangelium prædicatum
est in uniuersa creatura quæ sub cælo est. Ac si dicatur:
Hoc euangelium & hanc fidem atq; spem euangelicam
tenere debetis, quia sic tenet uniuersus mundus fideli um.
Quod euangelium & Apostolus autoritate sua cōmen-
dat, subdendo: *Cuius* scilicet euāgelij, *factus sum minister*,
id est, ministrator & prædicator, *ego Paulus*, qui tantæ
famæ tantęque sum autoritatis. Et etiam potestis scire
quia uerum est, atq; firmiter illud debetis retinere & illi
obedire. Factus sum eius minister, *qui nunc* pro eius an-
nunciatione constrictus uinculis & Romæ retentus,
gaudeo in passionibus, qa inde proficiunt credentes. Gau-
deo (inquam) in passionibus *pro uobis* confirmandis in
ueritate euangelij: *& adimpleo ea quæ desunt passio um*
Christi in carne mea, id est, ea q̄ Christus in carne sua mi
nus pertulit, ego in carne mea perfero *pro* multiplicādo
corpore eius quod est ecclesia. Passiones enim Christi non
sunt in solo Christo, imo passiones Christi non sunt ni-
D si in Christo. Sicenim Chr̄m intelligamus caput & cor-
pus, passiones Christi non sunt nisi in Christo. Si autem
Christum intelligamus solum caput, passiones Christi
non sunt in solo Christo. Nam Apostolus, adimpleo, in
quit, ea quę desunt passionum, nō mearum, sed Christi:
in carne non iam Christi, sed mea. Patitur (inquit) Chr̄s
adhuc passiones, non in carne sua in qua ascendit in cæ-
lum, sed in carne mea quæ adhuc laborat in terra. Quis-
quis ergo es in membris Christi, quicquid pateris ab eis
qui non sunt in membris Chr̄i, deerat passionibus Chri-
sti. Ideo additur, quia deerat, mensuram adimplens, non
superfundens. Tantum pateris, quantum ex passionibus
tuis inferendum erat uniuersæ passioni Chr̄i, qui passus
est in capite nostro, & patitur in membris suis, id est, in
nobis ipsis. Ad cōmunem hanc quasi rem publicam no-
stram, quisq; pro modulo nostro exoluimus quod debe
mus, & passione uirium nostrarum quasi canonem pas-
sionum nostrarum inferimus. Paritio plenaria non erit
passionū omnium, nisi cum seculum finitum fuerit. Ad-
impleo (inquit) ea quæ desunt. Cui desunt? Passionibus
Christi. Et ubi desunt? In carne mea. Nam in carne Chri
sti quam uirgo peperit, nihil passionum deest, sed omnes
in illa passiones sunt impletę: sed adhuc restat pars pas-
sionum eius in mea carne, quas quotidie tolero pro uni
uersali corpore eius, q̄d est ecclesia. Si enim ab eruditio
ne fidelium cessarem, has passiones ab infidelibus non su
stinerem. Sed quia semp ecclesiæ studeo prodesse, sem-
per aduersa cogor tolerare. *Cuius* ecclesiæ *factus sum ego*
minister, id est, officium accepi ut ei uerbum uitæ mini-
strem: & hoc non dispositione hominum, uel usurpatio
ne mea siue merito meo, sed *secūdum dispensationem* dei,
id est, scdm quod mihi dei gratia ordinauit. Vel factus
sum minister ecclesiæ secundum dispensationem dei, id
est, ut ei dispensem cibaria domini mei. Quæ dispensatio

data est mihi in uobis, quia taneundem ualet q̄d per me-
os discipulos cibum uitæ uobis dispensaui, quantum si C
per me id fecissem. Vel in uobis, qa in cunctis gentibus
est mihi data, & uos estis gentes. Ideirco data est mihi
ut impleam uerbum dei, id est, impleam quod deus prę-
ordinauit de uobis, & quod in secreto consilij sui locu-
tus est ante secula de salute uestra, ne putetis salutē gen-
tibus non fuisse promissam. Nam in secreto sapientiæ
suæ, uel in prophetis locutus est bona de uobis. Et hoc
uerbum implere studeo, dum uos ad promissam salutem
festinare monco. Vel impleo uerbum dei, id est, uerbum
prędicationis, quod Christus annunciare p seipsum cœ-
pit: id adimpleo p ministerium meę prædicationis: quia
in doctrina mea pficitur, quicquid minus in scripturis
sanctis dictum fuerat, id est, omnis perfectio iustitiæ
& sapientiæ quam mortales adipisci ualent, completur
in mea p̄dicatione. Adimpleo uerbum, id est, *mysterium*:
hoc est, secretum occultum redemptionis humanę per in
carnationem ac mortem filij dei, per quam gentes illu-
minatæ sunt, & credentibus Iudæis sociatæ & coæquata,
cæteri uero Iudæi excæcati. *Quod* mysterium *fuit* D
hominibus *absconditis a seculis*, id est, quo secula esse cœ
perunt, hoc est, dies succedere nocti, noxiq; diei: *& gene-*
rationibus, id est, quo gr̄ationi generatio successit usque
ad aduentum domini. Absconditum fuit omnibus tam *Lucæ. 10*
longo mundi spatio, nisi paucis quibus per spiritum san *Matt. xx*
ctum deus hoc reuelauit. Nam et si nōnulli philosopho-
rum de diuinitate filij dei multa recte dixerunt, nihil ta-
men de incarnatione & morte eius, ac nostra per eam re-
demptione cognouerunt. Abscondit enim deus hoc à sa-
pientibus & prudētibus, & reuelauit ea paruulis. Olim
quidem fuit absconditum: sed *nunc* tempore gratiæ *ma-*
nifestatum est non cunctis hominibus, sed *sanctis eius*:
nec his omnibus, sed *quibus uoluit deus ex* sola gr̄a *notas*
facere, id est, notificare *diuitias gloriæ sacramenti huius*
in gentibus, in q̄ sunt multa, fides, remissio, iustificatio,
coniunctio Iudæorum & gentilium, dona spiritus san-
cti, futura beatitudo, & ꝓpterea dixi diuitias. *Quod* sa-
cramentum *est Christus in uobis* gentibus, id est, Christi
incarnatio, passio & resurrectio, per quas facta est hu-
mani generis reparatio, & Iudæorum atque gentilium
coæquatio, quod nequiuit facere carnalis obseruantia
legis. Christus dico, existens in uobis *spes gloriæ*, id est,
per cumqui in cordibus uestris habitat, speratis gloria-
m sempiternam sine carnalibus legis operibus. *Quem*,
id est, qualem *nos* eum cunctis *annunciamus*, quod scili-
cet gētes sperant p eum, & cōsequētur gloriā sine lege.
Hunc prædicamus, q̄ gentibus in se credentibus est spes
gloriæ & salus æterna, nos *corripientes*, id est, increpa-
ntes & castigantes non solum modo uos, sed etiam
omnem hominem q̄ deuiat à tramite fidei uel rectæ agni
tionis. Omnem hominem .s. tam Iudæum q̄ gentilem,
tam nobilem q̄ ignobilem, tam diuitem q̄ pauperē, tam
liberū q̄ seruū, tam marem q̄ fœminā, sumus corripien
tes: *& docentes omnem hominem* q̄ ignorat, docētes (in-
quam) eū *in omni sapientia*, q̄ laudat̄ in scripturis sctīs q̄

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quam deus agnoſcitur & colitur. Quod ideo faci-
mus, *ut exhibeamus*, id eſt, præparemus atq; redda-
mus *omnem hominem perfectum* fide & moribus *in*
Chriſto Ieſu, non in lege. nihil em̃ ad perfectum ad-
Hebræ. 7 duxit lex. Hoc loco declarant̃ tres gradus actiõis,
quos magnus Dionyſius eſſe teſtatur non ſolũ in
eccleſiaſtica, ſed etiã in angelica hierarchia, id eſt,
ſacro principatu, ſcilicet purgatio & illuminatio
& perfectio. Purgatio in his qui corripiuntur, illu
minatio in his qui docent̃, & perfectio in his qui
perfecti exhibent̃. Homines em̃ purgantur à pec-
catis & errore, & illuminant̃ doctrina ſapientiæ,
ac perficiunt̃ ſublimiori uirtutum & ſapientiæ
aſſequutiõe. Angeli quoq; purgant̃ ab ignorãtia,
& illuminantur diuina ſcientia, & perficiunt̃ ma-
iori cognitiõe eiuſdem ſcientiæ. hos ergo gradus
hierarchiæ. i. ſacerdotalis actionis inſinuans Apo
ſtolus, dicit de ſe ſuiſq; ſocijs, qa Chriſtum annun-
ciauimus, corripientes omnem hominẽ, qui ſci-
licet correptione indiget pro quacunq; culpa, &
docentes in omni ſapientia diuinorum omnẽ ho
minem, qui iam correptus ẽ, & ab errore uel pec-
catis purgatus. Non em̃ prius tradenda ẽ homini
doctrina ſapientiæ, quàm uas cordis eius purgatũ
ſit ad ſuſceptionem illius. Ideo ſic corripimus, ac
deinde docemus, ut exhibeamus. i. faciamus oẽm
hominẽ qui correptus & doctus fuerit, perfectum
B in Chr̃o. i. in Chriſtiana religiõe. Vel in cæleſti pa
tria exhibeamus. i. offeramus eum deo tanq̃ ſacri
ficiũ in Chr̃o Ieſu perfectũ. i. bonis omnibus per-
fecte plenũ. *in quo*. i. in qua re, ſcilicet ut corripiã
& doceam, & exhibeã deo perfectum oẽm ho-
minem in Chriſto, *& ego laboro* i. laboriosis cona
tibus adnitor, *certando* contra rebelles, adiuuan,
tibus ſignis quæ deus ad confirmationẽ adiungit
labori meo *ſecundũ operationem eius*, ſ. Chr̃i, *quam*
ipſe *operatur in me in uirtute* miraculorũ, uel in uir-
tute potentis per ſpiritũ ſanctum & efficacis ſer-
monis, ſiue uirtute internæ fortitudinis, quæ per
ſpiritum ſanctũ me corroborabat interius ad cõ-
ſtantiam prædicandi & bene agendi.

CAPVT II.

VOlo enim uos ſcire qualẽ ſolici-
tudinem habeam pro uobis & pro
his qui ſunt Laodiceæ, & quicunq; nõ
uiderunt faciem meam in carne, ut con
ſolentur corda ipſorũ inſtructi in cha-
ritate, & in oẽs diuitias plenitudinis in-
tellectus, in agnitionẽ myſterij dei pa-
tris & Chr̃i Ieſu, in q̃ ſunt oẽs theſauri
ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Hoc
aũt dico, ut nemo uos decipiat in ſubli-
2. Cor. 5. mitate ſermonũ. Nam etſi corpore ab-
ſens ſum, ſed ſpũ uobiſcũ ſum, gaudẽs
& uidẽs ordinẽ ueſtrũ, & firmamentũ
eius q̃ in Chr̃o eſt, fidei uſ̃æ. Sicut ergo C
accepiſtis Ieſum Chriſtum dñm, in ipo
ambulate, radicati & ſuperædificati in
ipo, & cõfirmati in fide, ſicut & didici-
ſtis, abũdãtes in illo in gratiarũ actiõe.

¶ Ideo uobis refero me laborare ut oẽm homi
nem corripiã & doceam & perfectũ exhibeam,
quia *uolo uos ſcire*. i. uolo ut ſciatis, *qualem ſolicitudi-*
nem habeam pro uobis, quàm curioſus ſim de ueſtra
ſalute, & pro his qui *ſunt* Laodiceæ. i. apud illam
ciuitatem uobis affinem, & pro cæteris *quicunque*
non uiderunt facicm meam in carne. i. non putetis me
minus ſolicitũ eſſe p illis quibus in mea perſona
nõ prædicaui, q̃ pro his quos corporaliẽ præſens
ore ꝓprio docui: uel pro illis q̃s oculis carnis non
uideo, q̃ pro his quos præſentia corporali foueo.
Ad hoc ſum pro illis ſolicitus, *ut conſolentur*. i. con
ſolationem habeãt *corda ipſorum*, dum me paternã
ſolicitudinẽ erga ſe habere cognouerint. Pro his
(inquam) ſolicitus ſum, qui non uiderunt faciem
meam in carne, *inſtructi in charitate*. i. qui me corpo
raliter nõ uiderunt, & in charitate ſunt inſtructi. D
uel ad hoc ſum ſolicitus, ut ipſi in uobis cõſolent̃
corda ipſorum. i. corda ſua inſtructi in charitate,
quã deus ad nos habut, qui ꝓ nobis filium tradi-
dit. Qui em̃ hoc attendit, poteſt ſe in hac miſeria
cõſolari, quia inde perpendit ad patriã ſe poſſe re
uerti. Qui hoc (inquam) attendit, pot ſe in aduer-
ſis quæ patitur, cõſolari: quia inde perpendit, q̃
iuſtũ ſit ut ipſe pro peccatis ſuis flagella patiat̃, cũ
dei filius tanta ſine peccato paſſus ſit. Cõſolentur
cordã ipſorum, & hoc *in omnes diuitias plenitudinis*
intellectus. i. tendentium in oẽs copias pleni intelle-
ctus, ut perfecte de humanis & diuinis habeãt in-
tellectũ, ſicut & de anima & de ſupnis ſpiritibus:
atq; ita gradatim proficiãt *in agnitionem myſterij dei*
. i. ut agnoſcãt illud q̃d eſt ſecretũ & à paucis agni-
tũ de eſſentia dei *patris* & dñi *Ieſu Chriſti*, unde ſciãt
quod una ẽ utriuſq; ſubſtantia, quamuis alia pa-
tris, alia filij ſit perſona: & quod pater non ẽ prior
aut maior filio, nec filius poſterior aut minor pa-
tre, ſed ambo coæterni ſunt & coæquales. Ten-
dant ergo in oẽs diuitias plenitudinis intellectus,
in agnitionem myſterij patris & Chriſti eius, ut
accipiant agnitionem ſacramenti dei in Chriſto,
aduertentes has eſſe diuitias ſapientiæ & ſcientiæ,
ſi agnoſcatur Chriſtus in deitatis ſuæ plenitudine
adorandus cum patre. Omne enim myſterium ſa
cramenti dei in Chriſto ẽ, ut qui eum cognoſcit,
omnium notitiam habere uideatur. Omnis enim
ratio ſciẽtiæ ſupernæ uel terrenæ creaturæ, in eo
eſt qui ẽ caput omniũ & actor: ut qui hunc nouit,
nihil ultra quærat, quia hic perfecta uirtus eſt &
ſapientia: & quicquid alibi quæritur, hic perfe-
cte inuenitur. Quod infideles non putant, quia
non legunt in euangelijs & prophetis aſtrologi-
am, & huiuſmodi alia, quæ deo deſpecta ſunt:
quia nihil proficiunt ad ſalutẽ, ſed nutriunt in eꝝ

A rorem: & dum his ſtudent, curam animæ non ha-
bent. Qui uero Chriſtum, nouit, theſaurum ſapi-
entiæ & ſcientiæ inuenit: quia id nouit, quod uti-
le ẽ ad omnia. *in quo* ſcilicet Chriſto, *ſunt omnes the-*
ſauri ſapientiæ & ſcientiæ. Sapientia ẽ diuinorũ, ſciẽ-
tia uero humanorũ, & hęc utraq; idẽ ẽ, diuina & hu
mana, in Chr̃o ſunt. Omnia enim quæ pro nobis
uerbum caro factum, temporaliter & localiter fe
cit ac pertulit, ſecundum hanc diſtinctionem ad
ſcientiam pertinent, non ad ſapientiã. Quod autẽ
uerbum ſine tempore & ſine loco eſt patri coæter
num & ubiq; totum, ad ſapientiam pertinet. Ac
per hoc uerbum caro factum, quod ẽ Chr̃s Ieſus,
& ſapientiæ theſauros habet & ſcientiæ. Oẽs itaq;
theſauri ſapientiæ diuinarum atq; cæleſtiũ rerũ,
& ſcientiæ humanarum atq; terreſtrium, ſunt in
Chriſto. Sed theſauros iſtos alij fidelium magis
nouerunt in Chr̃o, alij minus, infideles aũt pror-
ſus ignorauerunt eos. Sunt em̃ in Chr̃o *abſconditi*-
Matt. 7. Et ideo ne miremini ſi iam in Chr̃o eſtis, & nec dũ
eos inueniſtis, uel parum adhuc inueniſtis: qa nõ
B omnibus patent, ſed eis tantum qui petunt & pul
ſant. Sed *hoc* propterea *dico* uobis de myſterio dei
quod in Chr̃o ẽ, i. de myſterio redemptionis hu-
manæ, quam deus in Chr̃o poſuit, & de diuit̃s
theſaurorũ ſapientiæ & ſcientiæ, quæ in eo ſunt
abſconditæ, *ut nemo uos decipiat in ſublimitate ſermo-*
num. i. nec hæreticus aliq̃s, nec pſeudo apoſtolus,
nec gentilis uos à fide Chriſti ſeparet per ſublimẽ
facundiam, quia non ẽ uirtus in compoſitiõe uer
borum, ſed in ſenſibus. Nemo uos ratione mun-
danarum rerũ abſtrahat à ſpe, quæ ẽ in conditore
ac redemptore: nemo uos argumentis & eloquen-
tia uerborũ ſeparet à dei ſapientia. hortor uos ad
agnitionem myſterij dei, ne poſſitis decipi: quia
licet corporaliter non ſim inter uos, habeo tñ ſo-
licitudinem pro uobis. *Nam etſi corpore abſens ſum,*
ſed (id ẽ, tñ) *ſpiritu* (id ẽ, ſolicitudine & affectu dile-
ctionis) *uobiſcum ſum*. At contra mercenarius, cum
ſit cui bus corpore præſens, ſpũ tamen longe ẽ ab
eis, quando ueniente lupo fugit, nõ mutando lo-
cũ, ſed ſubtrahendo ſolatium: quia ſe ſub filẽtio
abſcondit, dũ raptori contradicere nõ audet. Ego
Sapien. 1 ſum ſpũ uobiſcũ. i. animo & ſolicitudine. Vel ſpũ
ſancto qui in me habitat, & ubiq; præſens ẽ, ac re
plet orbẽ terrarũ, ſum uobiſcũ. Nã & Eliſeus licet
4. Reg. 5 & 6. corpore abeſſet, ſpũ tñ erat p̃ſens, qñ Giezi perci-
piebat munera à Namaan Syro, uel qñ rex Syriæ
contra regẽ Iſrael conſilia tractabat. Ita ego ſum
ſpũ uobiſcum, intuens q̃quid facitis, ut iam re-
uereamini peruerſe agere in oculis meis, & ad ob
ſeruantiã euãgelij proniores ſitis. Spũ ſum uobiſ-
cum, *gaudens* de profectu ueſtro & *uidens ordinem*
ueſtrum. i. cõſiderans qa inuiolabilẽ cuſtoditis or-
dinem ſacræ religionis, & uidens *firmamentum eius*
fidei ueſtræ, quæ eſt in Chriſto. i. contemplans qa firmã
fidẽ habeatis in Chr̃o. Verunq; em̃ aſpicio & ordi-
nẽ ueſtræ ſanctitatis, & firmitatem ueſtræ fidei.
Cauete ergo ne q̃d reprehẽſibile ĩ uobis appareat,
cũ ego ueſtrã & conuerſationẽ & fidem uideã. Ec
quia ego de ordine quẽ ſeruatis, & fide quã tene-
tis, gaudeo, ergo nolite inde declinare, ſed *ſicut* à bo C
nis doctoribus ueſtris *accepiſtis Ieſum Chriſtum domi-*
num & deum. i. ſicut ab eis quemadmodũ opor-
teat eum credi & coli didiciſtis, ita *ambulate*. i. pro-
ficite & augmentum facite. atq; in interiora ten-
dite *in ipſo*, nõ extra ipſum, & nolite exorbitare à
uia rectitudinis quam tenere cæpiſtis. uos dico, *ra-*
dicati ſicut bonæ arbores, quantũ ad actiuam uitã
fructũ boni operis afferatis: & *ſuperædificati* ſicut
domus dei, quantũ ad contemplationem, *in ipſo* q̃
eſt uitis uera, unde palmites oẽs ſurgunt: & funda-
mentum, in quo totum exiſtit ędificium. Nã dei Ioh. 15.
agricultura eſtis, dei ædificatio eſtis. & perſeuerate
confirmati, id ẽ, per omnia firmati atq; conſtantes 1. Cor. 3.
in fide ſicut & didiciſtis, docẽte Epaphra uel Archip-
po, non ſicut pſeudo uolunt uobis ſuadere. Vos
dico, *abundantes in illo* bonis operibus atq; uirtuti-
bus *in gratiarum actione*, ut ſemper agatis deo gras
de bonis quæ iam ab eo percepiſtis, & magis ac
magis abundare ſtudeatis. Sic em̃ proderit uobis
confirmatos eſſe in fide. Alioquin fides ſi non ha
beat opera, mortua ẽ in ſemetipſa. Iacob. 2.

Videte ne q̃s uos decipiat per philo- D
ſophiam & inanem fallaciam, ſecundũ
traditionem hominum, ſecundũ elemẽ
ta mundi, & non ſecundum Chr̃m: qa
in ipſo inhabitat oĩs plenitudo diuini-
tatis corporaliter, & eſtis in illo repleti, q̃
ẽ caput oĩs principatus & poteſtatis.

Moneo ut ambuletis in Chriſto, & *uidete*, id
ẽ, cauta circunſpectione cauete, *ne quis uos decipiat*,
ſeducens in aliquem errorem *per philoſophiam* ter-
renam, quæ argumentis & ſubtilitate componit̃
& fallit, dum ueriſimilibus cauſis & commenti-
tijs rebus nihil tam uerum exiſtimat̃, q̃ quod con
ſpicitur in elementis. Quæ non à deo, ſed ab ho-
minibus ordinata ẽ: & ideo cauenda, quia cultrix
eſt mundi, non dei: & à Chriſto retrahit, in quo ẽ
omnis perfectio, quia habet omnia quæ pater. Vi
dete ergo ne quis uos ſeducat per philoſophiam,
id eſt, per mundanam ſapientiam, quæ naturalia
ſequitur & argumentis nititur, & *per inanem falla-*
ciam pſeudo apoſtolorum. Fallacia em̃ eſt, quod
de lege dicunt: & inanis, quia in hac falſitate nulla
eſt utilitas, quod ſolet eſſe aliquãdo in falſis. Quę
fallacia carnalium obſeruantiarum ẽ *ſecundum tra-*
ditionem hominũ. i. phariſæorũ, quibus ait dñs: Irri- Matt. 15
tum feciſtis mandatũ dei propt̃ traditionem ue-
ſtram. *ſecundum elementa mundi*, id eſt, ſecundũ cur-
ſum ſolis & lunæ, ut celebratio feſtiuitatum & ſa
crificiorum, quæ diuerſis temporibus agebatur.
& *non ſecundum Chriſtum*, quia q̃ſquis legem adhuc
carnaliter obſeruandam putat, à Chriſti ueritate
diſcordat. Nam ideo ille carnales ceremoniæ nõ
poſſunt iã obſeruari, ne in his adhuc uenturus ꝓ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mittatur Christus, aut nunquam in eis promissus fuisse credatur. Et propterea non secundum Christū est iam illa carnalis obseruatio. Vel cauete ne q̄s uos decipiat p philosophiam .i. per philosophicam interpretationē idoloꝝ: & per inanem. i. ab omni utilitate & omni ueritate uacuam fallaciā talium dictoꝝ, quæ est sēm traditionem hoim .i. quasi sapientium, qui quasi prudētius idola exponunt sēm elementa mundi. Iuno (inquiūt) est aer. Et inuitant ut mare colatur in Neptuno, terra in simulacro Telluris, aer in Iunone. Elementa sunt ista, quibus hic mundus consistit. Non ergo quasi qualescunq; adoratores simulacroꝝ, sed q̄si doctiores interpretatores signoꝝ cauendos esse uobis moneo, quia in huiusmodi interpretationibus est inanis fallacia, q̄ seducere molitur incautos. Traditerunt enim philosophi, qui hōc loco uocantur homines, quia se solos putabant ratiōe utentes, deum nō posse fieri creaturam, nec hominem posse nasci de uirgine, uel mortuū resurgere, considerantes elementa, id ē, has uisibiles creaturas, in quibus ex cōmixtione animalia gñantur: & quod moriē, non iteꝝ uiuit. Sed talium dogmatum assertores cauēdi sunt, quia sicut humanis rationibus agerent de aliqua creatura, sic agunt de
B creatore, uolentes eum sub legibus humanis contineri, & non sēm Christum, id est, non considerantes potentiam, q̄ facta est in Christi carne. *Quia in ipso inhabitat* non quædam pars cælestis gratiæ, sicut in cęteris sanctis, sed *omnis plenitudo diuinitatis* non umbratiliter, sicut in templo Salomonis, sed *corporaliter*, id est, solide ac ueraciter. Nō em̄ ideo corporaliter, quod corporalis sit deus: sed aut uerbo translato usus est Apostolus, tanq̄ in tēplo manu facto non corporaliter, sed umbratiliter habitauerit, id est, præfigurantibus signis. nam omnes
Actu. 7. illas obseruationes umbras futurorū uocat, etiā ipso trāslato uocabulo. summus enim deus, sicut scriptum est, non in manu factis templis habitat. aut certe corporaliter dictum est, quia in Christi corpore quod assumpsit ex uirgine, tanq̄ in tem-
Iohan. 2. plo habitat deus. Vnde Iudæis ait de templo corporis sui, Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud. Quamuis igitur in quolibet præcipuo membro uelut in aliquo magno ꝓpheta uel apostolo diuinitas inhabitet, non tamē sicut in capite, quod est Christus omnis plenitudo diuinitatis. Deus enim qui ubiq; p̄sens est, & ubiq; totꝰ præsens, non ubiq; habitat, sed in templo suo, cui per gratiam benignus est & propitius. Capitur autē habitās ab alijs amplius, & ab alijs minus. In Christo enim, qui est caput omnium iustorum, habitat omnis plenitudo diuinitatis, cæteris uero secundum mēsuram distribuitur gratia. Nam & in nostro corpore inest sensus singulis membris, sed nō tantus quantus in capite, ubi prorsus omnis est quinque partitus. Ibi enim usus est & auditus & olfactus & gustus & tactus, in cæteris autem solꝰ est tactus. Et etiam præter hoc, quod tanq̄ in tēplo in illo corpore habitat oīs plenitudo diuinitatis, est aliud quo interfit inter illud caput et cu-

C iuslibet membri excellentiam: quia de nullo sanctorum potest dici, uerbum caro factum est, nec Ephe. 1. quisquam eorum qualibet præsentia gratiæ unigeniti nomen accepit. Itaque in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id est, ueraciter. Neque enim diuinitatis corpus est. Sed quia sacramenta ueteris testamenti uocat Apostolus umbras (ut præmisimus) futurorum, propter Hebr. 10. umbrarum comparationem, corporaliter dixit habitare in Christo plenitudinem diuinitatis, q̄a in illo impleantur omnia, quæ illis umbris figurata sunt, & sit quodammodo umbrarum illarum ipse corpus, id est, figurarum & significationum ipsaꝝ ille sit ueritas. Qui uero dicit carnales obseruantias adhuc necessarias, dicit Christum non esse corpus umbrarum, nec deum ad omnia sufficientem. In Christo quidem manet omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & uos *estis in illo repleti* gratia diuinitatis, per quam uirtutibus & sanctis operibus abundetis. Nec mirum si in uos per eum transfunditur diuina gratia, *qui* tantæ excellentiæ *est*, ut sit *caput omnis principatus & potestatis*. Neq; em̄ est ullus principatus aut ulla potestas in cælo siue in terra, q̄ ab hoc capite nō defeēdat, & huic capiti subdatur, atq; ab hoc capite regatur.

In quo & circūcisi estis circuncisiōe
nō manufacta in expoliatiōe corporis D
carnis, sed in circuncisiōe Iesu Chri, cō-
sepulti ei in baptismo, in q̄ & resurre-
xistis p fidē gñationis dei, q suscitauit
illū a mortuis, & uos cū mortui essetis
in delictis & p̄putio carnis uestræ, con- Iohan. 5.
uiuificauit cum illo, donans uobis oīa
delicta, delēs q̄d aduersum nos erat chi
rographū decreti, quod erat cōtrariū
nobis. & ipsum tulit de medio, affigēs
illud cruci, & expolians principatus &
potestates, traduxit cōfidenter, palam
triumphans illos in semetipso.

¶ Modo latenter ingreditur Apostolus oīdere, obseruantias legis esse superfluas, & solā Christi fidem sufficere ad salutē. Vos (inquit) estis in Chro spiritualibus bonis repleti, *in quo & circuncisi estis*. Resurrectio em̄ Christi, q̄ facta ē tertio quidem à die passionis, sed octauo in diebus hebdomadis, ipsa uos circuncidit. Refurrexit enim Chs, abstulit uobis desideria carnalia, abstulit concupiscentias malas, abstulit superfluum cū quo nati eratis, et multo peius q̄ male uiuendo addideratis. Circuncisi in Chro estis *circūcisione non manu* hois carnaliter *facta in expoliatione corporis carnis*. id est, in ablatione superfluæ cutis, *sed in circuncisione Iesu Christi*, q̄ non carnem amputat, sed uitia. Non em̄ duas res intelligi uoluit, quasi & aliud sit caro, & aliud corpus carnis: sed quia corpus multarum rerum nomen est, quarū nulla caro est (nam multa sunt, ex-

A cepta carne, corpora cælestia & corpora terrestria) corpus carnis, dixit corpus quod caro est, sicut alibi spiritum mentis, cum spiritum qui mens est. Circuncisi (inEphe. 4. quit) estis circuncisione, quæ non est manu (id est, opere humano) facta in expoliatione carnis corporis, id est, in amputatione superfluæ carnis: sed est facta diuinitus in circuncisione Iesu Christi, id ē, in resecatione carnalium uitiorum & concupiscentiarum. Circuncisio eñ Christi
Luce. 2. quæ octauo die facta est, significauit nos per fidem resurrectionis eius ab omni superfluitate uitiorum fuisse spoliandos, & in octaua ætate seculi p resurrectionem corporū ab omni labe mortalitatis & corruptiōis exuendos. Circuncisi estis spiritaliter circuncisione Chri, *consepulti ei in baptismo*. Hæc est enim in uobis circuncisio Christi, uitis scilicet uos esse mortificatos, ut sepulturæ eius in baptismo participes facti, resurrectionis quoq; ipsius incorruptibilitate morum & nouæ conuersationis sitis participes. Trina enim mersio baptismi, imago est triduanæ sepulturæ domini, ut quisquis in aquam uelut in sepulchrum deponitur, mortuus sit omnino peccatis, ut possit resurgere uirtutibus. *In quo* scil. Christo, *& resurrexistis* a morte animę post sepulturam baptismi p *fidem*, qua credidistis eum resurrexisse, & uos p eum resurrecturos. Resurrexistis (inquam) per fidem *operationis dei*, id est, per hoc quod credidistis operatio
B nem quam deus fecit in eo, *qui suscitauit illum a mortuis*. *& uos conuiuificauit* atq; conresuscitauit *cū illo, cū essetis* spiritaliter *mortui in delictis*, quæ cōmiseratis declinquendo bonum, *& præputio carnis uestræ*, id est, carnali immunditia ad quam lapsi fueratis. Præputium enim hic uocatur illud, quod præputio significatur, hoc ē, peccata carnis. Cum ita essetis mortui, conuiuificauit uos deus cum Chro, id est, resuscitans Christum corporaliter, resuscitauit uos cum eo spiritaliter: *donans*, id est, dimittens *uobis omnia delicta* tam originalia q̄ actualia, ipse *delens chirographū decreti, quod erat aduersum nos*. Non solum enim uobis gentibus delicta donauit, sed & nobis Iudæis præuaricationes quæ sunt ex lege, dimisit. Et hoc est, delens chirographum &c. Chirographum enim uocatur manualis scriptura, ad alicuius rei memoriam cōmendandam facta. Quod chirographum diuidunt homines, inter quos res, unde fit chirographū, constituitur: & inde partem suam unusquisq; reseruat. Chirographum uero à deo deletum fuit memoria peccatorum ex legis transgressione uenientium, quę non recedebat a mente Iudæorum & malignorum spirituum. Deleuit ergo chirographum decreti, id est, memoriam transgressionis, q̄ erat ex decreto. i. ex lege. Cōscientia em̄ nostra & diabolus, ad accusandū erat memoria illius transgressionis: & ita hęc memoria erat aduersum nos, nocēs nobis, & nos crucians. Sed hoc reatu per baptismum deleto, nec conscientia nostra iam timet, nec diabolus quod obijciat habet. *Quod* decretum erat nobis contrarium, id est, rectitudo iustitię quę decreta fuerat in lege, erat contraria prauitati nostrarū præuaricationum: sed per auxilium nouæ gratię concordauimus aduersario nostro, id est, legi diuinæ, obtemperantes præceptis eius, sicut

ait dominus: Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es cum illo uia, id est, esto concors & obediens ser- C
moni præcepto rum cælestium, qui tuis prauitatibus ad Matt. 5.
uersatur, cito dum es cum illo in itinere præsentis uitæ. Vel chirographum, id est, manu scriptum, erat perpetratio præuaricationis Adæ. Quod erat aduersum nos, id est, aduersabatur saluti nostræ, & intercludebat nobis ingressum cælestis patriæ. Decretum uero q̄d erat contrarium nobis, ipsa fuit sententia damnationis nostræ, quæ erat cunctis hoībus aduersa. Sed deleuit deus hoc chirographum, id est, ueteris culpæ cautionem, qua nos diabolus debitores mortis tenebat: ideo chirographum ipsum erat decreti, id est, decrete dānationis nostræ, qua decretum erat ut iuste teneremur sub hoste capiui, cui nos sponte subdideramus ad consensum iniquitatis. Vel decretū dei fuit, De ligno scientiæ boni & mali ne comedas. Huius decreti uiolati chirographum, id est, memoriam deleuit deus, quando peccatum primi parentis p sanguinem Chri abluit, & quasi oblitioni tradidit, *& ipsum tulit de medio*. Erat enim hoc pcī ñi inter deum & nos, separans nos à deo: sed deus tulit ipsum de medio, ut possimus adhærere deo. Ipsum tulit de medio, *affigens illud cruci*, ut sicut à ligno cœperat, ita in ligno finiretur. Crucifixo enim innocente Christo, interemptum ē peccatum Adæ. Vel si decretum intelligimus legem Moysi, ipsum Gene. 2.
deus tulit de medio Iudæorum & gentilium, ne per legem amplius separarentur, sed in Chro fierent unus populus, affigens illud cruci, ut iam cesset, postquam omnia sacrificia in oblatione ueri agni sunt impleta: sicut nos à lege & a legis præuaricatione liberauit, sic & pa D
tres antiquos ab mseris eripuit, ne quis putet eos per legem saluatos. & hoc est q̄d de filio subditur, cum de patre ageretur, qm̄ inseparabilia sunt opera patris & filij. *expolians principatus & potestates, traduxit confidenter*. Expoliauit enim principatus & potestates dæmonum, auferendo illis animas iustorum, quas in inferno propter culpam primi parentis detinebāt: & traduxit, id est, trans infernum duxit ad regna cælorum ipsas ab inferis ereptas sanctorū animas: & hoc confidenter, id est, cum magna fiducia fecit, non timens dæmones, utpote qui nullum habebat peccatum. Nec illud quod dicitur, expolians principatus & potestates, repugnat sententiæ quia dictum est, q̄ est caput omnis potestatis: quia ibi est sermo de bonis principaribus ac potestatibus, hic autem de contrarijs. Principatus enim uocantur illi nequam spiritus, qui principantur in uitijs suis, q̄ specialiter suggerere consueuerunt: sicut spūs fornicationis, qui principantur libidinosis: & spiritus superbiæ, qui dominantur superbis. Potestates uero dicuntur illi spiritus, qui habent uim prcipitandi in maiora peccata homines, quibus prævalent per internas eorum cupiditates. Ibi ergo uincuntur inimicæ nobis inuisibiles potestates, ubi uincuntur inuisibiles cupiditates. Et ideo si in nobis ipsis uincimus temporalium rerum cupiditates, necesse est ut in nobis ipsis uincamus & illum, qui per ipsas cupiditates regnat in homine. Spoliauit itaq; Christus his princi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A patus & potestates, eripiēs illis homines quib9 dominabant, dum p̄ donū sancti spūs extingueret seculi cupiditates in cordibus ipsoꝝ hominū, & traduxit easdem cupiditates uel principatus. id est, ab his qui ad fidem conuersi sunt, expulit, sicut dixerat: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras, & hoc fecit confidenter, sciens se iustam habere causam: & *palam*. i. corā omni populo pendens in cruce, triumphauit. i. cum gloria uicit *illos in semetipso*, id est, in passione proprij corporis, qui postea triumphaturus erat & in martyribus suis.

Ioan. 12.

Nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi.

¶ Et siquidē circuncisi spiritualiter estis circuncisione Christi, per quam non egetis circuncisiōe carnali, ergo nullam aliam carnalem obseruantiā debetis legi, cum istā quæ maior est, accipere non debeatis, p̄sertim quia deus chirographum decreti, i. legis, sicut supradictum ē, tulit de medio utriusq; plebis, affigens illud cruci, ut iam quasi mortuum esset. & per triumphum dīnicæ passionis à potestate dæmonum liberati sumus, à qua eripi p̄ legem nō ualebamus. Cum hæc ita sint, & à seruitute legis p̄ nouæ gr̄æ libertatem sitis erepti, *igitur nemo*. i. nullus pseudo *uos iudicet*, i. iudicabiles, & reprehēsibiles dicat *in cibo aut in potu*. i. in discretiōe ciboꝝ & potuum, cp̄ alij sint assumendi, & alij respuendi: quia q̄s cibos iudæi uitant in pecoribus, nos uitamus in moribus: & quos potus illi cauēt in liquoribus, nos cauemus in uoluntatis affectionibus. Nemo eoꝝ qui magistros legis ee se iactāt, uos iudicet in cibo uel in potu, quod alij immundi sint, alij mundi: qm̄ omnia munda sunt mūdis, coinquinatis autē nihil est mundum. *aut in parte diei festi*, ut alios dies festos putent, & alios non festos: quia nobis qui in Christū credim9 resurgentem, iugis & æterna festiuas est. *aut* in parte *neomeniæ*. i. Kalendaꝝ & mensis noui, q̄n decrescens luna finit, & noctis umbris tegitur: quia Christianorum lumen est æternum, & semp̄ solis iustitiæ radijs illustratur. *aut* in parte *sabbatorum*, ut non faciant seruile opus & onera nō portent: q̄a nos Christi sumus libertate donati, & onera peccatoꝝ gestare definimus. νέα γ Græce, nouū dicitur Latine, μήν, luna. Neomenia, nouā luna. & nouæ lunæ observatio, nouæ uitæ est sanctificatio. Sabbatū uero perpetuū obseruat, qui spe futuræ quietis sanctis est operibus intentus, nec in ipsis bonis actibus suis quasi de proprijs & de his quæ non acceperit, gloriatur, illum in se operari cognoscēs, qui simul operatur & quietē est. Sabbatū enim quod interpretatur requies, significauit requiē, quā animæ sanctorum habent à uitijs in præsenti uita, & quam habituræ sunt corporibus exutæ, donec resumant corpora. *Quæ omnia sunt umbra futurorum*, quia nihil sub ueteri testamēto carnaliter obseruabatur, quod non præfiguraret aliquid spirituale futurum uel in hac ecclesia, uel in ea quæ iā in cælis regnare cœpit. corpus *autem*, id est, solida ueritas huius umbræ, est *Christi*, id est, pertinet ad Christum. Oīa illa sunt umbræ futurorum, in quibus iudæi iuxta literam hærent, & tenentur in terra. nos uero iuxta spiritum transeamus ad Christum, qui ad distinctionem umbrarum nunc corpus appellatur. Quomodo enim in corpore ueritas est, & in corporis umbra mendacium, sic in spirituali intelligentia mundus omnis cibus & potus, & tota festiuitas, & perpetuæ Kalendæ, nec non æterna requies expectāda est. Vniuersa hæc loquitur Apostolus contra eos, qui credentes ex iudæis in dīm saluatorem, Iudaicas ceremonias obseruare cupiebant. unde & adhuc subdit:

B

C

Mat. 24. Mar. 13.

Nemo uos seducat, uolēs in humilitate et religiōe angeloꝝ, q̄ non uidit, ambulās frustra, inflatus sensu suę carnis, & nō tenēs caput, ex q̄ totum corpus per nexus & cōiunctiōes subministratū & constructū, crescit in augmentū dei. Si ergo mortui estis cū Chr̄o ab elemētis huius mūdi, q̄d adhuc tanq̄ uiuētes in mūdo decernitis. Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neq; cōtractaueritis: q̄ sūt oīa in interitū ipso usu, scām p̄cepta & doctrinas hoīm: quę sunt rōnem quidē habētia sapiētiæ in superstitione & humilitate, & non ad parcendū corpori, nō in honore aliq̄ ad saturitatē carnis.

D

¶ Ipsi qui de circūcisione uenerant, & se Chr̄ianos dicebant, iudaizādi cōsuetudinem nō deserebant, aliosq; in errorem suū trahere satagebāt. Ideo credentib9 dē de illis: *Nemo uos seducat* uel supereret. i. nemo uos à ῥ̄itate in errorem trahat, nemo uos in certamine disputatiōis fraudulenter uincat, ut brauiū uobis supnæ remunerationis tollat, *uolens* ea *quæ non uidit*. i. uolens tenere uel suadere carnalia legis mādata, q̄ nunq̄ intellexit *in humilitate* literæ *& angelorū religione* atq; cultura, ut nō seruiatis spiritali intelligentiæ, sed exemplaribus futuroꝝ. Humilitas em̄ hoc loco nō est illa, q̄ laudatur in scripturis: sed illa, quæ deprimit sensum mentis in terrenam atq; carnalem intelligentiam. Vere em̄ humilis sensus & miseranda suspitio est, dīm credere hircoꝝ atq; tauroꝝ sanguine delectari & nidore thymiamatis, quem sæpe hoies declinamus. Religio angelorum uocatur hoc loco cultura, quæ non deo, sed malignis spiritibus exhibetur. Ex quo enim factum est cp̄ dās ait, Relinquetur domus uestra deserta, omnis iudaicarum obseruationū cultura destructa est: quas cūq; offerunt uictimas, non deo offerunt, sed angelis refugis, id est, spiritibus immundis. Vel *in* humilitate & religione angelorum, quia huiusmodi sectatores plerunq; solent in seipsis humilitatem & religionem angeloꝝ ostendere, ut citius credatur eis quasi sanctissimis. Angelos em̄ iuxta hūc sensum uel cælestes spiritus, uel sanctos prædicatores intelligimus. Nemo ita religiosum se fingens, seducat uos, *ambulans frustra*, id est, faciens in uacuum & sine utilitate quicq̄d facit, quia infideliter cuncta facit: *inflatus sensu carnis suæ*, id est, carnaliter cuncta intelligens, & traditionū iudaicarum deliramenta perquirens, atq; ex earum notitia tumēs: *& non tenens caput* omnium scripturarū atque scientiarum, id est, Christum, qui ē dei sapientia, & ē caput ecclesiæ sanctorum: & qui à non tenet Christum, qui ē caput omnis sacræ intelligentiæ & caput omnium electorum, pater quia fatuus & reprobus ē. Ex *quo* capite *totum corpus* ecclesiæ *per nexus & coniunctiones subministratum & constructum, crescit in augmentum dei*. Corpus quippe illius nos oēs sumus. Per nexus & coniunctiones corpus ligatur, quia dum capiti pectus, dum pectori brachia, dum brachijs manus, dum digiti manibus sunt coniuncti, ac membra cætera membris inhærēt, corpus omne perficitur. Sicut sancti apostoli, q̄a redemptori nostro propinqui steterunt, ei quasi pectus capiti inhæserunt. Quos quia martyres sunt secuti, cōiuncta brachia pectori fuerūt. Quibus dum pastores & doctores subuniti sunt p bona opera, manus brachijs inhæserunt. Hoc uero oīe corpus redemptoris nostri quotidie per nexus & coniunctiones subministratur & constructur in cælo: quia dum ad eum illuc electæ animę ducuntur, ei sua membra colligantur. De quo recte dicitur, subministratum & constructum crescit in augmentum dei: quia deus omnipotens redemptor noster, quin in se in quo proficiat non habet, adhuc per membra sua quotidie augmentū habet. Sed quisquis adhuc carnaliter legem obseruandam prædicat, non tenet caput huius corporis: quia fidem & gratiam eius impugnat, & corpus eius quod ita connexum est scindere quærit: & ideo subtiliter uobis cauendus est, utpote inimicus Christi & ecclesiæ, licet Christianum se fingat. Non solum enim uaniloquos & mētis seductores, fabulosa & uana garrientes. i. in eis uanitatibus uelut altam scientiam promittentes contra regulam fidei, quā catholicam suscepistis, cauere debetis: sed etiā ipsos, qui de ipsa incommutabilitate diuinæ naturæ, uel incorporea creatura siue creatore ueraciter disputāt: & quod dicūt, omnino documentis atq; rationibus certissimis probant, & tamen ab uno dei & hominum mediatore conantur auertere, tanquam pestem insidiosiorem cęteris fugite. Quod autem sequitur, *si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam uiuentes in mundo decernitis*, hunc sensum habere uidet: Si baptizati estis in Christo, & cū eo in baptismate mortui ab elemētis mūdi, cur mecum non dicitis, Mihi aūt absit gloriari nisi in cruce domini nr̄i Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifix9 est, & ego mundo: nec audi, tis dīm dicentē ad patrem, De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo: sed econtrario quasi uiuentes in mundo, decernitis: *Ne tetigeritis* corp9 hominis mortui, nec uestimentū aut scabellum in q̄ sedit mulier menstruata: *neq; gustaueritis* carnem suillam, neq; leporum, neq; sepiarum, neque murenæ, neq; anguillæ, neq; uniuersorū piscium qui squamas pinnulasve non habent: *neque contrectaueritis* aliquid horum. Hic loquitur Apostolus eis, qui iam seruare legē carnaliter ex parte cœperant. Hucusq; em̄ monuerat stantes, ne seducerent: & nunc aggredit eos, qui iam aliqua de lege seruabant. Quasi dicat: Vos uidete ne seducamini. Sed uos alij dicite cur legem seruatis? Si mortui estis cum Chr̄o &c. Si (inquit) cum fidē Chr̄i accepistis, estis mortui ab elementis, i. separati ab omni superstitione & abstinentia creaturarū mundi, quid adhuc decernitis alias esse uitandas, & alias esse assumendas? Elementa em̄ uocat has uisibiles creaturas, quę tota uniuersitate per se cōstituta, partes mundi sunt. Et isti erant (ut dictum ē) ab elemētis mortui. i. separati ab abstinētia creaturaꝝ mundi, quibus in laico ritu abstinebant. Vel elementa dicit, quæ ipsi colebāt in idolis, sicut mare in Neptuno, & aerem in Iunone. Sed p̄ fidem Chr̄i ab his separati erant. Nā ubi inuenimus aliter & alit̄, facta ē ibi quædam mors. Mors em̄ est, non esse qui fuit. Immortalis quidem ē anima, quia semper uiuit: & ē in illa semper quidem permanens, sed mutabilis uita: ideoq; secundū mutabilitatem eiusdem uitæ, põt & mortalis dici: qa si olim uiuebat sapienter & nunc desipit, mortua ē in deterius. si uiuebat insipienē & sapit, mortua est in melius. Ita mortui in melius erant isti, q̄bus nunc dicitur: Si mortui estis ab elementis, quid adhuc tanq̄ uiuentes decernitis? Cum Christo per fidem associati, mortem istam laudabilem assecuti sunt, propterea mortui esse cum Christo dicunt̄. Vel cum Christo mortui, quia Christo patiente & moriente & illi compassi sunt & commortui, non quidem eo tempore quo ille mortē sustinuit, sed quo ipsi fidem perceperunt. Et quia mūdo semel cum Christo mortui erant, nō iterū quasi uiuentes mundo decernere carnaliter debebant, dicentes ad inuicem uel ad sequaces suos: Ne tetigeritis mortuum siue reptile, ne inquinemini ab eo: neq; gustaueritis carnem animalium quæ non ruminant, neq; manu contrectaueritis hoꝝ quippiam. In his uerbis adhibenda ē quædā pronunciatio in uultu & in modo uocis. Per irrisionem quippe uerba posuit eorum qui dicunt, ne tetigeritis, neque gustaueritis, cum sint omnia munda mundis. *quæ omnia ipso usu*: id est, si quis utatur eis iudaico ritu, ut ab his abstineat, & illis utatur, credens se ita iustificari, *sunt in interitum*, id est, ducunt in mortem animæ: quia sunt *secundum præcepta & doctrinas hominum*, non dei. Posteq; enim ueritas aduenit, iam non deus ea præcipit, sed pharisæi: & q̄n autoritate sua uel dei male intellecta præcipiunt hæc, & rationibus docent, ideo usus eorum & cultura interimit, quia sunt præcepta & doctrinæ hominū, nō dei. Vnde per Isaiam dicit:

Tit. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Populus hic labijs me honorat, cor uero eius longe est a me. Frustra autem colunt me, docentes doctrinas & præ
Isaiæ. 29 cepta hominum. Nam & super illa quæ lex carnaliter præcipit, addiderunt pharisæi & scribæ multa, adeo ut
Matt. 15 propter inuentiones suas frequenter uiolarent ipsa le-
Marc. 7. gis carnalia mandata. Vnde dominus arguit eos, dicens:
Matt. 15 Irritum feci stis mandatum dei, ut traditiones uestras sta
tueretis. Et qbus iussum ē, ut dieb. sabbati sedeat unus-
quisq; in domo sua, & non egrediat, nec ambulet de loco
in q̄ habitat, si q̄n eos iuxta literam cœperimus arctare
ut non ambulent, nec iaceant, nec stent, sed tm̄ sedeant si
uelint præcepta seruare, solent respōdere & dicere: Ba-
rachias & Simeon & Ellel magistri nostri, tradiderunt
nobis ut duo millia pedū ambulemus in sabbato. Et cę-
teras huiusmodi doctrinas hoim̄ p̄ferūt doctrinę dei,
quæ sunt qdem rationem habentia sapientiæ in superstitio-
ne & humilitate. Pro superstitione in græco legitur fal
sa religio. & humilitas hic intelligenda est, quæ humilia
sentiat atq; terrena. Videntur igitur obseruationes Iu-
daicæ apud impērtos & uilem plebeculam imaginem
habere rationis humanæq; sapientiæ in falsa religione
& humilitate, id est, in infimo & carnali atq; terreno sen
su. Vel sunt quidē rationem habentia sapientię in super-
stione, id est, non in ueritate, sed in falsitate, quæ est su-
perabundans, & in qua nulla est utilitas: & in humilita
te, i. deiectione animę. Quod si adnō nullos id referatur,
B qui in ecclesia de abstinentiæ uirtute gloriantur, notan-
dum est quod Apostolus superstitioni humilitatis spe-
ciem iungit: quia dum puls q̄ necesse est per abstinenti-
am caro atteritur, humilitas foris ostenditur, sed de hac
ipsa humilitate grauiter interius superbit. Apud Iudęos
☞ tamen multo magis in ostentatione humilitatis regnat
superstitio: quia unde se cæteris humiliores ostendunt,
inde super omnes superbiunt. Et ea quæ obseruant, sunt
non ad parcendū corpori, non in honore aliquo ad saturie-
tem carnis. Non parcunt Iudæi corporibus suis in assum
ptione ciborum, contemnentes interdum quę habent, &
quętentes q̄ non habent. Et quia hoc faciunt, necessitate
debilitates interdum & morbos cōtrahunt. Nec honorāt
semetipsos, cum oīa munda sint mundis, nihilq; possit es
se pollutum quod cum gratiarum actione percipitur, &
Tit. 1. ideirco ā domino fit creatum, ut saturitate & adimpletio
1 Tim. 4. ne carnis humanos artus uegetet atq; sustentet. Elemen-
ta quoq; mundi, ā quibus fideles esse mortuos di. it, pos-
sumus & legem Moysi atq; omne uetus instrumentum
accipere, quibus quasi elementis & religionis exordijs
deum discimus: quomodo elementa appellantur literæ,
per quas syllabas ac uerba coniūgimus, & a trexendam
orationem longa meditatione procedimus. Ars quoque
musica habet elementa sua, & geometrica ab elementis
incipit linearum. Sic elementis ueteris testamenti, ut ad
euangelicam plenitudinem ueniat, sancti uiri eruditur
infantia. Vnde & illi psalmi qui literis prænotātur, per
1. Cor. 3. ethicam nos ducunt ad theologiam: & ab elementis occi-
dentis literæ quæ destruitur, transire faciunt ad spiri-
tum uiuificantem.

CAPVT III.

ICitur si consurrexistis cum Christo, quę sursum sunt quęrite, ubi Chr̄s est in dextera dei sedens. Quę sursum sunt sapite, non quæ super terram. A

¶ Quandoquidem si mortui estis cum Christo ab ele-
mentis mūdi, non debetis ultra tāquam uiuentes in mun
do, mūdana carnaliter discernere, & alia ac alia quęrere,
aliaq; & alia respuere: *igitur si consurrexistis cū Christo,*
debetis incessanter superna in quibus iam Christus est,
quærere, ut ea cum ipso ualeatis possidere. Nō sicut cum
Christo mortui mundo, mundana debetis postponere,
ita consequens est ut cum Christo resuscitati, superna de
beatis appetere. Igitur si consurrexistis cum Christo,
quærite ea quæ sunt de sursum, id est, cælestia bona, *ubi*
iam corporaliter *Christus est in dextera dei* patris *sedens.*
Non utiq; surreximus sicut Christus, sed tamen secun-
dum spem quię nobis in illo est, iam nos cum illo resur-
rexisse testatur Apostolus. Spe enim salui facti sumus.
Spe resurrectionem nostri corporis in Christi corpo-
ris resurrectione tenemus, & resurrectionem spiritus
iam in re habemus, ut amodo in nouitate uitæ ambule-
mus. Extinctis enim uitijs nostris per mysterium ac ni
tutem dñicæ mortis, ā morte animæ resurreximus per Roma. 6.
gratiam dominicæ resurrectionis. Vel ideo recte nunc B
dicitur. Si consurrexistis cum Chro, quærite bonis ope- Matt. 7.
ribus & deuotis precibus ea quæ sunt super cælum, ut
mereamini ea inuenire: quia omnis qui quærit, inuenit:
& debetis ea quęrere, qa Chr̄s quem inuenire desidera-
id est, iam ibi in dextera dei. Recte in dextera, qa oues
ponēdæ sunt ad dexteram. & congruū est ut īmaculatus Matt. 25.
agnus locum īmaculati gregis primus obtineat. Per de
xterā enim significat æterna beatitudo. Vel ibi ih̄s sedet
Chr̄s. i. quescunt post laborē passionis. Sedere uel re-
gnantis est, uel iudicantis. & Christus in dextera paterni
throni sedet, quia cum eo regnat in æternum. Ob hoc (in
quam) sedere dicitur, quia nunc oīa iudicat, & ad extre-
mum iudex uidebitur. Quærite ergo perpetua bona, in
quibus ipse iam ita secundū humanitatem sedet. & *sapite*
ea *quæ sunt sursum*, id est, palato cordis dulcem saporem
supernorum bonorum tangite, *non quæ* sunt *super terram*,
id est, terrenorum & temporalium. Si enī terrena uobis
dulcianō fuerint, tunc cælestium dulcedinē gustare po-
teritis. Si terrenas cōcupiscentias nō habueritis, tūc cæ-
lestibus gaudijs inhiare ualeburis. uel sapite superna, non
terrena, id est, habete sapientiam & prudentiam de cę-
lestibus & æternis, non de temporalibus & caducis.

Mortui enī estis, & uita uestra abscondita est cum Chr̄o in deo. Cum autem Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria.

¶ Superna, non terrena sapere debetis, quia mente
mortui estis huic mundo. Morimur enim secundum
spiritum, ut postea mortui secundum carnem, resurga-
mus secundum carnem. Quomodo enim præcedit

A mors secundum resurrectionem, quæ ē secundū
spiritum: sic præcessura est mors secundum carnē
resurrectionē, quæ futura ē secundum carnem.
Nam non facere quod faciebamus, nec credere,
quod credebamus, mors & resurrectio quędā in
nobis ē. Si qui idolis seruiebat, unum deum co-
gnouit, mortuus ē in idololatria, resurrexit in fi-
de. Si qui ebriosus erat, sobrius est, mortua ē ebri-
etas, resurrexit sobrietas. Omnia ergo facta mala
quæ desinimus facere, quasi mors in nobis est: qa
non esse quod eramus, mors quædam est. *Mortui*
(inquit) *estis*, sed mortui specie, uiui radice, sicut ar
bores in hyeme: quoniam *uita uestra abscondita est*
cū Christo in deo patre, nec apparet nūc hominib9.
Mortui enim estis, quomodo uidenē arbores per
hyemem quasi aridæ, quasi mortuæ. Sed ne aresca-
tis, intus ē radix, intus est uita, intus ē charitas:
quia uita abscondita ē cum Chr̄o in deo. Erit aūt
postea tempus uestrum, erit æstas uestra, qñ circū
uestiemini dignitate foliorū, & replebimini hu-
bertate fructuum. *Cū aūt Christus apparuerit* uenię
ad iudiciū, qui ē *uita uestra, tunc & uos*. nō aduersa-
rij uestri, *apparebitis in gloria cū ipso*. Modo tempus
ē hyemis, ætas autem uestra erit aduentus Chr̄i.
Hyems uestra ē Chr̄i occultatio, ętas uestra Chr̄i
reuelatio. Considerandum ē, quia sancti uiri ab im
portunitate desideriorum temporaliū, à tumultu
inutilium curarū, à clamore perstrepentiū pertur-
B bationum semetipsos sacri uerbi gladio mortifi-
care non desinunt, atq; intus ante dei faciem in si-
Psal. 30. nu mentis abscondunt. Vnde recte per psalmistā
dicitur: Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à
conturbatione hominū. Quod quamuis perfecte
postmodum fiat, & nunc ex magna parte agitur,
cū à temporaliū desiderioq; tumultibus delecta-
tiones in interiora rapiunt, ut mens eorum dum
in amore dei tota eendit, nulla inutili perturba-
tione lacereť. Hinc est quod nunc Apostolus per
contemplationem ab exteriore uita mortuos &
quasi in sepulchro abscōditos discipulos uiderat,
quibus dicebat: Mortui estis, & uita uestra absco-
dita ē cum Chr̄o in deo. Mortui uidelicet carnali-
bus desiderijs & temporaliū rerq; cupiditatib9: &
uita ūra absconditа ē cū Chr̄o in deo, qa int9 apud
deum cū Christo uiuit affectus desideriorum ue-
stroq;, ut extinctus mundo lateat, & à cunctis exte
riorq; rerum perturbationibus intra sinum intimi
amoris abscondat. Vere cū Chr̄o abscondita ē, qa
cum Chr̄o manifestabit. cum em̄ Chr̄s apparue-
rit esse uita uestra, i. cum oēs in iudicio uiderint
Chr̄m esse uitam & saluationem ūram, tunc &
uos apparebitis cum ipso in gloria. i. cum magno
honore atq; splendore apparebitis oībus ad de-
1. Ioh. 3. xteram eius, participes gloriæ eius. Notandum
qa & Iohannes hanc sententiam alijs uerbis expli
cat, dicens: Charissimi, nunc filij dei sumus, & nō-
dum apparuit quid erimus. Scimus aūt quia cum
apparuerit, similes ei erimus, qm̄ uidebimus eum
sicuti ē. Nam quod Paulus ait, mortui estis, & uita
uestra absconditа ē cum Chr̄o in deo, hoc ē quod
Iohannes asserit, quia nunc filij dei sumus, & nō-
dum apparuit quod erimus, & quod Paulus ad-
didit, cum Chr̄s apparuerit uita ūra, tunc & uos C
apparebitis cū ipso in gloria: hoc Iohannes subie
cit, scimus qa cū apparuerit, similes ei erimus, qm̄
uidebimus eū sicuti ē. Hoc igit erit apparere cum
Chr̄o in gloria, in manifestatiōe ei9 uidere speciē
diuinitatis eius sicuti ē, & ex uisione ei9 accipere
similitudinem eius, ut qualis ē ipse, tales & ipsi p
modo suo fiant qui uiderunt. Hæc perfectis dicta
sunt. deinde cæteris qui necdū tantam perfectio-
nem assecuti sunt, dicitur.

Mortificate ergo membra uestra quę sunt super terram, fornicationem, im-
munditiam, libidinē, concupiscentiam
malam, auaritiam, quæ ē simulachrorū
seruitus: propter quæ uenit ira dei sup
filios incredulitatis. In quibus & uos
ambulastis aliquando, cum uiueretis in
illis. Nunc aūt deponite & uos omnia,
iram, indignationem, malitiā, blasphe-
miam, turpem sermonē de ore uestro.
Nolite mentiri inuicem.

¶ Propter unitatem corporis, quia & maiores &
minores fideles membra sunt ecclesię, cum sermo
Apostoli dirigeret latenter, quasi nō essent alij sed
ijdem ipsi, cœpit minores alloqui: & ex his quæ
præmiserat, causam exhortatiōis eoq; assumpsit.
Quia (inquit) ea quæ sursum sunt sapere debetis, D
nō quæ super terram, qm̄ in maioribus ecclesiæ
membris mortui iam estis huic mundo & uitijs,
ergo quod in illis factum ē, in uobis facite: *mortifi-*
cate, scilicet in uobis ipsis *membra uestra quæ sunt sup*
terram. i. extinguite uitia uestra quę ad corpus pec
cati pertinent: & in terrena conuersatiōe uigent,
uel super terram uestri corporis male dominant.
Corpus peccati, ē cōformitas ueteris hominis: &
huiq; corporis membra, sunt omnia uitia & mala
opera. Hæc itaq; membra ūra quæ non ad naturā
hominis, sed ad corpus peccati pertinent, mortifi-
care, scilicet non membra naturæ ūræ quæ deus
creauit, sed membra corporis peccati, quæ uos
fecistis, extinguite, ne amplius in uobis uiuant. Et
exponam uobis illa membra, uidelicet *fornicatio-*
nem mortificate, id ē, concubitum cum meretrici-
bus quæ prostant in fornicibus, unde fornicatio
nomē accipit: & *immunditiam*, quæ & mollities ap
pellat, atq; ab uno sexu perpetratur: & *libidinem*,
quæ fit cū fœminis quæ nō sunt publicæ ut mere
trices: & *concupiscentiam malam*, qua male concupis
citur uel mulier, uel aurum, uel aliud aliquid ęd
non licet haberi. Concupiscentia uocatur hoc lo-
co mala, ad differentiam bonæ concupiscentiæ,
de qua dicitur: Concupiscit & deficit anima mea
in atria domini, &. Concupiscentia sapientiæ de-
ducet ad regnum perpetuū. Non solū ergo ope-
ra prædictoq; uitiorum debetis mortificare, sed &
concupiscentiam talium, ut nec in corde cōcupi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A scatis aliquid illicitū, sed cor ab oīi desiderio malo seruetis mundum. *& auaritiam*, i. insatiabilē amorem habendi mortificate. *Quæ* auaritia oīi Christiano est detestanda, quia *est simulachrorū seruitus.* Galat. 5. Epheſi. 5
Sicut enim qui idolis seruit, cultum debitum creatori imaginatæ creaturæ tribuit: sic & auarus cū deum solum colere deberet, colit potius nūmos, in quibus præfiguratæ sunt imagines imperatorum, hoc enim unusquisq; deum habet, quod præ oīibus diligit, in quo præ omnibus spem atq; fiduciam habet. Et quoniam auarus hoc agit speciaIiter de nummis, i. plus diligit nummos q̄; aliud, & plus cogitat de nummis q̄; de alia re, atq; plus sperat & confidit in nummis q̄; in alia re, idcirco nummi eius dij sunt. Iure ergo uocat idololatra, qui deum nō colit, sed idola, i. imagines mortuorum regū nummis impressas. Hæc p̄dicta uitia, id ē, fornicationē &c, mortificare debetis, ne propter hoc si in uobis reperta fuerint, pereatis: *propter quæ* iam olim *uenit ira dei* i. anima diuersio diuinæ ultionis *super filios incredulitatis*, id ē, super homines quos incredulitas in errorem genuerat: qa Ephe. 5.
non credentes in deum, uerterunt se ad hæc uitia Geneſi. 7 & 19.
exercenda: & propterea perierunt aquis diluuij Nu. 11. 12 14. 16. 21
& igne Sodomoꝝ, uel tempore Moysi in desertO. 25
to uariis exterminationibus. Cauete ergo, ne & B
uos similiter aut grauius propter eadē uitia pereatis: quia nunc quoq; propter hæc uenit quotidie ira, i. ultio dei super filios incredulitatis, id ē, super eos, qui cum sint ecclesiæ filij per susceptionē sacramentorum, non tñ firmiter credunt æternam iniquorum damnationē, & idcirco audent agere talia. *In quibus* uitijs *& uos ambulastis*, id ē, opa operibus uelut passus passibus addidistis, *aliquando*, id ē, olim *cum uiueretis in illis* uitijs, id ē, cum uitā uestrā talibus ducere tis. Sed *nūc* postq̄; per baptismū talibus mortui estis, *deponite & uos* sicut & maiores deposuerunt, *omnia* uitia. Deponite ea, id est, deorsum ponite ut non super uos sint, sed subter uos, ut non premant uos, sed premantur à uobis. Deponite, scilicet *iram*, id ē, perturbati animi cōmotionem aduersus aliquem: *& indignationem*, id ē, uehementē animi commotionem cum quodā arrogantiæ uitio in lesionem & in alicuius despectū accensi: *& malitiam*, qua mens intrinsecus mordetur, & quærit foris lædere fratrem: *& blasphemiam*, id ē, prolationem mendacij contra deum, cōtra sanctos eiꝰ & de sanctis eiꝰ. Blasphemia em̄ ē, p quā de deo ipso dicunt falsa, uel de sanctis eiꝰ. Nec solum blasphemiā caueatis, sed & quēlibet *turpem sermonem* nō emiseritis *de ore uestro*, ne p hūc, & os uestrū & aures audientiū & mentes eorum maculetis. *& nolite mentiri inuicem*, ut alter alterum fallat, mendaciū ei p ueritate loquens: sed puram ueritatem, quam cor uestrū nouerit, ore p ferte.

Expoliantes uos ueterem hominē cū actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouat in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit eū. Vbi non est gentilis & Iudæus, circuncisio & p̄putium, barbarus & Scytha, seruus & liber, sed oīa & in omnibus Christus. A

¶ Prædicta uitia deponite, *expoliantes uos* in eoꝝ depositione *ueterem hominem cum actibus suis*, id ē, ueterem uitam quæ in peccato ē, in quo secundum Adam uiuitur: *& induentes nouum* hominem, id ē, nouā uitam quæ in iustitia ducit, in qua secundū Chrīm uiuitur. Expoliate ergo uos hunc ueterem hominem, id est, iustitiam: & induite nouum hominem, id ē, iustitiam, *cum* scilicet, *qui renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit eum.* Totus enim homo, id ē, & interiore & exteriore sui parte inueteratus propter peccatum & pœnæ mortalitatis additus est: sed nunc renouatur secundum interiorem sui partem, ubi reformatur secundum sui conditoris imaginem: in resurrectione uero renouatur & secundum exteriorem sui partem. Sicut em̄ post lapsum peccati homo in agnitione dei renouat secundum imaginem eius q̄ creauit eū, ita in ipsa agnitiōe creatus ē, antecq̄; delicto ueterasceret, unde rursus in agnitione eadem renouat. Nam inē notionē & agnitionē aliqd interesse dicit, eo quod notio sit earum rerū, quas añ nescimus, & ipas scire postea cœpimus: agnitio aūt earum, quas ante scientes, deinceps scire desinimus, eaq̄; postea recordamur. Homo igit̄ in agnitione dei creatus ē, quia in principio creationis suæ, creatorem suū ex ratiōe cognouit: sed postea per peccatū cæcatus, agnitionem creatoris amisit. Nunc uero per illuminationem euangelij & per infusionem gratiæ spiritus sancti eundē creatorē suū recognoscit, & mox interius renouatur, qui uetustatem contraxerat, dum creatorē ignoraret. Fit ergo renouatio reformatioq̄; mentis secundum imaginē dei. Ideo aūt dicit, secundū imaginem dei, ut in ea re intelligatur fieri, ubi est imago dei, id ē, in mente: sicut dicimus secundū corpus mortuum esse, non secundū spiritū, eum qui de corpore fidelis & iustus abiecedit. Quid em̄ dicimus secundum corpus mortuū, nisi corpore uel in corpore, non anima uel in anima mortuū? Aut si dicamus, secundum corpus est pulcher aut secundum corpus fortis, non secundum animū, quid ē aliud quām corpore, non animo, pulcher aut fortis. Et innumerabiliter ita loquimur. Non itaque sic intelligamus secundum imaginem eius qui creauit eum, quasi alia sit imago secundū quā renouat, non ipsa quæ renouatur. Ipsa em̄ imago dei renouat in homine, quæ fuerat inueterata delicto. Nouum (ut dixi) hominem induite. i. cōuersationē. *ubi*, id ē, in quo homine nouo *non gentilis est* neque *Iudæus*, nihil operat, nihil prodest uel obest quod ille qui hunc hominem induit secundū carnis originē gentilis sit aut Iudæus: nec est ibi *circuncisio & præputium*, id est, nihil ibi utilitatis operatur circuncisio, de qua Iudæi præcipue gloriabantur: nec aliquid nocet ibi præputium. Neque *barbarus* est ibi, id est, non nocet cuiquam sua barbaries, quia fit ciuis sanctorū & domesticus dei. Vel barbarus, i. aliquis tam lōge remotus & tantæ feritatis, ut uix posset à Romanis uinci, nō impeditur sua barbarie in hoc nouo hoīe ne admittat. *& Scyta* non est ibi, id ē, populus qui est in sinistro margine mūdi, ferocior aliis barbaris, & tam pugnax, ut uix unquā à Romanis superari posset, nō iuuat sua feritate in nouo hoīe, sed potius oportet oēm feritatē deponere, ut discat à Christo mitis esse & humilis corde. Et neq; *seruus* est ibi abiectior, neq; *liber* acceptior: quia neq; seruitꝰ neq; libertas corporalis nocet uel adiuuat ibi quicquā. Itaq; nec natio, nec ritꝰ carnalis, nec conditio, nec sexus ullam differentiā facit, aut ualet siue operat ibi aliqd: *sed omnia* in hoīe hoc nouo Chrus, i. nihil in eo est nisi Christiana pietas & Chrīana religio. Christꝰ ē ibi sanctitas & iustitia & charitas & oīa bona. *& in omnibus Christus* est, qui hoc hoīe nouo sunt induti: quia quicquid boni habēt, à Chro habent: & qcquid boni faciūt, p Christum faciunt. Matth. 11.

Induite uos ergo sicut electi dei, sancti & dilecti, uiscera misericordiæ benignitatē, humilitatē, modestiā, patiētiā, supportātes inuicē & donantes uobismetipsis, si qs aduersꝰ aliquē habet q̄relā: sicut & dns donauit uobis, ita et uos C D

¶ Illatio est quasi à toto. Qūquidē [illegible] debetis nouum hoiem, ergo induere debetis [illegible] tum ornamenta, q̄ sunt quasi membra [illegible] eiusdem noui hois. i. nouæ cōuersationis [illegible] *cat electi dei*. i. dei sapiētia p̄cogniti, & à massa p[illegible]dotū separati, atq; ad uitā æternam præordinati, *et sancti*. i. baptismi sanctificatiōe à peccatis mūdati, & sic iam à deo *dilecti*, postq̄; purgati estis à peccatis quæ deus odit. Et propterea ut amplius diligi ab eo mereamini, *induite uos* uirtutes q̄s ipse diligit. Induite uos *uiscera misericordiæ*. i. internum affectū misericordiæ circundate uobis in opere, ut internus affectus piæ cōuersationis, quam erga proximos in corde habueritis, undiq; appareat in opiribus uestris, undiq; uos adornet. Vestis quippe q̄ induimur, ab oīi parte nos tegit. Itaq; & uos ab oīi parte circuntegi debetis uisceribꝰ misericordiꝫ, ut in cunctis actibꝰ uestris fulgeant uiscera misericordiæ, quæ mens uestra cōcepit erga reuelati onē miseriæ proximoꝝ, & similiter foris in operibus induite *benignitatē*. i. bonum ignem piꝫ dulcedinis, qui feruet in corde uestro. Benignitas em̄ est quædā serenitas animi, qua aliquis hilariter loquitꝫ & sua tribuit pro deo, ac conuersat cū proximo. *humilitatem* quoq; induite, ut humilitas mētis appareat in oīibus ꝟbis & opibus uestris, in uestibus, in incessu atq; omni motu corporis. Ideoq; *& modestiam* quasi uestem uobis circundate, ut in omnibus dictis & actibus uestris modum teneatis. Modestia enim quasi modi statio dicitur, quia per hanc uirtutem modus competens seruatur in oībus, modificans uniuersas actiōes. & ut modū nō excedatis, induite *patiētiam*, qua undiq; muniti tranquillo aio toleretis oīa mala q̄ uobis ingerent à proximis. Impossibile est enim, ut qui cum aliꝫ hoībus conuersat, nō frequenter ab illis quædam sustineat, q̄ in multis ad excessum cōpellat, si uirtute patientiæ quasi uestimento circundatꝰ nō fuerit. Si uero undiq; aduersus omnia q̄ accidunt sibi, patientiam tenuerit, sp modestiam seruare poterit. Et ideo patientiam induite. *Supportantes uos inuicem*, ut alter alterutrum sustineat in his quæ sunt grauia & aspera. Supportate inuicē. i. portate inuicē alij alios, ut illos q portauerunt se, iudicent supiores: & se inferiores illis quibꝰ sunt supiores. Nō enim patienter alium portat, qui se superiorē illo reputat. Et estote *donantes uobismetipsis*. i. condonantes atq; dimittētes alij alijs, *si forte quis aduersus aliquem habet querelam* de cōtumelia uel iniuria sibi ab eo illata. Donate inuicē, quicqd lesionis uel offensiōis ptulistis, ubi de merito conqueri poteratis. Et hoc facite nō ficte, nec ex parte, sed *sicut dominus donauit uobis*, ita & uos facite. Id ē, sicut dns in baptismo quicquid iniuriaꝝ ei feceratis, condonauit uobis sine ullo respectu alicuius uindictæ ulterius sumendæ, ita & uos bono animo condonate uobis sp ad inuicem omnia sine respectu alicuius ultionis. Debetis enim cōseruis non negare, cp à bono dño gaudetis uos percepisse. Alioquin iuxta parabolam euangelicam, repetet à uobis omne debitum q̄d dimiserat, si non remiseritis uuusquisq; fratri suo de cordibꝰ uestris. Matth. 18

Sup omnia aūt hæc charitatē habete, quod est uinculū perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus uīris, in qua & uocati estis in unū corpus, & grati estote. Verbū Christi habitet in uobis abundāter. In oīi sapiētia docentes & cōmonētes uosmetipsos in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, in gīa cantātes in cordibus uestris dño. Oīe quodcūq; facitis in ꝟbo aut in ope, oīa in noīe dñi nostri Iesu Chīi facite, gratias agentes deo & patri per ipsum.

¶ Prædicta uirtutū ornamēta induite, sed *sup omnia hæc charitatē*, quasi nobilius ornamentū, *habete*, q̄ cōtineat & supornet oīa reliquæ uirturum insignia. Supexcellit enim & supfulget oīibꝰ aliꝫs uirtutibꝰ, atq; magis placet im mortalis spōsi conspectibus. *quod*. i. quæ res, uidelicet charitas, *est uinculū pfectionis*: quia p hanc ligat omnis uirtutū pfectio, ne dissoluta defluat & delabat ac dispereat. Perfectiōis uinculum est charitas, quia omne bonū, q̄d agimus, p hanc, ne peat, ligat. A tentatore nanq; citius & quodlibet opꝰ euellitur, si solutū à uinculo charitatis inuenit. Si ꝟo mēs charitate ducit & pximi dilectiōe constringit, cum tentati onū motus quilibet motus suggesserint, obicē sc 1 Cor. 13 Lucæ 22 fortis

Universidad de Deusto
Biblioteca

illis ipsa dilectio opponit,& nascētia in corde uitia reprimit. Charitas bona nostra uinciat in pfectione,& *pax Christi*,id ē, quam Christus habet & dat,*exultet in cordibus uestris*. Pax Christi est,qua reconciliati sumus deo & sanctis angelis eius,& qua diligimus deum,atq; peccatū execramur,& qua nos turbare cauemus,& qua nobis inuicem credimus quod nos inuicem diligamus: & qua inuicem corda iungimus,ut concordes simus atq; cor unum in bona uoluntate habeamus: & qua spiritui nostro carnem subiugamusr,& hęc pax nō sit torpens in cordibus uestris,sed exultet ibi p̄ gaudio atq; tripudiet,ut sitis,ſ. sp̄ memores huius pacis,& eam assecutos esse uos gaudeatis.*in qua* pace etiam *uocati estis* euangelica prædicatiōe *in uniū corpus*,i.in hoc ut sitis unum corpus ecclesiæ,seruantes pacem oēs inuicem, sicut diuersa nostri corporis mēbra pacem & cōcordiam inuicem seruāt, & in hac pacis exultatione non sitis ingrati deo,q̄ uobis eam dedit,sed *estote ei grati*,ut pro tantis beneficijs semp ei gratias corde, uerbis & operibus agatis:& ut hanc pacem intelligere ualeatis atque seruare eam,& grati in ea sp̄ Deo existere,*uerbum Christi*.i. doctrina Christianæ religiōis,*habitet in uobis*, id est, maneat in corde & ore uīo non parce, sed *abundanter*.i. affluenter & plenarie, ut & sciatis & loquamini uerbū sacræ ædificationis. Dixi ut gratis sitis,& uerbū Christi habitans in uobis habeatis, *docentes* uosipsos inuicē, uel unusquisq; seipsum,*in omni sapientia* diuinoq;. Hæc est abundantia uerbi Christi, quæ debet in cordibus uestris habitare,uidelicet omnis sapiētia, ut sensum perfectum habeatis in cognitione diuinæ trinitatis & unitatis,& quicquid ad cultū eius pertinet noueritis, atque pijs desiderijs gaudia regni eius præguſtetis,& bonis operibus incessanter quæratis. In huiusmodi rebus est omnis sapientia, quā Christianus habere debet in hac uita. Sitis ergo in omni sapientia docētes(ut dixi) uosmetipsos inuicem,id ē, unusquisq; seipsum ea quæ necdum sciebatis,*& commonentes uosmetipsos* in his quæ iam scitis, ut ea firmiter retineatis & opere cōpleatis. Docete(inquam)& commonete uosmetipsos,ut & instruamini,& ad bene agendum excitemini, *in psalmis*, qui ad bonam operationem commonent:*& hymnis*, qui de laudibus Dei canuntur:*& canticis*, nō carnalibus, sed *spiritalibus*,quæ de æterno gaudio resonant,& ideo spiritalia sunt. Nam & carnalia cantica frequenter à carnalibus hominibus canuntur,& ad carnis uoluptates pertinēt. Sed his contraria sunt spiritalia cantica,quæ in solo conditore nos delectari admonent & gaudere. In talibus uosipsos docete & commonete. uos dico,*in gratia*,id est, in gratiarū actione *cantantes in cordibus uestris domino*. Neq; enim omnis qui labiis personat,domino cantat: sed qui deuoto corde eum laudans amat,& ad eius uisionem conspirat. Intus enim est hoc gaudium, ubi uox laudis canitur & auditur:qua uoce laudatur, qui gratis amandus est toto corde, tota anima, tota mente,amatoremq; suum accendit in se gratia sancti spiritus sui. Ille enim in gratia cantat domino, qui gratia sancti spiritus accēsus, gratis amat deum quē laudat. Ita cantate. Et *omne* etiam *quodcunque facitis in uerbo aut in opere*,id est, quæcunque loquimini,& quæcunq; operamini, omnia facite in nomine domini,id est, nomen eius inuocate in exordio locutionis & actionis uestræ, atq; sequentia uerba & opera ad gloriam eius semper dirigite. Tunc em̄ & peccata locutionis & operationis uitabitis, & bona erūt quæ dicetis uel facietis. *Omnia in nomine domini* facite,in oībus nomen domini inuocantes & glorificantes. In nomine domini *nostri Iesu Christi* facite omnia,per quem habetis omnia quę uobis à patre dantur,uos dico *per ipsum* per quem omnia bona accipitis,*agentes gratias* de omnibus *deo* qui uos creauit,*& patri* qui uos in filios adoptauit. Vel Deo,qui secundum humanitatem eius Christum creauit:& patri, qui Christum secundū diuinitatem ipsius genuit.

Mulieres, subditæ estote uiris sicut oportet in dño. Viri, diligite uxores uestras,& nolite amari esse ad illas. Filij,obedite parentibus per omnia. hoc enim placitum est in domino. Patres, nolite ad indignationem prouocare filios uestros,ut non pusillo fiāt animo.

Hucusque gñaliter illos instruxit & monuit. Nunc uero specialiter ad familiarem & domesticam conuersationē uertit exhortationem suā, & mulieres uiris, atq; filios parentibus subijcit. Est enim etiam naturalis ordo in hominibus, ut seruiant fœminæ uiris,& filij parentibus: quia & illis iustitia hæc est, ut infirmoq; ratio seruiat fortiori. Hæ em̄ in dñationibus & seruitutibus clara iustitia est,ut qui excellunt ratione, excellant & dominatione. Vñ nunc Apostolus congrua dat præcepta. Vos(inquit)o *mulieres*,*estote uiris* uīis *subditæ* ad omnia,non tñ ad male agendum,sed *sicut oportet* uos *in domino* subdi.i. sicut uos in Christiana religione uiuentes decet ad omnia illis subijci,præterquam ad transgressionem mandatoq; Dei. Et uos o *uiri diligite uxores uestras*. Vxorū timere est & cum timore diligere, uiroq; autē tm̄ diligere, quia dilectio perfectoq; est. Viri, diligite uxores uestras,*& nolite amari esse ad illas*. Licet illæ ad iracundiam prouocent, & talia faciant per quæ mereantur amaritudinem, uos tm̄ nolite eis amaritudine uicem reddere. Vos quoque *filij obedite parentibus* uestris *per omnia*,siue carnalibus, siue spiritalibus. Obedite illis per omnia, sed tamen *in domino*, id est, in his tātummodo quæ præceptum domini non excedunt. *hoc enim placitum est* deo,ut illis taliter obediatis. Et uos o *patres*, *nolite filios uestros*, siue carnales, siue spiritales, *prouocare ad indignationē*, nimis aspere illos tractando, *ut non fiant pusillo animo*,id est, ut non deficiat animus eorum, non ualens sustinere nimietatem asperitatis uestræ, et fugiant à uobis,uel aliquid mali faciant p̄ defectum

animi,et ideo cauete illis occasionem dare inobedientiæ,ne scilicet peccent per iracundiam,& frāgatur mens eorum in aduersis atq; deficiat.

Serui, obedite per oīa dñis carnalibus,non ad oculum seruiētes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis,timentes dñm. Quodcunq; facitis,ex animo opamini,sicut dño,& non hominibus,sciētes quod a dño accipietis retributionem hæreditatis. Domino Chīo seruite. Qui em̄ iniurīā facit, recipiet id quod inique gessit. & non ē personarum acceptio apud deum.

Vos(inquit)o *serui*,*obedite dominis carnalibus*.i. qui uobis secundum corpus,non secundum spiritū dominant. Obedite illis in bono *per omnia*,nō *ad oculum seruientes*,*quasi hominibus placentes*,id ē, nō tunc tolūmodo bene agentes,cū uidebimini ab illis:& quādo nō uidemini,negligenter agētes. Nō ita subdole agatis,cupientes fraudulenter placere illis per ea,quæ coram ipsis positi strenue agere uidebimini,*sed in simplicitate cordis*,non in duplicitate seruite illis,ut quod foris in opere ostenderitis, intus in corde habeatis, *timentes dominum*, qui inspector ē cordiū,& damnator dolosarum simulationū. Et *quodcūq; facitis*,*operamini* illud *ex animo*.i. ex uoluntate. Eam quippe deus innocentiā pbat, qua homo non metu fit innocens, sed amore iustitiæ. Nam q̄ timore nō peccat,quāuis ei non noceat cui uult nocere,sibi tñ plurimū nocet: & abstinens ab iniquo opere,sola mentis reus ē uoluntate. Simulata em̄ innocentia non ē innocētia,& simulata æquitas nō ē æquitas, sed duplicat peccatū in quo ē & simulatio. Propterea quicqd boni facitis,facite ex animo,nō ex simulatione, *sicut domino* deo facientes illud, *non hominibus scientes q̄*, ex hoc à dño,q̄ remunerator ē omniū bonorum operum,*accipietis retributionem* æternæ *hæreditatis* cum filijs. Et ideo *seruite domino* nō *Christo* in oībus quæ facietis. Si em̄ propē præceptū bono aīo seruieritis carnalibus dñis, Chīo potius cui illis seruietis,& ab eo retributionem percipietis, licet ab illis nil bonæ remunerationis consequamini. Vel quamuis hominū seruitio fitis occupati, dño tamen Christo seruite,ut propter eorum seruitium non omittatis Christo seruire. Nec frangatur mens uestra,si uos male tractauerint:quia *qui iniuriam facit*,licet sit in hoc mundo potens & nobilis,*recipiet* à mundi iudice deo *id quod inique gessit*. Ideo melior est tristitia parientis iniqua, quām lætitia facientis iniqua,quia & de malitia male sæpe flagellatur bonis. Qui iniuriam facit, recipiet quod gessit, ut ipse iuste crucietur, qui iniuste cruciauit alium. Et hoc ideo, quia *non est apud deum acceptio personarum*, ut nobilibus parcat, si iniquę egerint:cum ignobiles puniat, qui male egerunt. Omnes enim æquo iudicio, siue dominos, siue seruos, siue diuites, siue pauperes, iudicat,& unicuique reddit secundum quod egit.

CAPVT IIII.

DOmini,quod iustum est & æquū, seruis præstate,scientes quoniam & uos dominum habetis in cælo.

¶ Ideo uos *domini præstate*,id ē,largimini *seruis* uestris illud *quod iustū est*.i. q̄ suo seruitio promeruerunt:& quod est *æquū*.i. q̄ ius naturæ uel rōnis exigit,eoq; scil. necessaria dari ipsis, etiā ultra q̄ seruitiū eoq; promeruit. Multi em̄ sunt serui, qui uel infirmitatis,uel alicuius rei causa non promerent suo labore ea q̄ sunt illis necessaria; & tñ debent dāi illis ea quibꝰ indigent, retribuere. Hæc ita debetis præbere seruis uestris,*sciētes quoniam & uos habetis dominū in cælo*,cuius serui estis, & à q̄ bona accipere etiam ultra meritū uestrū indigeris. Contra quem etiā de munere eius superbitis, si illos quos p̄ cōditionem tenetis subditos, æquales uobis p̄natura consortiū nō agnoscitis. Nam iusti etiam qui imperant,seruiunt illis quibꝰ uident imperare:qa non dñandi cupiditate imperant, sed officio cōsulendi:nec principandi superbia,sed prouidēdi beneficentia. Et si sancti patres nostri habuerunt seruos,sic administrabant domesticam pacem,ut secundum temporalia bona filioq; sortem à seruorum cōditione distinguerent:ad deum aūt colendum,in quo æterna bona sperāda sunt, oībus domꝰ suæ membris pari dilectione consulerent.

Orationi instate,uigilātes in ea in gratiarum actione,orantes simul & pro nobis,ut deus aperiat nobis ostiū sermonis ad loquendū mysteriū Christi,propter quod & uinctus sum,ut manifestē illud ita ut oportet me loqui.

¶ Reddit generalem exhortationem. Hoc em̄ omnibus conuenit ut instent orationi. Et bene in ea uigilare iubet,ut cum stamꝰ ad orationem, cogitatio omnis carnalis & secularis abscedat, nec tunc quicquam animus cogitet præter id solum quod precatur. Subripit enim frequenter hostis, & subtiliter fallens, preces nostras à deo uocat, ut aliud habeamus in corde, & aliud proferamꝰ in uoce, cum intentione syncera deum debeat non sonꝰ uocis,sed animi sensus orare. *Instate orationi*, ut obnixe & indeficienter oretis, *uigilantes* uiuacis studio mentis *in ea*. Et hoc ut oratio sit *in gratiarū actione*,ut rogantes à deo beneficia,gratias illi referatis pro his quæ iam uobis contulit. Ita orate pro uobis, *orantes simul & pro nobis*, *ut deus aperiat nobis ostium sermonis*,id est,aperiat nobis os,quo sermo prædicationis egrediatur à nobis *ad loquendū*, id est,ad differendū & exponendū *mysteriū Christi*.i. occultum secretum incarnationis & passionis Christi,ut occultas eoq; causas pandamꝰ audiētibus & in his restaurationē salutis hūanæ cōsistere

Universidad de Deusto
Biblioteca

docearnus. *Propter quod* mysteriū, q̄a illud prædicabam, *& uinctus sum*, id est, detineor in uinculis Romæ, ne possim ire quo uoluero & pluribus euangelizare. Orate ut deus det mihi loqui illud mysterium, *ut manifestem illud* & declarem aliis, *ita ut oportet* & conuenit *me loqui* de tanto sacramento, qui & enunciare illud missus sum.

In sapientia ambulate ad eos q̄ foris sunt, tēpus redimētes. Sermo uester sp in gratia sale sit cōditus, ut sciatis quō oporteat uos unicuiq; respondere.

Vos in ecclesia. i. incorporati membris Christi, simul omnes oīoni (ut expositum est) instate, sed procedentes *ad eos qui foris sunt*. i. uenientes ad loca ubi uos uidebunt illi, qui adhuc per fidem in ecclesiā non intrauerunt, *ambulate in sapientia*. i. agite sapienter, operamini prudēter, figite gressum operis caute, ne quid insipientiæ, ne quid reprehensionis ab infidelibus noteī in uobis, ne nomen dñi p uos blasphemetur ab eis. uos dico, *tempus redimentes*, id est, uitam male actam pœnitendo & bene agendo redimentes, ut transacta damna quotidianis meritoꝝ lucris recōpensetis. Tempus quippe redimimus, qñ anteactam uitam quam lasciuiendo perdidimus, flendo reparamus. Dixi ut in ūra ambulatione & in uestra actione luceat sapiētia, & nunc addo ut & in sermone uestro semper appareat, scil. *sermo uester in gratia*., id est, in dulcedine charitatis *semp sit conditus sale* sapientiæ, sicut bonꝰ animæ cibus, ut nihil insipidum, nihil puditū habeat. Nā cibꝰ cui sal immiscet, fit sapidus: & caro bñ salita, non putrescit nec fœtet. Ita sit & sermo uester, ut quasi cibꝰ sapidus recipiat ab ore cordis audientiū, non sit insipidꝰ per insipientiā, nec putidus p admonitionem carnalis delectationis, nec corruptus p admixtionem falsitatis, sed semp sale spiritualis sapientiæ conditus, & integritate ueritatis incorruptus, atq; odorem cælestis & incorruptibilis delectationis spirans. Et ita condimentum diuini salis in se habeat sermo uester, *ut sciatis quomodo oporteat uos unicuiq; respondere*, id est, p prudentiam moderatæ discretionis sciatis quō respōdēdum sit fideli, quō infideli, quō diuiti, quō pauperi, quomodo seni, quomodo iuueni, quō uiro, quomodo fœminę, & quomodo cæteris gradibꝰ uel conditionibus, unusquisq; enim suo modo alloquendus est, & unicuiq; suo modo respondendum est. Respondendum est uerbis eius, si ipse prior locutus fuerit, uel respondendum facto eius, si uerbis tacuerit, unusquisque suo modo uel corrigendus est, uel admonendus.

Quę circa me sunt, oīa uobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister & cōseruus in dño, quē misi ad uos ad hoc ipum, ut cognoscat q̄ circa uos sunt, & consoleī corda uīa, cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui ex uobis est, qui omnia quæ hic aguntur, nota faciēt uobis.

Quæ circa me sunt, omnia uobis nota faciet Tychicus. Quia dixerat se uinctum causa euangelij, ne putarent eum grauiora pati, dicit Tychicū oīa sua eis & aduersa & prospera dicturꝰ. Cui credendū est, quia est *frater*, id est, Chīianus, & pro uitæ suæ merito *charissimus* deo uel sanctis eius, *& fidelis minister*. i. fideliter ministrans sine fraude uerbū prædicationis. Vel minister. i. diaconus. *& conseruus*. i. mecū seruiens *in domino*. i. in his quæ dñi sunt. *quem ad hoc ipsum*. i. ideo *ad uos misi, ut cognoscat quæ circa uos sunt* & mihi referat, & idcirco uidete ne q̄d mali apud uos inueniat quod mihi renunciet. Ob hoc etiam illum misi, ut *& consoletur corda uestra*, ne immoderatam habeatis tristitiam de his q̄ patimini, uel q̄ me pati audistis. Misi eum cum *Onesimo charissimo & fideli fratre*, non uilissimo & fraudulento seruo, sicut olim fuit. Iste est enim Onesimꝰ seruus Philemonis, qui pacto furto adud Philemonem dñm suū, uel post̄q cōsumpsit uel dissipauit illud, cōfugit ad Apostolū, & audiuit ab eo uerbum salutis, atq; conuersus est. & ideo sic cōmendat eum Apostolꝰ, ne sit illis in aliquo suspectus. Vñ liquido demonstrat, quod hanc epistolam à Roma de carcere Apostolꝰ miserit, sicut illam ad Philemonem direxit. Nam eosdem salutatores in ista ponit & in illa, quos secum esse declarat, & adiutores suos appellat. i. Aristarchum & Marcū & Epaphram & Lucam & Demam. Vnde patet utrāq; epistolam ex uno eodemq; loco missam, ubi uinctus tenebatur Apostolꝰ. Nam Onesimum in uinculis Chīo genuit. Vincula aūt eū in Epheso ptulisse tacet oīno liber Actuū apostolorꝰ. Et ideo *p*batur non habere ueritatem sententiam eorꝰ, qui dicunt Apostolum Ephesi em in uinculis fuisse, & inde hanc epistolam Colossensibus misisse.

Salutat uos Aristarchus cōcaptiuus meus, & Marcꝰ cōsobrinus Barnabæ (de q̄ accepistis mandata. si uenerit ad uos, excipite illū) & Iesus q dr Iustꝰ, q sūt ex circūcisiōe. Hi soli sūt adiutores mei in regno dei, q mihi fuerūt solatio.

Aristarchus iste Thessalonicensis erat, & Apostolū sequutꝰ esse legit. Vñ & ad cumulū gloriæ cū eodem Apostolo captꝰ teneri meruit pro noīe Christi. Marcus aūt consobrinus. i. cōsanguineus Barnabæ apostoli, ipse est Ioannes cognomento Marcus, pro quo facta est dissensio inter Paulum & Barnabā. Barnabas em uolebat secum assumere & hūc Marcū. Paulus aūt rogabat eum, ut qui discessisset ab eis de Pamphylia, & non isset cū eis in opus euāgelij, nō deberet recipi. Sicq; facta est inter eos dissensio, ita ut discederent ab inuicē: & Barnabas quidem assumpto Marco nauigaret Cyprum: Paulus uero electo Sila, profectus est traditus gratiæ domini à fratribus. Quoniā Mar-

cus iste in ipsa se aciei fronte constituens, nimis stepide steterat, & insuper ex acie socors recesserat, merito eum Paulus abiecit, ne illius quasi contagione uires corrumperētur aliorum. Prædicator em fortia debet in seipso cæteris exempla monstrare, & in bonis quæ cœpit, uiriliter perseuerare. Sed quia Marcus nec fortiter egerat, nec perseuerauerat, merito Paulus eū ulterius in uia prædicationis socium habere noluit. Timens etiam ne alios exemplo suo uanos ac desidiosos redderet, mādauit ecclesijs suis ne reciperēt eū. Sed postea correptus est Marcus, atq; dignus effectus ut eum Paulus adiutorē habere gauderet. Et hoc ē quod dicit: *Salutat uos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata*, ne scilicet cum reciperetis, sed nunc *si uenerit ad uos, excipite illum*, q̄a uidelicet bene correptus ē. *& Iesus* uos salutat, *qui dicitur Iustus*. i. cui ab euentu sanctitatis suæ datum ē hoc agnomen quod ē Iustus. *qui* scilicet Marcus & Iustus, *sunt ex circumcisione*. i. ex genere Iudæorum. *Hi soli sunt adiutores mei in regno dei*, id ē, in ꝓdicatione euangelij, de qua dñs Iudæis ait: Auferetur à uobis regnum dei, & dabit genti faciēti fructus eius. Vel in regno dei. i. in ecclesia ædificāda, de qua idē dñs ait, Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. *Qui* uidelicet adiutores, *fuerunt mihi solatio* in tribulatione mea.

Salutat uos Epaphras, qui ex uobis ē, seruus Chīi Iesu, semp solicitus pro uobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni uoluntate dei. Testimoniū em illi perhibeo, quod habet multum laborem pro uobis, & pro his qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli.

¶Iste sanctus Epaphras, de quo in principio epistolæ huius dictum ē, Cognouistis gram dei in ueritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo cōseruo nro, qui ē fidelis pro uobis minister Iesu Chīi. Quia ergo ꝓdicauerat eis gram dei, idcirco solicitus precibus deū semper exorabat, ut ipsi in eadē gratia permanerent, ne labor eius fieret uacuus. Corporali em præsentia illinc abierat, & propterea deo q̄ nusquā deest, illos cōmendabat. Et hoc ē: *Salutat uos Epaphras, qui est ex uobis* originē ducēs, *& ē seruus Christi Iesu*. i. seruiens mādatis euāgelicis. ipse dico *semp solicitus pro uobis in orationibus*. i. semp solicite & attente orans pro uestra salute, *ut* scilicet *stetis*. i. pseueretis. Vnde dictum ē de diabolo, In ueritate nō stetit, quia fuit ibi, sed nō perstitit. Et uos estis in religione Christiana, ideoq; præcat Epaphras ut stetis, id ē, pmaneatis in ea. Stetis *p*fecti bona operatione, *& pleni* bona uolūtate. Perfecti exterius, & pleni interius, ne sit mēs intus uacua, cum perfecta foris apparuerint opera. Tales (inquam) stetis *in omni uoluntate dei*. i. in obseruātia omnis diuinæ uoluntatis, ut scilicet omnē dei uo-

Iuntatem perseueranter impleatis. Hoc ille uobis à deo concedi ꝓcatur, sine cuius gratia nihil potestis. Nam ego *testimonium illi perhibeo, quod multū laborat* orando & uigilando *pro uobis*. i. pro ūra salute, *& pro his qui sunt Laodiceæ*, quæ est urbs uobis proxima, *& pro* illis *qui* sunt *Hierapoli*, quæ & ipsa ē ciuitas non procul à uobis posita.

Salutat uos Lucas medicus charissimus & Demas.

¶Lucas iste primo fuit medicus corporum, deinde cōuersus ad Chīm, factus ē medicꝰ animarū. Inde ē quod plus q̄ alij euangelistæ, loquit̄ de misericordijs redemptoris, p quas languores peccatorū ab anima bꝰ pelluntur, & sacerdotis personā in Chīo describit, interuenientis pro peccatis totius mundi.

Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nympham, & quæ in domo eius ē, ecclesiā. Et cum lecta apud uos fuerit epistola hæc, facite ut & in Laodicensium ecclesia legatur: & ea quę Laodicensiū est, uobis legatur.

¶Prædicti sancti uos salutant. Vos aūt *salutate* uicinos uobis *fratres qui sunt Laodiceæ*, & inter eos specialiter & nominatim *salutate Nympham* illam matronā religiosam, *& ecclesiam quæ est in domo eius*. i. familiā eius, uel multitudinē fidelium apud eam congregatoꝝ, quos ipsa hospitat̄ & pascit. *Et cum apud uos lecta fuerit hæc epistola, facite ut & in Laodicensium ecclesia legatur*. i. curate in cōuentu Laodicēsiū recitari: q̄a & propt̄ eos secundarie scripta ē, sicut propt̄ uos principaliter. & ea similiter epistola, *quæ Laodicensiū est*. i. quam ego Laodicensibus misi, *legatur uobis*. quāuis & hanc epistolā quintam decimā, uel sextādecimam Apostolus scripserit, & autoritas eā apostolica sicut cæteras firmauit, sancta tū ecclesia nō amplius q̄ quatuordecim tenet, ut ex ipso epistolarū numero oūderet, qđ doctor egregius, legis & euāgelij secreta rimatus esset. Quatuordecim q̄ppe, quatuor & decē sunt: & quatuor significāt nouū testamentū, propt̄ quatuor libros euāgelij: decem aūt uetus instrumentū, propter decalogum legis. Ex ipso itaque numero uoluit ecclesia sancta demonstrare, oēm sapientiā uel perfectionē ueteris ac noui testamenti, breuit̄ in his epistolis cōprehendi: ideoq; numerum qui hæc significabat, excedere noluit.

Et dicite Archippo: Vide ministeriū quod accepisti in dño, ut illud impleas.

¶Dicite (inq;) *Archippo* episcopo uīo à nīa parte: *Vide ministeriū quod accepisti* i. attēde & cōsidera q̄le opus suscepisti, *in domino*. i. in dñi gra, uel in his q̄ dñi sunt. Noli cæcus esse, noli oculos auertere ab officio ministerij tui. i. ab actiōe episcopatus tui, sed uide solicita cōsideratione quale ministerium suscepisti, *ut* strenue *illud impleas*, non ociose uacuum teneas. Archippum præpositum eorum per

Universidad de Deusto
Biblioteca

A eos commonet, ut qui regendam ecclesiam eos accepit, sit solicitus de eis. Plebis causa scribitur epistola, & ideo non ad rectorem dirigitur. Vel quia ipse tepide agebat cum pseudo apostolis, id circo Apostolus non per se, sed ad maiorem confusionem per subditos suos, quasi pluris illos faciens, admonet eum.

Salutatio mea manu Pauli. Memores estote uinculorum meorum. Gratia uobiscum, Amen.

Salutatio (inquit) *mea* scripta in *manu Pauli*. i. manu propria, ut ex subscriptione mea sciatis epistolam a me missam. *Memores estote uinculorũ meorum.* Memoriam uinculoꝝ suoꝝ hortatur eos habere, siue ideo, ut eius exemplo informati, patientiã in tribulationibus habere discant; siue ut orent pro eo, ut citius absoluatur, & ad prædicandum liber discurrat; siue (quod minus est credendum) ut aliquid ei largiantur, in ipsis uinculis minus necessaria procurare ualenti. Deinde, *Gratia*, inquit, dñi sit *uobiscum*, ut ea cooperante ualeatis opera bona facere. Hucusq; protenditur epistola, quæ missa est ad Colossenses. Congruum autem uidetur, ut propter notitiam legentium subijciamus eam, q̃ B est ad Laodicenses directa, quam (ut diximus) in usu non habet ecclesia. Est ergo talis:

EPISTOLA PAVLI AD LAODICENSES, *ut nonnulli opinantur.*

PAulus apostolus nõ ab hominibꝰ, neq; p hoiem: sed p Iesum Christũ, fratribus q estis Laodiceæ, gra uobis & pax a deo patre nostro & dño Iesu Christo. Gras ago Christo per oẽm orationem meã q̃ permanentes estis & perseuerantes in operibꝰ bonis, promissionẽ expectãtes in die iudicij, neq; disturbent uos q̃rundã uaniloquia insimulantium ueritatẽ, ut uos auertãt a ueritate euãgelij, q̃d ad me prædicat. Et nunc faciet deus, ut q̃ sunt ex me, ad perfectũ ueritatis euãgelij sint deseruientes, & benignitatẽ operũ faciẽtes, q̃ sunt salutis uitæ æternæ. Et nũc palã sunt uincula mea, q̃ patior in Chro, in q̃bus lætor & gaudeo, & hoc mihi est ad salutẽ perpetuã, q̃ factũ est orationibꝰ uris, administrante spũ sctõ. Siue p uitam, siue p mortem, est mihi uiuere uita in Chro, & mori gaudiũ, & ipse in uobis faciet misericordiam suã, ut eandẽ dilectiõem habeatis & sitis unanimes. Ergo dilectissimi, ut audistis p̃senti am dñi, ita sentite, & facite in timore, & erit uobis uita in æternũ. Est em̃ deus, qui operat in uobis, et facite sine p̃tõ quæcunq; facitis. Et quod optimũ est dilectissimi, gaudete in dño Iesu Chro, & cauete oẽs sordes in omni lucro. Oẽs petitiones uræ sint palã apud deũ. Estote firmi in sensu Christi, et q̃ integra & uera & pudica & casta & iusta & amabilia sunt facite. Et q̃ audistis & accepistis, in corde retinete: & erit uobis pax. Salutate oẽs fratres in osculo sctõ. Salutant uos oẽs sancti. Gra dñi nri Iesu Christi cum spũ uestro, Amen. Hanc facite legi Colossensibus: & eam q̃ est Colossensiũ, uobis.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM PAVLI C *primam ad Thessalonicenses.*

THessalonica ẽ urbs nobilis in Macedonia, ad quã cum uenissent Paulus & Sylas, quoniam ibi erat synagoga Iudæorum, secundum consuetudinẽ suã Paulus introiuit ad eos, & per sabbata tria disserebat eis de scripturis. Et quidam ex eis crediderũt, & adiuncti sunt Paulo & Sylę, & de colentibus, id ẽ, proselytis gentilibusq; multitudo magna, & mulieres nobiles nõ paucę. Zelantes aũt Iudei assumentes q̃ de uulgo uiros quosdã malos, & turba facta, concitauerunt ciuitatẽ, & assistẽtes domui Iasonis, quærebant eos producere in populũ. Et cũ non inuenissent eos, trahebant Iasonẽ, & quosdã fratres ad principes ciuitatis, clamantes, q̃m hi sunt qui urbẽ concitant, & huc uenerũt, quos suscepit Iason, & hi oẽs contra decreta Cæsaris faciũt, regem aliũ dicentes esse Iesum. Concitauerunt aũt plebem & principes ciuitatis audientes hæc. Et accepta satisfactione a Iasone & a cæteris, dimiserunt eos. fratres uero confestim p̃ nocte dimiserunt Paulum & Silam Berrhœã. Taliter cõuersi sunt Thessalonicenses, & talia mox, p̃ fide parti cœperunt. Nã & post q̃ apostolos dimiserũt, multa, p̃ Christi nomine pertulerũt. Quorum constantiã Apostolus collaudans, scribit illis ab Athenis, & intendit exhortari illos, ut immobiles inter aduersa permaneant, ac semp in melius proficiant. Deinde errorẽ q̃rundã mortuos suos inconsolabiliter lugentiũ q̃si nõ amplius resurrecturos, corrigit, docens cõem resurrectionẽ neraciter ee futurã. Sed & in alijs pluribus uitã illorũ arq; mores instruit. Et quia ipsi ad obediendũ proni erant, ideo nõ ponit nomẽ autoritatis suę uel officij, sed ut pares admonet. Situanum aũt (id ẽ, Sillam) & Timotheũ ideirco se cõponit, qa in cõuersione eorũ fuerãt cũ illo participes laboris, uel q̃a nunc erant cum ipso Athenis. Et hanc epistolam (nisi fallor) primã omniũ scripsit. Non em̃ ante istam inuenio illum aliquid scripsisse. Sic autem inchoat. D

EPISTOLAE PAVLI PRIMAE AD THESSALONICENSES. *Caput I.*

PAVLVS & Siluanus & Timotheus, ecclesię Thessalonicensiũ in deo patre & dño Iesu Christo: Gratia uobis & pax.

¶ *Paulus* & duo socij eius *Siluanus & Timotheus* mittunt hanc epistolam *ecclesiæ Thessalonicensium*. Iudæorum proprie synagoga dici solet, quamuis & ecclesia dicta sit. Nostram uero apostoli nunq; synagogã dixerũt, sed semp ecclesiã, siue discernẽdi causa, siue q̃d inter congregationẽ, unde synagoga, & conuocationem, unde ecclesia nomen accipit, distet aliquid, quod scilicet pecora congregari solent, quoꝝ & greges proprie dicimus: conuocari aũt magis ẽ utentiũ ratione, sicut hominum. Paulus & socij eius dirigunt has literas ecclesiæ Thessalonicensiũ, consistente *in deo patre & domino Iesu Christo*, id est, in fide & charitate patris & filij, subintelligitur & spiritus sancti, quo unctus ẽ Christus. Vel in deo patre & filio mittit Paulus & socij eius hanc epistolam. *Gratia* (inquit) *& pax* sit *uobis*. Bene primo gratiam dicit, deinde pacem nominat: quia sine gratia dei ad pacem reconciliatio

A nis peruenire non possumus, imo nihil pacificum nisi p̃ gratiam eius habere ualemus. Gratia em̃ gratis datur sine præcedentibus meritis, & per hanc dum culpas remittit, accedimus ad pacem reconciliationis. Potest & ita intelligi: Gratia & pax a deo sit uobis, ut qui hũana gratia & seculari pace priuari estis, apud deum gratiam & pacem habeatis.

Gras agimus deo sp̃ pro oĩbus uobis, memoriã uestri faciẽtes in orationibus nr̃is sine intermissiõe, memores opis fidei uestrę & laboris & charitatis & sustinentię spei dñi nostri Iesu Chri, ante deũ & p̃rem nostrũ, sciẽtes fratres dilecti a deo electionem uestrã, quia euãgelium nostrũ nõ fuit ad uos in sermone tm̃, sed in uirtute & in spũ sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis, quales fuerimus in uobis propter uos.

¶ Solito more incipit a gratiarũ actiõe, qa multam dei gratiã in his uidet refulgere. Et idcirco deum primo laudat, q̃ dedit eis gratiã, deinde ipsos qui fide & opibus secuti sunt eũ. Ac si dicat: Tene te q̃ tenetis, agite quæ agitis, q̃m talia sunt ut pro eis deo gras agamus. *Agimus* em̃ *gratias* & laudes *deo* non ad horam, sed *semp pro omnibus uobis*. maioribus & mediis & minoribus, uel uiris & mulieribus, quia gratiã quã uobis primo contulit, adhuc in uobis conseruat & augmẽtat. Ab ipso em̃ sunt oĩa bona quæ habetis, & ideo gratias illi pro his referim9. Nã dico, *facientes memoriam uestri in orationibus nostris*, & hoc *sine intermissione*, id est, nunc̃p intermittim9 facere memoriã uestri, quotiescũq; oramus. Non sumus *memores operis fidei uestræ*, id est, q̃o fides uestra non est otiosa, sed sp̃ bonum opus agit, & ideo libenter pro uobis oram9. Memores (inq̃) sumus operis uestri *& laboris*, quẽ in ipso opere ducitis, id ẽ, mente retinemus, q̃o bñ operãtes laboratis. *& charitatis*, id est, fraternæ dilectionis, quã bonis operibus oñditis. Vel laboris tolerantiæ aduersitatũ, & charitatis qua inimicos diligitis. *& sustinentiæ*. i. expectationis *spei domini nostri Iesu Christi*: q̃m bona facientes & mala patiẽtes, expectatis longanimiter supernum illud prẽmiũ, quod a Christo speratis accipere cum uenerit. Et hæc oĩa facitis *ante deũ*, quia in his nõ humanos fauores appetitis, sed omniporẽtis dei præsentiæ intenditis. Præsentem enim dominum adesse cogitatis, & uos ante conspectum eius omnia facere cõsideratis. Vel nos sum9 memores uestri in orationibus ante deũ. Ante deum, qui nos creauit: *& patrem nostrũ*, qui nos adoptauit. Ita sumus memores uestri, *scientes electionem uestram*, id ẽ, sciẽtes uos esse electos, & ad æternam uitam prædestinatos, o *fratres dilecti a deo*. i. quos deus diligit, quia paternis flagellis uos ad ẽternam hæreditatem erudit. Quem enim diligit dominus, corripit: & flagellat oẽm filium quẽ recipit. Vel memores sumus uri, B

scientes electionem uram, id ẽ, sciẽtes quomodo deus per doctrinam nr̃am uos elegit de multitudine cæteroꝝ, qui sunt in infidelitate relicti. Vere deus prædicantibus nobis uos elegit, tangens interius corda ura dono sancti spũs: *quia euangeliũ nostrũ*. i. p̃dicatio nostra *non fuit ad uos in sermone tantummodo, sed etiam in uirtute* operis uel in uirtute miraculorũ, *& in spiritu sancto*, quia per impositionẽ manuũ nostraꝝ dabat uobis spũs sanctus: *& in plenitudine multa*, quia plenarie uos instruximus, & spiritalibus gratijs actore deo repleuimus. & copiose in uobis talia operati sumus: *sicut* uos ipsi *scitis* & testes estis, *quales*. i. q̃ religiosi & mirifici *fuerimus in uobis propter uos* conuertendos & instruendos, ut non solum ratione uerboꝝ, sed & exemplo operum nostroꝝ uos informaremus. C

Et uos imitatores nr̃i facti estis & dñi, excipiẽtes uerbũ in tribulatione multa cũ gaudio spũs sc̃ti, ita ut facti sitis forma oĩbus credẽtibus ĩ Macedonia & ĩ Achaia. A uobis em̃ diffamatus ẽ sermo dñi nõ solũ in Macedonia & in Achaia, sed & in oẽm locũ fides ura, q̃ est ad deũ, p̃fecta ẽ, ita ut nõ sit nobis necesse quicq̃ log. Ipsi em̃ de nobis annũciãt, q̃lẽ introitũ habuerimus ad uos, & D q̃o conuersi estis ad deũ a simulacris, seruire deo uiuo & uero, & expectare filiũ eius de cęlis (quẽ suscitauit ex mortuis) Iesũ, q̃ eripuit nos ab ira uẽtura.

¶ Ipsi scitis quales fuerimus uobis propter uos informandos. *Et uos facti estis imitatores nostri. &* q̃d ẽ amplius, imitatores *domini, excipientes uerbũ* nr̃æ prædicatiõis *in multa tribulatione* uestra uel nostra *cũ gaudio spiritus sancti*. i. quod uobis spũs sanctus de spe cælestis mercedis inspirauit. Et p̃pterea non immerito supradiximus nos scire electionem uestrã. i. uos esse de electis dei, qa nõ estis palea, sed grana. Non solum em̃ nr̃i, sed & Chri imitatores facti estis, dum nulla uos tribulatio a susceptione uerbi cælestis reuocare ualeret, sed potius gaudere tis in tribulationibꝰ p̃ uerbo. Nam excepistis illud, i. ex oĩbus uel extra oĩa reuerenter susce pistis in tribulatiõe multa, quæ uobis propẽ uerbũ est illata. Et licet tribulationes pferret ura caro, animus tamẽ gaudebat in spũ sancto. Et in his dñm atq; nos imitati estis, *ita ut facti sitis forma*. i. exemplum permanẽdi cõstanter in fide inter aduersa, *omnibus credentibus* qui sunt *in Macedonia & in Achaia*. Et ideo uos q̃ tot alijs exemplũ fidei & patientiæ facti estis, uidete ne deficiatis, sed semper robustiores in Chro p̃duretis. Vere forma facti estis multis, nã effectus hoc indicat. Nã *sermo domini*. i. dñicę p̃dicationis egrediẽs *a uobis, diffamatus est non solũ in Macedonia & in Achaia, sed & in omnem locũ* uobis affinẽ in circuitu *profecta est*. i. transiuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A audita *fides uestra quæ est ad deum* se extendens Et *ita* peruulgata est apud oēs, *ut non sit nobis necesse quic-quam loqui* de uobis ad cōmendandum aliqs bonā uitam uram, ut eos ad fidē & religiosam conuersationem exēplo uri prouocem9. Vere non est necesse nobis ut nos loquamur. nam ipsi loquūntur. Ipsi *enim* qui in circuitu degunt, *annunciant de nobis*, id est, narrant aliq aliqs, *qualem introitū habuerimus ad uos*. i. quanta uirtute miraculoq & abundātia spiritaliū bonoq accesserim9 ad uos cōuertēdos. & *quō*. i. q facile aut q deuote *conuersi estis ad deum*, & q facile doctrina nra introierit ad corda uestra. Conuersi estis ad deū *a simulacris*. i. ad cultū dei à cultura idoloq, *seruire*. i. ut seruatis *deo*, non morbuo & falso, sicut est Iupiter uel Hercules & cæteri quos ex mortuis hoibus pagani deos constituerunt: sed *uiuo & uero*, qa naturaliter deus est. *& expectare*. i. ut bñ operantes expectetis lōganimiter sine murmuratioue pijs desiderijs *filium eius* Iesum *de cælis* uenturq reddere mercedem seruis suis, *quē* pater *suscitauit ex mortuis*: & *qui* filius ideo est expectandus à nobis remunerator, quia delendo peccata nostra *eripuit nos ab ira uentura*, ab animaduersione futuræ ultionis. Ira enim dei nō perturbatio est, sed iudiciū quo irrogatur pœna pro peccatis.

CAPVT II.

B NAm ipsi scitis fratres introitū nostrū ad uos, qa nō inanis fuit: sed
Actu.17 ante passi multa, & contumelijs affecti
Actu.16. (sicut scitis) in Philippis, fiduciā habuimus in deo nro loq ád uos euāgeliū dei in multa solicitudine. Exhortatio enim nra nō de errore, neq de immunditia, neq in dolo: sed sicut probati sumus a deo, ut crederet nobis euangeliū, ita loquimur, nō quasi hominibus placētes, sed deo qui probat corda nostra.

¶ Alij nunciant qualem *introitū* habuerim9 *ad uos. nam* uos *ipsi fratres scitis* eū qualis fuerit, quia. s. non fuit inanis. i. infructuosus & leuis: *sed ante* q ad uos uenirem9, *passi* sumus *multa & contumelijs affecti* sumus *in Philippis*. i. in urbe Philippēsiū, de qua migrauim9 ad uos. Ibi em ego & Silas ad iudices cōtumeliose tracti sumus, ita ut tunicæ nræ scinderent, & publice uirgis cæsi atq in carcere trusi, & ligno pedes cōstricti. Hæc & alia passi sum9 in Philippis, anteq ad uos accederemus, *sicut* & uos *scitis*. Et patientia talium afflictionū uel iniuriarū confortati, *habuimus fiduciam* & audaciam nō in uiribus nostris, sed *in deo nostro*, id est, in eius uirtute & potentia *loqui ad uos*, id est, prædicare *euangeliū dei in multa solicitudine*, ne scilicet priusquā uos bñ instruerem, ab infidelibus impediret. & tamen fiducialiter & audacter locuti sumus uobis, quia ex *hortatio nostra non* est *de errore*, ut aliquem errorem cuiuslibet prauæ sectæ suadeamus: *neque de immunditia*, ut immundā uitam in carnis pollutione exC hortemur: *neque in dolo*, quando nō pro amore ueritatis & utilitate audientium prædicatur, uelut aliud in ore, aliud in corde habeamus, sed ut gloria uel aliquod lucrū adquiratur. Exhortatio nostra non est de errore, quia non exhortamur aliquem ut erret in ueritate: neq de immunditia, qa nemini suadem9 ut seipsum maculet: neq in dolo, quia fraudulentā simulationē in uerbis non habemus: *sed sicut probati*. i. probi habiti sumus *a Deo ut crederetur*. i. cōmitteretur *nobis euangeliū ita loquimur*, hoc ē, sicut illi quos approbauit & elegit nō errorem, uel p immunditiam, uel p dolum, sed p ueritatem fidei & munditiam uitæ ac simplicitatem cordis, sic prædicam9 aliqs euangelium, *non quasi hominibus placentes*. i. nō sicut illi qui fauorem hoim appetunt, *sed* Deo placere studentes, *qui probat*, id est, scrutatur & inspicit *corda nostra* & cogitationum secreta Ipse enim qui occulta cordiū rimatur, nouit quia nō hoibus, sed illi placere q̄rimus. Et si hominib9 placere q̄rimus, hoc nō propter nos, sed propter ipsorum salutem agimus.

Neq enim aliqñ fuimus in sermone
D adulatiōis, sicut scitis: neq in occasione auaritiæ, deus testis est: nec q̄rentes ab hoibus gloriā, neq a uobis, neq ab alijs, cum possemus oneri uobis esse ut Christi apostoli: sed facti sum9 paruuli in medio uīm, tanq si nutrix foueat filios suos. Ita desiderantes uos cupide, uolebamus tradere uobis nō solū euangelium dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis.

¶ Vere non sumus ex prædicatione quærentes placere hominibus, sed deo: *Neque enim fuimus aliquando*, id est, unquā in *sermone adulationis*, ut p adulatoria uerba placeremus hominibus, palpando uitia eorum siue laudando, *sicut scitis*: *neque* fuimus *in occasione auaritiæ*, id est, non prædicauimus ea intentione uel occasione, ut res uestras nobis congregaremus, & inde nobis *Deus est testis*, qui nouit arcana pectoris. *nec* fuimus aliquando *quærentes ab hominibus gloriam*: & hoc ostendo per partes hominum, quia *neque a uobis, neque ab alijs*. Quas ui res nocendi habeat humanæ gloriæ amor, nō sentit nisi qui ei bellum indixerit. Quia etsi cuiquam facile est, laudem non cupere dum negatur: difficile tamē est, in ea nō delectari cum offertur. Iustus autem quisque aut tantum temporalem gloriam non habet, aut hanc sub semetipso frangit, si habet, ut honori suo liber eminear, ne ei iustus delectatione succumbat. A uobis (inquam) nō quæsiuimus aliquid tertenū, *cum* tamē *possemus uobis onerosi esse*. i. uos grauare exigēdo á uobis stipendia *ut cæteri apostoli Christi* exigūt uel accipiūt ab auditoribus suis. Nos nec rebus uestris pasci, nec laudibus uestris magnificari quæsiuimus: sed facti sumus paruuli *in medio uestrum*, id ē, apostolatus nostri gloriam añ oculos uestros humiliauimus, & magnitudinem nri sensus ad paruitatē uestræ capacitatis inclinauimus, *tanquam si nutrix foueat filios suos*, quæ sedet in terra, & tenet in gremio filios ac lacte nutrit, & blandiens consolatur, atq balbutiendo informat ad loquendū. Sic em propē uos humiliati sumus, & materno affectu uos in sinu pietatis patienter fouendo portauimus, & lacte inchoationis potauimus, atq blanditijs p missos cœlestium uos cōsolati sumus, & de humanitate Christi uobis quasi balbutiuimus, ut ad loquendū uerbū diuinitatis eius uos instrueremus. Sunt nutrices fouentes quidem, sed nō filios suos. Apostolus uero germano & pingui affectu charitatis & nutricis personam suscipere uidet, dicendo foueat: & matris: addendo filios suos. Et nutrici ergo se cōparauit, qa lebat: & filios suos addidit,
Galat.4. qa pepererat, dicens: Filioli mei, q̄s iterq parturio.
D Assimilati (inqt) sumus nutrici, pprios natos alēti: quia *ita desiderantes uos cupide*, sicut nutrix desiderat filios suos, *uolebamus tradere uobis non solū euangeliū dei, sed etiam animas nostras*, id ē, non solum p dicationem ueritatis, sed etiā totā uitā nostram expendere in salute ura. & hoc ideo, *qa facti estis charissimi nobis* propter meritū uitæ sanctitatis, quam ab exordio uitæ conuersionis protinus arripuistis.

Memores em estis fratres laboris nri
& fatigatiōis: nocte & die operantes, ne quem uestrum grauaremus, prędicauimus in uobis euangelium dei. Vos testes estis & deus, q̄ sancte et iuste et sine querela uobis q credidistis, fuimus, sicut scitis, q̄liter unumquemq uestrū tanq pater filios suos, depcantes uos & consolantes testificati sumus, ut ambularetis digne deo, qui uocauit uos in suū regnū et gloriā. Ideo et nos gras agimus deo sine intermissione, qm cum accepissetis a nobis uerbū auditus dei, accepistis illud non ut uerbū hominū, sed sicut ē uere uerbum dei, q operatur in uobis, qui credidistis in ipsum.

¶ Vere facti sumus paruuli uobis ut nutrix, quia humiliati sumus in labore, sicut nostis. Vel ita: Vere ām nostras parati eramus tradere uobis, sicut effectus opeq nostroq indicabat, qa incessanter laborabamus p utilitate uestra, quemadmodū recordamini. *Memores enim estis o fratres laboris nostri*, quē apud uos habuimus, *& fatigationis*. Est plerūque labor sine fatigatione, sed labor noster non fuit talis, & nō fuit leuis & momentaneus, sed gratuis & cōtinuus. A fidue em & in prædicatiōe, et in manuū ope laborauimus, & ideo p nimietate iugis laboris fatigabamur, nec tñ deficiebamus.

Nā *nocte & die operantes* manib9 nris, unde uictū
C haberemus, *ne quē uestrū*. i. ex uobis *grauaremus* accipientes ab eo stipendiū, *prædicauimus in uobis euāgeliū dei*, ut exemplo nro uos informaremus ad laborandū manib9 pprijs, unde uiuatis & indigentib9 ministretis, atq falsos apostolos uestri seruiētes repellatis. Nam *uos estis testes* nobis & ipse *deus* qui nouit oīa, q̄ *sancte*, quantū ad puritatem mundissimæ conuersatiōis, fuerimus uobis: & q̄ *iuste*, quantū ad æquitatem erga pximos seruandā, faciendo debita: & q̄ *sine querela*, id ē, q̄ innocenter & irreprehensibiliter *uobis fuimus qui credidistis*: qa nihil fecimus uobis, unde possetis cōqueri de nobis *sicut scitis*, uel sine querela fuimus uobis, quia nūq̄ questi sumus de uobis, dum imbecillitatē uram portaremus. Taliter fuimus cōuersantes uobis. i. ad utilitatē uram. Sicut scitis, i. ita hæc scitis, sicut & alia quæ subiungimus, scilicet *qualiter* monebamus amicabiliter *unumquemq uestrū* tanto affectu, *tanq si pater filios suos* instruat. nos dico, *deprecantes uos*, ut in melius proficeretis: & *consolantes* in tribulationib9, ne deficeretis. Et hęc facientes, *testificati sumus*, id ē, sub testimonio diuinæ maiestatis uel
D sanctoq uos adiuraumus, *ut ambularetis* in uia recta, proficiendo & ad cæleste patriam tendendo. ambularetis (inquām) *digne deo*. i. per uiam quæ esset digna perducere ad deū, uel sicut dignū est electos dei ambulare. *qui uocauit uos in regnū suū* & gloriā, ut p iter uirtutū festinetis ad eū, quatenus in regno eius & in gloria eius perenniē cū eo maneatis. Vel in regnū suū. i. in præsentē ecclesiā uos uocauit, & post in gloriā suā. i. in angeloq societatē. Et qa uos ad tantā beatitudinem uocauit, uosq libenter sequi uocantē cognistis, *ideo* non solū uos, sed & *nos agimus sine intermissione gratias deo*, qui hoc fecit in uobis p gram suæ aspiratiōis, *quoniam cū accepissetis a nobis uerbū auditus dei*, id ē, euāgelium in q audistis notitiā dei, *accepistis illud non ut uerbū hominum*, id ē, nō inutiliter & negligenter sicut uerba hominū solent accipi, uel non ut uerbū hominū, id est, quasi à sapientibus esset *sed sicut est uere uerbū dei*, id est, ita reuerenter & honorifice, sicut illud q̄d reuera locutus est deus. Quod effectus indicat, quia ipse deus *operatur* quotidie bona opera *in uobis, qui credidistis*, tendētes *in ipsum* p fidē & desideria. Gratias (inqt) agimus deo sine intermissione, quoniā cum accepisseus &c. Quid est quod hic deo gratias agit? Nempe uanum est atque inane, si cui gratias agit pro hoc quod ipse non fecit. Sed quia hoc uanum & inane non est, profecto deus, cui de hoc opere gratias agit, ipse fecit, ut qui percepissent ab Apostolo uerbum auditus dei, exciperent illud nō ut uerbū hoim, sed sicut est uere uerbū dei. Dicit igitur: Operatur in eo rdib9 hominū uocatione illa secundum propositum suum, ut non inaniter audiant euangelium, sed eo audito conuertant & credant, excipientes non ut uerbū hominū, sed ut uerbum dei sicut & uere ē. Hucusq multa dixit contra pseudo apostolos, significans in eis esse cuncta uitia, quę in se & socijs suis esse denegauit, ac deesse illis oīa uir

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tutũ bona, quæ in se & comitibus suis esse demõstrauit. Iam uero ne Thessalonicenses pro sua uel apostolorũ tribulatione moueantur, subiungit:

Vos em̃ imitatores facti estis fratres ecclesiarũ dei, q̃ sunt in Iudæa in Chro Iesu, quia eadẽ passi estis & uos a cõtribulibus uestris, sicut & ipsi a Iudæis. Qui & dñm occiderunt Iesum & pphetas, & nos psecuti sunt, & deo nõ placẽt, & oĩbus hominibus aduersantur, phibẽtes nos gẽtibus loq ut saluæ fiant, ut impleãt peccata sua semp. Peruenit enim ira dei sup illos usque in finem.

¶ Contra falsos apostolos latenter fuerat locutus ut eos nõ susciperent, nunc cõtra Iudæos manifeste loquit ut eos nõ metuant. Vere (inquit) in ipsum credidistis, quia *uos estis facti imitatores ecclesiarũ dei, quæ sunt in Iudæa*. i. in terra Iudæorũ, *in Christo Iesu*. i. in institutiõe ipsius Chri. i n hoc estis imitatores, *quia eadem passi estis & uos*, quæ passæ sunt & illæ ecclesiæ. Passi (inq̃) estis *a contribulibus uestris* .i. ab illis de quorũ tribubus originem ducebaris, *sicut & ipsi a Iudæis*. Ciues em̃ & amici uel cõsanguinei uĩ uos psecuti sunt, sicut & illos sui. Nec mirũ si Iudæi more suo fideles persequunt, *qui & ipsum* saluatorẽ *dominũ Iesum occiderunt & prophetas* antea, Actuũ. 7. qui p̃nunciabãt eũ: *& nos* apostolos postea *psecuti sunt*, qui p̃nunciabamus illis eũ aduenisse, & ideo ne miremini, sed patienter sustinete, si & uos psequunt, qui semp persecuti sunt, & licet æmulatione legis hæc facere uideant, *deo tñ non placent*, cuius gr̃am impugnãt. Nec tantũ deo rebelles sunt, sed *& omnibus hominibus*. i. saluti omniũ hominũ *aduersantur, prohibentes* inquantũ prævalent, *nos loq*. i. ne loquamur uerbũ dei *gentibus ut* credãt & *saluæ fiant*: & ita hostes sunt oĩbus, dum conant facere ut uerbũ salutis p nos ad neminẽ ueniat, sed oẽs in pditiõe relinquant. Et hoc ex more faciũt, *ut impleant peccata sua semp*. i. peccata peccatis incessanter accumulãt usq; ad consummatã plenitudinem, qñ p his mittent in gehennã. Ideo aũt semp Mat. 23. peccata sua implent, quia ira dei ut excæcarent, puenit super illos. i. iam olim effusa ẽ super corda illorũ, ex q̃ reprobauerũt saluatorẽ qui missus eis fuerat. Quando em̃ patres eorũ dixerũt, Sanguis Matt. 27 eius super nos & super filios nostros, tunc peruenit ira dei super illos, & durabit usque in finem, qñ prædicãte Elia recipient gr̃am. Vel ita: Vt impleãt peccata sua semp. Quadraginta enim annos post passionẽ dñi dedit deus iudæis ad pœnitentiã: illis transactis, cũ credere nollent, cõplera sunt peccata eorũ, ut p his perire deberẽt. Quãdo aũt hoc dixit Apostolus, stabat Ierusalẽ, nec erãt peccata eorũ adhuc completa, sed cõplera sunt uenienti bus Romanis. unde subdit: *Peruenit enim*, id est, antequam resipiscerent uenit, antequam putarent

A uenit *ira dei super illos*, opptimens eos. Ira dei est ultio quæ per Romanos facta est, quæ ira perdurat super illos captiuos *usq; in finem seculi*. uel hæc temporalis ira idcirco dr̃ puenisse sup illos captiuos, quia sequit̃ æterna, cum sine fine post hanc uiram puniunt̃ in inferno. Peruenit ira præsentis ultiõis, perdurãs super illos usq; in finem: sequitur ira futuræ damnationis, perdurans sine fine.

Nos aũt fratres desolati a uobis ad tẽpus horæ, aspectu, nõ corde, abundãtius festinauim9, faciẽ uram uidere cum multo desiderio, qm̃ uoluimus uenire ad uos, ego quidẽ Paulus & semel & iterũ, sed impediuit nos satanas. Quæ est em̃ nostra spes aut gaudiũ, aut corona gloriæ? Nõne uos ante dñm nostrũ Iesum Christum estis in aduẽtu eius? uos enim estis gloria nostra & gaudium.

¶ Vos multa passi estis ã ciuib9 uestris, sed *nos o fratres desolati*. i. sine consolatione facti sumus *a uob̃is*. Desolatos nos fecistis tristitia, quã habuim9 de tribulationib9 uestris, anteq; sciremus constantiã fidei uræ. Desolati sumus *ad tempus horæ*, qm̃ horaria, & non diuturna fuit uel erit hæc nra desolatio. Desolati (inquã) sum9 ore, quia non possum9 uobis præsentialiter loqui; *& aspectu*, quia non uidemus faciẽ uram, *non corde*, quia cor nostrũ uos sp intuet, & est uobiscũ. Os & aspectus cessat, sed cor & solicitudo non quiescit. Nos ita desolati, *festinauimus abundãtius*. i. multo magis accelerauim9, *uidere faciem uestram*, ne sit immutata. i. ne forte defecerãtis in tribulationibus, quas passi estis à ciuibus uestris. Festinauimus (inquã) uidere faciẽ uestram. i. uos uidere facie ad faciem, uidere præsentiam uram *cum multo desiderio* exhortandi uos, & ad constantiã perseuerantiæ festinauim9 quidem, sed q̃ festinabamus, implere nequiuimus. *Quoniã uoluimus* quidẽ oẽs *uenire ad uos*, sed nõ potuimus. *ego quidem Paulus*, qui plus alijs curro & deuotior sum, *uolui & semel & iterũ* ad uos uenire, *sed* nõ potui, quia *impediuit nos satanas*, q̃ interpretat̃ aduersarius. i. diabolꝰ qui saluti sp hominum aduersat̃, opposuit nobis impedimenta. Ideo magis cuigilate aduersus insidias eius, ne & iter uestrum, per quod ad cælestem patriam reditis, impediat. Nequaquam per semetipsum satanas præpedire uastanti apostoli potuit, sed occultæ dispensatiõnis nutibus dum aduersaretur, nesciens deseruit, ut nimirum Paulus dum ad alios uellet accedere, nec ualeret, eis à quibus recedere non poterat, prodesset. Ideo (inquit) uoluimus ad uos uenire, & ideo satanas obstitit, quia *quæ est spes nostra* nisi uos? id est, pro qua re nunc speram9 quod in futuro mercedem accepturi sumus, nisi pro uobis? *aut* quod est *gaudium* nostrum? id est, unde nunc et in futuro gaudemus, nisi de sanctitate uestra? *aut* quæ est nostra *corona gloriæ*, q̃ uictoribus dabitur,

A nisi uos? *Nonne uos* nobis hoc *estis ante dominũ nostrũ Iesum Christũ* (.i. ante tribunal summi iudicis) *in aduentu eius*? Quia ante iustum iudicem nimirũ gloriam tunc inueniem9, quam nunc in uestris moribus studio p̃dicationis exquirim9, & propter bonam cõuersatiõem uestram nro labore præparatam coronabimur. Vere tũc eritis nobis corona gloriæ quia & mõ *estis uos gloria nostra* apud ecclesias, *& gaudiũ* apud nos. Gloriamur em̃ apud alios de profectu uræ fidei & sanctitatis, & gaudemus in cordib9 nr̃is. Sed & in futuro seculo eritis nobis æterna gloria & perenne gaudium.

CAPVT III.

PRopter q̃ nõ sustinẽtes amplius, placuit nobis remanere Athenis solos, & misimus Timotheũ fratrẽ nr̃m & ministrũ dei in euang. Chr̃i ad cõfirmãdos uos & exhortandos p fide uĩa, ut nemo moueat̃ in tribulatiõib9 istis. Ipsi em̃ scitis q̃ in hoc positi sum9. Nã & cũ apud uos essemus, prædicebamus uobis passuros nos tribulationes, sicut & factũ est, & scitis. Propterea & ego amplius nõ sustinẽs, misi ad cognoscẽ- B dam fidem uestram, ne forte tentauerit uos is qui tẽtat, & inanis fiat labor nr̃.

¶ Dixi quia desolati sum9 à uobis, qui estis gloria nr̃a. *Propter q̃*, ego & Siluanus *non sustinentes amplius*, quia graue põdus erat nobis, dũ nesciremus quid ageretis, *placuit nobis* duobus *remanere solos Athenis, & misimus* ad uos *Timotheũ*, qui uos in ppositũ uĩo confirmaret, & nobis certitudinẽ de uobis referret. Nõ mõ cum hac epistola misert eũ, sed antea. Alioquin nõ cũ eis salutasset eos in postremo. Misim9 Timotheum, qui ueraciter suscipiendus est & audiendus, quia est frater noster. i. habens partem in cælis nobiscũ, & est minister dei in euangelio .i. ministrãs fidelib9 ea quæ dei sunt in prædicatiõe euangelij. Hunc misimus *ad confirmãdos uos*, ut in his staretis in quib9 eratis: *& exhortandos*, ut ad meliora proficeretis. Misimus eum confortare uos & exhortari *pro fide uestra* tenẽda & defendenda, *ut nemo* uĩm *moueatur* à constantia Thess. 3 fidei *in tribulationibus istis*, q̃s & nos & uos ad tẽpus in exilio præsentis seculi toleram9. Nec debetis in his ab intẽtione uestra moueri, q̃a uos ipsi scitis q̃ in hoc positi sum9, ut aduersa temporaliter sustineamus. Hinc est q̃ per Ieremiã de antiquo hoste dicit electorũ populus. Posuit me q̃si signum ad sagittã. Fidelis enim populus quasi lignum ad sagittã hosti suo est positꝰ, quia sp uelut sagittis impetit, dum eius psecutionibus afflgitur. Qui em̃ in hac uita assidua mala tolerat, q̃si in signũ positis, sagittas suscipit feriẽtis. Vñ nunc recte p̃dicator egregius cũ psecutionũ mala toleraret, atq; sub psecutore de aduersario gemeret,

tenerã discipulorũ mentẽ suis afflictionib9 consolãs, ait: *ipsi enim scitis q̃ in hoc positi sumus*. Ac si aperte dicat: Quid in hoc tempore uulnera nostra miramini, qui si æterna gaudia q̃rimus, huc ad hoc uenimus ut feriamur? Hoc, inquit, scitis. *Nam* non tm̃ absentes hoc dicim9, sed *& cũ essemus* prẽsentes *apud uos, prædicebamus* & prænũciabamus *uobis passuros nos tribulationes*. i. quia tribulationes passuri eramus, *sicut & factũ est* postea, *& uos ipsi scitis*, quia experimento in uobisipsis hoc pbatis. Et sicut nos præsciuimus tribulationes nos fore passuros, nec fugim9, ita uos qui scitis q̃ in hoc positi sum9, no lite moueri, sed immobiles in proposito uĩo pdurate, patienter oĩa tolerantes. Et quia nos prædictas tribulatiões iam passi sum9, *propterea* ne uos pro nostris tribulationibus terreamini, etiã misi ad uos *ego amplius non sustinens* me esse incertum de uobis, quia incertus formidabã tribulationes nostras fore causas defectus uestræ fidei. *misi* Timotheum non mõ cum hac epistola, sed prius *ad cognoscendam fidem uestram*, id est, ut cognosceret & renunciaret mihi si permaneretis in fide, & si ipsa fides uestra esset fortis an infirma, *ne forte tentauerit uos* (& tentando superauerit) *is qui tentat*. i. deceptor antiquus, cuius officium est tentare hoies & seducere. Deus aũt intẽttaor malorũ tentamẽtorũ est, ipse enim non tentat, sẽdm eam scil. tentationem, quæ deceptionis uel seductionis est. Secundum uero eam tentationem quæ probatiõis est, tentauit deus Abraham. Sed ego timui ne uos Gene. xx. tentaret is deceptor, qui tentãt ad decipiendum: D *& inanis*, id est, infructuosus *fiat* in uobis *labor noster*, quem pro uobis pertulimus, hoc est, ne deceptori succumberetis, & non prodesset uobis quic qd in cõuersione & eruditiõe uĩa laborauimus.

Nunc aũt ueniẽte Timotheo ad nos a uobis, & annunciante nobis fidem & charitatẽ uestrã, & quia memoriã nr̃i habetis bonã, sp desiderãtes nos uidere, sicut nos quoq; uos, ideo cõsolati sumus fratres in uobis, in oĩ necessitate & tribulatiõe nr̃a per fidẽ uestrã, qm̃ nũc uiuimus, si uos statis in dño. Quã em̃ gratiarũ actionẽ possumus deo retribuere, p uobis in oĩ gaudio, q̃ gaudemus, ppter uos ante deũ nr̃m, nocte ac die abũdantius orãtes, ut uideamus faciẽ uestrã, & cõpleamus ea q̃ desũt fidei uræ? Ipse aũtẽ deus & pr̃ noster & dñs Iesus Chr̃s dirigat uiam nostrã ad uos. Vos aũt dñs multiplicet & abundare faciat charitate in inuicẽ & in oẽs quẽadmodũ & nos in uos ad cõfirmanda corda uestra, sine querela in sancti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tate añ deū & patrē nostrū in aduentu
domini nostri Iesu Christi cum omni-
bus sanctis eius. Amen.

¶Priusq; sciremus quid ageretis, desolati fuimus
à uobis. Sed nunc reuertente Timotheo, quē ad
uos miseramus, & renunciante bona de uobis, cō-
solati sumus. *Nunc aũt ueniente Timotheo ad nos a uo-
bis & annunciante nobis fidem & charitatem uestram.* i.
referente nobis quia inter aduersa bene permane-
tis in fide, nec deseruistis charitatem, qua deū &
proximos uel etiā inimicos diligitis, & referente
quia memoriam nostri bonam habetis, id ē, nrī memo-
res estis, & nil nisi bonū de nobis cogitatis, *semper
optantes nos uidere sicut & nos quoq;* desideramus *uos*
cernere, *ideo* quia hoc de uobis audiuimus, *conso-
lati sumus fratres in uobis*, qui prius eramus desolati.
Consolati (inquam) sumus p *fidem uestram*. i. con-
stātia fidei uŕæ ē causa ut nos consolationē habe-
amus *in omni necessitate*. i penuria, quā patimur in
uictu & uestitu: & in oīi *tribulatione*, q̄ nobis exte-
rius ab aduersarijs inferť. Et uere cōsolati sumus,
quoniā nūc in hac miseria *uiuimus* quasi iā in cęlo es-
semus, & q̄si iā nos à mortuis resuscitatos æstima-
m9, *si uos statis*. i. si statū rectitudinis p seueranť *in do-*
1.Cor.3. B *mino* tenetis. Nolo fletis in nobis, sed in dño: q̄a ne-
que qui plantat, ē aliq̄d: neq; qui rigat, sed qui in-
crementū dat, deus. O q̄ mollia uiscera gestabat
Apostol9, qñ circa filios suos tanto æstu amoris
inhiabat, ut diceret: Nunc uiuimus, si uos statis in
dño. Metuebat nimis, ne ei9 discipuli in p̄dicatore
suo tot p̄secutionum p̄bra cernentes, fidem in eo
despicerēt, cōtra quā imminentes passionū contu-
meliæ p̄ualerent. Et idcirco minus dolebat in tor-
mētis, sed magis filijs de tormentoꝝ suorū ten-
tatiõe metuebat: paruipendebat in se plagas cor-
poris, dū formidaret in filijs plagas cordis. Ipse pa
tiendo suscipiebat uulnera tormentoꝝ, sed filios
cōsolando curabat uulnera cordiū. Pensemus er-
go cuius charitatis fuit filios̄ salutē inter sua detri-
mēta reqrere, inter dolores p̄prios alijs timuisse,
& statū mentis in primis etiā ex sua delectõe cu-
stodire. Qui securus erat de mercede sua, etsi disci
puli caderēt, & tñ uelut si in casu illoꝝ mercedem
laboris sui p̄deret, in statu ipsoꝝ dixit se uiuere. i.
uitæ præmiū habere. Nolebat ēm uiuere illis ca-
dentib9, sed illis stantibus in dño, ut fructus eius
esset illis integer, & merces eius apud deum plena
gaudioꝝ. Cōsolati, inquit, sumus p fidem uestrā.
nā deo nō possumus dignas grates ex hoc redde-
re. *Quam enim gratiarū actionem possumus deo retribue-
re pro uobis*, bene stantibus, positi *in omni gaudio quo
gaudemus propter uos ante deū nostrū*, cuius oculis ma
nifesta sunt occulta cordiū? Non enim ante hōmi
nes ē gaudiū nostrū, q̄a foris apparemus quasi tri-
stes, propter aduersa quib9 circūdamur, sed intus
ante dñm gaudemus semp de profectu uŕo. Nec
tantū agimus illi pro uobis quantascunq; grās pos
sumus, sed & *nocte ac die* sumus *abundantius orantes*,
ut ueniamus ad uos & *uideamus faciem uestram*, atq;
ore ad os uobis loquamur, & *compleamus ea quæ de-
sunt fidei uestræ*, quæ olim nō potuimus cōplere, q̄a A
eratis paruuli, & quia longo tēpore uobiscū ma-
nere nequiuimus. Quia ergo fidē firmiter, qui iā
adhuc totā perfecte nō didicistis, retinere inter ad-
uersa studuistis, ideo cupimus ad uos p̄uenire, &
ea quæ desunt uŕæ fidei supplere. Ex hoc loco ap-
paret, quia quod superius ait, ita ut nō sit nobis *Supra.1.*
necesse quicq̄ loqui, nō idcirco dixit quod ipsi iā
oīa fidei mysteria sufficienter scirent, sed (ut dixi-
mus) propterea hoc dixit, quia nō erat necesse ut
ipse de illis quicq̄ loqueretur alijs, cum illos fama
procul celebraret. Nos (inquit) oramus faciē ue-
stram uidere & fidem uestram ad plenū instrue-
re, sed deus faciat quod oramus. *Ipse autem deus cre-
ator* noster qui potest, & *pater noster* cælestis, qui
uult bonū & paterno affectu nos diligit ac regit,
& *dominus Iesus Christus*, q̄ nos ab hoste redemit
& suo dominio mancipauit, *dirigat*, id ē, directam
& ab impedimentis liberam faciat *uiam nostram
ad uos*. Sed *uos dominus*, id est, spiritus sanctus *mul-
tiplicet* in numero fidelium, & *abundare* uos *faciat
charitate in inuicem*, id est, inter nos uicissim, & *in
omnes*, & in eos qui uobis aduersantur, & hoc fa-
ciat ita perfecte, *quemadmodum & nos* abundare fe-
cit charitate *in uos*. Et istam charitatis abundan-
tiam det uobis *ad confirmanda corda uestra*, id est, B
ad hoc ut per ipsam dilectionem confirmen-
tur corda uestra *in sanctitate*, id est, in omni purita-
te atq; munditia & bonorum actuum obseruā-
tione. *sine querela*, id ē, sine crimine, ut sitis tam in-
nocentes, ut nemo de uobis possit iure conqueri.
Et tales sitis *ante deum*, id est, in oculis dei, qui ueri-
tatem inspicit, nec latet eum aliquid. Sunt enim q̄
sancti uidentur coram hominibus, sed non co-
ram deo. Vos autem estote ueraciter sancti & si-
ne querela, id ē, irreprehensibiles ante oculos dei,
qui uos cernit & creauit: & patris qui nos adopta-
uit. Tales esse studete ante deum & *patrem nostrū
in aduentu domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis
eius*. i. quādo dñs Iesus ueniet ad iudicium cū om-
nibus sanctis suis. Qualis ēm quisq; præsentē uitā
finierit, talis in die iudicij apparebit. Illi autem nō *Matt. 25.*
sine querela esse apparebunt de quib9 iudex que-
ret, dicens: Eſuriui, & non dedistis mihi mandu-
care. Vel cum omnib9 sanctis agite quæ dixi, q̄a
sic agunt omnes sancti. Ad confirmationem om-
nium quę p̄missa sunt, subiungitur *Amen*, quod
interpretatur uere uel fideliter.

CAPVT IIII.

DE cætero ergo fratres rogamus
uos & obsecramus in dño Iesu, ut
quemadmodū accepistis a nobis, qūo
oporteat uos ambulare & placere deo,
sic & ambulatis, ut abundetis magis.

¶Hactenus patientiam illā in sua uel alioꝝ tri-
bulatione suasit, nunc eos in bonis actibus profi-
cere admonet: & quales uel in seipsis uel erga fra
tres esse debeant, docet. Magis tamen congruunt
perfectis superiora, in quib9 multifarie patientia
am suasit; & sequentia magis aptantur imperfe-

C ctis, ubi munditia & innocentia suadeť. Quia (in-
quit) hucusq; bñ uixistis, quemadmodū superius
demonstratū est, *ergo de cætero*, q̄p supereſt, uiuen-
di spatio, rogam9 ut illud ita ducatis, ut in bonis
op̄ibus magis abundetis. & hoc est: De cetero q̄d
reſtat, *rogamus uos fratres & obsecramus*. i. p sacra ad-
turamus *in domino Iesu*, ut sicut eū timetis & amatis,
ita propter reuerentiam & amorem eius quod
obsecramus, faciatis. Obsecramus *ut quemadmodū
accepistis a nobis*, id ē, sicut didicistis ex doctrina no-
stra, *qūo oporteat uos ambulare*, si uultis ad patriam
peruenire, id est, qūo per uiam iustitiæ debetis in-
cedere, & in omnibus *deo placere, sicut & ambulatis*:
quia q̄p uobis de hac ambulatiõe tradidim9, mox
agere cœpistis: obsecramus, inquā, *ut abundetis ma
gis* in hac bonoꝝ operū ambulatiõe, id est, amo-
do propensius q̄ antea tendatis ad cælestem patri
am per executionem mandatoꝝ dei. Vel sēdm
alios codices obsecramus ut quēadmodum acce-
pistis à nobis, qūo uos oporteat ambulare, & in
ipsa ambulatione deo placere, sic & ambuletis, de
uirtute in uirtutem proficiendo ac perseuerādo, *Psal. 83.*
ita ut abundetis magis ac magis quotidie.

Scitis enim q̄p̄cepta dederim uobis p
dñm Iesum. hæc est ēm uolūtas dei, san
D ctificatio uŕa, ut abstineatis uos a for-
nicatione, ut sciat unusquisq; uŕm uas
suū possidere in sanctificatiõe & hono
re, nō in passione desiderij, sicut & gen
tes q̄ ignorāt deū. Et ne quis supgredia
tur neq; circūueniat in negocio fratrē
suū, qm̄ uindex est dñs de his oībus, si-
cut p̄diximus uobis & testificati sum9.
Nō enim uocauit nos deus in immūdi-
tiā, sed in sanctificationē. Itaq; qui hæc
spernit, non hoīem spernit, sed deū, qui
& dedit spiritū suum sanctū in nobis,

¶ Propterea moneo ambulare sicut accepistis à
nobis, quia *uos scitis quæ præcepta* ambulandi & re-
cte uiuendi *dederim uobis* ferenda & cōmendanda,
id q̄ non per me, sed *per dominū Iesum*. Et licet scia-
tis, tamen ex parte replicabo. Nam *hæc est uolun-
tas dei, sanctificatio uestra*, q̄ uobis prodeſt, nō ipsi. i.
hoc uult deus & exigit à uobis, ut sanctificemini,
ut abstineatis uos a fornicatione. i. ab omni illicito cō
cubitu, ne tollentes mēbra Christi, faciatis mem- 1.Cor.6
bra meretricis. Vel, hæc est uoluntas dei & sancti
ficatio uestra, ut abstineatis uos lōge remoti à for
nicatione: quia dum uos abstinetis ab immundo
opere, sanctificatur in uobis corpus & anima casti
tate. Ita uos abstineatis à fornicatione, *ut unusquisq;
uestrum sciat possidere* & dominio mēbris subditum
tenere *suum uas*, id est, suū corpus, quod est uas ani
mæ. Ille enim possidere suum uas dicit, qui in po-
testate sua suum corpus tenet, ut non seruiat mēs
desiderijs carnis, sed caro rectis uoluntatib9 men

tis. Ita sciat unusquisq; uŕm suum uas possidere *in
sanctificatione*, id est, mundissima purificatione: & C
honore, ne in honore ē opprobrio turpitudinis. Ex
continentia enim fornicationis, nascitur sanctifi-
catio castitatis, & inde est honor apud homines.
Nam etiam in hoc seculo honoratur, qui mundā
& castam uitam ducit: sicut e contra qui seipsum
qualibet fornicatione contaminat, infamis & ig-
nominiosus habetur. Ita possidete uestra uasa in
sanctificatione & honore, *non in passione desiderij*. i.
quando peccatum desideratur, & non perficitur.
non in passione desiderij. i. nec saltem fornicandi
desiderium habeatis, quod est passio & læsio ani
mæ. Passio enim desiderij ē, ut non patiamini inte
rius incentiua carnis, quæ procedāt ex desiderio
uestro. Non præcipio ut non patiamini incentiua
carnis, quia hoc est ineuitabile, sed uidete ut non
procedant ex desiderio uestro. i. ne præmeditādo
concupiscatis aliquem illicitum concubitum, ut
non postea patiamini intrinsecus desiderium, &
subijciamini prauis suggestionibus à desiderio or
tis, *sicut & gentes*, id est, gentiles faciunt, de quib9
non est mirandū: nec uos deberis esse similes eis,
quia *ignorant deum*. & ideo sine respectu diuinæ for
midinis aut reuerentiæ coeunt nefarie nō solum
cum quibuslibet mulieribus, sed etiam cum pecu D
dibus. Et hæc est uoluntas dei, *ne quis* ex uobis *sup-
grediatur in negocio* (id est, in mercatione) *fratrem su-
um*, id est, alium Christianum, ut mercaturam cen
tum solidorum extorqueat ab eo pro quolibet
minore precio: *neque circumueniat*, id est, neque frau
dulenter decipiat, ostendens illi congeriem pan-
norum exterius ualde pulchram, & quasi magni
precij, cum sit interius uilis; aut ęs deauratum uen
dens illi pro auro, uel his similia faciēs. Supergres-
sio enim est, ubi pro minore precio illud quod
maioris precij est, elicitur: circūuentio autem, ubi
per dolum frater in ipsa uenditione uel emptio-
ne decipitur. Sed uos ab his uitijs, id est, à fornica-
tione & à passione desiderij atque supergressione
& circumuentione fratris, idcirco uos continete,
quoniam uindex est dominus de his omnibus, id ē, ipse pu
nit hæc omnia in suo iudicio, uidelicet non solū
opus fornicationis, sed & desiderium illiciti ope-
ris, atque iniquitatem non iustæ mercationis. Ip-
se de his omnibus ultionem sumet, *sicut prædixi-
mus*, id est, sicut ante iudicium denunciauimus *uo-
bis* cum essemus apud uos, & *testificati sumus*, id est,
testimonijs scripturarum probauimus. Vel testi-
ficati sumus, id est, testes diuini iudicij fortiter hęc
asseruimus. Ideo etiam ab his est abstinendum,
quia *non uocauit nos Deus in immunditiam*, id est, ut
immundam & sordidam uitam duceremus: *sed in
sanctificationem*, id est, ut incontaminatissimam at-
que mundissimam & uirtutibus plenam ducere-
mus cōuersationem. Vnde & per legem clamat:
Sancti eritis, quia ego sanctus sum. Et quia dei uo
luntas est sanctificatio uestra, quæ tenenda est eo 1.Petr.1
ordine quo subiūximus, nec uocauit nos deus ut
immunde uiueremus, sed sancte: *itaque qui hæc sper
nit*, quæ nunc de sanctitate & munditia seruanda

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dixímus & de uitijs extirpandis, *non hominem ſpernit, ſed deum*, id ē, non me ſpernit, ſed deum cuius
Luc.10 præcepta loquor, & cuius uoluntatem annuncio: *qui & dedit in nobis*. i. in cordibus noſtris *ſpiritum ſuū ſanctum*, ut omnia per ſpiritum eius loqueremur et faceremus: & ideo qui dicta nr̄a quaſi uerba hominum ſpernit, ſpiritum ſanctū per quem oīa loquimur, ſpernit, & deū, cuius eſt ille ſpiritus. Erāt inter Theſſalonicenſes nonnulli in ſupradictis uitijs manentes, & Apoſtoli uerba ſpernentes: propter quos ita loquitur, oſtendens quia cōtemptus apoſtolicorum præceptorum in deum potius refunderetur, non in Apoſtolum.

De charitate aūt fraternitatis non neIo. 13.15 ceſſe habemus ſcribere uobis. Ipſi em̄
1.Io. 2.4. uos a deo didiciſtis, ut diligatis inuicē. Etem̄ illud facitis in oēs fratres in uniuerſa Macedonia. Rogamus autē uos fratres, ut abundetis magis, & operam detis, ut quieti ſitis, & ut ueſtrum negocium agatis, & operemini manibus ueſtris, ſicut præcepimus uobis: & ut honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt, et nullius aliquid deſideretis.

B ¶De ſupradictis fuit opus ſcribere uobis, quia quidam ueſtrū ſunt culpabiles in illis. ſed *de charitate fraternitatis*. i. de dilectione qua fratres amare debetis, *non habemus neceſſe ſcribere uobis*, id ē, nō eſt neceſſarium nobis ut per epiſtolā uos inſtruamus. Vere non habemus hoc neceſſe. Nam *uos*
Io.13.35. *ipſi didiciſtis a deo*. i. docti eſtis ab euangelio dei, *ut uos inuicem diligatis* qa Chriſtū dicentem audiſtis, hoc mando uobis ut diligatis inuicem. Vel per internam aſpirationem didiciſtis hoc a deo, quia ſpiritus ſanctus mox ut cor hominis repleuerit, ardere illud charitate facit: nec pōt unquā diſcere charitatem, qui ſpiritum ſanctum non habet intus docentem. Vos hoc didiciſtis, ſicut effectu declaratis, Nam *facitis illud in omnes fratres*, id eſt, diligitis oēs Chriſtianos & operibus charitatis uos oſtēditis illos diligere, non ſolū in urbe ueſtra, ſed *& in uniuerſa Macedonia*. uos illud facitis. i. fratres diligitis, ſed tñ *rogamus uos fratres ut abūdetis magis*, in dilectione fratrum, id ē, adhuc abundantiorem erga fratres ſtudeatis habere charitatē, *& operam detis ut quieti ſitis* à curioſitate, quæ nō ſinit cor curioſi eſſe quietum. Operam detis. Quaſi diceretur: Difficile eſt dimittere conſuetudinem, ſed cogite uos, ſtudete ne curioſitas uaſtet quietem uīæ mētis ut antea. Quæ ſcilicet curioſitas cum alienam quærit uitam diſcutere, ſemper ſua intima neſciens, ſtudet exteriora cogitare. Graue nanq; ē curioſitas uitiū, quæ dū cuiuſlibet mentē ad inueſtigandā uitam pximi exterius ducit, ſemper ei intima ſua abſcōdit, ut aliena ſciens, ſe neſciat. Et curioſi animus quanto magis peritus fuerit alieni meriti, tanto fit magis ignarus ſui. Ideoq; quietem habere non pōt, dum ſemp laborat alioꝝ uitam inutiliter ſcire: & ſæpe uagat per diuerſa loca, ut diſcere poſſit aliena facta. Sed uos ſatagite ut quieti ſitis, *& ut ueſtrum negocium agatis*. i. unuſquiſq; officium quod ad ſe pertinet, dimiſſis alienis, qa uobis ē utile in emendatiōe uitæ ueſtræ ſic agere. *& operemini manibus ueſtris*, vñ uinctum habeatis, & unde beneficia tribuatis, *ſicut præcepimus uobis* dum præſentes eſſemus, qa & opus manuū adiuuat quietos eſſe. Illud em̄ malū ex ocio uenit. Hinc eſt qđ Eccl.33 ſcriptura dicit, qa multā malitiā docuit ocioſitas. *& date operā ut honeſte ambuletis*, id ē, irreprehenſibilit agatis *ad eos qui foris ſunt*, id ē, corā infidelibus qui ſunt extra eccleſiam, ut exemplo ueſtræ honeſtatis conuertant̄ ad honeſtos mores & ad fidem. Nō ergo ſectandū eſt ocium, ſed opus faciendum: quia honeſtum ē, & quaſi lux ad infideles. *& adhuc date operam, ut nullius aliquid*, id eſt, nullam rē cuiuſcūq; fidelis *deſideretis*, nedum rogetis uel tollatis. ſed ſufficiat uobis quod habetis, uel exiuſto labore ueſtro quod uobis deeſt, acquiratis. Qui em̄ in ocio uiuit, reſaliorum concupiſcit. Idcirco abiīcite ocium, ut uincatis aliarum rerū appetitum.

Nolumus autē uos ignorare fratres de dormientibus, ut non contriſtemini ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Si D enim credimus q̄ Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, ita & deus eos q̄ dormierūt per Ieſum, adducet cum eo.

¶Quia quidam illoꝝ inconſolabiliter deflebāt ſuos amicos mortuos, quaſi non amplius reſurrecturos, docet eos reuera futuram oīm reſurrectionem, & ideo nō debere eos immoderate contriſtari de morte ſuorum. Quaſi dicat: De charitate nō indigebatis à nobis doceri, ſed de reſurrectione mortuoꝝ indigetis. Et ideo *fratres nolumus uos ignorare*, id ē, nolumus ut ignoretis, ſed uolumus ut ſciatis quæ ſcienda ſunt *de dormientibus*. i. de mortuis, q̄ quaſi de ſomno facile ſurgent & integro corpore. Sicut em̄ citiꝰ homo à ſomno euigilat, ita concitæ ad conditoris nutū à morte corporis ſurgent. ¶ Ideo nolumus uos hæc ignorare, *ut non contriſtemini* de morte charorum ueſtrorum *ſicut & cæteri*, id ē, infideles contriſtantur de morte ſuorum, *qui ſpem non habent*, ſpem ſcilicet reſurrectionis & incorruptionis æternæ. Nam & ideo etiam dormientes eos appellat ſcripturæ ueracisſima cōſuetudo, ut cū dormiētes audierimus, euigilaturos non dubitemus. Vnde & in Pſalmo dicitur: Nunquid q̄ dormit, nō adīciet ut reſurgat? Pſal.40 Vehementer em̄ ab infirmis mētibus nomē mortis pertimeſcit, ſomni aūt uocabulū non timeē. Eſt aūt de mortuis qui diligūtur, quædam triſtitia quodammodo naturalis. Mortem quippe horret non opinio, ſed natura: nec mors hominē accidet, niſi ex pœna quam præceſſerat culpa. Quapropter ſi animalia quæ ita creata ſunt, ut ſuo quæq;

C tempore moriantur, mortem fugiunt & uitam diligunt, quanto magis homo qui ſic fuerat creatus, ut ſi ſine peccato uiuere uellet, ſine termino uiueret? Itaq; neceſſe eſt ut triſtes ſimus, quādo moriendo nos deſerūt quos amamus: quia etſi nouimus eos non in æternum nos relinquere hic manentes, ſed aliquantum præcedere ſecuros, tamen mors ipſa quam natura refugit, cum occupat dilectum, contriſtat in nobis dilectionis affectum. Ideo non admonuit Apoſtolus ut nō contriſtemur, ſed ut non contriſtemur ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Contriſtamur ergo in noſtrorum mortibus neceſſitate amittendi, ſed cum ſpe recipiendi. Inde angimur, hinc conſolamur: inde infirmitas afficit, hinc fides reficit: inde dolet humana conditio, hinc ſanat diuina promiſſio. Permittantur itaque pia corda charorum de ſuorum dolere mortibus triſtitia ſanabili, & conſolabiles lachrymas fundant conditione mortali, quas tamen reprimat fides gaudium, qua creduntur fideles quando moriuntur, aliquantulum a nobis abire & ad meliora tranſire. Vere (inquit) non debetis inconſolabiliter contriſtari, ſicu in fideles, de morte charorum neſtrorum, quaſi non ſint amplius uicturi & nobiſcum futuri, qua *ſi credimus q̄* D *Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, ita* pro certo credere debemus, quia *& deus eos qui dormierunt per Ieſum*, id eſt, mortui ſunt in Chriſto, *adducet cum eo* ad iudicium in die re-
Zach.14 ſurrectionis omnium, ut cum Chriſto iudicent mundum & regnent. Vnde & Zacharias ait: Et uenjet dominus deus meus, & omnes ſancti cum eo. Vel per Ieſum mediatorem adducet eos deus cum eo: quia quod reſurgent, & quod cum Chriſto iudices uenient, hoc non niſi per Chriſtum à deo patre accipient. Si credimus, inquit, quod Ieſus mortuus eſt &c. Quid eſt quod prędicator egregius mortem domini, mortem uocat: mortem uero ſeruorum domini, non mortem, ſed ſomnum nominat, niſi quia infirma corda audientium reſpiciens, medicamentum prædicationis ſuæ mira arte apponit: & illum quem iam reſurrexiſſe nouerant, eis mortuum inſinuare non dubitat, eos uero qui necdum reſurrexerant, ut ſpem reſurrectionis inſinuet, non mortuos, ſed dormientes uocat. Non enim uerebatur dicere mortuum, quē auditores iam reſurrexiſſe cognouerant: & uerebatur dicere mortuos, quos reſurrecturos non credebant.

Hoc em̄ uobis dicimus in uerbo dñi, quia nos q̄ uiuimus, qui reſidui ſumus, in aduentu domini non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipſe do-
1.Cor.15 minus in iuſſu & in uoce archangeli, & in tuba dei deſcēdet de cælo: & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deinde nos q̄ uiuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cū illis in nubibus obuiam Chriſto in aera, & ſic ſemp cum domino erimus. Itaq; conſolamini inuicem in uerbis iſtis.

C ¶ Vere illi qui nunc in mortis ſomno dormiunt, uenient uiui cum Chriſto. Nam *hoc dicimus uobis* non in noſtro, ſed *in domini uerbo*, quia non noſter, ſed domini eſt ſermo, quem de hac re uobis loquimur, quoniam ipſo docente ac iubente, uel per os noſtrum loquente, loquimur uobis talia. Hoc ſcilicet dicimus, *quia nos qui* tunc tēporis in carne *uiuimus, qui reſidui ſumus*, omnibus præcedentibus ſanctis, id eſt, quorum uita tunc eſt adhuc in corpore reſidua, *non præueniemus in aduentu domini eos qui dormierunt*, id eſt, nō anticipabimus eos qui longe ante mortui fuerant, ut primi ante illos occurramus domino, ſed cum illis pariter occurremus. Hūc modum reſurrectionis ideo docet Apoſtolus, quia uiderentur uiuentes citius poſſe domino occurrere quām mortui. Tam uelociter enim fiet omnium reſurrectio, ut uiuentes nequeant præcedere mortuos. Nam uoce iuſtorum qui tunc uiuentes in carne ſunt inueniendi, locutus eſt nunc Apoſtolus: quia & ipſe iuſtus erat, atq; in carne uiuebat, & nouiſſimos ſanctos fore cōmunionis ſuæ præuidebat, ideoq; uerbis eorum utebatur. Sed Theſſalonicenſes hoc non intelligentes, putauerunt quod Paulus & qui cum eo ſcribebant epiſtolam, dicerent ſe perD iendos in die conſummationis in carne, & coniecturis uarijs fluctuabant atq; dicebant: Si Paulus inueniendus in corpore eſt, proximus eſt dies iudicij. Vñ corrigit eos in ſecūda epiſtola. Putabant enim quod in diebus eorum futura eſſet generalis reſurrectio, quoniam Apoſtolus uerbo præſentis temporis dixerat, nos qui uiuimus. Qua cauſa præcipue coactus eſt aliam illis epiſtolam ſcribere. Viuentes nanq; & reſiduos (ut diximus) nominauit, non quo uellet intelligi ſe cum ſocijs ſuis tempore reſurrectionis in corpore reperiēdos, ſed nos dixit pro eo quod eſt, tuſtos, de quorum numero & ipſe erat. Ipſi enim rapientur obuiam Chriſto, & non peccatores. Viuentes autem, nō iuxta tropologiam ſanctos accipimus, qui peccato mortui non ſunt, ſed omnes quos in corpore inueniet Chriſtus aduentus. Quodq; ſequitur, non præueniemus eos qui dormierunt, non ad peccatores eſt referendum, qui ſomno negligentiæ ſopiti ſunt, neq; enim peccatores cum iuſtis rapientur obuiam Chriſto, ſed ad eos referendum eſt quos mors ſoluerat. Non præueniemus ad occurrendum dño eos qui dormierunt, ſed ipſi prius euigilabunt, id ē, reſurgent quām nos incipiamus occurrere domino. *Quoniam ipſe dominus* in propria perſona *deſcendet* localiter de cælo, uel de cælo, id eſt, de occulto, & hoc *in iuſſu*. Deſcendet enim miſſus à patre, non diuerſitate uirtutis, ſed diſpenſatione iudicis. Vel in ſuo iuſſu deſcendet, quia iubebit reſurgere mortuos & occurrere ſibi. Non em̄ ueniet humilis & occultus ut olim, ſed excelſus & manifeſtus & cum imperioſa auctoritate, ut oīa mox fiant quęcunq; inſſerit. *& in uoce archangeli*, quoniam archangelus uoce magna clamabit, ante eum excitans mortuos. De cuiuſmodi uoce dicit ipſe: Media autem nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus ue- Mat.25. nit, exite obuiam ei. *& in tuba dei*, id eſt, in aliquo ſono

Universidad de Deusto
Biblioteca

magno & publico, diuinit9 facto. De cuiusmodi
A tuba rursum ipse dicit, quia uenit hora in qua oēs
qui in monumētis sunt audient uocem filij dei, &
procedent. Hæc tuba oēs excitabit, & inimicos
Iohan. 5 terrebit, suos ad bellū inuitabit, ut expugnent aduersarios, & effugiant à facie dñi atq; mittant in
gehennam. Et iterū sicut tuba quondā infestis cō
uocabat populum Hebræorum, sic hæc tuba cō-
uocabit ad solēnitatē æternæ lætitiæ populū sanctorū. Deo (inquit) iubente & uoce archāgeli atq;
Psal. 80. tuba dei sonante, *descendet* dñs Iesus *de cælo* in aera,
non in terram. Nam quia in iudicio erunt, & qui
ad cælum assument, & qui in terra relinquentur,
ideirco dñs inter cælum & terram. i. in aere faciet
de utriusq; iudicium. Et ipso descendente, *mortui q*
in Christo sunt, id est, qui in fide & dilectione Christi
præsentem uitam finierunt, *resurgent primi*, id est,
antecēq; illi qui tunc uiuent, occurrāt Christo. *Deinde*, id est, facta illorū resurrectione, *nos qui uiuimus*,
id est, illi de nobis qui uiui tunc inuenientur, *qui*
relinquimur, id est, qui tormentis Antichristi erunt
reliqui ex uobis, *simul cū illis rapiemur* ab angelis *in*
nubibus obuiam Christo in aera. Vltimis sanctis se continuat Apostol9 propter unitatem ecclesiæ, cuius
membra sunt & primi & nouissimi iusti, & propter similitudinē passionū, qm̄ similes apostolis
B erūt in passionib9 illi nouissimi, propter quod &
dignissimi erunt. Qui tū cum uiui reperientur, nō
præuenient mortuos. Adeo uelociter fiet resurrectio mortuorū. Sed cum illi fuerint resuscitati, occurrent dño in suis corporibus & illi, qui uiuētes
in corporib9 fuerint inuenti, ita tū, ut inglorium
& corruptiuum & mortale gloriam & incorruptionem & immortalitatem imitetur, ut qualia
corpora surrectura sunt, in talem substātiam etiā
uiuorū corpora transforment. Reuera em̄ quantū
ad præsentia uerba pertinet, uidetur Apostolus
asserere quosdam in fine seculi, adueniente domino, cum futura est resurrectio mortuorū, non esse
morituros, sed uiuos repertos in illā immortalitatem, quæ sanctis etiam cæteris dabitur, repente
mutandos, & simul cum illis rapiendos in nubibus. Sed uideamus ne huic sensui sit contrarium,
quod idē Apostolus scribit ad Corinthios, Omēs
quidem resurgemus, uel omnes quidem dormiemus. Si ergo sanctos, qui reperientur Christo ueniente uiuentes, eiq; uenienti obuiam rapientur,
crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox immortalia
redituros, in uerbis Apostoli patiemur angustias, ubi dicit, Omnes resurgemus, uel omnes dormiemus, quia nec illi erunt à resurrectione alieni,
quam dormitione præcedent, quamuis breuissima, non tamen nulla. Neq; enim dicē dum est, fieri non posse ut dum per aera in sublime portantur, & morianť & reuiuiscant. Quod autem subiecit, *& sic semper cum domino erimus*, non ita accipiendum est, tanquam in aere nos dixerit cum domino semper esse mansuros, quia neque ipse utique ibi manebit. Venienti quippe ibiť obuiam,
non manenti. Sed ita cum domino erimus, id est,
sic erimus habentes corpora sempiterna, ubicunque cum illo fuerimus. Omnes scilicet electi, & A
qui de somno mortis excitati, & qui uiuentes in
carne reperti fuerimus, rapiemur in nubibus obuiam domino in aera, & sic, id est, omēs simul immortales erimus semper cum domino, sicut ipse
dixit: Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego
sum & illi sint mecum, ut uideant claritatem meam. Quandoquidem omnes resurgemus, & cum
domino semper erimus, *itaque consolamini inuicem*,
id est, consoletur alter alterutrum de morte amicorum suorum, *in uerbis istis*, quæ diximus de resurrectione & societate uel gloria perenni omnium iustorum. Pereat contristatio, ubi tāta est cōsolatio. Detergatur iustus ex animo, fides expellat dolorem in tanta spe gloriæ. Omnes enim iu- Iohā. 17
sti cum amicis suis sine fine simul manebunt immortales atq; beati in regno Christi. Et ideo non
debetis amicos uōs, qui mortui sunt, lugere eōs
amissos; quia non amisistis eos, sed præmisistis.

CAPVT V.

DE tēporibus autē & momētis fra- 1. Petri 3
tres nō indigetis ut scribam9 uobis. Ipsi em̄ diligenter scitis, quia dies
dñi sicut fur in nocte, ita uenie. Cū em̄
dixerint, pax & securitas, tunc repenti- B
nus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habenti, & non effugient.

¶ De resurrectione indiguistis per epistolam
nostram doceri, sed de temporibus & momentis,
quibus futura est ipsa resurrectio, non indigetis
ut scribamus uobis. *De temporibus*, idē, utrum æstate an hyeme, & utrum die an nocte, siue quo mense uel post quot annos uenturus sit Christus. *& momentis*, id est, qua hora diei uel noctis uenturus
sit Christus, *non indigetis fratres*, id est, nō est necesse *ut scribamus uobis*, quia non prodesset uobis hoc
scire. Non est opus ut de his scribamus uobis, *q*
uos ipsi scrutando scripturas uel doctā à nobis, *diligenter*, id est, studiose *scitis quia dies domini*, id ē, dies iudicij uel dies mortis, in quo dominus unum- 2 Cor. 11
quemq; iudicabit, *ita ueniet* latēter incautis, *sicut fur*
in nocte, ueniet enim in nocte, id est, in ignorantia,
hoc est, ueniet nullo sciente aut sperante, ueniet
subitaneus & improuisus, ueniet ut fur, qui latenter uenit dum dormiunt homines, & omnia subripit, ut qui diues obdormierat, euigilās nihil inueniat. Sic enim cōtinget securis & negligētibus
per improuisum aduentum diei domini. Et propterea cœpit Apostolus loqui de temporibus, ut
moneret discipulos cauere sibi, ne ita deprehendantur. Hoc igitur opus est scire, ut curent filij lucis esse & parato corde uigilare, q nolunt ab illa
die sicut à nocturno fure comprehendi. Nam si
ad cauendum hoc malum, id est, ne dies domini
tāquam fur inueniat imparatum, opus esset nosse
temporum spatia, non diceret Apostolus, nō opq
esse ut hoc scriberet, sed hoc potius esse scribendū

A tanquam doctor prouidētissimus iudicaret. Nūc
autem nec opus illis esse monstrauit, quibus sufficiebat ut scirent, imparatis atq; dormientibus diē
domini sicut furem esse uenturam: atque sciendo
hoc, essent ipsi uigilantes & parati, post quantalibet tempora ueniret, & suum seruauit modum,
ut scilicet apostolis non tantum præsumeret alios id docere, de quo apostolis dominū dixisse co- Actuū. 1.
gnouerat: Non ē uestrum nosse tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. De his
em̄ temporib9 & momentis non erat opus ut scriberet eis. Vere (inqt) ut fur ueniet amatoribus
seculi dies illa. *Cum enim dixerint, pax* ē uobis & in
ipsa pace *securitas* de futuro, quia nihil molestiarum amplius ueniturum nobis formidamus, *tūc*
subito descendente iudice, *repentinus eis superueniet*
interitus, id ē, mors æterna corporis & animæ, *sicut*
dolor superuenit mulieri *habenti in utero* prolem,
quia malum conscientiæ ipsorum incipiet eos
subito torquere, cum per iudicis aduentū cœperit
urgeri ut ad lucem prodeat, id ē, omnibus apparebit. Mulier em̄ prægnans quod in utero diu portauit cum pondere, tandem ejicit cum dolore: ga
& reprobi malum, quod diu latuit intra conscientiam ipsorū & grauauit eam, in conspectu iudicis cum graui tormento cunctis manifestabunt.
Mulier cum uoluptate pondus illud cōcepit, sed
(ut dictum ē) cum dolore ejicit: qa & reprobi cul
B pam cum uoluptate libenter commiserunt, sed
ante districtum iudicē hanc multa cum amaritudine manifestabunt. Mulier dum nō sperat, subitis doloribus incipit urgeri ut pariat: quia & reprobi dum nō præuident, incipiūt repentinis cruciatibus cōpelli, ut latentia mala quæ intus habēt,
ante tribunal æterni iudicis ad publicū proferāt.
Ita ergo subitis doloribus incipient torqueri intrinsecus instar prægnantis, *& non effugient*. Mu-
lier nanq; euadit, sed illi non effugient. Dominus Luce. 21
circa finē seculi tribulationē maximā esse denūciat futurā, & dicit, arescentibus hominib9 præ
timore & expectatiōe quæ superuenient uniuerso orbi. Apostolus uero testat, quia dicent, pax ē
& securitas. Sed dñs hoc de electis loquit. Apostolus uero de reprobis, Intelligamus ergo non ea
impleri modo quæ dñs prænunciauit, sed tunc esse potius uenturā, qñ sic erit tribulatio uniuerso
orbi, ut ad ecclesiam pertineat quæ in uniuerso orbe tribulabitur, non ad eos qui tribulabunt eam.
Ipsi em̄ dicturi sunt, pax & securitas, ut repentinus illis supueniat interitus, & eos aduentus dñi
sicut fur in nocte comprehendat, qñ e contrario
gaudebit & exultabit, qui diligit manifestationē
domini. Sed & hoc notandum, quia post mortē
Antichristi quadraginta quinq; dies conceduntur
ad emendationem his, qui ad uitam prædestinati
sunt, & in Antechristi persecutionem offenderūt.
Sed qui ad uitam præordinati non sunt, nec mortę principis sui corrigentur, sed toto corde mundanis inhærentes, gaudebunt, & uxores ducent,
atq; crimina faciēt, & domos ædificabūt, dicētes:
Pax est nobis & securitas, licet princeps noster sic
mortuus. Et dū ita pacatos & securos se putauerint,
subito iudex apparebit, oēsq; tales condemnabit. C

Vos aūt fratres non estis in tenebris,
ut uos dies illa tanquā fur comprehendat. Omēs em̄ uos filij lucis estis & filij
diei. non estis noctis neq; tenebrarum.

¶ Illis erit improuisus dies dñi, ut illaqueet eos
ad mortem propter cordis ipsorū cæcitatem. Sed
uos o fratres non estis in tenebris ignorantiæ & infidelitatis uel cupiditatū secularium, ita *ut uos dies illa*
tanquam fur comprehendat ad mortem. Illi em̄ sunt
in tenebris & non uigilāt aduersus aduentum furis, qui præsumētes de cupiditatib9 suis, & in deliciis huius seculi diffluentes, tument & erigūtur
aduersus humiles, & insultāt sanctis intelligenti- Matt. 7.
b9 atque tenentibus angustā uiā, quæ ducit ad uitam. Sed uos non estis tales, qa nō cæcant uos se- Luc. 13.
culi cupiditates. Nā *omnes uos estis filij lucis*. i. Chri,
qui ait: Ego lux in mundū ueni, ut oīs qui credit Iohā. 12.
in me, in tenebris nō maneat, *& filij dici*. i. ecclesiæ sanctorū, quā illuminat sol iustitiæ Chris. Vere filij estis Christi & ecclesiæ, qa *non estis filij noctis*
. i. diaboli qui ē nox, de qua sanctus Iob dicit: Nocte illā tenebrosus turbo possideat, *neq;* estis filij Iob. 3.
tenebrarū. i. infidelium & iniquorū, q si conuersi fuerint, audient: Fuistis aliqñ tenebræ, nunc aūt lux Ephe. 5.
in dño. Vel oēs uos estis filij lucis. i. fidei: & filij
diei, id ē, sanctæ conuersationis. Et ne quis putet
partim posse esse diei, partim q; noctis, addo quia D
non estis noctis, id ē, ignorantiæ uel infidelitatis;
neq; tenebrarū, id ē, malorū operū. Nā filij noctis
& tenebrarum, sunt infideles & iniq. Noctis, inq;,
& tenebrarū filij sunt, qui oīa mala operantur: &
usq; adeo filij noctis sunt, ut timeāt uideri quæ faciunt. Qui autem publice talia operātur, sunt qui-
dem in luce solis, sed in tenebris cordis.

Igitur non dormiamus sicut cæteri,
sed uigilemus & sobrij simus. Qui em̄
dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij
sunt, nocte ebrij sunt. Nos aūt qui diei
sumus, sobrij simus, induti loricā fidei
& charitatis & galeā spem salutis. Quoniam non posuit nos deus in iram, sed
in acquisitionem salutis per dñm nostrum Iesum Chrm, qui mortuus est, p
nobis, ut siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus. Propter
quod consolamini inuicem & ædificate alterutrum, sicut & facitis.

¶ Qñquidem nō sumus noctis, *igit non dormiamus*
. i. nō torpeamus in bonis secularib9, *sicut cæteri*. i.
sicut infideles, q ad noctē pertinēt: *sed uigilemus*. i.
uigili corde aduentū occulti iudicis expectemus,
attendētes oīa hæc esse transitoria & cito peritura: *& sobrij simus*, id ē, sobrie his utamur, non quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bonis nostris, sed ad sustentationem datis. Non dormiamus, id ē, non simus securi & desidiosi, quasi hoc nobis sufficiat quod Christianitatis religionem suscepimus, & ideo negligenter aganus: sed uigilemus, id est, corporis & negligētię tenebras à nobis repellamus, & oculos mentis ad aspectum ueri luminis apertos teneamus: & sobrij simus, id est, ebrietatem secularium cupiditatum caueamus. Et iustum est ut nos q ad noctem non pertinemus, somnum & ebrietatem fugiamus: q a *qui dormiunt*, id est, qui delectabiliter torpent & quiescunt in presentibus, *nocte dormiunt*, id ē, iniquitate delectantur: *& qui ebrij sunt*, id est, quos inebriat amor seculi, ut imoderate utantur his rebus transitorijs, in *nocte* cordis *sunt ebrij*. Nox enim est iniquitas, in qua illi obdormierunt & inebriati sunt cupiendo ista terrena. & omnes istæ felicitates q uidentur seculi, somnia sunt dormientium: & quomodo qui uidet thesauros in somnis, dormiens diues est, sed euigilans pauper, sic oīa uana ista huius seculi, de q bus homines gaudent, in somno apparent & in ebrietate cernuntur. Euigilabunt & sobrij fient amatores talium quando nolent, si modo quando utile est, non euigilauerint & sobrij fuerint: & inuenient somnia fuisse illa & transisse sicut umbram. Illi qui sunt noctis, dormiunt & inebriantur: sed *nos qui sumus diei, simus sobrij*, id est, moderate utamur his temporalibus, & propter præsentia bona nō obliuiscamur quęrere futura, id est, æterna. Sobrij, inquam, simus. Quod esse poterimus, si fuerimus *induti loricam fidei & charitatis*, id est, si fides & charitas instar loricæ nos undiq; munierint aduersus omnia diaboli iacula, id ē, contra uniuersa uitiorum tentamēta. Sicut enim lorica munit uitalia, sic fides & charitas munit cor nostrū, ne lędatur à uitijs irruentibus. Et quamuis nunc Apostolus dicat loricam fidei, alio tamen loco dixit scutum fidei. Scutum ergo est fides, quia tela inimi
Ephe. 6. corum excipit & repellit. Lorica etiam est, qa interiora nostra transfigi non sinit. Similiter & charitas nobis est lorica, quia malignorum spirituū iacula non sinit ad cor nostrum interius penetrare. Simus etiam induti *galea*, scilicet *spem salutis*, ut spes æternę salutis ad supna tendēs, obuoluat, id ē, protegat caput interioris hominis, id est, mentem nostram, ne lędatur ab ictibus inimicorum, id est, à tentamentis dęmonū in hoc conflictu uitiorum. Spes enim protegens mentis caput, est nobis galea, quæ scilicet spes dicitur salutis, quia p spem benimus ad salutem. Et rectę dicitur spes salutis, *quoniam non posuit deus nos in iram, sed in acquisitionem salutis*. i. non posuit nos ad hoc in spe, ut eamus in iram dānationis, sed ut acquiramus salutem bene operando. Non enim otiosis datur salus, sed his qui merito bonorum operum acquisierint eam. Et hoc *per dominum nostrum Iesum Christum*, quia nullum iustitiæ meritum salutem nobis acquirere posset, nisi p mediatorem dei & hominum. Vel ideo sobrij simus & armis uirtutum induamur, quia nō posuit deus nos in iram, sed in acquisitionem salutis, id est, non ordinauit & statuit nos ad hoc, ut iram exerceret in nos, sed ut acquireret nos ad salutem p Christum mediatorē, *qui mortus est pro nobis*, id est, qui nos morte sua redemit ab æterna morte, *ut siue uigilemus*, id est, in corpore uiuamus, *siue dormiamus*. i. in somno mortis quiescamus, *simul cum illo* qui est, *uiuamus*, id est, semper sit & uiuat cum illo mens nostra, siue dum in hoc seculo uiuimus, si *Exod. 1.* ue dum in sepulchro dormimus. *Propter quod*, id est, qa hæc spes est nobis, quia Christus mortuus est ad horam pro nobis, ut nos semper cum illo uiuamus, *consolamini inuicem*, id ē, consoletur ex uobis alter alterutrum in aduersis præsentium tribulationū, uel in obitu charorum, *& ædificate alter utrum*, id est, uicissim uosmetipsos per bona colloquia & per bona exempla ædificate in uirtutibus, ut & singuli & simul oēs ędificemini templum domino. Ædificate inquam, *sicut & facitis*. Collaudat, ut magis ac magis prouocet ad studium bene agendi. Hucusq; autem generaliter locutus est oībus, sed nunc singulariter ad subditos admonendos, ut prælatos suos honorent & diligant, se transfert: post ea monebit & prælatos, ut corrigant subditos. Quia uero humiles erant & ad obediendum prompti, ideo nō imperando, sed rogando iniungit eis ea quæ uult ut faciant. Vnde nec apostolum se dixit in exordio epistolæ, quia nō erat necesse ut cogerentur apostolica autoritate. Sic & nunc prælati ecclesiæ bonos subditos humiliter rogare debent, ut in melius proficiant: non imperiose compellere, ut inuiti bona faciant. Ecce enim subiungit Apostolus:

Rogamus autem uos fratres, ut noueritis eos qui laborant inter uos, & præsunt uobis in domino, & monent uos, ut habeatis illos abundantius in charitate: & propter opus illorum pacem habete eum eis.

¶ Vos omnes consolamini & ædificatis inuicem alij alios, ut monemus. Sed *uos o fratres* qui subditi estis, *rogamus ut noueritis*, id est, ostendatis nosse uos per reuerentiam & honorem *eos qui* in regimine ecclesiastico *laborant inter uos, & præsunt uobis in domino*, id est, ordinatione domini, uel in his qui ad dominum pertinent, *& monent uos* ut mala caueatis & bona faciatis, uel ad meliora ꝓficiatis. Ita scilicet noueritis eos, *ut habeatis illos abundantius in charitate*, id est, magis q̄ cæteros diligatis & honoretis illos, ac bonis corporalibus alatis. Volo em̄ ut ex charitate presbyteros honoretis, ac reuerentiū illis exhibeatis. Et *propter illorum opus*, id ē, quia increpant uos uos aut etiam aliquando puniunt uos, uidentes sic opertere fieri, *habete pacem cum eis*, id est, nolite murmurare, nolite pacis amicitiam relinquere, si receauerint uestra uitia. sed ideo magis pacem firmam seruate, quia ipsi non ex odio, sed charitate corripiunt uos. Pulchre obuiat Apostolus peruersi rati eorum, qui dum pro culpis suis increpantur aut uerberant, pacem, quam cum prælatis suis habebant, abijciunt, ac discordias & murmurationes faciunt, dum cum prælatis suis haberi pacem iubet ꝓpter opus ipsorum. Vel ita distingui potest: Habete illos abundantius in charitate propter opus illorum, id est, propterea magis amate illos, quia monent uos & corrigunt, sicut scriptum est, Argue sapien-

A tem, & diliget te. & habete pacem cum eis, ut nunquam discordetis ab illis, etiam si grauiter uos increpauerint aut uerberauerint.

Rogamus aūt uos fratres, corripite inquietos, cōsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad oēs. Videre ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est, sectamini inuicem & in omnes.

¶ Nunc ad prælatos est sermo. Subditos rogauimus ut honorēt præpositos suos, & pacem cū eis habeāt. Sed *uos fratres* qui præestis, *rogamus, corripite inquietos*. i. castigate curiosos & pacis quietem turbātes, atq; indisciplinatos ac uagos. Corripite illos, ne sitis mercenarij: quia qui ideo cessat à correptione talium, ne pdat munus quod ab his accipere solebat, uel ne patiat̄ ab his aduersa, mercenarius est, nō pastor. *consolamini* etiā *pusillanimes*. i. eos
C qui pusillum habent aīm ad tolerantiam præsentium aduersitatū, & contristanē pro malis q̄ sibi accidunt, siue illos qui à spe deficiunt pro magnitudine pctōrum suorum. *suscipite infirmos*. i. nolite abijcere eos q in conscientia sua, uel in actionib9 suis sunt infirmi, sed suscipite illos ad sanandum sicut spiritales medici. Et si in hoc officio uobis aliquid iniuriæ à subditis illatū fuerit, *estote patientes*
B *ad omnes*, qui uobis molesti fuerint. Hoc etiam *uidete*, id est, diligenti consideratiōe attendite, *ne qs alicui reddat malum pro malo*, id ē, non solum modo uos non reddatis malum pro malo, sed etiam uidete ne alius reddat. Tunc etiam malum pro malo reddetis, si eos qui malū uobis irrogant, ad pœnitentiā non prouocaueritis. Hoc nāq; loco intelligendum est tūc potius malum pro malo reddi, si is qui corripiēdus est, non corripitur, sed praua dissimulatione negligit. Aliqū autem hoies correptores suos putant inimicos suos. Ideo cum dixisset, corripite inquietos: subiecit, cōsolamini pusillanimes. Si forte em̄ de correptione incipit desecere, & perturbaē, tunc oportet cōsolari. Suscipite infirmos, ne ꝓ infirmitatē cadāt. Si titubare eū fecit infirmitas, sinu tuo suscipiat charitas. Ac deinde uidete ne quis alicui malū pro malo reddat. Ergo nō est malū, correptio si fit. Ille aūt malū ꝓ malo ei reddit, cui correptionē subtrahit. Videte ne quis aliqū cuiq; id faciat, *sed semp sectamini* oēs *quod bonum* & rectum est *inuicem*, id est, uicissim inter uos, *& in* (id est erga) *omnes* alios.

Semper gaudete in domino, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Hæc est em̄ uolūtas dei in Christo Iesu in omnibus uobis.

¶ Hæc communiter omnibus dicuntur. Licet frequenter aduersa patiamini, tamen nolite contristari, sed *semp* & in prosperis & in aduersis *gaudete*. Sed quia malum ē seculari gaudio gaudere, propterea subiungo ut gaudeatis *in domino*, nō in seculo nec in uobisipsis. In dño gaudete, ut intus apud eum sit gaudium uestrum & gloriatio uestra. *sine intermissione orate*, id est, ut nullo die intermittatis certa tempora orandi. Sed & continuum cordis desiderium, continua oratio est. Nūquid em̄ sine intermissione possumus genu flectere, corpꝰ prosternere, uel manus leuare, ut de hoc nobis dicatur sine intermissione orate? Sed qui nunc uult intermittere orare, non intermittat desiderare. Sic enim orabat Moyses, cui tacenti dixit dominus: Quid clamas ad me? Clamabat enim corde, quamuis nihil diceret ore. Ita iuge desiderium & incessabilis amor, assidua est oratio sanctorum. *In omnibus* deo *gratias agite*. Vera fidelium humilitas est, in nullo superbire, in nullo murmurare, nec ingratum esse, nec querulum: sed in omnibus dei iudicijs deo gratias agere, deumq; laudare, cuius omnia opera aut iusta sunt, aut benigna. In omnibus ergo quæ uobis acciderint, agite deo gratias. Et debetis hæc non inuiti facere, id est, gaudere sp & orare & gratias agere: quia *hæc est uoluntas dei*. i. hoc uult deus ut ista faciatis. Quæ uoluntas est *in Christo Iesu*, quia in Christi beneficio concessit Dei uoluntas hominibus, ut ista possint facere. Et est *in omnibus uobis* hæc dei uoluntas, id est, Deus hoc uult ut oēs uos, maiores atq; minores, ista faciatis. D

Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Omnia autem probate, quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstinete uos.

¶ Quia quidam inter eos habebāt spiritalia dona, sed ab alijs propter inuidiam prohibebantur exercere illa, nec prophetare sinebantur, sed prophetiæ ipsoꝝ ab æmulis contemnebantur, ideo nunc per Apostolum dicitur: Spiritū nolite &c. Non quia spiritus sanctus extingui possit, sed qa quantum in ipsis est, extinctores eius merito uocantur, qui sic agunt ut extinctum uelint. *Spiritū* (inquit) *nolite extinguere*. Et tanq̄ exponens quid diceret, adiecit: *prophetias nolite spernere*. Extinguunt ergo quantū ad eos, spiritum, qui prophetias spernunt; qui ignem spiritꝰ sancti, qui prophetas ad loquendū illuminat & inflāmat, extinguere & adnullare conant. Nolite spm̄ extinguere. i. si spūs sanctus alicui reuelat aliquid, nolite prohibere quod sentit loqui. Et prophetias nolite spernere. i. q̄ sancti per spm̄ sanctum prædixerint, nolite putare fallā esse uel negligere: sed credite uera esse, & reuerēter suscipite. sed tū iuxta Ioannem, nolite oīi spiritui credere, sed probate spūs si ex deo sunt. Vñ & hic subdit: *omnia aūt probate, quod bonum est tenete*. Honorate prophetias, sed tamē nō *1. Ioh. 4.* oīum dicta indiscrete recipiatis, sed probare. i. ratione discutite oīa, utrum bona an mala sint: & quod bonum inuenietur tenete. Postq̄ singula quæque discusseritis, & certa probatione quale sit unumquodq; noueritis, quod bonum esse noueritis, tenete: & ecōtra *ab omni specie mala abstinete uos*, id est, nō solum ab eo ꝙ ueraciter malum est, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiã ab ipsa similitudine mali, hoc est, si quid ma-
A la specie malum aliquid p̃tendit, etsi malum nõ
sit, uos tñ abstinẽtes sitis ab eo, ne mala specie ma-
lum exemplũ detis hominibus. Non em̃ occasio-
nem malæ suspitionis de uobis dare hominibus
debetis, cum uos malã conscientiã non habeatis.

Ipse aũt deus pacis sanctificet uos per
omnia, ut integer spũs uester & anima
& corpus sine querela in aduentum do
mini nostri Iesu Christi seruetur. fidelis
est deus qui uocauit uos, qui etiã faciet.

¶Ego quidem uos moneo ita uiuere & sanctita-
ti operam dare, sed *ipse deus* faciat in uobis qđ mo
neo. Deus *pacis*, id est, deus cui per Chm̃ qui pax
nr̃a est, reconciliati sumus, & qui potest inquie-
tudinem præsentiũ tribulationũ remouere, *san-
ctificet uos* interius exterius q̃ *p omnia*, ut nulla para
uestri absq; sanctificatiõe sit. Ita uos sanctificet, *ut
integer seruetur uester spiritus*, illud quo intelligitis:
& anima, id ẽ, illud quo uiuitis: *& corpus*, id est, il-
lud quo uisibiles atq; cõtractabiles estis. Tria sunt
em̃ quibus homo constat, id ẽ, spũs & anima &
corpus. Quæ rursus duo differunt, quia sæpe ani-
B ma simul cum spũ nominatur. Parsem̃ quædam
eius rationalis, qua carent bestiæ, spũs dicit. Prin-
cipale itaq; nostrũ, spiritus ẽ. Deinde uita quæ cõ-
iungit hunc corpori, anima uocatur. Postremo
ipsum corpus, qm̃ uisibile ẽ, ultimũ nostrũ est. Ita
lud em̃ quo ratiocinamur & intelligimus atq; sa-
pimus, ita proprie spũs nuncupat, ut nõ sit uniuer
sa anima, sed aliquid eius, id ẽ, rationale nostrũ, q̃
sentit & intelligit: ipsa anima, non sicut sentit cor-
poris sensibus, sed sicut ille ẽ intimus sensus, ex q̃
ẽ appellata sententia. Hinc aũt pecoribus sine du
bitatione p̃ponimur, eo q̃ sint illa rationis experti
a. Non em̃ spiritum habent, id ẽ, intellectũ & ra-
tionis ac sapientiæ sensum, sed animam tantũ. Et
si spiritus pecorũ in scripturis appellat, spũs pro
anima nominat. Sit ergo uester spũs integer, id ẽ,
nullo consensu peccati uulneratus: & anima ũra
integra. i. delectationibus carnis non sauciata: &
corpus integrum, id ẽ, peccati perpetratione non
læsum. Et ita seruet integra oĩs uestræ substantia
naturæ *in aduentum domini nostri Iesu Christi*, ut cum
uenerit dñs, non inueniat in uobis peccatorum
uulnera. Vsq; in aduentum domini. i. usq; in finem
uitæ præsentis seruetur integra: quia qualis q̃sq;
de hac uita exierit, talis apparebit in aduentũ iu-
dicis. Et seruetur *sine querela*, id ẽ, tam innocens, ut
nemo possit de ea iuste conqueri. Aliud nanque
ẽ, esse sine peccato, quod de solo in hac uita uni-
genito dictum ẽ: aliud est, esse sine querela, quod
1. Pet. 2. de multis sanctis etiã in hac uita dici potuit. Quo-
Lucæ. 1. niam est quidam modus bonæ uitæ, de quo etiã
in ista humana conuersatione iusta quærela esse
non possit. Quis enim iuste queritur de homine q
nemini male uult, & quibus potest fideliter con-
sulit, nec contra cuiusq; iniuriam tenet libidinẽ
uindicandi, ut ueraciter dicat, Sicut & nos dimit- C
timus debitoribus nostris: & tamen ex eo qđ ſce- Matth. 6
rum dicit, Dimitte sicut & nos dimittimus. sine Luce. 11
peccato se non esse declarat. Itaq; sine querela cõ
seruemini usq; in aduentum domini, id est, usque
ad terminum uitæ huius, ut nemo possit de uo-
bis querelam facere. Et uere integri sine querela
constituabimini. quia *fidelis est deus*, uerus in pro-
missis, *qui uos uocauit* ad uitã, *qui etiam faciet* ut inte-
gri perueniatis ad eam,

Fratres orate pro nobis. Salutate fra-
tres oẽs in osculo sancto. Adiuro uos
per dñm, ut legatur epistola hæc oĩ-
bus sanctis fratribus. Gratia dñi nostri
Iesu Christi uobiscum. Amen.

¶*Orate* (in quit) *fratres pro nobis*, ut auxilio uestrę
o ratiõis hberemur à malis, & bona quæ cupimus
assequamur & ex nostra parte *salutate fratres om-
nes*, ut per hanc salutationem impleantur maiori
gratia, & magis accendant in amorem nostri. Sa-
lutate illos *in osculo* non lasciuo nec ficto sed *sancto*
. i. casto & uera dilectione pleno. *Adiuro* etiam *uos*
per dominum, ut si propter simplicem iussionẽ ne- D
glexeritis facere, uel saltem propter sacramentũ
adiuratiõis hæc faciatis. Adiuro uos *ut hæc epistola*
quam mitto uobis, *legatur omnibus fratribus sanctis*,
id est, baptismo sanctificatis, ut oẽs ædificentur p
eam & confirmentur. uel sanctis, id ẽ, perfectis, ut
& ipsi proficiant. Et ut hæc oĩa facere ualeatis,
gratia domini nostri Iesu Christi sit uobiscũ, cuius auxi-
lio compleatis. *Amen*.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM SECVN-
dam ad Thessalonicenses.

PErseuerantibus uel exercentibus se magnis tribula
tionibus, aliam scribit Apostolus ad Thessalonicẽ-
ses epistolam, iterum monens eos ad patientiã, & ostẽ-
dens fieri iusto dei iudicio, ut boni per præsentes tribu-
lationes ad gloriam perpetuæ quietis perueniant, & ma
li propter iniurias quas sanctis inferunt, pœnas eternas
subeant. Ostendit etiam instare temporibus eorũ diem
dñi, sicut ipsi putabant propter quędam eius uerba, qũ
de resurrectione posuerat in præcedente epistola. Nam
quod dixerat, Mortui qui in Christo sunt, resurgẽt pri
mi: deinde nos qui uiuimus, qui relinquimur, simul ra-
piemur cum illis in nubibus obuiã Christo in aera, hoc
ipsi non intelligentes, conturbati sunt, æstimantes q̃d in
diebus eorum qui tunc uiuebãt, uenturus esset dominus.
Qua de causa præcipit secundam hanc Apostolus scri-
bens eis ab Athenis epistolam, intendit huiusmodi opi-
nionem destruere: ne cum transiret tempus, quo dominũ
crediderant esse uenturum, & uenisse non cernerent, etiã
cętera fallaciter sibi promitti arbitrantes, de ipsa mer-
cede fidei desperarent. Nam si Apostolus in hoc mentitus
putaretur, per omnia reprobaretur: & ita diabolus
tali opinione deluderet eos ac deciperet. Propterea cor-
rigit Apostolus hunc eorum errorem, & ostendit quæ-
dam certa signa demonstrari ante quam dies iudicij ue-
niat, scilicet primo uenturam discessionem & reuelandũ
hominem peccati, qui ẽ Antichristus. Remotione aũt
huius erroris facta, suo more transit ad moralem ex-
hortationem, ubi & aspere corrigit quorundam inquie-
tum animum. Sic autem incipit:

A EPISTOLAE PAVLI SECVNDAE AD THES
salonicenses. CAPVT I.

PAVLVS & Silua-
nus & Timotheus ec-
clesiæ Thessalonicen-
sium in deo patre nr̃o
& dño Iesu Christo,
gratia uobis & pax a
deo patre nostro & dño Iesu Christo.

¶Hæc superius exposita sunt. Post salutationẽ
sic inchoatur:

Gratias agere debemus semper deo p
uobis fratres, ita ut dignũ est, qm̃ super
crescit fides uestra, & abundat charitas
uniuscuiusq; uestrũ inuicẽ, ita ut nosipsi
in uobis gloriemur in ecclesijs dei, pro
patientia ũra & fide in oĩbus persecu
tionibus ũris & tribulationibus, quas
sustinetis in exemplũ iusti iudicij dei,
B ut digni habeamini in regno dei, pro q̃
& patimini. si tñ iustum ẽ apud deũ re-
tribuere tribulationẽ his qui uos tribu
lant, & uobis q tribulamini, requiẽ no-
biscum in reuelatiõe dñi Iesu de cælo
cum angelis uirtutis eius, in flamma
ignis dantis uindictam his qui non no-
uerunt deum, & qui non obedierunt
euangelio domini nostri Iesu Christi.

¶A magna laude eorũ inchoat, ut laudando eos
corroboret & nutriat. sed de oĩbus quæ in eis
laudat, præmittit deo gr̃as, significans eos à deo
habere oĩa quæ laudat, uel pro q̃bus laudat eos,
ne forte ex his quæ diuinitus acceperant, extolle-
rentur quasi ex seipsis hæc habentes. Superbia em̃
plerunq; nascit ex bene gestis. *Debemus* (inqt) o *fra-
tres agere semper deo gratias pro uobis, ita* magnifice
ut dignum est: quia pro magnis magnæ gratiæ sunt
agendæ: *quoniam fides uestra* non decrescit in tribu-
lationibus, sed *supercrescit*. i. quotidie maior effici-
tur & superat aduersitates, uel adeo p̃ficit, ut ope-
ret supra q̃ præcepimus. *& similiter charitas uniusc-
uiusq; uestrum abundat*. i. abundanter exhuberat *in-
uicem*, id ẽ, inter uos. & quia ita supercrescit fides
ũra & abundat charitas, inde gr̃as agere debemus
deo pro uobis, non ita uos laudare tanquam hoc
habeatis ex uobis. *Ita* supercrescit & abũdat fides
& charitas ũra, *ut nosipsi* qui non de paruo gloria-
remur *in uobis gloriemur in ecclesijs dei*. i. apud eccle-
sias fideliũ, quibus exemplũ de uobis damus. Vi-
dete ergo ne sitis exemplum defectus. gloriamur
apud sanctos ecclesias in uobis. i. de bonis q̃ sunt
& augentur in uobis. i. Gloriamur scilicet *pro pa-
tientia & fide uestra*. i. quia nõ deficitis nec murmu-
ratis, sed patientes estis & fidẽ seruatis *in omnibus p-* C
secutionibus uestris de loco ad locũ, *& tribulationibus*
. i. tormentis & afflictionibus, quæ uobis in uno
loco fiunt, *quas sustinetis in exemplum iusti iudicij dei*.
Ac si diceret: dum tam dura toleratis, q tã recta
agitis, quid aliud q̃ iusti iudicij dei exem-
plum datis? Quia ex ũra pœna colligendum est,
quomodo feriat quibus irascit, si sic uos affligi pa
tit, in quib9 lætat: aut qũo illos percussurus ẽ, qui-
bus iustum iudiciũ exhibet, si etiã uos sic eruciat,
quos pie redarguens fouet. hinc em̃ intelligitur q̃
modo non parcat impijs, tanquam farmentis pre-
cisis ad conbustionẽ, quando iustis nõ parcit p-
pter perficiendã purgationẽ. Vnde & Petrus ait:
Tempus ẽ ut incipiat iudicium de domo dñi. Si 1. Petr. 4
autem primum à nobis, quis finis eorũ qui nõ cre-
diderunt dei euangelio? Hoc ẽ exemplum futuri
iudicij, quod nunc cernit in afflictiõe piorũ. sed si
illi mõp leuib9 peccatis suis grauit iudicant, mul-
to grauius impij pro suis criminibus in fine iudi-
cabuntur. Ideo sustinetis flagella præsentium tri-
bulationũ, *ut* per hoc purgati *habeamini digni in re-
gno dei*. i. in æterna beatitudine, ad quã nullus in-
trabit immundus, quia non ẽ dignus. Sed uos per
has passiones efficiamini digni illo regno, *pro quo* D
& patimini, nõ pro humano fauore, nec pro aliquo
crimine. Nihil aliud em̃ quærit mens nr̃a pro his
passionib9, nisi regnum dei: nihilq; criminis admi
sistis, pro quo talia pareremini. Dixi q̃ sustinetis
in exemplũ iusti iudicij dei, quo punient aduersa-
rij ũri, ut habeamini digni in regno dei: *tamen* hæc
conditione fiet istud, *si est iustum apud deum*, his dari
pœnam & uobis qetem, id ẽ, si opera eorũ tam pes
sima sunt, ut deus iudicet iustũ esse p his retribui
cruciatus æternos: & si opera ũra adeo uere bona
coram eo sunt, ut ipse iustũ ducat pro his recom-
pẽsare quietem perpetuã. Aliter em̃ iudicat deus
& aliter homo, q̃a sæpe quod nos improbamus,
ipse approbat; & quod nos laudamus, ipse condẽ-
nat. Subtilia em̃ & iusta sunt iudicia dei. Et ideo
ne isti nimiũ securi fiant de futura saluatiõe sua,
& incipiãt negligent agere, ac nimiũ certi de dã-
natione suorũ aduersariorum, incipiãt desperare
cõuersionẽ illorũ, pulchre temperatã dedit Apo-
stolus de utrisq; sententiã. Sustinetis (inqt) in exẽ-
plum iusti iudicij dei, ut digni habeamini in re-
gno eius: si tñ iustum ẽ apud deum, *retribuere tribu-
lationem* æternã *his qui uos* ad tempus *tribulant, & uo-
bis qui* temporaliter *tribulamini, requiem nobiscũ* sem
piternã, nõ in præsenti uita, sed *in reuelatione domi-
ni Iesu*. i. quando reuelabit & palam corã omnib9
apparebit dñs, ut reddat unicuiq; secundum opus
eius. Dñi dico, uenietis *de cælo cũ angelis uirtutis eius* Mat. 19.
. i per quorũ ministerium ostendet ipse uirtutem
suam, dum bonos p eos elegerit, & malos foras
miserit, & uenientis in *flamma ignis*, non quod sit
flamma circundatus, sed per effectum, quia ini-
micos exuret. Ignis dico, *dantis*. i. inferẽtis *uindictã*
his qui non nouerunt deum. i. infidelibus: *& qui non obe-
dierunt euangelio domini nostri Iesu Christi*, id est, illis q

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fidem habuerunt, sed mandata dñi seruare negle
xerũt. Grauius peccat sciẽs, q̃ nesciẽs. Nec tñ ideo
confugiendũ est ad ignorantiæ tenebras, ut in eis
quisq̃ requirat excusationem. Aliud em̃ est nesci-
re, aliud scire noluisse. Voluntas quippe arguitur
in eo, de quo dr̃, Noluit intelligere ut bñ ageret,
Sed illa ignorantia quæ non est eorũ qui scire no
lunt, sed eoꝝ qui tanq̃ simpliciter nesciunt, nemi-
Psal. 35. nem sic excusat, ut sempiterno igne non ardeat, si
propterea non credidit quia non audiuit q̃ cre-
deret, sed fortasse ut mitius ardeat. Et si illi æterno
igni cremandi sunt, qui deũ nescierunt, quid de il
lis fiet, qui prædicatores dei uel seruos eius causa
noĩs eius persecuti sunt? Aut si illi perpetuo passu
ri sunt, qui euangelio quod acceperant, nõ obedi
erunt, quid illi patient̃, qui præcepta ipsius euan-
gelij scienter & uoluntarie præuaricati sunt?

Qui pœnas dabũt in interitu æternas
a facie dñi & a gloria uirtutis eius, cũ
uenerit glorificari in sctis suis & admi-
rabilis fieri in oĩbus qui crediderũt, qa
creditũ est testimonium nostrũ super
uos in die illo. In quo etiam oramus sp
pro uobis, ut dignet̃ uos uocatione sua
B deus noster, & impleat oẽm uoluntatẽ
bonitatis & opus fidei in uirtute. ut cla
rificetur nomen dñi nostri Iesu Christi
in uobis, & uos in illo, secundum grati
am dei nostri & domini Iesu Christi.

¶Ignis ille dabit uindictam, id est, inferet pro cul
pis pœnã infidelibus, qui non nouerunt deum: &
uanis fidelibus, qui nõ obedierunt euangelio dñi.
Qui utriq; *dabunt*. i. luent *pœnas* non horarias, sed
æternas: nec immodico dolore, sed *in interitu*. i. in
morte perpetua, longe remoti *a facie*. i. a præsen-
tia uisionis *domini & a gloria uirtutis eius*, ne eam ui
deant gloriam, quam uirtꝰ eius oñdet in se & da-
bit sctis, sicut scriptũ est: Tollat impius ne uideat
gloriam dei. Nã in iudicio uidebunt boni & mali
formam serui, ac deinde cum mali in gehennam
præcipitati fuerint, boni subleuabũtur ad uiden
dum claritatẽ diuinitatis eius. Tunc pro ignoran
tia & inobedientia sua dabunt mali pœnas æter-
nas, proiecti à facie dñi, ut *cũ uenerit glorificari in san*
1. Iohn. 3. *ctis suis*. i. replere & illustrare sctõs suos gloria sua,
ut uidentes eum sicuti est, similes ei fiant, & ipse
glorioſus in eis appareat: *& admirabilis fieri*. i. admi-
ratione & laude dignus oſtendi *in omnibus* etiam
minoribus, *qui crediderunt* ea fide, quæ per dilectio
Galat. 5. nem operatur. Admirabilis tunc fiet in his q̃ cre-
diderunt, impijs admirantibus tãtam salutem iu-
storum, quos hic despiciebant, & ipsis iustis suam
salutem mirãtibus. Ideo autem (sicut dictum est)
dabit tunc uobis requiem nobiscum, *quia testimoni*
um nostrum, id est, quicquid testificati sumus uobis
de his quæ fierent *in illo die*. i. de gloria bonorum
& de pœna malorum *creditum est* à uobis, quamuis
esset *super uos*, id est, superãs uestrum intellectum. C
Quamuis enim supra sensum esset quod dicebа-
mus, nec posset illud intelligẽtia uestra capere, tñ
uos nostro testimonio fidem accõmodatis. Vel
super uos fuit, idẽ, uobis dominans, non quærẽ-
tibus rationes. Vel quasi de loco sublimiori lo-
quentes, super uos testimoniũ protulimus, quod
creditum ẽ à uobis de his quæ fient in die illo. In
quo die ut dignetur uos. i. dignos habeat uocatiõe
sua deus noster, nos *etiam oramus semper pro uobis*. i.
non solum instruximus uos de illa iustorum glo
rificatione uel impiorum damnatione, sed etiam
oramus assidue pro uobis, ut ad illã gloriã pertin
gatis, *ut* scilicet *dignetur uos sua uocatione deus noster*. i.
dignos uos iudicet quos ad regnum uocet, dicẽs: Matt. 25.
Venite benedicti patris mei, percipite regnum. & impleat omnem uestrã *uoluntatem bonitatis*. i plenarie
faciat quicq̃d bene uultis. Vel interim in hoc secu
lo impleat oẽm uoluntatem bonitatis in uobis. i.
plene uos faciat uelle oñe bonũ. & impleat in uo
bis *opus fidei*. i. omne bonũ opus quod fides exigit,
& hoc *in uirtute* potentis ãctionis. Vel confessio ẽ
proprie opus fidei, ut q̃ mens credit, lingua fate- D
atur, impleat in uobis opus fidei. i. confessionẽ, et
hoc in uirtute constantiæ, ut nullo mõ flecti pos-
sitis à fidei confessione. Ita uidelicet impleat hoc
in uobis, *ut* in præsenti uita *nomen domini nostri ie-*
su Christi clarificetur in uobis. i. clare & glorioſum ap
pareat in bonis operibus uestris: *& uos* in alia uita
clarificemini *in illo*, & hoc *secundũ gratiam dei nostri*
patris, & domini Iesu Christi. i. secundũ quod pater et
filius per gratiã sancti spiritus electis suis gratuita
bonitate tribuunt supra q̃ mereri possunt.

CAPVT II.

ROgamus aũt uos fratres p aduẽtũ
dñi nostri Iesu Chri, & nostræ con
gregationis in ipsum, ut nõ cito moue-
amini a uestro sensu, neq; terreamini,
neq; per spũm, neq; per sermonem, ne-
que per epistolam tanquam per nos
missam, quasi instet dies domini.

¶Captata illoꝝ beneuolentia, illisq; laudatis, se-
cure descendit ad principalem intentionẽ, uel ad
remotionem erroris, q̃ maxime turbati fuerant.
Quasi dicat: Vos quidem fratres patienter oĩa su-
stinetis, propter remunerationẽ quã à deo spera-
tis; sed rogamus uos ut à sensu catholicæ fidei nul
latenus moueamini. *Rogamus aũt uos fratres* nõ per
leue aliquid, sed p *aduentũ domini nostri Iesu Christi*, si
uultis ut uobis prosit, & paduentum *nostræ congre-*
gationis in ipsum Chm, si uultis esse in ea, q̃ oẽs q̃
electi fuerimus, cõueniemus & cõgregabimur in
ipsum saluatorem. *ut non cito moueamini*. i. non cito
titubetis *a uestro sensu*. i. à sensu catholicæ ueritatis,
uel à puro intellectu quẽ hactenus habuistis. Nõ
cito moueamini. Si em̃ mouemini, cito ẽ, qa ni-
hil uobis inferẽ quod diu duret. *neq; terreamini* q̃si
de uicino periculo imminẽtis iudicij. *neq; p spiritũ*

A moueamini aut terreamini. i. si malignus spũs q̃si
angelus lucis apparens in uisione, persuadeat uo-
bis diem dñi uestris diebꝰ imminere, uel si quis di
cat se per spm̃ sanctum hoc coꝝ nouisse, non cre-
datis ei. *neq; p sermonem*. i. si qs præsentialiter apud
uos publico sermone & inter alia uoluerit hoc
astruere, nolite unq̃ credere. *neq; per epistolam* alicu-
ius absentis *tanq̃ per nos*. i. iussu nr̃o *missam* uel sub
noĩe nostro, nolite seduci. Siue per epistolam quã
uobis ante misimꝰ, nolite turbari. i. nolite putare
q̃ epistola nostra dicat uestris diebus Christũ esse
uenturũ. Nolite his oĩbus terreri, *quasi instet dies do-*
mini. i. quasi uicinus immineat dies, in quo dñs po-
tentiam suam oſtendet, puniẽdo malos & saluan
doꝰ bonos. Non ideo dicit hoc Apostolus, ut uelit
illos securitate corpore ac negligenter agere & im
paratos esse, sed ne in ipsa perturbatione expecta
tionis celerrimi aduentus dñici possent seduci, ad
suscipiendum pro Christo diabolũ, qui hoc age-
bat ut sub noĩe Christi se faceret adorari, sicut &
beato Martino suadere uoluit. Quod ut nõ pos-
sit, tempus & signa dñici aduentus describit Apo
stolus. Nam animos eoꝝ uel occasio nõ intellectꝰ
epistolæ, quam ipse eis miserat, uel ficta reuelatio
q̃ per somnium deceperat, uel aliquoꝝ coniectu-
ra, Isaiæ & Danielis euangeliorũq; uerba de Anti
christo prænunciantia, in illud tempus interpre-
B tãtium, mouerat atq; turbauerat, ut in maiestate
sua tunc Christũ sperarent esse uenturum. Cui er
rori medetur Apostolꝰ, & exponit q̃ ante aduen-
tum Christi debeant præstolari, ut cum illa facta
fuerint, tunc expectet Chrs. Parcens tñ eoꝝ uere
cũdiæ uel teneritudini, nequa q̃ eos aperte repre-
hendit, quia cõmoti fuerant, sed ne moueant ro-
gat, & prius etiam multũ eos laudat. Plerunq; em̃
pusillanimes utilius emendamꝰ, si & eoꝝ bñ ge-
sta memoramꝰ, & si qua ab eius inordinate gesta
sunt, nõ iam tanq̃ perpetrata corripimus, sed q̃si
adhuc ne perpetrari debeant prohibemus, ut & il
la q̃ approbamus, illatus fauor augeat: & cõtra ea
q̃ reprehẽdimus, magis apud pusillanimes exhor-
tatio uerecunda conualescat. Vnde nũc magister
egregius, ut dictũ est, cũ Thessalonicenses in acce
pta prædicatiõe perdurãtes, quasi de uicino mun
di termino quadam cognosceret pusillanimitate
turbari, prius in eis quæ fortia prospicit, laudat;
& caute monendo postmodũ quæ infirma sunt,
roborat. Cum enim multa laude digna dixisset,
subiunxit hoc de quo loquimur: Rogamus autẽ
uos fratres per aduentum domini &c. Egit enim
uerus doctor, ut prius audirent laudari quod re-
cognoscerent, & postmodum quod exhortati se
querentur; quatenꝰ eorum mentem, ne admoni-
tio subsequens conuerteret, laus præmissa solida-
ret. Et commotos eos uicini finis cõmonitione co
gnouerat, non iam redarguebat commotos, sed
quasi transacta nesciens, adhuc commoueri prohi
bebat, ut dũ se de ipsa leuitate motionis pdicato-
ri suo incognitos crederent, tanto irreprehensibi
liores essent, quanto magis ab illo se cognosci for
midarent.

Ne quis uos seducat ullo mõ. Qm̃ nisi C
uenerit discessio primũ, & reuelatꝰ fue
rit hõ peccati, filius pditiõis, qui aduer- Matt. 14
satur & extollit̃ supra oñe q̃ dr̃ deus, aut Ephe. 5.
q̃ colit̃, ita ut in tẽplo dei sedeat, oſten
dens se tanq̃ sit deus. Non retinetis q̃
cũ adhuc essem apud uos, hæc dicebam
uobis? Et nũc q̃d detineat scitis, ut reue
let̃ in suo tẽpore. Nã mysteriũ iã ope-
ratur iniquitatis, tm̃ ut qui tenet, nunc
teneat, donec de medio fiat. Et tũc reue
labit̃ ille iniquus, quẽ dñs Iesus interfi-
et spũ oris sui, & destruet illustratiõe
aduẽtus sui eũ, cuius est aduẽtus scdm
operationẽ satanæ in oñi uirtute & si- D
gnis & pdigijs mẽdacibꝰ, & in oñi se-
ductiõe iniquitatis his qui pereũt, eoq̃
charitatẽ ueritatis nõ receperũt, ut sal-
ui fierent. Ideo mittet illis deus operati
onem erroris, ut credant mendacio, ut
iudicentur omnes qui non crediderũt
ueritati, sed consenserunt iniquitati.

¶ Videte, inquit, *ne quis uos seducat ullo modo*. i. ne
quis in errorem trahat uos, aut per spiritum, aut
per sermonem, aut per epistolam, aut per alium
quemlibet seductionis modum, ut credatis insta-
re diem domini. *Quoniam* non instabit, *nisi primum*
uenerit discessio, ut omnes gentes quæ Romano im
perio subiacent, discedãt ab eo: siue ut multitudo
ecclesiarum discedat à põtifice Romano, aut mul
titudo hominum discedat a fide, & nisi *reuelatus*. i.
manifestatus & oſtensus *fuerit*, qui omniũ prophe
tarum uerbis prænunciatur, *homo peccati*. i. Anti-
christus, qui non est deus iustitiæ, ut finget, sed ho
mo peccati, in quo fons omnium peccatorũ est,
& filius perditionis, id est, diaboli, qui est uniuersо-
rum perditio, uel filius perditionis. i. natus ad hoc
ut perdat alios, & tandem ipse perdatur. *qui* scili-
cet homo pestifer, *aduersatur* Christo, ideo uoca-
tur Antichristus, id est, contrarius Christo. Vel
omnium saluti aduersatur, *& extollitur*. i. effert se
supra omne quod dicitur deus. aut quod colitur, id est, sup
illos qui nunc patiue, non essentialiter sunt dñi,
& super illum qui naturaliter est deus. Deus em̃
dici aliquando & hõ potest, iuxta q̃ Moysen di-
citur: Ecce constitui te deum Pharaonis. deus ꝩ o Exod. 7
coli, purus homo non potest. Quia uero se Anti-
christus & super sanctos quosque homines, & su-
per ipsius potentiam diuinitatis extollit p exactũ
sibi nomẽ gloriæ, & hoc quod deus dicit, & hoc
quod deus colitur, transire conatur. Et *ita* erigẽt,
ut sedeat & se adorari iubeat *in templo* Dei, fortasse

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quod ē in Ierusalem. Vel potius in templo dei sedebit,id est,in mentibus Christianorum quos seducet, q fuerant templum dei. Nam iuxta hunc sensum dicitur in Psalmo: Deus, uenerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum. Gentes enim templum dei polluerunt,quādo pagani quosdam Christianos in persecutione idolis sacrificare coegerunt. Inhuiusmodi igitur templo sedebit Antichristus,*ostendens se tanquam sit deus*. id est, super eorum mentes quos seducere poterit fastu glorię secularis,erigel, ita ut cum sit hō peccator, hō ramen existimari despiciens, deū se super hoīes mentiatur. Nisi ita fuerit Romanum imperium antea desolatum,& Antichristus ita manifestus præcesserit,Christus non ueniet, q ideo uenturus est,ut Antichristum destruat. *Non retineris in corde,quod hæc ipsa quę nunc scribo per epistolam,cum* adhuc *apud uos essem*,*præsenti sermone narrabam & dicebam uobis*, Christum scilicet non esse uenturum,nisi præcesserit Antichristus? Hoc debuissetis firmiter retinere,nec de suspicione proximi aduentus domini fluctuare. Ego præsens dicebam Antichristum prius uenturum. *Et nunc quid detineat scitis*, id est, quæ causa sit quod Antichristus modo non ueniat,optime nostis. Quoniam scire illos dixit, aperte hic dicere noluit: & ideo nos qui nescimus quod illi sciebant, aut uix aut nequaquam peruenire ualemus ad id, quod ipse in hoc loco sensit. De Romano tñ imperio intelligitur. qui & ideo uidetur aperte noluisse dicere illud eē destruendum,quod ipsi qui imperabant æternum putabant,ne eos in odium Christiani nominis excitaret. Si enim aperte & audaciter dixisset, Nō uenit Antichristus, nisi prius Romanum deleatur imperium, iusta causa perditionis aduersus nascentem tñc ecclesiam consurgere uideretur. Velaut ergo quadam obscuritate quod dicebat,ne Romanos inciteret ad persecutionem ecclesiæ. uel impediret à suscipienda fide. Scitis, inquit, quid eum nunc detineat, ut modo non ueniat. hoc scilicet detinet eum, quia ea quæ fieri debet ante aduētum eius, prius facienda erit discessio, ut gentes discedant à Romano imperio, sicut iam factum cernimus. Et adhuc prius est facienda grauior discessio, ut ingens multitudo eorum qui Christiani ratis uocabulum portant, discedat à religione uel ab ipsa fide Christiana, in tantum ut cum uenerit Antichristus, facile suscipiat eum. Hoc & his similia, sunt quæ adhuc detinent & retardant eum. Non enim debet aut potest uenire, nisi quādo ita deprauatum fuerit genus humanum, ut cum uenerit, mox suscipiat eum. Scitis quid eum nunc detineat, id est, quæ causa sit dilationis eius, *ut reueletur*, id ē, manifestius cunctis appareat *in tempore suo*, id est, sibi congruo, quando uidelicet satanas soluetur & aduersus ecclesiam totis uiribus relaxabitur. Tunc nanque erit tempus Antichristi, quia tunc regnabit, cum quod uoluerit faciet, ideoq; tunc aperte reuelabit. *Nam* in membris suis *iam operatur mysterium iniquitatis*. Quod est dicere: Multis malis atq; peccatis quibus Nero impurissimus Cæsarum mundum premit, Antichristi pars turitur aduentus: & quod ille operatus ē, postea in isto ex parte completur. Sic ergo in Nerone, cuius opera uelut Antichristi uidebantur, & in cæteris similibus operatur aduersarius ille iam ab ipso tempore apostolorum mysterium iniquitatis: quia Nero & cæteri tales præfigurant cū, sicut Abel & Isaac & Dauid præfigurauerunt Chīm *tantum* hoc restat, *ut qui nunc* imperat, imperet donec de medio fiat. i. donec de medio tollatur. Tantum ut Romanum imperium, quod nunc fere uniuersas gētes *tenet*, *teneat* eas *donec de medio fiat*. i. donec illa potestas auferatur de medio mundi: qa omnes undiq; Romam confluebant uelut ad caput. Vel de medio fiat, id est, de cōmuni tollatur illa potestas. De medio enim fieri, est de communi hominum aspectu auferri. *Et tunc reuelabitur ille iniquus*, *quem* significare Antichristum nullus ambigit. Vel ita: Scitis quid nunc detineat eum, hoc fortasse, quia nondum sic deprauati sunt omnes, ut statim susciperent illum, ut reueletur in suo tempore, quādo parati erunt homines illum suscipere. Nam mysterium iam operatur iniquitatis. Ac si dicat: Tunc Antichristus manifestus uidebit. nam in cordibus iniquorum secreta sua iam nunc occultus operatur. Iam in malis & fictis qui sunt in ecclesia, operatur mysterium iniquitatis. Quod ideo dicitur mysterium, quia uidetur occultum, quia tales operarij ostendunt se uelut ministros aut famulos Christi, cum reuera ministri sint Antichristi. Nam iniquitas eorum est mystica, id est, pietatis nomine palliata, & sub specie boni perpetrat malum. Tantum est, ut qui tenet nunc fidem Christianæ religionis, teneat illam, id est, tenaciter perseueret in ea, donec de medio fiat. i. donec de medio ecclesiæ exeat mysterium iniquitatis, quod nunc occultum est, cum manifestum erit, quando omnes de ecclesia palam exibunt, qui non ad Chīm, sed ad Antichristum pertinebunt. Et tunc reuelabitur ille iniquus. Vel Romanus pontifex, qui tenet nunc ecclesias, teneat illas donec de medio fiat, id est, donec ab ipsa Romana ecclesia quæ est medium & cor ecclesiarum, fiat iniquitas, ob quam ab ea multæ discedant ecclesiæ. Varijs modis intelliguntur hæc Apostoli obscurissima uerba, ubi tamē nullum temporis spatium aperit. Aut enim, ut reueletur in suo tempore, nec dixit post quantum temporis id futurum sit. Et subiunxit, nam mysterium operat iniquitatis, nec expressit quandiu hoc operetur. Item quod sequitur, tantum qui tenet nunc, teneat donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus, docet nos Antichristum manifestum futurum: sed post quantum temporis reuelandus sit, nec saltem obscure locutus est Apostolus. Quid enim sit, qui modo tenet, teneat: uel qd sibi uelit, donec de medio fiat, potest quisq; sic coniectare, ut intelligat uel aliquatenus suspicetur, quia quoquo modo scriptum legit, quandiu teneat, aut post quanta temporum spatia de medio fiat, hic tacetur omnino. Sed quantumcunq; longum aut breue sit hoc interuallum, omnia tamen in eo fient, quæ prius fieri debent: & tunc Antichristus manifeste reuelabitur fons totius iniquitatis. Qui nec modo in membris suis, nec tunc in seipso timendus est: quia ipsum *dominus Iesus interficiet spiritu oris sui*, id est, inuisibili uirtute spiritus sui, procedentis à se sicut à patre, diuina scilicet potestate & imperio maiestatis suæ, cuius iussisse fecisse est, non in exercitus multitudine, non in robore militum, non in auxilio angelorum. Sed quomodo tenebrę solis fugantur aduentu, sic *& illustratione aduentus sui eum* dominus

A *destruet* atq; delebit. Occidetur autem, sicut euolumine Danielis intelligimus, in monte Oliuete in papilione in solio suo, illo uidelicet loco, quo dominus in cælum ascendit. Post cuius interfectionem concedentur ad pœnitentiam quadraginta quinque dies his, qui ad uitam præordinati sunt, & persequutionem illam non fine offensiōe transierunt. Verum uero completis illis quadraginta quinque diebus, mox adueniat dominus, an adhuc supersit aliquantulum temporis, omnino nescimus. Quod ergo dicitur, quia dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, non ita intelligēdum est quasi in ipso iudicis aduentu sit interficiendus atque destruendus, sed antea. Illustratio eñ aduentus eius, non inconuenienter intelligitur aliqua claritas pnuncians aduentum eius, quæ tanta sit, ut uisa ea, mox prætimore moriatur ille pestifer. Destruet itaq; eum dominus, *cuius est aduentus secundum operationem satanæ*, id est, qui cum uenerit, faciet omnia
1. Cor. 5. diabolo instigante, non tamē sine sensu, ut phrenetici, qui culpam non habent de malis quæ faciunt. Nam sicut deus erat in Christo, mundum reIoha. 14. concilians sibi, ita diabolus erit in Antichristo, mundum seducens. Et sicut Christus ait, Pater in me manens, ipse facit opera: sic diabolus in Antichristo manens, faciet omnia quæ ille uidebitur facere. Eius itaq; aduentus erit secundum operationem satanæ *in omni uirtute*: quia tunc satanas relaB xabitur, ut in oīi uirtute sua per eum operetur. *& operabitur signis* quæ in quocunq; tempore significent aliquid: *& prodigijs*, quæ in futuro tantum aliquid significent. Vel signis minoribus, & prodigijs maioribus. Quæ scilicet signa & prodigia erunt mendacia, id est, falsa: siue quia mortales sensus per magica phantasmata decepturus est, ut q̄ non faciet, facere uideatur: siue quia illa ipsa etiam si erunt prodigia, ad mendaciū pertrahent creditoros. Operabitur ergo p eum & per sequaces eius satanas in omni uirtute fortitudinis cōtrarię, & in signis atq; prodigijs falsorum miraculoꝝ uel ad fallitatem ducentium. *& in omni seductione iniquitatis*, qa simulabit se religiosum, ut sub specie decipiat pietatis, imo se deum esse dicet, & se adorari faciet, atq; regna cælorū promittet. Alios quoque donis temporalium diuitiarum corrūpet, alios autem cruciatibus *&* minis atq; terroribꝰ frangel; & in omni arte seductionis fraudes suas exercebit *his qui pereunt*, id est, qui ad uitam prædestinati non sunt, sed ad perditionem uadunt. Illa ergo Antichristi tentatio cunctis præteritis maior apparebit, quando pius martyr corpus sum tormētis subijciet, & tamē ante eius oculos miracula tortor faciet. Quis enim ad fidē cōuertaē incredulus, cuius iam credentis non paueat & concuti atur fides, quando persequutor pietatis fiet etiam operator uirtutis, idēq; ipse qui tormentis sæuiet ut Christus negel, miraculis prouocabit ut Antichristo credat? Sed potens est spūs dei, corda suorum etiā inter tam grauia tentamenta custodire. Nam his signis atq; prodigijs seducent, qui seduci merebuntur, *eo q̄ charitatem ueritatis non receperūt*, iudæi scilicet uel alij infideles, q noluerunt recipere charitatem ueritatis. i. spūm Christi. Dicit eñ C
Ioh. 14. spūs sanctus charitas, & Chris est ueritas. Charitas ergo ueritatis, ut diximus, est spūs Chri. Sed hanc charitatem iudæi nō receperūt *ut salui fierent*, ideo seducentur ut pereant. Vel charitatē ueritatis nō receperunt, ut non bona spiritalia cōcupiscerent, sed carnalia. Et quia spe inuisibiliū bonorum gaudere non norūt, in laqueos Antichri ruituri sunt, ut credant mendacio, quod illo duce uelut in cōspectu inimicorum suoꝝ uisibilium, qui eos uisibiliter captiuauerant, habituri sint uisibilem gloriam. Quia ergo charitatē ueritatis nō receperūt, ut inuisibilia bona, quæ sola sunt uera, diligerēt, & saluatore suo capto salui fierent, *ideo mittet*. i. uenire permittet *illis deus* nō operatorem, sed ipsam *operationem* (id ē, fontem) *erroris*, *ut credant mendacio*, quia mendax ē ille ipse & pater eius. *ut iudicent* Ioha. 8 .i. in aduentu iudicis condemnent *omnes qui non crediderunt ueritati*, Christi, *sed consenserunt iniquitati* Antichristi. Deus illis operationem erroris mittet, quia diabolum facere ista permittet iusto ipse iudicio, quamuis faciat ille iniquo malorum cōsilio. Vt iudicentur, inquit, omnes &c. Proinde iudicandi seducentur, & seducti etiā iudicabuntur. D
Sed iudicandi seducuntur illis iudicijs dei, occulte iustis, iuste occultis, quibus ab initio peccati rationalis creaturæ nunquam iudicare cessauit, seducti aūt iudicabuntur nouissimo manifestoq; iudicio. Et quidem si Antichristus de uirgine natus esset, & prior uenisset in mundum, poterant habere iudæi excusationem, & dicere quod postea uenerit ueritas, & ideo primitus mendaciū poterant pro ueritate suscipere. Sed cum non ita sit, ideo iudicandi sunt, imo procul dubio condemnandi: qa Christi ueritate contempta, postea mēdacium (id est, Antichristum) susceperi sunt.

Nos aūt debemus gratias agere deo semper pro uobis fratres dilecti a deo, q̄ elegerit nos deus primitias in salutē in sanctificatione spiritus & in fide ueritatis, in quā & uocauit uos per euangelium nostrum, in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi.

¶Illi condemnabuntur, qui ueritate reprobata mendaciū susciperē: sed nos & uos saluabimur, qui ueritatē suscepimus, unde & gratias agere debemus. Et hoc est: *Nos autem debemus semper gratias agere deo pro uobis*, quos ad suam notitiā uocauit, o *fratres dilecti a deo*, pro merito uestrę sanctitatis, uel dilecti ab eo gratis priusquam aliquid boni meruissetis, & sic per præuenientem dilectionem uocari, quoniam ipse prior dilexit nos. Gratias (inquam) deo agere debemus, eo *quod* ab æterno *elegerit nos* apostolus *deus* in cōsilio, puidentiæ uel sapientiæ suæ, & elegerit nos *primitias*. i. primos & p̄.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipuos,nō ultimo tempore periculoſo, ſed in ex-
A ordijs euangelicæ gīæ, & hoc *in ſalutem* ęternam,
ut in eam nos perducat, poſitos *in ſanctificatione ſpi-
ritus*, qui in baptiſmo ſanctificat, *& in fide ueritatis*,
non erroris, ęa quicq̄d nr̄a fides creſcit, uerum eſt,
nec fallitur opiniōe alicuius erroris, ſicut illi q̄ ſe-
quunt Antichr̄m: *In quam* fidē *& uos uocauit*, id ē,
nō ſolū nos primitus uocauit, ſed etiā deinde uos
per *euangelium noſtrū* quod uobis p̄dicauimus, *in ac-
quiſitionem gloriæ domini noſtri ieſu Chriſti*, id ē, ut per
fidem acquiratis gloriā quam habet Ieſus. Vel in
acquiſitionē glorię Chr̄i. i. ut uos ſibi Chriſtus ac-
1. Pet. 2. quireret ad glorificandū ſe, ut eſſetis populus ac-
q̄ſitionis, & Chriſtū bene uiuendo glorificaretis.

Itaq̄ fratres ſtate & tenete traditiōes
quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue
per epiſtolā noſtrā. Ipſe aūt dominus
noſter Ieſus Chriſtus, & deus & pater
noſter qui dilexit nos, & dedit cōſola-
tionē æternā & ſpē bonā in gratia, ex-
hortetur corda ueſtra, & confirmet in
omni opere & ſermone bono.

¶Quandoquidē uos deus ad fidem conuertit, ut
per hanc ad gloriam pertingatis, nec inſtat adhuc
dies dn̄i, *itaq; fratres ſtate* in fide, & nolite moueri à
B ueſtro ſenſu: & ut ſtare firmiē in fide ualeatis, atq;
ſtatū rectitudinis in operibus bonis ſeruetis, *tenete*
in corde & operib9 *traditiones quas didiciſtis, ſiue per
ſermonem* noſtrū, dum eſſemus præſentes: *ſiue per
epiſtolam*, quam uobis miſimus abſentes. Et nos q̄-
dem ſermonibus & epiſtolis uos admonemus, ut
in bono ſtetis: ſed ipſe deus per internā gr̄am ſuā
exhortetur intrius corda ueſtra. Nos ēm foris in
uacuū laboramus, ſi ipſe intus nō fuerit operat9.
Et ideo *ipſe dominus noſter ieſus Chriſtus*, qui nos ſuo
dominio pie mancipauit: *& deus* qui nos creauit, &
pater noſter, qui nos in filios adoptauit, & paterno
affectu *nos dilexit*, dans unigenitū pro nobis, & per
ſpūm paracletū (qui interpretat conſolator) *dedit*
nobis *conſolationem æternam*, cum iam inter aduer
ſa præſentis miſeriæ incipimus æterna gaudia p̄-
guſtare: *& ſpem bonam*, qua de exilio ad patriā ex-
pectamus redire *in gratia*. i. in eius gratuito mu-
nere, quia hoc nō meruerамus: ipſe inquam filius
& pater, qui iam tot & tanta nobis largitus ē, ex-
hortetur *corda ueſtra*. i. incitet ad meliora uoluntā-
tes ueſtras, & *confirmet* cōtra impugnantes *in omni
opere* bono, & in omni *ſermone bono*.

CAPVT III.

DE cętero fratres orate pro nobis,
ut ſermo dei currat & clarificet,
ſicut & apud uos, & ut liberemur ab
importunis & malis hominibus. Non
ēm omniū ē fides. Fidelis aūt dn̄s eſt, q̄
cōfirmabit uos, & cuſtodiet a malo. Cō-
fidimus aūt de uobis fratres in dn̄o, q̄ſ
niam q̄ p̄ręcipimus uobis, & facitis, & C
facietis. Dn̄s autem dirigat corda ueſ-
tra in charitate dei & patientia Chr̄i.

¶De his quæ ad uos pertinent, diximus & mo-
nuimus quō agere debeatis: ſed *de cętero*, id eſt, de
eo quod ad alios pertinet, *fratres orate pro nobis, ut
ſermo dei* quē loquimur, *currat* ſine impedimēto ad
oēs gētes, ut multi uelociter conuertant̄. Currat,
id ē, ſine obſtaculo feſtinanter ad oēs perueniat: &
clarificetur, id ē, clarus & intelligibilis fiat audienti-
bus, *ſicut & apud uos* cucurrit & clarificatus ē & ora-
te *ut liberemur*, ne detineamur *ab importunis & malis
hominibus*, id ē, infidelibus qui reſiſtunt nobis, ſed
ubiq; liberi diſcurremus ad prædicandū. Libere-
mur ab importunis, id ē, infidelibus qui reſiſtunt
ueritati, diſputando uerbis contra eam, & malitia
nos perſequuntur, & tormentis cruciant. Ideo di-
co liberemur, quia *non omniū eſt fides*, id eſt, non ad
omnes pertinet fides, id ē, non adhuc omnes fidē
acceperunt qui acceпturi ſunt. Vel orate ut libe-
remur, quia non omnium eſt fides, id eſt, non ad
omnes pertinet fides, nō omnes crediturі ſunt eti
am orantib9 uobis, ſed tantū q̄ præordinati ſunt. D
Nam poſſe habere fidem, ſicut poſſe habere cha-
ritatē, natura ē hominū: habere aūt fidem, ſicut ha
bere charitatē, gr̄a eſt fidelium. Ideo aūt deus per
orationes fidelium non credētes credere facit, ut
oſtendat quia ipſe facit. Nemo eſt ēm tam impe-
ritus, tam carnalis, tam tardus ingenio, qui non ui
deat deum facere, quod ſe rogari præcepit ut fa-
ciat. Non omniū ē fides, ſed in̄ nolite eos timere q̄
ſine fide ſunt, quia *dominus eſt fidelis*. Lucrax in pro-
miſſis, q̄næ pollicitus ē electis ſuis, dicēs: Ecce ego *Mat. 28.*
uobiſcū ſum oībus diebus uſq; ad conſummā-
tionem ſeculi. Fidelis eſt, id ē, fideliter adimplens
quæ promiſit. *qui confirmabit uos* in bono, *& cuſtodi- Ephe. 6.*
et a malo. Confirmabit, id eſt, firmos & ſtabiles fa-
ciet, ne ſitis fluctuantes, & circunferamini omni
uento doctrinæ in nequitia hominum. & cuſto-
diet à malo, nō ut nihil aduerſitatis patiamini, ſed
ut nihil poſſit nocere uobis. Diximus ut teneatis
traditiones noſtras, & cętera quæ iuſſimus imple
atis: nec puto fruſtra, ſed *confidimus de uobis fratres in
domino*, qui in uobis operatur, *quoniam ea quæ præ-
cipimus uobis, & nunc facitis & ſemper facietis*. Sed
ne fruſtra hæc de uobis confidamus, *dominus*, id ē,
ſpūs ſanctus *dirigat corda ueſtra*, id ē, rectas faciat uo
lūtates uras, exiſtentes *in charitate dei* patris, ut eū
toto corde diligatis: & in *pattentia Chriſti*, ut para-
ti ſitis libenter pati pro Chriſto, ſicut ille paſſus eſt
pro uobis. Tota trinitas in hac breui ſententia de-
claratur. Dominus enim præmittitur, ipſe (ut di-
ximus) eſt ſpiritus ſanctus. Qui recte dominus ap
pellatur, ſicut pater & filius, quia ubi uult ſpirat,
& quicquid uult facit, atque regit uniuerſa, nec re
git, & oīa illi ſeruiunt. Vnde & in ſuperiori etiā
epiſtola ſimiliter dn̄m Apoſtolus eū uocauit, di-

A cens: Vos aut̄ dominus multiplicet &c. Poſt hoc autem
de curioſis agitur, cum ſubditur:

Denunciamus autem uobis fratres
in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti,
ut ſubtrahatis uos ab omni fratre am-
bulante inordinate, & non ſēdm tradi
nem quā acceperunt a nobis. Ipſi enim
ſcitis quemadmodum oporteat imita-
ri nos. Quoniam non inquieti fuimus
1 Cor. 11 inter uos, neq; gratis panem manduca-
uimus ab aliquo, ſed in labore & fatiga
tione, nocte & die operantes, ne quem
ueſtrum grauaremus. Non quaſi non
habuerimus poteſtatē, ſed ut noſmet-
ipſos formam daremus uobis ad imi-
tandum nos. Nā & cum eſſemus apud
uos, hoc denunciabamus uobis, quoni-
am ſi quis non uult operari, nec mandu
B cet. Audiuimus enim inter uos quoſ-
dam ambulare inquiete, nihil operan-
tes, ſed curioſe agentes. His autem qui
eiuſmodi ſunt, denunciamus & obſecra
mus in domino Ieſu Chriſto, ut cum ſi-
lentio operātes, ſuum panem māducēt.

¶ Vos quidem præcepta noſtra (ſicut confidimus)
facitis & facietis, ſed quicunq; ea non fecerint, ſubtra-
hite uos ab illis. Et hoc *uobis denūciamus fratres*. i. de re
nuncium uobis diuinū afferimus *in nomine domini noſtri
Ieſu Chriſti*, id eſt, in autoritate nominis eius, uel in glo-
ria eius ut propter reuerentiam nominis eius, uel pro-
pter gloriam nominis eius faciatis q̄ dicitis *ut* ſcilicet
ſubtrahatis uos & ſeparetis *ab omni fratre*, id eſt, ab om
ni Chriſti iamo *ambulante inordinate*, i. i eſt, uiuente non
ſicut ordo naturæ uel ordo chriſtianę religionis exigit,
& ambulante *non ſecundum traditionem* ambulandi, id
eſt, uiuēdi uel operandi, *quam acceperunt a nobis*. Ab om
ni fratre q̄ ſic ambulat, uos ſubtrahite, id eſt, non cōmu
nicetis in cibo uel in potu, uel in mercatura, ſiue in col-
loquio, uel m alia re, niſi cauſa corrigendi eum, ne parti-
cipes ſitis delictorum eius: ſed uitate eum, ne uideamini
fouere prauitatem eius, ut crubeſcat & corrigatur, cum
ſe uiderit ab omnibus cauēri. Ab eis qui non ſecundum
traditionem noſtram ambulant, uos ſubtrahite. nam uos
ipſi ſcitis quemadmodum oporteat imitari nos. id eſt, non
eſt opus ut exponam uobis eam traditionem, quia ſcitis
eam. Scitis uidelicet, qūo qui recte uolunt ambulare, de
bent ambulare p uiam, per quam nos ambulamus, id eſt,
exēpla noſtra ſeq. *Quoniam non inqueti fuimus inter uos*,
ut illi qui aliena negocia curant, ociоſe uagantes huc &
illuc, ac diuinum officium relinquentes, & uitam ſingu-
lorum ſuperflue ſcrutantes, ac fratribus detrahentes, &
murmurationes ac diſſenſiones uel ſcandala nutrientes.

Dum enim nacant & nihil operantur, callidus hoſtis ua
nam mentem eorum occupat talibus: quia ſicut ſcriptum C
eſt, multam malitiam docuit ocioſitas. Sed nos non ita
fuimus inquieti. Nec *gratis*, id eſt, ſine p̄cio iuſti laboris
manducauimus, non dico delicioſas eſcas, ſed nec ipſum Eccl. 33
panem ſumptum *ab aliquo*, *ſed in labore* manuum & *fati-
gatione*, quia laborabamus uſq; ad fatigationem: *nocte
& die operantes* unde uictū haberemus, *ne quem ueſtrum
grauaremus*, id eſt, ne alicui ueſtr ū eſſemus oneri ſtipen-
dia ſumendo. *Et non* laborauimus, *quaſi non habuerimus
poteſtatem* ſmendi ueſtra i. non ideo uictum proprio
labore quæſiuimus, quod non poſſemus à uobis accи-
pere ſumptus: *ſed* ideo *ut noſmetipſos daremus formam
uobis*, id eſt, exemplum *ad imitandum nos*, i. ut uos ocium
dimittere tis, & in opere nos imitaremini. Si eſſ nos cum
poſſemus ex prædicatione uictū habere, maluimus ex la Gene. 3.
bore noſtro uiuere, multo magis uos deberis ſi ſudore
uultus panem ueſtrum præparare. Propter aliam cau-
ſam apud iuſtos laborauit Apoſtolus, & propter aliam
apud Corinthios. Corinthij enim tenaces erant, & mul-
tis uitijs occupati: & ſi quid Apoſtolo dediſſent, uide-
retur eis ēd Apoſtolus deberet leuius erga eos agere, nec
aſpere increpare, ſed eis blādiri propter dona ipſorum.
Iſti uero ſolebāt in ocio uiuere, & idcirco dedit illis Apo
ſtolus in ſeipſo exemplum operandi manibus proprijs, D
ut inde haberēt unde poſſent uiuere, & indigentibus elee
moſynam p̄bere. Sciendum itaq; beatum Apoſtolum
opera corporalia ſer uos dei operari uoluiſſe, q̄ finem ha
berent in magnam ſpiritalem mercedē, ad hoc ut & ipſi
uictu ac regumēto nullo indigerent, & manibus ſuis hoc
ſibi procurarent. Neq; huic apoſtolico p̄cepto & exem-
plo contrarium eſt quod dn̄s ait, Noliti ſoliciti eſſe, di- Matt. 6.
centes, quid manducabimus aut quid bibemus, aut qūo
operiemur? Non enim dn̄s prohibuit ſeruis ſuis ut iſta
non procurent, quantum neceſſitati ſat eſt, unde honeſte
uiuere poſſint, ſed ſuperfluitatem nimiæ ſolicitudinis de
licioſarum eſcarum & ueſtium interdixit. Non enim ait, C1
Ne ſoliciti ſitis animę uræ ut manducetis, ſed, quid man
ducetis: neq; corpori ueſtro ut induamini, ſed, qd indua-
mini: prohibens ſcilicet nimiam accurationem in eligen
dis ueſtibus & cibis, non laborem operis aut moderatam
curam in rebus neceſſarijs. Nos ipſos, inq̄t, formam de
dimus uobis, ut nos imitaremini in labore operis, nā &
hoc dicebamus uobis. Quia uidelicet nō ſolum nunc dn̄
ſumus abſentes, hoc uobis dicimus: ſed etiam *cū eſſemus*
præſentes *apud uos*, *denunciabamus* ac p̄cipiebamus *uo
bis, quoniam ſi quis non uult operari, nec manducet*. Non
diximus, ſi quis non operatur, non manducet: ſed, ſi quis
non uult operari: quia ſunt nonnulli qui uellent, ſed non
poſſunt. & ideo licet non operentur, inculpabiles tamen
ſunt, quia in terra pax hoībus bonæ uoluntatis. Qui ne- Luce. 2.
ro poſſunt, ſed nolunt, illi merito culpantur, & illis eti-
am corporeus cibus interdicitur. Idcirco aūt & laboris
noſtri mentionem fecimus, & ut ſimiliter agatis p̄cipi-
pimus, atq; ſuperius, ut ab omni fratre ambulante inor-
diate uos ſubtrahatis, admonuimus: quia *audiuimus*,
id eſt, relatum eſt nobis, *quoſdam inter uos ambulare in-
quiete*, id eſt, de loco ad locum tota die uagari, & *nihil
operantes* manibus ſuis, quod utile ſit illis uel alijs,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *sed curiose agentes*, id est, cum quadam superflua & inutili solicitudine & studio, quærētes ab alijs qd agat rex Francorū, aut quanti sit annona, seu q̃le tēpus in hoc anno sit futurum, uel his similia. Multa em̃ breuiter hic reprehendit uitia, id est, inquietudinem & ociositatem & curiositatem & multiloquium, in quo non deerit peccatū. Nam inquietudo, dum solicite domus alioꝝ circuit, uel alie-
Prou. 10 na acta curiose perquirit, in multis offendit. Curiose enim agunt, qui ad hoc uacant, ut dicere aut audire aliquid noui possint. Sed *his q eiusmodi sunt*
☞ *denunciamus, & in sup obsecramus*, id est, per sacra adiurantes eos rogamus, *in domino iesu Christo*, ut sālē propter eius reuerentiam faciant quod dicimus, *ut* scilicet non curiose loquantur, uel interrogent quid agat ille uel ille, nec ocioſi manentes uiuant ex alieno labore, sed *cū silentio operantes*, id est, linguam refrenantes, & manus in opere exercentes, *manducent* non alienum *panem*, sed *suū*, id est, proprio labore præparatum, non ab alijs sibi datum.

Vos autē fratres, nolite deficere bñ facientes. Quod si quis non obedierit uerbo nr̃o per epistolam, hunc notate, & ne commisceamini cum illo, ut confundatur. Et nolite quasi inimicum exB istimare, sed corripite ut fratrem.

¶ Propter necessitates sanctoꝝ, qui quamuis obtemperent præceptis Apostoli, ut cū silentio operantes panem suum manducent, possunt tñ multis ex causis indigere supplemento aliquo talium sustentationū, ne illi qui habebāt unde seruis suis necessaria præberent, hac occasione pigrescerent, præuidens continuo subiunxit: *Vos aūt fratres nolite deficere benefacientes*. Monuimus (inquit) loquaces & ociosos, ut silentiū teneant & manibus suis operentur, unde uictum habeāt. Sed uos fratres, qui habetis huius mundi substantiam, nolite propter hoc q̃ diximus, deficere bñfacientes illis, sed sustentate illos de bonis uestris: qa etsi operētur, possunt tñ nonnullis, imo pluribus indigere, cum sint forsitan infirmæ & delicatæ naturæ. Præcipimus ut operent quantū poterūt. *Quod* (id est, sed) *si quis non obedierit uerbo nostro*, id ē, huic præcepto, siue etiam cuilibet alij mandato, q̃d uobis damus p epistolam, *hunc notate*, id est, notam reprehensiōis huic imponite. Vel p epistolam hūc notate, id ē, per literas quis sit mihi notificate, *& ne commisceamini cum illo*, id est, ne cōmunicetis illi, sed excommunicate illum, & à uobis separate, *ut* à uobis abiectus *confundatur*, id est, erubescat, cum se uiderit à cūctis abhorreri, & sic uel propter uerecūdiam corrigatur & obediat. Et licet præcipiam nō commisceri, tamen *nolite* illum *existimare quasi inimicū*, id est, nolite illum odio habere, putantes quod sit inimicus, *sed* affectu dilectiōis *corripite* illū *ut fratrem*, quia unum habet uobiscum patrem. Ac si diceret: Pacem cum eo exteriorem soluite, sed interiorem circa illum medullitus custodite, ut mentē peccātis sic uīa discordia feriat, quatenus pax à uestris cordib9 nec abnegata discedat. Nā licet cum extraneis uel eriam paganis communia sint agenda, ut p hoc ad amorem nīæ religionis attrahantur, cum fratribus tñ aliquoties non sunt agenda, ut corriganť. Extranei enim blandimentis ab bñ agēdum sunt alliciendi: fratres uero, si sponte peccauerint, asperitate moderata sunt corrigendi. C

Ipse autē dñs pacis det uobis pacem sempiternam in omni loco. Dñs sit cū omnibus uobis. Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola. Ita scribo. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis, Amen.

¶ Monui ut inobedientem fratrē exterius corripiatis, & tñ interius apud uosmetipsos pacem erga eum teneatis: sed quia hoc non nisi p donū gratiæ cælestis facere ualetis, *ipse dominus* qui est *pacis* & concordiæ dator & amator, *det uobis pacem* nō horariam, sed *sempiternam*, i. quæ sinē nō habeat. Pacem, id est, fraternam concordiam, uel sedationem tribulationū, quas ab aduersarijs patimini, D siue quietem ab impugnatione uitioꝝ, uel pacem cum deo & sanctis angelis, quæ nunq̃ finiat uel interrumpatur, det ipse uobis *in omni loco*, id est, apud domesticos & apud extraneos, & in hoc seculo & in futuro. Et ut pacem habeatis, *dominus sit cum omnibus uobis*, qui uos & à malo defendat, & in bono custodiat. *Salutatio mea* subiungitur, scripta *manu Pauli*, id est, propria manu mea, non manu notarij, *quod est signū in omni epistola*, ut p hoc cognoscatur esse mea, *ita* enim *scribo*. Ne quis pseudo poneret nomen suū in principio pro Pauli nomine, & diceret suam esse epistolam, ideo Paulus in fine consueuerat hoc signum ponere, per quod ab eo recognosceretur. Non tamen in unaquaq̃ epistola eius hoc inuenitur, sed in ista & in illa quæ est ad Colossenses, & in prima ad Corinthios. Galatis hoc idem sic dicitur: Videte qualibus literis scripsi uobis mea manu. Et Philemoni, Ego Galat. 6. Paulus scripsi manu mea. Quod ergo dixit, quia hoc signum eius est in oñi epistola, non sic intelligēdum est, ut prorsus in unaquaq̃ sit hoc ita scriptum, sed in multis: quia omne non semper pleneriam uniuersitatem significat, sed aliqñ quandā multitudinem. Nam q̃ dictum ē ad Corinthios, Salutant uos omnes sancti, nequaq̃ putandū est, 2 Cor. 13 q̃ omnes sancti qui erāt in uniuerso mundo, tūc per illam epistolā salutarēt eos, cum plures essent qui scriptionem illius epistolæ ignorarent. Similiter & q̃ Romanis dictum est, Salutant uos oēs ecclesiæ Christi, non de omnib9 ecclesijs q̃ erant Rom. 16 in orbe, intelligitur. Sic ubi legimus, quia omnes gentes narrabant de prælijs Iudæ, nequaq̃ credimus q̃ oēs gētes q̃ erant in Scythia, uel in India, uel in remotis insulis, tunc loquerent de Machabæi prælijs. Multa q̃q̃ similia in scripturis sanctis reperiuntur, in quibus omne, non uniuersitatem

A significat. Non ergo mentitus est Apostol9, qui dixit hoc signum esse in omni epistola sua, quod tñ non per singulas quasque posuit, quia secundum usitatam scripturarum sanctarum locutionē hoc dixit. Deinde *gratia domini nostri iesu Christi*, inquit, hoc est, gñale auxilium Christi ad oīa & donum, sit *cum omnibus uobis*, tam maioribus q̃ minorib9, tam uiris q̃ mulieribus. Vel si hoc q̃ dicit nūc, graria dñi nostri Iesu cum oībus uobs, est illa salutatio quam sua manu in omni epistola pro signo se tetiaē scribere, tunc ueraciter oīe pōt intelligi uniuersitatē plenarie significare, quia hoc reperitur in fine uniuscuiusq̃ epistolæ. Oēs enim q̃s scripsit, finiuntur in precatione gratiæ, *Amen*.

PRAEFATIO IN EPISTOlam primam ad Timotheum.

Actus 15 & 16. Sicut Lucas refert, cū discessisset Paulo à Barnaba, p ambulabat Syriā & Ciliciā, confirmans ecclesias, peruenitq̃ Derben & Lystrā. Et ecce discipulus quidā erat ibi nole Timotheus, filius mulieris uiduæ fidelis, patre gentili. Huic testimoniū bonū reddebāt qui in Lystris erant & Iconio fratres. Hūc uoluit secū proficisci, & assumens, circūcidit eum propter Iudæos qui erāt in illis locis. Sciebant enim oēs q̃ pater eius gentilis esset. Non propterea circuncidit eū Paulus, q̃ putaret aliquid iustificationis illi iam ex circuncisione prouenire: sed ne Iudæi propter eū, si esset incircuncisus, retardarent fidē B suscipere. Quē cū postea Paulus in Asia pontificē Ephesiorū reliquisset, pseudo apostoli qui carnales observationes inducere nitebantur, propter hanc eius circuncisionem uires in eum assumebant. Ipse minus fortiter quām oporteret, resistebat eis. Et ideo scribit ei Apostolus, ostendens quodammodo ratiōes quas illis obijciat. Scribit eriam de episcopali officio, quomodo scilicet ecclesiam instruat, quales presbyteros uel diacones ordinet, quales uiduas honoret, quomodo seipsum in ecclesia habeat, & quomodo eam regat. Si. q̃ incipit:

EPISTOLAE PAVLI PRIMAE ad Timotheum. Cap. I.

PAulus apostolus Iesu Christi secundum imperium Dei saluatoris nostri & Christi Iesu spei nostræ, Timotheo dilectio filio in fide: Grā & misericordia & pax a deo patre nostro & Iesu Christo dño nostro.

¶ Timotheo scribit *Paulus*, cui credendū est, quia est *apostolus Iesu Christi*, i. legatus regis saluatoris: & hac autoritate munitus, resistit pseudo apostolis. Et est Apostolus non sēm suam præsumptionē, sed *secūdum imperium dei*. Et ideirco q̃ ei resistit, imperio dei resistit. Spiritussanctus præcepit: Segregate mihi Barnabam & Paulū in opus ad quod Actus 13. assumpsit eos, & nunc ipse Paulus dicit se apostolum esse iuxta imperium dei, quia imperium spiritussancti est imperium dei patris, cum inseparabilis sit uoluntas & operatio trinitatis. Paul9 est apostolus secundum imperium dei *saluatoris nostri & iesu Christi spei nostræ*, id est, iuxta præceptum summi patris qui nos saluat, & filij in quo est spes salutis & gloriæ nostræ, non in carnali obseruatione. Paulus qui tantæ autoritatis est, mittit hanc epistolam *Timotheo dilecto filio in fide*, i. quē ipse genuit non in carne, sed in fide. Licet enim iā fidelis esset, & bonum testimoniū haberet, q̃n Paulus eum inuenit, tñ per eum in eadam fide & religiōe sic instructus est, ut recte dicat ab eo genitus in fide. Vel in fide scribit ei contra corruptores fidei. Et hunc filium salutat, dicens: Sit tibi *gratia*, i. donatio spirituſsancti, qua ministri dei, id ē, episcopi armant: *& misericordia*, p quam diuinit9 à miseria huius seculi uel oīum malorū libereris: *& pax*, i. tranquilC litas animi & prælibatio æternæ pacis, ut uitijs et 1. Petri 4 hostibus superatis, in pacata quiescas ecclesia. Et hoc sit tibi *a deo patre nostro*, qui nos creauit, atque paterno affectu nos diligit: *& a Christo Iesu domino nostro*, i. ab eo quē unxit deus, & saluatorem cōstituit, qui & nos suo dominio clemēter mācipauit.

Sicut rogaui te ut remaneres Ephesi, cū irem in Macedoniam, ut denunciares quibusdam, ne aliter docerent, neq̃ D intenderēt fabulis & genealogijs interminatis, quæ quæstiones præstant magis q̃m ædificationem, quæ est in fide.

¶ Ita sit tibi gratia, misericordia & pax, *sicut rogaui te ut remaneres Ephesi*, id est, resideres pontifex apud Ephesios. Vel subauditur ita fac, sicut rogaui te facere cum irem in Macedoniam, ut scilicet remaneres Ephesi, id est, uice mea præsens ageres & ordinares ecclesiam Ephesi, quam ego absens non poteram sufficienter gubernare, *ut denunciares*, id est, ex parte dei nūcius esses *quibusdam* q̃rum nomina spiritussanctus non ignorat, qui in me loquitur, *ne aliter* quām nōs *docerent*, neque auditores eorum *intenderent* eorum *fabulis & genealogijs interminatis*, id est, locutionibus generationū & computationibus, quæ sine termino sunt præ longitudine, quia finis earum non potest inueniri quæ ideo sunt respuendæ, quia *præstant quæstiones* disputationum, id est, generant lites *magis*, id est, potius *quam ædificationem* morum & iustitiæ, *quæ est in fide*, non in carnali obseruatione. Prius præcipitur de pseudo repellendis, tam doctoribus quām auditoribus, ut illis primo repulsis, deinde ualeat puritas catholicæ ueritatis prædicari & audiri. Fabulas uocat, quas alibi traditiōes dicit, quas præter legitimas & propheticas scripturas iudæi tenent, quas non scriptas habent, sed memoriter Mat. 19. retinent, & alter in alterum loquendo transfundit, quas deuterosin uocant. Vbi etiam dicere audent & credere, Deum homini duas creasse mulieres, ex quibus texunt genealogias uere (sicut nunc dicit Apostolus) infinitas, parientes infructuosissimas quæstiones. Et pseudo apostoli, q uolebant esse partim iudæi, partim Christiani, erant

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem hæretici, dolebant apud Ephesios non solum carnales obseruantias legis, sed etiã has iudæoꝝ traditiões à libris propheticis & legitimis alienas, & nõnulli Ephesioꝝ intendebant uerbis eoꝝ. Sed Timotheus ad hoc relictus ẽ Ephesi, ut auditores & doctores huiusmodi corrigeret aut expelleret.

Finis aũt præcepti ẽ charitas de corde puro & cõscientia bona & fide nõ ficta. A quibus quidam aberrantes, cõuersi sunt in uaniloquium, uolẽtes esse legis doctores, non intelligentes neq; quę loquuntur, neq; de quibus affirmant.

¶Ipsi docent fabulas & legem carnaliter implẽdam, sed *finis præcepti*, hoc ẽ, plenitudo legis *est charitas*. Finis em̃ non consumptionem præcepti, sed consummationem hoc loco significat. Oisitaque p̃cepti finis est charitas. i. ad charitatẽ referẽ oñe p̃ceptum, & per charitatẽ implet. Totam em̃ magnitudinẽ & amplitudinẽ diuinoꝝ eloquioꝝ secura possidet charitas, qua deum proximumq; diligimus. Finis igit. i. consummatio oĩs præcepti, q̃d uel in ueteri uel in nouo testamẽto legitur, charitas ẽ, nõ qualiscũq;, sed ea quæ ẽ *de puro corde*. Nã & male uiuentes irrepsunt sibi societate perditæ cõscientiæ, & dicunt se amare, nolle discedere ab inuicem, suis collocutionibꝰ cõciliari, desiderare se absentes, gaudere ad mutuã sibi præsentiã. Sed amor iste tartareus ẽ. Quamobrem ut à tali amore uera charitas Christianoꝝ distinguat, de corde puro esse dicit. Latrones em̃ inter se & cæteri tales charitatẽ de corde puro nõ habent, quia purũ cor in charitate ẽ, quando diligit homo secundũ deũ, & nihil aliud, q̃m id quod diligendũ ẽ, diligit, *& conscientia bona*. bona subiungit propter spem, & conscientiã ponit pro spe. Ille em̃ sperat, qui cõscientiã bonã gerit: tquẽ uero pũgit cõscientia mala, retrahit se à spe, & nõ sibi expectat nisi damnationem. Tertio *& fide* (inquit) *non ficta*. Si em̃ fides nr̃a mendacio caruerit, tunc & nõ diligimus qd̃ non ẽ diligendũ, & recte id credimus quod speramus, & speramus quod credimus, ut in nullo spes nr̃a fallat. Qui uero fingunt sibi quod credant & sperent, sicut hæretici & iudæi siue gẽtiles, fidem habẽt fictã: & ideo nõ possunt habere charitatẽ, quæ cõplet mandatũ. Ille etiã fidem habet fictã, qui bene quidẽ credit, sed propter metũ aut uerecundiã, seu propter quãlibet aliã causam non cõfitetur quod credit, sed quodãmodo fingit se nõ credere. Sed illa charitas consummat oñe præceptũ, quæ ẽ de corde puro, quę nihil diligit, nisi q̃d debet diligi: & de conscientia bona, i. de bona spe quã gerit cõscientia bene operantis: & de fide nõ ficta. i. non ab hominibus inuenta, sed à diuinis eloquijs sumpta. uel nõ ficta, id ẽ, nõ propter metum in corde celata, sed oris confessione libere prolata. *A quibus* uirtutibus, id ẽ, à charitate de corde puro, & à spe bonæ conscientię, & à fide uera quidam procul aberrauerũt, putantes se deũ & proximũ puro corde diligere, cũ non pure diligerẽt: putantes se spem bonæ cõscientiæ habere sine merito actionis religiõsæ, sine testimonio: & putantes se non fictã fidem habere, cum haberẽt ficti am, sed fallebant. Tales erant qui carnales obseruantias prædicabãt, quia deũ se diligere putabant, cũ non diligerent eũ, sicut in actione eoꝝ declarabatur, dum putarẽt se præcepta eius adimplere, sed magis ea transgrederent: & putabant se bonã habere conscientiam, quasi de obseruatione legis, & æstimabant se fidem non fictã habere, sed à diuinis eloquijs sumptam, cum magis haberent ficticiam, credentes deum hircoꝝ atq; tauroꝝ sanguine delectari & odore thymiamatis, quem nos homines sæpe declinamus. Et hoc ẽ quod dicitur, quia *quidam* à charitate & bona cõscientia & à fide non ficta *aberrantes, conuersi sunt in uaniloquium*, ut uane loquant̃ de lege, *uolentes esse doctores legis*, dum carnaliter eam docent obseruari debere: *non intelligentes* uerba quæ docẽt, uidelicet *neq;* ea *quæ* ipsi *loquuntur*. i. uerba quæ docent, & mandata carnalium ceremoniaꝝ quæ ipsi docent: ea nõ intelligunt quid sit sabbatum, uel circuncisio, uel hirci seu tauri immolatio, uel aliquid huiusmodi. i. nesciunt qd in his significetur, *neq;* ea intelligũt *de quibus affirmant*. i. autoritates, de quibus assumũt quędam testimonia, per quæ conantur asserere ceremonias illas iuxta literam carnaliter esse complẽdas: quia nõ animaduertunt scripturarũ intentionem & sensum spiritalem, ideoq; uana loquunt̃, uolentes esse magistri aliorum, cum ipsi nihil sciant. Vel neq; ea quæ loquuntur, neq; ea de quibꝰ affirmant, intelligũt: id ẽ, neq; quæstiones quas ponũt, neq; ratiões quibus eas probant. Similiter faciunt hæretici, uel quilibet temerarij præsumptores, cum si quando de praua & falsa opinione sua reprehendi & conuinci cœperint, ad defendẽdum id quod leuissima temeritate & apertissima falsitate dixerunt, libros sanctos unde id probẽt, proferre conantur: uel etiam memoriter, quæ ad testimonium ualere arbitrantur, multa inde uerba pronunciant, non intelligentes neque quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. Postquam his uerbis Apostolus improbauit aduersarios, mox suam partem approbat, subdens:

Scimus aũt quia bona ẽ lex, si quis ea legitime utatur, sciens hoc quia lex iusto non ẽ posita, sed iniustis & non subditis, impijs & peccatoribus, sceleratis & cõtaminatis, parricidis & matricidis, homicidis, fornicarijs, masculorum cõcubitoribus, plagiarijs, mẽdacibus & periuris, & si qd aliud sanę doctrinę aduersat, quę ẽ secundũ euangelium gloriæ beati dei, quod creditum est mihi.

¶Ipsi non intelligunt legem quam docere uolunt, & ideo uana de ea loquunt̃: sed nos intelligimus eã, & ideo uere de ea loquimur. Nam *scimus quia bona*, id ẽ, utilis *est lex, si quis ea legitime utatur*, id est, sicut intendit ipsa lex, ut scilicet per eã consurgat ad gratiã. *Sciens quia iusto lex non est posita, sed iniustis*. Iusto nõ ẽ lex posita, quę tñ bona ẽ, si quis ea legitime utat̃. Hæc aũt duo Apostolus uelut inter se contraria cõnectens, monet lectorẽ ad scrutandam quæstionẽ atq; soluendam. Quomodo em̃ bona est lex, si quis ea legitime utat̃, si iusto non ẽ posita? Nam qs legitime utit̃ lege, nisi iustus? At Galat. 3. iusto non ẽ lex posita, sed iniusto. At non etiã iniustus, ut iustus fiat, legitime uti lege debet, qua tanq̃ pædagogo perducat̃ ad gratiã, per quam solam quod lex iubet, possit implere? Per ipsam qp Rom. 11 pe iustificat̃ gratis, id est, nullis suoꝝ operũ præcedentibus meritis. Alioquin grãtia iam non ẽ gratia: quandoquidem ideo datur, nõ quia bona opera fecimus, sed ut ea facere ualeamus, id est, non quia legem impleuimus, sed ut legẽ implere possimus. Iniustus ergo legitime lege utitur, ut iustus fiat. Quod cum factum fuerit, ea iam iam nõ utitur tanq̃ pædagogo, cum eruditus fuerit. Quomodo em̃ iusto lex nõ ẽ posita, si & iniusto est necessaria, non qua iniustus ad iustificantem gratiã perducat̃, sed qua legitime iam iustus utatur? Vel legitime utitur lege iam iustus, cum eam terrẽdo imponit iniustis, ut cum & in ipsis cœperit inoleꝝ concupiscentiæ morbus incentiuo prohibitionis & cumulo præuaricationis augeri, cõfugiant per fidem ad iustificantem gratiã, & per donum spũs suauitate iustitiæ delectati, pœnam literæ minantis euadant. Ita non erunt cõtraria, nec pugnabunt inter se duo ista, ut etiam iustus bona lege legitime utat̃, & tñ iusto lex posita non sit. Non em̃ ex ea iustificatus est, sed ex legẽ fidei qua credidit. Legitime utitur lege, qui intelligẽs quare sit data, per eius cõminationem cõfugit ad gratiã liberantem. Et ideo bona ẽ ei lex, q̃a plurimũ prodest ei, dum perducit illum ad gratiã. At huic gratiæ qua iustificatur impius, quisquis ingratus uelut ad legem implendam de suis uiribus fidit, ignorans dei iusticiam & suam uolens cõstituere, Rom. 10 iustitiæ dei non ẽ subiectus. Et ideo sic ei lex non absolutiõis adiutorũ, sed criminis uinculũ, ideoq; non est ei bona, non quia malũ sit lex, sed qa peca- Rom. 7. tum per bonũ talibꝰ operatur mortẽ. Per mãdatum enim grauius delinquit, qui per mandatũ scit q̃m malum sit quod admittit. Iusto aũt non est lex posita. i. imposita ut supra illum sit. In illa em̃ est potius q̃m sub illa. Iniustus uero sub illa ẽ, quia sua uita uiuit, cui coercẽdi lex imponitur. Vt em̃ si dicam, ipsam quodãmodo legem uiuit, qui cũ delectatione iustitiæ iuste uiuit, non proprio aut transitorio, sed communi ac stabili gaudens bono. Sub lege autem quisq; uiuit, inquantũ peccator est: id ẽ, inquantũ à ueteri homine nõ ẽ immutatus. Suam enim uitã uiuit, & ideo lex supra illũ est: quia qui eã non implet, infra illã est. Sed pseudo apostoli hæc non intelligentes, non legitime utebant lege, & ideo uolebant eam imponere iustis. i. Christianis per gratiã iuste uiuẽtibus. Nec cõtrarium est huic sententiæ Apostoli, quòd Psal. Psal. 118 misita utiq; iustus præcatur: legem pone mihi dñe uiam iustificationũ tuaꝝ, quia de noui testamenti gratia id postulat, cum de duritia literę ueteris instrumenti dicat Apostolus, legem non esse iusto positã, sed iniusto. Qui em̃ sponte facit ea quæ lex moraliter iubet uel amplius, cur ei necessitas legis imponeret̃? Libertate em̃ facit, nõ necessitate, q̃d facit. Iniustus uero qui sponte noluit bonũ facere, cogendus ẽ legis necessitate. Apostolꝰ itaq; ne uideretur legem culpare, dicit quia bona ẽ, si quis ea legitime utat̃ur. Et rursus ne uideretur eam inducere, dicit quia non ẽ posita iusto ut ei dominet, sed iniustis. i. eis q̃ legem naturalem nõ seruabãt. *& non subditis*. i. contumacibus, qui cum eis aliqd prohibetur, tunc illud magis ex quãdã superbia faciunt. *impijs* q̃que posita ẽ. i. pietatem rectæ fidei non habentibus: *& peccatoribus*. i. sub ipsa fide grauiter peccantibus. Et subsequenter exponitur partes quibꝰ peccatoribꝰ, uidelicet *sceleratis*, sicut sunt raptores & fures ac sanguinis effusores: *contaminatis*, sicut q̃ seipsos libidine polluũt, uel etiã turpiloquijs, uel ebrietatibꝰ inhonestisq; cõuiuijs fordidant. *parricidis* quoq; *& matricidis* lex ponit. i. ijs q̃ patrem uel matrẽ occidũt, ut qa lex naturæ in eis ẽ soluta, reformet̃ per legem literis scriptã. *homicidis* etiam, i. hominũ occisoribꝰ: *& fornicarijs*. i. illis qui miscent̃ cum meretricibus. *masculorum concubitoribus*. i. Sodomiticã abominationem agentibus: *& plagiarijs*. i. sicarijs uel quolibet gladio plagas facientibus. *mendacibus*, qui falsa loquunt̃: *& periuris*, qui falso iurãt. His qui talia faciũt, ẽ lex imposita, & qui aliud quid tale perpetrãt: *si quid aliud aduersatur sanæ doctrinæ*. i. morali doctrinæ legis naturalis uel scriptæ, quæ sensum mentis sanat, *quæ* scilicet doctrina *est secundum euangelium*. i. concordat euãgelio *gloriæ beati dei*. i. quod prędicat uel dat gloriã deo, qui ex seipso naturaliter ẽ beatus, cum ipse sit æterna beatitudo. *quod* euangelium *est mihi creditum* à deo, sicut fideli dispensatori.

Gratias ago ei q̃ mẽ cõfortauit in Christo Iesu dño nostro, quia fidelẽ me existimauit ponẽs in ministerio, qui prius blasphemus fui & persecutor & contumeliosus: sed misericordiam dei cõsequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit aũt gratia domini nostri, cum fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu.

¶Deus mihi credidit euangelium, id est, comisit prædicatiõem euangelij. Vnde gratias illi ago, id ẽ, laudes ei deuotas offero de hoc eius gratuito dono, quia lex nullum meritum bonum in me posuerat. Ostendit se multis peccatis plenum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A fuisse sub lege, iustificatum uero postquam recessit ab ea. *Gratia* (inquit) *ago ei*, id est, deo patri, *qui me confortauit*, id est, mentem roborauit *in Christo Iesu domino nostro*, sicq; fortē reddidit, ut nec mors, nec uita me possit à Chro separare: sed fortis sim & ad agenda bona, & ad toleranda mala. Ita me ōfortauit, & inde gratias illi ago. Et iustum est ut illi grates referam, *quia fidelem me existimauit*, id est, præuidit, cum sub lege fuissem infidelis. Fidelem (inquam) me existimauit, *ponens in ministerio* prædicationis, quia præsciuit me fideliter dispensaturū euāgeliū, ita ut nihil subtraherē, nihilq; peregrinū adderem. *qui prius* sub lege *fui blasphemus*, id est, ma

Actu. 9. le loquēs de Iesu Nazareno: *& persecutor* sanctoꝝ eius: *& contumeliosus*, id est, cōtumelias multas uer bis & operibus faciens Christianis, *sed misericordiā dei*, id est, remissionē peccatoꝝ à deo *consecutus sum*: *quia* non malignæ mentis studio id *feci*, sed *ignorās*, i. nesciens me mala agere: quia zelo legis feruēs, persequebar prædicatores gratiæ; & mihi putabā me deo placere, sicut dñs prædixerat: Venit (inqt) hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequiū se præstare deo. Quāuis em & illis sæpe uenia concedatur, qui scienter peccauerunt, ego tñ multo facilius ideo sum misericordiam consecutus, quia non per malitiam, sed per ignorantiā pec

B cavi, degens *in incredulitate*: quia ignorabam malū esse persequi Christianos, nec credebā Iesum esse Chrm. Nec tñ misericordiā sum consecutus, qua mihi pcā dimitterent: sed etiam *superabūdauit*, i. fuit per oēm pctōrum meoꝝ enormitatē abundauit, *gratia domini nostri* Iesu Christi: quia supueniens noua gratia, maior fuit in me quām fuerat culpa, ut sanctitas uinceret peccata præcedentia. Gratia (inquam) superabundauit in me *cum fide & dilectione*, *quæ est, in Christo Iesu*, id est, cum fide qua in Christū credidi, & charitate qua dilexi Christum, uel in Christo proximum. Cum hac enim fide & dilectione superabūdauit in me magnitudo cælestis gratiæ, ut diuinis charismatibus exhuberaret em.

Fidelis sermo & omni acceptione dignus, qa Chrs Iesus uenit in hunc mundum pctōres saluos facere, quoꝝ primus ego sum. Sed ideo misericordiam cōsecutus sum, ut in me primo oīderet Chrs Iesus omnē patientiā ad informationem eorum, qui crediturī sunt illi in uitam æternam. Regi autem seculorū immortali, inuisibili soli deo honor & gloria in secula seculorum, amen.

¶ Gratia Christi superabundauit in me. Nam *sermo* quem de hac re loquor, est *fidelis*, id est, uerus: *& est dignus omni acceptione* cordis & operis, quia corpus & animam saluat, ideoq; dignus est, ut omnibus modis accipiatur à cūctis hominibus, tam iudæis q̄ gentilibꝫ. Et quis est ille sermo? *quia* scilicet *Christus Iesus*, id ē, rex saluator *uenit in hunc mundum peccatores saluos facere*, id est, à peccatis saluare C uel à peccatis liberare. Nulla enim causa fuit ei ad nos uenēdi, nisi ut peccatores saluos faceret. Omnes autem peccauerūt, uel in seipsis, uel in primo parente. Sed uenit unus sine peccato, qui saluos faceret à peccatis. Venit peccatores saluare, *quorū primus ego sum*, non tempore, sed culparum magnitudine, qua omnibus peior sum. Peiorem enim uoluit intelligi primum, quomodo in artificibus quicunq; uult ædificare, dicit: Quis est hic primꝫ structor? Quis est primꝫ faber? Aut si curari uult, dicit: Quis est primus medicus? Non utique interrogat quis prior sit ætate, aut quis prior sit professione, sed quis prior sit arte. Quomodo illi in arte primi sunt, sic iste in iniquitate primus, & in peccatis excellens. *Sed* cum (inquit) in malis actibus cæteros præirem, dum princeps persecutorū esset, *ideo misericordiam consecutus sum*, *ut in me primo*, id est, maximo peccatore misericordiam consecuto, *ostenderet Christus Iesus omnem patientiam*, qua diu sustinet peccantes, ut tandem conuertantur: & ostenderet eam *ad informationem eorum qui credituri sunt illi*, ut eant *in uitam æternam*, id est, ut informaret eos ad pœnitentiam exemplo meæ coruersionis, dum uiderent quanta patientia ipse me expectauit ut conuerterer, tandemque conuersum quanta gratia donauit, ut nemo iā desperare possit remitti sibi quæcunque peccata, cum ego tantorum scelerum indulgentiam accepissem, sed unusquisque peccator sibi diceret: Si Saulus sanctus est, ego quare desperoꝫ Si à tāto medico tam desperatus æger sanatus est, ego uulneribus meis illas manus non optabo? ad illas manus non festinabo? Vt hoc dicerent homines, ideo Saulus sanctus est ex persecutore apostolus. Quia cum uenit medicus uolens sibi famam comparare, infirmū quærit aliquem desperatum, & ipsum sanat. Et si pauperrimum inueniat, non ibi quærit mercedē, sed commendat artem. Ita & Christus potentiam specialis medicinæ spiritualis suæ ostendit in Saulo, ut oēs deinceps nossent eum sanare posse cunctas infirmitates omnium confugientium ad se. Deinde, ego, inquit, propter huiusmodi causam cōsecutus sum misericordiam. Sed inde sit honor & gloria *regi seculorum*, id est, patri & filio & spiritui sancto, qui regnat ab æterno in æternum per omnia secula, & dominus atque rex est omnium rerum, utpote creator. Regi dico, *immortali*, id est, incommutabili. Nam ubi inuenis aliter & aliter, facta est ibi quædam mors. Mors enim est, non esse quod fuit. Et idcirco Deus est uere immortalis, quia nunquam mutatur, sed semper idem ipse permanet. Et est inuisibilis in sua substantia, quia uideri diuinitas humano uisu nequa- *Psalm.* quam potest. Ideo enim dicit inuisibilis, quia hoc uideri ab homine non potest, per quod uident homo corpora, non quia mentes piorum uisione sua fraudentur, cum scriptum sit: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Vel idcirco Deus inuisibilis est, quia eius magnitudinem nemo saltem ualet mente comprehendere,

A cum & pax eius exuperet oēm intellectū. Et iste est solus deus, quia præter eū nullus alius. Sed mouere quēq; potest, quō de hoc solo deo qui ē ipsa trinitas, dictum sit, *inuisibili soli deo* cum sint etiam quædam creaturæ inuisibiles, quia & à Christo condita sunt oīa uisibilia & inuisibilia. Sed quia sunt dñ falsi uisibiles, ideo dictū est, inuisibili Deo soli *honor & gloria*. Nam est & creatura inuisibilis, quæ tñ non est nobis deus. Honor ergo & gloria soli deo qui est deus inuisibilis, qm̄ est (ut diximꝫ) & creatura inuisibilis. Honor sit ei à creaturis, & gloria in essentia sua. Vel honor in bona conuersatione sanctorum, & gloria in multiplicatiōe eorum, perdurans *in secula seculorum*, id est, in longitudinem omnium temporꝫ, uel potius in immensitatem spatiorum æternitatis, *Amen*.

Hoc præceptum cōmendo tibi fili Timothee secūm præcedētes in te prophetias, ut milites in illis bonā militiā, habens fidē & bonam conscientiam: quā quidam repellētes, circa fidem naufragauerunt. Ex quibus est Hymenæus & Alexander, quos tradidi satanæ, ut discant non blasphemare.

¶ Postq̄ cōmemorauit quæ & quanta sunt bñficia patris & Christi circa peccatores, uult animare Timotheum ad bñ agendū, ut scilicet sicut bonus miles pugnet cōtra uitia, & cōtra falsos apostolos, & populum sibi cōmissum defendat & doceat. Hoc, inquit, *præceptū commēdo tibi fili Timothee*. Cum filium uocat, ostendit quia patri præcipieri debet libenter obtemperare. Cum nomen eius ponit, attentiorem reddit, & ad magnum sui desiderium excitat. Recte etiā Timotheum nominat, quē ad bñ agēdum prouocat, quia Timotheus interpretat bñficus. Hoc præceptum cōmendo. i. oībus modis quibus possum mando, & attētius iniūgo tibi *scūm præcedentes in te prophetias*. i. secundum scientiam scripturæ prophetarꝫ, quæ iā diu in te est, uel scūm quod spiritus propheticus ostendit mihi de te. Hoc uidelicet præ cæteris mandatis cōmendo, *ut in illis*, hoc est, inter alios qui tibi sunt cōmissi, *milites bonam militiam*, i. in castris dei sic strenuus miles prælieris contra uniuersos hostes populi dei, & spūalibus armis eos expugnes, ut nec falsi doctores, nec maligni spūs, nec uitia tibi uel populo quē regis, prævaleāt, Bonam exercebis militiā, *habens fidem* rectā *& bonam conscientiam*, ut nullius praui consensus tibi sis cōscius, sed cor tuum uideatte in omnibꝫ bene uelle agere. Ideo enim potest implere quod dico, ut bene milites, quia fidem habes & bonam conscientiam, p quas agitur dei militia. Et idcirco semp habebere studeto. *Quam* puritatis ac bonæ uoluntatis & humilitatis cōscientiam *quidam repellentes*, & consentire peccatis eligentes, ut qui in sordibus est, sordescat adhuc, dum uento superbiæ impellerentur, *naufragauerunt*, id est, nauem animæ scopulis errorum fregerunt, atque se & alios in mare huius seculi demerserunt. Et ita naufragium pertulerunt *circa fidem* quasi per circuitum ueritatis euntes, & non ex toto à fide recedētes, nec tamen intra eam manentes. *Ex quibus est Hymenæus & Alexander*, qui idcirco fidem perdiderunt & naufragium erroris pertulerunt, quia conscientiam bonæ humilitatis habere noluerunt. Superbia enim demersit eos in pericula errorum, dum doctores uideri uoluerunt. *Quos tradidi satanæ*, id est, excommunicationi & diabolo uexandos permisi, *ut* uel cruciatibus eruditi *discant non blasphemare*, id est, corrigantur, & ad salutem reuertantur. Licet enim prima peccati persuasio uenerit à satana, & ipse sit autor omnium peccatorum, quidam tamen ei traduntur ad correctionem, ut opus satanæ excludatur opere satanæ. Nulla enim creatura est, siue quę in ueritate manet dans gloriam deo, siue quæ in ueritate non stetit quærens gloriam suam; quæ aut uolens aut nolens diuinæ prouidentiæ nō seruiat. Sed uolēs seruit, quæ hoc sponte facit quod bonum est. De illa uero quæ hoc non uult, fit q̄d iustum est. Nam si etiam ipsi præuaricatores angeli cum principe suo diabolo non recte dicerentur *Ioh. 12. 14 & 16* procuratores uel actores prouidentiæ diuinæ, nō dominus principem huius mundi diabolum diceret, nec apostolica potestas ei blasphematores traderet, ut à blasphematione corrigentur. Sed princeps iste sub tanto imperatore nō facit, nisi quantum illi permittitur, & procuratores isti nihil faciunt, nisi quantum dominus sinit. Non enim latet eum sicut hominem aliquid, aut in aliquo est minus porēs, ut procuratores & actores, qui sunt in eius potestate, aliquid ipso siue non permittente, siue nesciente, in subiectis sibi pro suo gradu rebꝫ efficiant. Non tamen eis reprenditur quod de ipsis iuste fit, sed quo animo ipsi faciunt, quia quo animo faciunt, ipse considerat. Quia neq; liberam uoluntatem rationali creaturæ suæ deus negauit, ee tamen potestatem qua etiam iniustos iuste ordinat, sibi retinuit. Recte ergo nonnulli traduntur satanæ ut corrigantur, quia non potest eis satanas facere nisi quod diuinitus ordinatur. Hactenus de pseudo prædicatoribus egit Apostolus, nunc de cunctis hominibus subiungit.

CAPVT II.

OBsecro igitur primū oīm fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & oībus qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonū est & acceptum coram saluatore nr̄o deo, qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire.

¶ Hic monet orandū pro omnibus. Quia (inqt)

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Christus uenit peccatores saluare, & tu in hoc militare debes, *igitur* doce orare, ut impetretur q̃d faciendum est. *Obsecro*, id est, p̃ sacra adiurans rogo, *primum omnium*, id ē, maxime p̃ omnibus *fieri* à te uel à subiectis tuis, siue ab oĩbus sanctis, *obsecrationes*, id ē, rogationes cum adiuratione sacrorum, ad maiorem expressionem rogandi: & *orationes*, id est, preces simpliciter fusas, atque postulationes, quibus petantur dei beneficia generi humano tribuenda: & *gratiarum actiones*, quibus de iam perceptis beneficijs deo referantur gratiæ. Vel ordo Missæ in his uerbis ostenditur, ut obsecrationes sint, quas facimus in celebratione sacramentorum, cõmemoratione sacrorum, antequam illud quod est in domini nostri mensa, incipiat benedici: orationes uero, cum benedicitur & sanctificatur, & ad distribuendum cõminuitur: postulationes autem, cum populus ab episcopo benedicitur. Postulationes enim quasi ex debito petiuit, uelut cum quadam fiducia uel adnisu. Sic postulatio ibi fit cum fiducia, ut q̃d hic geritur, in æterna uita perficiatur. Quibus peractis, & participato toto sacramento, gratiarum actio cuncta concludit. Hæc autem causa præcipua fuit Apostolo ista dicendi, ut his breuiter præscriptis atq; significatis, non putaretur negligendum esse quod sequitur, *pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt constituti*, ne quis (sicut se habet humanæ cogitationis infirmitas) æstimaret hæc nõ esse facienda pro illis, à quibus p̃secutionem patiebatur ecclesia, cum membra B Christi ex omni essent hominum genere colligenda. Vnde & adiungit: Hoc enim bonum est &c. Vel obsecrationes, id est, cum adiuratione pro rebus difficilibus, ut pro conuersione impiorum. Vel pro remouendis malis orationes, ut quando iam conuersis uirtutes & bona orantur. Postulationes, ut quando gloria cælestis illis petitur. Gratiarum actiones de perceptis seu peractis bonis. Et huiusmodi preces fiant pro omnibus hominibus, ut nullus sit tam peccator, pro quo non oretur, cum & Saulus precibus Stephani sit conuersus. Et pro illis etiam de quibus minus uidebatur, id est, pro regibus, licet Actuũ.7. sint mali & sanctis infesti, & pro omnibus qui in sublimitate secularium dignitatum positi sunt, sicut consules & duces: quia de omni genere hominum conuertuntur ad religionem, & perueniunt ad salutem, & de his qui fastu & elatione secularis potentiæ fidem & humilitatem uidentur abhorrere, sicut cernimus quod etiam ipsi reges, desertis idolis, pro quibus persequebantur Christianos, unum uerum deum cognouerunt & colunt: & ideo pro illis orandum fuit, cum etiam persequerẽtur ecclesiam. Ob hoc etiam orandum ē pro principibus, *ut* nos q̃ sub ipsis sumus, *uitam agamus quietam* à persecutione *& tranquillam* in pace, & hoc *in omni pietate* diuini cultu, *& castitate* fidei, ut conuersis principibus gentiles non audeant inquietare nos, mouendo persecutiones pro impietate idololatriæ: nec hæretici trãquillitatem nostram turbare præsumant, uolentes corrumpere castitatem fidei quorundam. In pace principum, quies & regnum seruatur ecclesiarum. Nam in bellis & discordijs eorum dissipatur tranquillitas, tepescit pietas, soluitur disciplina uel districtio. Qua soluta, infirmorum castitas uolatur. Et ideo pro his orandum est, ne eueniant hæc per C Iere.29 dissensionem principum. Vnde & per Ieremiam dominus Iudæis, qui in Babylone captiui tenebantur, præcepit dicens: Quærite pacem ciuitatis ad quam transmigrare uos feci, & orate pro ea ad dominum, quia in pace illius erit pax uobis. Babylon uero (quæ dicitur confusio) societatem iniquorum significat, Iudæi autem ciues supernę Ierusalem, qui in hoc seculo peregrinantur inter malos, & regibus atq; principibus tributa reddunt, & cætera quæ saluo dei cultu constitutio secularis exigit. Idcirco debent orare pro pace eorum, q a in pace eorum erit illis pax, utq; interim temporalis, quæ bonis malisq; communis est. Vtimur ergo & nos pace Babylonis, ex qua per fidem & cælestis patriæ desiderium ita populus dei lætabitur, ut apud hanc interim peregrinetur. Pax autem nostra propria & hic cum deo est per fidem, & in æternum cum illo per speciem. Orate (inquit) pro pace principum, & pro salute omnium, quia *hoc* agere *est bonum*, id est, utile ecclesiæ, *& acceptum*, id est, gratum atq; placitum *coram deo saluatore nostro, qui* sicut nos saluat, ita *& omnes homines uult saluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire*. sicut iam uenimus. Quamuis certum sit nobis, non omnes saluos fieri, non D tamẽ ideo debemus omnipotentissimę dei uoluntati aliquid derogare: sed ita intelligere quod dictum est, qui omnes homines uult saluos fieri, tanquam si diceret nullum hominem fieri saluum, nisi quem saluum fieri uelit: seu quod nullus fiat saluus, nisi quem uelit. Et ideo rogãdus est ut uelit, q a necesse est fieri si uoluerit. De orando quippe deo agebat Apostolus ut hoc diceret. Sic enim Iohan.1. intelligimus quod in euangelio scriptum est, qui illuminat omnem hominem, non quia nullus hominum sit qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso non illuminetur. Vult itaq; omnes saluos fieri qui salui fiunt, & omnes ad agnitionem ueritatis uenire q̃ ueniunt: quia nisi ipso uolente nullus saluatur, uel ad agnitionem ueritatis accedit. Aut certe sic dictum est, q̃ uult omnes homines saluos fieri, non quod nullus hominum esset, quem saluum fieri nollet, q uirtutes miraculorum facere noluit apud eos, quos dicit acturos fuisse pœnitentiam, si fecisset: Matthæ sed ut omnes homines, omne genus hominum intelligamus per quascunq; differentias distributum, reges, priLuc.10 uatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos, integri corporis, debiles, ingeniosos, tardi cordis, sapientes, fatuos, diuites, pauperes, mediocres, marcs, fœminas, infantes, pueros, adolescẽtes, iuuenes, senes, decrepitos, in linguis omnibus, in moribus oĩbus, in artibus omnibus, in professionibus omnibus, in uoluntatibus, & in conscientiarum uarietate innumerabili constitutos. & si quid differentiarum aliud est in hominibus. Quid est, enim (oro) eorum, unde non deus per unigenitum suum in oĩbus gentibus saluos homines fieri uelit, & ideo faciat, quia omnipotens uelle inaniter non potest quodcunque uoluerit? Præceperat Apostolus ut oraretur pro omnibus hominibus, & specialiter addiderat pro regibus, & his qui in sublimitate sunt constituti, qui putari poterant fastu & superbia seculari humilitatem Christianæ fidei abhorrere. Proinde dicens, hoc enim bonum est coram saluatore, id est,

A ut etiã pro talibus oretur, statim ut desperationẽ tolleret, addidit, qui oẽs homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Hoc quippe deus bonum iudicauit, ut oratiõe humilium dignaretur salutem præstare sublimibus.

Vnus em̃ deus, unus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui 1.Tim.2 dedit redemptionem semetipsum pro oĩbus testimonium tẽporibus suis, in q̃ positus sum ego p̃dicator & apostolus. Veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide & ueritate.

¶Quia dictum erat q̃ deus oẽs homines uult saluos fieri, ne quisq; diceret posse esse salutis uiã in bona conuersatiõe & unius dei omnipotentis cultu, sine participatione corporis & sanguinis Christi, *unus enim deus* (inq̃t) *unus & mediator dei & hominũ homo Christus Iesus*, ut illud quod dixerat, omnes homines uult saluos fieri, nullo ãlio modo intelligatur præstari, nisi per mediatorem, non deum, quod semper erat uerbum: sed hominem Chri- Iohan.1. stum Iesum, cum uerbum caro factum est, & ha- B bitauit in nobis. Erant enim mortales & peccatores: deus uero, cui erant reconciliandi ut possent saluari, immortalis erat & sine peccato. Mediator aũt inter deum & homines oportebat ut haberet aliquid simile deo, & aliquid simile hominibus, ne in utroq; esset hominibus similis, longe à deo: aut in utroq; deo similis, longe esset ab hominibus, & ita mediator non esset. Et ideo inter mortales peccatores & immortalem iustum, apparuit mortalis cum hominibus, iustus cum deo: ut quoniam stipendium uitæ pax ē, per iustitiam coniunctam deo euacuaret mortem iustificatoq; impioq;, quam cum illis noluit habere communem. Et quia omnes homines quandiu mortales sunt, etiam miseri sint necesse est, quærendus fuit medius, qui non solum homo, sed & deus esset, ut homines ex mortali miseria ad beatam immortalitatem huius medij beata mortalitas interueniendo perduceret. Proinde inter nos & deum mediatorem, mortalitatẽ habere oportuit transeuntem, & beatitudinem permanentem, ut per id q̃d transit, congrueret morituris, ut ad id quod permanet, transferret ex mortuis. Boni autem angeli inter miseros mortales & beatos immortales medij esse non possunt, quia ipsi quoque & beati & immortales sunt. Possunt autem medij esse angeli mali, quia immortales sunt cum illis, & miseri cum istis. His contrarius est mediator bonus, qui aduersus eoq; immortalitatem & miseriam, & mortalis esse ad tẽpus uoluit, & beatus in æternitate persistere potuit. Ac sic eos & immortales superbos, & miseros noxios, ne immortalitatis iactantia homines seducerent ad immortalem miseriam, & suæ mortis humilitate, & suæ beatitudinis benignitate destruxit in eis, quorum corda per suam fidem mundãs, ab illorum immundiC Locus ob scurus. sima dominatiõe liberauit. Ad hoc enim se interponit medius immortalis & miser, ut ad immortalitatẽ beatam transire non sinat, quoniã in eã hõ pstitit, persistit quod impedit ipsa miseria. Ad hoc aũt se interposuit mortalis & beatus, ut mortalitate transacta, & ex mortuis faceret immortales, q̃ in se resurgendo monstrauit: & ex miseris beatos, unde ipse nunq̃ discessit. Alius ergo medius malus, q̃ separat amicos: alius bonus, qui reconciliat inimicos. Et ideo multi sunt medij separatores, unus uero bonus: quia multitudo q̃ beata est, unius dei participatiõe fit beata. Cuius participationis priuatione, misera multitudo malorũ angelorum, quæ se opponit potius ad impedimẽtũ, quàm interponit ad beatitudinis adiutorium, & ipsa multitudine obstitit quodammodo, ne posset ad illud unum beatificũ peruenire, ad q̃d ut p̃duceremur, non multis, sed uno mediatore opus erat: & hoc tali, ut eius diuinitatis participatione efficeremur beati. Neq; enim nos à mortalitate et miseria liberans, ad angelos immortales beatosq; perduxit, ut eorum participatione etiam nos immortales & beati esse possimus, sed ad illã trinitatem, cuius participatione & angeli sunt beati. Mediator enim est non inter patrem & homines, sed solum inter deũ & homines. Deus est, pater & filius & spiritus sanctus: homines sunt, peccatores D & mortales. Inter illam trinitatem & hoĩm infirmitatem atq; iniquitatem, mediator factꝰ est homo nõ iniquus, sed infirmus, ut eo q̃ non est iniquus, iungereꝰ deo: & ex eo q̃ infirmus, propinquaret nobis, atq; ita inter deum & homines mediator existeret. Sed Apostoli uerba uideamus. Vere (inquit) oĩes uult saluos fieri, quia unus est deus creator omnium cuius participatione fient salui omnes qui saluabũtur: & unus est mediator dei & hominũ, qui omnes uni deo coniungat ut fiant salui. Christus Iesus est iste mediator non secundum quod ipse est deus, sed secundum id q̃ est homo: *qui dedit semetipsum* in cruce *redemptionem pro omnibus*, nullum excipiẽs, qui uellet redimi ad saluandum. In hoc enim patet quantum deus homines diligat, & eos uelit omnes saluos fieri si pertinacitas eorum non obstiterit. quia mediator deus, quem Deus inter se & homines posuit, mortem pro oĩbus sustinuit, ut oĩes à morte redimeret. Et ideo qui non saluantur, nõ est quod de deo uel de mediatore possint cũqueri, sed de se ipsis, qui nec redemptionẽ quam mediator dedit, nec salutem quam deus obtulit, uoluerunt accipere. Sed ipsum dedit redemptionem, & dedit se *testimonium* salutis omnium electorum *temporibus suis*, quia resurgens ex morte & ascendens in cælum tempore resurrectionis & tempore ascensionis seipsum præbuit exemplum & confirmationem secuturæ nostræ saluationis. Nam in eo quod resurrexit & ascendit, testatus est quodammodo quia membra eius resurgent & ascendent, imo ipse fuit ipsum testimonium. Sed & futurę dãnationis eorum qui nolunt saluari, dedit se testimonium, qũ persecutores suos una uoce prostrauit. Aduentus

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim eius & quicquid in carne gessit uel pertulit, reprobis est testimoniū damnationis, electis uero testimoniū saluationis. In quibusdā codicibus legit: cuius testimoniū tēporibus suis confirmatum est. Quod ita intelligit: Testimoniū quod prophetæ dixerunt de Chro, uel q̄d ipse Christus de se protulit, uidelicet qn̄ uel q̄liter passurꝰ esset, uel resurrecturus &c. congruis rēporibus reuera & euentu confirmatū est. *In quo* testimonio confirmando & annunciando, *positus* à deo *sum ego prædicator & apostolus*. i. præco & legatus, ut oībus testificer, quia ipse uult oēs saluos fieri. Prædicator, est nomen autoritatis: apostolꝰ, nomē dignitatis uel potestatis, ꝙ plus est. Et in prædicatione testimonij huius est mihi credendū, quia *ueritatem* de hoc *dico, & non mentior* in hac parte. Et idcirco oēs mihi debent credere, quia oēs docere studeo fidem & ueritatem, utpote *doctor in fide & ueritate*. Fides est, ꝙ non uides credere; ueritas, ꝙ credidisti uidere. Fides ducit ad ueritatem. Si maneatur in eo ꝙ creditur, peruenit & ad id quod creditur.

Volo ergo uiros orare in oi loco, leuā tes puras manꝰ sine ira & disceptatiōe. Similiť & mulieres ī habitu ornato, cū uerecūdia & sobrietate, ornātes se non in tortis crinibꝰ, aut auro, aut margaritis, uel uestē p̄ciosa, sed q̄d decet mulieres, ꝓmittentes pietatē ꝑ opera bona.

¶ Qn̄quidem sum doctor gentiū & magister ecclesiæ, *ergo uolo uiros orare*. i. ut uiri deum orēt, non solum in ecclesia, sed & *in omni loco*, quia deus ubiq̄ est, & orēt *leuantes* ad cælestia, nō deprimentes ad terrena *manus puras* à pctōrum sordibꝰ. Ne enim confundant manus ad deum leuatæ, debēt & à pctis esse puræ, & in bonis opibus exercitatę. Manus puras leuare iubemur, ut cū leuas man ad deum ueniant tibi in mentem opera tua. Quia enim manus istæ leuantur ut impetres quod uis, ipsas manus cogita in bonis opibꝰ exercere, ne erubescant ad deum leuari. Et leuent *sine ira*, ut ne retineas iram in corde tuo aduersus proximum, sed libera conscientia dicas, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & *sine disceptatione*, id est, sine litigio causarū, ne adhuc in corde retineas uoluntatem cōtendendi iudicio aduersus fratrem tuū, sed remitte quicquid illud est, ut & tibi oranti remittantur peccata diuinitus. Vel sine disceptatione apud Deum, ut non disputes in corde tuo, & iudices de inscrutabilibus arcanis secretoꝝ dei, uel hæsites in fide. *Similiter & mulieres* orent *in habitu ornato*, ut uestes earum religionem prætendant, nō libidinem prouocet ipsarum indisciplinata nudatio. Et sint *cum uerecūdia*, ut sic humiles exaudiant dum orāt: & cum *sobrietate*, ut in cibo & potu modum tenent. Ipsæ dico, *ornantes se non in crinibus tortis*, id est, arte crispantibus, *aut auro, aut margaritis, uel uestē preciosa*, quia talibus ornamentis concitant aspici-

Matt. 6. Luce. 11

entes ad luxriam. *Sed* sint *promistentes pietatem* nō per uerba iactantiæ, sed per *opera bona, quod decet mulieres*. Sic enim congruum est, ut illæ non uerbis, sed operibus ostendant pietatem suæ mentis, & non induant se luxuriosis ornamentis.

Mulier in silētio discat cum oīi subiectione. Docere aūt mulieri non permitto, neq̄ dominari in uirū, sed esse in silentio. Adā em̄ primus formatus est, deinde Eua. Et Adā nō est seductꝰ, mulier aūt seducta in præuaricatiōe fuit. Saluabiť autem per filiorꝝ generationem, si pmanserint in fide & dilectiōe & sanctificatione cum oīi sobrietate.

¶ *Mulier* non in clamosa uoce, sed *in silentio discat*, ne uox eius audientes moueat ad libidinē. Et discat non erecta, sed *cū omni subiectione*, quia propter culpā primæ transgressionis subiecta est uiro seruitute cōditionis potius quām dilectionis. Sed *docere non pmitto mulieri*, quia nimis aliqn̄ cum docuit, à sapiētiæ æternitate separauit, neq̄ em̄ pmitto eā *dominari in uirū*, etsi dñetur in aliam mulierē: quia uir fortioris naturæ est, & dñium debet habere sup̄ mulierē. *Sed* uolo eā *esse in silentio*, ut neque cum uicina fabuleť. Silētium teneat, quia dum loquitur, magis ad luxuriam irritat & irritatur. Et ne uideret mulieris dura cōditio, quæ tam in mariti redigeretur seruitutem, ad antiquum & originale exemplum redit Apostolus, quod *Adam primus* factus sit, *deinde Eua* ex costa eius; & quod diabolus Adam seducere non potuerit, sed Euam: & quod post offensam dei statim uiro subiecta sit. Illi aūt seducunť, qui quod faciunt, non putant esse pctm̄. Adam uero sciuit esse malum ꝙ faciebat, sed inexpertus diuinæ seueritatis, in eo falli potuit, ut ueniale crederet esse commissum. Ac ꝑ hoc quidem in eo ꝙ mulier seducta est, nō est ille seductus: sed eum fefellit qūo fuerat iudicandum ꝙ erat dicturꝰ, Mulier quā dedisti mihi sociā, ipsa dedit mihi & comedi. Sicut enim Aaron erranti populo ad idolū fabricandum nō consensit inductus, sed cessit obstrictus: nec Salomonem credibile est, putasse errorem non esse idolis seruire, sed blanditijs fœmineis ad illa sacrilegia fuisse cōpulsum: ita credendū est, illū in uim suæ fœminæ ad dei legem trāsgrediendā, nō tanc̄ uerum loquenti credidisse seductō, sed sociali necessitudine paruisse. Mulier enim ꝙ ei serpens locutꝰ erat, tanc̄ uerum esse accepit: ille autem ab unico noluit cōsortio dirimi, nec in cōmunione peccati. Nec ideo minus reus, si sciens prudensque peccauit. Noluit enim coniugem cōtristare, quam credebat posse sine suo solatio cōtabescere, si ab ei⁹ alienaret animo, & omnino illa interire discordia, non quidē carnis uictus concupiscētia, quam nondum senserat in resistēte lege membrorum legi mētis suæ, sed amicali quadā beneuolentia, qua plerunq̄ sic

ut offendatur deus, ne homo ex amico fiat inimicus. Ergo alio modo quodā & ipse deceptus est, sed dolo illo serpentino, quo mulier seducta est, nullo modo seduci potuit, ut qui spirituali mēte prædituꝰ erat, crederet qd̄ ei deus ab esca illius ligni in uidendo uetuisset. Hanc em̄ seductionem proprie appellauit Apostolus, qua id quod suadebat, cum falsum esset, uerum putatum est, id est, qd̄ deus ideo lignum illud tangere prohibuerit, quia sciret eos si tetigissent, uelut deos futuros, tanquam eis diuinitatem inuideret, qui eos homines fecerat. *Adam itaq̄ non est seductus, sed mulier seducta fuit in præuaricatione*, ut per illam & uir præuaricetur. Sed *saluabitur per generationem filiorum* &c. Hoc est, illa q̄ connubio copulata est & redacta semel in conditionem Euæ, delebit errorem ueterem procreatione filiorum: ita tamen, si ipsos filios erudierit in fide & dilectione Christi, & sanctificatione & pudicitia. Non enim (ut male habetur in latinis codicibus) sobrietas est legenda, sed castitas, sicut restatur Hieronymus. Vbi ergo nuptiæ uidebātur prædicari ad conferendam salutem, ibi prædicat uirginitas. Nam si saluatur mulier in filiorum generatione, & liberoꝝ numerus salus matrum est, cur additum est, *si permanserint* filij *in fide & dilectione & sanctificatione cum omni* castitate? Tunc ergo saluabitur mulier, si illos genuerit filios, q̄ uirgines permaneant: si quod ipsa perdidit, adquirat in liberis, atq̄ damnū & cariem radicis flore compenset & pomis: si filios religione nutriat & instruat, ut teneant fidem, ut non deserant charitatem, ut sanctificationem quam in baptismo perceperūt, seruent cūoīi castitate mentis & corporis. Vel iuxta latinos codices, cum omni *sobrietate*. i. cū temperantia contra æstum uitiorum. Quamuis enim in publico non permittatur mulier prædicare, filiostamen & familiam uel adulescentulas domi debet instruere. Potest uir in hoc loco rationalē spūm, mulier uero carnē uel sensualitatē designare. Adam primus formatus est, deinde Eua: qa rationalis sensus principaliť in homine factus est, & secundario caro. Quod Adam non est seductus, sed Eua, id designat, quia quoties peccauimus, rationalis sensus non est ita seductus in nobis, ut non putaret malū esse pctm̄, cui consentiebat propē amicabilem carnis societatē: sed caro in delectationē ita est seducta, ut neq̄ malū esse putaret, quod delectabiliter cōmittebat. Sed per gnationem filiorꝝ saluabitur: quia ꝑ effectum bonorum operū perpetuæ saluti sociabiť. Et hæc opera bona maxime in officijs misericordię frequētari solent. Opera uero misericordiæ nihil prosunt paganis siue iudæis, qui Christo nō credūt, siue hæreticis siue schismaticis, ubi fides & dilectio non inueniť. Et ideo tantū saluabiť hæc mulier, i. caro per filiorꝝ gnationem, & per operū bonorꝝ actionem, si ipsa opa permanserint in fide catholica & dilectione gemina, & in sanctificatione cū oīi castitate corporis & animæ, uel sobrietate. Nam sine fide impossibile est placere deo, nec habet aliquid uiridita-

tis ramus boni operis, si nō maneat in radice dilectionis: nec prodest quicq̄ agitur sine sanctificatione. nec opus bonum est aliquid sine castitate.

CAPVT III.

Fidelis sermo: Si quis episcopatū desiderat, bonū opus desiderat. Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum, sobrium, prudentē, ornatū, pudicū, hospitalem, doctorē, non uinolentū, nō percussorem, sed modestū: non litigiosum, nō cupidum, sed suæ domui bene præpositū, filios habentem subditos cū oīi castitate. Si quis aūt domui suæ nescit præesse, quo ecclesiæ dei diligentiā habebit? Non neophytū, ne in superbiā elatus, in iudiciū incidat diaboli. Oportet aūt illum & testimoniū habere bonū ab his qui foris sunt, ut non in opprobriū incidat & in laqueum diaboli.

¶ *Fidelis*, id est, ueræ est nunc *sermo*, quem loquor, uidelicet, *si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*. Opus, non dignitatem: laborem, nō delicias. Opus, per quod in humilitate crescat, ne intumescat fastigio. Episcopatus quid sit, noluit exponere, quia nomen est operis, non honoris. Græcum est em̄, atq̄ inde ductū uocabulū, qd̄ ille q̄ pficit, illis q̄bus pficitur, superintendit, curā eoꝝ solicite gerēs. ἐπισκοπεῖν nanq̄ superintēdere est. Ergo ἐπίσκοπος superintendens interpretat, ut intelligat se non esse episcopū, qui præesse dilexerit, non prodesse. Nec desiderare episcopatū æstimandus est, qui suum desiderat lucrū uel honorē, non plebis salutem. Nō em̄ dicit, qui episcopatū desiderat, bonū gradū desiderat: sed, bonū opus desiderat: qd̄ in maiori ordine cōstitutus, possit, si uelit, occasionem exercēdarū habere uirtutū. Ipse ergo sibi testis est, qa episcopatū nō appetit, qui nō boni operis ministeriū, sed honoris gloriam quærit. Benefacit qui episcopatum desiderat, id est, superintendere alijs & solicitudinē gerere ꝑ multoꝝ salute. Oportet ergo *episcopū esse irreprehensibilē*, ut nulli uitio mancipatus sit. & ex subiuncta uirtutū enumeratiōe manifestiať, quæ sit illa irreprehensibilitas. Ac si talibus appetitoribꝰ dicat: Laudo quod quæritis, sed prius discite qd quæratis, ne dū uos metipsos meriti negligitis, tāto fœdior ūa reprehēsibilitas pareat, quanto & à cunctis conspici in honoris arce festinatis. Notandū etiam, quia quando Apostolus hoc dixit, plebibus quicunq̄ præerat, primus ad martyrij tormenta ducebať. Tunc ergo laudabile fuit episcopatum quærere, quando per hunc quasi ad martyrium festinaret: neq̄ dubiū esset, si non ad mortem, saltem ad supplicia grauiora

Universidad de Deusto
Biblioteca

A

Eccls.33

Matt.15 Iaco.3.

Iudic.13. Luc.1.15

B

Ge.18.19

1.Pet.2

niri. Nunc autem locus superior, sine quo populus regi non potest, et si ita teneatur & administretur ut decet, tamen indecenter appetitur. Si autem sarcina hæc imponitur, suscipienda est propter carnis necessitatē. In actione enim non amandus est honor uel potentia in hac uita, quoniam omnia uana sub sole: sed opus ipsum, quod per eundem honorem uel potentiam fit, si recte atq; utiliter fit, id est, ut ualeat ad eam salutem subditorum quæ secundum deum est. Et quandoquidem tale est officium episcopi, ergo oportet esse irreprehensibilem, id est, talem, ut nullum in eo uitium notetur quod reprehendi possit, quæ res pene contra naturam est. Omne enim uitium, etiam in ocioso uerbo, reprehensione dignum est. Et qs est q nec in his quæ loquitur, reprehendi queat? Sed futurus pastor ecclesiæ talis debet eligi, ad cuius comparationem recte grex cæteri nominentur, ut cum reprehenderit alios, ipse à nemine reprehendi possit. Perdit enim autoritatem arguendi, cui possunt ab eo quem arguit, propria delicta improperari. Oporter eum esse *unius uxoris uirum*, id est, q unam uxorem habuerit, non habeat secundam, sicut beatus Hilarius uel Antisiodorensis Germanus *sobrium*, siue uigilantē. Sacerdotes enim qui ministrant in templo dei, prohibentur uinum & siceram bibere, ne in crapula & ebrietate grauentur corda eorum, & ut sensus officium deo exhibens, uigeat semper & tenuis sit. *prudentem*, ut excludantur illi, qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam sacerdotum. Nisi enim cerebrum sanum fuerit, oīa membra in uitio erunt. *ornatum* bonis operibus & honestis moribus, ut m his sapiens deprehendatur. Sunt enim quidam ignorantes mensuram suā & tantæ stoliditatis ac irreuerentiq, ut in motu & in incessu & in sermone cōmuni risum spectantibus tribuant. *pudicum*, i. uerecundū uel castū ne impudēs sit uel castitatē uiolet. *hospitalem*, ut imitetur Abraā, & cū peregrinis, imo in peregrinis Christū suscipiat. & hoc ante episcopatum quoque solitus sit agere. *doctorem*, id est, qui habeat gratiam docendi. Nihil enim prodest conscientia uirtutum frui, ni & creditum sibi populum possit instruere, & eos qui contradicunt, redarguere. Innocens enim absq; sermone conuersatio quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Et latratu canum ac baculo pastoris, luporum rabies deterrenda est, *non uinolentum*. *non percussorem*. Vitia uirtutibus opponit. Dixit qualis esse debeat sacerdos, dicit & qualis nō esse debeat. Non sit uinolentus, sed sic bibat ut ignoretur an biberit. Vinolentia enim scurrilium est & comessatorum, uenter q mero æstuans cito despuat in libidinem. Non sit percussor, id ē, ita irascibilis & perturbati sensus, ut percutiat, qui debet patiens esse, & eum imitari, qui dorsum suum posuit ad flagella, & maledicentes nō remaledixit. Vel non sit percussor, id est, non percutiat uerbo uel exemplo praue conscientias infirmorum. Non conueniunt esse uinolentum ac percussorem, *sed modestum*, ut remulentiam & iram modestia refrenet, & modeste agat in omnibus. *non litigiosum*, id est, qui litigare solet. Nihil enim imprudentius arrogantia quorundam, qui garrulitatem autoritatem putant: & parati semper ad lites, in subiectum sibi gregem tumidis sermonibus tonant. *non cupidum*, quia cito deuiaret à iusto propter cupiditatem C
munerum, sicut filij Samuelis. Auaritiam enim uel cupiditatem esse uitandam sacerdoti, & ipse Samuel exemplo suo docet, nihil se cuiquam rapuisse coram populo probans: & apostolorum paupertas, qui refrigeria sumptuum à fratribus accipiebant, & præter uictum atque 1.Reg.2
uestitum nihil aliud uolebāt. *suæ domui bene præpositum*, 1.Re.11
non ut opes augeat, sed ut ea quæ populis præcepturus ē, prius à domesticis exigat. *filios habentem subditos cum omni castitate*. In filijs eius probatur disciplina, si bene *infrà 5.*
fuerint subditi & obedientes patri. Et tanta ab eo castitas exigitur, ut si filij eius casti non fuerint, ipse episcopus esse non possit, & eodem uitio offendat deum, quo 1 Reg.4
offendit & Heli pontifex, qui corripuerat quidem filios suos, quoniam in uestibulo templi cum mulieribus dormiebant: sed quia non abiecerat delinquentes, retrosum cecidit & mortuus est. Domui suæ (sicut dictum est) debet esse bene præpositus, ut regat eam sciam deum. Sed *si quis nescit præesse domui suæ*, quę parua est respectu ecclesiæ, *quomodo habebit diligentiam ecclesiæ dei?* id est, quomodo sciet solicitudinem habere, ut diligenter regat ecclesiam, quæ multo maior est, quām domus eius, & maiori prudentia ē regenda? *non neophytum*. id est, rudem conuenit eum esse. Non sit neophytus, id ē, nouiter ad fidem conuersus, qui ordinatur episcopus, *ne in superbiam elatus*, id est, præ cęteris digniorem se putās, quasi eo indigeat Christiana religio, *incidat in iudicium diaboli*, D
id est, damnetur propter superbiam ut diabolus, qui se cunctis meliorem iudicauit, & factus est cunctis posterior. Nec nuper baptizatus, nec nuper à secularibus negocijs uel à malitia separatus, fieri debet episcopus, q unusquisq; talis est neophytus. Nec congruit ut heri catechumenus, hodie sit pontifex: heri in amphitheatro, ho Isaie.14
die in ecclesia: uespere in circo, mane in altari: dudū fautor histrionum, nunc consecrator uirginum. Ignorat momentaneus sacerdos humilitatem & mansuetudinem, nescit se ipsum contemnere. De dignitate transfertur ad dignitatem. Non ieiunauit, non fleuit, non mores suos sępe reprehendit & assidua mediatione correxit, non substantiam pauperibus erogauit. Iudicium autem diaboli & ruina, arrogantia est. Incidunt in eam, qui in puncto horæ necdum discipuli, iam magistri sunt. Non solum prędictas uirtutes habere qui ordinatur, prædictis q uitijs carere, sed *oportet illum bonum testimonium habere ab his qui foris sunt*. Quale principium, talis & clausula sermonis. Qui irreprehensibilis est, non solum à domesticis, uerum & ab alienis consono ore laudatur. Alieni extra ecclesiam, Iudęi, gentiles & hæretici. Talis ergo sit pontifex Christi, ut nec hi qui foris sunt, religioni ut ę eius detrahere audeant, ne si reprehensibilis fuerit, incidat in opprobrium, ut exprobrentur illi uitia sua: & ita contemptus incidat in laqueum diaboli, odio habens illos à quibus se contemni uiderit. Solet nanque euenire his, qui ab alijs despiciuntur, ut despectores suos & ipsi despiciant: sicque in iram & odium, & cæteros diaboli laqueos incidant. Ideo q pontifex sit talis, ut nemo possit ei exprobrare aliquā pristinam sordem. Si uero post fidem assumptam contraria uirtutibus, quę nunc descriptæ sunt, habuit, non ad pontificatum est recipiendus.

A Diacones similiter pudicos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpe lucrum sectantes, habētes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. Diacones sint unius uxoris uiri, qui filijs suis bene præsint & suis domibus. Qui enim bene ministrauerint, gradū bonum sibi acquirent & multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Iesu.

¶Vbi prætermissis presbyteris, mox post episcopi descriptionem subiungit de diaconibus, dat intelligi quia nomine episcopi & pontificem designauit & presbyterum: atq; omnia quæ de episcopo dixit, de presbytero secundarie sunt obseruanda. Nam & presbyter est episcopus, id est, superintendens ecclesiæ quam regit. Sed ille est maior episcopus, iste minor. Et quēad modū præmissū est oportere episcopū esse pudicum, *similiter diacones* oportere esse *pudicos*, id est, castos, *non bilingues*, id est, non dupliciter loquentes, ut in præsentia cui tuſdā loquanſ de eo bene; & cū absens fuerit, loquanſ de eo male. *nō multo uino deditos*, ne inebrietur: quia qui inebriatur, & mortuus & sepulcus est, neque ebriosi regnū Dei possidebunt, *non turpe lucrum sectantes*, sicut auari qui emunt & pluris 1.Cor.6.
uendunt, uel usuras accipiunt. *habentes in conscientia* à sordibus uitiorum *puram mysterium fidei*, id est, tenētes in corde mundo quod de fide est, alijs occultum, sicut est quod Christus de uirgine natus est, & quod peccatum non fecit, & quod mordo mortem destruxit, & quod uere corpus eius fit panis qui in altari consecratur, & cætera fidei arcana. Tales sint diacones. Sed *& hi primum probentur*. Hic innuitur, quia & episcopi sunt probandi. Primum probentur, *& si sic*, id est, tales inuenti fuerint, quales descripsimus, *ministrent* sacris altaribus, *nullum habentes*, non dico peccatum, sed *crimen*, quia nullus homo sine peccato est, sed multi sine crimine. Crimen nanque est peccatum grauę, accusatione & damnatione dignissimum, sicuti homicidium, adulterium, furtum, sacrilegium, & aliqua immunditia fornicationis. *Mulieres*, id est, diaconissas *similiter* ut diacones, oportet esse *pudicas* ut munditia castitatis in eis regimē teneat. *non detrahentes*, id est, non quærentes loquendo minuere bonam famam alicuius, sed *sobrias*, id est, ab omni ebrietate immunes, & *fideles in omnibus* dictis & factis suis, ut fidem deo seruent & hominibus. *Diacones sint unius uxoris uiri*, id est, non ordinetur diaconus qui duas aut plures habuerit uxores, sed qui tantum unam habuit; & ei
non misceatur, postq; ordinatus fuerit. Ita sint diacones uiri singulariū uxorū, *qui bene præsint filijs suis*, si quos prius genuerunt, erudientes eos in C
disciplina dñi, *& suis domibus* bene prælati, ut eas bene regāt. Et iustum ē ut filios suos atq; domos bene gubernent: quia *qui bene ministrauerint* in paruis rebus, *acquirent sibi bonum gradū*, id ē, altiorem gradū in bono, & acquirent *fiduciam multam in fide* q̄ *est in Christo Iesu*, id ē, certitudinem sument uel dabunt, se bene conuersaturos fideliter in maiori, & instructuros alios in fide Christiana. Vel bene præesse filijs & domibus suis debent, ut his prius assueti, bene postea sciant ministrare in ecclesia: qm̄ qui indiaconatus officio bene ministrauerint, gradum sibi bonū acquirent, ut promoueri mereantur ad episcopalē gradū, & multam sibi fiduciā æternæ remunerationis acquirent in fide, quæ est in Chīo, q p humilitatē obediētiæ meruit exaltari. *Philip.2.*

Hæc tibi scribo fili Timothee, sperās me ad te uenire cito. Si autem tardauero, ut scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei uiui, colūna & firmamentū ueritatis. Et manifeste magnū ē pietatis sacramentum, quod manifestatū est in carne, iustificatū est in spū, apparuit angelis, p̄dicatum ē gentibus, creditum ē in mūdo, assumptum est in gloria. D

¶Hæc oīa firmiter retine & custodi, quoniam ea *scribo tibi fili Timothee, sperans me ad te cito uenire*, ut te præsens instruam adhuc plenius. Et ideo si tardauero, ut scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei uiui, colūna & firmamentū ueritatis. Et manifeste magnū ē pietatis sacramentum, quod manifestatū est in carne, iustificatū est in spū, apparuit angelis, p̄dicatum ē gentibus, creditum ē in mūdo, assumptum est in gloria.

¶Hæc oīa firmiter retine & custodi, quoniam ea *scribo tibi fili Timothee, sperans me ad te cito uenire*, ut te præsens instruam adhuc plenius. Et ideo si tardauero, ut scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei uiui, colūna & firmamentū ueritatis. Et manifeste magnū ē pietatis sacramentum, quod manifestatū est in carne, iustificatū est in spū, apparuit angelis, p̄dicatum ē gentibus, creditum ē in mūdo, assumptum est in gloria.

¶Hæc oīa firmiter retine & custodi, quoniam ea *scribo tibi fili Timothee, sperans me ad te cito uenire*, ut te præsens instruam adhuc plenius. Et ideo si tardauero, *scribo tibi hæc, ut interim scias quomodo conuersari te in domo dei oporteat*, ut prodesse possis omnibus qui in ea sunt, & scias qualiter unumquemq; debeas instruere. *Quæ* domus in qua deus habitat, *ecclesia est* ex multis collecta fidelibus, qui uarijs modis sunt docendi. Ecclesia *dei* æternaliter *uiui* & ideo æternaliter benefacientis eis, qui uolūtatem eius custodiunt: & econtra æternaliter punientis illos, qui præcepta eius contemnunt. Et ipsa eius ecclesia est in perfectis *columna*, id est, sublimis & recta & incussibilis, & sustentans iuniores atq; sustollens. & in eiusdem perfectis est ipsa *firmamentum ueritatis*, q̄ uerbis & exemplis firmat in cordibus infirmorū ueritatem fidei & mandatorum dei. Et *manifeste magnum est* in ea *pietatis sacramentū* in quo salus humana consistit. Sacramēum est res occulta. Mysterium siue mysticum aliqd. Et in hoc recte potest intelligi sacramentum, de quo dictum ē Co- Colos.1.
lossensibus: Mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus uoluit deus no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gẽ-
tibus, quod ẽ Christus in uobis spes gloriæ. Sacra-
mentũ em̃ pietatis ẽ, quia dei filius per uiscera mi-
Lucæ. 1. sericordiæ suæ uisitauit nos oriens ex alto, illumi-
nare his q̃ in tenebris & in umbra mortis sedebãt.
Sacramentũ pietatis in eo ẽ, quod unigenitus dei
misericordiẽ homo fieri dignatus ẽ per gratiã, ut
sibi fratres acquireret, qui cum eo possiderent hæ-
reditatem regni cælorũ. Et hoc sacramentum ma-
nifeste magnũ ẽ, quia cuncti fideles nouerunt hoc
ita magnũ esse, ut nemo sufficiat magnitudinem
eius excogitare, *quod* nobis *manifestatum est in carne*
Christi, quia in eo quod ipse carnẽ assumpsit, intel-
ligimus omnes electos esse membra eius uel fra-
tres, ideoq; simul regnaturos. *iustificatum est in spiri-*
tu, quia homo ille singularis quem uirgo genuit,
factus ẽ per spũm sanctũ iustus in utero matris. i.
in ipsa conceptiõe & creatiõe fecit eum spũs san-
ctus iustũ, ac deinde in præsenti uita seruauit cũ
sine peccato. Nos quoq; dũ mẽbra eius efficimur,
in spiritu sancto p̃ baptismũ iustificamur. Et hoc
tantæ pietatis sacramentũ *apparuit angelis*. i. inno-
tuit apostolis & p̃dicatoribus, qui pro eo quod
gloriã regni cælestis annunciant, angelorũ nomi
ne designant. Vnde & Iohannes in Apocalypsi se-
ptem angelis scribit. i. episcopis septem ecclesiarũ
Asiæ. Et per huiusmodi angelos. i. p̃ ueritatis nũ-
B cios *prædicatum est* hoc sacramentum *gentibus*, ac p̃
eorũ prædicationem *creditũ est in mundo*. Quod
aũt sequit, *assumptum est in gloria*, in nostro quidem
capite perfecte iam completũ est, sed in membris
eius completum ex toto nõ erit, donec oẽs electi
receptis corporibus, in regnum cælorum simul
sint ingressi.

CAPVT IIII.

2. Tim. 3 SPiritus aũt manifeste dicit, q̃a in no-
2. Petri 3 uissimis tẽporibus discedent quidã
Iudæ 1. a fide, attendentes spiritibus erroris &
Eccl. 36 doctrinis dæmoniorũ, in hypocrisi lo-
quentiũ mendaciũ & cauteriatã habẽ-
tium suã conscientiã, prohibentiũ nu-
bere, abstinere a cibis q̃s deus creauit
ad percipiendum cũ gratiarum actiõe
fidelibus, & his qui cognouerunt ueri-
tatem, quia oĩs creatura dei bona est, &
nihil reiiciendum quod cũ gratiarum
actione percipitur. Sanctificatur enim
per uerbum dei & orationem.

¶Ecclesia quidem ẽ columna & firmamentũ ue-
ritatis, sed tã *spiritus* sanctus *manifeste* in me uel per
me *dicit, quia in nouissimis temporibus*. i. regnãte An-
tichristo uel antea, *discedent a fide quidam* notabiles,
2 Thess. 2 propter cuiusmodi discessionem dictum est, Nisi
uenerit discessio primum. Et quia tales surrecturi
sunt, ideo uigilandũ est, ne nris temporib; surgãt:
uel si surrexerint, ne alios seducant. Discedent em̃
à fide ueritatis, *attendentes spiritibus erroris*. i. dæmo- C
nib; q̃ per artem fallaciæ loquent̃ eis uel appare-
bunt, & aliqua uelut bona dabũt, ut eos errare fa-
ciant, uel in errore detineant, sicut Agimnensib;
hæreticis nouimus contigisse, quos dæmones in
equoꝝ specie noctibus apparentes, portãt p̃ aera
ubicunq; uoluerint, & copiã eis temporalẽ rerũ
ministrant, atq; prauis dogmatib; imbuunt. Vel
attendẽtes spiritib; erroris. i. hæresiarchis, in qui-
bus maligni spũs loquent̃ & errorẽ docebunt. Et
attendentes *doctrinis dæmoniorũ*. i. hominũ dæmo-
nia habentiũ, *loquentium mendacium in hypocrisi*. i. si-
mulata religione, ut magis decipiant, *& habentiũ*
conscientiam suam cauteriatam i. corruptam & putre
factam, atq; putredinem cũ fœtore semper emit-
tentem. Dæmonioꝝ dico, *prohibentiũ nubere & ab-*
stinere iubentiũ *a cibis quos deus creauit*. Hoc Agim- D
nenses faciunt & Manichæi, nõnulliq; alij fecerũt.
Ille em̃ prohibet nubere, qui hoc esse malum di-
cit, non qui huic bono aliquid melius anteponit.
Multũ ergo interest inter hortantes ad uirginita-
tẽ, bono minori bonũ amplius præponendo: &
prohibentes nubere, concubitũ propagationis, q̃
solus proprie nuptialis ẽ, uehemẽrius accusando.
Item multum interest inter abstinentes à cibis p-
pter sacratam significationẽ, uel propt̃ corporis
castigationẽ, & abstinentes à cibis quos deus cre-
auit, dicendo q̃ deus nõ creauit. Nam & primi
patres nr̃i à quibusdã cibis abstinuerunt, non tñ
eos damnandi, sed significãdi gr̃a: & nunc fideles, D
nõ quia cibos putent immundos, sed edomandi
corporis causa, propter animã in orationib; am-
plius humiliandã, non solũ à carnibus, sed à qui-
busdam terræ fructibus abstinent, uel semper, si-
cut pauci; uel certis diebus atq; temporibus, sicut
p̃ quadragesimam fere oẽs. Manichæi uero ipsam
naturam negabant esse bonam, & dicebant esse
immundã, eo q̃ carnes diabolus operaret. Et ab
ab escis huiusmodi temperabãt, quod nõ significa-
tiõe, sed natura malæ & immũdæ essent. Qua in
re creatorem eaꝝ sine dubio blasphemabant, q̃
pertinebat ad doctrinã dæmoniorũ. Deus em̃ cre-
auit escas *ad percipiendũ cum gratiarũ actione fidelibus*,
id ẽ, ut cum gratiaꝝ actiõe perciperent̃ à fidelib;,
qui bene credũt de ipsis escis, licet needum intel-
ligant quod credunt. *& his qui cognouerunt ueritatẽ*
i. qui intelligunt q̃ de eisdẽ escis credunt. Hanc
scilicet ueritatẽ cognouere, *quia omnis creatura dei*
bona est in natura sua, *& nihil* ciborũ est *reiiciendũ*. i.
abhorrendũ & respuendũ quasi naturaliẽ malũ
uel immundũ, *quod percipit*. i. peipi solet, *cũ gratiarũ*
actione. i. ut agant deo gratiæ à percipiente. Omnia
quippe q̃ naturaliẽ sunt, in ordine suo bona sunt:
& nemo in eis peccat, nisi qui ordinẽ suum in dei
obedientia nõ custodiens, eoꝝ quoq; ordinẽ ma-
le utẽdo perturbat. Patres aũt nostri qui deo pla-
cuerunt, tenuerũt ordinẽ suũ in ipsa obedientia,
ut quicqd deus tẽporibus cõgruis iubendo distri-
buit, sic obseruarent qũo ille distribuit. Itaq; non
solũ carnes ad cibos daras, cũ oẽs naturæ mundæ
sint uel essent, quasdam tñ nõnulla significatione

A immundas illo tempore nõ ederunt, quo eas nõ
edi præceptum erat, ut talibus significationibus
futurarerũ manifestatio prefiguraret̃, sed & azy-
Locus ob scurus. mũ panem, & cætera eiusmodi in quibus fuit um-
bra futuroꝝ. Qui tam rei essent illius temporis &
illius populi homines, si obseruare cõtemnerent,
q̃s illa sic fieri, & ista quæ nunc reuelata sunt, sic
p̃nunciari oportebat, quàm nos desipientes esse-
mus, si iã nunc manifestato nouo testamẽto, illas
p̃nunciatiuas obseruationes aliq̃d nobis prodesse
putaremus. Nihil ergo ciboꝝ est reiiciendũ, q̃d cũ
gratiarũ actione percipit̃. *Sanctificatur enim* cibus
ipse per uerbum dei, quod ẽ in actione gratiarũ, *&*
orationem, q̃ adiungit̃ ne diabolus per cũ noceat.
Verbum enim sanctificat, oratio autẽ impetrat,
diabolus uero per cibum tentat.

Hæc proponẽs fratribus, bonus eris
minister Christi Iesu, enutritus uerbis
fidei & bonæ doctrinæ, quã assecutus
es. Ineptas aũt & aniles fabulas deuita.
exerce aũt teipsum ad pietatẽ. Nã cor-
B poralis exercitatio ad modicũ utilis ẽ.
Pietas aũt ad oĩa utilis ẽ, promissionẽ
habẽs uitæ q̃e nunc ẽ & futuræ. Fide-
lis sermo & omni acceptione dignus. In
hoc em̃ laboramus & maledicimur, qa
speramus in deum uiuum, qui ẽ salua-
tor omniũ hominũ, maxime fidelium.

¶Hæc de cibis & creaturis quæ dixi, *proponens fra-*
tribus ad tenendũ, *bonus eris minister Christi iesu*: tu di
co, *enutritus* uel à matre tua uel ab alĩs fidelibus
uerbis fidei. i. uerbis q̃ fidem docent, & uerbis *bonæ*
doctrinæ, quantũ ad bonos mores. *quam assecutus es*
ab infantia, & tunc cum studio perquirens eã &
inueniens. Bonam quidem doctrinã tene & doce
quã assecutus es. *sed ineptas & aniles fabulas*. i. iudæ-
orũ traditiones *deuita*: quia sunt ineptæ. i. sine ap-
titudine: & aniles. i. uetulaꝝ sermonibus infusę iu-
niorũ codicibus: & sunt fabulæ, id est, inania uer-
ba sine ueritate & utilitate. Hoc nõ de diuinis elo
quiis dicit̃, sed (ut dixi) de traditionibus, quas iu-
dæi à senioribus suis acceperunt præter legales &
prophet̃icos libros, & de stultiloquiis hæreticoꝝ,
q̃ prohibent nuptias & interdicũt cibos quos cre-
auit ut cũ gratiaꝝ actione sumerent̃. Fabulas q̃-
dem deuita, sed *reipsum exerce ad pietatem*. Hoc ẽ, fa
bulas impioꝝ caue, & ad pietatẽ temetipsum ex-
erce. i. hoc sit studiũ tuũ, ut mente sis religiosus, &
erga dei cultũ deuotus, atq; fidei pietate syncerus.
Idcirco moneo ut esse studeas mẽte pius erga deũ
& proximũ: qa *corporalis exercitatio*, quæ ẽ in ieiu-
niis & uigiliis ac labore manuũ, atq; multimoda
corporis afflictione, in qua te fatigas, *ad modicũ uti-*
lis est, id ẽ, parum utilitatis habet respectu magnæ
utilitatis, quã habet pietas religiosæ mentis. Nam
illa corporalis exercitatio & in hypocritis uel hæ
reticis inuenitur, pietas autẽ deuoti ac beneuoli
cordis, nõ nisi in electis reperit̃. Illa corporalis ex- C
ercitatio ad modicũ utilis ẽ, *pietas autem ad omnia*
utilis est, quia omni bono studet, *habens promissionẽ*
uitæ quæ nunc est & futuræ: quia deus pris promisit ui-
tam quã habent in hoc seculo animæ iustoꝝ uel
subsidia tẽporalia, & uitã futuræ beatitudinis, di-
cẽs: Quærite primũ regnum dei & iustitiam eius, Matt. 6.
& hæc oĩa adĵcientur uobis. Et per Salomonem, Lucæ. 12.
dicens de sapientia: Longitudo dierum in dextera Prou. 3.
eius, & in sinistra eius diuitiæ & gloria. Dextra em̃
uitam perennem, simstra uero uitã præsentẽ desi-
gnat. Vel exerce te ad pietatẽ. i. ad compassionem
proximoꝝ, & ad opera misericordiæ. Pietas ẽ ad
oĩa utilis, quia & in futuro & p̃senti seculo pro-
dest, dans tẽporalia & æterna remedia. Habens
promissionem uitæ quæ nunc ẽ & futuræ: quia q̃
pietatis beneficia pauperibus impẽdit, & in p̃senti
dat ei deus unde tẽporaliter uiuat, & in futuro ui-
tam sempiternã. Et *fidelis* est iste *sermo* de pietate. i. D
uerax: quia scilicet pietas ẽ utilis ad oĩa, & fideliẽ
adimplectur quod ei promissum ẽ, ut habeat uitã
p̃sentem & futurã. Iste sermo ẽ fidelis, neminem
fallens, & est *dignus omni acceptione*, ut à cunctis ho-
minibus omnino accipiat. Vere pietas habet pro-
missionem uitæ præsentis & futuræ. nam *in hoc la-*
boramus, ut promissionem hanc consequamur; &
maledicimur ab impiis & blasphematoribus, in hoc
laboramus, *quia speramus in deum uiuum*. i. in hoc in-
sudamus pietatis ac iustitiæ operibus, quia spera-
mus uitam quã deus uiuẽs promisit pie agentib; Matt. 5.
Qui est saluator omnium hominũ, quia solem suum fa-
cit oriri sup bonos & malos, & pluit super iustos
& iniustos, atq; salutem corporis in hac uita com-
muniter parat bonis & malis. *maxime* tũ ipse est sal-
uator *fidelium*, quia præter temporalem salutem,
q̃e illis ẽ communis cum reprobis, dat eis æternã
salutem, quam possideant cum angelis.

Præcipe hæc & doce. Nemo adoles-
centiam tuã contemnat, sed exemplum
esto fideliũ in uerbo, in conuersatiõe,
in charitate, in fide, in castitate. Dũ ue-
nio, attẽde lectioni, exhortationi & do-
ctrinæ. Noli negligere gr̃am quæ est in
te, q̃ data ẽ tibi per prophetiã, cũ impo-
sitione manuũ presbyterij. Hæc medi-
tare, in his esto, ut profectus tuus ma-
nifestus sit oĩbus. Attẽde tibi, & do-
ctrinæ insta in illis. Hoc em̃ faciens, &
te ipsum saluũ facies, & eos q̃ te audiũt.

¶Hæc quæ dixi de fabulis uitandis & pietate se-
ctanda, *præcipe* scientibus *& doce* nescientes. Præ-
cipe hæc ut fiant, & doce quomodo fiant. Et ut
præceptum tuum atq; doctrina suscipiatur, *nemo*
adolescentiam tuam contemnat, id est, ita uiue & ma-
turum te moribus ostende, ut nemo te quasi ado
lescentẽ possit contẽnere, nec uita ætatẽ tuã faciat

Universidad de Deusto
Biblioteca

A reprehensibilem, quamuis corpore sis adolescens, si quid reprehensibile feceris audacius reprehendi tur, & quasi cõtemnit. Potest etiam ad subiectos referri, ut dicatur, nemo eorũ quibus præcipies & quos docebis, cõtemnat adolescentiã tuam: quia in sacro eloquio nonnunq; adolescentia iuuentus uocatur, Salomone testante, qui ait: Lætare iuue
Eccl. 11. nis in adolescentia tua. Si enim unum esse utraq; non decerneret, quẽ monebat in adolescentia, iuuenem non uocaret. Sic & in hoc loco adolescentia pro iuuentute intelligit, ut sanctus Timotheus in autoritate prædicatiõis sit etiam solidæ ætatis. Nemo ætatem tuã contẽnat, *sed tu exemplũ esto fidelibus in uerbo*, ut ipsi exemplo tuo bona loquãtur: *& in conuersatione*, ut exemplo tuo bñ & honeste cõuersentur: at q; *in charitate* dei & proximi, & in integritate fidei, & munditia castitatis. Et ut ita possis exẽplum bonoꝝ operũ aliis præbere, *attende lectioni* diuinarũ scripturarum interim *dũ uenio*. Valde eñ inter humana uerba cor defluit. Cũq indubitãter cõstet, q; externis occupationum tumultibus impulsum, à semetipso corruat, studere incessanter debet, ut per eruditiõis studium resurgat. Attende (inquam) lectioni, & post lectionem attende *exhortationi* iam uolentiũ, *& doctrinæ* nescientium. Sic enim debes agere, ut quod lectio faciendum docuerit, facias: & subditos tuos ut hoc idem faciãt, admoneas: atq; illos qui hoc ignorãt, doceas. Sic age & *noli negligere gratiam* episcopalis officij, *quæ est in te*: quia ad hoc gratis te deus ꝓtulit illi populo, ut sic agas. *quæ* gra *est tibi data* ꝑ prophetiam, *cũ impositione manuũ presbyterij*. Videt Apostolus prophetiam uocare inspirationẽ sancti spiritus, per quam præsciebat quid de hoc & de cæteris esset acturus. Vel certe de hoc quod fieri deberet, episcopus specialiter ꝑphetauit, siue ipse Apostolus, siue quilibet alius sanctus. Impositionem uero manuum eam dicit, quæ in ordinatione eius facta est. Quæ manuum impositio fuit presbyterij, quia per hanc impositionem accepit, presbyterium, id ẽ, episcopatum. Episcopus enim sæpe uocatur ab apostolis presbyter, & presbyter episcopus. Vel hæc impositio manuum fuit presbyteri, qui Latine dicit senior: quia ipse Apostolus qui iuxta hũc sensum presbyter intelligit, imposuit ma
1. Pet. 5. nus suas capiti eius, dum illum consecraret episco
2. Ioh. 3 pum. Nam & Petrus atq; Ioannes in epistolis suis seipsos uocãt seniores, id ẽ, presbyteros, propter grauem maturitatem morum & lapientiæ, uel etiam propter ætatẽ. Deinde, *hæc*, inquit, *meditare*. i. hæc pertracta & uolue in animo tuo quæ iniungo tibi, quia idcirco cõstitutus es põtifex: *& in his* actionibus atq; meditationibus iugiter *esto*, *ut* dũ ita uixeris & docueris, ut dixi, *profectus tuus sit manifestus omnibus*, id est, cuncti te patenter sciant omnibus proficere. Et ut tibi aliisq; proficias, *attende tibi*, id est, mentis intuitum frequẽter reduc ad teipsum, & diligenter attende qualiter uiuas: ac si quid in te corrigendũ inueneris, statim corrige, et semper ad meliora nitere, *& doctrinæ insta in illis*, id est, instanter doce illos qui sunt commissi tibi. Et libenter debes utrunq; facere, quia *hoc ita faciens*, duplicem fructum afferes, qm̃ *& teipsum saluũ facies & eos qui te audiunt*. Te enim saluabis, si tibi attenderis: & auditores tuos, si doctrinæ institueris. Sic enim debet rector propriã salutem quærere, ut communem non deserat: & sic communem profectum quærere, ut proprium non negligat. Nam ita de subiectis suis rationem Christo iudici redder, ut & de seipso reddere cogatur.

C

CAPVT V.

SEniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem: iuuenes, ut fratres: anus, ut matres: iuuenculas, ut sorores in omni castitate.

¶Dixi ut instes doctrinæ, sed tamen hoc age cũ discretione, ut unumquenq; doceas uel admoneas prout congruum fuerit. Aliter nanque admonendi sunt iuuenes, & aliter senes. Quia illos plerunq; seueritas admonitionis ad profectum dirigit, istos uero ad meliora deprecatio blanda componit. Et ideo *seniorem ne increpaueris*, *sed* pietatis honore *obsecra* eum reuerenter *ut patrem*, quatenus ꝓbenignam obsecrationem, facilius tuam susceptiat admonitionẽ. Indignat eñ & erubescit, si fuerit aspere correptus: iuuenes uero admone cum affectu dilectionis, ut fratres. Senes & in scriptura sacra uocantur, non qui sola quãtitate temporum, sed qui morũ grandæuitate maturi sunt. Iuuenes aũt, qui nulla cõsilij grauitate deprimuntur. Et ideo tales etiam hoc loco possunt intelligi. Seniorem ergo qui maturitate prouectus est, siue aliq; aliter q; oportet egerit, ne increpaueris, sed blandẽ obsecra ut seremẽdet, & de cætero in melius proficiat. *Iuuenes* uero, quos morũ leuitas agit, increpa benigne (si deliquerint) *ut fratres*, *anus* firmi militer, quæ uel ætate uel bonis moribus sunt ꝓuectæ, admone cum reuerentia *ut matres*, *iuuencu las* autẽ ætate uel moribus, admone *ut sorores*, & hoc *in omni castitate*. In alloquio iuuenculaꝝ rectissime iuuenis de omni castitate admonetur, ut nec saltẽ minima carnis titillatione circa eas moueat.

D

Viduas honora q̃ uere uiduæ sunt, si qua aũt uidua filios aut nepotes habet, discat primũ domũ suam pie regere, & mutuã uicẽ reddere parẽtib9. Hoc eñ acceptũ est corã deo. Quæ aũt uere uidua est & desolata, sperat in deũ, & instat obsecratiõibus & oratiõibus nocte ac die. Nã q̃ in delicijs est, uiuens mortua est. Et hoc præcipe, ut irreprehensiles sint. Si quis autem suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.

¶ *Viduas*, inquit, *honora quæ uere uiduæ sunt*. i. quæ omi auxilio suorum sunt destitutæ, quæ manibus

A suis laborare nõ possunt, quas paupertas debilitat, etasque conficit, quibus deus spes est, & omne opus oratio. Ex quo datur intelligi, adolescentulas uiduas, exceptis
Vide 6. quas excusat infirmitas, uel suo labori, uel liberorum, uel propinquorum ministerio delegari. Honor autem ☞ in præsenti, pro eleemosyna uel pro munere accipitur. Nam & quod alibi dicitur, Honora patrem & matrem, non in uerborum sono, qui inopiam parentum cassa potest adulatione frustrari, sed in uictus necessarijs minist randis debet intelligi. Itaq; uiduas honora, id est, sumptibus ecclesiasticis ale, non tamen omnes, sed quæ uere uiduæ sunt, id est, q̃ non habent auxilium nisi solius dei. *Sed si qua uidua habet filios uel nepotes*, *discat primum pie regere domum suam*, in quo probabitur. Hoc discat primum, id est, antequam ad ecclesiam ueniat stipendijs ecclesiæ honoranda. Discat domum regere, *& parentibus* qui eam alucrunt, *mutuam uicem reddere*, ut & pari lege alios nutriat. Nec solum genitores, sed & filij, uel nepotes, cæteriq; propinqui dicuntur parentes, unde & tota progenies parentela uocatur. Et in mũdana lege parens parenti per gradum & parentelam succedere iubetur. Mutuam ergo uicem (ut dictum est) reddit parentibus, qui nutritus à maioribus, nutrit minores: & q̃d à præcedentibus accepit, subsequentibus impendit. Vel mutuam uicem parentibus reddit, qui filijs & propinquis sibi
B seruitia impendentibus subsidia reprendit. Hoc agat bona uidua, quia *hoc est acceptum corã deo*. Et hæc tamen nondum est uere uidua, quæ parentes habet qui illi sunt solatio. Sed illa *quæ uere uidua est*, id est, ab omni auxilio mundano destituta, & ab omni terreno solatio *desolata*, *sperat in deum*, id est, uidens ex nulla parte se habere suffugium, toto animo adhæret deo, à quo solo sperat auxilium uitæ & salutis: *& ideo nocte ac die instat obsecrationibus* pro remotione totius mali, *& orationibus* ꝓ adeptione bonorum. Talis erat sancta Anna, quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens
Luce. 2. die ac nocte. Præ cæteris enim uiduæ debent uacare orationibus, qa & dominus cum ad semper orandum hortaretur, uiduam commemorauit, quæ uidelicet iniquum
Luce. 18 iudicem ad audiendam causam suam assidue interpellando commouit. Qua propter cum in uiduis destitutio & desolatio notetur, si se omnis anima intelligat in hoc seculo destitutam & desolatam, quandiu peregrinatur à domino, profecto quandam uiduitatem suam deo defendi assidua & impensissima precatione cõmendat. Mystice enim uel ecclesia uel omnis anima quæ intelligit se derelictam omni auxilio, nisi solius dei, uidua est. Vnde enim mulier est uidua? Quia non habet auxilium aliunde, nisi solius dei. Illæ uero quæ habent uiros, quasi superbiunt de auxilio uirorum. Videntur autem uiduæ desertæ, sed robustius est auxilium earum. Ergo tota ecclesia una uidua est, siue in uiris, siue in fœminis, siue in coniugatis, siue in maritatis fœminis, siue in adolescentibus, siue in senibus, siue in uirginibus. Omnis ecclesia una uidua est, deserta in hoc seculo, si sentit illud, si nouit uiduitatem suam, tunc enim auxilium præsto est illi. Sed simpliciter uiduam mulierem iterum sicut superius intelligamus. Quę enim uere uidua est & desolata, persistit in precibus, & fit deo proxima. *Nam* econtrario illa *quæ in delicijs est*, id est, quæ carnem suam deliciose fouet, & in precibus & ieiunijs nullatenus affligit, *uiuens* C communi uita, *mortua est* in anima: quoniam deus ab ea recessit, qui est uita animæ. Vnde & beatus Iob de sapi-
Iob. 20. entia, quę deus est, dicit, quia non inuenitur in terra suauiter uiuentium, id est, in mente eorum qui uoluptatibus huius uitæ seruiunt. Hoc est enim uiuentem mortuum esse, non habere deum manentem in sua mente. Ne ergo uiuens sit mortua, deliciæ spirituales delicijs carnalibus in sancta castitate succedant, id est, oratio, ieiunium, bona cogitatio, bonorũ operum frequentatio. Nam quando uidua pro delicijs nuptiarum quas in carne uiri habere solebat, aliarum & carnalium deliciarum tanquam in solatio usum assumit, tunc uiuens mortua est. Nam sicut in ipsis sensibus corporis acutius audiunt q̃ uidentur, & tangendo multa discernunt, nec tanta uiuacitate tangunt qui oculis uiuntur, non intelligitur ex uno aditu, id est, luminum repressa intentione sentiendi eam se in alios sensus promptiori dignoscendi acumine exercere, tan
Locus ob scurus. quam ex altero conetur implere q̃d negatur ex altero: ita & sæpe carnis cupiditas à concumbendi uoluptate cohibita, maiori uoluptate in pecuniæ se porrigit appetitum: & illinc auersa, huc se impetu ardentiori conuertit. Mors autem est ipsa lætitia in perfruendo, cum quisq; adipiscitur quod perdite concupiuit. Et ideo mortua est uidua quæ in delicijs uiuit, ad quas delicias per cupiditates tanquam portas mortis peruenitur. Et idcirco prę
D cipe uiduis ne deliciose uiuant. *Et hoc est*, *præcipe illis*, *ut irreprehensibiles sint*, id est, ut caueant facere ea quę sunt digna reprehensione. Dixi superius, ut uidua si filios uel nepotes habet, discat regere domum. Si autem hoc agere neglexerit, fidem pdidit: quia *si quis non habet curam suorum*, *& maxime domesticorum*, ut quãtum potest procuret illis necessaria, *fidem negauit* operibus, et si non uerbis: quia proximum non diligit, & mfideliter erga eum agit. Vel uiduę non studeant congregare delicias, sed uel filij, uel cæteri propinqui impendant illis quod necessarium est. Sed si quis est qui nolit, fidem negauit quam in baptismo promisit, qñ diaboli operibus abrenunciauit, *& est*, *deterior infideli*, quia nunquam fidem habuit. Hic enim ueritatem nouit, & se bene acturum promisit: infidelis autem nec nouit adhuc, nec promisit. *Sed* iste promisit, & implere noluit, ideo deterior est illo qui fidem nondum percepit. Multo enim grauius delinquitur scienter quàm ignoranter, & multo peius est bona opera promittere & non facere, q̃ nec promittere nec facere. Curam ergo suis, & maxime domesticis quisque debet impendere: quia cum cœperit uelle prodesse quibus poterit, primitus inest ei cura suorum. Ad eos quippe habet opportunior facilioremq; aditum consulendi uel naturæ ordine, uel ipsius societatis humanæ. Nam infidelis curam suorum habet, & ideo deterior est infideli, qui hanc non habet.

Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quę fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pedes sanctorum lauit, si tribulationē patiētibus subministrauit, si oīe opus bonum subsecuta est.

¶Hic commune dat præceptum de his uiduis, quæ ecclesiæ pascuntur alimonijs: & idcirco ætas præscribitur, ut illæ tantum accipiant pauperum cibos, quæ iam laborare non possunt, atq; maturitatem habent morum pariter & ętatis. Simulq; considera quod illa quæ duos habuit uiros, etsi anus, etsi decrepita, etsi egens ē, ecclesiæ stipes nō meretur accipere. Dixi superius ut ueras uiduas honores sumptibus ecclesiæ. Et *uidua* quæ sic ē honoranda, *eligatur* habēs *non minus sexaginta annorū*, nisi iā est extinctus fomes libidinis, *quæ fuerit unius uiri uxor*, id ē, quæ non habuit nisi unum maritū, post mortem eius *habens testimonium in bonis operibus*, scilicet *si filios enutriuit* quos habuit, *si pauperes hospitio recepit, si sanctorum* prædicatorūq; *pedes lauit*, quos tūc recipere periculosum fuit. Cum fratres hospitio suscipiūtur, mos inoleuit apud plerosq; sanctos, ut pedes eorū lauentur: & magna in hoc facto commendatio ē humilitatis, ne dedigneturfacere Christianus, quod prior fecit Christus. Cū
Ioh. 13. enim ad pedes fratris inclinatur corpus, etiam in
B corde ipso excitatur: uel si iam inerat, confirmat ipsius humilitatis affectus. Et uidua ē eligenda q̄ testimonium habet hæc omnia fecisse, *& si tribulationem patientibus*, id ē, incarceratis uel quibuslibet afflictis bona quæ potuit *subministrauit*, atq; ut breuiter concludam, *si omne opus bonum subsecuta est*. Et hæc talis pascat alimentis ecclesiæ, & si uires habuerit, seruiat sacerdoti.

Adolescentiores aūt uiduas deuita. Cum em̄ luxuriatę fuerint, in Christo nubere uolunt, habentes damnationē, quia primam fidē irritā fecerūt. Simul autem & ociosę discūt circuire domos, non solum ociosæ, sed & uerbosæ & curiosæ, loquentes quę non oportet. Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gra. Iam em̄ quædam conuersæ sunt retro post satanam. Si quis fidelis uel si qua fidelis habet uiduas, subministret illis, & non grauetur ecclesia, ut his quæ uere uiduæ sunt, sufficiat.

¶Dixi ut uidua eligatur non minus sexaginta annorū, nisi compressa est omnis lasciuia. Sed *adolescentiores uiduas*, quarum adhuc sanguis feruet, *deuita* ad ministeriū ecclesiæ. Et quare? Quia *cum luxuriatæ fuerint, uolunt nubere in Christo*, id est, quia sæpe contingit ut relicto proposito castitatis, per multos amatores luxurientur, uel in luxu cibo-

rum & deliciarum uersentur, & post multam luxuriam uelint nubere, id ē, copulari uiris in Christo, id est, per legitimas nuptias, quasi tunc non sit C
peccatum nubere, ipsæ dico, *habentes damnationem æternam, quia primam fidem irritam fecerunt*, id ē, qa castitatem dño uouerunt & non reddiderunt: uouentibus uidelicet uirginitatem uel uiduitatem, non solum nubere, sed etiam uelle nubere est damnabile: ideo uidelicet habent damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, etsi non nubendo, tamen uolendo. Non quia ipse nuptiæ uelut malum damnandæ iudicantur, sed damnatur propositi fraus, damnat fracta uoti fides: non
C damnat susceptio de bono inferiore, sed ruinā bono superiore. Postremo damnantur tales, non quia coniugalem fidem posterius iniere, sed quia continentiæ primam fidem irritam fecerunt, uolentes nubere. Voluntas enim quæ à proposito
Lib. 9. cecidit, damnatur, siue subsequantur nuptiæ, siue
Genes. 4. desint. Et ideo tenenda ē in corde perseueranter uoluntas boni propositi, ne quis uel quæ retro aspiciat, & uxori Lot similis fiat. Quid enim fecit uxor Lot? Liberata est à Sodomis, & in uia posita, retro respexit. Vbi respexit, ibi permansit. facta est statua salis, ut illius contemplatione condiā-
tur homines, cor habeant, & non sint fatui, nō retro respiciant, ne malum exemplum dantes, ipsi remaneant, & alios condiant. *Simul autem & ociosæ* &c. Nec solum quæ diximus, faciūt prædictæ mulieres: sed cum illis malis addunt, quod sunt
D ociosæ, nihil manibus operātes, & fiunt propter mentis uagationem & corpore instabiles, quia nō stant in domibus suis, sed *discunt*, id ē, assuescunt *circuire* sine rationabili causa *domos* alienas, qd' religioni inimicum ē. Nec *solum ociosæ* sunt, *sed & uerbosæ*, id ē, abundantes multiloquio fabularum & inutilium sermonum. Nec solum uerbosæ, sed & *curiosæ*, id ē, inuestigantes aliorum facta, & negligentes sua, & studentes semper aliquid audire. Et sunt *loquentes ea quæ non oportet*, id ē, turpia & ad libidinem pertinentia, uel quolibet alio modo religioni contraria. Et quia quædam uiduæ posīq; deo continentiam & religiosam conuersationem promiserunt, talia mala faciunt, *ergo uelo iuniores*
E uiduas non continentiam uouere, quam seruare nō possunt, sed *nubere*, & *filios procreare* legitimos, ne si quos ex fornicatione genuerint, extinguant eos propter metum & uerecundiam, & uolo eas *esse matresfamilias*. Nubant, ne uagentur per alienas ædes: sed sub uiris posītæ, habeant si enum quo regantur. Procreēt filios & sint matresfamiliarum, ut non sint ociosæ, sed in nutritura filiorū & gubernatione familiarum utilibus occupētur actionibus. Bonum ē enim nubere, bonum filios procreare, bonum matresfamiliarum esse, & ideo faciant hæc bona, ne forte committant supradicta mala. Hoc uolo eas facere, & *nullam occasionem dare aduersario*, id ē, infideli, *gratia maledicti*, id ē, causa malæ locutionis. Hoc ē, nolo ut infideli qui nobis aduersatur, & cui magnum est de nobis male loqui, dent ullam occasionem, ut possit aliquid

A maledicere de eis. & fortasse darent occasionem, sicut iam nōnullæ dedere: quia *iam conuersæ sunt quædam retro* à bono continentię. quod proposuerunt euntes *post satanam*, qui retro cessit & perijt. Hoc Apostolus addidit, ut in his uerbis eius intelligeremus eas quas nubere uoluit, melius potuisse continere quām nubere, sed melius nubere ēq; retroire post satanā. i. ab excellenti illo uirginali uel uiduali castitatis proposito, in posteriora respiciendo cadere & interire. Dixi ut iuniores nubāt. Sed si aliquæ nubere uolunt, procurent eas sui. Et hoc est: *Si quis fidelis uel si qua fidelis habet uiduas*, id ē, uiris orbatas sorores aut consanguineas, quæ alia, qua linea generis ad eum pertineant, *subministret illis* necessaria, *& non grauetur ab eis ecclesia, ut his quæ uere uiduæ sunt*, id ē, oīm auxilio destitutæ, *sufficiat* alimenta præbere. Hic ostēdit Apostolus quia & fideles sibi & alijs in posterum necessaria prouidere debēt, ut intelligeremus quod præcipit dominus non cogitandum esse de crastino, non ad
Matt. 6. hoc fuisse præceptum, ut nihil pecuniæ seruetur à sanctis, sed ne deo propter ista seruatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur.

B Qui bene præsunt presbyteri, dupli
Deut. 25. ci honore digni habeātur, maxime q̄ la
1. Cor. 9. borāt in uerbo & doctrina. Dicit enim
Matt. 10 scriptura: Nō infrenabis os boui tritu-
Luce. 10 rāti. & dignus ē operarię mercede sua. Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.

¶De uiduis ita fiat, ut hactenus ostendi. Sed de bonis presbyteris aliter, scilicet ut *qui bene præsunt* ecclesiæ *habeantur digni duplici honore*, ut in præsenti accipiant honorem stipendiorū à subditis suis, & in futuro à deo honorē gloriæ perennis, *maxime qui laborant in uerbo* scientibus, *& in doctrina* nescientibus, i. qui monere student eos qui sciunt, & docere eos qui nesciunt. & cum duplex honor. i. gemina tretributio talibus debeat, de uno honore probo, quem illis debent subiecti in oblatione sumptuū. Nam legis *scriptura dicit*: *Non infrenabis os*
Luce. 10 *boui trituranti*. i. non prohibebis prædicatorem cibos ex ecclesia sumere. Et euāgelij scriptura secūdum Lucam dicit, qa *dignus est operarius mercede sua*. i. dignus ē prædicator receptione sumptuū. Ex euangelio em̄ Lucæ sumpsit Apostolus hanc sententiam: probans autoritate sua. Dignus est operarius mercede sua, quia iam de mercede sunt operis ipsa alimenta sustentationis, ut hic merces de labore prædicationis inchoetur, quæ illic de ueritatis uisione perficitur. Qua in re considerandū, quod uni nro operi duæ mercedes debeātur, una in uia, altera in patria: una quæ nos in labore sustentat, altera quæ nos in resurrectione remunerat, q̄niam digni honore duplici boni presbyteri sunt. Merces itaq; quæ in præsenti recipit, hoc in nobis debet agere, ut ad sequentem mercedē robustius tendamus: quia unusquisq; uerus prędica- A
tor non ideo p̄dicare debet, ut in hoc tēpore mercedē recipiat, sed ideo mercedē recipere, ut prędicare subsistat. Quisq; enim ideo prædicat, ut hic uel laudis uel muneris mercedem recipiat, æterna proculdubio mercede se priuat. Quisquis uero se uel ea quæ dicit, ideo placere hominibus appetit, ut dū placet quod dicit, non ipse, sed dñs amet, uel ideirco terrena stipendia in prædicatione cōsequit, ne à prædicationis uoce per indigentiā lassetur, huic procul dubio ad recipiendam mercedē nihil obstat in patria, quia sumptus sumpsit in in uia. Nā & hoc dat in labore cibū operario suo, ut laborare sufficiat, & post laborem reddit mercedem ei. Multo magis ergo deus operarium suū dupliciter honorabit. i. remunerabit. Et ideo non facile recipias accusationē *aduersus presbyterum*, qa non facile ē accusanda tam alti nominis persona, *noli* contra eum *accusationem recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus*. i. nisi accusator duos uel tres produxerit testes tā idoneos, ut accusatio sit sub eis, id ē, ut ipsi testes sint accusatore superiores, ut uita eorū non sit inferior uita accusantis. Testes em̄ (ut ait Isidorus) considerantur conditione, natura & uita. Conditione, si liber, non seruus. Nam
D sæpe ferui metu dominantis testimonium supprimit ueritatis. Natura, si uir, non fœmina. Nam uarium & mutabile semper fœmina. Vita, si innocēs Aenei. 4.
& integer actu. Nam si uita bona defuerit, fide carebit. Non em̄ potest iustitia cum scelerato homine societatem habere. Duo autem sunt genera testium: aut dicentium id quod uidetur, aut proferentium id quod audierūt. Duobus autem modis testes delinquunt, cum aut falsa promunt, aut uera silentio obtegunt. Nam apud ueteres non minoris erat culpæ ueritatem tacere, quām mendacium dicere.

Peccantes autē coram oībus argue, ut & cęteri timorē habeant. Testor corā deo & Iesu Chō & electis angelis, ut hæc custodias, sine præiudicio nihil faciēs, in alteram partē declinando.

¶Sic age erga presbyterum, ut dixi. Sed *peccantes* Psal. 88.
argue coram omnibus, ut & cæteri qui peccare uolebāt, *timorem habeant*, ne talia facere p̄sumant. Dñs dicit, si peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te & ipsum solū, & nunc Apostolus peccantes coram oībus iubet argui. Sed nulla contrarietas ē in his duobus p̄ceptis, qa aliquādo corripiendus ē inter te & ipsum solū, aliq̄n corā oībus arguēdus. Tunc em̄ secreto monendus ē, qñ peccauit in te. i. quādo tu scis quia peccauit. Quia em̄ secretum fuit quādo in te peccauit, secretū quære cum corrigis quod peccauit. Nam si solus nosti quia peccauit in te, & eum uis corā oībus corrigere, non es corrector, sed proditor. Ergo illa corripienda sunt secretius, q̄ peccant secretius: illa uero arguenda coram oībus, quæ peccant coram

Universidad de Deusto
Biblioteca

oĩbus. Demum ad confirmationem obseruantię cunctorũ præceptorũ subdit: *Testor coram deo.* Ac si dicatur: Deus est mihi testis, cp aĩam meam liberaui, dicendo q̃ dicere debui, tu tibi caue ne pereas transgrediendo q̃ iussi, & coram *Christo Iesu* testor, qui iudicabit, & coram *electis angelis*, qui separabunt malos à bonis. Testor *ut custodias hæc* quæ nunc præcepi de accusatione presbyteri non leuiter suscipienda, & de manifesta correctione peccãtium, uel etiam cętera præcepta p totam superius epistolam data, & inferius adhuc danda. Hæc custodias, *nihil* unc̃ *faciens sine præiudicio*, i. sine p̃meditatione, an sit faciẽdum, an non faciendũ, *declinando in alteram partem*, nisi in eam quã præmeditãdo cognoueris iustam. Vel hæc custodias sine præiudicio, id est, sine reprehensione, nihil faciens declinando in alterã partem quam nõ iussi, id ẽ, in parcem sinistræ actiõis. Vel hæc q̃ dixi de accusatiõe presbyteri, custodias, nihil faciens sine præiudicio. i. sine præexaminatione, & ab examinatione non declines in aliud quàm examinatio inuenit.

Manus cito nemini imposueris, nec̃ cõmunicaueris peccatis alienis. Teipsum castũ custodi. Noli adhuc aquã bibere, sed modico uino utere, ꝓpter stomachũ tuũ & frequẽtes tuas infirmitates. Quorũdã hoĩm peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudiciũ, quosdã autem & subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

¶ Quia tã grauiter tractanda est causa presbyteri, & ideo prius diligenter considera, quis sit ille quem ordinaueris presbyterũ. Nõ enim facile debet ordinari, qui nõ facile põt ab ordine deponi: & idcirco *nemini cito imposueris manus* ordinando illum, sed diu proba illũ antea, quia in morãdo poteris uitam eius cognoscere: *nec̃ communicaueris* cõsentiendo *peccatis alienis*, si inconsiderate pctõrem ordinaueris. Qui enim indignũ ordinat, peccatis eius cõicat. Et ut uiles ab ordinatione possis expellere, *teipsum castũ custodi*. Ac si dicat: Qui indignos uis repellere, teipsum debes in uitæ mũditia custodire. Et qui alios iudicas, uide ne possis ab alijs de prauo actu iudicari: quisquis pctã caues aliena, caue propria. Dico ut te custodias castũ, & iam tñ *noli adhuc aquam bibere*, sicut priùs consueueras, *sed modico uino utero*, quia modice sumptũ non nocet castitati. Et hoc præcipio, *propter* dolentẽ ex lõga abstinentia *stomachũ tuũ*, in quo sedes est infirmitatis: *& propter infirmitates tuas frequentes*. i. frequẽter tibi uenientes. Quia de castitate admonuit, hac occasione immoderatam abstinentiã prohibet, quã Timotheus inierat, & modicum uinum præcipit ob infirmitates sumendũ, medici concilio magis quàm apostoli licet apostolus sit medicus spiritalis, & ne Timotheus in becillitate superatus, non posset implere prædicationis opus. Vix tñ etiam propter has necessitates uini potio conceditur, ga uinum & adolescentia duplex incendiũ uoluptatis. Sed stomachi dolor & frequens infirmitas in sancto Timotheo fomenta libidinũ reprimebat. Apostolus itaq̃ cum dilectum discipulum de instituẽdis ecclesiæ officijs admoneret, ne q̃s forte ad sacros ordines inordinate proueheret, dixit: Manus cito nemini imposueris, nec̃ cõicaueris pctis alienis. Teipsum castũ custodi. Qui ad infirmitatẽ eius corporis protinus se conuertens, ait: Noli adhuc &c. usq̃, tuas infirmitates. Statimq̃ subiũxit, dicens: *Quorũdam hoĩm peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudiciũ, quosdam & subsequũtur.* Et quid ad illud pertinet, cp ab infirmo bibi aquam prohibet, hoc cp de peccatis quorundam hominum manifestis q̃ subiunxit, nisi cp interposita de eius infirmitate sentẽtia ad hoc in extremo redijt, cp superius dixit, manus cito nemini imposueris. & cætera. Vt enim hæc eadem pctã quanta solicitudine refellenda essent oñderet, interposita cõtra infirmitatis molestiam discretionis admonitione, protinus intulit cp in alijs patescerent, & in alijs laterẽt, dicens: Quorundam hominum &c. Similis interpositio reperitur in libro domini Iob, ubi de reprobis dicitur: De mane usq̃ ad uesperã succidentur, & quia nullus intelligit, in æternum peribit, statimq̃ de electis additur, qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis. iterumq̃ mox de reprobis subiungitur, Morientur, & non in sapientia. Sed in alijs scripturarum sanctarum loois inueniuntur frequenter huiusmodi interpositiões. Cur ergo Timotheus, uel quilibet episcopus nemini debeat cito manus imponere, ne peccatis alienis cõmunicet, si peccatorem ordinauerit, subiungitur causa, cum dicitur: Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedẽtia ad iudicium, id ẽ, quorundam peccata ita sunt aperta, ut eorum fama uel notitia prius ueniat ad iudicium, id est, ad locum in quo fit discussio personarũ, q̃ ipsi infames qui ueniunt ad ordinandum. Quosdam autẽ & subsequuntur ad iudiciũ peccata sua, quia tũc primum manifesta fiunt, cum ordinãdi discutiuntur. De quibusdam peccatis hoc intelligendum est. Non enim oĩa panduntur in illa discussione, sed aliqñ latent plurima. Nec solum peccata quędam ita manifesta sunt, & quædam in discussiõe, uel in conuersatione paulatim deregũtur, sed etiã quædã *bona facta similiter manifesta sunt*, præcedentia ad iudicium, ut non sit opus probandi ea esse bona. & quædam iterũ esse bona, *quæ aliter se habẽt*, i. quæ non ita sunt manifesta, *non possunt abscondi* uel in ipsa discussione, & ideo probanda. Hieronymus: Quod dicit, istiusmodi est. Quidam tam libere & palam peccant, ut priusq̃ eos uideris, statim intelligas peccatores: alios autem qui callide occultant uitia sua, ex consequenti conuersatiõe cognoscimus. Similiter & bona apud aliquos in propatulo sunt, in alijs longo usu discimus. Augustinus: Manifesta ea dicit, de quibus clarum est q̃ animo fiant. Hæc præcedunt ad iudicium, quia si

fuerit ista subsequutum iudicium, non est temerarium. Subsequũtur autem illa quæ occulta sunt, quia nec illa latebunt tẽpore suo. Sic & de bonis factis intelligendum est. De manifestis ergo iudicemus, de occultis uero iudiciũ deo relinquamus: quia & ipsa abscondi non possunt, siue mala, siue bona, cum tempus aduenerit quo manifestentur.

CAPVT VI.

QVicunc̃ sunt sub iugo serui dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomẽ dñi & doctrina blasphemẽt. Qui aũt fideles habent dños, non contẽnant, quia fratres sunt: sed magis seruiant, quia fideles sunt: & dilecti, quia beneficij participes sunt.

¶ Quod de seruo Hebræo præcipit, ut sex annis seruiat, septimo dimittat liber gratis, ne serui Chr̃iani hoc flagitarẽt à dñis suis, apostolica nũc autoritas iubet seruos dñis suis esse subditos, ne nomen dñi & doctrina blasphemet. Pseudo enim dicebant, nõ licere seruos teneri nisi sex annis, uel potius neminẽ debere esse seruũ alterius, sed oẽs æqualiter esse liberos, quia oẽs ex uno patre Adã descenderant, & oẽs Chr̃s redimẽdo liberauerat. Et hoc prauę pluasioni contradicit Apl̃us, dicens Chr̃istianos seruos debere quibuscunq̃ dñis, siue pagans, siue Chr̃ianis bñ seruire: quia hoc præcepit Chr̃s, cum diceret: Reddite q̃ sunt Cæsaris Cæsari, & q̃ sunt dei deo. Et hoc est: *Serui* Chr̃istiani q̃ *sunt* grauati *sub iugo* infideliũ dñorũ, *quicunq̃* sint illi serui, i. etsi iusti, etsi sapiẽtes sint, *dños* tñ *suos arbitrentur dignos omni honore*. bñ seruiẽdo illis, *ne* si seruire contẽpserint *blasphemetur* à dñis eorũ propter eos *nomen domini* quasi aliena inuadentis, *& doctrina* Chr̃istiana quasi prædicans iniusta, & contra legem mundanã decernẽs. Sic agant qui dños habent infideles. Sed illi *qui habent fideles dominos, non* ideo q̃dem *contẽnant* seruire, sicut pseudoapostoli dogmatizabãt, *quia sunt fratres*. i. dñis suis in Chr̃o pares, q̃m utiq̃ Chr̃istiani: *sed magis*, id est, maiori affectione *seruiant* eis, *quia fideles sunt*, id est, participes sacramentorũ ecclesiæ: *& dilecti* sunt à deo, *quia participes sunt* eius *beneficij* præsentis & futuri.

Hæc doce & exhortare. Si quis aliter docet, & nõ acq̃scit sanis sermonibus dñi nostri Iesu Chr̃i, & ei q̃ sẽdm pietatem est doctrinę, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas uerborũ: ex quibus oriũtur inuidiæ, contentiões, blasphemiæ, suspiciones malæ, cõfligationes hoĩm mẽte corruptorũ, & q a ueritate priuati sũt, existimantium quæstum esse pietatẽ.

¶ Hæc quæ dixi de seruis, *doce* ignorantes & *exhortare* scientes. Et hoc age, *si quis aliter docet*, id ẽ, si quis prædicauerit cõmunẽ omnibus in Christo libertatem, dicens oẽs debere liberos esse, tu econtrario tunc præcipe, i. prædica ut serui dominos suos omni honore dignos arbitrentur, & non cõtemnant eis seruire. Nam semper expedit quidẽ ista docere, sed tunc maxime q̃n peruersius q̃s aliẽ docet, prędicans ut omnes sint liberi: *& non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi*, dum ei obijcitur Christũ dixisse, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & q̃ sunt dei deo, & p̃cepisse Petro ut pro se & p ipso Christo staterem repertum in ore piscis daret his qui tributum exigebant. & item dixisse, Discite à me quia mitis sum. & non acquiescit *ei doctrinæ* nostræ, *quæ est secundum pietatem*, id ẽ, quæ non facit odiosam Christianitatem, docendo insolescere. Ille qui his & huiusmodi ter monibus dñi & huic doctrinæ nõ acquiescit, sed aliter docet, *superbus est*, id ẽ, superbia, nõ ratio ducit eum, Superbus ẽ, i. non patiens uinci & à sententia sua deflecti. Et quãuis se scioluam putet, tñ *nihil sciens* ẽ *sed* est semper *circa quæstiones languens*. i. ineficax & impeditus ad soluendum, & ad ueritatis indaginem peruenire non ualens, & similiter ẽ languens circa *pugnas uerborum*, id ẽ, circa repugnantiam quæ uidet esse in quibusdam scripturarum uerbis, licet sensus concorder, sicut ẽ. Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis, & iterũ, Quicunq̃ uoluerit in uobis primus esse, erit omnium seruus. Videntur cm̃ hæc uerba huic stulto repugnare, ut nos filius liberos faciat, & iterum sit seruus q̃ uoluerit esse primus, cum primus inter nos maxime sit liber, si nos liberi sumus. Vel circa pugnas uerborũ languet, i. circa disputationes, in quibus disputatores pugnant uerbis inuicem. *Ex quibus* quæstionibus & uerborũ pugnis *oriuntur inuidiæ & contentiones, blasphemiæ & suspitiones malæ*: qa propter uerba pseudo apostolorũ libertatem huiusmodi prædicantiũ, hi q seruos habẽt, inuidere Christiano nomini, et cõtendunt aduersus fideles & blasphemãt deũ quasi q aliena sibi tollit, & suspicanẽ male de nobis, q̃s hanc libertatem finxissemus ad lucrũ. Et contra illos orĩunt̃ inde *conflictationes hominũ mente corruptorũ*. i. pseudo prædicatorũ, quorũ intelligentia uel ratio errore corrupta ẽ, ne possit inuiolatæ ueritatis cognitionẽ habere in uera rerũ notitia. uel mente corruptorũ, qa etsi caro eorũ propter simulationẽ sanctitatis ẽ integra, mens tñ interius delectat̃ immunditijs sibidinum, & turpitudinibus uel amore pecuniæ. Et *qui priuati sunt a ueritate*, quia etsi aliqñ ueritatẽ catholicę doctrinæ aliquatenus cognouerunt, propter errores quos menti suę inseruerunt, cognitionem illam penitus amiserũt. Hominũ dico *existimantium pietatem*. i. dei cultũ *esse quæstũ* temporaliũ rerũ, quia pseudo putabant q̃d Chr̃s esset colẽdus propter commoda præsentis uitæ, non futuræ: quoniam & ipsi propter acquisitionem præsentium lucrorum prædicabant.

Est aũt quęstus magnus, pietas cũ sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mundum, haud dubiū quia nec auferre quid possumus. Habētes aūt alimenta & quibꝰ tegamur, his cōtēti sumus.

¶ Ipsi putāt pietatem nostræ religiōis esse quæstum emolumenti carnalis, & uerꝫ quidem est qꝫ Christiana *pietas est quæstus*, non tñ exiguus, ut temporalia tm̄ acquirat, ut ipsi putant, sed *magnus*, id ē, æterna, corporis & animæ bona conquirens. Magnus quæstus est pietās *cum sufficientia*. i. pietas cui sua parua sufficiunt, nec desiderat plus habere qm̄ necesse est. Hanc aūt sufficientiam nō indecenter uult, quisquis eam uult, nec amplius uult. Alioqn non ipsam uult, & ideo nec decēter uult. Hanc optabat qui precabat, dicens: Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tm̄ uictui meo necessaria. Hæc necessaria debēt nobis sufficere, quia incongruum est ut qui nihil huc attulimus, & nihil hinc portabimus, multa hic habere q̄ramus. *Nihil* uidelicet *intulimus in hunc mundū* qñ nati sumus: & *haud*. i. nō est dubiū *quia nec auferre* hinc aliqd *possumus*, qñ morientes de mundo eximus. Nudus em̄ egredit de matris utero, & nudus migrat de mundo. Vaus ergo introitus est oībus ad uitam, & similis exitus. Cur itaque alius in hac uita quærit fieri ditior alio? uel cur diues cōtra pauperem inflatur, cum uterꝫ sine diuitijs uenerit, & sine diuitijs abiturus sit? Non igitur diuitias multiplicare B quæramus, quas hinc nobiscum portare nō possumus; sed *habentes alimenta* quibus pascamur, & indumenta *quibus tegamur his contenti simus*, nihil ultra quærentes in hoc seculo, quia frigus & fames simplici uestitu & cibo expelli potest.

Iob. 1.

Nā qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationē & laqueū diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, q̄ mergunt hoies in interitū & pditionem. Radix enim omniū malorꝫ est cupiditas. Quam quidem appetentes, errauerūt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu aūt o hō dei hæc fuge. Sectare uero iustitiam, pietatē, fidē, charitatē, patientiam, mansuetudinem. Certa bonū certamē fidei, apprehēde uitā æternam, in quā uocatus es, & cōfessus bonam cōfessionem corā multis testibus.

¶ Nobis apostolis q̄s cæteri debent imitari, sufficiunt alimenta & tegumēta, omnibusqꝫ Christianis sufficere debent. *Nam qui uolunt diuites fieri, in tentationem incidunt*. Non dico qui diuites sunt, sed qui uolunt fieri diuites. Aliud enim est esse diuitē, aliud fieri uelle diuitem. Hic cupiditas accusatur, non aurꝫ, non argentū, non diuitiæ. Diuiti præcipit ut eroget pauperi, ne desideret. Nā qui uolunt diuites fieri, etsi nō fiant, ipsa tñ uoluntate incidūt in tentationem, & in *laqueū diaboli*. i. in hoc ut consentiāt suggestiōi diaboli, amādo diuitias, quam C amorem ille suggerit, & illa queant ab eo p consensum iniquæ pluasionis, & pactionem prauitatis. & cadūt in *desideria multa inutilia & nociua*, quia nihil prosunt, sed ualde nocent. *quæ* ita nocent, ut mergant *homines in interitū* corporꝫ *& perditionem* animarꝫ. Et recte dixi quia p cupiditatē diuitiarū cadunt in multa desideria: nā *cupiditas est radix oīm malorū*. i. non est aliqua species mali, q̄ non ex aliq̄ cupiditate aliqñ procedat. Hac enim & primꝰ angelus cecidit, qui utiqꝫ non amauit pecuniam, sed propriam potestatem. Hac & primi hoīes deiecti sunt, qui non aurꝫ, sed inconcessam sibi diuinitatē superbe cupierunt. Plus enim uolentes habere q̄m acceperant, & quod acceperant amiserunt. Nam cum initium omnis peccati sit superbia, recte malorum omnium radix esse dicitur cupiditas. Vel auaritia hoc loco generalis intelligitur, qua quisqꝫ appetit aliquid amplius q̄m oportet, propter excellentiam suam & quendam propriæ rei amorem. Talis enim peruersitas mentis, competenter uocatur superbia uel cupiditas. Cum sit ergo specialis quædam cupiditas, quæ usitatius amor pecuniæ dici potest, Apostolus nūc cupiditatem nōminans, per speciem genus significauit, & uniuersalem cupiditatem intelligi uoluit, dicens: Radix omnium malorum est cupiditas. Ipsa quippe latenter oritur in mente, sed peccatorum omnium punctiones patenter producit in opere. Quas uidelicet punctiones ab hac radice surgentes, statim prædicator egregius insinuauit, subdens: *Quam quidā appetentes, errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis*. Qui enim multos dolores dixit, quasi nascentes ex hac radice punctiones uel spinas innotuit. Quidam per cupiditatem errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis, sicut illi q̄ propter dona principum adorauerunt idola, & post etiam in hoc seculo uiles omnibus effecti, multas miserias pertulerunt. Nunc quoqꝫ multi per cupiditatem errant a fide, quoniam auaritia est idolorꝫ seruitus: & inserunt se doloribus multis, quoniam mēs eorum assidue pungitur spinis solicitudinum pro acquisitione uel conseruatione diuitiarum, & multiplici labore corpus illorꝫ atterit. Illi per cupiditatem irrationabilem in tot mala decidunt. Sed *tu o homo* ratione utens, *fuge hæc* mala, si quādo per aliquam delectationem humanæ fragilitatis apprehendere te uoluerint. Hæc quidem fuge, sed *iustitiam sectare*, ut nunquam obseruatio iustitiæ te possit effugere, sed semper per oēs uias actionum eius sequere. Sectare iustitiam, faciendo unicuiqꝫ q̄d ius exigit, non q̄ cupiditas. Et sectare *pietatem*, ut egenti uel afflicto condescendas per cōpassionem, & ei clementer subuenias, prout necesse habuerit, & sine auaritia tribuas q̄ opus fuerit. Et sectare *fidē*, ut credēdo bona inuisibilia, contēnas uisibilia: quia qui uerā fidem de deo & futura beatitudine habet, nō curat hic cum impijs in exilio fieri diues, nec pluris est ei mundus q̄m deus. Sectare *charitatem* erga deum & proximum, qua peni-

D

Luc. 12. tus caret auarus: qa nec deum diligit, cuius māda-
A tum de dandis eleemosynis contemnit: nec proximū diligere probatur, cui de suis opibꝰ nihil impartitur. Tu uero ut charitatem sectari possis, ad-
de *patientiam*, qua perferas æquanimiter, quæ tibi à proximis inferentur, ne mordearis intrinsecus ullo dolore indignationis aduersus eos q tibi hæc inferent, sed serenum & tranquillū cor erga eos serues. Multa enim oportet te æquanimiter à proximis tolerare, si charitatem non uis frequenter amittere. Et erga eos præcipue, à quibus aduersa perferes, sectare *mansuetudinem*, ut nihil asperitatis, nihil amaritudinis illis rependas, sed mitis & tractabilis erga eos maneas. Cupidus aūt neq; patiēter aduersa tolerat, neq; mansuetudinē erga quēpiam seruat. *Certa* quoqꝫ, id ē, pugna p anima tua in agone præsentis uitæ, ut coronam percipias in fine. Certa non malum certamen, sicut auari, qui certant alios superare diuitijs: uel sicut hæretici, qui certant fideles à fide separare: sed certa *bonum certamen fidei*, ut benigne cōtendas fide & bonitate alios superare, & infideles fidei subijcere. Vel certamen fidei, id ē, qđ fides exigit, certa ut uel in
B martyrio, uel in agone iustitiæ, uel contra hostes fidei, uel contra quælibet uitia pugnes assidue. Et per uictoriam huius certaminis *apprehende*, id ē, ui quadam ad te prende *uitam æternam*: *Quam* debes uiriliter apprehendere, quia *in* eam *uocatus es* à deo per euangelicam prædicationē, uel per propositū diuinæ uoluntatis. *& tu confessus es bonam confessionem* fidei & iustitiæ *coram multis testibus*, quādo baptizatus es, siue quando in episcopum consecratus: ideoqꝫ fructum huius confessionis, id est, uitā æternam, nitere apprehendere.

Præcipio tibi coram deo qui uiuificat omnia, & Christo Iesu, qui testimoniū reddidit sub Pontio Pilato bonam cōfessionē, ut serues mandatū sine macula irreprehensibile, usq; in aduentū dñi nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostēdet beatus & solus potens rex regum, & dñs dominantiū, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, quē nullus hominū uidit, sed nec uidere pōt, cui gloria, honor & imperiū sempiternum, Amen.

¶ Vt uitam æternam possis apprehendere, & bonam confessionem tuā seruare, *præcipio tibi coram deo qui uiuificat omnia* quæ uiuificant: & corā Christo, qui in passione sua bonam confessionem reddidit, ut serues mandatum. Non em̄ uitam consequeris æternā, nisi per eum qui uiuificat omnia, & ideo nunc illum præceptionis meæ testem adhibeo, ut ipse tibi uitam tribuat, si obedieris: nec bonam confessionem tuā seruabis, nisi imitando Christū, qui sicut sub Pilato bonam confessionē dedit, ita & tu coram potestatibꝰ huius seculi nō timeas ueritatē confiteri, & propterea corā Christo tibi præceptū trado. Deus pater uiuificat oīa, non tamen sine filio: quia quæcunqꝫ ille facit, hæc & filius similiter facit. Et sicut pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Nec sine spū sancto agit ista uiuificatio, quia sicut idem filius ait, Spiritus ē qui uiuificat. Non solus pater, sed tota trinitas quæ unus deus ē, uiuificat omnia. Quod aūt sequitur, *& Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem*, de filio proprie intelligit: qa sub Pilato in forma serui solum filium nouimus passum esse, non etiam patrem uel spūm sanctum. Tunc em̄ ipse filius bonū reddidit testimoniū, quia dixit se regē esse, quāuis sciret se inde moriturum esse: & illud testimoniū fuit bona confessio ueritatis. Hoc testimonium & hanc confessionē reddidit ipse, qñ respondit Pilato: Tu dicis qa rex sum ego. Ego in hoc natus sum & adhuc ueni in mundū, ut testimoniū perhibeam ueritati, Omnis q ē ex ueritate, audit meā uocem. Sic & tu nullo metu tyrannorū debes à cō-
D fessione ueritatis reticere. Itaqꝫ p̄cipio tibi coram deo qui ē trinitas, & coram Christo, qui ē mediator dei & hominum homo Christus Iesus, *ut man-* *Supra. 2.*
datum bene agendi & bene docendi, quod tibi trado, *serues sine macula* criminalis peccati, & seruesil lud *irreprehensibile*, id ē, ut nō sit habile ad reprehendendū propter aliquā similitudinē inhonestatis. Et ita serues illud *usq; in aduentum domini nostri Iesu* *Matt. 24.*
Christi, de quo ipse dicit: Vigilate, quia nescitis qua hora dñs uester uenturus sit, id ē, usq; ad obitum tuum. Vel in Timotheo præcipit unicuiqꝫ rectori ecclesiæ, qa successurus ē alius post alium usq; in nouissimū domini aduentum, ut seruet sine macula criminis, & sine reprehensione inhonestæ similitudinis hoc mandatū. *Quem* dominū Christū, uel quem aduentum domini, *suis*, id ē, congruis & dispositis *temporibus ostendet*, id ē, palam omnibus uisibilem ponet deus trinitatis, qui naturaliter in *Mat. 24.*
seipso & ex seipso *beatus* ē, quod nulli creaturæ cōgruit. Nulla em̄ creatura potest esse beata, nisi participatione beatitudinis sui creatoris. Qui *& solus potens* ē, quia per seipsum naturaliter omnia potest. Creaturæ uero si quam habent potestatē, ab illo hanc accipiunt. Non est enim potestas nisi a *Rom. 13*
deo. Et ipse ē *rex regum*, quia sub eius imperio regnant omnes quicunqꝫ regnant: *& est dominus dominantium*, quia illi seruiunt aut uolentes aut inuiti, quicunqꝫ alijs dominant. Hæc (ut diximus) de tota trinitate dicuntur, quæ unus est deus. *Qui solus habet immortalitatem*, quia solus est immutabilis. In omni enim mutabili natura, nonnulla mors ē ipsa mutatio, quia facit aliquid in ea non esse qđ erat. Proinde & ipsa anima humana, quæ propterea dicitur immortalis, quia qualitercunqꝫ secundum modū suū nunqꝫ desinit uiuere, habet tamē pro ipso suo modo quandam mortē suam. Quia si iuste uiuebat & peccat, moritur iustitiæ. Si peccatrix erat & iustificatur, moritur peccato. Vt

Apoc. 17 & 19. Iohan. 1. 1 Ioh. 4. Epist. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alias eius imitationes taceam, de quibus longum est disputare, & creaturarum natura cœlestium mori potuit, q̃ peccare potuit. Nam & angeli peccauerunt, atq; dæmones facti sunt: & qui nõ peccauerunt, peccare potuerunt. Et cuicunq; rationali creaturæ præstatur ut peccare non possit, non est creaturæ proprium, sed dei gratiæ. Ac per hoc solus deus habet immortalitatem, q̃ non alicuius gra, sed natura sua nec potuit, nec potest aliqua conuersione mutari: nec potuit, nec potest aliqua mutatione peccare. Qui *& lucem habitat inaccessibilem*. Sed si in accessibilis est lux, in qua ipse manet, quomodo nobis dicitur, Accedite ad eum & illuminamini? Sed inaccessibilis est uiribus nostris, acceditur autẽ ad eum muneribus suis. Moyses ẽm accessit ad caliginem in qua erat deus. Illa enim caligo lux ista est, quæ hic dicitur inaccessibilis: quia & omnis etiam corporea lux, quę præ nimietate claritatis non potest aspici, rectè caligo & inaccessibilis potest appellari. De hac caligine ad quam Moyses accessit: Dionysius ita scripsit: Diuina caligo est inaccessibile lumen, in quo habitare deus dicitur, & inuisibili eo existente propter supereminentem claritatem, & inaccessibili eodem p superexcellentiam supereessentialis luminum manationis. In hoc fit omnis scire deum & uidere dignus, eum non uidendo neq; cognoscendo uere superuisionem & cognitionẽ factus, hoc ipsum cognoscens, quia post omnia est sensibilia & intelligibilia, & quia prophetice Iudæis mirabilis facta ẽ scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Inaccessibilis ergo dicitur lux ista, siue caligo quam deus inhabitat, propter superexcellentiam splendoris, in cuius usione caligat interior oculus rationalis creaturæ: q̃ia sicut idem Dionysius alibi de eo loquitur, educit super & uerbum & intellectum, in obscuritatem super omne & uerbum & intellectum supereessentialiter supereessentialis superdiuinitatis, neque nomen eius, neque uerbum, sed superexaltatur. Ista exaltatio est illa lucis inaccessio.

Quem nullus hominum uidit, sed nec uidere potest propter supereminentem claritatem quæ exuperat & reuerberat humanum uisum. Videri enim diuinitas humano usu nullo modo potest, sed eo usu uidetur, quo iam q uiderint, non homines, sed ultra homines sunt. Scriptura quippe sacra omnes carnalium sectatores, humanitatis nomine solet notare. Vnde Corinthijs dictum est: Cum sit inter uos zelus & contentio, nõne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Et paulo post: Nonne homines estis? More enim suo Apostolus & hic & ibi homines uocauit, humana sapientes: quia qui diuina sapiunt, supra homines sunt. Videbimus igitur deum, si per cælestem conuersationem supra homines esse mereamur. *Cui sit gloria* in amplificatiõe fidelium, *& honor* in assiduitate bonæ conuersationis, *& imperium* in plenaria humilitate cordis eorum. Imperium dico, *sempiternum*, ut ipse perenniter in bono corde eorum regnet. Vel sine initio & sine fine, & sine mutabilitate est ei permanens in seipso naturaliter gloria & honor, nec non & imperium sempiternum, quo uoluntas eius æternaliter adimpletur. Non enim cœpit imperium habere, quãdo cœpit creaturas facere, sed ab æterno possidet imperium sempiternum. *Amen*, id est, fideliter dicta sunt hæc omnia.

Locus obscurus. Psal. 33. Exod. 19 Iohan. 1. 1. Tim. 6.

Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamẽtum bonum in futurum, ut apprehẽdant ueram uitam.

¶ Superius ostendit pericula, quæ contingunt his qui uolunt fieri diuites, & ideo ne Timotheus de salute diuitum desperaret, ipsos q̃ deuiaret, docet eum qualiter eis uiam salutis ostẽdat. *Diuitibus*, inquit, *huius seculi*, id est, qui seculares habent diuitias, *præcipe non sublime*, id est, non superbe *sapere*. Vbi notandum ualde est, quod humilitatis doctor memoriam diuitum faciens, non ait, Roga, sed præcipe: quia etsi impendenda est charitas uel pietas in firmitati, honor tamen non debetur elationi. Talibus ergo rectum ijs dicitur, tanto rectius iubetur, quanto & in rebus transitorijs altitudine cogitationis intumescunt. Nihil enim tam timendum in diuitijs quam superbia. Non enim diuitias expauit Apostolus, sed morbum diuitiarum. Morbus autem diuitiarum ẽ superbia. Nam grandis est animus, qui inter diuitias isto morbo non tentatur. Magnus ergo ẽ diues, qui non se ideo magnum putat, quia diues est. Qui autem ideo se magnum putat, superbus & egenus est. Præcipe, inquit, diuinibus huius seculi. Non adderet huius seculi, nisi essent & alij diuites, qui nõ sunt huius seculi. Ipsi sunt enim, qui rum princeps & caput est ille, de quo dictum est: Propter uos egenus factus est cum diues esset, ut illius inopia diuites essetis. Paupertas enim Christi non pecuniam nobis attulit, sed iustitiam. Paupertas illius unde? Quia mortalis effectus est. Ergo ueræ diuitiæ immortalitas est. Ibi enim uera copia, ubi nulla indigentia. Qui ergo has habet diuitias, diues est, sed non huius seculi. Nec tamen & diuites huius seculi contempti sunt, sed eis ostenditur quomodo ueras possint habere diuitias. Præcipe, inquit, diuitibus huius seculi nõ sublime sapere. i. ut sublimitas non sit eis sapida & dulcis: *neque sperare in incerto diuitiarum*, id est, ut non sperent in diuitijs, de quibus incertum habent quandiu illas possideant, & quid sibi præ illis uenturum sit. Sicut poma uel arbores habẽt suos uermes, ita diuitiæ suum uermem habent. Vermis diuitiarum est superbia. Ergo præcipitur diuitibus, non ut diuitias abijciant, sed ut superbe non sapiant. Vermis enim excluditur, usus diuitiarum permittitur. Inde autem timebit diues, quia sperat in incerto diuitiarum. Nam si incerta diuitiarum prudẽter attenderet, nunquam superbiret, sed semper timeret: & quanto esset ditior, tanto fieret solicitior, etiam sẽm hanc uitam. Multi enim pauperes in istis seculi perturbationib, securiores fuere. Multi aũt propter suas diuitias quæsiti & comprehensi, atq; cruciati uel interfecti sunt. Multi erant heri diuites, & uenientibus latronibus atq; cuncta auferentibus, cœpit, quando primũ in Antiochia discipuli sunt appellati Christiani, restẽ ipsa & ante nomẽ erat. Et aduersus impietatem Arrionorum nouũ nomen patres addiderunt, ὁμούσιον, sed non rem nouam tali nomine signauerunt. Hoc enim uocatur ὁμούσιον, quod ẽ, Ego & pater unum sumus, unius uidelicet eiusdemq; substantiæ. Nam si oĩs nouitas profana esset, nec à dño diceretur, Mandatũ nouum do uobis, nec testamentum appellaretur nouũ. Sed profanæ sunt uocum nouitates, quo rum hæretici nouum quemlibet errorem inueniunt, & loqui cæteris præsumũt. Et huiusmodi nouitates deuita, si depositum uis custodire. *& oppositiones scientiæ falsi nominis* caue, id ẽ, oppositiones quæ Christianæ doctrinæ possunt obijci ex scientia hæreticorum, qui se scientes esse iactant, cũ sint insci, uel ex scientia seculari, quæ falso nomine uocatur scientia, cum nomẽ eius uerũ sit ignorantia, siue error uel imperitia. Ex qua prædicationi euangelicæ multa opponunt, sicuti ẽ, nõ potuisse uirginem parere, nec deum potuisse mori, nec mortuum resuscitare seipsum potuisse, & his similia, quæ nobis ab imprudentia physicoꝝ uel hæreticorũ opponunt. Sed huiusmodi oppositiones deuita, quæ ueniunt ex scientia, quæ falso nominatur scientia: quia non ẽ sciẽtia, sed inscientia. *quam* scientiam *quidam promittentes* alijs se daturos *exciderunt*, id ẽ, ex toto ceciderunt in errores, eundo *circa fidem* semper & nunquam intus intrando. Nihil em̃ sic amant isti quàm scientiam promittere, & fidem rerum ueraꝝ quas credere paruuli præcipiuntur, uelut imperitiã deridere. *Gratia tecũ*. Ac si dicatur: Multa tibi per huius epistolæ textũ iniunxi, sed ut hęc oĩa custodire ualeas, gra dei sit tecũ, id ẽ, cum uiribus cui arbitrij manens & cooperans. *Amen*. i. fideliter dicta sunt uniuersa, quæ continentur in hac epistola. Nam sicut amen, qđ in fine orationis respondetur, totam confirmat orationem: sic amen quod in fine epistolæ subscribitur, confirmat epistolam.

1. Cor. 3. Luc. 16 Act. 11 Iohan. 10 Iohã. 13.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM SECVNdam ad Timotheum.

PAulus Romæ uinculis tentus, & iam de mundo trãsiturus, scribit iterũ Timotheo infirmitatib, & aduersis fatigato, ut constanter laboret in gratia dei sibi credita, exhortãs multis modis eum ad martyrium. Roborat eum contra falsos prædicatores, & instruit de regula omnis ueritatis, & de his quæ futura sunt tẽporibus nouissimis, & de sua passione. Sicq; incipit:

EPISTOLAE PAVLI SECVNDAE AD TIMOtheum. CAPVT I.

PAVLVS apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, secundũ p̃missionẽ uitæ quæ ẽ in Chro Iesu, Timotheo charissimo filio: gratia, misericordia & pax a deo patre & Chro Iesu dño nro.

lant pauperes: ergo non ẽ sperandũ in incerto diuitiarũ, *sed in deo uiuo*. Ne enim se spem perdidisse arbitrarentur, subiunctum ẽ, sed in deo. In deo sperent, *qui præstat nobis abunde omnia ad fruendum* temporalia & æterna. Sed magis ad fruendum æterna, ad utendum temporalia. Temporalia tanquã uiatoribus, æterna tanquam habitatoribus. Tẽporalia, unde bona faciamus: æterna, unde boni efficiamur. Hoc ita debent facere diuites *& bene agere*, id ẽ, bonis operibus insudare, & *diuites fieri in bonis operibus*, ut repleantur diuitijs bonorum operum. Sperent in dño qui dat omnia abundãt ad fruendũ, i. q nobis erit oĩa ad fruendũ. Num nõ mihi uidet dictũ, qui dat nobis abunde omnia ad fruendum, nisi seipsum. Videtur em̃ aliud esse uti aliud frui. Vtimur enim pro necessitate, fruimur pro iucunditate. Ergo ista temporalia dat ad utẽdum, se autẽ dat ad fruendum. Si igitur se, quare dictum est omnia, nisi iuxta illud quod dictum ẽ, ut sit deus oĩa in omnibus? Diuites, inquit, fieri in operibus bonis, *facile tribuere*. Hoc profunt illis diuitiæ, ne sit eis difficultas tribuendi. Vult em̃ pauper & non potest. Vult diues & potest. Ergo qa facile potest, facile tribuat indigentibus. Diuites em̃ debẽt *communicare*, id ẽ, bona sua sanctis pauperibus cõmunia secum facere, *& thesaurizare sibi fundamentum bonum*, id ẽ, firmitatem perpetuæ stabilitatis *in futurum*, ubi sunt uere diuites, sed non huius seculi. Non em̃, quia dico, ut facile tribuant & communicent, expoliare eos uolo & inanes relinquere. Non doceo lucrum, cum dico ut thesaurizent sibi. Non ut diuitias perdant, moneo: sed q̃ eas præmittant, doceo. Præmittant thesauros suos in locum ubi est uera uita, ut ipsi postmodum sequentes, apprehendant eam: ne si hic thesauriza uerint, decipiantur à falsitate huius uitæ, sicut ille diues purpuratus, qui Lazaro micas dare noluit: & ideo flammis postea traditus, impetrare guttã aquæ non potuit.

1. Cor. 8 Luc. 16

O Timothee, depositum custodi, deuitans profanas uocũ nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ: quã quidam promittentes, circa fidem exciderunt, Gratia tecum. Amen.

¶ Cũ plurima Timotheo Apostolus iniunxisset, post omnia iubet ut depositum. i. commẽdatum sibi thesaurum scientiæ, uidelicet acceptũ ũ dño talentum bene custodiat, ut multiplicatũ illud reddat: & idcirco nomine proprio illum uocat, ut uigilantiorem & attentiorem reddat ad seruandum quod admonet. O, inquit, *Timothee, depositum*, id ẽ, thesaurum sapientiæ *custodi*. quem deus & ego tibi commendamus, ne quis illum tibi furetur per nouas inductiones uerborum. Et ideo custodi illum, *deuitans nouitates uocum profanas*, id ẽ quæ sunt extra religionẽ. Aliæ em̃ non sunt uitãdæ quę congruunt doctrinæ religionis, sicut ipm nomen Christianorum, quod post ascensionẽ dñi

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Timotheo scribit paulus q̄ est, apostolus .i. legatꝰ Christi iesu, quem misit saluator rex p̄dicare uiam salutis, & est apꝰus non per suā usurpationē, sed p̄ dei patris uolūtatem. Est inq̄ apostolus .i. prædicare missus, sc̄dm promissionem uitæ, quæ est in Christo iesu .i. ut annunciet credentibus factā à deo p̄missionē illius in corruptionis, q̄ iam est in Christo à mortuis resuscitato, q̄p scil. deus promisit membris eā uitam, q̄ iam est in capite. Et ille qui taliter ē apostolus, scribit Timotheo non uili, sed charissimo filio in sanctitate & sapientia genito. Et huic filio sit gratia, id est, donum spiritussancti, p̄ quod sanctificeē quicquid gerit: & misericordia, q̄ misericorditer à p̄ctis & hostibus cunctisq̄ miserijs liberet: & pax, quā suis Chīs reliquit in obseruatione fraternæ charitatis, quamꝫ datur9 est illis in requie beatæ gennitatis. Et hæc sint illi a deo patre, q nos creauit & in filios adoptauit, & a Christo iesu domino nostro, qui ē rex & saluator & dñator nostri.

Grās ago deo meo, cui seruio a progenitoribus meis in conscientia pura, cīp̄ sine intermissione habeā tui memoriā in oīonib9 meis, nocte ac die desiderās te uidere: memor lachrymarꝝ tuarꝝ, ut gaudio implear, recordationē accipiēs eius fidei, q̄ est in te nō ficta, q̄ & habitauit primū in auia tua Loide & matre tua Eunice. Certus sum aūt q̄p & in te. Propter quā causam admoneo te, ut resuscites gratiā dei, q̄ est in te p̄ impositionem manuum mearꝝ. Non enim dedit nobis deus spiritū timoris, sed uirtutis & dilectionis & sobrietatis.

¶Gratias ago de te deo meo, cui ego in cōscientia pura seruio a progenitoribus meis, ab Abraam, Isaac, & Iacob, cæterisq̄ sctis patribus Hebræis, à quib9 exemplū accipio diuinæ seruitutis. Vel si de carnali p̄e & matre hoc intelligit, ex quo ab his processi & intelligere cœpi, sp̄ deo seruiui in cōscientia pura ab intentione mala. Nam etiā in persecutione quā zelo legis in Chīanos exercui, puram cōscientiam habui, ga inde multū de meo placere putaui, sicut ipse Chīus eis prædixerat: Venit, inqt, hora ut oīs qui interficit uos, arbitret obsequiū se p̄stare deo. Itaq̄ sp̄ cōscientiæ puritatē .i. cordis mundam intentionē habens ab infamia, nō cesso seruire deo. Cui nūc gratias ago q̄ .i. quantū habeā tui memoriam sine intermissione. Hoc est, perpendens assidue quātū sim tui memor, gratias deo refero, qui te talem fecit, ut sis dign9 semper in memoria meæ mētis p̄manere. Vel sc̄dm alios codices facilius legit ita: Gratias ago deo cui seruio à progenitoribus in cōscientia pura, q̄p habeam sine intermissione memoriam tui, quod .scil. sis dignus propter meritum tuæ sanctitatis in corde meo semp esse. Hæc est sapiens exhortatio ad meliora. Memoriā tui habeo sine intermissiōe in orationib9 meis, id ē, nunq̄ intermitto tui memor esse quotiescunque oro, ut & pro te orē nocte ac die. Et ideo te sic p̄cibus meis intermisceo, quia sum desiderans te uidere, ut aliquid solatium habeam in conspectu p̄sentiæ tuæ, q̄ tot malis afficior in hoc carcere. Videre inq̄ te desidero, memor lachrymarū tuarum, q̄s huberes fudisti, cum te Ephesi relinquerem, quia nimis erat tibi duræ non sp̄esse mecū. Et propterea te desidero uidere, ut uidens te quē tm̄ diligo, implear gaudio. Magnū enim mihi gaudium erit, si te adhuc uidere potero, priusq̄ moriar. Dixi q̄ a sum memor lachrymarꝝ tuarꝝ. Et sum memor earum, accipiens recordationem eius fidei, quæ est in te non ficta, non simulata, nec ficticia, sed uera & bonis operib9 ornata, quæ te monet ut fortiter agas, cīt etiam in fœminis firma fuerit, q̄m & habitauit primum in auia tua Loide, & in matre tua Eunice. pater em tuus fuit gentilis. In illis habitauit fides. sed & ego certus sum .i. pro certo noui q̄, & in te habitet eadē fides, cuius exemplū ab illis accepisti, & ideo seruia diligenter eam. Propter quā causam .i. quia fidem à bonis parentib9 uel ut hereditario iure possides, & tam bonus hucusq̄ fuisti, ut non possis auferri de memoria cordis mei, admoneo te ut resuscites gratiam dei, quæ est in te per impositionem manuum mearū .i. p̄dicando exerceas officium episcopale, quod accepisti q̄n tibi manus in ordinatione tua impositi sunt, quod quasi mortuū est in te timore martyrij. Gratia enim episcopatus admonet eum resuscitare, ut confidentius prædicet uerbū dei, nō timens terrenas potestates, nec erubescens se dicere seruū crucifixi & discipulum uincti. Aliquantulum ēt in hoc negligens & timidus fuerat factus, q̄m aduersis erat fatigatus. Sed auiæ & matris eius mentio præmittit q̄ mulieres fuerunt, & fidem cōstanter tenuerunt, cum adhuc recentior esset, paucitq̄ fideles essent, ut cogiter quia ipse qui uir ē, & sub eis nutritus, multo magis nunc cum iam multitudo fidelium abundet, fidem & gratiā uiriliter tenere & prædicare debet. Moneo, inquit, ut resuscites gratiam dei, quæ metu tribulationum quodammodo cecidit in te. Quod potes & debes agere, quia deus non dedit nobis spiritum timoris, sed spiritum uirtutis, id est, non dedit nobis spiritum qui faciat nos timere aduersitates huius seculi, sed qui nos faciat fortes cōtra aduersa omnia, ut per uirtutem constantiæ semper uincamus timoris aduersitatem. Non accepimus spiritum timoris illius, de quo dicit dominus: Nolite timere eos qui occidunt corpus, ne scilicet negemus eum illo timore, quo turbatus est Petrus, sed accepimus spiritum illius timoris de quo subiungit: Timete eū qui habet p̄tem & corpus & animam perdere in gehennā. Maior quippe libertas est necessaria aduersus tot & tantas tentationes, ut cum omnibus amoribus, terroribus, erroribus suis uincatur hic mūdus. Hoc sctōrū martyria docuerunt, donāte illo à quo p̄ceperunt spiritum non timoris, quo persequentibus cederent: sed uirtutis & dilectionis & sobrietatis, quo cūcta minantia, cuncta mutantia, cruciantia cuncta superarent. Virtutis, ut contra aduersa fortes essent: dilectionis, ut deum sup omnia diligerent: sobrietatis, ut scilicet cupiditatibus inebriari fugerent.

Noli itaq̄ erubescere testimoniū dñi nostri, neq̄ me uinctū eius, sed collabora euangelio sc̄dm uirtutē dei, qui nos liberauit, & uocauit uocatiōe sua sctā, non sc̄dm opera nostra, sed sc̄dm p̄positum suū & grām: q̄ data est nobis in Christo Iesu ante tēpora secularia, manifestata ē aūt nūc p̄ illuminationē saluatoris nostri Iesu Christi: q̄ destruxit quidem mortē, illuminauit aūt uitā & incorruptionem p̄ euangeliū, in q̄ positus sum ego p̄dicator & apostolus & magister gentiū. Ob quā causam etiā hæc patior, sed nō cōfundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potēs est depositum meū seruare in illum diem.

¶Qm̄ spiritum timoris non accepisti, sed uirtutis & charitatis, itaq̄ noli erubescere testimoniū domini nostri Iesu Christi .i. non solū nō timeas, sed etiam non erubescas prædicare Chīm crucifixū, qa surrexit, & ideo gloria resurrectiōis penit9 excludit confusionem crucis. Cū ipse sit dñs noster, cui oēs seruire debemus noli erubescere testimoniū eius .i. nō sit tibi uerecundia hunc p̄dicare deū immortalē, qui pro oībus in assumpta carne dignatus est ad horam gustare mortem, ne incidas in illam comminationē qua dixit, Qui me erubuerit & meos sermones, hūc filius hoīs erubescet, cum uenerit in maiestate sua, neque erubescas me uinctū eius, quia non est rubor confusiōis pro iustitia pati uincula. Non est in hac re quicq̄ uerecundiæ, et ideo noli propter insultationes infideliū erubescere me uinctum esse pro Christo, sed collabora .i. mecum labora euangelio .i. profectui euāgelij sc̄dm uirtutem dei .i. à deo nobis datam, qui nos sanguine Christi liberauit à iugo diaboli, sicut antea sanguine agni filios Israel à potestate Pharaonis, & per euangelicam prædicationem uocauit nos qui eramus auersi. Vocauit nos uocatione sua .i. sibi soli cōgrua, uocatiōe dico, sancta .i. ad hoc spectante, ut nos sctōs faciat. Vocationem Apostol9 duplicat, ut insinuet nos à deo uocatos p̄ filiū & apostolos. Vocauit inq̄ nos, & hoc non sc̄dm opera nostra, quia non feceramus opera pro q̄bus digni essemus ab eo uocari, sed potius damnari. sed ipse sine præcedentibus bonis operib9 nostris misericorditer uocauit nos secundum propositum suum .i. secundum q̄p proposuerat nos per misericordiam saluare, quos posset per iustitiam damnare, & secundum gratiā suam uocauit nos .i. sc̄dm gratuitā dei donationē quæ data ē, id ē, præuisa dari nobis in Christo iesu ante tempora secularia, id est, anteq̄ cœpissent cū seculo ista tēpora, q̄ suis spatijs uoluunt & transeūt. Nā ante seculū non erat tēpus, sed æuum: sed cum seculo (sicut diximꝰ) exordium habuit tēpus, qū cœpit mutabilitas & uicissitudo diei & noctis. Et in illo ætatis æuo, postq̄ mundus fieret, data est nobis in consilio diuinæ prouidentiæ p̄ Christū ista gra, sed nunc manifestata est in nostræ uocationis & saluationis cōpletione p illuminationem saluatoris nostri iesu Christi .i. p illuminationem nouæ scientiæ quā saluator attulit, & qua nos illuminauit, aperiens nobis sensum ut intelligeremus scripturas. Qui destruxit &c. Hæc est illa gratia, q̄p scil. saluator mortem quidem nostram destruxit, uitam autem & corruptionem sua resurrectione illuminauit .i. clara luce manifestauit, ut sit uita & incorruptio animæ & corporis, ad quā nos tēdere uoluit. Et hanc illuminationem fecit per euangelium .i. per manifestationem euangelij, in qua denudant ea quæ in lege uelabātur. In quo euangelio immobilis positus sum ego prædicator .i. præco clamās, & apostolus .i. legatus potestatem habēs, & magister gentium .i. quotidie gentes docens. Ob quam causam .i. quia euangeliū prædico, etiam hæc aduersa nūc Romæ tanta patior, sed non confundor .i. nō erubesco in oībus contumelijs & tormentis q̄ persero, sciens qa p̄ hæc gloriā acquiro. Nā scio cui credidi .i. scio quis sit cui fidē meā cōmisi, & certꝰ sum quia oīa pōt, & q̄a potens est depositū meū seruare .i. thesaurꝝ meritorꝝ meorum quē illi occulte seruandū cōmendaui. Ipse potens est, & hoc p̄ciosum iustitiæ meæ depositū seruare, differendo in illū notabilē iudicij diem, ut tūc illud mihi restituat, & diuitias iustitiæ quas illi cōmendaui, reddat. Vsq̄ in illū iudicij diē, de q̄ frequenter loquor & cogito, pōt ille thesaurꝝ spūaliū diuitiarꝝ mearꝝ sibi cōmissum custodire, ut tūc illū mihi copiosiꝰ reddat, & magnis me diuitijs repleat.

Formā habens sanorū uerborꝝ, quæ a me audisti in fide & dilectiōe in Chīo Iesu, bonum depositū custodi per spiritum sanctum, qui habitat in uobis.

¶Chīs seruabit depositū, q̄d ego illi cōmendaui, & tu serua depositū, q̄d Chīs tibi cōmendauit. Tu habens formam uerborū sanorum .i. regulam uerborꝝ in quibus nihil est insaniæ, sed pura cordis sanitas quæ nō à quocunq̄ magistro, sed a me audisti in fide & dilectione q̄ est in Christo iesu .i. sicut Christꝰ Iesus instituit, custodi bonū depositū .i. thesaurꝝ scientiæ à Chīo tibi cōmendatū, uel officiū tibi cōmissum, & custodi illud non p̄ tuā industriam, sed p̄ spiritum sanctū qui habitat in nobis .i. in te sicut in me.

Scis hoc q̄p auersi sunt a me oēs q̄ sunt in Asia, ex q̄bus ē Phygel9 & Hermogenes. Det misericordiā dñs Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit, sed cū Romā uenisset, solicite me quæsiuit & inue

Universidad de Deusto
Biblioteca

A nit. Det illi dominꝰ inuenire misericordiam a dño in illa die. Et quanta Ephesi ministrauit mihi, tu melius nosti.

¶Idcirco opus est ut tu bonũ depositũ à deo tibi uel à me commendatũ diligenter custodias, quia *scis q, auersi sunt*. i. recesserunt *a me omnes qui in Asia sunt* ficti, à quibus maxime est tibi cauendum, ne furent depositũ tuũ. Illi de Asia qui ficto corde fuerant cum Apostolo, simulantes se eius amicos, reliquerunt eum, cũ uiderent ipsum in arcto cõstitutũ. Et istos ad hoc nunc cõmemorat, ut Timotheus sibi caueat, ne & ipse similiter ab eo se auertat. Oẽs, inquit, auersi sunt à me, non quidem oẽs qui sunt in Asia, sed oẽs illi Asiani, *ex quibus est Phygelus & Hermogenes*. i. qui tales sunt in Asia, q̃ les isti duo. Illi simulatores tandẽ se qui essent detegentes, terga mihi dedere in faciem, sed nõ ita fecit Onesiphorꝰ, uel familia eius. Onesiphori bñficia cõmemorant, ut & Timotheus hunc imitet, ipsiq̃ gr̃am reddat, & in eo confidat, qm̃ Ephesianus uel Asianꝰ ẽ. Qui em̃ ad imperatorẽ, utpote qui nobilissimus erat, magnæq; dignitatis, seu p qualibet alia causa Romã uenisset, requisiuit ubi esset Apostolꝰ; & cũ didicisset illũ esse in carcere, nõ est dedignatus uenire ad illũ, sed cõsolatꝰ est illum, & præbuit illi q̃ necessaria erant. Et hoc est q̃ Apostolꝰ pro magno cõmemorat. Et quia misericordes misericordiam consequent, misericordiam illi à dño retribui precat. Det, inquit, *misericordiam dominus domui* (id ẽ familiæ) *Onesiphori, quia* nõ solum ipse, sed & familia quæ cum ipso uenit, *sepe me refrigerauit* suo colloquio & consolatione, ac pœnarum mearum mitigatione, & bonorum suorum ministratiõe: *& catenam meam non erubuit*, sicut prædicti simulatores, qui auersi sunt à me. *Sed cum uenisset Romam, solicite me quæsiuit*, ut opem mihi ferret, *& inuenit*. Hic ostẽdit quia fideles qui sunt in carcere uel in infirmitate, uel alicubi in afflictione tenẽtur aliqua necessitate, solicite debẽt ab his qui misericordiam à deo expectant, inquiri & refrigerari. Det *illi*, id est, Onesiphoro qui tam misericors in me fuit, *dominus* Christus *inuenire misericordiam* à deo patre *in illa die* iudicij, de qua sæpius cogito. Det illi dominus inuenire misericordiam *a domino*. Tale est illud quod in Genesi legit: Pluit dominus super Sodomam ignem & sulfur
Gene.19. à domino. Hæc quæ dixi, fecit mihi Romæ Onesiphorus. Et *quanta ipse mihi Ephesi ministrauit tu melius nosti* quàm ista quæ scribo, quoniam illa uidisti.

CAPVT II.

TV ergo fili mi, confortare in gratia quæ est in Christo Iesu: & quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus, ut ei placeat cui se probauit. Nã q certat in agone, nõ coronabit nisi q legitime certauerit. Laborantẽ agricolam oportet primũ de fructibus accipere. Intellige q̃ dico. Dabit em̃ tibi dominus in omnibus intellectum.

¶Quandoquidem Onesiphorus alijs recedentibus me q̃siuit, & multa mihi non solum Romæ, sed Ephesi ministrauit, *ergo tu fili mi* exemplo illiꝰ *confortare*. Tu, quasi dicatur: Tu cõfortare, qm̃ alij defecerunt. Confortare *in gratia quæ est in Christo*, ut non solum in ea maneas, sed etiam robustior fias in ipsa quotidie ad bona facienda & prædicãda, & mala per patientiam superanda. Et *uerba quæ audisti a me per multos testes*, id ẽ, per multos testimonia prophetarum confirmata *hæc commenda fidelibus*. Vel per multos testes hæc commenda fidelibus i. coadiutores tibi constitue, per quos ista quæ te docui, cõmendes fidelibus i. sanæ fidei hominibus. i. sine fraude fideliter agentibus, *qui* uita & scientia & facundia *erunt idonei* etiam *alios docere*, sicut ipsi docentꝰ à te uel à tuis adiutoribus. Ita em̃ multiplicabitur doctrina uirtutis, & crescet religio. Commenda hæc fidelibus. Et in huiusmodi exercitijs *labora sicut bonus miles Christi Iesu*. Et ut more
D strenui militis Chri possis agere, audi qualiẽ agat quis talis miles: *Nemo militãs deo, implicat se negocijs secularibus* quia nemo potest duobus dñis seruire .i. deo & seculo. Clericus hac sententia tenetur. Si enim non contentus stipendijs, quæ de altari dño iubente consequit, exercet mercimonia, intercessiones uendit, uiduarum munera libenter accipit, hic negociator magis põt uideri q̃ clericus. Mul-
E to minus autem licet monacho, ut sit negociator secularij mercimoniorum, uel implicatus curis secularibus. Itaq; diffinitio boni militis Christi ẽ, quia soli deo qui diuidi non potest, totus militãs, non implicat se negocijs secularibus, id ẽ, nõ se involuit propter terrena lucra curis & actionibus seculi, sciens ibi multos peccatorũ laqueos abscondi, *ut* solis diuinis libere uacans, *ei placeat cui se probauit*, id est, deuouit. Et uere bonus miles præter regis sui militiam nil debet agere, si eidẽ regi uult placere, sub cuius signis decreuit militare: quia agonista qui coronam appetit, agonem suum debet legitime perficere. Et hoc ẽ: Nã *qui certat in agone*, id ẽ, qui cum aduersario confligit in certamine, *non coronatur*, id est, non consequitur uictoris præmiũ, *nisi legitime*, id est, prout lex agonis postulat, *certauerit*. Sic & athleta Christi qui cum diabolo pugnat in agone præsentis uitæ, non percipiet coronam æternæ gloriæ, nisi uictor fuerit secundum legem christianæ pugnæ. Delectat igit mentẽ magnitudo prẽmioꝝ, sed nõ deterreat certamen laborꝝ: quia ad magna præmia pueniri nõ põt, nisi per magnos labores. Et profectus fidelium sine tentatiõe non prouenit, nec sibi quisquã innotescit nisi probationis examine. Nec corona

A bit nisi uicerit, neq; uincet nisi certauerit, nec certabit nisi inimicum habens & tentationi resistens. Prosunt ergo iusti, labores certaminũ, quia p hos merentur coronari. Dixi q̃ miles dei non implicatur negocijs secularibꝰ, nec iustus certator trãsgreditur legem certaminis, sed tñ *laborantem agricolam*. i. prædicatorem *oportet primum*. i. ante alios *accipere de fructibus* agri, in quo laborat. i. de carnalibus bonis ecclesiç. Timotheus iste exemplo Apostoli labore manuum suarum uolebat uiuere, & ab eis quibus uerbũ salutis prædicabat, nihil accipere. Vnde & penuriam multum patiebatur, q̃ infirmus erat, & labori manuũ uacare non poterat. Admonet ergo eum sub specie agricolæ, ut de agro quem colit, fructũ quo sustentetur, non spernat accipere. Itaq; quoniã sciebat illum corpore infirmum, nec in opere corporali posse laborare, dicit illi quod miles dei secularibus negocijs se non implicat, ne forte cum indigeret uictu q̃tidiano, uellet ab eis quibus euangelium ministrabat, aliqua sibi negocia quærere, quibꝰ animi eius implicaretur intentio. Aliud ẽ enim, corpore laborare animo libero sicut opifex potest, si non
B sit fraudulentus, aut auarus & priuatæ rei auidus: aliud autem, ipsum animum occupare curis collidendæ sine corporis labore pecuniæ, sicut uel negociatores, uel procuratores, uel conductores faciunt. Cura uidelicet præsunt, nõ manibus operantur: ideoq; ipsum animum occupant habendi solicitudine. Timotheum ergo ne in talia incideret, quia per infirmitatem corporis operari manibus non poterat, sic exhortatur & consolatur: La-
Luce.16 bora, inqt, sicut bonus miles &c. usque, nisi legitime certauerit. Hic, ne ille angustias pateret, dicẽs: Fodere non ualeo, mendicare erubesco, adiunxit statim: Laborantem agricolam oportet primum
1.Cor.9. de fructibus percipere, secundum id quod ad Corinthios dixerat, Quis plantat uineam & de fructu eius nõ edit? Fecit itaq; secum, nõ ad hoc ut euãgelium uenderet, sed cũ ut ab eis quibus euangelium ministrabat, & quos tanq̃ uineã uel agrum excolebat, huic uitæ necessaria (quæ ubi suis ministrabat, & quos tanq̃ uineã uel agrum excolebat, huic uitæ necessaria (quæ ubi suis manibus exhibere non ualebat) sumeret. Laborantẽ agricolam oportet primum de fructibus &c. i. ille qui laborat in uerbo prædicatiõis & regimine ecclesiæ, debet sicut primus est, ex bonis ecclesiæ primus sumere, & sic cæteris distribuere. *Intellige*, .i. discerne *quæ dico*, etsi uidear cõtrarius esse, & cõtra id qd̃ ipse facio, dicere. Tu em̃ infirmus es, ideo debes accipere: ego uero si acciperem, scandalum generarem. Et bene poteris hæc ita intelligere, q̃ *dominus tibi intellectum dabit* non solum in his, sed & *in omnibus*.

Memor esto, Iesum Christũ resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secũdum euangelium meum, in quo laboro usq; ad uincula quasi male operans, sed uerbum dei non est alligatum.

¶Vt legitime certãdo tendas ad coronã, *memor esto Iesum Christum resurrexisse a mortuis*. i. sedula me- C
ditatione in animo tuo reuolue Christũ per laborẽ passionis peruenisse ad gloriã resurrectiõis, teq; similiter opportuno tẽpore ad gloriã resurrecturũ, si nunc pro eius nomine nõ respueris amaritudines passionũ. Fides resurrectiõis Chri eos distinguet à paganis & iudæis, quia illi credunt esse eũ crucifixum, nos aũt credimur eũ die tertia resurrexisse. Libenter em̃ credũt crucis contumeliam, sed confiteri nolunt resurrectionis gloriã, ideoq; perpetuam sustinebũt ignominiã. Nos uero post crucem & sepulturã alacriter confitemur resurrectionis gloriã, ut eius exemplo per certamina spiritualium bellorꝝ accipere mereamur perennem uictoriæ coronã. Qui ẽ *ex semine Dauid*, quia incorrupta eius genitrix ueram de stirpe Dauid duxit carnis originẽ. Nã filius dei, per quem facti sumus & filius hominis per assumptionem carnis factus ẽ, ut moreret propter delicta nra, & resurgeret propter iustificationẽ nram. Et hoc *secundũ euangeliũ* Roma. 4
meũ, q̃ secundũ authenticã ueritatẽ meæ prædicatiõis asserit Chrs & ex stirpe Dauid incarnatus esse & post mortẽ resurrexisse, licet pueri negẽt, *in quo* euangelio *laboro* usq; *ad uincula*, & tu similiẽ agere debes. Laboro usq; ad uincula in euãgelio, qm̃ uniuersos præcedentes labores & ad ultimũ uincula patior in euangelica p̃dicatione, habitus
D *quasi male operãs*. Et ego quidẽ in corpore meo uincula porto, *sed uerbum dei non est alligatũ*, quoniã libere procedit ex ore meo: nec solũ præsentes sermonibus instruo, sed & absentes epistolis confirmo. Quia ego ligari possum ab eis q̃ ueritati cõtradicunt, nõ ipsa ueritas quã loquor. Sic & tu in illis pœnis non debes à prædicatione ueritatis cessare.

Ideo oia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequant, quæ ẽ in Chro Iesu, cum gloria cælesti. Fidelis sermo. Nã si cõmortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus: si negauerimus, & ille negabit nos: si nõ credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Hęc commune, testificans coram domino.

¶Dixi quia uerbum dei non potest alligari. Et *ideo*. i. quia cohiberi nõ possum à prædicatione ueritatis, *sustineo* libenter *omnia* mala, quæ mihi pro hac re inferunt, & hoc facio *propter electos*, q̃ his q̃ ad uitã p̃destinati sunt, ualde placit qd̃ nulla mea pœna; acerbitas ab instãtia p̃dicatiõis frãgit. Vel q̃ sum memor resurrexisse, ideo sustineo patienter oia propter electos exemplo mei informãdos, *ut & ipsi* quemadmodũ ego sustinentes, *consequantur* uerã *salutem, quæ est in Christo Iesu*. & consequant eã cũ *gloria cælesti*, ut simul accipiant & salutem æternam & cælestẽ gloriã. Et iste *sermo* de consequutione salutis & gloriæ coꝝ, quos deus in prædestina-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione sua iam elegeit, *fidelis* est. i uerax & nihil fal-
C laciæ habēs. Et uere fideliter iste sermo cōplebit.
Nam si commortui sumus, id ē, si cum Christo mortui
sumus, hoc est, si imitatione mortis eius mortifi-
cati sumus in baptismo uitijs, ut ultra iam non
uiuemus in eis: *& conuiuemus*, id ē, etiā cum illo ui-
uemus in æterna beatitudine. Et *si sustinemus* aduer-
sa pro eius nomine, sicut ille sustinuit pro nostra
salute, *tunc & conregnabimus*. i. cū illo regnabimus,
participes regni eius. Si uero, *negauerimus* illū metu
Matt. 7. & 25. passionū, *& ille negabit nos* in futuro iudicio, dicens:
Lucæ. 12 Nescio uos unde sitis. recedite à me operarij iniqta-
Mat. 10. tis. Hoc ē enim quod ipse minatus ē, dicēs: Qui ne-
gauerit me coram hominibus, negabo & ego eū
coram patre meo. Et *si non credimus* de illo quæ cre-
denda sunt, *ille permanet fidelis*, id ē, uerax in his q̄
de seipso locutus ē, *& non potest negare seipsum*. De
qua re Dionysius Areopagita sic argumētat: Sui-
met negatio, casus ueritatis ē. Veritas aūt ἀλήθεια est, &
ueritatis casus non ἀλήθεια. ἄλη uero interpretatur, ex-
istens, uel qui ē. Si igitur ueritas ἀλήθεια est, negatio
D ueritatis non ἀλήθεια, ἄτοπον casus ex onte cadere. Deus ca-
dere non potest, & non esse nō ἀλήθεια. Tanquā si quis
dixerit, non posse non potest, & nescire secundū
priuationē nescit. Hæc ex dictis Dionysij. Si ergo
deus non potest negare se, & non potest mentiri
uel aliquid iniustum facere, quomodo ē omnipo-
tens, nisi quia hæc uel his similia posse, non est po-
tentia, sed impotētia? Nam qui talia potest, quod
sibi non expedit potest, & quod nō debet potest.
Quæ quanto magis potest, tanto magis aduersi-
tas & peruersitas possunt in illū & ipse minus cō-
tra illas. Qui ergo sic potest, non potentia potest,
sed impotentia. Sed deus inde est omnipotens qa
nihil potest per impotentiam, & nihil potest cōtra
eum aliquid. Recte itaq; de omnipotente dictum,
quia negare seipsum non potest. Nā & de iudæis
Iohan. 12 legimus quod propterea non poterāt credere, qa
Isaiæ. 6. dixit Isaias, Excæcauit oculos eorū & indurauit
cor eorū. Sic aūt dictum est, non poterant, ubi in-
telligendum est quod nolebant, sicut & de deo
nunc dicit, quia negare seipsum nō pōt. Sicut ergo
quod dās seipsum negare non potest, laus est uo-
luntatis diuitiæ, ita quod illi non poterant crede-
re, culpa est uoluntatis humanæ. *Hæc commone* at-
tendere & seruare, *testificans*. id ē, ut idoneus testis
affirmans ea *coram domino*, id ē, in oculis dei q̄ nos
præsens aspicit.

Noli contendere uerbis. Ad nihil em̄
utile est, nisi ad subuersionem audien-
tium. Solicite aūt cura teipsum proba-
bilem exhibere deo, operariū inconfu-
sibilem, recte tractantē uerbū ueritatis.

¶Hucusq; dedit rationes, cur esse debeat cōstans
in prædicatione. Et ne ipse studio constantiæ uel,
let contentionibus more garrulorū deseruire, *noli*
(inquit) *uerbis contendere* Non ait, noli rationibus
contendere, quia hoc bonum est: sed, noli cōten-
dere uerbis, ubi procax garrulitas est. Idcirco no-
li uerbis contendere, quia *ad nihil est utile* sic contē-
dere, id est, ad nihil ualet huiusmodi contentio, A
nisi ad subuersionem audientium. Auditores enim per
hanc subuertuntur, putantes aduersarios habere
aliquam rationabilem causam, dum sic eos cla-
mantes attendunt. Litigiosa uerba delere, & ad
uersarios bonis operib9 uince. Et hoc ē: *Solicite cu-
ra teipsum exhibere deo probabilem*, id ē, laudabilem, B
ut scilicet te talem dei oculis exhibeas, quatenus
ipse te approbet. Et exhibe te *operarium inconfusi-
bilem* uel secundum alios codices irreprehensibilē,
quod idem significat. Ex reprehensione enim nas-
citur confusio illi qui reprehenditur: & qui non
potest reprehendi, non confundit. Exhibe te ergo
operarium inconfusibilem, id est, irreprehensibi-
lem, id est, talem te fac in cunctis operibus tuis, ut
in nullo eorum sustineas confusionem uereun-
diæ, nec reprehendi possis in aliquo, nec quisquā
improperare tibi ualeat quid dignum confusiōe.
Et exhibe te *recte tractantem uerbum ueritatis*, ut ne- Matt. 7
que sanctum des canibus, nec margaritas porcis,
sed (prout oportuerit) secundum qualitatē uniuſ-
cuiusq; personæ uerbum dei annuncies, & nihil
prauæ intelligentiæ admisceas. Hæretici non re- B
cte, sed peruerse tractant uerbū ueritatis, quia co-
nantur illud ad prauitatem sui sensus inflectere.
De quorum doctrinis subditur:

Profana autem & uaniloquia deuita.
Multum enim proficiunt ad impietatē,
& sermo eorum ut cancer serpit. Ex q̄
bus est Hymeneus & Philetus, qui à ue
ritate exciderunt, dicentes resurrectio-
nem iam factam, & subuertunt quorū-
dam fidem. Sed firmum fundamentū
dei stat, habens signaculum hoc: Co-
gnouit dominus qui sunt eius, & discē-
dat ab iniquitate oīs qui nominat no
men domini.

¶Verbū ueritatis (ut dixi) recte tracta. Sed *profa-
na*, id est, uerba hæreticorum aliena à pietatis reli
gione, *& uaniloquia* eorum, id ē. dicta ipsorū quæ
uacua sunt ab oīni utilitate, *deuita*. Et quare? Quia
si audita fuerint, *proficient multum ad impietatem* pſi-
diæ roborandam & augmentandā, dum destruūt
fidei pietatem. *& sermo eorum serpit ut cancer*, id est,
magis ac magis occupat & deuorat ac maculat
mentes, in quibus radicare cœperit, sicut morbus
qui dicitur cancer, latius semper occupat, confrā
dat ac deuorat illam partem corporis in qua nasci-
tur, ut sicut pisces qui dicitur cancer, non in ante,
sed retro tendit, sic sermo eorum non audito-
res suos ad deum ducit, sed à deo retrahit, & apo-
statare facit. *Ex quibus* sic loquentibus *est Hymeneus*
& socius eius Philetus, qui à ueritate fidei in qua po-
siti fuerant, *exciderunt*, imitantes diabolum,

A qui in ueritate non steterit, *dicentes iam esse factam resurre
ctionem* in eorum cordibus, qui crediderunt, nec aliam
amplius futuram. *&* talibus dictis *subuertunt quorun-
dam fidem*, ut non credant corporum resurrectionem.
Omnes enim sectæ, quæ se aliquam religionem homi-
nibus inserere præsumpserunt, non negauerunt istā men
tium resurrectionē, ne dicerent eis: Si non resurgit ani-
ma, quare mihi loqueris? Quid in me facere uis? Si non
facis ex deteriore meliorem, quare mihi loqueris? Si
non facis ex iniquo iustum, quare mihi loqueris? Si au-
tem facis ex iniquo iustum, ex impio pium, ex stulto sa-
pientem, fateris resurgere animam meam, si tibi obtem
perauero, si tibi credidero. Volentes ergo credi sibi om-
nes qui istituerunt alicuius etiam falsæ religionis sec-
tam, negare istam resurrectionem mendacio non potu
erunt. Omnes de ista consenserunt, sed multi carnis re-
surrectionem negauerunt. Dixerunt in fide iam factam
esse resurrectionem. Attendentes enim uerba quæ assi-
due dicit Apostolus, quia & mortui sumus cum Chri-
sto, & resurreximus cum eo, nec intelligentes quare ista
dicātur, arbitrati sunt iam factam esse resurrectionem,
nec ullam ulterius in finem temporum esse speranda.
Et talibus nunc resistit idem Apostolus. Ex quibus, in-
quit, est Hymenæus & Philetus, qui à ueritate exci-
derunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, & sub- B
uertunt quorundam fidem. Iam factam esse resurrectio
nem dicebant, sed eo modo, ut non speraretur alia: & re-
prehendebant homines q̄ sperabant resurrectionem car
nis, uelut iam resurrectio quæ promissa erat, credendo
impleretur in mente. Subuertunt (inquit) fidem quorū
dam. Et quasi diceretur ei, & quis eis potest resistere,
subiecit statim: *Sed firmum fundamentum dei stat*. Fides
quorundam infirmantium & ad electorum sortem non
pertinentium subuertitur ab hæreticis, sed firmum fun-
damentum dei, id est, firma fides quam deus per spiri-
tum sanctum in cordibus electorum suorum fundauit,
stat, id est, nullatenus subuerti uel inclinari pōt, *habens
hoc signaculum*, id est, hanc uelut sigilli impressionem,
quia scilicet *cognouit dominus qui sunt eius, & discedat ab
iniquitate quicunq; nomen domini nominat*. Hoc signacu
lum cordi suo impressum bonus habet, id est, hanc cogi-
tationem suæ menti firmiter infixam, ut apud se dicat:
Quid mihi prodesset, si exterius simularem esse iustum
uel fidelem, & interius nequam essem? Nihil. Quia qui
corda omnium inspicit, ipse nouit qui sunt eius. Ideoque
ueraciter in oculis eius studeo fidelis uel iustus appare-
re, ut possim ad eorum sortem qui sunt eius, pertinere.
Talis cogitatio ē diuini sigilli impressio. Per hoc etiam
hæreses & omnia saluti contraria deuitat, quia scit debe
re discedere ab iniquitate oīnes qui dominum inuocant.
Hæc itaq; sigilli impressio, qua diti inguntur à cæteris
qui subuertuntur, est in fundamento dei firmo, id est, in
robusta fide electorum dei, quia nouit dominus qui ad
eius hæreditatem pertineant: & alijs recedentibus à fide,
illi qui prædestinati sunt, non possunt recedere: uel si re
cesserint, necesse est eos redire. Nec moueat quod sæpe
diabolus seducit etiam illos, qui regenerati, in posterum
iam uias ingrediuntur dei, quia nouit dominus qui sunt
eius. Ex iuis in æternam damnationem neminem ille se-

ducit. Sic eos nouit dominus ut deus, quem nihil latet C
etiam futurorum. Nam sunt etiam quidem ex eorum nu
mero, qui adhuc nequiter uiuunt, aut etiam in hæretibus
uel in gentilium superstitionibus iacent, & tamen etiam
illic nouit dominus qui sunt eius. Nam q̄ in illa inscrabi- D
li præsentia dei, multi qui foris uidentur, intus sunt: &
multi qui intus uidentur, foris sunt. Et ne quis diceret,
non curo amplius quid faciam, qa securus sum quod si
dominus me nouit esse suum, non potero perire. & econ
trario, si nouit me suum non esse, non potero ad salutem
peruenire, subiungitur ut ilis ad monitio, ut discedat ab
iniquitate omnis q̄ nouit nomen domini. Liberum enim
arbitrium dedit nobis dominus, ut arbitrio propriæ uo-
luntatis recedamus ab iniquitate, & simus ex illis quos
ipse uouit suos esse: uel pmancamus in iniquitate, & si-
mus ex illis quos nouit ad se non pertinere. Nam & hoc
est illud signaculum, quod fundamento nostræ fidei ap
parebit impressum, si propria spōte recesserimus ab in-
quitate. Ab iniquis enim recedere non possumus, quia
mixta est palea tritico donec area uentiletur. Mira com-
paratio. Nam ecce in ipsa area triticum recedit à palea D
cum expoliatur, & non recedit ab area cum reuuratur.
Inde autem omnino separabitur, cum uenerit uentilator.
Ergo modo area in orbe terrarum est. Necesse ut si pro
ficis, inter iniquos uiuas: quia Abel esse nō potest, quem
Cain malitia non exercet. Ab iniquis recedere non po-
tes, ab iniquitate potes. Satis enim fixum atq; immobile
uelut sigilli impressione debet corde retineri, Ierusalem
captam ab huius seculi Babylonia, decursis temporibus
liberandam esse, nullumq; ex illa fore perituruin, quia
qui peribit, non ex illa erat. Recedat ergo ab iniquitate
omnis qui nominat nomen domini, quia nisi ab illa re-
cesserit, non ei proficiet nominatio dominici nominis:
quoniā non omnis q̄ dicit Christo, domine dñe, intrabit
in regnum cælorum, sed q̄ facit uoluntatem patris eius.

In magna autem domo non solum
sunt uasa aurea & argentea, sed & li
gnea & fictilia. & quædam quidem in
honorem, quædam autem in contume-
liam. Si quis ergo emundauerit se ab
istis, erit uas in honorem, sanctificatum
& utile domino, ad omne opus bonum
paratum.

¶Ab iniquitate recedat, qui nomen domini nominat.
Sed ab iniquis (ut diximus) non potest recedere, quia
in magna domo, id est, in ecclesia toto orbe dilatata, *non
solum sunt aurea & argentea uasa*, id est, iusti sapientia &
eloquentia prædicti, *sed & lignea & fictilia*, id est, pecca-
tores comburendi & confringendi. Cum enim auro sa-
pientia uel charitas, & argento eloquentia designari so-
leat, per aurum q̄d preciosius est metallis omnibus, in-
telliguntur nunc illi, quos clariores q̄ cæteris uirtuti-
bus præfertur, uel sapientia decorat: per argentum uerō
quod mira claritate micat, illi qui nitore acris eloquen-
tiæ resplendent in eruditione multorum. Hi em̄ merito
uocantur aurea & argentea uasa ministerio summi re-
gis apta in eius domo magna. Lignea uero & fictilia

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uasa, carnales designãt, quos ignis uitiorũ facile incendit, & impetũ aduersitatis frãgit. Sed & in die dñi lignea hæc uasa pœnalis ignis incendio cõcremabuntur: & fictilia ab eo cui data est ferrea uirga, frangentur. Hæc tamen uasa sunt non cum uasis aureis & argenteis in domo magna, quia cum electis admixti sunt reprobi nũc in ecclesia. *Et quædam quidem* uasa sunt ibi *in honorem* æternum cõstituta, sicut aurea & argentea: *quædam autem in contumeliam* opprobrij sempiterni cõgrua, sicut lignea & fictilia. Et qñquidem in hac domo sunt etiam uasa inhonestis usibꝰ deputata, *ergo si quis se emundauerit ab istis* cõtumeliæ uasis, ut se reddat immunem à cõtaminatione eorum, *erit uas in honorem* deputatum & *sanctificatum*. i. locus sanctus domino in hac domo. Nam sicut in magna hoꝰ domo & in qualicũque loco eius requiescit dominus eius, sed in aliquo uticq; secretiori & honoratiori loco, sic dñs noster non in oĩbus. q. in domo eius sunt, habitat. Non enim habitat in uasis contumeliq. i. in illis q turpitudini uitioꝝ deseruiunt, sed in uasis honoris. i. in illis qui honorabilem coram Deo & hominibus uitam ducunt. Quicumq; mũdauerit se ab his contumeliæ uasis, ut non sit particeps eorũ

B coinquinationis, erit uas in honorem, sanctificatum in honorabilẽ honestæ actiõis usum, *& utile domino*. i. utilitatem cõferens domui dñi, *paratum ad omne opus bonum*, ut non respuat agere quicquid boni operis ei fuerit iniunctum uel quãlibet graue sacræ actionis uel uerbo prædicationis idoneum: & hoc erit tam sibi quàm alijs prodesse, seu quemlibet gradum sacrorum ordinum tenere.

Iuuenilia aũt desideria fuge, sectare uero iustitiam, fidem, charitatem, pacẽ cum his qui inuocãt dominũ de corde puro. Stultas aũt & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia gnãnt lites. Seruũ aũt dñi non oportet litigare, sed mansuetũ esse ad oẽs, docibilem, patientem, cum modestia corripientẽ eos qui resistũt ueritati, neqñ det illis deus pœnitentiam ad cognoscendã ueritatem, & resipiscant a diaboli laqueis, a q̃ capti tenentur ad ipsius uoluntatem.

¶ Dixi quia in domo dei sunt uasa honoris & uasa contumeliæ. Sed ne fias uas inhonesti usus, *fuge iuuenilia desideria*, quæ te iuuenẽ prosequũtur, ne ad consensum praue delectatiõis te possint apprehendere. Hæc (inquit) fuge, sed *iustitiam sectare*, ne te possit effugere. Sectare. i. frequenter sequere eam per uias iustaꝝ actionum, in quibus te præcedit ut possis eam apprehendere. Similiter *& fidem* sectare, ne te in aliq̃ parte regula fidei latere possit uel effugere. Sed quoniam operatio iustitiæ & ueritas fidei nõ prodest, sine charitate, sectare & *charitatem*, ut p eam operetur tua fides opus iustitiæ.

Illa enim fides est salutifera, q̃ per charitatem operatur. Et sectare *pacem* cum bonis, ut nunquã discordes ab eis uel inquietes eos. Siue ita: Sectare iustitiam, faciendo unicuique quod ius exigit: & fidem inuisibilium bonorum, nõ inuisibiles honores, quos iuuentus desiderare solet. i. charitatem, ut diligas deum plusquam te, & proximum tanquam te, q̃ iuuentus sæpe negligit, id est, pacem, cui manifeste repugnat desiderium iuuẽtutis. Pacem (inquam) sectare non cum peruersis, sed *cum his qui inuocant dominum de corde puro*, id est, qui cor suum purificauerunt, id est, Deum in illud uenire pijs orationibus petunt. Hæc (ut dixi) sectare, sed *stultas & sine disciplina quæstiones* caue. Stultæ quæstiones sunt, insolubiles & secreta humano generi prohibita quærentes. Sine disciplina uero quæstiones, quæ non humiliter ac modeste fiunt, id ẽ, quas qui facit, non discere uult, sed litigare. Sed huiusmodi quæstiones *deuita*, ut non respondeas eis *sciẽs quia generant lites*. Sed *seruũ domini non oportet litigare*, quia lis generat odium: *sed* oportet eũ *esse mansuetum*, id est, quasi manu assuetum, hoc ẽ, contractabilẽ, id est, mitem uel lenem *ad omnes*, ut nemini sit asper, id est, quasi ferus: *& docibilem*, id est, habilem ut facile doceatur. Hoc em̃ distat inter docilem & docibilem, q̃ docilis est qui alios potest docere: docibilis autẽ, qui facile potest doceri. Vnde dicitur: Erunt omnes docibiles dei, id est, facile docebuntur. Non oportet seruum domini litigare, quia mundo & simplici oculo opus est ut inueniatur uia sapientiæ, cui tantæ malorũ & peruersorum hominum deceptiones & errores obstrepunt, q̃s omnes euadere conuenit, hoc est, uenire ad certissimam pacem & immobilẽ stabilitatem sapientiæ. Vehementer enim metuendum est, ne studio altercandi uel contẽdendi, q̃sq; non uideat quod à paucis uideri potest, non parum sit strepitus contradicentium, nisi & sibiipsi obstrepant. Recte ergo dicitur, quia seruum domini non oportet litigare, sed mitem esse ad oẽs & docibilem atq; *patientem*. Et ne quisquam ex eo putet cessandum esse à correptione erroris alterius, adiungitur quia oportet eum esse *cum modestia corripientem eos q resistũt*. Ita nos nec deesse cõuenit fratrum correptioni, nec studere certamini. Quo modo cum modestia corripimus, nisi cum lenitatem cordis retinemus, & aliquam medicamenti acrimoniã uerbo correptionis aspergimus? Pax igitur & dilectio in corde retinẽda est: modus autem sermonis, siue acrius siue blandius proferat, sicut salus eius qui corripitur, postulare uidetur, moderandus est. Modeste sunt corripiẽdi illi qui adhuc procaciter resistunt, *ne quando det illis deus pœnitentiam*. Nam correptiõis utilitas, quæ nunc maior, nunc minor pro peccatorum diuersitate salubriter adhibetur, tunc est salubris, q̃ supernꝰ medicus respicit. Non enim aliquid proficit, nisi cum facit ut peccati sui quẽcũq; pœniteat. & quis hoc dat, nisi qui respexit Petrum negantẽ, & fecit flere? Ideo non solum cum agitur pœnitentia, uerum & ut agatur, necessaria est eius misericordia

A Hic sermo quo dicitur, nequãdo: pro, si forte, ponebat antiquitus, sed modo inusitatus habet. Corripientẽ (inquit) eos qui resistunt, nequãdo, id est, si quãdo uel si forte det illis deus pœnitentiã. Vel etiã ita põt hęc sententia cõcordare: Nõ desperemus de eorum salute qui adhuc resistunt, sed corripiamus eos, ne nobis eos nõ corripiẽtibus, deus aliqñ per seipsum det eis pœnitentiã, & erubescamus qui de salute eoꝝ desperabamus. Ob hoc em̃ studere debemus, ut eos ad pœnitentiã conuertamus, ut mercedem nobis inde conquiramus, ne, quando sine nobis per internã aspirationẽ det illis deus pœnitentiã, & nos mercedẽ inde nõ habeamus. Det illis pœnitentiã erroris sui *ad cognoscendam ueritatem* catholici dogmatis, quod ignorantes, pugnabãt: *& resipiscant a laqueis diaboli, a quo* capti tenentur *ad uoluntatem ipsius* implendam. Resipiscere ẽ quasi resapere, cũ qs ab eo qđ male sapuit, reuertit̃ ad illud, quod antea recte sapuit uel sapere debuit.

CAPVT III.

B Hoc aũt scito, q̃ in nouissimis diebus instabũt tẽpora periculosa, et erunt homines seipsos amãtes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinẽtes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, uoluptatum amatores magis q̃ dei, habẽtes quidẽ speciẽ pietatis, uirtutem aũt eius abnegantes.

¶ Qui tenentur illaqueati à diabolo, resipiscẽt forsitan aliqñ: sed tñ *hoc scito quod* tales abundabũt *in nouissimis diebus*, id ẽ, in nouissima ætate. Tunc em̃ *instabunt tempora periculosa*, in quibus multæ periclitabunt animæ. *&* inde periculosa, q̃a tunc *erunt homines seipsos amãtes*. Nescio em̃ quo inexplicabili mõ quisq; seipsum, non deũ amat, nõ se amat: & quisq; deũ, nõ seipsum amat, ipse se amat. Qui em̃ non potest uiuere de se, moritur uitioq; amãdo se. Non ergo se amat, q̃ ne uiuat, se amat. Cum autẽ ille diligit de quo uiuitur, non se diligendo magis diligit, qui propterea se non diligit, ut eũ diligat, de quo uiuit. Quia uero circa finẽ seculi maxime abundabunt, qui neglecto dei ac fratrum amore, seipsos male amabũt, & sic amando se peribunt, ideo tempora periculosa tunc instabunt. Erunt homines seipsos amantes, quia non curabunt nisi de seipsis: nec quærent nisi propria lucra, propria cõmoda, proprios honores, proprias glorias. Et ab hoc uelut fonte, qđ scilicet erunt seipsos amãtes, manabũt multi uitioꝝ riui. Nam quia secundum præsentem uitam seipsos male diligẽt, ideo erunt *cupidi* pecuniæ, *elati* corpore, *superbi* mente, *blasphemi*, id est, falsa & impia de deo loquentes: *parentibus* siue carnalibus, siue spiritualibus, *non obedientes*: *ingrati* benefactoribus: *scelesti*, id est, transeũ-

C dentes in domum peccati, & in atrocia grauiter delapsi: *sine affectione*, id est, uisceribus compassionis: *sine pace*, id est, discordes & inquieti: *criminatores*, id est, crimen bonis impingentes: *incontinentes*. i. libidinem non cohibentes: *& immites*, id ẽ, asperi & litigiosi: *sine benignitate*, id est, immisericordes: *proditores*, id est, secreta bonorum aduersarijs eorum detegentes: *proterui*, id est, procaces: *tumidi*, id est, uẽto superbiæ inflati: *uoluptatum* carnaliũ *amatores magis q̃ dei*, sicut ipse dixit, quia lux uenit in hunc mundum, & dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem. *habentes quidem* in habitu, in uerbis, sicut falsi monachi, *speciem pietatis*. i. similitudinem religionis: sed *uirtutem eius*, id ẽ, rem factis & moribus *abnegantes*. Sed beatus Augustinus hæc à pastoribus ecclesiæ specialius remouere studẽs, loquitur: Non sint seipsos amantes, qui pascunt oues Christi, ne tanquam suas, non tanq̃ ipsius pascant eas, & uelut ex illis sua lucra quærere uideãt, sicut amatores pecuniq; uel eis dominari, sicut elati: uel gloriari de honoribus quos ab eis sumunt, sicut superbi: uel intantũ progredi, ut in hæreses labi faciant, sicut blasphemi: nec cedant sctis patribus, sicut parentibus non obedientes: & eis qui illos corrigere uolunt, quia perire nolunt, mala pro bonis reddant, sicut ingrati: interficiant animas suas & alienas, sicut scelesti: materna ecclesiæ uiscera dirumpãt, sicut irreligiosi: non compatiantur infirmis, sicut sine affectione: alios quiescere non sinant, sicut sine pace: famam sanctorũ maculare conent, sicut criminatores: cupiditates pessimas non refrenent, sicut incontinentes: exerceant lites, sicut immites: nesciãt subuenire, sicut sine benignitate: indicẽt inimicis pioꝝ q̃ occulta cognouerunt, sicut proditores: humanã uerecundiã inuerecunda excogitatiõe perturbent, sicut procaces: superba scientia inflentur, sicut tumidi: lætitias carnales spũalibus gaudijs anteponant, sicut uoluptatũ amatores magis q̃ dei: simulẽt religionẽ, sed hanc in ueritate non teneant: sicut habentes quidẽ speciem pietatis, uirtutem aũt eius abnegantes. Hæc enim atq; huiusmodi uitia siue uni homini accidant oĩa, siue his alia & alijs alia dominẽtur, ex illa radice quodam modo pullulant, cum sint homines seipsos amantes: q̃ uitium maxime cauendum est eis, qui pascunt oues Christi, ne sua quærant, non quæ Iesu Christi, & in usum cupiditatũ suaꝝ cõferant, pro q̃bus sanguis fusus est Christi.

Et hos deuita. Ex his enim sunt qui penetrãt domos, & captiuas ducũt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducunt̃ uarijs desiderijs, semp discẽtes, & nunquam ad scientiã ueritatis puenientes.

¶ In nouissimis diebꝰ tales erũt hoĩes, quales descripsi: *& hos deuita*, quia iam multi ex his apparuerũt. *Ex his enim sunt qui penetrant domos* &c. Non ait, penetrabunt, tanquam futurum prænunciãs, sicut supra dixerat, instabunt tempora periculosa: sed ait, penetrant domos *& captiuas ducunt muli*

Universidad de Deusto
Biblioteca

erculas. Non ait, ducent uel ducturi sunt: sed, iam ducunt. Nec putandus est hoc loco pro temporis futuri uerbis præsentis temporis uerba posuisse, quandoquidem illos ab eo cui scripsit, cuitari admonebat. Nec frustra dixit, in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & hinc ea periculosa futura demonstrans, tales hoies futuros esse prædixit: quia tanto plures erūt & magis abundabūt, quanto magis appropinquabitur ad finem. Vide misergo tales nunc abundare. Sed quid si abundantiores erunt post nos, & oino abūdantissimi, qū iam iamq; ipse finis instabit? Ex his iam sunt hæretici, qui penetrant domos. i. intrant ut secrete lo quant illis qui sunt intus. Vel domos, id est, conscientias audiētium uerbis seductorijs male penetrant: & captiuas ducunt mulierculas, id est, in captiuitatem errorꝫ trahunt insipientes & infirmas ac uiles & inconstantes, seu uirorꝫ, seu mulierum animas. Animas dico, *peccatis oneratas*, & ideo dignæ erant seduci: *quæ ducuntur uarijs desiderijs*. i. nūc ista, nunc illa cupiunt: & ea quæ iam tenent fastidientes, alia semper appetunt ac nouis delectant. Tales enim facile deserunt ueritatem catholicā, et sermonibꝰ nouorꝫ errorꝫ libēter aurem accommodant: *semp discentes, & nunq; ad scientiam ueritatis peruenientes*. Semp discunt, & nunq; ad scientiam ueritatis pueniunt, qui studium in discēdo uidentur habere, sed non ueniunt ad hoc ut discernant inter ueritatem & mendaciū, inter bonum & malum. Tales sunt discipuli hæreticorꝫ atq; iudæi. In
Roma. 1 hac enim uita sp sunt discentes, & ad notitiam ueritatis non ptingunt. Cum uero de hac uita exierint, iam non erūt discentes, sed erroris sui mercedem recipiētes. Sic enim dictum est, sp discentes, & ad ueritatis scientiam non peruenientes: ac si diceretur, semper ambulantes, & ad uiam non puenientes. Non solum enim illuc non peruenimus, quo ducit uia, sed nec ad ipsam uiam peruenientes. Nos autem semper ambulemꝰ in uia, donec eo ueniamus quo ducit uia. Nunquam in illa remaneamus, donec perducat ubi maneamus.

Quemadmodū autē Iannes & Mambres restiterūt Moysi, ita & hi resistūt ueritati, homines corrupti mēte, reprobi circa fidem, sed ultra non proficiēt. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.

¶ Tales non peruenient ad sciētiam ueritatis, sed potius resistūt ueritati, quæ à catholicis doctoribus prædicatur, sicut Iannes & Mambres restiterunt Moysi ueritatem prædicāti. Hi enim fuerūt magi Pharaonis, quoꝫ nomina nunc dicit Apostolus, sed in Exodo nō legunt. Et hoc est *Quemadmodum autem Iannes & Mambres* sub Pharaone *restiterunt Moysi*, ne de Aegyptia seruitute educeret populum dei, *ita & hi* hæretici *resistunt ueritati* prædicatorum, ne per eam fideles ab ignorantiæ tenebris & à seruitute peccati liberent. Ipsi dico *homines corrupti mente*, quia mēs eorꝫ uitiata ē ab adulterio diabolo, amissa castitate q̄ est in Christo. Et *sunt reprobi circa fidem*, id est, retro à probitate cōuersi, circūeuntes exteriora fidei, sed intꝰ non manentes. Ipsi taliter captiunt mulierculas, id est, misellas & hebetes animas, & resistunt ueritati, *sed ultra non proficient* in seductione hominum. *Nam insipientia eorū* quæ nunc latet, dum ipsi putantur esse sapientes, *erit omnibus manifesta* per Ioannem apostolum, *sicut & illorum fuit* per Moysen. Per Iohannem enim in Asia detegetur & destruetur insipientia erroris eorum, sicut per Moysen manifesta est illorum in Aegypto. Animositas hæreticorꝫ semper inquieta est, quos magorum Pharaōis habere conatum declarat nunc Apostolus, dicens: Quēadmodū Iannes &c. usq;, sicut & illorum fuit. Quia enim per ipsam corruptionem mentis in quietissimi fuerunt, in tertio signo defecerunt, sa tentes aduersum se esse spm̄ sctm̄, qui erat in Moyse. Nam deficientes dixerunt, Digitus dei hic est. Sicut autem conciliatus spiritussanctus, requiem præstat mitibus & humilibus corde: ita contrarius & aduersus malignus spiritus, immites & superbos inquietudine exagitat. Quam inquietudinem muscæ illæ breuissimæ significauerunt, sub quibus ipsi magi (sicut dictum est) defecerunt, dicentes: Digitus dei hic est. Quorum insipientia fit omnibꝰ manifesta, cum ostenduntur palam omnibus esse insipientes, ne iam aliquos seducere ualeant qui primo tanquam per pollicitationem & ostentationnem excellentis sapientiæ seducebāt.

Tu aūt assequutus es meā doctrinā, institutionem, propositū, fidem, lōganimitatem dilectionē, patientiā, pſecutiōes, passiōes: q̄lia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, Lystris: quales pſecutiones sustinui, & ex oībus eripuit me dominus. Et omnes qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, persecutionē patient.

¶ Hæretici resistunt ueritati & sunt circa fidem reprobi. Sed *tu assequutus es meam doctrinam*, id ē, ea quæ doceo didicisti, & scis alijs tradere, & assecutus es *institutionem* meam, id ē, quomodo instituī uitam ducere, uel alios instruere: & *propositum* meum assecutus es, quia proposuisti uiuere sicut ego proposuerā, ut scil. eodem modo uel eodem tempore, ieiunes & uigiles, q̄ ego, & cætera similiter facias: & *fidem* meam, quia similiter credis ut ego: & *longanimitatem*, quia didicisti lōganimiter (sicut ego) inter aduersa non murmurāns, expectare diuina promissa: & *dilectionem*, quia didicisti & aduersarios sicut ego, diligere: & *patientiam*, qua tolerares æquo animo aliena mala, sicut ego, nec aduersus eū doleas qui tibi hæc intulerit: & *pſecutiōes* meas de ciuitate in ciuitatem, quia tu mecum nonnunquam has sustinuisti: & *passiones*, id est, afflictiones meas & tormenta, quia tu factus es earū particeps & nosti eas: & *qualia mihi* aduersa *facta sunt Antiochiæ, & Iconij, & Lystris, & quales persecutiones*

A uel ibi uel alijs locis *sustinui*. tu assecutus es. i. nosti
Act. 13 & participasti: & in nulla relictus sum ut deficerē, sed *ex omnibus me eripuit dominus*. & te similiter non deseret, sed eripiet. Antiochiæ & Pisidiæ excitauerunt iudæi persecutionem in Paūlum & Barnabam, & eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedū in eos, uenerūt Iconium. Vbi
Act. 14. cum factus esset impetus gentilium & Iudæorū cum principibus suis, ut contumelijs afficerent & lapidarent eos, intelligentes confugeruut ad ciuitates Lycaoniæ Lystran & Derben. Superuenerunt aūt quidā ab Antiochia & Iconio iudæi: & persuasis turbis, lapidantes Paulum, traxerūt extra ciuitatem, æstimantes eū mortuū esse. Et hoc nunc commemorat Antiochiæ & Iconij & Lystris se pertulisse. Et ne quis putaret se sine tribulationū tolerantia posse deo placere, adiungit: Et omnes qui uolunt, &c. Ego (inquit sustinui persecutiones, *& omnes qui uolunt pie uiuere in Christo tesu*. i. qui uolunt religiose & deuote uitā ducere in Chri fide, *patientur persecutionem*. Nunquam deest pie uiuentibus persecutio, quia cum & ab eis qui foris sunt, nō sæuientibus uidet esse tranquillitas, multi sunt intus qui corda pie uiuentiū suis perditis moribus cruciant, quoniā per eos blasphe-
B matur Christianū nomen. Quod quāto ē charius eis qui uolunt pie uiuere in Christo, tanto magis dolent quod per malos intus positos fit, ut minus q̄ pioꝝ mentes desiderāt, diligat. Hæretici quoꝫ cum conant habere nomen & sacramenta Christianorꝫ & scripturas & professionem, magnum dolorem faciunt in cordibus pioꝝ: quia multi uolentes esse Christiani, propter eorꝫ dissensiōes hæsitare coguntur: & multi maledici in his etiā inueniunt materiā blasphemandi nomen Christianorū, qa & ipsi quoquo modo Christiani appellant. His & eiusmodi prauis moribus & erroribus hominū persecutionē patient, qui uolunt in Christo pie uiuere, etiam nullo infestante, nulloꝫ uexāte corpus illoꝝ. Patiuntur quippe hanc sententiam non in corporibus, sed in cordibꝰ. Pia tristitia ē, uitijs alienis tribulari, nō implicari: mœrere, non hærere: dolore contrahi, nō amore attrahi. Hæc ē illa persecutio, quā patiunt oēs qui in Chro pie uolunt uiuere. Quid em̄ hic tam persequitur uitā bonorꝫ, q̄ uita iniquorꝫ? Nec cogit piū imitari qd̄ displicet, sed cogit dolere quod uidet. Quoniam
Virgilius uiuens impie et si non obligat consentientem, cruciat sentientē. Sed & diabolus incessanter pios persequit & ēato periculosius quāto occultius. Persequit inquam eos hostis, cui nomina sunt mille, & mille nocendi artes. Persequit eos & hic mundus illecebris suis, persequit eos innumerabilium exercitus uitiorum, persequit eos caro ipsoꝝ, persequuntur eos & illicitæ cogitationes suæ.

Mali aūt homines & seductores proficient in eius, errantes & in errorem mittentes. Tu uero permane in his quę didicisti & credita sunt tibi, sciens a q̄ didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti, q̄ te possunt instruere ad salutem per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis ē ad docendum, ad arguendum, ad corripiendū, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo dei, ad oīe opus bonū instructus.

¶ Pij patientur persecutiones, *mali autem homines & seductores* habebunt prosperitates. Mali, quantum ad se: seductores, quantū ad alios. Seductores dicunt, qui quasi sub specie dulcedinis infundunt uirus pestiferæ persuasionis. Mali & seductores *proficient in peius*. i. successus habebunt in erroribꝰ, & ad grauiora peruenient, *errantes* ipsi & alios *in errorem mittentes*. Non tū diu proficient, q̄d à Paulo superius dictum ē, sed ultra non proficient. Tales errabūt & successum habebūt, aliosꝫ trahēt post se. Sed *tu* noli post eos in errorē ire, sed *pmane* semper *in his* bonis *quæ didicisti* à me, *& credita sunt*, id ē, cōmissa sunt *tibi* à deo, *sciens a quo* magistro *didiceris*. i. cui uerax & quantæ autoritatis, & quantum te diligens sim ego, qui te docui. & ob hoc etiam in his permane, *quia sacras literas nosti*, id ē, sacris literis, legis uidelicet & propheturum scriptis, eruditus es *ab infantia*, quæ literæ *possunt te instruere*. i. sufficienter doctū reddere, *ad* æternam *salutem* consequendam, & hoc *p fidem quæ est in Christo Iesu*: quia ueteris instrumēti dicta non instruunt ad salutē, sed ad mortē, si Chrūs in eis non intelligit & fides eius teneť. Recte dixi qa sacræ literæ te possunt instruere ad salutem, tibi & alijs conquirendā. Nam *omnis scriptura diuinitus inspirata*. i. diuino spū facta, *utilis est* ad hoc. Illæ em̄ scripturæ arcem autoritatis obtinent, q̄ per spm̄ dei prolatę sunt, quæ & canonicæ nuncupantur. Omnis scriptura quam deus aspirauit, id ē, quæ per diuinam aspirationem ē composita, utilis ē *ad docendum* ignaros, *& ad arguendum*, id ē, ad conuincendum eos qui resistunt: *& ad corripiendum*, id ē, ad increpandū, uel secundum alios codices, ad corrigēdum, id ē, emēdandum eos qui peccant: *& ad erudiendum* rudes, ut ad perfectum sensum proficiant *in iustitia*, id ē, in obseruatione iustitiæ, *ut homo dei* quoniā sic erudit, *sit perfectus* in conuersatiōe, *instructus* per scripturas, *ad omne opus bonum* agendum, id ē, diligēter sciens qualiter agendū sit unumquodq; opus bonum. Talis em̄ uir merito homo dei dicitur, quia sequestratus à nequitijs eorum qui uitijs seruiunt, possessio factus ē creatoris sui.

CAPVT IIII.

TEstificor coram deo & Christo Iesu, qui iudicaturus ē uiuos & mortuos, & aduentū ipsius & regnū eius, pdica uerbū, insta opportunæ, impor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.

¶ Quoniam sacris literis es instructus, ideo *testificor*, id est, adiuro te ut prædicare non cesses. Testificari enim est adiurare: quia qui adiurat, testem ponit in ipsa adiuratione. Testificor *coram* deo patre, id est, in ꝓsentia dei, qui ubique est & omnia uider, te adiuro & ipsum testem adhibeo. & coram *Christo Iesu*, id ē, coram mediatore dei & hominum, *qui* sicut pater diuinitate cælum & terram impler, te obtestor ut prædices. Cuius mediatoris testimoniū spernere non debes, quia ipse *iudicaturus est* omnes. Nec enim pater iudicat quenquam, sed iudicium omne dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Ipse iudicaturus est *uiuos*, id ē, eos qui in carne uiui reperientur cum uenerit: & *mortos*, id est, illos quorum animæ iam à corporibus fuerunt egressæ: & testificor, id est, testem facio & in testimonium huius meæ adiurationis ergate adhibeo *aduentum ipsius*, in quo recipiet unusquisq; prout gessit, & *regnum eius*, in quo iusti perpetualiter regnabunt. Et quid est quod tam magnis & timēdis testibus tam fortiter testificor? Hoc scilicet, *prædica uerbū* euangelij, & in hoc non sis horarius, sed *insta*, id ē, in prædicatione assiduus esto.

B Et hoc fac *opportune* uolentibus, & *importune* nolentibus. Opportune, cum mueneris auditores qui uerba tua libenter excipiant: importune, cum inueneris q monita tua fastidiant. Vel opportune, importune, id est, oportune importunitatem exhibe, quia apud auditoris mentem ipsa sua utilitate destruit, se sed habere importunitas opportunitatem nescit. *Argue* resistentes, ut rationibus conuicti cedant: *obsecra* bene agētes, ut in melius proficiant: *increpa* delinquentes, ut confusi se corrigant. Et hoc age *in omni patientia*, id est, patienter expectando emendationem eorum, non mox ipsos repellendo, si fuerint inobedientes: & in omni *doctrina*, id est, docendo eos attente, non irascendo illis uel indignando.

Vel ita distingui potest: Insta opportune, ut alius sit sensus, Importune argue, deinde cætera contexantur, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina, ut tunc opportunus sentiaris, cum instas ædificando: cum autem destruis arguendo, non culperis, etsi importunus uideaeris. Ita duo quę sequuntur, ad duo superiora possunt figillatim referri: obsecra, cū opportune instas: increpa, cum opportune arguis. Deinde cætera duo similiter, sed conuerso ordine referunt: in omni patientia, ad sustinendas indignationes eorum, quos destruis: & doctrina, ad instruenda eorum studia quos ædificas. Pensandum nobis est qualiter loquamur: quia sępe uerba quæ hunc ad salutem reuocant, alium uulnerant. Vnde nunc Apostolus, qui Titum admonet, dicens: Argue cum omni imperio, Timotheum exhortatur, dicens: Argue, obsecra, increpa cum omni patientia. Quid est quod uni imperium, alij patientiam præcepit, nisi quod unum lenioris, alterum uero feruentioris spiritus esse conspexit? Leni per autoritatem imperij injungenda erat seueritas uerbi: is autem qui spiritu feruebat, per patientiam temperandus fuerat, ne plus iusto inferuescens, non ad salutem uulnerata reduceret, sed sana uulneraret. Ob hæc ergo doctrinam suam Apostolus tanta arte dispensat, ut exhibendo hanc, alteri imperium & alteri patiētiam proponat: qa (ut dictum est) mansuetioris spiritus Titum, & paulo feruentioris uidit esse Timotheum. Illum per æmulationis studium inflammat, hunc p lenitatem patientiæ temperat. Illi quod deest iungit, huic quod superest subtraxit: illum stimulo impellere nititur, hunc freno moderatur: Magnus quippe susceptæ ecclesię colonus, alios palmites ut crescere debeant, rigat: alios, cum plus iusto crescere conspicit, resecat: ne aut non crescendo fructus non ferant, aut imoderate crescendo quos protulerint, amittant.

Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus. Et a ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.

¶ Ideo (inquit) tanta instantia debes prædicationi insistere, quia *erit tempus* in quo ueritatis prædicatio non susciptur, & idcirco festina tempus illud prævenire, dum tua prædicatio potest effectum habere. Non ante finietur tempus, quàm ea quæ dico fiant: sed erit adhuc tempus *cum sanam doctrinam*, id est, ad sanitatem animę pertinentem, *non sustinebūt* homines, sed uelut onus graue reijcient eam ab humeris suis. Hanc non sustinebunt, *sed ad sua desideria* complenda *coaceruabunt sibi magistros*, id est, aceruum sibi congregabunt magistrorum, qui doceāt eos ea quę desiderant, ipsi dico, *prurientes auribus*, id est, pruritum habentes in auribus spiritaliter fornicantibus, sicut quodam pruritu libidinis etiam in carne corrumpitur integritas castitatis: Nā sicut caro quæ prurit, semp uult fricari: sic aures eorum semper cupient audire uerba, q̄ errores doceant & ad delectationes illiciant. *& a ueritate quidem auertent auditum*, id est, fugient audire sermonem ueritatis quę illis erit aspera, quia non mulcebit eos in nequitijs suis, *ad fabulas autem conuertentur*, ut audiant eas, id est, allocutiones ociosas. Nec solum ad tales fabulas, quales in theatris recitantur, uel quales à uanis hominibus sæpe dicuntur: sed etiam ad tales, quales contra dominum hæresiarchę poterunt fingere. De his quos nunc Apostolus prænunciat, *Ysaias* locutus est & Isaias: Populus enim ad iracundiam provocans est & filij mendaces, nolentes audire legem dei. Qui dicunt uidentibus, nolite uidere: & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt. Loquimini nobis placentia, uidete nobis errores, auferte à me uiam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel. Sic autem illi maxime loquentur, qui relinquent ecclesiam, & sequentur Antichristum cum regnauerit. Et sanam Christianæ prædicationis doctrinam non sustinebunt. Sed auertent auditum abea, & conuertentur ad Antichristi fabulas. Sed & olim temporibus hæreticorum fere hæc omnia facta sunt. Nunc quoq; multi sunt qui nolunt sustinere doctrinam sanæ moralitatis, & ueritatem quę in ecclesia prædicatur, audire fastidiunt, fabulas autem histrionum libenter audiunt.

Tu uero uigila, in oībus labora, opus

Iohan. 5. *1 Thes. 5.* *2. Cor. 5.* *Tit. 2.*

A fac euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto. ego em̄ iam delibor, & tēpus resolutionis meæ instat. Bonū certamē certaui, cursum consummaui, fidē seruaui. In reliquo reposita ē mihi corona iustitię, quā reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Non solū aūt mihi sed & his qui diligunt aduentum eius.

¶ Illi respuent ueritatem catholici dogmatis, & suscipiēt fabulas errorū: sed *tu uigila* prudēter attendo ueritatem & repellendo omnem errorem, *& in omnibus* actibus *labora*, *& opus fac euangelistæ*, id est, euāgelici prædicatoris: Opus em̄ euangelistæ est, bene uiuere & bene docere, moribus & uerbis subditos instruere. *ministeriū tuū* i. tui officij *imple*, ut non sit uacuum à bona actione tua, sed quicqd in eo debes agere, plenarie perficias. *& sobrius esto*, i. non inebriet mentem tuam ullus error, aut seculi amor, uel auaritia, seu quodlibet aliud uitium. Id circo te moneo uigilare aduersus insidias dæmonum & hæreticorum & errorum atq; uitiorum, & bene laborare, & opus euangelistæ facere, qa

B ego qui hucusq; uigilaui & opus euangelistæ impleui, *iam delibor*. uel secundū alios codices, immolor, quod idem significat. Nam delibatio quæ est sacrificiorum degustatio, sacrificationē (i. immolationem) propriį corporis hoc loco designat. Iam delibor, id est, iam immolari cæpi, & hostia deo grata pro populo mihi commisso per passionem offerri, *& tempus meæ resolutionis instat*, id est, iam ultimum imminet tempus, in quo resoluar à uinculis istius corporis, ut liber in cælum euolem. *bonū certamen certaui*. hoc secundum græcam locutionē dicitur, uelut si diceretur, strenuam militiā militaui, fidelem seruitutem seruiui. Nam latinus sermo diceret, bono certamine certaui. Bonū (inqt) certamen certaui, id est, bene pugnaui, bene cōtra impugnatores fidei & contra mala transeūtia sine defectu certaui. *cursum* bonæ actionis meæ quo ad bravium cæleste festinabā, *consummaui fidem* inuiolabilem *seruaui*. Quomodo potuit hoc dicere, cui adhuc restabat ipsius passiouis quam sibi impendere iam dixerat, tam magna conflictatio, tā molestū atque grande certamen? an ad eius consummandum cursum parum adhuc deerat, quando illud deerat, ubi erat futurus acrior & crudelior inimicus? Quod si ideo talib9 uerbis certus securusq; gaudebat, quia de uictoria futuri certaminis certum cum securumq; iam fecerat, qui eandem passionem iam illi reuelauerat imminere, non re plenissima, sed sępe firmissima hoc dicit: & qđ futurū esse præsumpsit, tanquā factum fuerit indicauit. Cursum (inquit) peregi. Et *in reliquo*, id est, in eo spatio quod restat amodo & usq; in æternum, *reposita est mihi corona iustitiæ* secreto tutoq; loco, seruatur mihi corona quam iuste merui *quam* nō dabit, sed *reddet mihi* quasi debitā *dominus* Iesus *in illa notabili die* cōmunis iudicij, de qua sedule cogito: uel in illa optata die resolutiōis meæ. & ideo reddet eam mihi, *quia iustus iudex* est, reddens unicuiq; secundū opus eius. Sed *non solum mihi* reddet coronam huiusmodi ipse, *sed & his qui diligunt aduentū eius*, id ē, etiā omnibus qui sibi de bona operatiōe sunt conscij. Aduentum enim iudicis nō diligūt, nisi qui in causa sua habere se iustitiæ meritū sciūt. Et ideo quisquis non diligit, sed metuit aduentū eius, corrigat uitam suam, ut bonā habens causam possit ut ueniat desiderare: & coronam ab eo, non damnationem sperare.

Marc. 16 *Roma. 2.*

Festina ad me uenire cito. Demas em̄ me derelinqt, diligēs hoc seculū, & abijt Thessalonicā. Crescēs in Gallatiā, Titus in Dalmatiā. Lucas ē mecū solus. Marcum assume & adduc tecum. ē em̄ mihi utilis in ministerio. Tychicū aūt misi Ephesum. Penulā quā reliq Troade apud Carpū, ueniens adfer tecū, & libros, maxime aūt & membranas.

Colos. 4.

¶ Quia tēpus meæ resolutionis instat, *festina ad me uenire cito*. i. festinanter anteqū morte resoluar, ut te plenius adhuc instruā, uel ut sis mihi solatio, qm̄ solus remansi. Nam *Demas* qui interpretat silens, quoniā ꝑdicatiōe uel confessiōe ueritatis obmutuit formidine mortis, *dereliquit me* in aduersis, *diligens hoc seculū* cū suis illecebris, & dimittēs Romā ubi timebat mori, *abijt Thessalonicā*, ut ibi posset uiuere. *Crescens*. i. ille alius discipulus, abijt *in Galatiam*, nō me deserēs, sed à me missus aliqua rationabili causa exigente. Similiē *& Titus* à me missus ē *in Dalmatiam*. *Lucas* euangelista *est mecum solus*, qui semper mihi adhærere cōsueuit. Dixi ut cito ueniās ad me, & cū ueneris, *assume Marcū & adduc tecū*. Iste ē Marcus euāgelij scriptor, uel sicut magis credimus, iste est Marcus consobrinus Barnabæ, quē nunc correctū iubet Apostolus adduci: quia quondā abiecerat eū, cum esset negligens ac tepidus. *Est enim* (inqt) *mihi utilis in ministerio* ꝑdicatiōis, qui quondā ad hoc fuit inutilis. Titus abijt (ut dictum ē) in Dalmatiā, sed *Tychicū misi Ephesum*, forte cū epistola quæ ad Ephesios ē directa. *Penulā* quoq; id ē, uestē illam quæ sic uocat, *quam reliqui Troade apud Carpū* discipulum meū, qui ibi manet, *ueniens adfer tecū*. Dicamus de hac penula, quæ ab alijs dicta reperimus. Penula uestis erat consularis, qua induebantur Romani consules in curiam intrantes. Sed fortasse quærit aliquis, unde hoc genus uestimenti beato Paulo acciderit, cui respondendū ē, Romanos ante incarnationem Chri hūc habuisse morem, quando sibi monarchiam totius orbis acquirebant, ut quæcunq; gens illis cum pace & coronis occurrisset, eiusmodi libertatem eis cōcederent, ut fratres illorum dicerentur, ciuesq; Romani appellarentur, dabantq; eis potestatem, ut curiam ædificarent & cōsules haberent, sicut illi habebant. Pater igitur beati Pauli de Giscali oppido Galileæ, unde indigena erat, migrauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Tharsum Ciliciæ, cū Romani cœpissent illud oppidum. Quodam uero tempore uenientibus Romanis per Ciliciam, occurrit eis cum alijs transeuntibus, utpote qui nobilis inter illos habebat, & excepit eos cum pace. Tūc Romani dedere eis supradictam libertatē, scilicet potestatem ut curiam ædificarent & consules haberent, sicut ipsi, uestesq; consulares induerent, & penulati more Romanoꝝ curiam intrarent. Ibiq; data est insigne penula à Romanis patri beati Pauli, quando susceptus est in socium & ciuem Romanum. Hæc aũ nos scripta sunt, & fides ueritatis horum apud eos sit qui scripserunt. Non eñ omnia quæ facta sunt, legimus in nr̃is historijs: multæq; noscuntur esse historiæ quas non nouimus. Nam & his quæ dicta sunt, ualde consonat quod Paulus frequenter in apostolorum Actibus legitur se Romanum
Actu. 16. 22. & 23 appellasse, & maxime ubi tribunus interrogauit eū, dic mihi situ Romanus es, & ille dixit, etiã. Et respondit tribunus: Ego multa summa ciuitatem hanc consecutus sum. & Paulus ait, Ego aũt & natus sum. Quomodo enim iuxta literam uerum potest esse, quod Paulus ex ciuitate Romana sit natus nisi qa ex ciue Romano natus ẽ? Absit autẽ ut putemus eum in hoc sermone mendacẽ.
B Natus ergo ẽ in ciuitate Romana, id est, in domo parentum, qui erant ciues Romani. Sed & iuxta spiritalem intelligentiam, in eo quod se dixit natum in urbe Roma, prophetico spiritu p̃nunciauit, natalitiũ suę passionis in illa ciuitate futurũ, & uerbum præteriti temporis pro uerbo futuro posuit. Si ergo uera sunt quæ de penula præmisimus, facile ẽ animaduerte quod Apostolus hanc idcirco afferri iusserit, ut per eam apud Romanos licet pauco tempore, libertatem sibi uendicaret, quatenus ad prædicandum libere quo uellet, ire posset, & multos ad fidem per diuersa loca cõuerteret. Ait atq; penulam quã reliqui Troade apud Carpum, ueniẽs adfer tecũ. Hunc Carpum Dionysius multũ in epistola ad Demophilum laudat, referens quandam ualde mirabilem eius usionẽ. Penulam, inquit, adfer *& libros* quos ipse forsitan ibidem reliquerat, *maxime autem & membranas*, id ẽ, pelles ad scribendũ (quas tamen Hieronymus aliter interpretatur) aptas.

Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. reddet ei dominus secundum opera eius. Quem & tu deuita. ualde enim restitit uerbis nostris.

¶Scias quod *Alexander ærarius*, id ẽ, faber ærarius uel custos ærarij, *ostendit*, id est, fecit *mihi multa mala*, sed non impune, quia *dominus reddet ei secundũ opera eius* quæ in me operatus est, *quem & tu deuita*, ne tibi fiat impedimentum, quia *ualde restitit uerbis nostris*, & multo magis poterit resistere tuis. Non ait, ualde restitit nobis: sed, uerbis nostris, id ẽ, euangelicæ prædicationi, quod multo grauius: quia non hominibus restitit, sed euangelio dei. Nec ait, reddat ei dominus secundum opera eius, sed reddet, q̃d uerbũ pronũciantis est, nõ imp̃cantis. C

In prima mea defensiõe nemo mihi adfuit, sed oẽs me dereliquerũt, nõ illis imputeẽ. Dñs autem mihi astitit & confortauit me, ut per me p̃dicatio impleretur, & audirent oẽs gentes, & liberatus sum de ore leonis, liberabit me dñs ab omni opere malo, & saluum faciet in regnum suum cæleste, cui gloria in secula seculorum, Amen.

¶Multoties, inquit, ducꝰ sum ante Neronẽ pro defensiõe fidei, sed *in prima mea defensione*, i. qñ ante tyrannum illum prima uice defendi euangelium, *nemo*, i. nullus ex discipulis meis *adfuit mihi*, ut me adiuuaret eorã Nerone ad defendendũ dogma Chr̃ianorum, *sed omnes me dereliquerunt* metu supplicioꝝ, *non illis imputetur* hoc a deo, sed ignoscatur. Non orabat pro Alexãdro, qui inuidentia fraternitatẽ oppugnando peccauerat: p̃ his autem qui non abruperant amorem sed timore succubuerunt, orat ut eis ignoscatur. Multum enim interest, cũ post agnitionem dei p̃ gratiam dñi nr̃i Iesu Christi quisquam oppugnat fraternitatẽ, D & aduersus ipsam gr̃am quã reconciliatus est deo, sicut intelligitur Alexander fuisse, inuidentiæ facibus agitur, & cum quisã fratre amorem non alienauit, sed officia fraternitati debita per aliquã infirmitatem animi non exhibet, sicut nunc discipuli timore Paulum deseruerũt in prima defensiõe, uel ipsi apostoli Christum in passione, quem tñ nõ destituerũt amare, proptera nõ orat pro Alexandro, qui gratiæ dei ingratus existens, ipsam gratiã impugnando, & charitatem fraternam p̃sequendo peccabat ad mortem: quia Iohannes dicit, Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis, sed pro his qui non malitia, sed timore ab eo recesserunt, orat: quia idem Iohannes ait, Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei uita peccanti nõ ad mortem. Oñes (inquit) me dereliquerunt, sed *dominus astitit mihi* derelicto ab hominibus, consolãdo me per internam aspirationem suam & loquendo p̃ os meum, & mitigando furorem tyranni *& confortauit me*, id est, constantem me fecit, ut nõ cessarem à doctrina ueritatis, sed rationibus tyrannũ potenter superarem, ut me dimitteret, *ut per me impleretur* euãgelica *prædicatio & audirẽt* oẽs *gentes* nõ solum in Italia, sed & usq; in Hispaniã. Et ita per dominũ qui mihi affuit, *liberatꝰ sum de ore leonis*, i. à rabie leonis qui me deuorare uoluit, id est, à rabie Neronis, ne me mox interficeret. Et adhuc *liberabit me dñs ab omni opere malo*, ut nullis tormẽtis possim compelli ad perpetrationem mali operis: & sic martyrio consummatũ *saluum faciet me*, perducẽs *in regnum suum cæleste*, *cui* dño pro his omnibus sit *gloria in secula seculorum*, id est, in æterna secula, *Amen*. Eusebius in historia Ecclesiastica scri-

A bit: Festus à Nerone in Iudæam missus est succedere Felici, apud quem dicta causa, Paulus cũ Luca & Aristarcho, quẽ concapriuũ appellat, uinctus Romam mittitur. Vbi biennio positus, uerbum dei prædicabat, nemine prohibente. Quem tamẽ assuisse ibi & defendisse se apud Neronem, & rursum profectũ esse ad prædicationis officiũ, sermo cõfirmat, & post hæc denuo rediisse ad supradictã urbem, ubi & martyrio consummatus est: & tũc in uinculis positus, scdam ad Timotheũ scribit epistolam, in qua & de prima sua defensione, & de præsenti simul indicat passione ita: In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed oẽs me dereliquerunt, non illis imputeẽ. Dñs autem mihi astitit, & confortauit me, ut p̃ me prædicatio impleretur, & audirent oẽs gentes, & liberatus sum de ore leonis: manifestissime per hæc designãs, quia primo quidem ut per ipsum cœpta prędicatio cõpleretur, liberatus est de ore leonis, Neronem scilicet in leone pro crudelitate significans. Præuidens autem in spiritu cõsummationem suam, adiecit: Liberabit me dñs ab omi opere malo, & saluum faciet in regnum suum cæleste: significans p̃
B hæc quod esset confestim martyrio coronandus. Non igitur eo tempore quo Pauli actus in urbe Roma conscripsit Lucas, martyrio perfectus est Paulus, potuit enim fieri, ut inimicus adhuc leniorꝰ esset Nero, & defensionẽ Pauli pro nostro dogmate non aspernanter acciperet. Beda quoq; in nouissimo uersu Actuum apostolorum, quo dicitur quia Paulus biennio docebat sine prohibitione, subiecit: Non solum Romæ prohibitus non est, sed necdũ Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historiæ, dimissus est ut euangelium Christi in occi-
Rom. 15 dentis quoq; partibus prædicaret, sicut & ipse Romanis ait: Nunc igitur proficiscar Ierusalem ministrare sanctis, & paulo post: Hoc igitur cum consummauero, proficiscar per uos in Hispaniam. Postea uero, id est, ultimo Neronis anno, retentꝰ ab eo, martyrio coronatus est. Quod utrũq; in secunda ad Timotheum epistola, qui passurus de uinculis dictat, exponit: In prima, inquiens, mea defensione &c. usq;, de ore leonis, manifestissime p̃pter crudelitatem Neronis leonem esse significans. Et in cõsequẽtibus, & saluabit me & saluum faciet in regnum suum cæleste, quod scilicet præsens sibi sentiret imminere martyrium.

Saluta Priscillã & Aquilã, & Onesiphori domũ, Erastꝰ remãsit Corinthi. Trophimum aũt reliqui infirmũ Mileti. Festina ante hyemẽ uenire. Salutant te Eubulus & Pudẽs & Linus, & Claudia & omnes fratres. Dñs Iesus Chr̃us cum spiritu tuo. Gratia uobiscũ, Amẽ.

¶*Saluta* (inquit) *Priscillam & Aquilam* amicos meos, apud quos frequenter hospitari cõsueui. Priscilla & Aquila uxor & maritus erant, & tñ Priscilla sæpe nominatur prior. Vñ patet q̃ ipsa uiæ suæ meritis optimis præcesserit, licet uterq; apud deũ magni meriti fuerit. Salutat *& Onesiphori domum*, q̃ mihi tantam exhibuit humanitatem. Quod si de Erasto scire uolueris ubi sit, ipse *remansit Corinthi*. *Trophimum reliqui* ægrotãtem *Mileti*, qui postea factus est Arelatensium episcopus. Dixi ut cito ad me uenias, & nunc dico ut *ante hyemem uenire* festines, ne rem difficultas hyemis retardet, quia forsitan me in corpore nõ inuenires. Romæ uero morantes *te salutant Eubulus & Pudens & Linus*. (Iste Linus fuit primus Romanæ sedis episcopus) *& Claudia*, neq; solum isti te salutant, sed *& omnes fratres*. *Dominus Iesus Christus sit cum spiritu tuo*, ut per præsentiam deitatis suæ custodiat mentis tuæ cogitationes, & bonam uoluntatẽ tuam ad omne bonum opꝰ admittat. Et *gratia* eiusdẽ domini sit *nobiscũ*, ut eius auxilio mala cauere & bona facere ualeatis, tam tu quam subditi. C

PRAEFATIO IN EPISTOLAM AD TITUM.

Titum apud Cretenses episcopũ reliquerat Apostolus, ut uniuersam Cretam regeret & doceret, ideo nũc per epistolam instruit eũ, quales episcopos debeat ordinare, & qualiter falsos prædicatores repellere, qui legales cerimonias uolebãt inducere. Docet eñ qualiter unũquenq; debeat admonere, & instruit de spiritali conuersatione, scribens ei à Nicopoli, quæ sita est in Actiaco littore. D

EPISTOLAE PAVLI PRIMAE ad Titum. Cap. I.

Paulus seruus dei, apostolus autẽ Iesu Chr̃i, secundũ fidem electorum dei & agnitionẽ ueritatis, quę secundũ pietatẽ est, in spe uitæ æternæ, quam promisit qui nõ mentit deus, ante tẽpora secularia, manifestauit autem temporibus suis uerbum suũ in prædicatiõe: quæ credita est mihi secundum præceptum saluatoris nostri dei, Tito dilecto filio secundum cõmunem fidem, gratia & pax a deo patre & Christo Iesu saluatore nostro.

¶*Paulus seruus dei* scribit Tito, nõ tñ seruus ea seruitute q̃ est ex seruili timore, sed illa potius, q̃ fit ex amore & casto timore: Seruus dei est, qui peccati seruus non est, Ois eñ qui facit pcm̃, seruus ẽ pcti. Ioan. 8. &, Nemo põt duob9 dñis seruire. Paulus igitur q̃ Matt. 6. peccati seruus nõ erat, recte dei seruus est dictus. Deus autẽ hoc loco pater intelligitur, uel etiã tota trinitas. Paulus est quidem seruus dei, sed *apostolus Iesu Christi*, id est, legatꝰ & princeps mediatoris. Nam cꝰ dicitur, apostolus Iesu Christi, tale est ac si diceretur, prælectus prætorij Augusti Cæsaris, magister exercitus Tiberij imperatoris. Vt enim iudices seculi huius, quo nobiliores esse uideant-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tur, ex regibus quibus seruiunt, & ex dignitate q̄ intumescunt, uocabula sorciuntur: ita & Apostolus grandem inter Christianos sibi uendicans dignitatem, apostolum se Chīi titulo prænotauit, ut ex ipsa nois autoritate lecturos terreret, indicans omes qui in Chīm crederent, debere sibi esse subiectos, apostolꝰ (inquit) sum *scḋm fidem electorū dei*, id est, non dissentio in apostolatu meo à fide illoꝝ qui sunt à deo non tm̄ uocati, sed electi, apostolus inquam, sum scḋm fidem electoꝝ dei, & secundū fidē q̄ habet *agnitionem ueritatis*. Nā saluator ad iudæos qui in eum crediderant, est loquutus. Si permāseritis in uerbo meo, cognoscetis ueritatem. Hi ergo fidem habebant, sed agnitionē
Ioh. 8. ueritatis consequuti non fuerant. Agnitionem dico ueritatis *quæ scḋm pietatem est*; id est, scḋm piam religionem, quia est & aliqua ueritas, quæ nō habet pietatem: uelut si quis grammaticam artē nouerit uel dialecticam, ut rationem recte loquēdi habeat, & inter falsa & uera dꝰiudicet. Sed agnitio ueritatis scḋm pietatem, est nosse legem, intelligere prophetas, euangelio credere, apostolos non ignorare. Et hæc ueritas, cuius agnitio scḋm pietatem est, *in spem uitæ æternæ* posita est, quia statim ei q̄ se cognouerit, spem tribuit immortalitatis. Quā
B *promisit ante tempora secularia deus qui non mentitur*. Qūo promisit, cum hoībus utiq; promiserit, qui nōdum erant ante tempora secularia, nisi quia in eius ꝛternitate atq; in eius ☧bo sibi cœterno, iam prædestinatione fixum erat, q̄ suo tempore futurum erat, uel cui promisit nisi sapientiæ suæ, promittens oēs qui in illam crediturі essent, habituros esse uitam æternā? Et promisit ante tempora secularia, uel scḋm aliam trāslationem, ante tem-
Gene. 1. pora æterna. Ex quo iuxta hīstoriā Geneseos, factus est mundus, & p uices noctium & dieꝝ, mensium pariter & annoꝝ, tempora constituta sunt, in hoc curriculo & tota labunt̄ secularia tēpora, quæ cum seculo cœperunt; & ante hæc. i. anteq̄ mūdus cœpisset, promisit uitam æternam electis, quos nouerat futuros. Sed ante hæc mundi tempora æternitatē quandam temporꝝ fuisse credendum est, quæ uocatur æuum, quia nō uariabatur mutationibus. Nam inter æuum & tempus hoc distat, quod æuum quidem stabile est, tempus uero mutabile. Et ante æterna tempora, id est, ante æuum promisit deus interminabilem uitam electis suis. Nam sicut legimus, omnis sapientia à domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. In hac ergo sapientia quæ cum illo est ante æuum, id est, ante ꝛterna tempora, promisit ipse electis uitam ante æterna tempora. Promisit qui non mentitur, non quia posset mentiri, & nolit in falsitatis uerba prorumpere: sed quia qui pater sit ueritatis, nullum in se mendacium habeat, & qa nunquā mentiri potest, ideo sine ambiguitate credamus uera esse q̄ promisit: & tales nos studeamus præparare, ut digni simus ea percipere. Promisit quidem ante secularia uel æterna tempora uitam æternam, sed *temporibus suis*, id est, congruis *manifestauit* eam scilicet *uerbum suum in prædicatione*.

Vitam quam promisit, manifestauit uerbum suum. Ergo uitam quam promisit, ipsa est uerbum C
quod in principio erat apud patrem, & deus erat uerbum, & uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, dixit q̄: Ego sum resurrectio & uita. Ego Iohan. 11.
sum uia, ueritas & uita. Hanc uitam & hoc uerbū manifestauit Deus mundo temporibus congruis in p̄dicatione euāgelij, *quæ credita est mihi*, ut eam fideliter annunciarem gentibus, *secundum præceptum saluatoris nostri Dei*, qui nos esse saluos esse uoluit, implendo q̄ promiserat. Paulus qui taliter est apostolus, & tante salutis annunciator, scribit *Tito dilecto*, id est, cæteris meliori & germano *filio*. Sermo quippe & sapientia & doctrina, qua Titus Christi ecclesias instruebat, efficiebat eum egregium Apostoli filium, nō secūdum carnem, sed *secundum fidem* illi & Apostolo *communem*, uel omnibus qui recte credunt communē, quæ græce dicitur catholica: quia sicut unū baptisma est, sic & una fides. Ab hac communi, id est, catholica fide separati sunt hæretici, qui in uarios errores declinauerunt. Titus uero non secundum priuatam sectam quorumlibet talium, sed secundum communem fidem omnium electorum filius est Apostoli, quia recte docet catholicam ueritatem, quam ab Apostolo didicit. Cui Tito sit *gratia* spiritus sancti, quæ conseceret omnia opera sacerdotalis officij eius, *& pax*, quæ eum repressis hostibꝰ D
& uitijs requiescere faciat, semperiq; cum Deo & sanctis angelis concordem permanere, & hoc a *deo patre & filio eius Christo Iesu saluatore nostro*.

Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea q̄ desunt corrigas, & cōstituas p ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Si qs sine crimine est, unius uxoris uir, filios habēs fideles, nō in accusatione luxuriæ aut non subditos. Oportet em̄ episcopū sine crimine esse, sicut dei dispensatorē, non superbū, non iracundum, nō uinolentū, non pcussorē, non turpis lucri cupidū: sed hospitalē, benignum, sobriū, iustū, castum, scḋm̄, continentem, & amplectentē eum qui secūdum doctrinā est, fidelem sermonē, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere.

¶ Postquam dura Cretensium corda Paulus ad Christi fidem mollierat, & tam sermone q̄ signis edomuerat eos non iā in louem, sed in Christum credere, reliquit Titum discipulum suū Cretæ, ut rudimenta nascentis ecclesiæ confirmaret: & si quid uideretur deesse, corrigeret, ipse pergens ad alias nationes, ut & in eis fundamentum Christi poneret. Et hoc est quod dicit: *Gratia*, id est, causa *huius rei reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas*. Cū enim dicit, ut ea quæ desunt corrigas, oīno dit nec-

A dum eos ad plenam uenisse scientiam ueritatis: & licet ab Apostolo correcti fuissent, tamen adhuc indigere correctione. Omne enim quod corrigitur, imperfectum est. Vt ea (inquit) quæ desunt corrigas, id est, ut ea quæ à me correcta sunt, & necdum ad plenā ueri lineam sunt reducta, ā te corrigantur, & normam æqualitatis recipiant. & quia solus non sufficeres hoc facere, *constituas per ciuitates presbyteros*, id est, episcopos. *sicut & ego tibi dispositi*, id est, tales, quales tibi designaui, non quales forte animus carnaliter uoluerit, aut homines tibi persuaserint. Vt constituas (inquit) presbyteros, & post pauca subiungit quod oporteat episcopum sine crimine esse, ostendens quia idem est presbyter qui episcopus. Nam
1. Cor. 1. antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi presbyterorum consilio gubernabantur ecclesiæ. Post quam uero unusquisq; eos quos baptizauerat, putabat suos esse, non Christi, in toto orPhilipp. 1. be decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis cura ecclesiæ pertineret, & schismatum semina tollerentur. Nam & alibi scriptum est: Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Chīo Iesu qui sunt Philippis, cum episcopis & diaconibus. Philippi, una est urbs Macedoniæ, & certe in una ciuitate plures episcopi esse non poterant.
Actu. 20. Sed quia eosdem episcopos illo in tempore, quos presB byteros appellabant, propterea indifferenter de episcopis quasi de presbyteris loquutus ē. Et in Actibus apostolorum ad unius ecclesiæ sacerdotes ait: Attendite uobis & cuncto gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos. Hæc idcirco diximus, ut ostenderemus apud ueteres eosdem fuisse presbyteros quos episcopos: paulatim uero, ut dissensionum plantaria euellerentur, ad uniam offnem solicitudinem esse delatam. Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiæ consuetudine ei qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos, ita episcopi nouerint se magis consuetudine quām dispositionis dominicæ ueritate presbyteris esse maiores, & in communi debere ecclesiam regere imitantes Moysen, qui cum haberet in potestate solus præesse populo Israel, septuaginta elegit, cum quibus populum iudicaret. Videamus igitur qualis
Tit. 1. presbyter uel episcopus ordinandus sit. Constituas (inquit) p ciuitates presbyteros, sicut & ego tibi disposui. *Si quis sine crimine est*, illum subaudi constituas. Non ut eo tempore quo ordinandus est, sine ullo crimine sit, & præteritas maculas nona conuersatione deleuerit, sed ut ex eo tempore quo in Christum renatus est, nulla crimis conscientia mordeatur. Crimen autem est graue peccatum, accusatione & damnatione dignissimum. Et prima libertas est carere criminibus. Multi quippe fideles sunt sine crimine, sine peccato autem nullus est in hac uita. Et ideo Apostolus designans quis sit ordinandus, non ait: Si quis sine peccato est. hoc enim si diceret, omnis homo reprobaret, nullus ordinaretur, sed ait, si quis sine crimine est, sicuti ē homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium & cætera huiusmodi. Cum ea homo non habet, debet autem omnis Christianus homo non habere, incipit caput erigere in libertatē. Et idcirco qui ordinatur, careat oīni cri-

mine, ut libera fronte possit aliorum crīmina redarguere, & nemo ualeat illi sua obijcere. Et sit *unius uxoris uir*, C
quam habuerit, non habeat. Multi superstitiosius magis quàm uerius, etiam eos q̄ cum gentiles fuerint, & unam uxorem habuerint, qua amissa, post baptismum Christi alteram duxerint, putant in sacerdotium non eligendos: cum utique si hoc obseruandum sit, illi magis ab episcopatu arceri debeant, qui uagam per meretrices prius exercentes libidinem, unam regenerati uxorem acceperint: & multo detestabilius sit, fornicatum esse cum pluribus, quàm unam uxorem habuisse. Hæc Hieronymus. Augustinus autem ait: Vnius uxoris uirum acutius intellexerunt, qui nec eum, q̄ catechumenus uel paganus habuerit alteram, ordinandum esse censuerunt. De sacramento nidilicet agitur, non de peccato. Nam in baptismo dimittuntur. Propter sacramenti autem sanctitatem, sicut fœmina (etiam si catechumena) nitiata, non potest post baptismum inter dei uirgines consecrari, ita non absurde uisum est, eum qui excessit uxorum numerum singularem, non peccatum aliquod cōmisisse, sed normam quandam sacramenti amisisse, non ad uitæ bonæ mgritum, sed D
ad ordinationis ecclesiasticæ signaculum necessariam.
Ac per hoc, sicut plures antiquorum patrum uxores, significauerunt futuras ex omnibus gentibus ecclesias uni uiro subditas Christo: ita noster antistes unius uxoris uir, significat ex oībus gentibus unitatem, uni uiro subditam Christo. Sit etiam *filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos*, hoc est, non in patris potestate. Ponamus enim aliquem bene instituisse liberos suos, & à puna ætate semper dominicis eruditse præceptis, ut si postea se luxuriæ dederint, & superantibus uitijs, libidini frena remiserint, nūquid culpa eorum in patrem redundabit, & sanctitatem patris filiorum nequitia maculabit? Nam & Isaac credēdus est bene instruxisse filium suum Esau, qui tamen post fornicarius & profanus extitit. Samuel quoq; filios habuit, qui declinauerunt post auaritiam, & propter munera peruerterunt iu- Gene. 25
dicium. Ergo si tunc electio fieret sacerdotum, & Isaac 26. 27.
propter Esau, & Samuel propter filios suos indigni sa- 1. Reg. 8
cerdotio putarentur. Sed sciendum quia tam sanctum est nomen sacerdotij, ut nobis etiam ea quæ extra nos sunt posita, reputentur, non quo propter uitia nostra episcopi non fiamus, sed quo propter filiorum incontinentiam ab hoc gradu arguendi sumus. Qua enim libertate alienos filios corripere & docere possumus quę recta sunt, cum nobis statim possit, qui fuerit correptus, ingerere, Ante doce filios tuos? aut qua fronte extraneum corripio fornicantem, cum mihi conscientia meaipsa respondeat, exhæreda ergo filium fornicantē, abijce filios tuos uitijs seruientes? Cum autem nequam filius in una tecum domo maneat, tu audes de alterius oculo festucam detrahere, in tuo trabem non uidens? Non itaque iustus polluitur ex uitijs filiorum, sed libertas ab Apostolo ecclesię principi reseruatur, ut talis fiat, a non timeat propter uitia liberorum extraneos reprehēdere. Vnde & considerandum aduersus eos q̄ de episcopatu intumescunt, quia non statim omnibus his meliores sunt, quicunque episcopi non fuerint ordinati, cum nōnulli idcirco ad sacerdotium non peruenerint, quia eos liberorum uitia im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pedierint. Si autem peccata filiorum ab episcopa
A tu iustum prohibent, quanto magis se unusquis-
que considerans, debet retrahere ab hoc non tam
honore quàm onere, & non ambire alienum lo-
cum, quem magis digni debent occupare? Solent
& per filios opera designari, ut ille intelligatur de
bere ordinari, qui in propria potestate habet ope
ra sua, ut nulla subrepentium uitiorum labe si-
nat ea maculari. Ideo (inquit) dixi ut ordinetur, si
quis sine crimine est, quia *oportet episcopum esse sine crimine, sicut dispensatorem dei*, qui est sine peccato, ut
domini sui puritatem in aliquo imitetur, quoni-
am non sua sunt quæ præstat, sed Dei qui dis-
pensat. Et oportet eum esse *non superbum*, id est, nō
cumētem uel placentem sibi quod episcopus sit,
sed quasi bonum uillicum, id requirentem quod
pluribus prosit. oportet esse & *non iracundum*. Ira-
cundus est, qui semper irascitur, & ad leuem re-
sponsionis auram quasi à uento folium mouetur.
Et reuera nihil est fœdius præceptore furioso, ut
B cum debeat esse mansuetus, patiens & sapiens,
coruo uultu & trementibus labijs, rugata fronte,
effrenatis conuicijs, facie inter pallorem & rubo
rem uariata, clamore perstrepat: & errantes non
tam ad bonum retrahat, quàm ad malum sua sæ
uitia præcipitet. Neque uero qui aliquando irasci
tur, iracundus est, sed qui crebro hac passione su
peratur. Oportet & *non uinolentum esse*. Quale em
est, episcopum uidere uinolentum, ut sensu occu-
pato uel exaltet risum contra grauitatis deco-
rem, uel labijs dissolutis cachinnet, uel paululum
tristis quasi cuiusdam rei fuerit recordatus, inter
pocula in singultus prorumpat, & lachrymas seu
quid aliud amentius faciat? Vbicunque saturi-
tas & ebrietas fuerint, ibi libido dominatur.
Specta uentrem & genitalia. nam iuxta ordinem
membrorum est & ordo uitiorum. De hinc ad-
dit, *non percussorem* oporteret esse sacerdotē. Quod
quidem & simpliciter intellectum, ædificat au-
dientem, ne facile manum porrigat ad cæden-
dum, ne in os alteriuss uerberandum insanus e-
rumpat. Melius est autem, ut non percussorem il
lum dicamus, qui mansuetus & patiēs, scit in tem
pore quid loquendum sit, quid tacendum, nec ser
mone inutili conscientiam percutit infirmorum.
Nō enim Apostolus ecclesiæ principem formās,
uetat esse pugilem, & corporeis ictibus alios cor
poraliter lædentem, quod etiam in plebeio &
quocunque gentili si fuerit, reprehēditur. sed hec,
ut diximus, ne contumelioſus & garrulus perdat
eum, quem potuit modestia & lenitate corrige-
re. Oportet etiam hūc esse *non turpis lucri cupidum*,
ut non cupiat aggregare pecuniam: sed habens ui
ctum atque uestitum, his contentus sit. Hucus-
que, qualis non debeat esse episcopus uel presby
ter, Apostoli sermo descripsit: & nunc econtra-
rio, qualem oporteat eū esse, oñdit. *Sed hospitalem*,
inquit, *benignum*, *sobrium*, *iustum*, *castum*, *sanctum*,
continentem, *& amplectentem*, & cæter. Ante om-
nia hospitalitas futuro episcopo denunciatur. Si C
enim omnis homo audire desiderat, Hospes fui *Mat. 25.*
& suscepistis me, quanto magis episcopus, cuius
domus omnium cōmune esse debet hospitium?
Laicus em̄ uel duos aut paucos recipiens, imple-
uit hospitalitatis officiū: episcopus uero nisi om-
nes receperit, inhumanus est. Sit etiam benignus
ut benigne diligat omnes: & quicquid bonipo-
test tam corporaliter quam spiritaliter impen-
dat. Sit & sobrius, ut corporalis ebrietas longe
sit ab eo, nec sensum eius mundana cupiditas, uel *1. Cor. 7*
ira, seu quodlibet aliud uitium inebriet, sed acuto
sensu drjudicet omnia, sicut uir spiritalis. Iustus
quoq; sit, ut iustitiam in populis quibus præest ex
erceat, reddens unicuiq; quod meretur, nec acci-
piat personam in iudicio. Inter laici autem & epi- *1 Cor. 6*
scopi iustitiā hoc interest, quod laicus potest ap-
parere iustus in paucis: episcopus uero in tot de-
bet exercere iustitiam, quot subditos habet. Sit
etiam castus. Si enim laicis imperatur ut propter
orationem abstineant ab uxorum coitu, quid de
episcopo sentiendum est, qui pro suis populiq; D
peccatis illibatas deo oblaturus ē uictimas? Quo-
modo igitur hospitalitas & benignitas atque iu-
stitia præcipua esse debet in episcopo, & inter
cunctos laicos eminens, sic & castitas propria &
(ut ita dixerim) pudicitia sacerdotalis, ut non so-
lum ab opere immundo se abstineat, sed etiam
à iactu oculi & cogitationis errore, mens confe-
ctura CHRISTI corpus, sit libera. Vnde & addi
tur, ut sit sanctus. Sanctitas enim, quantum se-
cundum nos, est dicenda ab omni inquinatione
libera & perfectissima & incontaminatissima pu
ritas. Sit etiam continens non solum ab uxoris
amplexu, sed ab omnibus animi perturbationi
bus, ne ad iracundiam concitetur, ne illum tri
stitia deijciat, ne terror agitet, ne lætitia immode
rata subtollat. Continentia enim non solum in
carnis opere & in animi concupiscentia, sed in
omnibus rebus est necessaria, ne honores indebi-
tos appetamus, ne accendamur auaritia, ne ulla
passione superemur. Ad extremum sit ample-
ctens *eum qui secundum doctrinam est*, *fidelem sermo-
nem*, ut quomodo sermo dei fidelis est & omni ac
ceptione dignus, sic & ille talem se præbeat, ut
omne quod loquitur, fide dignum existimetur,
& uerba ipsius sint regula ueritatis, ac desiderio
charitatis amplectat huiusmodi sermonem, quo
possint audientes doceri, *ut potens sit in doctrina sana
exhortari* eos ad bene agendum. Sana doctrina di
cit ad distinctionē languidæ infirmæq; doctrinæ.
potens sit *& arguere eos qui contradicunt*. i. hæreticos
uel iudæos & seculi istius sapientes, siue etiam ma
los catholicos, qui moribus contradicunt, id est,
non loquendo, sed male uiuendo. Nam præcipiē
illis ut non fornicentur, & fornicantur: præcipiē
illis ut non rapiant, & rapiunt: sicq; cætera mala à
quibus prohibentur, faciunt: & ita non lingua, sed
uita semper doctrinæ sanctæ contradicunt. Supe

A riora quidem quæ in episcopi uirtutibus posuit,
ad uitam pertinent: hoc uero quod ait, ut potens
sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradi
cunt arguere, ad opus prædicationis refert. Quia
si episcopi tantum sancta sit uita, sibi potest pro-
desse sic uiuens: porro si doctrina & sermone fue-
rit eruditus, potest cæteros quoque instruere, nec
solum suos instruere, sed aduersarios repercute-
re: qui nisi refutati fuerint atque conuicti, facile
quæruntur simplicium corda peruertere. Hic lo-
cus aduersus eos facit, q inertiæ se & ocio ac som-
no dantes, putant peccatum esse si scripturas lege
rint, uel negligunt eas legere: & eos qui in lege do-
mini meditant die ac nocte, quasi garrulos inuti-
lesq; contemnunt, non animaduertentes Aposto-
lum post catalogum conuersationis episcopi, etiā
Vsal 1 doctrinam similiter præcepisse.

Sunt enim multi & inobedientes, ua
niloqui & seductores, maxime autem
qui de circumcisione sunt, quos opor-
tet redargui, qui uniuersas domos sub
uertunt, docentes quæ nō oportet, tur
pis lucri gratia. Dixit quidam ex illis
B proprius eorum propheta: Cretenses
semper mendaces, malæ bestiæ, uētres
pigri. Testimoniū hoc uerum est. Quā
ob causam increpa illos dure, ut sani
sint in fide, non intendentes Iudaicis
fabulis, & mandatis hominum auer-
santium se a ueritate.

¶Ideo qui ordinatur episcopus, debet esse po
tens arguere eos qui contradicūt: quia *sunt multi*,
latam uiam quæ ducit ad perditionem, ambulan
tes, & diuinis mandatis *inobedientes*. Qui ergo fu-
turus est ecclesiæ princeps, habeat eloquentiam
cum uitæ integritate sociatam, ne opera absque
sermone sint tacita, uel dicta factis deficientibus
erubescant, maxime quia sunt non pauci, sed mul
ti: nec acquiescentes, sed inobedientes. *uaniloqui*, id
est, uanas sectas prædicantes, *& seductores*, id est,
alios à ueritate in errorem post se trahentes, sed illi
maxime, sic agunt, *qui sunt de circumcisione*, id est, qui
ex iudæis ad baptismum uenerunt, nec carnales
obseruantias legis deseruerunt, hi tunc temporis
nascentem Christi ecclesiam subuertere nitebān-
tur & introducere legalia præcepta. Nam sine scri
pturæ autoritate garrulitas eorum non haberet
fidem, ubi uiderentur peruersam doctrinam su-
am diuinis testimonijs roborare, *quos oportet re-
dargui*, id est, tales homines doctores ecclesiæ de-
bent ratione scripturarum superare, & silentium
illis imponere pondere testimoniorum. *qui non
unam uel paucas domos*, sed *uniuersas* cū dominis
familijsq; *subuertunt*, id est, à statu fidei subruunt *do-
centes ea quæ non oportet* ob gratiam *turpis lucri*, id C
est, quasi sub specie consulendi, agēte negocium
decipiendi, propter pecuniæ quæstum docent
ea quæ non oportet, id est, ciborum differentias,
& ocium sabbati iamdudum aboliti, atque cir-
cuncisionis iniuriam. & utinam zelo fidei talia
docerent. ex parte enim aliqua posset eis ignosci
atque dici quod æmulationem dei haberent, sed
non secundum scientiam. Sed quia uenter est de-
us ipsorum, turpis lucri gratia uolunt proprios
facere discipulos, ut quasi magistri à sectatoribus
alantur siue pecunias accipiant. Possumus & ali- *Rom. 16*
ter intelligere turpe lucrum, quia omnes hæreti-
ci dum peruersa docent, lucratores hominum se
solent asserere, cum non lucrum sit, sed perditio,
animas interficere deceptorum. Econtra qui er-
rantem fratrem suum iuxta euangelium corripue
rit, si fuerit ille conuersus, lucratus est eum. Quod
enim maius uel preciosius lucrum esse potest, quā
si humanam animam quis lucretur? Omnis igit
doctor ecclesiæ, qui ad Christū fidem, recta uatio-
ne persuadet, honestus lucrator est. Et omnis hæ- D
reticus qui fraudulentis sermonibus homines fal
lit, loquitur quæ non oportet turpis lucri gratia.
Sequitur: Dixit quidam ex illis & cæt. Quoniam
ad textum sermonis & continentiam loci perti-
net hoc, quod ait, Dixit quidam ex illis proprius *Matt. 18*
eorum propheta, uidetur ad eos referri, de quibus
præmissum est, Maxime qui de circūcisione sunt,
quos oportet redargui, qui uniuersas domos sub
uertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri
gratia: ut sequatur, dixit quidam ex illis propri-
us eorum propheta, Cretenses semper menda-
ces &c. Sed quia in nullo prophetarum qui apud
Iudæam uaticinati sunt, hic hexameter uersus re
peritur, κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία γαστέρες ἀργαί, refera
tur (si placet) ad superiora, ubi dictum est, Reli-
qui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas: ut sequa
tur, dixit quidam ex illis proprius eorum prophe
ta, id est, Cretensium. Quia uero multa in medio
sunt, & hoc absurdum fortasse uidetur, ideo cū
his superioribus quæ minora sunt, aliter aptan-
dum est, ut legamus: Sunt enim multi & inobe-
dientes, uaniloqui & seductores, maxime autem
qui de circumcisione sunt; quos, scilicet multos &
inobedientes, uaniloquos & seductores, cum his
qui de circumcisione sunt, oportet redargui, qui
uniuersas domos subuertunt, docentes quæ non
oportet turpis lucri gratia. *Dixit quidam ex illis pro-
prius eorum propheta*, *Cretenses semper mendaces*, ut id
quod dictum est, proprius eorum propheta, non
specialiter ad Iudæos & eos qui de circumcisione
sunt, referatur: sed ad multos & inobedientes, ua
niloquos & seductores: qui utique quia in Creta
erant, Cretenses fuisse credēdi sunt. Qui quod ua-
niloqui sunt, quidam proprius eorum propheta
sic prænunciauit, Cretenses semper mendaces. Et
quod sint seductores atque domos subuertant,
ita subnexuit, *malæ bestiæ*. Et quod temporalis lu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A cri gratia doceant ea quæ non oportet, ita subiecit, *uentres pigri*. Mendaces quippe sunt & malæ bestiæ: & uentres pigri, quia falsa persuadent, & ferarum ritu sanguinem sitiunt deceptorũ, & nõ cum silentio operantes suũ panem manducãt, q̃rum deus uenter ẽ & gloria in confusione ipsorũ. Dicit aũt iste uersus in Epimenidis Cretensis poetæ oraculis reperiri, quem nunc Apostolus siue alludens prophetã uocãt, quod scilicet tales Christiani tales merẽtur habere prophetas, quomodo prophetas Baal & quoscunq; ociosos prophetas scriptura cõmemorat: siue uere, quia de oraculis scripserat atq; responsis, quæ & ipsa futura prænũciẽt, & ea quæ futura sunt, multo añ prædicant. Deniq; tempore illo extabat oraculorum titulo, prænotatus liber quidam Epimenidis: quem, qã uidebatur diuinum aliquid repromittere, propter ea Apostolũ arbitror inspexisse, ut uideret quid in eo promitteretur, & in tẽpore usum uersiculo scribentem ad Titũ, quia erat Cretæ, ut falsos doctores Cretensiũ proprio insulæ suæ autore contereret. Non tñ totum opus Epimenidis, quod de oraculis scripserat, per unum uersiculũ confirmauit: sed Cretenses tantũ mendaces uitio mẽtis increpauit ob ingenitam mentiendi facilitatem, de propriæ gentis eos autore confutans. Nam nemo est tam sicarius, tam parricida, tam ueneficus, qui non aliquid boni aliquando fecerit. Ergo si unum bonum illius uidentes laudauerimus, necesse erit ut & cætera quæ male agit, laudemus? absit, & si inimicus aduersum nos iurgitet & clamitet, nonne inter uerba simultatis & rixæ aliquid loquitur ueritatis, quod & à nobis quoq; aduersum quos loquitur, non usquequaq; reprehenditur? Sic & Epimenides non ideo uera dixit omĩa, quæ in carminibus eius continent, quia cæterę res fallaces sunt, sed in eo tantũmodo uerũ loquutus esse probat, quia ingeniti Cretensium mendacij uitiũ expressit, & eos malas: bestias pro crudelitate, & uentres pigros pro comessatiõe & ociositate uocauit. Vnde Apostolus cõsiderate & circunspecte loquẽs, adiunxit: *Testimonium hoc uerum est*. Non totum carmẽ, de quo testimonium sumptum ẽ, non uniuersum opus, sed tantũ hoc testimonium, hic uersiculus. Nam qui in una tantũ poematis parte consensit, cætera cõfutasse credendus est. Verum ẽ (inqt) testimonium hoc, quia tales sunt Cretenses, quales illos esse testatur, licet non oẽs. *Quam ob causam*. i. quia tales sunt, *increpa illos* nõ molliter, ut soles, sed *dure*. i. dura eorũ corda penetret increpatio dura, *ut sani sint in fide*. i. ut mens eorũ non infirmetur in fide, sed conualescat & omnem languorẽ perfidiæ procul repellat à sua fide. Sani, inquam) sint in fidei puritate, quæ nullo tabescit languore perfidiæ, *non intendentes iudaicis fabulis*, quas magistri iudæorũ sine autoritate scripturarũ, & sine ulla assertione rationis docent, *& mandatis* non dei, sed *hominum*, id ẽ, iudæorũ, humana tantum & carnalia sapientiũ, *auersantium se a ueritate* spiritalis intelligentiæ. Si quis post aduentum Christi concidit, non circuncidit, sed iudaicis seruit fabulis, & mandatis

Philip. 3. Epimenides.

Iere. 2, 23

B

C

Roma. 2.

1. Cor. 5.

Colos. 3.

Colos. 2.

hominum auersantiũ se à ueritate. Non em̃ qui in manifesto Iudæus ẽ, neq; quæ in manifesto in carne circuncisio, sed qui in occulto iudæus est. & circuncisio cordis in spũ, non litera. Si quis pascha agit, nõ in azymis syncerit atis & ueritatis, ut exterminet ex anima sua omne uetus fermentũ malitiæ & nequitiæ, iste attendit fabulis & sequit umbras ueritate neglecta. Si quis nõ resurgens cum Christo, nec quærẽs ea quæ sursum sunt, sed quæ super terram sunt, dicit, ne tetigeritis neq; gustaueritis, neq; attrectaueritis, quæ sunt omnia in interitu ipso usu secundum præceptа & doctrinas hominum, iste fabulis ẽ intentus, & obseruat mandata hominum umbram tenẽtium & ueritati terga uertentium. Vnde & subdit.

Oia munda mundis, coinquinatis aũt & infidelibus nihil ẽ mundũ, sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia. Confitentur se nosse deũ, factis aũt negant, cum sint abominati & increduli, & ad omne opus bonum reprobi.

¶Quia superius dixerat, sunt enim multi & inobediẽtes, uaniloqui & seductores, maxime qui de circuncisione sunt, & de his qui ab eis seducti fuerant, consequẽter addiderat, increpa illos dure ut sani sint in fide, non intendentes iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantiũ se à ueritate, & putabant inẽ cibos esse distantiã, ut aliqui mũdi & aliq essent immũdi, propterea nunc subiungit: *Omnia munda mundis*. i. omnia ciborum genera secundum naturam sunt munda, & apud illos nihil habent immunditiæ, qui in Christum credũt, & sciunt omnem creaturã dei bonam esse, & nihil abijciendum quod cũ gratiarũ actiõe percipit. Mundis quidem munda sunt omnia, sed *coinquinatis*, id ẽ, carnaliter legem intelligẽtibus *& infidelibus*, id est, tempus gratiæ à legis tempore non discernentibus, *nihil* cibor̃ *est mundum*: quia & his quę respuunt, & his quæ sumunt, nõ sancte nec iuste utuntur: *sed inquinatæ sunt* fœtore infidelitatis *eorũ* es. i. ratio *eorum & conscientia*, id ẽ, cordis arcanũ. Propterea etiã quæ munda sunt per naturam, eis immunda fiunt, quia pro qualitate uescẽtium & mũdum mundis, & immundum contaminatis fit. In nobis itaq; est uel munda comedere uel immunda. Si enim mundi sumus, munda nobis est creatura. Si autem immundi & infideles, fiunt nobis uniuersa immunda, uel propter inhabitantem in mente nostra hæresim, uel propter conscientiam delictorum. Nihil est talibus mundum, qui tantũ uoce *confitentur se nosse deum*, sed *factis negant* eum, *cum sint abominati*, id ẽ, ab humanitate destituti bestialiter uiuendo, *& increduli*, id ẽ, indigni quibus debeat credi, quia toties sunt in mendacio deprehensi. Hi, quorum polluta est mens & conscientia, deũ uerbis profitent, factis aũt negãt, iuxta illud Isaiæ, Populus hic labijs me honorat, cor eorũ longe est à me. Quomodo em̃ quis labijsho

D

A norat & corde recedit, ita sermone deũ quis confitens, operibus negat. Talis quisq; merito dicitur abominatus. i. nulla ueritatis ratiõe persuasus: & incredibilis. i. nolens credere diuinis præceptis, ut eis obediat: & ad omne opus bonum reprobus, q̃ scilicet etiã ea q̃ naturali bonitate superatus forte bona fecerit, non sint bona, dum mentis peruersitate sunt reproba. Tales em̃ aut praua sunt quæ faciunt, aut recta opera non recto corde sectantur, non em̃ de suis operibus retributiões perpetuas, sed trãsitorios fauores quærunt, uel hæretico sensu q̃ operanť faciunt. Aestimant quidã in eo tantum negari deum, si in persecutiõe quis à gentilibus comprehẽsus, se negauerit esse Christianum. Ecce Apostolus omnibus factis quæ peruersa sunt, deum asserit denegari. Deus charitas ẽ, & podium negat charitas. Christus sapientia ẽ, iustitia, ueritas, sanctitas, fortitudo, & his similia: per insipientiam negatur sapientia, per iniquitatem iustitia, p mendacium ueritas, per turpitudinem sanctitas, p imbecillitatem animi fortitudo. Et quotiescũq; uincimur uitijs atq; peccatis, toties deũ negamus: B sicut ecõtrario quoties boni quid agimus, toties deum confitemur. Nec arbitrandum est, in die iudicij illos tantum à dei filio denegãdos, q̃ in martyrio Christum negauerunt, sed per omnia opera & sermones atq; cogitationes, Christus denegatus negat, uel confessus confitetur.

1. Ioh. 2.

CAPVT II.

TV aũt loquere quæ decẽt sanã doctrinam. Senes ut sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patiẽtia. Anus similiẽ in habitu sancto, nõ criminatrices, non multo uino seruientes, bene docentes, ut prudentiã doceant adulescentulas, ut uiros suos amẽt, filios suos diligãt: prudẽtes, castas, sobrias, domus curã habẽtes, benignas, subditas uiris suis, ut nõ blasphemet uerbũ dei. Iuuenes similiter exhortare, ut sobrij sint in omnibus. Teipsum pbe exemplũ bonorũ operũ in doctrina, in integritate, in castitate, in grauitate, uerbũ sanũ, irrephensibile, ut is q ex aduerso ẽ, uereat, nihil habens malũ dicere de nobis. Seruos dñis suis subditos esse in omnibus, placẽtes, nõ cõtradicentes, non fraudãtes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, ut doctrinam saluatoris nr̃i dei ornent in omnibus.

Ephe. 6. Colos. 3. 1. Pet. 2.

¶Illi docent (ut supradictum ẽ) quæ nõ oportet, sed tu loquere ea quæ decet ut loquaris, id ẽ, sanã doctrinam, quæ nullũ erroris aut uitiorum in se languorem habeat, sicut hæreticorũ uel philosophorũ doctrina: quæ dum ab alijs uitijs retrahit, C sæpe ad alia impellit: Sola em̃ Christiana doctrina ab omi languore uitiorũ & errorũ sanat. Generaliter Apostolus Tito præceperat, quid ipse deberet loqui ad cunctos, in eo quod ait, *Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam*, & nunc per singulas species quid unãquanq; ætatẽ deceat, exponit. Primũ senibus uiris conuenientia demõstrat, deinde anus quid deceat, tertio quæ adolescentibus apta sint, tam maioribus q̃ fœminis, licet in p̃cepto mulierum uetulæ de adolescentibus fœminis mandata subiecerit, ut non tã ipse doceret adolescentulas, q̃ quid à uetulis docerent, exponeret, extremo de seruis præcipit. Et per singulas ætates atq; conditiones sic decenter præcepta cõstituit, ut sermo eius uitæ morumq; sit regula. Loquere, inquit, ea quæ decet ut tu loquaris, qui doctor ecclesiæ Christi cõstitutus es, uidelicet *ut senes sint sobrij*. i. in cibo & potu tẽperati, ut ætatis grauitas morũ grauitatẽ habeat, & modũ seruare sciat, & sint *pudici*, ne in ultima ætate luxurient, ne iã frigido ad libidinẽ sanguine, exemplo sint adolescentibus ad ruinã, & sint *prudentes* in respuẽdis uel cauendis malis, & eligendis atq; faciẽdis bonis, ut cũ solerti discretiõe faciant oia. sint etiã *sani in fide*, D ut nullo infidelitatis uel perfidiæ languore infirmẽt, sed sint ualẽtes in fide, sicut iustus q ex fide uiuit, & sicut Abraam q nõ infirmatus ẽ fide, nec in repromissione hæsitauit diffidentia, sed cõfortatus ẽ fide, dans gloriã deo, plenissime sciens quæcunque promisit, potens ẽ & facere. & sint sani *in dilectione*. Sanus est in dilectione, qui deum diligit ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mẽte, & proximum tanquam seipsum. Qui sanus est in dilectione, non æmulatur, non inflatur, non agit perperam, nõ inhoneste, non ad iracundiam concitat, non cogitat malũ, non gaudet super iniquitate; congaudet aũt ueritati, oia sustinet, omnia credit, omnia sperat, omnia præstolatur. Languor autem dilectionis est, quando abundante iniquitate refrigescit charitas. Hoc frigore charitatis & Amnon in sorore sua Thamar obriguit. Timendum ergo, ne forte & nos hac infirmitate charitatis aliquãdo tabescamus. Nonnunquam em̃ euenit, ut primum à nobis in uirginem aut in quamlibet fœminam sit sancta dilectio, & cum mollita mens fuerit in affectus, paulatim sanitas charitatis languore pallescat & infirmari incipiat, & diligentem ad extremam mortem ferat. Vnde Timotheo caute præcepit Apostolus, ut exhortet adolescentulas in omni castitate. Omnis enim castitas in carne & spiritu & anima est, ne scandalizetur oculus, ne in pulchritudine uultus fœminei pendeamus, ne blande nos audire uerba delectet, ne ad singulos sermones mens prius dura marcescat. Caueant ergo non solum iuuenes, sed & senes, ne per sanitatem dilectionis introeat morbus charitatis: & per amorem sanctum fiat non sancta dilectio, quæ illos pertrahat ad gehennã. Sine

Haba. 2. Roma. 1. Heb. 10. Roma. 4. Deut. 6. 1. Cor. 13 Mat. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sani *in patientia*, ut nullo languore impatientiæ
A uel murmurationis infirmentur, cum pertulerint
aduersa: sed glorientur in tribulationib9, & omẽ
gaudium existiment cum in tribulationes uarias
inciderint, *Anus similiter* doce. Quamuis apostol9
Petrus moneat, ut uiri uxoribus suis tanquã infir
miori uasculo honorẽ tribuant, non tñ arbitran
dum est, quod uxor q̃ corporis uasculum habet
infirmum, statim & anima infirmior sit. Vñ & nũc
præcipitur eis ut in ipsis q̃q; illud Apostoli com
pleat, Virtus in infirmitate perficit, & dicitur ut
& omnia habeant, quæ senibus uiris sunt præce
1 Cor. 12 pta communiter, in eo scilicet q̃ ait, ang similiter,
hoc est, ita ut uiri senes, in oĩbus sobriæ sint & pu
dicæ atq; prudentes & sanæ in fide & dilectiõe &
patientia. Et pro sexu suo hoc habeãt proprium,
ut sint *in habitu sancto*, ut ipse quoq; earum habitus
& uestitus & incessus atq; motus & uultus ac ser
mõ & silentium, quandam sacri decoris præferãt
dignitatem. Et quia hoc genus mulierculariũ so
let esse garrulum, ideo subdit, *non* sint *criminatrices*,
id ẽ, de alijs male loquentes, ne ipsæ quæ ado
lescentiam iam transgressæ sunt, de adolescen
tularum ætatibus disputẽt, & dicant, illa sic ornat,
illa sic comit, sic procedit, amat illũ, amat ab il
B lo, cum & si hæc uera sint, non tam apud cæteros
debent infamare, quam ipsam secrete Christi cha
ritate corripere: & magis docere ne faciat quàm
in publico accusare quod fecerit. Solent autẽ hæ
ætates, q̃a corporis frixere luxuria, licet quædã
nec pudice fiant, uino se dare pro libidine. Vnde
à nimio potu uini prohibentur, quia quod in ado
lescentibus libido, hoc in senibus ebrietas est. &
expresse dicitur, *non uino multo seruientes*. Seruitus
enim quædam est & extrema conditio, uino sen
sus hominis occupari, & suum non esse, sed uini.
Quia igitur docuit quales primo anus esse debe
rent, & post illa quæ cum senibus uiris habent
communia, & propria eorum exposuit, ut in ha
bitu honesto & sancto sint, nec aliarum crimina
trices nec uino proprios sensus occupantes, nunc
consequenter doctrinæ eis frena permittit, ut cũ
tales fuerint, docendi habeant libertatem, ut scili
cet sint *bene docentes*, id est, ea quæ bona sunt, *ut do
ceant prudentiam*, id est, discretionem boni & mali,
ut bonum fiat & malum caueat. Et hanc prudẽ
tiam doceant *adolescentulas*. licet enim alio loco di
xerit, docere autem mulieribus non permitto, sic
intelligendum est, ut in uiris sit illis doctrina sub
lata. Cæterum adolescẽtulas doceant quasi filias
1. Tim. 2 suas, *ut ament uiros suos*, & *diligãt filios suos*. Quæ do
ctrina est amare uiros, cũ hoc non in eloquio do
centis, sed in corde animantis sit constitutũ? Vult
ergo eas amare uiros suos caste, uult inter uirum
& mulierem esse pudicam dilectionẽ, ut cum pu
dore & uerecundia & quasi necessitate sexus red
dat potius debitum uiro, quàm ipsa exigat ab eo,
& operam liberorum ante oculos dei & angelo
rum ppetrare se credat. Filios autem ita diligũt, si
eos in dei disciplina erudiant. Cæterum nolie eos
contristare docendo quæ bona sunt, & libertatẽ
tribuere peccandi, nõ est amare filios, sed odisse.
Doceant & uetulæ iuuenculas esse *prudentes*, ut li C
cet corpore sint adolescentes, mente tamen q̃ pru
dentiæ acumen sint bene callẽtes, & doceant eas
esse *castas*, quia aduersus castitatem magis in ætа
te florenti pugnat inimicus, & uirtus eius omnis
contra fœminas in umbilico uentris est, & *sobrias*,
ne per immoderatam potationem magis incale
scant ad libidinem. & *habentes curam domus*, & dili
genter omnia procurent quæ sunt in domo: & be
nignas, id est, mites & clementes: quia poterat eue
nire ut diligentia domus austeritate regeretur, &
per hoc Apostoli præceptum seuerior matrona
fieret in seruulos, ideo copulauit benignas, ut tũc
se crederet mariti domum bene regere, si hoc be
nignitate impetraret à seruulis, non terrore. Doce
ant eas & *subditas* esse *uiris suis*, ne forte diuitijs & Gene. 3
nobilitate tumẽtes, dei sentẽciæ nõ meminerint,
per quã subiectæ sunt uiris. ait enim mulieri: Sub
uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. In quo
consideranda est scripturæ sanctæ prudentia, q̃a
non uiro dominus ait, Dominaberis uxoris tuæ,
sed ipsi mulieri dixit, quia uir dominabitur tui,
ut illi præmium relinqueret obsequelæ, dum in
potestate eius est, si dei uelit obediere præcepto, D
ut seruiat uiro & subdita sit marito, ut scilicet quo
dammodo esset libera seruitus & dilectionis ple
na, ideo seruiens uiro, quia metuit eum offende
re. Cum uero caput mulieris uir sit, caput autem
uiri Christus, quæcunque uxor non subditur ui
ro, id est, capiti suo, eiusdem criminis rea est, cu
ius & uir, si non subijciatur Christo capiti suo, id
eo sint subditæ uiris, *ut non* propter eas *blasphemе
tur uerbum dei*. Verbum enim dei blasphematur, Epist.
uel dum contemnitur & pro nihilo ducitur pri
ma dei sententia, uel dum infamatur Christi euan
gelium: quia contra legem fidemque naturæ est,
si ea quæ Christiana est & ex dei lege subiecta ui
ro, imperare ei desiderat, cum & gẽtiles fœminæ
uiris suis seruiant cum communi lege naturæ. *Iuue
nes similter exhortare*. Sicut in eo quod supra præ
ceperat, dicens, habitu sancto similitudinem anu
um diximus ad senes esse referendam, ita nunc in
eo quod dicit, iuuenes similiter exhortare, simili
tudinem iuuenum ad anus, & per anus ad senes
arbitramur aptandam, ut senum habeant sobrie
tatem, & sint pudici ut illi, atque prudentes & sa
ni in fide & dilectione & patientia, annuum autẽ
sanctitatem habeãt, neque criminatores sint, nec
uino multo seruientes, sed bene docentes. Pro
prium autem habeant, *ut sint in omnibus sobrij*: id ẽ,
modum tenẽtes & nullam superfluitatem sectan
tes, sicut sæpe consueuerunt iuuenes. Vel secun
dum alios codices, pudici sint in oĩbus, tam sci
licet mente quàm corpore, tam opere quàm co
gitatione, ut nulla sit in adolescente suspicio tur
pitudinis. Hæc sicut hactenus digesta sunt, doce:
& ut doctrina tua sit efficax, *præbe teipsum exemplũ
bonorum operum*, id est, ita uiue, ut sis omnibus for
ma bene uiuendi, & qui te uiderint, legant in ope
ribus tuis uelut in libro quid agere debeant. Ni

A hil enim prodest, aliquem exercitatũ esse in dicẽ
cendo & ad loquendũ triuisse linguam, nisi plus
doceat exemplo doctrinæ q̃ uerbo. Deniq; si quis
impudicus ẽ, quamuis disertus sit, ad castitatẽ au
dientes cohortet? sermo eius est infirmus ac auto
ritatem non habet cohortandi: sicut e contrario,
quamuis sit rusticanus & tardus ad loquendũ, si
castus fuerit, exemplo suo homines potest ad uirę
similitudinem impellere. Præbe (inquit) teipsum
exemplũ *in doctrina*, ut alij exemplo tuo quæ re
cta sunt doceant: & *in integritate*, ut integritas ani
mi tui nec amore laudis hominum corrumpat,
nec acceptione pecuniæ, nec qualibet alia re, si
militerq; cæteri exemplo tuo seruent incorruptã
mentis integritatem. Et *in castitate*, ut alij exemplo
tuo castitatẽ custodiãt. Vel in integritate inteme
rati corporis, ut & alij exemplo tuo uirginitatis
integritatẽ perpetuo seruent, & in castitate cæte
ri qui uirgines non sunt, ut uel post amissionẽ in
tegritatis, seruent munditiã castitatis. Ex hoc Ti
tum æstimo, priusquam carnis opere occupare
tur, euangelio credentem accepisse baptisma, &
B uirginẽ permansisse: & ideo nunc ab Apostolo, ut
in integritate formã sui præbeat, cõmoneri. Quã
quidem integritatem in Timotheo nõ uidemus.
1 Tim. 4. Nam cum ei diceret, Nemo adolescentiam tuam
contemnat, sed exemplum esto fidelium in uer
bo, in conuersatiõe, in charitate, in fide, in castita
te, de integritate tacuit, & tantum posuit castita
tem. Castitas aũt & in cælibatu absque uirginita
tis integritate põt intelligi. & *in grauitate* sis exem
plum cæteris, ut grauitas maturitatis in sermone,
in incessu tuo atq; in moribus semper tuis appa
reat. & *uerbum* tuũ præbe *sanum*, *irreprehensibile*, ut
sermo tuæ prædicationis uel etiã cõmunis loquu
tionis, nec ullum habeat in se languorem uitioꝝ,
nec possit ab aliquo reprehendi. Non quo ullus tã
tæ facundiæ & prudentiæ sit, ut à nemine reprehẽ
datur, reprehenduntur eñ apostoli & euangeli
stæ ab hæreticis & gẽtilibus, sed quo nihil dignũ
reprehensione dicat uel faciat, licet aduersarij sint
ad reprehendendum parati. Vel secundum alios
codices, uerbo sano & irreprehensibili præbe te
exemplũ fidelibus, & hoc ita fac, *ut is qui ex aduer
so est* i. quilibet infidelis ac liuidus, *uereatur* in nos
dentem injicere, *nihil habens malum dicere de nobis*. i.
nihil mali inueniens quod de nobis dicat, id ẽ, ut
tæ & doctrinæ nostræ sanitate perterritus, nõ au
deat nos accusare: hoc ẽ, nihil uerisimile in accusa
tione confingere. & reuera usq; hodie quidam in
nonnullis ecclesijs, quanq; rarius inueniant, tan
tæ sunt grauitatis & continentiæ, ut & ab aduer
sarijs habeant testimoniũ. Nemo enim ẽ tam im
moderatæ impudentiæ, ut solis radios possit aecu
sare tenebrosos, & clarũ lumẽ caligine noctis ob
fundere. Potest is qui ex aduerso ẽ, & diabolus in
telligi, q̃ ẽ accusator fratrũ nostroꝝ, ut in Apoca
lypsi Ioannis legimus. Qui cũ inuenerit nihil ma
li quod obijciat nobis, erubescet criminator, &
non poterit criminari. Diabolus eñ criminator,
interpretat. *Seruos* etiam doce *dominis suis subditos*
esse, ne in occasione spiritualis libertatis quam
in Christo consecuti sunt, eriganť contra carnales C
dños suos, sed humilię eis subijciantur *in omnibus*.
Quoniam saluator qui ait, Venite ad me oĩes q̃ Matt. 12.
laboratis & oneratiestis, & ego reficiam uos, nul
lam conditionem uel ætatem aut sexum à beati
tudinis accessu repellit, ideo nunc Apostolus eius
& seruis præcepta constituit, scilicet ut parti eccle
siæ membrisq; Christi: & quomodo superius q̃d
Titus senes & anus & adulescentulas ac iuuenes
docere deberet, exposuit, ita nunc quæ præcepta
seruis tradit, ostẽdit. Primum, ut subditi sint dñis
suis in omnibus, in his uidelicet quæ non sunt cõ
traria, ut si carnalis dñs ea iubet quæ nõ sunt deo
contraria, subijciat seruus domino: si autẽ cõtra
ria p̃cipit, magis obediat spiritus q̃ corporis dño.
& sint *placentes*, qui ex Græco significat ut compla Actuũ. 4
ceant sibi, ne uidelicet sup conditiõe sua uideat eis
delinquat sententia. Sed quomodo pauper iuxta Locus ob
mensuram suam saluari potest, & mulier in sexus scurus.
infirmitate à regno dei nõ excludit, & oĩs condi D
tio secundũ ordinẽ suum beatitudinẽ adipisci po
test, ita & serui cõplaceant sibi quod serui sunt, et
non idcirco putent se deo seruire nõ posse, quia
subiecti sunt hominib9: sed in eo placere se credãt
uoluntati dei, si & dñis suis subditi fuerint in om
nibus, & complacuerint sibi in conditione sua. Et
non sint *contradicentes* mandatis dominoꝝ suoꝝ,
quia solet esse maximum seruorum uitium domi
nis contradicere, & cum aliquid iusserint, mussi
tare. Sed à Christianis seruis auferenda est huius
modi passio. Si eñ quæ dominus imperat, neces Locus ob
se habet seruus implere. cur hic ipsum cum bona seurus.
faciat uoluntate, sed & dominũ offendat & tan
tum faciat quod iubet? Neq; sint *fraudantes*, quia &
hoc uitium solet esse seruoꝝ, ut dominis suis frau
des faciãt, furando res eoꝝ & infideliter illis serui
endo. Non sint ergo fraudantes. i. fraudulenter ex
rebus dominoꝝ aliqua minuentes, *sed in omnibus
fidem bonam ostendentes*, ut appareat eos fideliter in
omnibus agere. Et hoc ideo, *ut doctrinam saluatoris
nostri dei ornent in omnibus*. Si eñ apud carnales do
minos in minimo infideles fuerint, incipiẽt eis apud
deum maiora committi. Ornat autem doctrinam
dei, qui ea quæ conditioni suæ apta sunt facit: edi
uerso confundit eam, qui non ẽ subiectus homi
nibus, cui conditio sua displicet. qui cõtradictor
atq; fraudator in nullo fidẽ bonã ostendit. Quo
modo enim potest fidelis esse in substantia dei, id
est, in doctrina eius, qui carnali domino fidem ex
hibere non potuit? uel hoc quod additur, ut do
ctrinam dei ornent in oĩbus, non solum ad ser
uos referendum ẽ, sed & ad oĩs superius nomina
tos, ab eo loco ubi dictum est, senes ut sobrij sint:
quatenus scilicet ut senes & anus & adolescentu
læ & iuuenes, atq; serui, ornent quasi margaritis
operibus bonis doctrinam dei nostri.

Apparuit eñ gratia dei saluatoris no
stri omnibus hoĩbus, erudiens uos, ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

A abnegãtes impietatẽ & ſecularia deſide
ria, ſobrie & iuſte & pie uiuam9 in hoc
ſeculo, expectantes beatã ſpẽ & aduen
tum gloriæ magni dei & ſaluatoris nr̃i
Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum ꝓ no
bis, ut nos redimeret ab oĩ iniquitate,
& mundaret ſibi populum acceptabilẽ,
ſectatorem bonorum operum.

¶ Poſt catalogum doctrinæ ad Titum, ubi de
ſcripſerat, quid ſenes, quid anus, quid adoleſcentu
las, quid iuuenes, quid ad extremũ ſeruos admo
nere deberet, recte nunc addit quia *apparuit* uel il
luxit *gratia dei ſaluatoris omnibus hominibus*. Non eſt
enim aliqua differẽtia liberi & ſerui, græci & bar
bari, circũciſi & præputiũ habentis, uiri & mulie
ris: ſed cũcti in Chriſto unum ſum9, uniuerſi ad re
gnum dei uocamur, oĩes poſt offenſam patri no
ſtro reconciliandi ſum9, nõ per merita noſtra, ſed
per gratiam ſaluatoris, uel quod dei patris uiuens
& ſubſiſtẽs gratia ipſe ſit Chriſtus, uel quod Chri
ſti dei ſaluatoris hæc ſit gratia, & non noſtro me
B rito ſaluati ſumus, ſecundum quod alibi dictum
eum, Pro nihilo ſaluos facies illos. Ideo ſerui bĩ
uiuendo debent ornare doctrinã dei, quia gratia
dei, per quã doctrina poſſit impleri, apparuit om
nibus hominibus. Et cum omnib9, utique ſeruis.
Vel ideo debes oĩs ætatis & ſexus & conditionis
homines ad bene uiuendum monere, quia gratia
dei ſaluatoris, id ẽ, gratis dat9 nobis filius patris,
humanum genus ſaluare uolentis, apparuit per fi
dem omnibus hominibus, ſenibus & iuuenibus,
maribꝰ & fœminis, liberis & ſeruis, nullumque
à ſua cognitione excluſit. Vel gratia dei ſaluato
ris, i. gr̃a dñi Ieſu Chriſti, genus humanum gratis
per baptiſmũ ſaluare cupientis, apparuit p illumi
nationem euangelij omnib9 hominib9, nullum
excipientis, nullum qui cordis oculos aperire ue
lit, præteriens. Gratia dico *erudiens nos*, i. ex rudib9
prouectos faciens, & perfecte inſtruẽs nos, ut ab
negem9 impietatẽ, i. infidelitatem paganoꝝ, & p
fidiam hæreticoꝝ, & ſecularia deſideria, id eſt, cu
piditates uoluptatum huius ſeculi, quæ decipiũt
multos catholicoꝝ. Impietas enim eſt, ubi fidei
pietas non eſt: ſecularia uero deſideria ſunt, quæ
à mundi iſtius principe ſuggerũtur: & cum ſint ſe
culi, cũ ſeculi huius nube pertranſeunt. Qui impi
us antea fuit, ſi cõuerſus ad Chrm factus eſt pius,
iſte impietatem abnegauit. Si luxurioſus quiſque
ad continentiam uitam mutauit, abnegauit ſecu
li deſideria. Si auar9 quiſq; ambire iã deſijt, & lar
giri didicit propria, qui aliena rapiebat, abnega
uit deſideria ſeculi. Nam qui eſuriunt & ſitiunt
iuſtitiam, qui gaudia patriæ cæleſtis appetunt, iſti
Matt. 5. uidelicet illecebroſa deſideria præſentis ſeculi q̃
aſſequebãtur, iam abnegauerunt, *abnegantes* ergo
impietatem & ſecularia deſideria, utuamus in hoc ſeculo
tam fragili, *ſobrie & iuſte* contra ſeculi deſideria, &
pie cõtra impietatẽ. Sobrie aũt, quantũ ad nos, &
iuſte erga proximum, & pie erga deum. Sobrie, i. C
temperanter uiuam9, ut modũ ſeruem9 & à uitijs
nos abſtineam9: & iuſte, ut opera iuſtitiæ ꝓ obſer
uantiam mandatoꝝ dei faciamus: & pie, ut in fi
dei pietate perſeuerem9, ſiue piũ cor erga cõpaſſi
onem afflictiõis proximoꝝ habeam9. nos dico,
expectantes pro his *beatam ſpem* ſupnæ retributiõis
.i. expectantes beatitudinẽ quam pro bonis ſpe
ramus. Hanc abſtinentiã in tẽpore præſentis uitæ
uelut in quadrageſima debem9 oĩs obſeruare. Je
iunium enim magnũ & gñale eſt, abſtinere ab er
roribꝰ & illicitis ſeculi uoluptatibus, ut abnegan
tes impietatem & ſecularia deſideria, ſobrie & iu
ſte & pie uiuam9 in hoc ſeculo. Huic ieiunio ſub
nectit merces dum ait, ſimus expectantes beatam
ſpem. In hõc igit̃ ſeculo quaſi quadrageſimã abſti
nẽtiæ celebram9, cum ab impietate & illicitis uo
luptatibꝰ abſtinemus, & bene uiuimus. Sed quia
hic abſtinentia ſine mercede non erit, expectam9
illam ſpem beatitudinis. Nõ ergo in præſenti ui
ta retributionẽ q̃ramus, ſed toto corde ſimus ex
pectantes beatam ſpem æternæ remunerationis, *Matt. 25*
& aduentũ gloriæ magni dei. qñ ueniet in nubibꝰ cũ
uirtute magna & gloria, & cognoſcet̃ magn9 de
us, qui in primo aduentu uiſus eſt paruus homo.
Expectem9 aduentum huius magni dei *& ſaluato
ris noſtri Ieſu Chriſti*, quia q magnus deus reprobis D
ſentietur, nobis ſaluator eſſe dignabitur. Eſt & or
do ſenſuũ. Expectem9 aduentũ gloriæ Ieſu Chri
ſti magni dei & ſaluatoris noſtri. Quem ideirco
debemus expectare & ſalutem ab eo ſperare, q̃a
nõ aliud preciũ *dedit pro nobis*, q tenebamur à dia
bolo capti, ſed *ſemetipſum* qui tantus eſt, *ut* precio
ſo ſanguine *nos redimeret*, quia eius eram9. Nã alie
na dicimur emere, noſtra uero redimere. Redime
ret nos *ab omni iniquitate*, ut nulla iam iniquitas no
bis dñaretur, i. nullum pctm̃, ſicut Ioãnes ait, Om 1. Ioha. 3
nis qui facit peccatum, & iniquitatẽ facit, & pctm̃
eſt iniquitas. *& mundaret ſibi populũ*. i. ut non ſolum
à iugo diaboli & iniquitatis nos redimeret, ſed &
mundaret nos, abluendo ſordes peccatorum no
ſtrorum in baptiſmo, & ſic faceret nos populum
ſibi *acceptabilem* uel (ſicut in græco habetur) pecu
liarẽ, populum dico, *ſectatorem* ſiue ut græcus ha
bet, æmulatorem *bonorum operum*. Redemit ergo
nos ſanguine ſuo, ut ſibi Chriſtianum populum
peculiarem & acceptum faceret, & horum ſecta
tor eſſet, ut in his perſeueraret.

Hæc loquere, & exhortare, & argue
cum oĩ imperio. Nemo te contẽnat.

¶ Hæc quæ dicta ſunt de apparitione gr̃æ &
abnegatione impietatis, & quod dñs ſeipſum de
dit redemptionem pro nobis, ut nos liberaret ab
iniquitate, & mũdaret ſibi populum peculiarem,
ſectatorem bonorũ operũ, *loquere* ignorantibꝰ, &
exhortare ſcientes, ut ita uiuant, *& argue*, id eſt, con
uince contemptores uel reſiſtentes. Et hæc age cũ
omni imperio, id eſt, cum imperioſa autoritate. Im
perij nomine non dominationem potẽtiæ, ſed au
ctoritatem ſuadet uitæ. Cum imperio quippe do

A cetur, quod prius agit̃ q̃ dicatur. Nam doctrinæ
fiduciam ſubtrahit, qñ conſcientia præpedit lin
guam. Non ergo ei poteſtatem claræ loquutiõis,
ſed fiduciã inſinuat bonæ actionis. Vñ & de dño
ſcriptum eſt: Erat enim docẽs ſicut poteſtatem ha
Matt. 7. bens, & non ſicut ſcribæ & phariſæi. Singulariter
nanq; ac principaliter ſolus ex poteſtate bona lo
quutus eſt, quia ex infirmitate mala nulla commi
ſit. Ex diuinitate quippe potentiam habuit id, q̃d
nobis ꝓ humanitatis ſuę innocẽtiam miniſtrauit.
Ob hoc & iubetur Titus & loqui, & exhortari, &
arguere cum omni imperio, quia ualde mitis erat,
& propter nimiam lenitatem poterat ſermo eius
ineſficax eſſe, niſi p autoritatem imperij feruẽtius
iuberetur. Quod autẽ imperij nomine (ſicut præ
miſimus) autoritas uitæ principaliter deſignetur,
ex eo declarat̃, q̃ protinus addit: *Nemo te contem
Mat. i.* nolo te talem exhibeas, ut merito poſſis ab
aliquo contẽni. Vel nemo te contẽnat, id ẽ, nemo
eorum qui in eccleſia ſunt, te ſegniter agẽte ſic ui
uat, ut ſe putet eẽ meliorẽ, & te deſpiciat uelut in
ferior em. Qualis enim ædificatio erit diſcipuli, ſi
B intelligat magiſtro ſe eẽ maiorẽ? Vñ non ſolum
epiſcopi, presbyteri & diacones debent magno
pere ꝓuidere, ut cunctum populum cui ꝓſident,
cõuerſatione & ſermone ꝓcedant, ſed & inferior
gradus, exorciſtæ, lectores, æditui, & oĩs omnino
qui domui dei ſeruiunt: quia uehemẽter eccleſiã
dei deſtruit, meliores laicos eſſe quàm clericos.

CAPVT III.

ADmone illos principibus & po
teſtatibꝰ ſubditos eſſe, dicto obe
dire, ad omne opus bonũ paratos eſſe,
neminem blaſphemare, non litigioſos
eſſe, ſed modeſtos, omnem oſtẽdentes
manſuetudinem ad omnes homines.

¶ Quia ſuperius dixerat, tantum ſeruos domi
nis ſuis ſubditos eſſe debere, putaret forſitam ali
quis, quod illi qui non eſſent de ſeruili conditio
ne, nemini deberent eſſe ſubditi, & ideo nunc di
cit: *Admone illos*, licet à ſeruili cõditione ſint alieni,
tamen *ſubditos eſſe*. i. ut ſint ſubditi *principibus*, id ẽ,
regibus, quia prima & maxima ſunt populi capi
ta: *& poteſtatibus*, id eſt, ducibus, conſulibus, tribu
nis & ſimilibus, qui poteſtatem ſup alios habent.
Ob hoc etiam fortaſſis iſta iubet, quia Iudæ Gali
læi ꝓ illud tempus adhuc dogma uigebat, & ha
bebat plurimos ſectatores, cuius & in Actib9 apo
ſtoloꝝ fit mentio. Qui inter cætera hoc quaſi pba
bile proferebat ex lege, nullũ debere dñm niſi ſo
lũ deum uocari, & eos qui ad tẽplum decimas de
ferrent, Cæſari tributa non reddere. Quæ hereſis
tm̃ creuerat, ut & Phariſeorum & populi partem
multam conturbaret, ita ut ad dominum quoq;
Matt. 22. noſtrum referret̃ hæc quæſtio, licet tributũ dare
Luce. 20 Cæſari an uon? Quibus ipſe prudẽter cauteq; re
ſpondens, ait: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari,
& quæ ſunt dei deo. Cui reſpõſioni nunc Apoſto
lus congruens, docet principibus & poteſtatibus
credentes debere eſſe ſubiectos, etſi ſint infideles, C
quibus indignum ſe ſubdere iudicabant, & dicto
eorum *obedire*, ne oporteat illos uiolentia cogi. &
quia poterat his qui tormenta formidãt, occaſio
ad negãdum dari, dum iuxta Apoſtoli præcepta
aſſererent ſe principibus & poteſtatibus eſſe ſub
iectos & facere quod iuberent, propterea ſubiun
xit, *ad omne opus bonum paratos eſſe* Si bonũ eſt (in
quit) quod iubet imperator aut prẽſes, paratus ſit
obedire iubenti. Si uero malum eſt & contra De
um, quod præcipit, reſponde ei, q̃a obedire opor
tet Deo magis quàm hominibus. Hoc ipſum &
de ſeruis intelligamus apud dominos, & de uxo
ribus apud uiros, & filijs apud parentes, ſiue carna
les, ſiue ſpirituales, quod in illis tantum eis debe
ant ſubijci, quæ contra Dei mandata non fuerint. *Actu. 5.*
Poteſt & ita diſtingui, dicto obedire ad opus bo
num, ac deinde alius ſenſus ſit, paratos eſſe. Para
tos autem eſſe ut omnia quæcunq; euenire poſ
ſunt, ſibi in animo præfigurẽ: & cum acciderint,
nihil quaſi nouum ſuſtineant, ſed præparati ſint
ad omnia. Admone illos *neminem blaſphemare*,
quia plebs ſæpe detrahit rectori ſuo, & male lo
quitur de eo. Sed nec fideles peruerſum principẽ
blaſphemare debent, ne premantur & affligantur D
ab illo. Non tamen ſimpliciter accipitur, neminẽ
blaſphemare. Nec̃ ait, neminem hominem blaſ
phemare, ſed abſolute, neminem, id eſt, nõ homi
nem, non angelum, non aliquam creaturam dei.
Omnia quippe à Deo facta ſunt bona ualde, nec
omnino Chriſti diſcipulis conuenit, ut aliquem
blaſphement aut maledicant. *Non litigioſos eſſe, ſed
modeſtos*. Si enim ſumus filij pacis, & uolumus ſu
per nos pacem requieſcere, & acceſſimus ad Ieru
ſalem cæleſtem, quæ ex pace nomẽ accepit, cum
his qui oderunt pacem, habeamus pacẽ: & quan
tum in nobis eſt, cum omnibus hominibus paca
ti ſimus, non ſolum cum modeſtis, ſed & cũ rixo
ſis, quia nulla uirtus eſt ferre manſuetos, locumq;
demus iræ. Non ergo decet Chriſtianos eſſe litigi
oſos, ſed modeſtos, id eſt, temperatos, ne prorum
pentes in iram, blaſphement aliquem, uel inſide
lem compellent canem, uel diaboli filium, nec ali
quid huiuſmodi per iram dicant uel faciant. Et
oſtendentes omnem manſuetudinẽ, ut nõ ſolum in cor
de ſint manſueti, id eſt, mites & tractabiles, ſed &
foris aperte demonſtrẽt omnem manſuetudinẽ
in inceſſu ſuo atq; in uerbis & operibus ſuis. Hanc
oſtendant non ad quoſdam, ſed *ad omnes homines*,
tam bonos quàm malos: ad bonos, ut perficiant,
ad malos, ut reſipiſcant. Non quo uanæ gloriæ de
ſiderio nos eſſe manſuetos omnibus hominibus
oſtendere debeamus, ſed quia dum oĩs ferimur,
& iniuriæ uicem non rependimus, ipſa opera no
ſtra fiant uniuerſis. Poteſt aliquis ob iactantiam
& opinionem uulgi auramq; popularem, ſimula
re apud quoſdam manſuetudinem & fingere bo
nitatem: ſed ubi non eſt uera & germana & ſoli
da mãſuetudo, neſcio an eum eſſe manſuetũ poſ
ſit omnibus perſuaderi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Eramus em̃ aliquãdo & nos insipientes & increduli, errãtes, seruientes desideriis & uoluptatibus uariis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odiẽtes inuicem.

¶Idcirco neminẽ blasphemare debent, neẽ cõtra quenquã litigare, sed modestiã seruare & mansuetudinẽ omnibus ostendere, quia & hi qui nũc puerse uidentur agere, forsitan conuertent̃ à prauitatibus suis, sicut & nos conuersi sumus. Nam *& nos eramus aliquando*, id ẽ, olim seu quando *& insipientes*, i. sapientiam diuinæ cognitiõis non habentes: *& increduli*, i. non credentes quod de deo credẽdum
Isaiæ. 5. ẽ: *& errantes*, i. credẽtes qđ de deo nõ est, putantes lucẽ tenebras, & tenebras lucem, putãtes falsum quod uerũ ẽ, & uerũ quod falsum ẽ. Et eramus *seruientes*, i. obedientes *desideriis* nostris, quia post cõcupiscẽtias nras ibamus, & illicita desideria sequebamur, satisfaciendo illis prout poteramus: *& uoluptatibus uariis* seruiebamus, i. uoluptatibus carnis
B & uoluptatibus gulæ, ac uoluptatibus mollium uestimentorũ & similiũ rerũ. Nos dico, *agentes in malitia*, quantũ ad alios, i. actionẽ malã cõtra alios exercentes: *& in inuidia*, id ẽ, in maleuolentia: quia si malum facere nõ poteramus, maleuoli saltẽ & inuidi, quod poteramus, aliis eramus, malũ eorũ desiderãtes & bonum ipsorũ detestãtes: quia ideo eramus *odibiles*, id ẽ, habiles ad odiendũ, hoc ẽ, digni ut odiremur ab aliis: & *odientes inuicem*, quia & nos odiebamus alios, & alii odiebant nos. Tales non solum fuere gẽtiles ante fidẽ, sed & iudæi nõ credentes post dñi resurrectionẽ, postq̃ uiderunt clamauere, Crucifige, crucifige eũ. &, Non habemus regem nisi Cæsarem. &, Sanguis eius sup
Lucæ. 23 Ioh. 19. Mat. 27. nos & super filios nros. Ex eo tẽpore fuere insipientes, i. sapientiã dei quæ Christus ẽ, non habẽtes: & increduli, id ẽ, nolentes credere Christũ in carne uenisse: & errantes, id ẽ, pro Christo Antichristũ expectãtes, atq; carnalibus desideriis ac uoluptatib9 seruientes, & cætera quæ describunt agẽtes. An non insipiens erat Saulus & incredulus et errans, quãdo æmulationẽ dei habebat, sed nõ secundum scientiã, & persequebat̃ ecclesiã, & lapidantiũ Stephanũ uestimenta seruabat, cum in tã-
Actu. 7. tum odiũ cõtra saluatorẽ instigatus exarserat, ut literas à sacerdotibus acciperet, pergens Damas-
Actu. 9. cũ ad eos qui in Christũ crediderant, uinciẽdos: an æstuantẽ flammã uoluptatũ restinguere potuerat, cum nõ esset templũ deis? Quæ aũt maior põt esse malitia & inuidia, quàm contra absentes epistolas sumere, & ubiq; Christi uastare discipulos, nolle seipsum saluum fieri, & cæteris qui salui esse poterant, inuidere, odisse Christianos, & consequenter ab omnibus odium promereri?

Cum aũt benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri dei, nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundũ suã misericordiã saluos nos fecit, per lauacrũ regeneratiõis & renouationis spũs sancti, quẽ effudit in nos abunde p̃ Iesum Christũ saluatorẽ nostrũ, ut iustificati gr̃a ipsius, hæredes simus secundũ spem uitæ æternæ. C

¶Tales fuimus ante Christi notitiã, quales descripsimus: ideo merueramus damnationem, sed per dei gratiã in Christi cognitiõe reperimus salutẽ. nam saluos nos fecit, *cum apparuit*, i. quãdo illuxit nobis, *benignitas*, id ẽ, largitas exhibitionis misericordiæ, *& humanitas*, i. affectus misericordiæ *dei patris & saluatoris nostri*. benignitatẽ uidelicet uocat exhibitionem operũ diuinæ misericordiæ: humanitatem uero, ipm̃ bonum affectũ eiusdẽ misericordiæ. Et dicit̃ humanitas in deo ad similitudinẽ nr̃i. Nam ille apud nos dicit̃ humanus, q̃ humanitus & misericorditer erga homines afficit: q̃a humanitas ipsa misericordiæ ẽ affectus. Secundũ fidẽ & intellectũ nobis apparuit humanitas & benignitas dei saluatoris, quando cõperimus deũ patrem esse miseratorẽ & misericordẽ. Et tunc saluos nos fecit, q̃ nostris meritis eramus perditiõe digni. Non em̃ *ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos*, processit hæc salus, q̃a nulla opera iustitiæ feceramus, unde salutẽ meruissemus *sed* ipse *secundũ misericordiam suam saluos nos fecit*, non secundũ merita nr̃a nobis hanc salutẽ dedit: *per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti*, i. per baptismũ in quo regenerati & renouati sumus, adueniente in nos spũ sancto, per quẽ data ẽ nobis peccatorũ remissio. Spes quidẽ futuræ salutis, nõ ipsa salus q̃promittit̃, data ẽ nobis in baptismo: & tñ quia certa spes ẽ, tanquã iam data esset, eadem salus saluos (inqt) nos fecit. Alio uidelicet loco dicit, quia spe Roma. 8. salui facti sumus. Nondũ ergo re, sed iam certa spe saluos nos fecit, i. salutẽ æternã corporis & animæ nobis dedit per lauacrũ regeneratiõis & renouationis spiritus sancti, id ẽ, per ablutionem baptismi, in quo sumus à peccatorũ sordibus loti, & iterum post carnalem gnationem spiritualiter generati, ac ueteri homine deposito renouati per spiritũ sanctũ, ut nunc iterũ perciperemus in baptismo nouitatem innocentiæ, quam perceperamus in primo parente priusq̃ peccasset, ac deinceps ambularemus in nouitate uitæ. quem spiritũ sanctum deus pater *effudit in nos*, i. extra effudit in nos, qui adhuc foris à paradiso sumus exules, ut maior eius super nos clementia mõstraret̃. Effudit, uidelicet *abunde*, i. sufficienter ad remissionem omnium peccatorũ & ad dationẽ uirtutum. Vel abunde, id ẽ, abundantem spiritalibus donis suis, & hoc fecit p̃ *Iesum Christum saluatorem nostrum*, id ẽ, per operationẽ Iesu Christi, qui sanguine suo saluos fecit nos à peccatis nr̃is, & saluos adhuc faciet ab omnibus malis. Ad hoc effudit pater in nos, id ẽ, in interiora nostra hunc spiritũ, *ut* iustificaremur per eum, *& iustificati* non nostris meritis, sed *gratia* ipsius patris, uel spiritus sancti, *simus* iam *secundum spem* hæ-
D

A *des uitæ æternæ*, etsi nõdum secundum rem, i. hæreditario iure iam tunc possideamus in spe certa uitam æternam.

Fidelis sermo ẽ. Et de his uolo te confirmare, ut curent bonis operibus præesse q̃ credũt deo. hæc sunt bona & utilia hominibus. Stultas aũt quæstiões & genealogias & contentiones & pugnas legis deuita. sunt enim inutiles & uanę.

¶ *Fidelis est iste sermo* quem præmisi, ut iustificati ipsius gratia, hæredes efficiamur secũdum spem uitę æternæ. Dignus est uidelicet fidei sermo de hæreditate dei & de spe uitæ æternæ. *Et de his uolo te confirmare*, id est, de his supradictis uolo te non dubium esse, sed certum, & ut credant cæteri, confirmare te illos, id est, ut tu confirmes alios de his prædictis, de gratia, de iustificatione, de hæreditate, de spe uitæ æternæ, & his similibus. Vel uolo te confirmare de his, id est, uolo ut confirmando loquaris de his, & uehementer hæc asseras, ita *ut* qui te audierint, credant tibi, & *curent* præesse, id est, studeant aliB os præire *bonis operibus*. Qui uidelicet hæc uera esse crediderint, necesse est ut curam habeant bonorum operum, per quam hæreditas dei & spes uitæ præparat̃ æternæ. Curent bonis operibus præesse alijs, id est, summa cura & maximo studio laborante agere bona opera, unde præbeant alijs exemplum bene operandi. & hæc agere sic studeant *qui credunt deo*, ut fidem operibus adornent, quia *hæc sunt bona*, id est, iusta & sancta, *& sunt utilia*, id est, utilitatem æternæ remunerationis tribuentia *hominibus*. De his (inquam) uolo ut confirmes deo credentes, quia bona sunt & utilia: *stultas autem quæstiones* deuita, quia contra uanæ sunt & inutiles. Stultę quæstiones sunt, ubi euidenter apparet stultitia, sicut in multis hæreticorum interrogationibus, quas de Christo uel de aliis rebus faciunt ad deceptionem catholicorum. sed huiusmodi quæstiones deuita. *& genealogias*, id est, computationes generationum, quas Iudęi faciunt, q̃ in eo se iactant & putant legis habere notitiam, si nomina teneant singulorum, & ab Adam usq; ad extremum Zorobabel, omnium generationes memoriter uelociterque percurrunt, atq; in supputatione annorum & in referẽdis nepotibus, abnepotibus, auis, proauis, atauis, doctores se credunt. *& contentiones* deuita eorum, qui per argumentationes artis dialecticæ non ratione, sed stomacho litigantium
C disputant, in hoc diebus ac noctibus uacantes, ut uel interrogent, uel respondeant, uel dent propositionem, uel accipiant, assumãt, confirment, atq; concludant. Si igitur illi hoc faciunt, quorum proprie ars contentio est, quid debet facere Christianus, nisi omnino fugere contentionem? *& pugnas* quoque *legis deuita*. Frequenter enim accidit ut habeamus pugnas legis, non ob desiderium ueritatis, sed ob iactantiam gloriæ, dum apud eos qui audiunt, docti uolumus æstimari, aut certe ex hoc rumusculo turpia sectamur lucra. Quid enim prodest spumantibus labijs & latratu garrire canum, cum simplex & moderata respõsio possit te placare, si uera est, aut si falsa, leniter à te & placabiliter emendari? Occasione legis oriebantur altercationes, dum alij dicerent à quibusdam cibis abstinendum esse, quoniam sic fuerat in lege præceptum: & alij responderent in euangelio esse concessum, dicente domino, Non quod intrat in os, coinquinat hominem. & aliis contendentibus totam ipsam legem oporMat. 15. tere carnaliter intelligi & seruari, alijs uero respondentibus & dicentibus, non iam carnaliter, sed solummodo spiritaliter eam debere seruari & intelligi. Sed huiusmodi quæstiones & genealogię & contentiones & pugnæ ideo sunt uitandę, quia *sunt inutiles*, id est, nec dicentibus nec audientibus prosunt. *& uanæ*, id ẽ, inanes, quia tantummodo speciem scientiæ habent. D

Hæreticum hoiem post unam & secundam correptionẽ deuita, sciens q̃a subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit cum sit proprio iudicio condemnatus.

¶ Hæresis græce ab electione dicitur, quod unusquisque scilicet id sibi eligat, quod ei melius esse uideatur. Vnde Stoici, Peripatetici, Academici & Epicurei, illius uel illius hæreseos appellabantur. Hæreticus ergo est, qui generalis ecclesiæ doctrinam deserens, errorem sibi peruersi dogmatis eligit, quem specialiter sequatur. Et ideo hæreticus, quia homo est humana tantum sapiens, & de deo secundum humanas rationes disputans. Sed iste debet corripi, & si in errore perduauerit, caueri, sicut & dominus pessimos doctores arbitrio suo dimittendos præcipit, sciens eos difficulter aduertitatem posse trahi: Sinite, inquit, illos, cæci sunt & duces cæcorum. Inde est quod & Apostolus nunc hæreticum iubet uitari. Non solum (inquit) prędictas quæstiones & genealogias caue, sed *& hæreticum hominem deuita post unam & alteram correptionem* uel commonitionem. Quasi dicat: *Si* uides aliquem à fide errantem, cõmone illum rationabiliter, ut catholicam teneat fidem: & si distulit, adhuc seuerius corripe illum de erroris sui prauitate. Nõ uidelicet sufficit tantum semel eum corripi uel commoneri, sed & secunda ẽ ei adhibenda correptio, ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. *Si* bina correptione uel cõmonitione noluerit resipiscere, ulterius tam illum deuita, non habens cum illo participationem aliquam uel 1 Cor. 5 societatem, nec admonens eum: *sciens quia subuersus est*. Deut. 17
Qui uidelicet semel bisq; correptus, audito errore suo, non uult corrigi, errare æstimat corrigentem: & econtrario se ad pugnas & iurgia uerborum parans, cum uult lucrifacere à quo docetur. Qui ergo *huiusmodi est*, id est, tam peruersi erroris & tam prauæ obstinationis, subuersus est, id est, à contemplatione supernorum uersus ad subteriora intuenda, ut terrena semper intueatur, & nil nisi terrenum & infernum sapiat. *& delinquit*, id est, deserelinquit magis ac magis ueritatem, *cum sit proprio iudicio condemnatus*, id est, corpore simul & anima damno

Universidad de Deusto
Biblioteca

sempiternæ damnationis deditus. Qui propterea
A suo iudicio dicitur esse condemnatus, quia fornicator, adulter, homicida & cæteri criminosi p̃ sacerdotes de ecclesia propelluntur: hæretici autem in seipsos sententiam ferunt, suo arbitrio de ecclesia recedentes. Quæ recessio, propriæ conscientiæ uidetur esse damnatio. Inter hæresim autem & schisma hoc distat, quod hæresis peruersum dogma habeat, schisma uero propter episcopalẽ dissensionem ab ecclesia se separet. Nullum tñ schisma est, quod nõ sibi aliquam confingat hæresim, ut recte ab ecclesia recessisse uideatur.

Cum misero ad te Artemam aut Tychicũ, festina uenire ad me Nicopolim. Ibi eñ statui hyemare. Zenã legis peritum & Apollo solicite præmitte, ut nihil illis desit. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios, ut non sint infructuosi.

B ¶ Hæc interim quæ scribo serua, *& cum misero ad te Artemam uel Tychicum*, cunc *festina uenire ad me Nicopolim*, ut & alibi prædices, quia *ibi statui*, id est, firmiter *proposui hyemare*, id est, in hyeme morari. Supra. x. Dictum est in exordio istius epistolæ, Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desũt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, ut q̃a Cretenses nuper crediderant, recedente Paulo & adulias ecclesias p̃ficiscente, non dimitterentur orphani, sed haberent apostolicum uirum, qui ea q̃ uidebantur deesse, corrigeret. Quia ergo post fundamentum aliarum ecclesiarum necessarius erat Titus, qui ædificium substrueret, scribit ei ut cum Artemam uel Tychicũ, unũ scilicet ex duobus qui secũ fuerant, Cretã misisset, qui impleret locũ eius, ip̃e Nicopolim ueniret, ibi se hyematurũ cõtestans. Ex q̃ paternos affectu Pauli in Cretenses, á quibus idolatriæ semina primum pullulauerant, probamus. Necessarium habet Titum in euangelij ministerium, tamen non eum ante ad se uult uenire, nisi in locum eius Artemas uel Tychicus successor aduenerit, cuius doctrina & solatio Cretenses confoueantur. Nicopolis ipsa est quæ ob uictoriam Augusti, quod ibi Antonium Cleopatramq; superauerit nomẽ accepit. νικόπολις uidelicet græce, quasi uictoriæ ciuitas dicitur latine. Dixi, uenias ad me, & antea *præmitto Zenam legis peritum & Apollo ita solicite, ut nihil desit illis*, id est, ut nullis careãt necessarijs, sed secum afferant quæcunq; illis necessaria, quoniam non est mihi facultas procurandi eos. Hic innuit se pauperem esse, nec terrenis rebus colligẽdis inhiare. De hoc Apollo dictũ est Corinthijs: Vnusquisq; uestrum
1. Cor. 1. dicit, ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo,
ego uero Cephæ. Fuit autem uir Alexandrinus ex
Actu. 18 iudæis, ualde eloquens & doctus in lege, episcopus Corinthiorum, quem propter dissentiones quæ in Corintho erant, ad uicinam insulam Cretam, cum Zena legis doctore putandum est transfretasse, & Pauli epistola dissentionib⁹ Corinthi orum temperatis, rursus Corinthũ remeasse. Zenam uero legis peritum uel doctorẽ, de alio scripturæ loco, qui fuerit, non possumus dicere, nisi hoc tantum quod ipse apostolicus uir fuerit, obtinens id operis quod Apollo habuerit, Christi ecclesias extruendi. Præcipit itaq; Tito, ut quoniã de Creta ad Græciam nauigaturi erant, nõ eos facias marsupijs indigere, sed habere ea quæ ad uiaticum necessaria sunt. Et quia poterat suboriri occulta responsio, ut non tam Titus q̃m quicunq; epistolæ lector hoc diceret, Et unde Tito ut uiaticũ non habentibus largiretur, soluit hanc quæstionem, & quasi nihil opponatur sibi elidit, dicẽdo: *Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios, ut non sint infructuosi.* Nostros, suos uocat, qui in Christũ crediderunt: qui, quia Christi erãt, recte & Pauli & Titi appellari merebant̃, habentes uidelicet uictũ & uestitũ, his contenti erant, Et ne forsitan uel epistolam Pauli uel præceptũ Titi facile contemnant, infructuosos uocat, quicunq; euangelistis non ministrauerint. Non sint, inquit
Matth. 3 infructuosi. Omnis enim arbor quæ nõ facit fructum bonũ, excidetur & in ignem mittetur. Qui ergo sanctis p̃dicatoribus necessaria non uult tribuere, arbor infructuosa est, & ob suam sterilitatem combustione digna. Litera sic legitur: Illos præmitte. Sed & nostri. i. illi quos ego ad Christũ conuerti, & tibi diutius instruendos reliqui, discant te docẽte præesse bonis operibus eorum ad usus necessarios, id est, parati esse semper ministrare prædicatoribus eorum quæ necessaria sunt. Vel discant præesse, id est, cæteros præuenire in bonis operibus, factis ad necessarios usus prædicatorum, ut non sint infructuosi, non ministrando eis necessarios sumptus.

Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amãt in fide. Gratia dei cum omnibus uobis. Amen.

¶ *Salutant* (inquit) *te*, id est, salutem tibi imprecantur, *omnes qui sunt mecum*. Vel solita consuetudine usus est, ut Titum ab omnibus qui secum erãt, diceret salutari, uel certe proprie in Titum, quod talis esset ut amorem eorum qui cum Paulo erant, omnium mereretur. Magna uidelicet est laus Titi, per Paulum ab omnibus salutari. Illi (inquit) te salutant, & tu ex nostra parte *saluta eos qui* apud Cretam *nos amant in fide*, non in carne. Neq; enim omnis qui amat, amat in fide, sed multi sunt qui amant absq; fide. amant quippe & matres filios, sed non amãt in fide. & uxores maritos, sed amor ille non fidei est. Sola sanctorum dilectio in fide diligit, in tantum ut etiam si ille qui diligitur, in fide non sit, tamen sanctus in fide eum diligat. Ideo enim in fide diligit, quia credit in eum, qui pollicitus est se pro expletione mandati retributurum esse mercedem: & infidelem quem diligit, ea intẽtione diligit, ut efficiatur fidelis. Deinde Tito & cæteris qui cum eo erãt, imprecatur gratiam dei, dicẽs: *Gratia dei cum omnibus uobis* sit. *Amen*. Et quomodo Isaac patriarcha benedixit filiũ suũ Iacob,

A & ipse Iacob duodecim patriarchas, Apostoli q̃q; ingredientes domũ dicebant, Pax huic domui: &
Gene. 49 Matt. 10 si digna erat domus, requiescebat pax dñi super eã: si uero se exhibebat indignã, reuerebatur eos qui eam fuerant imprecati: ita & nunc in fine epistolæ suæ Apostolus gratiã credentibus imprecat̃, quæ eum uoto habebat affectum, & erat in potestate credentium, si talem se benedictus, qualẽ bedicens imprecabatur, prebere uoluisset.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM.

PHilemoni familiares literas mittit Apostolo á Romano carcere, pro seruo eius Onesimo rogans, qa rem ipsius furatus fuerat, & ab eo ne comprehenderetur Romam fugerat. sed ibi familiaritatem Apostoli consequutus, baptismum Christi perceperat, & in tantũ se correxerat, ac doctrinam apostolicam didicerat, ut idoneus Christi prædicator efficeretur. Ideoque ueniam á Philemone intendit illi Apostolus impetrare, remittens eum cum hac epistola.

EPISTOLA PAVLI AD PHILEMONEM.

B PAulus uinctus Christilesu, & Timotheus frater, Philemoni dilecto & adiutori nostro, & Appiæ sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & ecclesiæ, quæ in domo tua est: Gratia uobis & pax a deo p̃re nr̃o & dño Iesu Christo.

¶ *Paulus uinctus Iesu Christi* scribit Philemoni. In eo quod nomẽ suum præmittit celeberrimũ, innuit ei q̃ tanto uiro denegare nõ debeat q̃ expetit. Apostolũ uero se non dicit, quia cum impetrare ueniam intendat, uerba tñ blandientia oportet eum ponere, non nomen autoritatis præferre. Non imperat, sed orat. Maioris tñ uidet̃ superciliũ, uinctum Iesu Christi se dicere quã apostolum.
Actuũ. 5 Gloriabant̃ eñ apostoli q̃ digni fuerãt pro noie Iesu Christi contumeliam pati. Sed necessaria est autoritas uinculoꝝ. Rogaturus enim pro Onesimo, talis rogare debuit, qui posset impetrare q̃d posceret, & mentione suorum cruciatuũ Philemonem ad misericordiam flecteret, ne ei dolorẽ super dolorem adderet, si ueniam Onesimo denegaret. Nõ omnis autem qui uinctus est, Iesu Christi uinctus est: sed ille tantum, qui pro Christi nomine & pro eius confessiõe uincula patitur, sicut sanguis effusus ille tantummodo martyrem facit, qui pro Christi nomine funditur. Scribit igit ad Philemonem Romæ uinctus in carcere, quo tempore uidentur ad Philippenses & Colossenses & Ephesios epistolæ esse dictatæ, ad Philippenses illa ex causa primum, quod cum solo Timotheo scribit, quod in hac epistola facit. De hinc quod uincula sua manifesta dicit facta pro Christo in omni prætorio. Quod sit autẽ prætorium, in ipsius epistolæ fine significat: Salutant uos omnes sancti, maxime autem qui de domo Cæsaris
C sunt. A Cæsare uidelicet missus in carcerem, no- Philip. 4.
tior familiæ eius factus, persequutoris domum Christi fecit ecclesiam. Porro & ad Colossenses principium est simile, Paulus apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, & Timotheus frater. Et in fine dicit, memores estote uinculorum meorũ. Et idem Onesimus qui nunc Philemoni commendatur, etiam perlator eiusdẽ epistolæ fuit. Sic uidelicet legimus: Quæ circa me sunt, omnia uobis tota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister & conseruus in domino, quem misi ad uos ad hoc ipsum, ut cognoscat q̃ circa uos sunt, & consoletur corda uestra, cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui ẽ ex uobis. Hic autem Philemon, ad quem hæc epistola scribitur, Onesimi dominus est, imo frater esse cœpit in domino, &
D ad Colossenses refertur quod Onesimus ex eis sit, unde ratio nos ipsa & ordo deducit, quod & Philemon Colossensis sit, & eo rempore communem ad omnem ecclesiam Onesimus epistolam tulerit, quo priuatas & sui commendatrices ad dominum literas sumpserat. Est & aliud indicium, q̃d in hac eadem epistola & Archippus nominatur, cui hic cum Philemone scribitur. Dicite, inquit, Archippo: Vide ministeriũ quod accepisti in domino, ut illud impleas. Quod est ministerium qd̃ Archippus accepit á dominos ad Philemonem legimus, & Archippo commilitoni nostro: ad Ephesios etiam scribit se uinctum in domino, & in fine dicit: Vt sciatis quę circa me sunt, omnia nota uobis faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister, quem misi ad uos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa me sunt, & consoletur corda uestra. Tychicus autem is est, qui & ad Colossenses cum Onesimo mittitur: & eo tempore Onesimũ habuit comitem, quo Onesimus ad Philemonẽ literas perferebat. In quarum principio Paulus sibi Timotheum adiungit, ut epistola maiorem haberet autoritatem, quæ non ab uno scribebatur, & Philemon non solum propter Apostolum, sed propter Timotheum qui sibi familiaris erat, faceret quod rogabat̃. Paulus & *Timotheus frater* scribunt *Philemoni dilecto*: & quia dilectus est ab eis, debet eorum gratia concedere ueniam Onesimo. In Græco tamen non habetur dilecto, sed diligibili. Inter dilectum autem & diligibilem hoc distat, quod dilectus appellari potest & ille, qui dilectionem non meretur: diligibilis autem is tantum, q̃
merito diligitur. Deniq; & inimicos nostros dili- Matth. 6
gere præcipimur, qui sunt dilecti, sed non diligibi- Lucæ. 6.
les. Amamus quippe illos, nõ quiã amari merentur, sed quia dominꝰ hoc præcepit. Philemon uero & dilectus & diligibilis est, quia & diligitur & diligi meretur. Philemoni (inquit) dilecto & *adiutori nostro*, id ẽ, per suam prædicationem adiuuanti nos ad disseminandum Christi euangelium: & ideo dilectus est á nobis, quia in eodẽ sanctæ prædicatiõis opere quo & nos, laborat. & Appiæ sorori

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *charissimæ*, nō habēti in se falsæ aliquid & fictæ germanitatis. & *Archippo commilitoni nostro*. quem arbitror cum Paulo & Timotheo cōtra aduersarios pro Christi nomine dimicantem, extitisse uictorem: & propterea nūc commilitonem dici, quod in eodem certamine bellog superauerat, uel qđ adhuc commilitaret illis in prædicatione assidua
Galat.3. & hostium repressione. Illud quod ad Galatas scribēs Apostolus, ait, in Christi fide nihil referre, gē tilis sit aliquis an Iudæus, uir an mulier, seruus an liber, etiā in hoc loco perspicuū fit. Inter duos qppe utros apostolicos, inter cooperatorem Pauli & commilitonem eius, medium Appiæ nomen inseritur, ut tali ex utroq; latere fulta comitatu, nō uideat ordinem sexus habere, sed meriti. Sunt qui intelligant Appiam coniugem esse Philemonis, et Archippum eius filium. Quod satis uiderur congruum, ut scilicet Philemoni tanquam patrifamilias principaliter mittatur epistola, deinde Appiæ uxori eius, & Archippo filio eius, nec non & *eccle-*
B *siæ*. i. conuocationi fidelium *quæ est in domo eius*, id ē, in familia ipsius, uel quā ipse pro Christi nomine pascit & tenet in domo sua. Vxorem & filium & domesticam ecclesiam ideo salutat Apostolus, ut omnes pro Onesimo interueniāt, & ei ex corde dimittant, quia & ipsi ab illo offensi fuerant: *Gratia*, inquit, *& pax sit uobis a deo patre & domino Iesu Christo*. Gratia ē qua nullo merito nullog opere saluamur: pax, qua reconciliati deo per Christum sumus. Sed qm̄ a patre & a Christo gratia & pax rogatur, una filij patrisq; natura esse uel potentia monstratur, cum id poterit filius præstare quod pater, & id dicitur pater præstare quod filius. Hucusq; Paulus & Timotheus Philemoni & cæteris, hinc iam solus Paulus soli Philemoni usq; ad finē epistolæ loquitur.

Gratias ago deo meo semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem, quam habes in domino Iesu & in omnes sanctos, ut communicatio fidei tuę euidēs fiat in agnitionem omnis boni, quæ in nobis est in Christo Iesu.

¶ Multipliciter laudat Philemonem, ut postmodum facilius eum flectat ad concedendum quod rogabit. Gratias (inqt) ago &c. quasi dicat: O Philemon, ignoscere debes Onesimo, nec iam ullum rancorem uel odium retinere contra eum in corde tuo, quoniam es egregiæ charitatis & fidei, unde gratias ago deo meo. Quomodo enim tā charitatiuus uir charitatem suam non extenderet usque ad seruum bene correptum? Aut qūo tam fidelis non indulgebit illi, qui eandem fidem iam habet? *Gratias ago* pro te *deo*. deo dico, *meo*, id ē, quasi proprio, quoniā speciali quadam excellentia præ cæteris illi seruio. Gratias illi ago, *semper memoriā tui faciens in orationibus meis*. Ambiguum est utrū gratias agat deo suo semper, an memoriā Philemonis faciat in orationibus suis semper. Et utrunq; intelligi potest. Qui enim præcipit alijs ut in omnibus gratias agant deo, nullis angustijs poterat concitari, ut gratias semper deo ipse non referret. Si aūt p sanctis & melioribus quibusq; semp orabat, credibile ē eum pro Philemone semper orasse, ut fides eius & charitas Christi misericordia seruaretur. Gratias (inquit) ago semper, uel semper sum memoriam tui faciens in orationibus meis. i. quotiescunq; oro pro me, intermisceo & orationē pro te. Gratias ago, *audiens*. i. quoniam frequēter audio *charitatem tuam & fidem, quam habes in domino Iesu & in omnes sanctos eius*. Ob hoc em̄ grates refero & orationes pro te facio, quoniam sæpe narratur mihi te habere charitatē in domino Iesu, qua diligis eum super omnia: & in omnes sanctos eius, quos tanquā teipsum diligis, ideoq; debes & Onesimum diligere, quia iam sanctus eius est. Fidem quoq; habes in domino Iesu & in sanctos eius, iuxta quod in Exodo legimus, quia credidit populus deo & Moysi seruo eius. Quicunq; credit deo aliter eius fidem recipere non ualet, nisi credat & sanctis eius, id ē, prædicatoribus & scripturarum sanctarū autoribus. Nec ē in deum uera dilectio et fides, quæ in ministros eius odio & infidelitate retinetur. Talē habes charitatem & fidem, *ut communicatio fidei tuæ fiat euidēs* in bonis operibus. Vel ideo pro te oro, ut cōmunicatio fidei tuæ. i. quod fides tua credit omnia quæ habes, debere sanctis omnibus esse cōmunia, fiat euidens. i. exterius uideat in opere, ut quod intus credit, foris demonstret in operis executione. Et hoc faciat, proficiens in *agnitionem omnis boni*, ut scilicet bene credendo & bene operando ad hoc perueniat, ut omne bonū prout in hac uita possibile est, agnoscat. i. intelligat & a malo discernat, & quale sit sciat. Sunt enim plerig; simplicium, qui faciūt opera iustitiæ, & nō habent eorū quæ ipsi operantur scientiam. Sed tu bona cuncta quæ feceris intellige, ut communicatio fidei tuæ fiat euidens in agnitionem omnis boni, boni dico, existentis *in Christo Iesu*. Quātis gradibus, quantisq; profectibus apostolicus in altiora se sermo tendit? Habet quispiam charitatem & fidē in deū & in sanctos eius, sed forsitan non æquali eam in omnes lance cōmunicat. Et communicat forsitan in omnes, sed operē non explet uoluntatem. Implet aliquis & opere, sed gestorum suorū perfectam non ualet habere notionem. Sit alius quoq; qui & opus habeat & scientiam, sed non habet omnis boni. Multa enim iuste, mansuete, studioseq; perpetrans, impar est suis in aliqua parte uirtutibus. At non talis Philemon, habet quippe communicationem operatricis fidei & charitatis euidentem in deum & in omnes sanctos eius, in agnitionē omnis boni. Quæ scilicet agnitio cum in apostolis sit, nō eam putemus ob id tm̄ esse perfectam, cp similis sit: sed in eo totā esse, quia Christi ē: ut quicquid boni & in Philemone laudat & de apostolorum exemplo sumitur inde bonū sit, quia de Christi fonte ducatur.

A Gaudium em̄ magnum habui & consolationem in charitate tua, quia uiscera sanctorū requeruērt p te frater. Propter qđ multā fiduciā habens in Chro Iesu imperādi tibi, quod ad rē pertinet, propter charitatē magis obsecro, cum sis talis ut Paulus senex, nūc aūt & uinctus Iesu Chri. Obsecro te, p meo filio, quē genui in uinculis, Onesimo, q tibi aliquādo inutilis fuit, nunc aūt & mihi & tibi utilis, quem remisi tibi. Tu aūt illum ut uiscera mea suscipe.

¶ Plenius inculcat & docet quia dixerit, gratias ago deo meo, semper memoriā tui faciens in orationibus meis. Ideo (inquit) gratias ago, qm̄ audita charitate tua, quam in sanctos exerces, *habui* in ea *gaudium*, non qualecunq;, sed *magnū & consolationem*. Desolationē uidelicet quandā & tristitiā habueram, dū uererer ne si ad te reuerteret Onesimus, aliquid mali à te pateretur. Sed audito qđ
B in oēs sanctos charitas tua redundaret, consolationem & gaudiū habui, credens quod & Onesimo qui iā unus ex sanctis ē, ueniā dares. Ideo gaudium & consolationem *in tua charitate* percepi, qa tāta ē, quod *uiscera*. i. corda *sanctorū*, quos frequenter hospitio suscepisti, *requeuerunt per te* o bone *frater*. i. tanta illis beneficia foris exhibuisti, ut etiam internus eorū affectus in bonitate tuæ charitatis requiesceret. Requiescunt uidelicet mens & uoluntas sanctorum per eos, qui pietatis opera sectātur, sicut & affligitur per illos, qui peruersē agūt. & dignum erat agere gratias deo p charitate Philemonis, qui internū cordis affectū & profundos
Philip.4. animi recessus sanctorū recipiēdo refecerat. Hāc uidelicet habet Apostolus consuetudinē, ut semper uiscera uocet, uolens plenā mentis ostendere charitatem. Vnde gaudens cum gaudentibus, & cum his qui requieuerāt, refectum esse se credēs, habet lætitiam nō transitoriam & leuem, & quæ
2.Cor.2. fortuitu possit accidere, sed magnā & (prout erat in Philemone charitas) eminentē, quam augebat consolatio super eiusdem Philemonis charitate, descendens à patre misericordiarū & deo totius consolatiōis. Hinc ad rem uenire paulatim incipit, subdendo: *Propter quod*, id ē, quia sæpe uiscera sanctorū p te requieuerūt, ego *habens in Christo Iesu* pro quo tanta facis, *multam fiduciam imperandi tibi*, id ē, multā certitudinē quod (si uoluero) possim imperare tibi illud, *quod pertinet ad rem*. i. ad utilitatem tuā & meā, *propter charitatem* nolo imperare .i. nolo te imperiosa autoritate cogere, sed intermisso imperio *magis*. i. potius *obsecro*. i. per sacra te ēcor, scilicet per fidem, per charitatem tuam te rogo, ut facias quæ postulo. Obsecro inquam te, *cū sis talis ut Paulus senex*. i. qa es talis qualis ego Paulus senex. i. tā profectus ætate corporis sicut ego:
& ideo non impero tibi, sed te obsecro, qa senes nō sunt imperio cogendi, sed obsecratione rogādi, sicut in alia epistola dictū est, Seniorē ne increpaueris, sed obsecra ut patrē. In hoc ipso quod senem Apostolus se nominat, & illum in senectute sibi æquiparat, ne senem offendere negando qđ possit debeat, cum & ipse sit senex, liquido notat. Senex (inquit) sum, nec tantū senex, sed etiā *nunc uinctus* sum, id est, catenis in senectute constrictus, ideoq; magis annuere debes petitioni meæ, ut sic quodammodo lenias uinculoꝝ meorū aggrauationē, uinctus (inquit) sum & uinctus *Iesu Christi*. i. pro eius euangelio uinculis mancipatus. Et propterea non me cōtristes, ne & illū offendas cuius uinctus sum. Multis in Philemonem laudibus añ præmissis, cum sit talis res pro qua rogaturus ē, q & præstanti sit utilis & rogāti, poterat Paulus magis imperare cp petere. Et hoc ex fiducia illa ueniebat, quod qui tanta ob Christū opera perpetrauerat, utiq; impar sui in cæteris esse non poterat. Sed uult magis petere cp iubere, grandi petētis autoritate proposita, per quam & Apostolus suppliceat, & senex, & uinctus Iesu Christi. Totum autē pro quo rogat, hoc ē, sicut & in exordio prælibauimus: Onesimus seruus fugam furto cumulās, qdam ex bonis domini sui tulit, & pergens ad Italiam, ne e proximo facilius posset apprehendi, pecuniam domini prodige dissipauit. Hic igitur cū ob cōfessionem CHRISTI Paulus esset in carcere, credidit in dominum Iesum, & ab eo baptizatus, digna pœnitentia maculas uitæ prioris absterst, intantum ut is Apostolus conuersionis eig testis fieret, qui quondā Petrum increpauerat nō
Galat.2. recto pede in euangelij ueritate gradientem. Quātum igitur ad peccatum & ad facinus pertinet, qđ dominum læserat, ueniam non meretur. Quantū uero ad Apostoli testimonium, qui scit eum plene esse conuersum, grandi pondere præmitur qui rogatur, ut ueniā non neget, qui e seruo fugitiuo atcp raptore ministeꝛ Apostoli factus erat. Quod autem aliud habebat Apostolus ministerium, nisi euangelij Iesu Christi, ut non quasi à domino, sed quasi à conuerso & coeuangelista ignosceretur ei, qui seruus esset Christi, similiter & ministeꝛ hoc ē ica; quod rogat, subdēs: *Obsecro te pro meo filio* &c. Quasi dicat: dixeram, propter charitatem magis obsecro, & non manifestaueram pro quo, uel qđ obsecrem te. Sed nunc scias, quia obsecro te pro filio meo, id est, proprio & quasi singulariter dilecto, *quem* spiritaliter *genui in uinculis* positus. Et quia ille uincula mea non abhorruit, sed animosus fidem suscepit, condonandū est ei quod prius erraut. Modo primum nominat ipsum filium, pro quo postulat, præmissis multiplicibus cauſis, cur debeat impetrare quod pro illo rogat. scilicet pro *Onesimo* (inquit) obsecro. Et cur pro illo sit obsecrandum, subiungit: *qui tibi aliquando inutilis fuit*. Ideo (inquit) pro illo obsecro, qa aliquādo. i. olim fuit tibi inutilis, id ē, non quærens utilitatem tuā, sed damnum, cum pecuniam tuam furaretur & fugeret. Sed *nunc* est *utilis & tibi & mihi*. ideoq; de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bes filli ignoscere, *quem remisi tibi*, ut à te ueniam peteret, & tibi satisfaceret, tuoq; seruitio deditus esset. Domino tantũ antea inutilis fuit. Neq; enim seruus fur atq; fugitiuus alteri nocuit nisi domino suo. Nunc econtrario utilitatis compensatione, qua & ipsi domino & Paulo utilis est, cæterisq; per Paulum, plus charitatis meretur q̃ odij ante meruerat. Vnde ait: Qui tibi aliquando inutilis fuit. Tibi (inquit) soli, non cæteris. Nunc autem tibi & mihi utilis. Vtilis domino suo, quia posset Paulo seruire pro domino suo. Paulo uero in eo utilis, quia illo in carcere uinculisq; detento, posset in euangelio ministrare. i. euangelium pro illo foris prædicare. Simul autem admirandũ de magnanimitate Apostoli & in Christum mente feruenti. Tenetur carcere, uinculis stringitur, squalore corporis, charorum separatione, pœnalibus tenebris coartatur, & non sentit iniuriam, non dolore cruciatur, nihil nouit aliud nisi de Christi euãgelio cogitare. Sciebat seruum, sciebat fugitiuũ,
B sciebat aliquando raptorem ad Christi fidem esse conuersum. Grandis laboris est, talem hominem in eo perseuerare quod cœpit. Idcirco filium suũ & filium uinculorũ suoq; & ministrum euangelij in uinculis constituti inculcat ac replicat, ut Philemon ille prudenter & dispensatorie tantum in pfactione laudatus, non auderet negare, ne suis laudibus uideretur indignus. Remisi (inquit) illum tibi, id ẽ, iterum misi ad te unde discesserat, quoniã alieno seruo nolebam abuti. Sed *tu* non repellas eum uel affligas, sed *suscipe*, id est, sursum accipe illum, hoc ẽ, honorifice illum accipe, illum dico, *uiscera mea*. hoc est, quod supradiximus uiscera significare internum cordis affectum, & plenam ex animo uoluntatem, cum totum quicquid in nobis est, suscipitur à rogante. Alioqui autem omnes liberi uiscera sunt parentum.

Quem ego uolueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in uinculis euangelij. Sine cõsilio autem tuo nihil uolui facere, uti ne uelut ex necessitate bonum tuũ esset, sed uoluntariũ.

¶ Remisi illum ad te, *quem* primo *uolueram detinere mecum ego* tanti nominis & autoritatis apostolus, qui satis autoritate mea possem illum detinere. Ad hoc (inquam) eum detinere uolueram, *ut mihi* necessaria *ministraret pro te*, id ẽ, loco tui q mihi solebas ministrare, ut illud seruitium qđ ipse mihi impenderet, tibi imputarem, & tu inde fructum æternæ remunerationis colligeres. Mihi dico, *in uinculis* posito, & ideo multum indigenti eius ministerio, in uinculis dico, *euangelij*, id ẽ, quæ p euangelio patior, non pro crimine meo. His de causis uoluerã eum detinere. Sed postea mecum retractãs, *nihil* de seruo tuo *uolui facere sine tuo consilio*. i. sine tuo nutu & communi uoluntate, *uti ne uelut ex necessitate*, id ẽ, ut nõ quasi ex necessitate esset *bonũ*, id ẽ, ut non esset inuitũ bonũ tuum, *sed uoluntarium*, id est, ex tua uoluntate procedens. Bonum Philemonis erat, ministeriũ q̃ seruus eius p eo exhibebat Apostolo. Qui scilicet Apostoly poterat & absq; uoluntate Philemonis Onesimũ sibi in ministerio retinere. Sed si hoc sine ipsius uoluntate fecisset, bonũ quidem erat, sed nõ uoluntarium. Quod aũt nõ erat uoluntariũ, alio gñe arguebat non esse bonũ. Nihil quippe bonum dici potest, nisi q̃ ultroneum est. Ex quo Apostoli consideranda prudentia, q̃ idcirco fugitiuũ seruũ remittit ad dñm, ut prosit dño suo, qui prodesse nõ poterat, si domino teneret absente & inuito. Põt etiam ex hoc loco solui, quod à plerisq; frequẽter quæritur, quia deus hominem faciens ad suã imaginem & similitudinem, facere eum ita noluit ut malus esse nõ posset. Si enim deus uoluntarie, & non ex necessitate bonus est, debuit hominem faciens ad suam imaginem & similitudinem, facere ut ipse uoluntarie & non ex necessitate bonus esset. Qui autem asserunt ita eũ debuisse fieri, ut malum recipere non posset, hoc dicunt, Talis fieri debuit, qui necessitate bonus esset, & non uoluntate. Quod si talis factus esset, qui bonũ non uoluntate, sed necessitate perficeret, non esset deo similis, qui ideo bonus est, quia uult, non quia cogit. Ex quo manifestum est, rem eos postulare contrariam. Nam ex eo q̃ dicunt, debuit homo similis deo fieri, illud petunt, ut liberi fieret arbitrij sicut ipse deus est. Ex eo autem quod addunt, talis debuit fieri, qui malum recipere non posset, dum necessitatem ei boni important, illud, ut homo similis deo non fieret, uolunt. Soluitur ergo ista quæstio: Potuit deus sine uoluntate eius hominem facere bonum. Porro si hoc fecisset, non erat bonũ uoluntarium, sed necessitatis. Quod autem necessitate bonum est, non est bonum, & alio gñe malum arguit esse. Igitur proprio arbitrio nos relinquens, magis ad suam imaginem & similitudinẽ fecit. Similẽ uidelicet esse deo, absolute bonũ est.

Forsitan enim ideo discessit ad horã a te, ut in æternum illum reciperes, iam non ut seruum, sed pro seruo charissimum fratrẽ, maxime mihi. Quanto autẽ magis tibi & in carne & in domino?

¶ Nonnunq; malum occasio fit bonoꝝ, & hoc minũ praua cõsilia deus uertit ad rectũ. Quod di co, manifestius exemplo fiet: Ioseph fratres sui stimulis inuidiæ cõcitati, uendiderunt Ismaelis, hoc initium patri & fratribus & toti Aegypto bonorum oĩm fuit. Deniq; ipse fratribus postea dixit: *Vos cogitastis de me malum, & deus uertit illud in bonum*. Simile buid & in Onesimo posumus intelligere, q̃d mala principia occasiones fuerint bonæ rei. Si uidelicet dominũ non fugisset, nunquam uenisset Romã, ubi erat Paulus uinctus in carcere. Si Paulum in uinculis non uidisset, fidem Christi non recepisset. Si Christi fidem nõ habuisset, nunquam Pauli effectus filius in opus euange-

A lij mitteretur, ex quo gradatim colligitur, quod ideo ministet euangelio factus est Onesimus, quia fugit à domino. Et hoc ẽ, q̃ dicitur: Debes illum honeste & libenter suscipere, quia *forsitan ideo ad horam*, id ẽ, ad breue tẽpus *discessit a te, ut æternum, illum reciperes*. Pulchre autem addens forsitan, sententiam temperauit. Occulta quippe sunt iudicia Dei, & temerariũ est quasi de certo pronunciare quod dubium est. Forsitan (inquit) ideo discessit, caute, timide, trepidanter loquens, & non totum fixo gradu, ne si non posuisset forsitan, omnibus seruis fugiendũ esset ut apostolici fierent. Forsitan idcirco discessit à tuo seruitio nõ diu, sed ad horã .i. quasi ad unius horæ spatium, ut pro tam breui recessione reciperes illum in æternum, id est, æternaliter tecum permansurum, qui tantummodo temporaliter erat tecum mansurus nisi recessisset. hoc est, fortasse Deus præuidit & eum à te ad horam, id ẽ, ad breue tempus discedere secreto consilio uoluit, ut tu qui non eras illum æternaliter tecum habiturus, si nõ discederet ut ad me perueniens fidem acciperet, reciperes illum, habiturus tecum non horarium, sed æternum. Cum enim eandem fidem ac religionem teneat quam tu, hic & in futuro tecum semper erit, qui penniter à te
B separandus erat & supplicijs mancipandus si non ad horam discessisset, ut infidelitatem exueret. Licet hæc Apostolus quasi dubitatiue dixerit, tamẽ ita ueraciter completa sunt ut pronunciauit. Nã Onesimus iste, sicut ex literis patris didicimus, factus est postea pontifex & martyr gloriosus. Reciperes (inquam) in æternum, *iam*, id est, post acceptum libertatis spiritum in baptismo, *non ut seruũ* sicut prius, *sed pro seruo fratrem*, quia cœpit eundẽ in cælo tecum habere patrem. fratrem non qualemcunque, sed *charissimum* cunctis ecclesiæ filijs, qui sanctitatem quam nunc habet nouerunt, sed *maxime*, id est, multo plusquam alijs est charissimus *mihi*, qui magis noui quos chariores æstimare debeam, & qui magis huius perfectam conuersionẽ scio quam alij. Et mihi quidem pro sola spirituali fraternitate tam excellenter charus est, sed *quanto magis*, id est, ualde amplius debet esse *tibi* charissimus, *& in carne*, id est, respectu carnis, quia tibi carnale seruitium debet, utpote seruus, *& in domino*, id est, in respectu domini, quia eius per fidem factus est filius, & regni eius particeps est tecum futurus. In eo quod ait, ut æternum illum reciperes, notandum est, quod nullus sit æternus dominus serui sui. Potestas quippe eius & utriusque conditio morte finitur. Onesimus uero ex fide Christi factus est æternus æterno Philemoni: & spiritu libertatis accepto, iam non seruus, sed frater cœpit esse de seruo: frater, pro sanctitate sua charissimus: frater æternus æterno & ipsi apostolo & domino suo, cui Onesimum ut carnis ante cõditio, illum postea spiritus copulabat. Et tunc quidem quando erat ei subiectus in carne, non erat ei iunctus in domino. Nunc autem & in carne iunctus est, & in domino. Ex quo intelligimus, seruum qui crediderit in Christum, si dominus eius fidelis est, duplici lege eidem domino suo constringi, ut ei & carnis necessitate iungatur ad rempus, & in æternum spiritu copuletur. C

Si ergo me habes socium, suscipe illũ sicut me: Si autẽ aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu, ego reddam, ut non dicã tibi, quod & teipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino, refice uiscera mea in Christo.

¶ Quandoquidem tam bene emendatus est Onesimus, & intantũ factus est mihi charissimus, *ergo suscipe illum* reuerenter *sicut me*, id est, quàm accurate, quàm studioso hospitio & animo tuo me susciperes, si uenirem ad te, sic illum suscipe. ita dico *si habes*, id ẽ, si habere uis *me socium*, id ẽ, consortem & amicum. Aliter uidelicet non ero tibi socius. Philemon Paulum socium habere cupiebat, & in Christum credens, tales utiq; uolebat habere profectus, ut Paulo similis fieret, & ei communicaret in uinculis. Consideremus ergo quantum hic laudetur Onesimus, quãtum profecisse monstretur, cum ita recipiendus sit ut apostolus, & sic dominus eius ut Pauli debeat desiderare consortium. Breuiter quod dicit, tale est: Si me uis habere consortem, habeto Onesimum, quem ego consortem & filium & uiscera mea habeo. Quem si non susceperis, nec habere uolueris, scias quod me habere non possis. Suscipe, inquam, illum sicut me. Sed *si nocuit tibi aliquid* destruendo ex rebus tuis, sicut uineam eradicando, uel domum incendendo, uel aliud aliquid tale committendo, quod sæpe faciunt fugitiui, *aut si debet* tibi aliquid, id est, si quid pecuniæ tuæ secum tulit, quod debeat tibi restituere, *hoc* q̃ ille nocuit uel debet, *imputa mihi*, id est, puta in me esse, non in illo nocumentum & debitum, ut ego reddam illud tibi pro Onesimo, sicut & Christus pro nobis in passione quod non debebat exoluit. Ego *Paulus*, qui tãm famosi nominis sum, & tam probatus in ueridica loquutione, *scripsi* non per notarium, sed *mea* propria *manu* epistolam istam, in qua me redditurum promitto quod ille debet, ego uidelicet *reddam*. Et hoc ita dico, *ut non dicam tibi* aliud, quod iuste possem dicere, scilicet *quod debes mihi* etiam *teipsum*, id est, non solum tua, sed quod est maius, etiam teipsum mihi debes, ut si necesse fuerit, reddas mihi teipsum moriẽdo pro me: qm̃ quicquid boni est in te, totũ est per fidẽ quã didicisti à me: & ideo totũ mihi debeꝫ quicqd bonorũ ẽ in te. Qđ dicit, tale ẽ. Quod Onesimꝰ furto rapuit, ego me spõdeo redditurꝫ, huius spõsionis epla hæc & manꝰ testis est ꝓpria, quã non solito more dictaui, sed mea manu ipse cõscripsi. Crede igit mihi ꝓ Onesimo pollicenti. Hoc autẽ dico q̃si ad extraneũ loquens. Cæterꝫ si ad ius meum redeam, propter sermonem Christi quẽ tibi enangelizaui & Christianus effectus es, teipsum mihi debes. Q̃si tu meus es, & tua oĩa

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sunt mea. Si autem tua omnia mea sunt, Onesimus quoque qui tuus est, meus est. Poteram igitur eo uti ut meo, sed uoluntati tuæ relinquo, ut mercedem habeas ignoscendo. Quod autem ait, ego reddam, nō de pecuniali, sed de spirituali redditione, id est, de cœlesti remuneratione intelligendum est, scilicet quod suis interuentibus impetraturus sit perpetuam à domino retributionem spiritalium bonorum pro temporali damno, quid pertulit ab Onesimo. Suscipe (inquam) illum sicut me: quia quod ille debet, ego spiritaliter reddam. *Ita frater* in illa cœlesti retributiõe *ego te fruar*. i. in te delectabor *in domino*, id est, in illa beatitudinis gloria, quæ est sanctis in domino. Et ideo nunc *refice uiscera mea*, id est, benigne refoue Onesimum, & hoc age *in Christo*, id est, in Christi charitate. Vel refice uiscera mea, id est, recrea internum affectum meum, & comple desiderium meum in Chro, dando ueniam Onesimo, & honorifice iam illum habendo. Quod dicitur, Ita frater, in Græco est quasi aduerbium blandientis, sed in latina lingua proprie non potest dici. Sic generat uidelicet deprecantis affectum. Ego (inquam) te fruar in domino. Cum homine in deo fruetur, deo potius quàm homine fruetur. illo enim fruetur, quo efficietur beatus, & ad deum se peruenisse lætabitur, in B quo spem ponit ut ueniat. Recte ergo dicit, ego te fruar in domino, quod si non addidisset, in domino, & tantum te fruar, dixisset, in eo cõstituisset spem beatitudinis suę. Quanquam etiam uicinissime dicitur frui, cum delectatione uti. Cum uidelicet ad est quod diligitur, etiam delectationem secum gerat necesse est. Per quam si quis transierit, eamq; ad illum in quo permanendum est, retulerit, utitur ea: & abusiue, non proprie dicitur frui. Si uero inhæserit atq; permanserit, finem in ea ponens lętitiæ suę, tunc uere & proprie frui dicendus est. Quod non est faciendum, nisi in illa trinitate quæ est summum & incommutabile bonum. Apostolus itaq; Philemone fruitur in domino, habens eum secũ in illa contemplatione creatoris, in qua est perfecta consummatio delectationis & gaudium iustorum. Qui & uiscera sua Onesimum, quem & superius eodem nomine appellauerat, reficiendum uult per Philemonem. Et ambigue dictum est, utrum uiscera Pauli in Christo Onesimus sit, an uiscera Pauli Onesimus per Philemonem in Christo reficienda sint. Si superius accipere uoluerimus, recte Pauli in Christo uiscera dicentur Onesimus, quem in Christi uinculis genuit: si posterius, in Christo reficiendus ẽ Onesimus à Philemone, ut eius in Christo sermonibus erudiatur.

Confidens in obedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam & super id quod dico, facies.

¶ Reficere debes uiscera mea, nam ego *confidens in obedientia tua*, id est, omnino fiduciam habens & certus existens, qa in hac re mihi obedies. sicut in cæteris semper obedire consueuisti, *scripsi tibi* de Onesimo, ut ignoscas ei & suscipias illum sicut me. Hæc (inquit) scripsi tibi, *sciens quoniam & facies super id quod dico*, uel plus dabis quàm peto, & ultra id quod rogo facies, atq; amplius quàm postulo cõcedes. Qui præsumit de eo quem rogaturus est, ipsa quodammodo præsumptione præ- C iudicat quod rogat. Porro si scit ille qui postulat, plus quàm rogauit, rogatum esse facturum, in deo maiora petit, ut habeat rogatus spontaneam uoluntatem & maiorem ex præstatione mercedem. Si autem Philemon hoc ob hominis præceptum facit, quanto magis facier ob dilectionem dei? Vnde & merito Apostoli uoce laudatur, quod mandata eus opere præuenerit, & possit dicere, *Voluntaria oris mei complaceant tibi domine*, ut plus faciens quàm ei præceptum est, uincat eos qui tantummodo imperata faciunt. Nam & uirginitas idcircor maiori præmio coronabitur, quia præceptum domini non habet, & ultra imperata se tendit.

Simul autem & para mihi hospitium. nam spero per oratiões uestras donari me uobis.

¶ Non solummodo suscipias Onesimum sicut me, sed *& mihi para simul hospitium*. Nam spero quod deus adhuc per orationes uestras dabit me uobis, ut liberatus ab hoc carcere, reuertar ad uos, & iterum uos aliosq; docebam. Nõ puto tam diuitem fuisse Apostolum & tantis sarcinis occupatum, ut præparato egeret hospitio: & non una contentus cellula, ædes amplissimas quæreret: sed D ut dum eum expectat Philemon ad se esse uenturum, magis faciat quod rogatus est, neforte cum uenerit erubescat. Si autem hic non dispensatorie, sed uere quis æstimat imperatum, ut sibi hospitium præpararet, apostolo magis quàm Paulo hospitium præparandum est. Venturus enim ad nouam ciuitatem ꝓdicaturus crucifixum, & inauditum dogma delaturus, sciebat ad se plurimos concursuros. Et necesse erat primum, ut domus in celebri esset urbis loco ad quem facile conueniretur: deinde ut ab omni importunitate uacua esset ac ampla, quę plurimos caperet audientium, nec proxima spectaculorum locis, ne turpi uicinia detestabilis, postremo ut in plano potius esset sita quàm in cœnaculo. Quam obcausam eum æstimo & Romę in conducto mansisse biennio, nec parua (ut reor) erat mansio, ad quam Iudæorum turbę frequenter confluebant. Spero, inquit, *per orationes uestras donari me uobis*. filium patri deus rogatus indulget, & frater fœpe ad orationem fratris seruatur. Apostolus uero totius ecclesiæ precibus conceditur, ob eorum qui eum audituri sunt, utilitatem: & hoc donum non tam in eum dicitur esse, qui differtur à martyrio, ad martyrium paratus, quàm in eos ad quos Apostolus mittit. Quod autem crebro Paulus in carcere fuerit, & de uinculis liberatus sit, ipse in alio loco dicit, In carceribus abundantius. De quibus nõnunquam domini auxilio, crebro ipsis persecutoribus nihil dignum in eo morte inuenientibus, dimittebatur. Necdum enim super nomine Christiano senatus consulta processerant, necdum Christianum sanguinem Neronis gladius dedicauerat: sed pro nouitate prædicationis, siue à Iudęis inuidentibus, siue ab his qui sua uidebant idola destrui, ad furorem populis concitatis, missi in carcerem, rursum impetu & furore depositio, laxabantur. Et hæc ita esse ut dicimus, apostolorum Acta testantur, inquibus & Agrippa loquitur ad Festum, potuisse dimitti Paulum si non appellasset Cæsarem: & Festus ad Agrippam, quia nullam inueniret causam præter quæstiones quasdam de religione propria, & de quodam Iesu quem Paulus uiuere prædicabat. Ex quo animaduertimus & à cęteris iudicib9 similiter eos potuisse dimitti, id agente domino, ut in toto orbe noua prædicatio diffaminaretur, propter quod & nunc dicit Apostolus se sperare quod possit adhuc dari fidelibus per orationes eorum. *philem.*

Salutat te Epaphras cõcaptiuus meus in Chro Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas, adiutores mei.

¶ Id quod principio dicebamus, quoniam ad Colossenses epistola eodem in tempore & per eundem esset scripta batulum literarũ, quo & ad Philemonem quoq; scripta est, etiam eorum qui salutantes inducuntur, nomina docent. Nã & in ipsa Coloss. 4. subscribitur: Salutat uos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, & Epaphras q̃ est e uobis seruus Christi. & paulo inferius: Salutat uos Lucas medicus charissimus, & Demas, & dicite Archippo, Vide ministerium B quod accepisti in dño, ut istud impleas. Et, Memores estote uinculorum meorũ. Si autem ex eo aliquis nõ putat pariter scriptas, quod ad Colossenses pauca sint nomina, quæ hic nõ ferantur adscripta, sciat non oĩes omnibus aut amicos esse aut notos: & aliud esse, priuatam ad unum hominem aliud, publicam ad uniuersam ecclesiam epistolã Coloss. 1 fieri. *Salutat te* ergo (inquit) *Epaphras boncaptiuus meus in Christo Iesu*, de hoc Epaphra dictum est Colossensib9: Cognouistis gratiam dei in ueritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo & conseruo nostro, qui ẽ fidelis pro uobis minister Christi Iesu, qui etiam manifestauit nobis dilectionem uestrã in spiritu. Quem & concaptiuum suum in Christo dicit nunc Apostolus: quia cum eo Romæ tenebatur pro Christi euangelio captus ac uinculis astrictus. Marcum uero quem subiungit, credere- mus illum esse qui scripsit euangelium, nisi ad Colossenses diceretur consobrinus Barnabæ: ideoq; magis credimus hunc esse Marcũ, pro quo inter Paulum & Barnabam fuerat olim dissensio. i. Iohannem qui cognominatus est *Marcus*, & sic ex sorore Barnabæ melioratum, ut dignq; esset Paulo adhærere, q quõdam ab eo fuerat reiectus. *Aristarchus* autem, quem & ad Colossenses concaptiuum suum Apostol9 scribit, Thessalonicẽsis erat, & comitatus ẽ eum Hierosolyma ascẽdentẽ, atq; indecum eo ipse & Lucas Romã sunt missi, sicut 2. Tim. 4 & ecclesiastica historia meminit. *Demas* uero ipse ẽ, de quo ad Timotheũ q̃ritur Apostol9, Demas me dereliquit, diligens hoc seculum, & abiit Thessalonicam. Qui fortasse postmodum pœnitentia ductꝰ, & in Christo confortatus, rediit ad Apostolum. aut si non est ad eum reuersus, tunc constat hanc epistolam prius esse scriptam, quàm scriberetur ad Timotheũ secunda. *Lucas* aũt medicus charissimus, ipse est frater ille gloriosus, cuius laus est in euangelio per oĩes ecclesias. Qui euangelium &

Actus apostolorum ecclesijs derelinquens, qũo apostoli de piscatoribus piscium piscatores homi- C num facti sunt, ita de medico corporum in medicũ est uersus animarũ. Cuius scripta quotiescũq; leguntur in ecclesijs, toties eius medicina non cessat. Huius autem epistolæ talis est terminatio.

Gratia domini nostri Iesu Christi cũ spiritu uestro. amen.

¶ Sicut à meliori parte hominis, i. capite dinumeratur populus Israel, dicente scriptura, secundum capita eorũ, ita in toto quidem homine & omni parte sanctorũ gratia est dñi nostri Iesu Christi, sed à maiori & meliori parte. i. spiritu, per synecdochen de toto homine dicitur: *Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro. Amen.* Cum autem in spiritu gratia domini fuerit, totum facit hominẽ spiritualem, ut & caro spiritui seruiat, & anima non uincatur à carne: & redacta simul in substan- D tiam spiritalem, adhæreat domino: qm̃ qui adhæret domino, unus spiritus est.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM *ad Hebræos.*

PAulus in Italia positus, Hebræo sermone scripsit hanc epistolam, & misit iudæis ad fidem domini Iesu conuersis, & in Iudæa post ueritatis agnitionem cõuersantibus, intendens principaliter eos in puritate fidei Christianæ confirmare, & à legalibus obseruatijs, quibus adhuc detinebãtur, prorsus auellere. Putabat em̃ fidem Christi solam sine admixtione legalium ceremoniarũ ad beatitudinis consecutionem nullatenus esse sufficientem, sed utrunq; simul dicebant ad salutem esse necessarium. Nullum nanq; in fide Christi sine legali obseruatione, uel in legis obseruantia sine fide, dignum uitæ perpetuitate iudicabant. Et apostolus eorum beatus Petrus passus est eos adhuc in legalibus ceremonijs uiuere, timens ne si carnales obseruãtias illis omnino auferret, & ab operibus legis in quibus semper uixerant remoueret, potius à fide domini Iesu recederent, quàm legem desererent. Cõsiderauit enim quod si ad fidem saluatoris conuerterentur. atq; post fidem & ueritatis meritum inutilitas signorum & umbræ manifestarentur eis, faciliꝰ ab errore isto reuocari possent, quàm si primo adiru diceretur eis, ut à legis operibus omnino cessarent. Et quod tunc Petrus præuidit posse fieri, nunc Paulus aggreditur facere. Timebat enim ne fides eorum quæ nimis imperfecta erat, & conuersio ipsorum inanis fieret & superflua. Ideoq; scribit eis per multas rationes de eminentia Christi & inutilitate legis, ad ultimum & de moribus instruit. Studet uidelicet (ut dictum est) persuadere illis fidem saluatoris sine carnalibus obseruantijs ad uitam ęternam sufficientem esse, & ut ulterius carnalibus obseruantijs non insistant, sed in fide Christi iustificationis & saluationis suæ fiduciam ponant. Quod autem hæc epistola superscriptionem solitam non habet, id est, Paulus apostolus, ista ratio ẽ, quia præiudicarum Hebræis erat de Pauli nomine, ne dicta eius susciperent: & idcirco prudẽter declinauit, ne statim in principio Pauli nomine inspecto, eius lectio repudiaretur: & quia à domino omnipotẽte Paulus dicitur missus ad gentes præcipue, non ad Hebrẽos. Pro humilitate ergo Paulus qui ad gentes fuerat destinatus, non scribit semetipsum Hebræis apostolum, uel propter honorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominj, qui se missum dixerat ad oues domus Israel, uel quia gentium uidebatur apostolus, & non Hebræorū. Nam neq; fidem, neq; aliud quicquam illis contulerat. Interpretantur aũt Hebræi transitores uel transeuntes, quibꝰ radicẽ cordis in amore præsentis mundi nõ plãtauere, sed assiduis desiderijs ad superna transeunt: q̃ peregrinationem terræ non diligunt pro habitatione patriæ, sed ueram patriam inquirunt. ipsi sunt uere Hebræi, & ad se scriptam esse credant hanc epistolã. In qua Apostolus primum propouit audienda esse uerba Christi, conferendo ea prophetis. quia in eo locutus ẽ deus ut in prophetis, & maior est eis. sic uidelicet dicit:

EPISTOLAE PAVLI AD HEBRAEOS.
CAPVT I.

MVLTIFARIE multisq; modis olim deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio.

¶ *Multifarie*, id ẽ, multis loquutionũ generibꝰ, aliquando manifeste, aliquando obscure, aliquãdo proprie, aliquando figuratæ, aliquando per angelum, aliquando per occultam inspirationem, aliquando Hebraice, aliquãdo Chaldaice, aliquãdo blandiens, aliquando terrens, loquutus est deus: *& multis modis*, id est, diuersis, & actionum uarijs generibus: quia non solum dicta prophetarum, sed & omnia facta eorum prænunciauere ea, quę nostris tẽporibus erant futura. Et q̃ uaria sint & q̃ multa prophetarum gesta, quæ referuntur in scripturis, quis facile noscit? Et in omnibus illis patrum gestis loquutus est futura. Nam de uerbis eorum quæ multa sunt, atq; diuerso & multipli ci genere loquutionum prolata, non est dubium quin ipse ea loquutus sit. Ita ergo multifarie & multis modis & q̃litatibus *olim*, id est, in antiquis temporibus, *loquens deus patribus*, qui nos carnaliter genuere, & fidem suã de Christo nobis reliquere. Et loquens eis *in prophetis*, quia ipse in cordibus eorum dixit, quicquid illi foras uel dictis uel factis loquuti sunt hominibus. Nec uacat quod dicit, loquens olim, & iungit præsens cum præterito. Nam ea quæ locutus est patribus in prophetis omnia nobis usq; hodie loquitur in scripturis, ut sicut ipsi, ita & nos credendo ea & opere complẽdo uitam consequamur æternam. Potest & de solis uerbis intelligi, quod ait, multifarie multisq; modis. Multifarie. i. multis loquutionibus, multisq; modis, id ẽ, multis loquutionũ qualitatibus, olim deus pater loquens patribus, qui in carne et in fide nos genuere: *nouissime*, id est, in fine temporum, quando iam alia nõ sequitur dei loquutio, qm̃ in hac continẽ oĩs perfectio sanctitatis & iustitiæ, *diebus istis*, id ẽ, tempore istorum hominum qui adhuc in carne uiuunt, *loquutus est nobis in filio* suo: quia quicquid foras Christus loquutus ẽ hominibus, pater in eo loquebatur intus. In prophetis fuit deus secundum inhabitationem gratiæ & reuolutionem uolũtatis sapientiæ suæ, in filio aũt omnino totus manebat, scilicet usquequaq; mẽtem & rationem illius illuminans, ut nihil sibi deesset ad perfectionem animæ, utpote cui sapientia dei personaliter erat unita. Et qui loquebatur in prophetis, quod in eis loquebat patribus nostris, hoc nobis ad ultimum loquutus ẽ in filio suo: & ideo uerba filij non minoris autoritatis sunt, q̃ prophetarum: imo maioris, q̃ illi serui ẽ iste filius, in quo pater loquutus est nouissime. post istã enim nulla alia futura ẽ loquutio. Illa uidelicet q̃ facta ẽ Moysi, non fuit nouissima: quia tantum posita fuit usq; ad tempus correctiõis. & ideo quandiu durabit hæc nouissima loquutio, id ẽ, nouum testamentum, pro certo durabit fides nostra: quia in aliud nõ poterit transmutari, quod nobis plus ualeat ad acquisitionẽ uitæ cælestis. Et ut diligentius obseruẽtur ea quæ loquutus est filius, transfert se Apostolus ad commendationem eius secũdum utranq; naturam, dicens:

Quam constituit hæredem uniuersorum, per quem fecit & secula. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, portansq; omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.

Ostendit uidelicet quantus sit filius, in quo pater loquutus ẽ hominibus, ut cognita magnitudinis eius dignitate, fides de eo sufficiens esse ad salutem æternam cognoscatur. *Quem* ipse pater secundum humanitatem *constituit* iam immutabilem *hæredem uniuersorum*, id ẽ, possessorem omniũ creaturarum, atq; totius mundi dñm, ut iam nõ sit tantum Iacob funiculus hæreditatis eius, sed fiat quod scriptum ẽ, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Vnde patet quia omnes in eum debent credere. Et *per quem*, secundum quod uerbum patris ẽ, ipse pater *fecit* nõ solum æterna, quæ minus sunt eciã nobis nota, sed *& secula*, id ẽ, omnia mutabilia, q̃ uariari cernimus per tempora. Seculum uidelicet à sequendo dicitur, eo quod semper sit in motu: quia semper aliquid præcedit & aliud sequitur. Et cum secula per filium facta sint, manifestum ẽ eum esse creatorem hominis & omnium reliquorum, quæ in cælis facta sunt. *Qui* filius post laborem militiæ & obedientiæ suæ sedet, id est, requiescit, nihil ultra laboris sustinens, ad dexterã paternæ maiestatis. Et iure secundum humanitatem exaltatus est ad dexteram patris, *cum sit* secundum diuinitatem eidem patri coæternus & coæqualis, *& splendor gloriæ & figura substantiæ eius*. Splendor gloriæ quasi lumen de lumine. pater enim est gloria, sicut idem filius ei canit in Psalmo, Gloria mea & exaltans caput meum. Et huius gloriæ, id est, patris splendor ẽ filius, quia à patre ẽ, sicut splendor de sole; & coæternus est patri, sicut splendor

A cœuus soli. Nam sicut natura non patitur ut sit unquam sol sine splẽdore, & ignis sine calore, ita pater nunquam potuit esse sine sapientia sua: & sicut sol non est à splendore nec ignis à calore, ita pater non a filio, sed filius à patre: & sicut splendor ostendit illud cuius est splendor, ita filius manifestat patrem cuius ipse ẽ sapientia: & sicut substantialiter splendor in sole est, & sol in splendore, ita substantialiter filius in patre est & pater in filio. Et quia posset esse cœternus, & tamen non esset eadem substantia, addit, & figura substantiæ eius, p̃ quod ostenditur consubstantialis patri. Quia etiam figura substantiæ eius, id est, expressa similitudo eius, non secundum exteriora, sed secundum substantiam figura substantiæ est, id est, forma & imago substantiæ eius: quia quantus est pater, tantus & ipse: qualis est pater, talis & ipse: cuius substantiæ est pater, eiusdem & ipse quod est pater, hoc & ipse. filius enim qui est sapientia patris, per hoc quod ipsum reuelat & facit cognosci, figuram substantiæ eius exprimit, cum semetipsam primum describit eadem sapientia, & sic patrem manifestat. Cum uide licet æternitas patris cernitur a nobis, prout infirmitatis nostræ possibilitas admittit, imago eius mentis nostræ oculis antefertur: q̃a cum uere in patrem tendimus, hunc quantum accipimus per suam imaginem, id est, per filium, uidemus & per eam speciem, quę de ipso sine initio nata ẽ eum aliquo modo cernere, quia nec cœpit, nec desinit, conamur, & habet figura expressa substantię dei. Vnde idem filius dicit, Nemo uenit ad patrem nisi per me. &, Qui uidet me, uidet & patrem. Qui & portat *omnia*, id est, sursum tenet ne decidant, & in nihilum reuertantur, unde creata ab ipso fuerant, & fustẽtat ea non labore, nec difficultate, sed *uerbo uirtutis suæ*, id est, imperio suæ potentię, hoc est, sola uoluntate sua, quæ in eo uirtus est & omnipotentia, per quod pater, quia patri compotentialis est. Et est *purgationem peccatorum faciens*, quia sanguine suo nos à peccatis mundat. Cõmoner Apostolus crucis eus & mox resurrectionis, & ascensionis. Nam postquam fudit in cruce sanguinem ut faceret peccatorum nostrorum purgationem, suscitatus est de sepulchro, & eleuatus in cælum. Vbi *sedet* nunc, id est, q̃scit & regnat & iudicat, sublimatus *ad dexteram*, id est, æqualitatem & honorificentiam *maiestatis*, id est, patris, qui est maiestas, id est, maior potestas, quia omnibus potestatibus maior ẽ, ad cuius dexteram filius est in eadẽ sede, sicut æqualis, ne si in alia parte sederet, minor esse uideretur. & sedet *in excelsis*, id est, super omnem creaturam in eminentissimis spiritibus angelicis, qui uocantur thronus, id est, sedes dei.

Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit, Cui enim dixit aliquando angelorum, filius meus es tu, ego hodie genui te? & rursum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium?

¶ Hic comparat eum angelis & præfert, usque ad locum, quo ait: Propterea abundantius optulit. Sedet in excelsis, *effectus tanto melior*, id est, dignior *angelis* secundum humanitatem, secundum quam minoratus fuerat paulominus ab angelis, *quanto hæreditauit*, id est, hæreditario iure possedit *nomen* (quod est filius) *differentius*, id est, magis differens. Dum enim mortalis adhuc esset, differens nomen habuit, quia angeli ministrabant ei, sed tamen confortasse eum legitur in passionem. Postquam autem immortalis factus est, magis differens nomen habui: quia ministrare adhuc ei possunt angeli, sed iam confortare eum non possunt. Et ante passionem licet nonnunquam uocaretur filius dei, tamen fere semper uocatus est filius hominis, post resurrectionem uero filius dei uocatur. Et secundum quod ipse differentius nomen habet, est *præ illis*, non post illos. Nam & si angeli aliquando uocantur filij dei, hoc nomen significat illos à deo creatos esse, non eandem substantiam habendo cum deo, sed potius q̃d sunt sola dei uoluntate facti. In Christo autem significat illum esse naturaliter à patre genitum, & eiusdem cum patre substantiæ, & humanitatem eius personaliter unitam eidem unigenito dei. Propter quod & ipsa humanitas appellationem filij dei meruit. Ita nomen istud quod est filius, est in Christo differentius & longe dissimilius quàm in angelis, & longe præ illis. Vel præ illis habet Christus nomen, quia honorificentior quàm illi factus est quando surrexit & ascendit. Et uere præ illis nomen habet. Nam *cui angelorum dixit* deus, quod Christo dixit? Nec maiori angelorum dixit hoc *aliquando*, id est, nec in creatione, nec quando confirmati sunt in supnis. Similiter nullus angelorũ tam sublimis est, cui legatur deus aliquando dixisse quod Chro dixit, *filius meus es tu* consubstãtialis mihi, q̃a *ego hodie*, id est, in die æternitatis, quę caret principio & fine, semperque præsens habet sine præterito & futuro, *genui te* ex substantia mea. Genui te, dixit, & nõ gigno, te, ne imperfectus uideret esse filius, & ne contra prophetam deus recens esse putaretur idem unigenitus. Si eũ dixisset, hodie gigno te, posset existimari hęc genitura hodie principium habuisse. Sed cũ dicit, genui, ostendit q̃d hodie sit, sed nõ hodie cœpit. Ac p̃ hoc nullũ principium habuisse declaratur. Tamẽ si in Actibus apostolorũ uerba Pauli consideremus, uidebimus eum hãc sententiam ad resurrectionem dñi retulisse. dixit enim de patre, Resuscitans Iesum Chrm, sicut in psalmo secundo scriptum ẽ, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Iuxta hoc igitur Apostoli testimonium dixit ei pater in die resurrectionis, filius meus es tu, ego hodie genui te, ut illa resurrectio eius quam pater operatus est, intelligat quædam generatio. Nam & nra resurrectio uocatur regeneratio, cũ dicitur, In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ. & iterum de electis dicitur, quia in futuro seculo sunt filij dei, cum sint filij resurrectionis. Chĩs ergo scdm humanitatem, qui dum esset mortalis, erat filius hominis, in resurrectione uestiens imortalitatem, factus est filius dei, sic tñ, ut non amittat esse filius hominis, quia uerus hõ permansit: sed gloriam quã humanitus non habebat, accepit: ita & hõ ille quem unigenitus dei in sua persona susceperat, audiuit in resurrectione, Filius meus es tu, ego hodie genui te, q̃d nulli unquam angelorum dictum est: q̃a nec propter aliquã promotionem q̃ illis aliquãdo facta est, digni sunt aliqs illorum hoc audire. Et *rursum*, cui angelorũ dictum est q̃d de filio hominis uerbo dei personaliter unito dixit, Ego qui uerbi

Matt. 19

Luc. 20.

Actu. 13 Psalm. 2. Heb. 1. 2 Par. 22

Universidad de Deusto
Biblioteca

A mei sem ꝑ sum pater, *ero illi in patrem*. i. ero pater illi homini quē uerbū meū assumet, *& ipse* homo *erit mihi in filiū*. i. erit mihi filius? Nulli angelo⁹ dictū est hoc, uel de nullo angelo⁹. Sed homo iste propter unitatem personæ, uerbi & carnis, factus est eiusdē patris filius cuius & uerbū: quia & uirgo, dei genitrix idcireo dicitur, quod non solum hominem, sed & dñm genuit. Caro enim communicat altioribus, sicut & diuinitas humilioribus.

Psal. 96. Et cum iterꝝ introducit primogenitū in orbē terræ, dicit: Et adorent eū oēs
Psal. 103 angeli dei. & ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & mi-
Psal. 44. nistros suos flāmā ignis. Ad filiū autē: Throno⁹ tuus deus in seculū seculi, uirga æquitatis uirga regni tui. Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatē, ꝓpterea unxit te deus, deus tuus oleo exultationis
Psal. 90. B ꝑ participibus tuis. Et tu in principio dñe terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autē permanebis, & oēs ut uestimentū ueterascent: & uelut amictū mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

¶Ostenso per autoritates qm̄ differentius nomen ꝑ angelis Christus hæreditauit, oñdit p alias autoritates eū esse meliorem & præstantiorē angelis. Quāsi dicat: Anteqū filius dei hō fieret, promisit deus se eidem homini fore in patrem. *Et iterum cū introducit in orbem terræ*, id est, in hunc mundum *primogenitū* in multis fratribus, dicit de eo, ut adorent ab omnibus sanctis angelis. Iterꝝ introducit uisibilem carne assumpta, qui ante inuisibilis in mundo erat. Quæ assumptio dī exitus à patre, & introductio in hæreditatem. Vel introducit. i. intus usq; ad corda hominum ducit eū, ut cognoscatur ab eis, pro quo⁹ salute carnē induit, & in orbem terræ, id est, in reparationem humani generis ubiq; terrarum existentis. Qui filius secundum diuinitatem quidem, in qua fratres non habet, dicitur unigenitus: sed secundum humanitatem, in qua fratres habere dignatus est, appellatur primogenitus. In qua humanitate eum adorare monent angeli, q̄a in diuinitate ut adorent eū, nō indigebant admonitione. & quia hō unitus Deo,
Deut. 32 adorat ab angelis, patet q̄a lōge melior est ipse q̄ angeli. Hoc aūt testimoniū in cātico Deuteronomij iuxta Septuaginta interpretes ita legitur: Lætamini cæli simul cū eo, & adorent eum oēs angeli dei. Vbi notandū est q̄ translatio Septuaginta interpretū authentica erat Hebræis, q̄bus scribebat Apostol⁹, utpote Græcā & Hebræam linguā scientib⁹. Quia ergo cæli lætant cum hoīe quem dei filius assumpsit, & adorant eum omnes C
angeli dei, manifestum est ex hoc, quantū ipse plus sit angelis: & etiam ex eo q̄ sequit, quia ad angelos dicit, qui facit angelos &c. Illud enim q̄ supra dictū est, refert ad filiū, oñendo illū esse meliorem angelis: & illud q̄ subdit, refert ad angelos, oñendo eos inferiores illo cui seruiunt, & ministrant: & hoc est q̄ dicit scriptura, q̄ad angelos pti net quidem: *Qui* scilicet filius *facit angelos* i. nūcios & legatos suæ uoluntatis ad hoīes, *suos spūs* cælestes, angelus enim nomen est officij, non naturæ. Nomen uero naturæ spūs est. Nam sancti illi spiritus supernæ præsentiæ semper quidem sunt spiritus, sed non sp angeli. Tunc enim solummodo sunt angeli, cum nunciant. Eos ergo quos semper Christus habet spiritus, quando uult, angelos facit, mittendo eos nunciare quod iusserit: *& flammā ignis*, id est, Seraphin, qui ardentes interpretātur, quia igne diuini amoris toti sunt inflammati, & ante omnes alios sunt, facit *ministros suos*, ut ministrent ei & seruiant. Similiter primos cælestium spirituum facit sibi ministrare. *& hoc quidem ad angelos dictum est*, id est, ad ostendendam subiectionē D
eorum: sed *ad filium* quod sequitur, id est, ad declarandam eius excellentiam. O *deus* fili, *tuus thronus*, *Locus ab exemplo.*
id est, tua sedes regia permanet *in seculum seculi*, id est, in æternum. Nō uidelicet posset deus habere sedem temporalem, dominū uocat eum, ut oīnibus qui uidebant eum esse hominē, diuinitas eius innotescat. Per thronum, id est, p sedē regiam designatur regnum eius. Qui thronus perseuerat in seculū seculi, quia regni eius non erit finis. & alibi dicitur, quia sedebit dominꝰ rex in æternum. Per uirgam quoq;, id est, sceptrum, insigne regnantis exprimitur. Quæ uirga est æquitatis, sicut & per prophetam de eo dictū est, Ecce in iustitia regnabit rex. Vel thronus intelligatur iudiciaria sedes, & per hanc ipsum iudicium. Qui thronus permanet in seculum seculi, quia nouissimum Christi iudicium semper stabit. Vnde ait, Ibunt hi in supplicium æternum, illi autem in uitam æternam. Per uirgam autem æquitatis, intelligi potest rectitudo sententiæ iudicij eius, qua percutiet reprobos. Hæc uirga, fortitudo est in uindicta & æquitas rectissima. Vel certa *uirga regni tui*, id est, disciplina & regnum, qua bonos regis & malos flagellas, est *uirga æquitatis*, id ē, regula directa & inflexibilis. Nec mirum, quia *dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem*, id est, omne bonum non coactus habuisti, sed ex amore: & econtra odisti iniquitatem, id *1. Iohan. 3.*
est, omne malum. Nam sicut Iohannes in epistola dicit, Omis q facit pctū, & iniquitatem facit, et pctm est iniqtas. Nō simul utraq; habuisti. i. bonū & malū; sed unū ex amore tenuisti, & alterꝝ ex odio detestatus es. & *propterea*, id ē, ut bonum diligeres & malum odires, *unxit te o deus* fili *deus tuus* pater per se, non per ministros. In eo enim quod dicit, unxit te deus deus tuus, sicut & in Hebræo & Græco patet, primum nomen Dei uocatiuo casu intelligendum est, sequens nominatiuo. Vnxit te deus, deus tuus. Vnxit secundum hominē,

A quia deitas nullo indigebat. Deus em̄ qui unctus est, homo factus erat: & ideo unctus ē deus, quia homo erat deus. Vnctus est *oleo*, id ē, spiritu sancti dono. Sed *præ participibus suis* unctus est, quia omnes nos peius in peccato existimus, & postmodū per unctionem sancti spiritus sanctificamur. Ipse autem qui existens Deus ante secula, per spiritum sanctum in utero uirginis homo conceptus est, in fine seculorū ibi ab eodem spiritu unctus est, ubi conceptus. Nec ante conceptus & postmodum unctus est, sed hoc ipsum de spiritu sancto & carne uirginis concipi, à spū sancto ungi fuit. Nō potuit apertius dici nomen Christi, quàm ut diceretur unctus deus. Christus enim Græce, unctus dicitur latine. & unctus significat regem, uel sacerdotem. Vnctus ē deus oleo, sed spirituali. Oleum enim uisibile in signo est, oleum autem inuisibile in sacramento. Oleo *exultationis* unctus est, id est, spiritu sancti gratia quæ conscientiam eius exhilarauit, faciens ut nullum oīno peccatum in ea unquam esset, sed omnis omnino sanctitas. Et id. eo præ participibus suis unctus est, quia nullus sine peccato, nisi iste solus, nullusque tātum sanctitatis habere potest. Nam neque boni aliquid habere quisquam ualet, nisi ab isto acceperit. Quia
B enim omnes sancti ab eo accipiunt quicquid habēt, ideo participes eius dicunt, sicut & in sequentibus epistolæ huius legimus, Participes em̄ Christi effecti sumus. Propter quod & ipse uocatur Christus, illi uero Christiani: in qua appellatione declaratur, quia ipse singulariter unctus est maiori gratia præ omnibus. Non enim ad mensuram *Iohan. 3.* dedit ei spiritū Deus, sed totum spiritum sanctū ei largitus est: nobis uero dedit ad mensurā. Hæc *Psal. 101* dicta sunt ad filium, in quib⁹ humanitatis eius excellentia demonstratur. Et iterum propheta insinuans æternitatem diuinitatis eius, ait ei: O *domine* fili, *tu fundasti terram in principio* mundi, id ē, nutu & dispositione tua immobilem subsidere fecisti. In principio fūdasti eam, quia tu iam eras ante oīnne principium, & in principio dedisti esse creaturis. *Et cæli sunt opera manuum tuarum*, quia manib⁹ tuis, id ē, uirtute iussionis tuæ operatus es cælos. ipsi quitam durabiles sunt, *peribunt* in die iudicij. Non tamen hoc intelligitur de superioribus cælis, sed de nouissimis, q̄ sunt propinqui terræ, & in q̄bus aues uolitant. Qui secundum quātitatem & spatia aeris huius peribunt igne iudicij occupante tantam aeris capacitatem, quantam occupauit aquarum diluuium. Ipsi peribunt ab ea quam habent specie, ut in meliorem mutentur. *Tu autem permanebis*, quia sicut ante omnia permanebas incommurabilis in æternitate tua, sic & postquam illi perierint, permanebis semper idē æternaliter. *& omnes* illi cæli aerij *ueterascent ut uestimentum*, id ē, lōgæuitate paulatim deteriores fient. Quod nos quotidie cernimus impleri ipsa iam aeris immutatione & terræ sterilitate. Nā & de terra similiter hoc intelligitur. *Et uelut amictum mutabis eos.* Amictui comparātur cæli, quia terram operiunt & circundant. Sicut amictum mutabis eos, id est, tam faci
le, sicut amictus extenditur & plicat. Ita ergo perihunt cæli, & terra, ut mutentur, nō ut omino definant esse: quia ab ea quā nunc habent specie, tergentur per ignem, & tamen in sua semper natura manebūt. Creaturę quidem *mutabuntur*, sed tu immutabilis permanes, iuxta quod alibi dixisti: Ego dominus & non mutor. &, Ego sum qui sum. *Tu* *Exod. 3*
semper *idem ipse es* æqualiter incommutabilis, *& anni tui nō deficient*, id est, æternitas tua, anni nostri quotidie deficiunt, nec stant omnino, sed anni tui nori deficiunt, quia semper stant. & quia stāt, ipsi anni qui stant, unus annus est. Ipse annus qui stat, unus dies est. Quia ipse unus dies, nec orrum habet, nec occasum, sed semp stat & lucet. Hi sunt anni qui non deficiunt, sed permanent. His itaque dictis euidenter ostenditur Dei filius æternaliter incommutabilis in sua deitate, sine initio & fine permanere, & omnium creator esse, ac per hoc fides eius ad æternam salutem optime sufficere.
In psalmo possunt hæc prophetica uerba mystice tractari, sed in hoc loco iuxta literam melius intelliguntur: quia tunc in eis manifestius æternitas & potentia filij, quàm nunc Apostolus studet ostendere, declaratur. Nam ad filij personam, nō ad patris in hac epistola dicitur: Tu in principio domine terram fundasti &c. licet in Psalmo & ad pa- D
trem conuenienter ista dicantur, uel potius ad totam trinitatem. Sed nūc Apostolus excellentiam solius filij propheticis testimonijs intendit ostendere, qui iudæis propter assumptionem carnis minor uidebatur. Vnde adhuc subiungit:

Ad quem autem angelo⁹ dixit aliq̄n, *Psal. 109*
Sede a dextris meis quoadusq; ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?
Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capient salutis?

¶Item de gloria humanitatis eius loquit̄ ostēdens cum angelis multo digniorem. Quasi dicat: Non solū per supradicta maior angelis esse declaratur, sed etiam per hoc, quia *ad quem angelorum* quantæcunque excellentiæ fuisset, *aliquando*, id est, in aliquo statu eorum uel ante ruinam superborum, uel post confirmationem humilium, *dixit* pater quod Christo dixisse legitur, scilicet, *Sede a dextris meis?* Nam de excellentissimis angelis scriptum est, quia Seraphin stabant in circuitu eius. Seraphin stant ut ministri, filius sedet ut dominꝰ. Seraphin in circuitu, filius ad dexteram. Nā uicto- *Apoc. 7.*
ri Christo pī in die ascensiōis eius obtulit confessum suū, dicēs: Sede à dextris meis. i. quiesce & regna in potioribus meis, & hoc, donec *ponam inimicos tuos scabellū pedum tuorum*. i. prius subijciā tibi. Per pedes stabilitas æterna designatur, ubi quasi uestigijs positis uirtute omnipotētiæ confisit, uel certe humanitas eius, & his pedibus eius quotidie subijciunt inimici, uel per spontaneam conuersionem, uel per iustam dānationem. Cum autē oēs *1. Cor. 5.*
subiecti fuerint. i. in fine seculi, tunc patebis omni

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bus, quia ipse perenniter sedebit ad dexteram patris. & ideo nunc necesse fuit dicere, quod ipse ibi
Locus ob scurus. sessurus sit post diem iudicij, sed tantū usq; ad illū diem propter eos qui adhuc ibi sedere nō credūt, hoc nulli angelorū dictū ē, scilicet, Sede à dextris meis, quia non ē ministri sedere ad dexteram illi⁹ cuius minister ē, sed filij est sedere ad dexterā patris. Nam omnes angeli sunt eius ministri, & hoc interrogatiue quali per increpationē dicit. *Nonne omnes* angeli tam magni q̄ parui, *sunt spiritus administratorij*. i. ad ministrandū apti. ut unusquisq; deo ministret ex officio suo; administratorij sunt, id ē, ministrandi officium habent. & quia possunt officium habere ministrandi, ut non ministrent, ut dapiser dicit eius minister, etiā si nō ministret, subditur: *missi in ministerium*, subaudi actualiter explendum, hoc ē, & ministrandi officium habent, & ministrant, ministrando scilicet seruiunt, & id faciūt non propter se, sed propter homines, quibus licet minoribus imperio Christi seruiunt, propter eos in bonis operibus adiuuandos, & à malignis spiritibus defendendos: *qui capient hæreditatem salutis*, id ē, consequentur hæreditatē patriæ cælestis, ubi p̄petuā animæ corporisq; salutem habebunt. Mittunt itaq; propter nos huc angeli, uel à dño uel à maioribus angelis. Ex minoribus uidelicet angelorū agminibus foris ad explendum ministeriū
B immittunt. i. ad humana solatia uel angeli uel archangeli ueniunt. Nam sublimiora agmina abintimis nunq; recedūt, quoniā ea quæ præeminēt, usum exterioris ministerij non habent. Vnde Daniel ait, Millia millium ministrabant ei, & de-
Danie.7. cies millies centena millia adsistebant ei. Aliud ui delicet est ministrare, aliud adsistere. Nam ministrant deo, qui ad nos nunciando exeunt: adsistūt uero, si sic contemplatione intima perfruuntur, & ad explenda foras opera non mittant. De moribus ergo intelligendum ē, quod sint in ministeriū missi propter homines qui hæreditatem salutis percipient. Nusquam em legimus dominationes uel chronos in ministeriū mitti. Qui tamē dici possunt administratorij spiritus, quia & intus ministrant deo, dum diuinas sciētias ab eo susceptas inferioribus tradūt, & ad supernam eos contemplationē adducūt. Sed & illi qui foras exeunt semper ei assistūt: quia & cū ad nos uenīūt, sic exterius implent ministeriū, ut tñ nunq; desint interius per contemplationē. Vnde Saluator de paruulis, i. humilibus ait, qa angeli eorū in cælis semp
Mat.18. uident faciem patris mei, & mittunt igitur, & assistunt: quia etsi circunscriptus sit angelicus spūs, summus tñ spiritus ipse qui deus ē, circunscriptus non ē. Angeli itaq; & missi ante ipsum sunt, quia quolibet missi ueniant, intra ipsum creduntur.

CAPVT II.

PRopterea abundantius oportet obseruare nos ea q̄ audiuimus, ne forte pefluamus. Si em q per angelos dictus ē sermo, factus est firmus, & oīs prævaricatio & inobediētia accepit iu- C
stā mercedis retributionē, quo nos effugiemus, si tantā neglexerimus salutē? Quæ cū initiū accepisset enarrari p dñm, ab eis q audiere, in nos confirmata est, contestante deo signis & portentis & uarijs uirtutibus & spūs sancti distributionibus secūdum suā uoluntatē.

¶ Hucusq; multis autoritatibus demonstratum ē, filium esse meliorem angelis: & nūc cōsequenter asserit, qđ uerba eius magis sint obseruanda q̄ angelorū. Loquut⁹ fuerat deus in pphetis, loquutus fuerat & in angelis, sed nouissime loquutus ē nobis in filio. Et *propterea* quoniam ille tanto dignior ē eis, *oportet nos ea quæ* ab ipso *audiuimus, obseruare* & opere complere *abundantius*, q̄ illa quæ à prophetis uel ab angelis qui ministri legis fuerūt, audieramus. Abundantius. i. largius & studiosius seruare debemus uerba quæ loquutus ē deus in Christo, q̄ seruauimus ea quæ loquutus ē in angelis. i. præcepta euangelij quàm legis. Ea enim q̄ *Actuū.7* deus referē dixisse Moysi, certum ē angelos esse loquutos. Sed dicit aliquis: Cur ergo scriptum ē, Dixit angelus ad Moysen? Quia cum uerba iudicis D
præco pronunciat, non scribit in gestis, ille præco dixit, sed ille iudex. Loquuti sunt itaq; angeli uerba legis. Sed magis obseruare nos oportet uerba euangelij, quæ loquutus ē Christus, *ne forte perefluamus*. i. puniamur. fluimus em, quia sicut fluuius in defluxu & mutabilitate sumus, de infantia ad pueritiam, de pueritia ad iuuentutē, de iuuentute ad senectutem, & inde ad decrepitam ætatē. Effluimus uero, cūin morte anima & corpore dissoluimur. Effluimus. i. extra fluimus, cū animā exhalamus: pereffluimus, si à uero dei esse perpetualiē separati per uaria tormēta sine fine deficimus. & ne hoc nobis contingat, obseruemus uerba Christi saltē timore pœnæ, si necdum regnat in nobis amor iustitiæ. Vel fluimus p pœnas mortalis naturæ, effluimus peccatum addendo, pereffluimus in æterna damnatione. Vel ita: Fluere, ē mori: effluere, pati pœnas siue in hoc seculo, siue in futuro: pereffluere acriora tormenta perpetualiē pati. & hæc cauēda nobis sunt. Sed & moraliē pefluere ē ab intima intentiōe appetitus interior⁹ & eternorū, penitus extra fluere, cogitādo & appetēdo sola exteriora & tēporalia, quod eis accidit, quorū mentes gra dei prorsus deseriit: & q uerba Christi custodire negligūt, merito suæ puerilitatis deserunt ē spū sancto, ut cōcupiscētias suas sequant & pereant. Vnde mox de pœna futuræ dānationis earū comparatiōe uindictæ, quæ prævaricatoribus legis quondā inferebant, terribiliter subdit: *Si enim qui per angelos dictus est sermo* &c. Nam si illi puniti sunt, qui uerba angelorū cōtempsere, quanto grauius punientur, qui uerba Christi contemnūt? A minori probat hoc. Vel secōdum priorē sensum

A ita continuatur: Reuera pereffluemus in tormentis, nisi ea q̄ dicta sunt nobis à filio, seruauerimus. Nam qūo effugiemus pœnas æternæ ultiōis, si tantam salutē nouæ gr̄æ neglexerimus, cum nec illi effugerint, qui legem uterem neglexere? & hoc est: Si sermo dei qui dictus est Moysi p angelos. i. p officium angelorū, *factus est firmus*. i. ratus & stabilis & in minis & in promissis, quia & quicq̄d minata est lex & quicq̄d promisit, completū ē: *& oīs omnis prævaricatio & inobedientia* &c. Prævaricatio ē uetita facere, inobedientia ẏo iusta nō facere. Et nō solum oīs prēuaricator qui multorū reus erat, sed & oīs prævaricatio. i. oīs culpa transgressionis, ut pro singulis ultio fieret, & oīs culpa inobedien
Exod.21 tiæ, q̄ legis præcepta facere contempsit, *accepit* retributionem factorū suorū, retributionem di-
eo *mercedis*. i. meriti *iustam*. i. parem, non pro leui
Deut.19 culpa magnam, nec pro magna leuē, sed iuste modificatam, ut oculum pro oculo, dētem pro dente. Melius positum est prævaricatio & inobedientia, q̄ si ponerē, prævaricator & inobediens: qa p hoc (ut diximus) oīs dicitur pœna illata fuisse pro unaquaq; transgressione & inobedientia. Nā prævaricator non solum de uno, sed etiam de multis
B dr̄. & si hic posit⁹ esset prævaricator, posset intelligi q̄ non pro una, sed pro multis culpis quis puniretur. Si (inquit) sermo angelorū tam firmus factus est, ut tanta necessitate cogerent nostri maiores illi operibus ad implere, qm̄ si qs aliter fecisset, nō poterāt euadere, *qūo nos* debitam ultionem *effugiemus, si nunc neglexerimus tantam salutem*. i. æternam beatitudinem, q̄ nobis offert in obseruatione mādatorum noui testamēti? Nullo mō pœnas effugiem⁹, si hanc inæstimabilem salutem paruipēdamus. Hæc enim tanta salus fuit in ueteri testamento, quanta est hæc quā filius nobis attulit: Illa temporalis fuit, hæc ē perpetua. Illa terrenas diuitias, hęc cęlestes p̄misit. Illa uictoriā de carnis hostib⁹, hæc cōcessit de spūalibus. Illa tēporalē feliciter uitam, hæc tribuit æternaliter beatam. Ideoq; saltē nō negligēda, q̄ est minus q̄ p̄uaricari. Grauior enim uindicta de his qui salutem istā neglexerint, q̄ sumpta est de illis, qui sermonem angelorū p̄uaricabant. ibi em sermo, hic aūt salus: quia ibi tm̄ litera iubens, hic uero spūs adiuuans. Quia uero iudæi possent respondere, Non sequit, q̄ si illi puniti sunt, qui legem p angelos datā prævaricabantur, nos quoq; puniamur, si negligamus ea q̄ dicta sunt à filio dei: qa ipsi uidere angelos & audire, nos uero filiū nec uidimus, nec audiuim⁹, ideo subiūgit: Quæ sal⁹ confirmata est ab eis qui audiere, ac si dicat: Non idcirco pœnā euadetis, q̄ eum fortassē præsentem in carne non audistis, quia audistis eos qui eum audiere. & hoc est: *Quæ* salus & uita perennis electorum, *cum per dominū* Iesum *ac-*
Hebr.2. *cepisset initiū* non constitutionis, quia ab æterno ē, sed enarratiōis, quia unigenit⁹ filius qui est in sinu pr̄is, ipse enarrauit *ab eis*, id est, ab apostolis, qui ab eius ore *audiere confirmata est*. i. ualida affirmatione prædicata est, trāliens *in nos*. i. ad sedem & intelligentiam aīæ nostræ pueniēs. Cōfirmata est in nos

ab eis qui audiere, non in fine tm̄ dñicæ prædicationis, sed à principio, cū illa salus cœpisset *enarrari*, id est, euidenter & manifeste enarrari p dñm, non figuris inuolui, sicut antea p prophetas. Cōfirmata est (inq̄t) ab eis *deo contestante*. i. cū eis testāte q̄quid illi dicebant, & qūo contestabat deus. i. testimonium & certitudinē dabat prædicatiōi eorū, *signis*. i. minoribus miraculis, ut erectione claudi, *& portentis*, i. maioribus & stupendis mirabilibus, ut sanatione oīm infirmatū per umbrā Petri. uel signa erāt, quia aliud signabant, ut erectio eiusdē claudi erectionem claudicantis populi iudæorū: & portenta, quia aliud portendebant, ut sanatio infirmitatū sub umbra Petri, sanationem oīm spiritualium languorū aīæ nostræ in præsenti ecclesia, q̄ per umbram Petri figurant, sicut supna Ieru
D salem p corpus eius. Talibus signis & portentis cō testabat deus uerā esse q̄ docebant apostoli, *& uariis uirtutibus* aliorū miraculorū, q̄ non ita erāt mystica. Vel uarijs aīæ uirtutibus. i. charitate, humilitate, castitate & cæteris huiusmodi, q̄s deus in eorum moribus relucere faciebat, ut eorū uita prædicationi concordaret, quatenus humilitatē docentes, humiles essent: largitatem prædicantes, largi essent, quibus nimirū uirtutibus contestabat deus ueram esse doctrinam eorū: *& etiam spiritus sancti distributionibus*. i. donis spiritus sancti diuerso mō datis, ut ille haberet gr̄a linguarū, iste interpretationem sermonum, alius prophetiam & alia alia. Distributionib⁹ dico factis nō scdm meritū, sed *scdm suam uoluntatem*. i. scdm placitū suæ misericordiæ. Secundū uoluntatem eiusdē spūs, quia ipse est di-
uidēs singulis prout uult. Vel scdm uolūtatē dei *1 Cor.12.*
patris, quia una uoluntas est indiuiduæ trinitatis.

Nū em angelis subiecit deus orbē terræ futurū, de q̄ loquimur: Testatus est aūt in quodā loco q̄s dicēs: Quid ē hō *Psal.8.*
q̄ memor es eius, aut filius hois qm̄ uisitas eū? Minuisti eū paulo min⁹ ab angelis, gloria & honore coronasti eū, & cōstituisti eū sup opa manuū tuarū. Oīa *1 Cor.15*
subiecisti sub pedib⁹ eius. In eo em q̄d ei oīa subiecit, nihil dimisit nō subiectū ei. Nunc aūt necdū uidemus oīa subiecta ei. Eum aūt qui modico q̄ angeli minoratus est, uidem⁹ Iesum, ꝓpter passiōnē mortis gloria & honore coronatū, ut gr̄a dei ꝓ oībus gustaret mortē. *Philip.2.*

¶ Dixit superius, quia oportet nos ea q̄ à Christo audiuimus, obseruare abūdantius q̄ obseruauimus illa, quæ audieramus ab angelis, id ē, carnales obseruantias, & nunc declarat cur abundantius, quia uidelicet non angelis, sed Christo data est potestas iudicandi nos in futuro seculo & regnare sup omnia. *Non enim angelis*, sed Christo *subiecit* Deus pater *orbem terræ futurum*, id est, qui futur⁹

Universidad de Deusto
Biblioteca

A est post diem iudicij, qñ erit cælum nouũ & terra noua, *de quo* orbe tunc futuro nunc *loquimur*, non de eo quẽ nũc cernimus. Iste em̃ ex parte recusat adhuc subijci Christo, ille aũt oĩno subijcietur ei. Non angelis tunc subiectus ẽ orbis ille, sed potius Christo: quia sic asseruit in psalmo ppheta, cuius nomen uobis reticeo, non absconditis affectu, sed qa uos memoriter psalmos retinetis, & à rege Dauid cõpositos scitis. Hoc *testatus est quis* ppheta/rum, qui pro habita excellentia sine proprio no/mine intelligitur, & ex sola autoritate cognoscit, & testatus *in loco* scripturę *quodam*. i. egregio & no/tabili, ut per testem & per locũ pateat sine ambi/guitate uerũ esse q̃d dixit. Testatus ẽ, *dicens*, quid ẽ homo &c. Omnis filius hominis, homo ẽ: sed nõ oĩs homo, filius hominis. Adã quippe homo, sed non filius hominis. Homo igitur hoc loco, terre/nus ẽ: filius aũt hominis, cælestis: & ille seiunctus deo, hic aũt p̃sens deo: & propterea illius memor ẽ tanq̃ longe positus, hunc uero uisitat, quẽ præ/sens illustrat uultu suo, de quo propter infirmita/
B tem carnis & humilitatem passionis recte dicitur, Minuisti eum paulo minus ab angelis: & propter clarificationem, qua resuscitatus ẽ & in cælũ ele/uatus, gloria & honore coronasti eũ &c. Q. Ergo dicitur, Quid ẽ homo, cum despectu legendũ ẽ. O (inquit) dñe deus pater, *quid est homo*, quasi fragi/lis, despectus, peccator, *quod memor es eius*, qñ pec/cata dimittis, *aut* quid ẽ. i. quantæ dignitatis & ex/cellentiæ *filius hoĩs*. i. Christus, qui non ex duobus parentibus, sed ex sola uirgine natus ẽ, *quoniam uisitas eũ*, resuscitans de sepulchro? Ibi es memor, pa/triarchis de cælo misertus: hic uisitas, quia uerbũ caro factum ẽ. Vel totus uersus de Christo põt le/gi & admiratiue dici: Quid. i. quod magnũ & q̃d mirabile ẽ mediator dei & hominũ homo Chri/stus Iesus, quod memor es eius. i. quia licet in ter/ris conuersetur, tu tamen non obliuisceris eius ali/quando ut peccet, sed semper es memor eius, faci/ens ut semper sit immunis ab omni peccato', & plenus omni sanctitate: aut quid est. i. quod glori/osum est filius hominis. i. idem Christus, homo ex homine matre natus, quia per hoc quasi infirmũ uisitas eum resuscitando. Omnes enim alij sunt filij hominum, quia originem habent ex coniun/ctione duorum: sed Christus filius ẽ (ut diximus) solius hominis, quia sine carnali patre natus ẽ de uirgine, & ideo magnum quid & incomparabile est ipse apud deũ. Quia uisitas (inquit) eum sicut medicus in infirmitate eius, & omnem languorẽ mortalitatis & passibilitatis atq̃ corruptionis per resurrectionem expellis ab eo. Et indigebat uisi/
Philip.2. tatiõe, quia *minuisti eum*. Erat enim consubstãtialis & coæternus tibi, sed minuisti eũ, dum exinaniẽs seipsum, formã serui acciperet. Minus angelis, qa mortalis factus ẽ: paulo, quia sine pcto. Nam mi/nor angelis fuit propter humilitatem carnalis ge/neratiõis atq̃ passiõis, nõ propẽ naturã humanita/tis. Natura enim humanæ mentis, quæ ad imagi/nẽ dei facta ẽ, si pcto careat, par ẽ angelis. Christus ergo corpore, non mente fuit minor angelis, & corpore mortali atq̃ passibili. Cum dicitur, *paulo minus ab angelis*, illud ab, notat nõ esse intelligendũ C minorem, ut angeli aliq̃ mõ habeant illam natu/ram, qua dicitur minor: sed ex toto ab eis esse re/motam innuit. Ista nõ ualent ad hoc oĩendum, q̃ ei subiecta sunt omnia; sed potius oſtenduntur quidã gradus & merita, quib9 ipse ad hoc uenit, ut ei subderentur omnia, ut per hæc q̃ iam cõpleta sunt, credam9 & illa fore cõplenda, quæ necdum sunt completa. Minuisti (inquit) eum. i. minus mi/nuisti maiori, hoc est, hominẽ coniunxisti uerbo in unitate personæ, & post expletam passiõis obe/dientiã *coronasti*. i. circundisti *eũ* ad modum coro/næ, q̃ totũ caput circundat, *gloria*, quãtum ad ani/mã, ut oẽs internæ uires eius glorificarent; *& honore*, quantum ad corpus, ut esset immortale & luci/dissimũ. Tres em̃ sunt uires in anima. i. ratio, sensifi/catio, uegetatio. Scdm rõnem nihil recepit in re/surrectiõe, quia neq; sapientiã ampliorem, neq; di/lectionẽ dei & proximi uehementiorẽ. Sed scdm uegetabilitatem & sensificatiõem recepit, qm̃ aia suũ corpus p resurrectiõem ita uegetauit, ut subij/ci non posset ulli corruptiõi: & sic etiam sensifica/uit, sic omnes sensus corporis iungere fecit, ut nul/ D lo modo posset detineri, uel aliquid molestiæ pa/ti. Quod uidelicet corpus ita tunc factum est pul/chrum, ut pulchrius fieri nõ posset, & scdm deco/rem coloris, & secundã aptitudinẽ corporis ipsi/us. Vel in resurrectione & ascensione coronatus est gloria, in similitudine triũphatoris & honore in consessu patris. uel gloria. i. claritate immorta/litatis, & honore, q̃ ũbi flectitur omne genu, & etiam *constituisti*. i. stabiliter *eum* posuisti, ut ibi re/gnet perenniter *sup opera manuum tuarũ*. i. super an/gelos & homines, quos ambabus fecisti manibus diceris, quia digniores sunt cæteris creaturis. Nec solummodo super angelos & homines eum po/suisti, sed etiam super oĩa: qm̃ *omnia* quæ sunt in cælo & in terra & in inferno & in uniuersitate to/tius creaturæ, ita *subiecisti* ei, ut sint *sub pedibus eius*. i. ut nullo sibi mõ possint æquiparari, sed infra sub iaceant ut adorent eum. Quia igitur omnia pater ei subiecit & non angelis, ideo abundantius opor/tet nos ea seruare, quæ ab illo audiuim9, q̃ seruа/uimus q̃ ab angelis audieramus in lege. Per hoc oĩa quæ dicta sunt, ostendit ipse ad salutem suffi/cere sine carnalib9 obseruantijs. Et si non amore p̃cepta eius seruamus, saltem terrore iudicij serue/mus ea: qm̃ omnia subiecta sunt ei, uel post modi/cum subiecta erũt. Præteritũ enim pro futuro po/suit prophera. Omnia subiecit ei pater. Dũ dicit omnia, nec terrena excipit, nec cælestia. Nam *in eo quod ei subiecit omnia*, *nihil dimisit non subiectum ei* in uniuersitate creaturarum. Hæc enim intentione protulit uates istam uniuersalem sententiam, ut nullam facere uellet exceptionẽ, sed uel uoluntа/riam, uel necessariã subiectionem oĩm demõstra/ret. Dixit propheta q̃ pater illi subiecerit omnia. Sed nos *nunc*. i. in hoc tempore *necdũ uidemus omnia subiecta ei*, quia necdum cõpleta est tota hæc pro/phetia, licet maior pars eius sit iam completa. hic enim uoluntariam tm̃ subiectiõem credentiũ in eum uidemus, sed in futuro uidebimus inuitã de/

iectionem superborũ. Quotidie nanq; subijciunt
A aliqui, sed non omnes donec in iudicio: & quod omnia sint illi subijcienda, cõstat ex eo quod cæ/teta prophetiæ uerba iã sunt adimpleta. Nã adhuc non uidemus omnia illi subiecta, sed tñ iam uide/mus. i. ita patẽter intelligimus, ac si corporeis ocu/lis uideremus eũ, uidelicet magnũ & denotabilẽ in diuinitatis natura, *qui minoratus est modico q̃ ange/li*. i. qui factus ẽ parũ minor angelis, *propter passio/nem mortis*, quia pati & mori potuit, quod beati angeli non possunt. Eum, inquit, qui talis factus ẽ, scilicet *Iesum*. i. saluatorem qui sine carnalib9 ob/seruantijs saluare põt, *uidemus* oculis fidei *coronatũ gloria & honore* secundum animam & corpus, qui coronatus ẽ propter passionem mortis. i. qui usq; ad mortem fuit obediens patri. Hic iam incipit Apostolus ostendere, non pro potentia tm̃ uel ul/tione uerba Christi audienda esse, sed potius pro dilectione, qua dilexit nos ut pro nobis morere/tur. Dico quia minoratus ẽ, & hoc ideo, ut *gusta/ret mortem*. i. horariam & non longã, quasi aliquid gratãdo transiret pro' omnibus ad uitam præde/stinatis. uel pro omnibus, quia precium sanguinis eius sufficit omnibus. Et hoc factum ẽ *gratia*, id ẽ,
B gratuito munere *dei*, quia homo non meruit. uel ipse Christus est gratia dei, qui pro salute omniũ mortem gustauit, quia nõ debebatur nobis, ut fi/lius dei moreretur pro nobis. Qui mortuus est p omnibus: quia etsi oẽs non credũt, ipse tamen quod suum ẽ fecit.

Decebat em̃ eum, propter quem oĩa & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorẽ salutis corũ per passionẽ cõsummare. Qui em̃ san/ctificat, & qui sanctificãtur, ex uno oẽs. propter quã causam nõ confundit fra/
Psal.22 Psal.17. Isaie.8. tres eos uocare, dicens: Nunciabo no/men tuũ fratribus meis, in medio eccle/siæ laudabo te. & iterũ, Ego ero fidens
Osee.13. 2 Cor.15 in eũ. & iterũ, Ecce ego & pueri mei, q̃s dedit mihi deus. Quia ergo pueri cõ/municauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdẽ, ut per mor/tem destrueret eũ, qui habebat mortis imperium, id ẽ, diabolum, ut liberaret eos qui timore mortis per totam uitã obnoxij erant seruituti,

¶ Christus ẽ gloriatio dei, id ẽ, gratuita donatio eius, qui gratis eum dedit nobis, nullo id prome/rente. Dedit eum nobis, ut breui haustu mortem gustaret pro nobis. Nam hoc facere decebat deũ patrem, quia nihil in hoc fecit quod esset cõtra ho/norem suum, sed potius hoc illum decuit, ut per filium suũ maiorẽ subueniret minoribus. Et hoc ẽ, quia *decebat eum*. i. patrem, *propter quem* glorifica/

dum sunt *omnia*, & propter cuius summũ esse ha/bebat omnia inferius esse, & *per quem* sunt *omnia*, C qm̃ per ipsum constantia & perseuerantia ẽ om/nibus imperata: *qui* iam prædestinatiõe, quamuis nondum re, *adduxerat in gloriam* supernæ beatitu/dinis *multos filios* adoptiuos: eum (inq̃) decebat cõ/*summare*. i. simul omniũ summũ facere. i. super oĩa sublimare p *passionem* & resurrectionem, *autorem salutis eorum*. i. filium suũ, qui ẽ autor salutis om/nium adoptiuorum, qa nemo salutem habet nisi p ipsum. Et ideo conueniens fuit, ut pater eum mor/ti traderet pro salute omniũ. Vel secundum alios codices, dicamus qa decebat per passionem con/summari eũ, id ẽ, Christum, propter quem laudã/dum & per quem creantem sunt omnia, qui mul/tos filios, id ẽ, fibi fratres adoptatos iam prædesti/nãdo, adduxerat in gloriã: q̃ fecit q̃ futura sunt, ut propheta testat, eum dico, autorem salutis eo/rum, qui nisi pateretur, non esset eis autor salutis: & ita falsa esset prædestinatio de adducẽdis ipsis, nec in/his q̃ propter eum glorificandum facta sunt, glo/rificaret, sed frustra essent facta omnia, cũ homo cui cætera seruiunt, perditus esset. Decuit ergo eũ passione cõsummari. Videret em̃ indecens quod autor salutis pateretur. Sed nõ decet, quia ex deo D pendet: & ei est subditus, ut alij homines, & ideo conuenit pati. *Nam* ipse Christus, *qui* sanguine suo *sanctificat* p̃destinatos, *& illi qui* p eum *sanctificant*, oẽs sunt *ex uno* patre deo, qui ẽ unus & singularis, cui nemo adæquatur. i. ex eo oẽs pendent, & oĩe bonum suũ ab eo habent. Sed Christus ex eo ut proprius filius, cæteri ut adoptiui. & quia ille tã/tus & tantæ potentiæ ẽ, ut possit alios sanctificare, & alij adeo sunt infirmi, ut indigeant sanctifi/catione, ideo potius illum frarrẽ q̃ aliũ oportuit subire passionẽ. Omnes sunt ex uno, *propter quam causam* scilicet qa utiq; eundẽ patrẽ habẽt, *non con/funditur*. i. non erubescit *uocare eos fratres*. Cõfundi em̃ accipit p erubescere. qa cũ quis erubescit, si/mul cõfunduntur humores in facie. Cũ dicit, nõ cõ/fundit fratres uocare, oĩdit non ei naturę esse fra/ternitatẽ nostrã, sed misericordiæ secundũ eius di/uinitatẽ: & q̃d nos fratres uocat, probat autori/tate prophetica, ne putet nouũ, *dicens*: *Nũciabo* post *Psal.21.* resurrectionem in toto orbe *fratribus meis*, quos mihi adoptabis, *nomen tuum* quod ẽ pater, ut co/gnoscãt te patrem, qui eos paterno affectu ad hæ/reditatem supernæ beatitudinis ut filios uocas. Vel nomẽ tuũ, quod ẽ deus. i. famam & gloriam deitatis tuæ, ut cognoscãt omnipotentiã tuã, & te creatorẽ suum esse sciant. Et etiã ego existens *in medio ecclesiæ*, quasi columna, ut super me omnes cõuocati ad fidẽ undiq; inuitentur, & me sustẽta/torem habeant, *laudabo te*, id ẽ, faciam te laudari, accendens omnes de circuitu ad tuam laudatio/nem, uel in medio ecclesiæ, ut oĩbus communi/ter adsim & consulã atq; subueniam. Siue in me/
Psal.17. dio, id ẽ, in corde fideliũ laudabo te. *& iterum*. i. si hæc nõ sufficit uobis autoritas, iterum alibi (hoc ẽ, in Isaia) dicit, quod ad idẽ confirmandũ ualet, ui/delicet quia ipse & qui sanctificant, ex uno sunt;

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Ego(inquit)ero ut homo *fidens in eum*, scilicet in patrem, id ẽ, homo fiam,& nõ in meis uiribus confidam,sed ero fidens in eũ.i. nõ in me remanebit fiducia ma,sed tota transibit in eũ,qa ex ipso mihi omne bonũ,sicut & alijs hominibus. Dum dicit quod cõfidat in eum,manifeste declarat quia ex eo ẽ,& eius auxilio indiget. Et cũ se ex eo esse & pendere manifestet,ipse q maior ẽ,aperte docet illos longe inferiores se,& non in hominibus,sed in
Isaiæ. 8. deo fiduciã debere ponere.*& iterum* i.iteraro dicit ipse apud Isaiã,qĕ postẽdit eum & cæteros fideles ex uno esse. Ecce, inquit.i.in aperto sumus ad præbendum exempla bene agẽdi cæteris hominib9, *ego* q me dignatus sum sic humiliare,*& pueri mei.i.* qui p me puri facti sunt à criminibus,*quos* ex me tñ non habeo,sed *deus* pater *dedit mihi:*& ideo iure recipit & honorat à nobis iste, qñ cũ sit autor salutis nr̃æ, sic se humiliat, ut fratrẽ nostrũ se tam in prophetis q̃m in euangelio uocet. Nam & ipse iuxta humanitatem & oẽs sancti ex uno gñe sunt, & ex uno deo. *Ergo quia pueri.i.* quos humiles & a
B uitijs puros facere uolebat, *communicauerunt carni & sanguini.i.* cõmuniter habuere oẽs carnẽ & sanguinẽ.i. erãt homines corruptibiles ex corpore & anima, quæ nunc per sanguinẽ intelligitur, propter hanc rationabilem causam *& ipse* quoque qui tantus erat in diuinitate, *participauit eisdem.* i. carne & sanguine.& hoc similiter ut pueri eius q sanctificandi erant, quia similiter mortalẽ & passibilem naturam humanitatis accepit. Ecce qñ ueraciter nobis frater dignatus ẽ fieri. Sanguis hoc loco p anima positus ẽ,qa sedes animæ,sanguis dicit esse,
Leui. 17 testante Moyse,qm̃ anima carnis in sanguine ẽ.& quia sanguis dñi redemptio est humani gñis, & ipse carnẽ suã obtulit pro nobis in ara crucis atq; sanguinẽ fudit, designatũ est qđ integrũ hominẽ redemit.i. corpus & animã fidelũ suoꝝ ab originali culpa liberauit. Quod etiã in sacramẽto corporis & sanguinis sui designare uoluit, q sine carnalib9 obseruãtijs hoc solum sacrificiũ nr̃æ redẽptionis prorsus sufficit. Et ideo dicit, communicauerunt, i. cõmunem naturã habuere ipse & pueri eius,qm̃ illam naturã quæ cõmunis in hominibus fuit, assumpsit, ut oẽs cõmuniter redimeret, quoꝝ naturæ ipse cõmunicare dignatus est. Quæ tñ redemptio solis pueris eius ad uitã p̃destinatis proficit, qui puritatẽ mundæ cõuersationis custodiunt. & quia ipse & pueri ei9 ex uno gñe sunt, uel ex uno deo, atq; pueri oẽs cõmuniter habuere carnem & sanguinẽ, ergo & ipe carnis & sanguinis particeps factus ẽ similit, quia eodẽ modo fragilẽ naturã habuit ut illi, p̃ter peccatũ: & ideo talem assumpsit naturam, ut eam morti daret p illis, & moriens diabolũ occideret. Nisi em̃ homo esset q diabolũ uinceret, nõ iuste, sed uiolẽter ei tollerent hoies. Ideo mori uoluit, *ut per mortem* sui innocentis *destrueret* principẽ mortis. Non q̃siuit alia arma quib9 pugnaret contra mortis autorẽ, nisi ipsam mortem. Et p eam destruxit c̃ĩ.i. deorsum struxit atq; subuertit uelut aliquod ędificiũ altitudinem superbiæ ei9 & fortitudinem potentiæ ipsius, *qui habebat mortis imperiũ*, quia ex quo sibi per Adam captiuauerat humani gñis liberũ arbitriũ, iã quadam potentia imperabat.i. suadebat hominibus ea q̃ ad mortẽ ducũt.i. peccata, & nemo illi resistere poterat, quia nemo peccatũ omnino respuere ualebat. Non em̃ ob aliud dicit imperiũ & potestatem mortis habuisse, nisi qa peccatũ persuasit, ex quo mors accidit. Vnde ille qui sine ullo peccato uel originali uel proprio mori dignatus est, innocenti morte sua hunc principem iniquitatis & mortis destruxit,& potestate priuauit, *id est, diabolũ*, qui interpretat deorsum fluens: quia & ipse ad ima p nequitiam desiit, & eos qui sibi cõsentiunt, desiuere facit, donec in infernũ decidãt. Sic em̃ habet sup eos mortis imperiũ. Sed nos ecõtra sursum tendamus, quo Chr̃us nos uocat, qui & morte sua liberauit à principe mortis. Nec tantũ ideo mori uoluit, ut hunc hostem destrueret: sed etiam *ut liberaret* à iugo timoris & à seruitute legis *eos*, uidelicet iudæos, *qui erant obnoxij seruituti.i.* ut timorem pœnæ eis auferret, & amorẽ iustitiæ p
D spũm sanctum infunderet, ut in libertate deo seruirent. Qui nõ ad horam, sed p totam uitam p̃sentem quamdiucunq; duraret, erãt obnoxij seruituti legis, seruiliter adimplendo carnales eius obseruantias *timore mortis* corporis & animæ, quia timebant corporaliter occidi, si legem uiolarent, et post obitum in inferno cruciari, qm̃ & in lege dicerant Abyron & Dathan cum suis uiuos in in- Num. 16
fernum cecidisse, & in prophetis æterna reproborum supplicia manifestius audierãt. Sed Christus moriens, liberauit eos & à iugo legis, & ab inferno: & nunc electi eius mortem desiderant, ut ad regnum transeant. Ecce quãta bona operat̃ mors per Christi gratiam. Qui utiq; poterat etiam hoc donare credentibus, ut nec istius experirent corporis mortem. Sed si hoc fecisset, carnis quædam felicitas adderet, minueretur autem fidei fortitudo. Sic em̃ homines mortem istam timent, ut nõ ob aliud felices dicerẽt Christianos, nisi quod mori omnino nõ possent. Ac per hoc nemo propter illam uitam quæ post mortem beata futura est, p uirtutẽ etiam cõtemnendæ ipsius mortis ad Chr̃i gr̃am festinaret: sed propter remouendam mortis molestiam delicatius crederetur in Chr̃m. plus ergo gr̃æ præstitit fidelibus suis. Quid em̃ magnũ erat, uidendo mori eos qui crederent, credere se nõ moriturum? Quanto maius est ita credere, ut se speret moriturũ sine fine uiturũ? Eneruis uidelicet & debilis est fides, nec fides oñino dicenda, si hoẽs credendo prima inuisibilia cõsequantur .i. si fidelibus im mortalitas in hoc seculo reddatur. Hinc & ipse dñs mori uoluit, ut (sicut dictum est) in morte euacuaret eum qui potestatem mortis habebat, & iudæos à seruitute legis eriperet.

Nusquã em̃ angelos apprehẽdit, sed semẽ Abrag apprehẽdit. Vnde debuit p oĩa fratribus similari, ut misericors fieret & fidelis pontifex ad deum, ut repropiciaret delicta populi. In eo enim

A in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur, auxiliari.

¶ Dictum est quia participauit carni & sanguini ut moreretur,& ita principem mortis angelum destrueret, & merito sic est dictũ: quia *nusquam*, id est, in nullo scripturarum sacrarum loco *apprehendit ipse angelos*, qui ab eo recesserant. Nusquam in scripturis inuenitur q̃d uoluisset apprehendere, id est, ad se prendere & reducere angelicam naturam quæ perierat, cum omnes scripturę de hominum reparatione concorditer loquantur. Duas eum ad intelligẽdum se creaturas fecerat, angelicam scilicet & humanam. Vtranq; uero superbia perculit,& à statu ingenitæ rectitudinis fregit. Sed una regimen carnis habuit, alia uero nil infirmum de carne gestauit. angelus nanq; solummodo spiritus, homo uero spiritus & caro. Misertus ergo creator ut redimeret, illam ad se debuit reducere quam in perpetratione culpæ ex infirmitate aliquid constat habuisse, & altius apostatam angelum debuit repellere, qui cum à perfistendi fortitudine corruit, nil infirmum ex carne gestauit. Est adhuc aliud,
B quo & perditus homo reparari debuit,& superbiens spiritus reparari non possit: quia nimirum angelus sua malitia cecidit, hominem uero aliena prostrauit. Propterea *nusquam* .i. in nullo (sicut diximus) scripturarum loco, uel *nusquam*, id est, nec in cælo, nec in aere, nec in terra, nec in abysso apprehendit angelos apostatas, imo penitus deseruit eos. *Sed semen Abrae apprehendit*, quia nos quasi recedentes ab eo & longe fugientes ab eo,& insequentus misericorditer apprehendit, & in unam personam nostræ fragilitatis naturam sibi contemperauit. Semen, id est, filios Abraæ apprehendit: Melius posuit Apostolus semen, quàm si posuisset filios: quia semen tam de longinquis quàm de propinquis parentibus dicitur, filij uero magis dicuntur propinqui. Gentes ideo omittit, quia Iudæis loquitur: & q̃d posuit semen Abraæ, sufficit suę intentioni. Et etiam per hoc reddit eos
Mat. 15. magis obnoxios Christo, qui non ad gentes, sed ad Iudæos missus est, si cui ait, Non sum missus nisi ad oues, quę perierę, domus Israel. Vel etiam gẽtes ad fidem conuersæ, sunt semen Abraæ: quia dum in Abraæ semen, id est, in Christum credidere, eius filij facti sunt, cuius semini sunt uniti. Vnde eis dicitur: *Si autem uos Christi,*
Gala. 3. ergo Abraæ semen estis. *Siue igitur de Iudæis, siue de* gentibus fideles, semen Abraæ sunt quod Christus apprehendit. *Vnde*, id est, propter hanc causam, quia non angelos, sed homines apprehendit, *debuit fratribus similari*, ut homo fieret quod illi erant. Ipsa enim natura suscipienda erat, quæ liberanda. Idcirco nanq; redemptor noster non angelus, sed homo factus est, quia hoc procul dubio fieri debuit quod redemit, ut & perditum angelum non apprehendendo desereret, & hominem in semet ipso apprehendendo repararet. Semen Abraæ apprehendit, id est, carnẽ de Abraam, ut filios eius saluaret. Ideoq; fratribus *per omnia* præter peccatum similari debuit, ut similiter esset homo mortalis & passibilis, & habens omnia cætera quæ sunt naturaliter hominis. Per omnia similatus est eis, quia natus, educatus, creuit, passus est & mortuus. Qui si aliter appareret, qũo homines non coactos, sed uolentes ad salutem reducerer? Non enim haberent quem imitando sequerentur, nisi hominem uiderent sibi per omnia similem, quem imitari possent. Ob
C hoc præcipue nobis similari debuit *ut misericors fieret*, id est, ut ille deus qui semper misericors extitit, & affectum pietatis erga creaturam suã habuit, humanum corpus haberet, ut in corde compungeretur nostra miseria & infirmitate, sicut euangelium narrat eum frequenter pro nobis gemuisse & fleuisse, ut ueraciter compatientem nobis & condolentem miserijs nostris. & quia possent nobis compati per consortium eiusdem naturæ mortalis, nec tamen à miseris eripere, subditur. *& fidelis pontifex ad deum.* fidelis enim pontifex factus est, ut fideliter nobis extrueret pontem sup fluctus seculi huius ad terram uiuentium Nullum enim fallit, sed omnes p pontem quem ipse fecit, gradientes fideliter ducit ad deum. Pontem quippe fecit, qa facultatem dedit nobis calcandi & superandi mundanos fluctus, atq; transeundi sup eos ad patriam uitæ, & perueniendi ad creatorem nostrum, per hoc quod liberum arbitrium nobis restituit, & auxilium suæ gratiæ nobis concessit, ac se mediatorẽ dedit, *ut repropiciaret delicta populi*, id est, remoueret negligentias & culpas, quibus deum populus derelinquebat. Repropiciare componitur ex re, & prope. & ideo ci-
D es. Et culpæ quibus delinquimus, id est, derelinquimus deum & elongamur ab eo, quasi propinquant deo, dum importune increscũt in oculis eius & iram eius irritant. Sed benignus pontifex noster repropiciat eas, id est, reserro ciet eas de eo quod fuerant prope, hoc ẽ, remouet eas à facie dei, misericorditer interpellans pro nobis, & delens eas. & bene potest delicta nostra repropiciare, qa & à peccato hos potest in tentationibus custodire. Nam *in eo in quo passus est*, id est, in inferiori substantia, in humanitate scilicet, de qua minus uideretur, potens est nobis in tentationibus subuenire. In eo, id est, in homine, in quo passus est à Pilato qui in diuinitate semper manfit impassibilis, *ipse* idem autem triplicter *& tentatus* à diabolo, *potens est & eis qui tentantur, auxiliari*, id est, eis qui post baptismũ uel à diabolo uel recursu prauæ consuetudinis tentantur, subuenire potest, nec corruant, sed ad ipsum, unde per gratiam dei liberati sunt, peccato ducente recurrant. Nam idcirco ipse prior tentari dignatus ẽ, ut sic tentationes nostras suis tentationibus uincerer, sicut mortem nostram uenerat sua morte superare. Notandum quod tentatus in propria significatione de ipso etiam domino potest dici, qa multum contemnebat cum diabolus, cum imperentem hunc ad panem ex lapide facien dum arbitraretur, & auaritiam ei persuadere conaretur. Hucusq; immoratus eũ Apostolus in hoc, quod abundantius oportet nos obseruare ea quæ à Christo & eius discipulis audiuimus, quàm quæ ab angelis: quoniam omnia illi subiecta sunt, sicut autoritate prophetica probatum est. Nunc autem ingreditur facere comparationem inter Christum & Moysen, ut ostendat quia uerba Christi magis quam Moysi sunt obseruanda, ut magis ac magis persuadeat ea quæ Christus prædicauit, esse tenẽda omnia: & nihil eum fecisse uel docuisse, quod non fuisset illi iniunctum à patre. & hoc est quod sequitur:

Matt. 27. Marc. 15. Luc. 19 Iohan. 11 Iohan. 19

CAPVT III.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A VNde fratres ſancti, uocatiõis cęleſtis participes, cõſiderate apoſtolũ & pontificẽ confeſſiõis nr̃æ Ieſum,
Num. 12. q̃ fidelis eſt ei, qui fecit illũ ſicut Moyſes fidelis in oĩ domo illius. Amplioris em̃ gloriæ iſte p̃ Moyſe digno habitus eſt, quãto ampliorẽ honorẽ habet domus q̃ fabricauit illã. Oĩs nanq; domus fabricat̃ ab aliq̃. Qui aũt oĩa creauit, deus ẽ. Et Moyſes quidẽ fidelis erat in tota domo eius tanq̃ famulus in teſtimoniũ eorũ quę dicenda erãt, Chr̃us uero tanq̃ filius in domo ſua. Quæ domus ſumus nos, ſi fiduciam & gloriam ſpei uſq; ad finem firmam retineamus.

¶ Dictum eſt ſuperius quia Chriſtus eſt põtifex noſter ad deum, & quia pro nobis paſſus eſt, & poteſt etiã ſcđm quod homo eſt, auxiliari nobis in tentationibus. *Vnde*. i. ex omnibus his præmiſſis, uel propter oĩa hæc ſupra dicta o *fratres*. i. fide matre geniti, & per eandem *ſancti*. i. à peccatis mundati, ac bonis opreribus inſtituti, & *participes* quoq; *cæleſtis uocationis*, quia ſic & uos uocati eſtis ad cæleſtia, ut æternam ibi cũ Chriſto poſſideatis hæreditatem, propter quod & ei multum deberis eſſe obnoxij & obedientes, qui uos ad cæleſtia uocauit per gratiam ſuam, & animos uſos ad excellentiam nouarum eius promiſſionum erigere. Vos (inquã) o fratres filij uniuſ eccleſiæ matris, propter hæc omnia *conſiderate*, id ẽ, oculis cordium attenti conſpicite apoſtolum quem uobis deus miſit, ſcilicet unigenitum ſuum. Merito Paulus iſtis ſe non ſcripſit apoſtolum, quibus nunc leſum nominat apoſtolum, q̃m prærogatiue eſt eorum apoſtolus, ſicut ait, Non ſum miſſus niſi ad
Mat. 15. oues quæ perierunt domꝰ Iſrael. Et ſi carnales obſeruantiæ ad cæleſtem habitationem & uocationem ſufficere poſſent, nunc̃ tantus, tam dignus eſſet eis miſſus, *ἀπόστολος* enim miſſus interpretatur. Conſiderate igitur hunc apoſtolum, diligendo & imitando eum, & faciendo uoluntatẽ eius: & confiderate hunc eundẽ pontificem, i. interceſſorẽ & uiã nobis ſternentẽ ad terram uiuentiũ: quia & p nobis interpellat, & facultatẽ nobis parat, ut ſup fluctus ſeculi ac ſuper cuncta labentia tranſeamꝰ ad cæleſtẽ patriã. pontificẽ dico *confeſſionis noſtræ*. i. quem oẽs Chriſtiani confitemur, & quẽ *ieſum*. i. ſaluatorem agnoſcimus. Oẽs uidelicet cõfitemur, quia hunc ſalutis largitorem habemus, & alio nõ indigemus, q̃a ipſe oĩno ſufficit ad ſalutẽ. *Qui fidelis eſt ei qui fecit illũ*. i. patri, qui ſcđm humanitatem creauit illum, quia quicquid ei pr̃ iniũxit, totum ipſe fideliter adimpleuit: quia non ſuã, ſed patris gloriam q̃ſiuit, nec eius mãdata abſcõdit: neq; ſuam, ſed patris uolũtatẽ facere uenit, & ideo ſi carnales ceremonias euacuauit, in hoc paterne uolũtati nõ cõtradixit, ſed potius fideliter obediuit. ſi-
C delis eſt pr̃i, *ſicut fidelis fuerat Moyſes in omni domo illius*. i. in oĩ plebe iudęorũ. In domo illius. i. Ieſu uel patris, fuit fidelis Moyſes, quia miniſter erat, non dñs. Et quæcũq; dñs præcepit ut Moyſes punires, punīt: quicquid illi dñs iniũxit, totũ ille fecit uel docuit, & ad opa uoluntatis dñi pagenda iudæos coegit. Sic & Chriſtus fidelis eſt pr̃i, faciens oĩes uoluntates eius in omni domo. i. in omni eccleſia eius tam iudæorũ q̃ gentium. Et ideo fidelis eſt in hac domo non ſolum idololatriam gentibꝰ euacuans, ſed & carnales ritus de iudæis adnihilans. Dixi ut cõſideretis hunc apoſtolum, q̃ facere debetis: quia *iſte eſt præ Moyſe*. i. maior Moyſe, & hoc cõſiderate. Nam ſi Moyſes uobis ſufficere poſſet ad iuſtitiam & ſalutem, nunc̃ iſte tantꝰ mitteret nobis. Nam iſte *habitus* eſt à patre *digna amplioris gloriæ* præ Moyſe. i. maioris honorificentiæ & coronæ q̃ Moyſes. Scđm uſum latinæ loquutionis dicere debuiſſet, dignus ampliori gloria: ſed ſcđm græcos dicit, dignꝰ amplioris gloriç. Vel amplioris gloriæ habitꝰ & reputatus eſt p̃ Moyſe, q̃a dignus eſt p meritum ut maioris gloriæ habeat. Nõ enim per ſolam gratiam uel naturam hoc habet, ſed & p iuſtitiæ meritũ. Præ Moyſe eſt & in gloria & in merito. Nam iſte eſt filius, Moyſes ꝩo famulus: iſte ſanctificans, Moyſes uero ſanctificatꝰ: iſte immunis ab oĩ pcõ, uſq; quaq; conſummatus in omni bono. Moyſes autem non ſine pcõ, qui ſp̃ creſcere potuit in aliquo bono, & intm̃ iudicatus eſt à patre dignꝰ habere maiorem gloriam & exaltationem poſt hanc uitam, in quãtum habuit in hac uita maiorem ueneratiõnẽ apud fideles & ſibi ſubditos, q̃ Moyſes habuerat apud ſuos. Moyſes enim reputatus eſt dei famulꝰ, dei miniſter honus, dei diſpenſator non fidelis, quem ſubditi uenerarent non ſicut deum, ſed ſicut magiſtrũ. Chriſtũ autem ueneranť ſubditi ſicut Deũ, creatorem ſuum, ueꝝ deum, ſufficientem ad gregem ſuũ cuſtodiendum, q̃ de Moyſe non eſt putandum. & ſic amplioris gloriæ eſt iſte præ Moyſe, *quanto amplioren honorẽ habet domus* i. de domo uel in domo, *qui fabricauit illam* q̃ qui diſpenſat in ea. Quod de ſpirituali domo intelligendũ eſt, uidelicet de plebe Dei, cuius Moyſes diſpenſator agnoſcitur, ſed Chriſtus fabricator, ipſe enim fabricauit, id eſt, in fide fundauit & in bonis operibus ædificauit domũ dei, q̃ eſt eccleſia, in antiquis & nouis ſctis, & ideo lõge ſublimius honoret̃ in ea, q̃ Moyſes. Dico qa fabricauit domũ dei. Nã oĩs *domus* i. oĩs aĩa q̃ſit tẽplũ dei *fabricat̃ ab aliquo* alio, quia p ſe ipſam nõ põt conſtrui, niſi ab alio ſupiore conſtruat. Nihil em̃ boni ualet habere à ſe ſola. Sed *ille qui creauit omnia* uirtutũ bona in electis, *deus eſt*, & hoc agere Chriſtus potentia diuinitatis ſuæ ſp̃ conſueuit. Non ſolũ enim creauit nos ut eſſemus, ſed etiam ut boni eſſemus, ſi iã boni ſumus. Quod ſi neceđ boni ſumus, rogandus eſt, ut qui nos fecit hoĩes, faciat nos bonos. Ipſe ẽ ergo fabricator huius ſanctæ domus, ac p hoc aliter in ea q̃ Moyſes honorandus. Et uterq; quidẽ (ſicut dictum eſt) fidelis fu-

A it, quia officium iniunctũ bñ impleuit: ſed tñ inter eos differentia fuit, quia Moyſes quidẽ fidelis erat ſicut famulus. Chriſtus uero ſicut filius in domo patris & dñs. Et hoc ẽ: *Et Moyſes quidem fidelis erat*. i. fideliter adimplens quæcũq; ſibi diuinitus imperabant. fidelis erat *in domo*, non ſua, ſed *eius*. i. patris uel Chr̃i: & *in tota* domo illa. i. in uniuerſa plebe iudaica, malos arguens atq; puniens, bonos aũt exhortans & ſp̃ ad meliora promouẽs, nõ ut dñs, ſed *tanquã famulus*: qa nõ ſe dicebat deũ, ſed famulantem ei q̃ ſe miſerat: nec à deo diligebatur ut dñs, cuius erat propria domus, in qua Moyſes fidelis erat, & hoc *in teſtimoniũ eorũ quæ dicenda erant*. i. ut teſtaret & cõfirmaret ea, q̃ cõueniebat dici carnalibꝰ, qui nondũ ſpiritalia capere poterant, nõ ut gr̃am daret. Dicebat em̃ fideliꝰ populo quę deus præceperat. Quibus dictis dabat teſtimonium multis rationibus & miraculorum ſignis & uarijs aſſertionibus. Dico quia Moyſes erat ut famulus in domo domini, *Chriſtus uero* non ſicut famulus, ſed *tanquam filius* q̃ iure eſt hęres, & tanc̃ dñs *in domo* nõ aliena, ſed *ſua*: qa propria erat eius,
B ſicut & patris. ac ſi dicat: Et ſi uterq; prælatus eſt domui dei, & in ſua loquutiõe fidelis extitit, magna differentia ẽ, quia Moyſes erat in domo dñi tanquam famulus, Chriſtus uero tanquam filius in domo patris & hæres & dñs. Et cum tanto ſit maior Chriſtus, debet oĩno recipi: Moyſes uero minor, in carnalibus obſeruatijs poſtponi. Moyſes em̃ ſine Chr̃o nõ proderit. Chriſtus aũt ſolus ad oĩa ſufficit. Diceret nũc aliquis: Quid ad nos ſi Moyſes uel Chr̃us ẽ in domo? Neſcimus uidelicet quæ ſit illa domus, nec per hoc nobis Chriſtus cõmendat: quia etſi hoĩes fuerũt illa domus, illi potius credendi ſunt hoc extitiſſe, qui fuerunt tẽporibus Moyſi uel Chriſti, non aũt nos q̃ modo ſumus. cui uideť reſpõdere Apoſtolus, *Quæ domus ſumus nos*. Quaſi dicat: Ne diffidatis de domo, qa nos ſumus domus dei. Nos fideles & in hoc tẽpore, ſicut antea patres nr̃i, ſumus illa domus quam Chriſtus ſua morte fabricauit. Hac tñ conditione dico nos eſſe domũ diuinæ habitatiõis, *ſi retineamus fiduciam*. i. ſi ſp̃ certiſſimã quã dedit nobis, non amittamus, ſi indubiam fortiter retineamus: hoc ẽ, ſi certiſſime ſalutẽ in Chr̃o ſperamus ſine carnalibus obſeruantijs, tunc ſumus domus in qua per fidẽ habitat. fiducia nanq; pro ſpe hic accipit. Et qa nemo põt ſperare, niſi ſpes ex bona conſcientia ſurgat, addit *& gloriam ſpei*. i. ſi retineamus & bonam cõſcientiam, quæ ẽ cauſa ſpei, & decus & gloria mentis, per quã in ſpem erigimur; quia ſicut
1. Cor. 1. idẽ Apoſtolus dicit, Gloria nr̃a ẽ teſtimoniũ conſcientiæ noſtræ, & quia nõnulli conſcientiã boni operis habent, p quam gloriari in deo poſſunt & ſperare, ſed tñ uacillantẽ, ponit *firmã*. Et quia firmam p menſem uel annũ poſſent habere, ſubdit, *uſq; in finem*. i uſq; ad obitũ: quia q̃ pſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit. Vel fiduciam retineamus, ne ſubrepẽte aliqua infidelitate, diffidamus nos per Chriſtũ poſſe ſaluari, quærẽtes ſalutis auxiliũ in carnalibꝰ obſeruantijs, ſed ſine his ſolum Chriſtũ à dño ſufficere indubitanť cõfidamus. Idcirco em̃ oſtenſus ẽ Chr̃s lõge nobilior Moyſe, ut ſolum Chriſtũ teneamus, in q̃ habebimus oĩa, & gloriam ſpei. i. glorioſam ſp̃, quia ẽ de iucunditate cæleſti: firmam. i. perdurantem uſq; in finem uitæ q̃ accipietur quod nunc ſperatur. C

Quapropter, ſicut dicit ſp̃us ſanctus, *Pſal. 94.* Hodie ſi uocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda uſtra, ſicut in exacerbatiõe ſcđm diẽ tentatiõis in deſerto, ubi tẽtauerũt me patres uri, probauerũt & uiderũt opa mea quadragĩta annis. Propter q̃d infenſus fui gn̄ationi huic, & dixi ſemp̃ hi errãt corde. Ipſi aũt non cognouerunt uias meas, quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meã.

¶ Nunc iterum inuitat eos terrendo ad fidem ne propter incredulitatẽ perdãt æternã requiem, ſicut patres eorꝰ in deſerto: q̃ quia increduli fuerũt, terrã p̃miſſiõis ſuæ ſignificatã amiſerũt. Domus dei ſumus, ſi nõ per incredulitatẽ diffidamus, ſed certa fide fiduciã teneamus. *Quapropter* nolite per infidelitatem obdurare corda ueſtra, & hoc ita moneo, *ſicut dicit ſpiritus ſanctus*. i. eandem intentionem ego nunc in ueſtrã correctionẽ habeo, quã habuit ſpiritus ſanctus, quãdo dixit iſtud ore Dauidico. Nec ſolus ego hoc ſuadeo, ſed ſpiritus ſanctus hoc idẽ ſimiliter ſuadet. Et idẽ bonum ego uobis promitto, ſi obedieritis: uel malũ, ſi cor obduraueritis, quod ſpiritus ſanctus promiſit, cum ad uos & alios in tempore gratiæ futuros uocem dirigeret, dicens: Hodie ſi uocem &c. Sanctus em̃ ſpiritus præuidens duritiã cordis iudæorum, quia contra uocem dñi Ieſu obduraturi erant infidelitẽ cor ſuum, & ideo autoritate ſua uolens eos à duritia cordis reuocare, & ad integritatẽ fidei Chriſti inuitare, ſcilicet ut nihil ſalutis putarent eſſe in carnalibus obſeruantijs poſt aduentũ ueritatis, dixit: Hodie &c. Et per hoc multum reuocat Apoſtolus iudæos hanc prophetiam habentes, quoniam oſtendit ſpiritum ſanctum hoc idem tanto tempore antea prædixiſſe, quod nunc dicitur eis in tempore gratiæ. *Hodie*, id eſt, hac egregia & nobili die, ſcilicet in hoc tempore gratiæ notabili & præclaro inter oĩes alias grates, in quo deus maiorem pietatis affectum hominibus exhibuit, q̃ in alijs temporibus: *ſi uocem eius*. i. nouam Chriſti p̃dicationẽ *audieritis*, nullũ incredulitatis ſignum remaneat in uobis. Modo per ſe loquit̃ qui prius p̃ præcones loquebat̃: ſi tunc duri fuiſtis, uel nunc eſtote molles. Quod ait, ſi uocẽ eius audieritis, nõ dubitat illos eã audituros, ſed per hoc magis attentos facit ad audiendum, dum quaſi incertos reddit & ſuſpenſos, ne forte cõtingat ut non audiant. *Nolite obdurare*, i. contra eum dura facere cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *da* quæ sunt *uestra*.i.in uestræ uoluntatis arbitrio, *sicut* obdurauerunt patres uestri carnales *in exacerbatione*.i.in acerrima offensiõe, qua sibi deum reddiderunt acerbum, quum non crediderunt ꝙ deus esset illis traditurus terrã repromissionis, sicut pollicitus fuerat, nec cælestem requiem, quæ per eã significabaẽ. Nolite (inqt) nunc obdurare corda *secundum diem tentationis in deserto*.i.sequentes & imitãtes diem & tempus, in quo patres uestri me tentauerunt, & ex diffidentia panẽ petierunt, atq; cum hæsitatione dixerunt: Nunquid poterit deus parare mensam in deserto? & alia huiusmodi, & hoc fecerũt in deserto, postquam de Aegypto educti fuerant, ubi deum tentare non debuissent, cuius tot & tanta iam uiderant opera, scil. seipsos in manu ualida de Aegypto per mare rubrum sicco pede eductos, & hostes eoꝝ in mari submersos, & alia multa magnalia. Quare postmodũ nõ debuissent de protectione gratiæ ipsius propter aliquos hostes diffidere. Cum enim audissent ab exploratoribus habitatores promissæ terræ fortes ad prælium, obliti sunt uirtutis dei toties probatæ, nec crediderunt illum esse potentẽ ad terrã illam populo suo subiugandam, propter quod et indigni fuerunt intrare in illã. Vos aũt cauete ne similiter facientes, à uera sanctorum patria excludamini. Nã & uos spiritaliter ab Aegypto educti
B estis.i.à tenebris ignorantiæ & ab afflictione uitiorum liberati, submersis in baptismo uestris hostibus diabolo cum omni pompa eius & exercitu uitiorum: & ducẽte domino ad hoc promoti estis, ut mũdum istũ & præsentis seculi habitationem, desertum horroris atq; peregrinationẽ & exiliũ esse intelligatis. Et ideo nõ debetis amplius deum tentare per aliquam diffidentiam, ut putetis uos sine carnalibus obseruãtijs per Christũ non posse saluari, quia tunc non intrabitis in electorum patriam, sed cerrissima fide credentes uos per eũ esse saluandos, sola eius præcepta seruate. Quia uero dixit diẽ tentationis, & à quibus esset illa tentatio facta, non dixit, ideo nunc exponit qui deum in deserto tentauerunt. *Vbi*.i. in q̃ deserto *tentauerunt me patres uestri*, quorum tentationis & exacerbationis filij & imitatores estis, dum in fide dubitatis. & ideo timendum est uobis, ne quos habetis patres in culpa, imitemini in eandẽ pœnã. Iã ergo tales, non sint patres uestri, nolite eos imitari. Patres uestri erant, sed si non imitati fueritis, patres uestri nõ erunt. *probauerunt me*.i. curiositatis causa exquisierunt, an possem facere quæ petebant *& uiderunt opera mea quadraginta annis* quia tam longo annoꝝ spatio feci coram eis in manu Moysi miracula, & ipsi magis ac magis obdurauerunt corda ad hoc cum illis fui per quadraginta annos, ut ostenderem tale genus hominũ quod me semper exacerbaret, usq; in finem seculi fore, quia per illos quadraginta annos totum huius seculi tempus significatum est. Ipsi me tentauerunt per infidelitatem suam. *Propter quod* ego *fui infensus*, id est, contra iratus *generationi huic* tam peruersæ, quæ & genus huiusmodi rebellium hominũ in ecclesia usq; ad finem mundi semper futuroꝝ designauit. Et licet me offenderent, tamen ego *dixi semper* C *de illis, hi errant corde*.i. per Moysen & Aaron misericorditer annunciaui & corrigere studui errorem, quem corde etiã habebant & scienter & uoluntarie, dicens: Hi errant corde.i. ex propria deliberatione, quia serio peccant: & cũ sciant se male agere, non desistunt. Ego quidem paterna benignitate reuocabã eos, sed *ipsi non cognouerunt uias meas quibus* incedebã.i. misericordiã, qua eos corrigere studebã: & ueritatẽ, qua eos si in malo perse- *Psal. 24.*
uerarent, damnare disponebã: quia uniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas. Vel non cognouerunt uias meas.i. nõ intellexerũt prꝛcepta mea, per quæ uenitur ad me, ꝙa ego spiritaliter loquutus sum, scimus eñ qm̃ lex spiritalis ẽ, ipsi autem *Roma. 7*
carnaliter intellexerũt. Ita non cognouerunt uias meas, sicut illis merentibus ego *iurauí*.i. immutabiliter confirmaui, & hoc feci *in ira mea*.i. in dispositione ultionis sumendæ, *si introibunt in requiem meam*, id ẽ, non introibunt in terram promissiõis, in qua eos requiescere facturus eram: nec in regnũ cælorꝝ, quod per hanc significatur, ubi perennis est requies. Duo notat, & quod pœnas eis dedit, & quod requiem negauit. Nam in ira qua negauit D
requiem, sumpsit ultionem. Defectus quoque dictionis, uehementiam iræ designat, cum dicitur, Si introibunt in requiem meam, quamuis ira dei non sit ut hominis, id ẽ, perturbatio cõcitati animi, sed tranquilla dispositio iusti simpliciter constituti. Vehementer eñ minaẽ, cum quasi præ nimia ira imperfectã relinquit sententiã, dicens: Si introibunt in requiem meã. Et cum iuramẽto minatur istud. Multũ ergo timẽda ẽ hæc cõminatio. Nam loqui deum, magnum est: quanto magis, iurare deum. Iurantem hominẽ debes timere, ne propter iurationẽ faciat quod contra uoluntatẽ eius ẽ. Quanto magis deum qui nihil temere iura- *Nu. 13. 14.*
re potest? Historialiter hoc loco reducit ad memoriã, quod miserunt uidere terram: & cum audierunt ibi esse inexpugnabiles uiros, obliti uirtutis dei toties probatæ, dixerunt: Reuertamur in Aegyptum. Vnde iurauit dñs quod non intrarẽt in terrã illã, quæ ẽ requies laborũ, & sic oẽs in solitudine mortui sunt præter duos. & sicut illi per incredulitatẽ & diffidentiã terrã non intrauerunt quæ illis parata erat, ut requiescerẽt in ea, ita uos si in fide Christi dubitaueritis, uel inobediẽtes illi fueritis, uerã iustoꝝ patriã nõ ingrediemini. Hucusq; terrẽdo loquutus ẽ, ne sint increduli Christo, sicut patres illoꝝ Moysi, ne uerã perpetuæ beatitudinis quietẽ amittant, sicut patres illoꝝ requiẽ sibi promissæ terræ. Hinc blandiendo monere incipit, ne requiem illam amittant: & temporis opportunitatẽ suadet, ut ad eam festineẽ, subiũgens:

Videte fratres, ne forte sit in aliq̃ uestrũ cor malũ incredulitatis discedẽdi a deo uiuo, sed adhortamini uosmetipos p singulos dies, donec Hodie cognominaẽ, ut nõ obdureẽ qs ex uobis

A fallacia pcti. Participes eñ Chri effecti sum9, sitñ initiũ substãtię eius usq; ad finẽ firmũ retineam9, dũ dr, Hodie si uocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda uꝛa, quemadmodũ in illa exacerbatione. Quidã enim audientes, exacerbauerunt, sed nõ uniuersi q profecti sunt ab Aegypto p Moysen. Quib9 aũt infensus est quadraginta annis? Nõne illis qui peccauerũt, quoꝝ cadauera ꝓstrata sunt in deserto? Quibus aũt iurauit nõ introire in requiẽ ipsius, nisi illis q increduli fuerũt? Et uidemus ꝙa non potuerũt introire ꝓpter incredulitatẽ.

¶ Leniter incipit admonere, ut libẽtius admonitionẽ suscipiãt. *Videte* (inqt) o *fratres*. quasi dicat: Mihi debetis acquiescere, quia uos fraterna dilectione admoneo. Videte.i. rationabili considerationẽ cauete, ne quis uestrum habeat cor incredu-
B lum, & excludatur ab æterna requie fideliũ. Sed illud, quapropter, quod supra dictum est, nonnulli uolunt huic monitioni iungere, ita: Domus dei sumus, si fiduciam & gloriã spei retineamus. Qua propter uidete fratres ne diffidatis. Videte *ne forte*, quia in uestro est arbitrio, & ad utrumq; se habet, *sit in aliquo uestrum*, quia de multis non dubito qui perfecti sunt, *cor incredulitatis*, ut non credat Christum ad salutem sufficere, quia *malum* est tale cor, qm̃ sic ruit in multam peccatorum uoraginẽ & post in mortem. Nam huiusmodi cor est cor, id est, uoluntas *discedendi*, id ẽ, diuersis uijs cedendi & fugiendi *a deo uiuo*.i. à Christo qui (sicut legimus) est deus uer9 & uita æterna. Qui enim ab eo diuersam uiam incedit, à uita discedens ad mortem tendit. Quod inter istos nõnulli faciebant, dũ in fide Christi dubitantes, eũ sine carnalibus obseruãtijs ad iustitiam & salutẽ sufficere posse non crederẽt: & ita iam pro exiguo fidem eius ducentes, facile ab ea recedere uellent. Et minus est per aliam culpã à deo discedere, quàm per incredulitatem eum omnino postponere. Qui enim fidem abijcit, omnino à deo recedit. Qui uero per aliam ab eo culpam discedit, sperat adhuc reuerti. Per hoc q̃d dixit, cor incredulitatis, intelligi poterat cor malũ, & cor discedendi à deo uiuo. Sed ideo posuit, quia istæ uoces magis ualent ad absterrendum eos. Non habeatis cor incredulitatis, *sed potius adhortamini* non diuersos, non alterius gentis homines, sed *uosmetipsos* adinuicẽ. Quod eñ dixit, uosmetipsos, ostendit hortationem eoꝝ adeo necessariam inter eos esse, ut nõ oporteat extẽdi ad alios. adhortamini uos inuicem, ut syncere credatis, & pie ac sancte uiuatis. & hoc *per singulos dies*, id est, quotidie, & non per unum annum uel duos tantũ, sed *donec cognominatur Hodie*, id est, quandiu in simul dies cognominantur. Nã quod dixit, hodie cognominatur, uoluit notare multitudinem dierum esse in rempore gratiæ. Quod tempus est hodie, id est, magnũ & demõstrabile, & ẽ dies, id est, clarum post tenebras erroris & ignorantiæ. donec hodie cognominatur.i. quãdiu temp9 gratiæ durat, adhortamini uosipsos de incremento fidei cæterarum uirtutum: quia non minus modo potestis proficere, quàm præsente Christo. Vel donec hodie cognominatur, id est, quandiu uita præsens unicuique manet, in qua semper dicitur, hodie adhortamini uosipsos ad meliora. Si quis enim peccauit, usquequo est hodie, potest reuerti. Nemo igitur desperet dum uiuit. Sed neque se C
curus incaute fiat, quia nescit quãdo sibi istud hodie determinetur, ideo uos adhortamini, id est, *ut non obduretur quis ex uobis*, id est, non fiat durus & incredulus contra monitionem spiritus sancti, q̃ cor eius molle uult facere, ut possit in eo uerba sua uelut in cera scribere. Non obduretur quis. nec; enim de multis metuo. Nam obduratur cõtra fidem *fallacia peccati*, id est, errore peccati se fallẽte sub uirtutis specie, si cum fide Christi legem, quoniam à deo data est, putauerit saluti necessariam. Sic enim falletur peccato, id ẽ, male faciet, dũ se putauerit benefacere: ꝙa ex obseruatione legis D
deum offendet, cui se per eandem legis obseruãtiam, placere credet. Nam qui legem adhuc obseruat, Christum uenisse negat. Et ideo non debet quisquam nostrum obdurari tali fallacia, ut sub occasione legalis obseruantiæ discedat à Christo, euacuãs fidem eius. Nam *participes Christi sumus effecti*. Nõ enim potest fieri discessio, ubi primum nõ est coniunctio. Sed nos iam Christo sumus cõiuncti, & ideo non discedamus ab illo. Effecti sumus participes Christi in nomine & gratia, ꝙa & Christiani uocamur, & gratiã eius percepimus: per quẽ quicqd boni habemus, assequuti sumus, scilicet fidem, peccatoꝝ remissionem, innocẽtiam & iustitiam &cæ. Vel participes Christi sumus effecti, id est, spe sumus iam participes eiusdem incorruptionis & gloriæ quam Christus habet. Ac si dicatur: Debetis adhortari & non esse duri, ꝙa ꝙ non eramus, facti sumus per gratiã, habentes patrem eũ Christo in hæreditate. *Tamen* hac cõditione dico, *si retineamus initium substantiæ eius*, id est, fidem q̃ est initium bonorũ, per quam Deus extitit in nobis, per quam deificamur & diuinæ substãtiæ participamus. Fides enim est substantiæ initium. Incorporationis eius, quia fundamentũ est & origo uirtutum, per quas ipse constat in nob.s, & nos membra eius efficimur. Et hoc initiũ oportet ut retineamus non titubãs, sed *firmum* & incõcussum: nec p mẽsem uel annũ, sed *usq; ad finem* uitæ præsentis, ut scilicet nunq̃ deseramus fidem. Et ne dicerent, uobis apostolis tantum & Christi contemporaneis iussum est ut fidem teneãt, subiungit, *dum dicitur*, hodie &c. Ac si dicat: Non tantũ his qui Christum audiere loquentem, præceptum est tenere fidem, & non obdurare corda, sed etiam uobis hoc idẽ est iniunctum & cæteris oĩbus.i. quandiu dicitur, *hodie si uocem eius audieritis*, hoc est, per totum tem

Universidad de Deusto
Biblioteca

pus gratiæ uel præsentis uitæ. Velita: Nō solum auditores Christi, fidem debuerūt adhibere dictis eius, sed & uos, quandiucunq; dicitur, hodie si uocem eius audieritis. i. quandiu uocem diuinæ prædicationis in hoc seculo potestis audire, *nolite* infideliter *obdurare corda uestra* contra uocē dñicæ admonitionis, *quemadmodum* obduruerūt patres uestri *in illa* notabili & magna *exacerbatione*. Nolite prauoꝝ exempla sequi, sed bonorum. Nam *quidā* illorū *audientes* in deserto uocem dei, pollicentis q̄ induceret illos in terram promissionis, in qua et requies æterna figurabatur, dubitauerunt Deum hæc agere posse, & sic hæsitatione sua *exacerbauerunt* eum, id est, acerbum sibi & asperum reddiderunt. Qua sententia demonstratur nō satis esse audire de illa requie, quia illi oēs audierunt, sed non omnes peruenerunt. Nam & uos nunc auditis, q̄ Christus uobis credentibꝰ requiem illam promittat. Si dubitaueritis eū sine carnalibus obseruantijs nos in illam inducere posse, exacerbabitis eū sicut patres uestri, nec intrabitis in illam. Peius est enim exacerbare q̄ tentare. Quidam exacerbauerunt, *sed non uniuersi qui profecti sunt ab Aegyptio per Moysen*. i. per ducatum Moysi. Nam inter eos erāt Caleb & Iosue, qui non offenderunt, & hos debetis imitari. Nam & uos ducatu ueri Moysi, id est, Christi, educti estis à tenebris ignorantiæ & erroris. Ideoꝝ non debetis amplius deum incredulitate & prauis moribꝰ exacerbare, sed fide & bonis operibus ad terram perpetuæ beatitudinis uobis promissam festinare. Per hoc q̄ dicit quosdā exacerbasse, sed non uniuersos, innuit q̄ intelligebat inter istos quosdam dubitantes, & quosdam non dubitantes. Dico q̄ quidam exacerbauerunt, sed non omnes. Sed *quibus* horum *infensus est quadraginta annis*, id est, utrum illis qui exacerbauerunt, an illis qui non exacerbauerunt. *Nonne illis qui peccauerunt?* Vtiq; illis. Quod ex affectu apparuit, qui *prostrata sunt*, id est, proculà castris & ab omi uicino strata sunt in deserto, & præ multitudine iacuerūt insepulta *cadauera* eorum, exposita bestijs & auibus. i. corpora eorum sicut brutorum animaliū, cadauera, relicta sunt *in deserto*, nec sepulturæ tradita, & in hoc apparuit ira dei. Significant autem (ut supradictum est) quadraginta anni totam præsentem uitam uel spatium temporis usq; ad finē seculi. In quo quicūq; post baptismum, uel infidelitate uel criminosa conuersatione deum irritāt, non sunt digni peruenire ad terram uiuentium, sed in huius mundi solitudine laniantur more canes à feris & auibus, id est, à malignis spiritibus, & ad æterna supplicia rapiūtur. Hieronymus in libro septimo super Iezechielem: Pepercit, ait, oculꝰ meus ne interficerem eos atq; delerem, nec omnino cōsummarem. In quo quæritur, quomodo eis pepercit, quoꝝ cadauera in solitudine corruerunt, & excepto Iesu Naue & Caleb filio Iephone, terram repromissionis nullus ingressus ē? Ex quo intelligimꝰ uiuere eos, nec æternis supplicijs reseruatos, nec deletos esse de libro uel de terra uiuentiū, nec consumptos ante faciem domini.

Si enim ex eo q̄ nō sunt introducti in terram, perisse credendi sunt, ergo Moyses periit, qui uidit tantum terram promissionis, & non est ingressus in eam. Peccantes quidem prostrauit in mortem corporis, sed incredulis negauit requiem animæ post mortē. Et hoc est q̄ interrogatiue dī ad increpationem istoꝝ, qui adhuc in fide dubitabāt. Sed *quibus iurauit non introire in requiem ipsius*, æternam, q̄ significat per terram promissionis, *nisi illis q incredulis fuerūt* ad aoē promissiōis eiusdē requiei. Quasi dicat: Nō alijs hoc iurauit, sed illis. *Et videmus* aperta ratione, *quia non potuerunt* introire in illam requiem perpetuā, sicut nec in terram p̄missionis, *propter incredulitatem* suā. Cōpleuit em deus comminationem iuramenti sui, qua dixit incredulos in requiem suam non intraturos, & similiter faciet omnibus incredulis.

CAPVT IIII.

Timeamus ergo, ne forte relicta pollicitatiōe introeūdi in requiē eius, exist imetur aliquis ex nobis deesse, Frenim & nobis nunciū est, quemadmodū & illis. Sed non profuit illis sermo auditus, nō admixtus fidei ex his q̄ audierunt. Ingrediemur em in requiem qui credimus, quēadmodū dixit, Sicut iuraui in ira mea, si introibunt in requiē meam, & quidem operibus ab institutione mundi perfectis. Dixit em in quodam loco de die septimo sic: Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis, & in isto rursum, Si introibūt in meā requiē. Qm̄ ergo supest introire quosdam in illā, & hi quibus prioribus annunciatum est, non introierunt propter incredulitatē, iterū terminat diem quēdam hodie, in Dauid dicēdo post tātum temporis, sicut supra dictū est: Hodie si uocē eius audieritis, nolite obdurare corda uīa. Nā si eis Iesus requiē præstitisset, nunq̄; de alia loqueretur post hac die. Itaq; relinquit sabbatismus populo dei. Qui em ingressus est in requiē eius, etiā ipse requieuit ab operibꝰ suis, sicut & a suis deus. Festinemus ergo ingredi in illā requiem, ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.

¶ Et quia propter incredulitatem illi perdiderunt requiē, *ergo timeamus*. i. soliciti simꝰ, ne & nos similiter eam perdamus ob infidelitatem, ut si non amore, saltem timore fugiamus incredulitatem. Timeamus, quia timendum est, *ne forte* (forte dico, quia in arbitrio uestro ē, & ad utrumlibet se habet) *relicta pollicitatione*, id est, ne contempta & neglecta atque deserta frequenti promissione, quam nobis deus fecit, uel quam nos in baptismate fecimus deo, *introeundi* per fidem & operationem *in requiem* quæ est *eius*, id est, potestatis illius, quia potest eam dare cui uult, *existimetur aliquis* nr̄m *deesse*. Requiem illam nobis deus promisit credentibus, non relinquamus promissionem eius, sed certa fide teneamus eam, credentes quod sine carnalibus obseruantijs sola Christi promissione percipiemus illam. Timeamus ne quis *ex nobis*, id est, ex nostro collegio tam religioso, relinquēs istam pollicitationem, & hęsitans in corde suo, atq; titubans in fide, det malam de sua salute cæteris opinionem, ut existimetur deesse ab illa requie, ꝓpter incredulitatem suam, sicut antiqui patres. Nam unusquisque debet studere tam firmus esse in fide & bona operatione, ut cum obierit, nō sit dubium ad requiem illam puenire. Cęterum q̄ dum quo ad uiueret, in fide nutauit & in opere negligens fuit, existimatur post mortē ab illa deesse. Et hoc timendum est, ne cui nostrum contingat. Nam & ad nos ptinet de illa requie solicitos esse, sicut pertinuit ad pres nostros. *Etenim & nobis* tempore grę *nunciatum* de illa *est* per filium, *quemadmodum* per figuram terræ promissionis nunciatum est *illis* de ea per famulum: & ideo nō possumus excusationem de ea prętendere, quasi de ignorantia, q̄a non solum illis patribus, sed etiam nobis prædicata est illa requies. Nec solum in euangelio, sed & ante legem, & sub lege docti sumus de illa. Nobis nunciatum ē sicut & illis. *Sed illis non profuit*. profit uel nobis, non profuit illis *sermo*, id est, illa quietis p̄nunciatio, q̄a sermone tantum usa est eis: & ideo non profuit sermo, quia *auditus* tantummodo est, & non completus. Et uere tantū auditus, non factus uel creditus. Nam *non admixtus fidei*. ut & sermo & fides simul iungerentur atque miscerentur. fidei dico, *ex his quæ audierunt* ab exploratoribus suis. Non em fidem ex uerbis eorū sumpserunt, sed magis amiserunt. Vel ex his q̄ audierunt ab exploratoribus, factum est ut sermo quem prius audierant de illa requie, non admisceretur fidei illorum, sed falsus putaret. Nam cum audirent terram promissionis circundatam montibus, urbes habere munitissimas & habitatores fortissimos, desperauerunt intrare in requiem illam, q̄ & futuram significat requiem: & sic præsentis quieris spe pdita, dubitauerunt de illa q̄ in hac erat præfigurata. Dixi quia & nobis nunciatum est de illa requie, quod effectus probat, qm̄ ingrediemur in illam. Non enim uiam ingrediendi sciuissemus, nisi nobis esset nunciata. Vel ita: Illis q̄ non crediderunt, non ꝓfuit: q̄a nobis qui credimus, proderit. Nam *ingredimur in* illam *requiem* nos *qui credimus*, quēadmodum ex oppositio dicit de incredulis, si introibunt in requiem meam. Per q̄d patet quia q̄ credunt, intrabunt. Ingrediemur enim credendo, sicut illi perdiderunt non credendo. Non cognouerunt (inquit) uias meas, sicut illis merentibus iram meam exhibui. Ita cæci fuerunt ad cognoscendum uias meas, sicut ego firmiter illis minatus sum q̄d non essent intraturi in requiem meam Palæstinę regionis uel cæle-

stis habitationis. & sicut ablata est illis quia non crediderunt, sic nobis promissa si crediderimus. Quia uero dixerat nunciatum esse de illa requie, ostendit quando & quomodo sit nunciatum, scilicet ante legem post perfectionem operum, & sub lege quando per terram promissionis designabatur, & tempore gratiæ in Dauid. Tres enim requies memorat, unam sabbati, secundam in Palæstina, tertiam in cælo. Nunciatum est de requie, *& quidem* primo factis, deinde uerbis. Nam *operibus* dei *perfectis*, q̄ fecerat per singulos dies ab *institutione mūdi*, id est, ex quo mundum cœperat instituere, subaudi, nunciata est illa requies quando deus requieuisse dicitur. Augustinus in sermone de decem chordis: In spiritu sancto, hoc est, in domo dei requies nobis sempiterna promittitur. Nam quia spūs sanctus dicitur, propterea septimum diem sanctificauit deus, quando fecit omnia opera sua, sicut in Genesi scriptum legimus, nō ibi sanctificationem nominatam, nisi illo die in quo dicitur, requieuit deus ab operibus suis. Non em fatigatus erat deus, ut diceretur, requieuit deus ab operibus suis, sed in illo uerbo tibi laboranti requiem promisit. Vel quia fecit omnia bona ualde, & sicut dicitur, requieuit deus, intelligas etiam te post bona opera requieturum & sine fine requieturum. Nam omnia opera superiora q̄ dicta sunt, id est, dies superiores, habent ueſperam. Vnus iste dies non habet ueſperam. Vbi deus sanctificauit requiē, ibi dicitur, factū est mane, ut inciperet ipsa quies: dictū est factum est ueſpera, ut fieret dies sine fine. Sic ergo incipit requies nostra quasi mane, sed non finitur, q̄a in æternum uiuemus. Ad hanc spem quicquid facimus, si facimus, sabbatum obseruamus. Nunquam ob opere nouo cessauit deus donec hō factus est: sed eo facto, requieuit ab omni opere, per quod designauit, quia nullam aliam creaturā post hominem facturus erat, cui homo subderetur, & ad cuius seruitium homo crearetur. Nam qui ipse requieuit ab homine facto, intelligimus quod propter hominē fecerat omnia. Ideo promissa est homini requies operibus perfectis, & quod requies ac beatitudo sit ei promissa, ostendit scriptura. Nā *in quodam* notabili & egregio *loco dixit* spiritus sanctus *de die septima*, per quam significata est requies æterna, qui non describitur habuisse ueſperam, *sic*, id ē, talibus uerbis dixit: *Et requieuit deus die septimo*. Cur enim diceret post illam diem, in q̄ homo creatus est, sequenti die requieuit & ab opere cessauit, nisi per hoc ueller innuere, quoniam illum post cuius creationem requieuit, ad requiem & beatitudinem fecit? Per sex dies ab illa creatione non requieuit, quoniam nihil perfectum uidit, donec homo dominus & possessor omnium creatus fuit. Sed eo pfecto, perfecta sunt oīa. & tunc tandem cessauit ab omni opere, q̄a tunc omnia perfecta fuerunt, quoniam hominem propter quē facta erant, habuerunt. R equieuit deus *ab omnibus operibus suis*. id est, cessauit a noua operatione, ut nihil amplius faceret, nisi de materia ibi facta, uel ad similitudinem eorum q̄ iam ibi fecerat. Sex diebus operatus est, septima q̄uit. Sic & in sexta ętate hō natus est mundo ad laborem. Sexta die & sexta dici hora passus, septima quieuit in sepulchro. Per quod nos docuit post opera nra, quæ sex ętatibus. 1. infantia, pueritia, adolescentia, iuuentute, senectute & senio fiūt de

Gene. 2.

Psal. 94

Gene. 2.

Gene. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A bere quiescere in septima ętate quasi septima die. Prima enim ætas, ut dixi, infantia est lactis hubere nutrienda. Secunda, pueritia solido cibo iam apta. Tertia est adolescantia, sufficiens ad generā dam subolē. Quarta, iuuentus robusta & honoribus apta, Quinta ē senectus, quando iuuentutis ardor refrigeratus & extinctus ē: quoniam feruore carnis mitigato, uita ducitur in tranquillitate. Sexta ē decrepita ætas, quando perit homo qui fuerat, quando uiribus amissis, iam positus est in introitu mortis. Post harum finem ętatum sequit mors. Eodē modo & in spiritali uita sex possunt ætates notari. Infantes enim sunt, qui sensu imbecilles, sola autoritate se defendunt, qui de sua fide sine aliqua ratione autoritatibus patrum humiliter acquiescunt. Pueri, quorum sensus iam aliquantulum sunt exercitati, qui non manent contenti sola autoritate, sed quibusdam rationibus & inuestigationibus iam promouentur ad rationem fidei. Adolescentes sunt, quorum sensualitas iam subdita ē rationi, ut iam sufficiant ad gñationem bonoꝝ operum, ut iam laborent & mouentur ad bene operandum. Iuuētus ē, quando nō solum generat mens per bonam operationē, sed
B etiam uirtus eius tantū induruit & roborata ē, ut neq; morte, neque uita separari ualeat à charitate dei, sed martyriū (si opus fuerit) subire non uereatur. Senectus ē, quando mens ita prævalet sensualitati, ut non solum nō superet, sed etiam nō impugnet ab ea, ut caro iā spiritui (prout ē in hac uita possibile) consentiat, & eandem quietem & animæ puritatem concupiscat. Decrepita ætas est illoꝝ, qui iam (prout fas ē) contemplatiōe dominī fuentes, ad instar angelorū uiuunt, iam filij huius mundi nō dicendi, iam cælestibus conuersantes, ut uestigia humanæ cōuersationis in operibus illoꝝ iam nulla uideri possint. Post has sex moꝝ ætates sequit dies septima, æterna omnibus sic uiuentibus ꝓmissa, in qua dabit eis uera requies & perennis lætitia, ut non amplius futuri sint in aliq̄ labore uel miseria. Hæc nobis deus significauit, qñ post operationem sex dieꝝ, septima quiescere
Gene. 2. uoluit. In illo scripturæ loco demonstratū est, homini requiem esse promissam, atq; nunciatum est ibi ante legem de illo: *& rursum* eadē requies sub lege per figuram terrę promissionis *in isto* loco nūciata est & promissa, dicente spū sancto de increPsal. 94. dulis, *Si introibunt in requiem meam*. i. in terram quā Moyses promittebat, quæ significabat ueram requiē, quam spūs sanctus parauerat, ac per hoc nec in illam ueram intrare poterunt. Vbi em̄ incredulis facta ē cōminatio quod in eam non introibūt, ibi declaratum ē quoniam promissa fuit aliquibus hominibus. Si enim nulli promissa esset, nec aliquem intraturꝝ prædictum fuisset. Et non esset causa comminationis quod non essent intraturi, si nullus esset intraturus. Nec multum eos læderet, si minaretur illud auferre, cuius speciem & certitudinē aliquā nequiuissent habere. Ecce bis signata & promissa ē requies per diem sabbati & per terram promissionis. Et quia spūs sanctus qui nec
C falli nec mentiri potest, eam signauit, nunc lauit, promisit, & illā aliquibus pparauit, q superflue nō fecisset eā, *ergo superest*. i. restat *quosdam*. i. egregios & electos *introire in illam* perennē promissionē & ueram. Et quoniam superest quosdā introire, *& hi quibus prioribus annunciatū est* ut intrarent, *non introierunt propter incredulitatē* in uerā requiē, quā terra promissionis figurabat, ad quā non peruenerūt, ergo *iterum*. i. sub eiusdē requiei delignatione *terminat* & distinguit spūs sanctus *diem quendam hodie*, quo nunciata impleantur. i. egregiū tempus grāe in aduentu Christi, *dicendo in Dauid*. i. loquens per Dauid: quia non ipse Dauid loquebatur, sed spiritus sanctus in eo. & hoc *post tantum temporis* ab introitu filioꝝ Israel in terrā promissionis. Vnde patet non de illa terra tunc eum dixisse, quæ iamdudum habebatur? sed de uera requie, quæ adhuc expectabatur. Introitus em̄ terræ promissionis iā tunc non poterat illis auferri. Ex quo autem fuit in deserto facta comminatio, quæ dicit, Si introibunt in requiem meā, processit magnum spatiū usq; ad tempus Dauid. Sed à tempore comminationis hujus usq; ad introitum terrę promissionis,
D modicum tempus fuit. Et per hoc constat esse dictum de promissione ueræ requiei, quam post tā tum tempus Dauid fecit his, qui futuri erant in nouo testamento, quia contemporanei sui iam intrauerant. Ideo terminat diem quo possumus in ueram requiem intrare. Nunquā uidelicet alig intrarent, nisi tempus gratiæ distinctum fuisset, in quo regna cælorum paterent fidelibus. Ideo terminat diem intratiōis, qm̄ supereſt aliquos intrare. Et nisi uideret intraturos, non terminaret. Qui licet sub lege uiuens, corde tamen positus in tempore gratiæ, dicens hodie, tertio nunciat requiem illo tempore consummandam, diem terminat, hodie dicendo in Dauid, qđ hodie ē intelligendū, *sicut supradictū est, Hodie si uocem eius audieritis*. Diuersis enim significationibus posuerat, hodie, quādo dixit, Hodie genui te: & quādo rursus ait, Hodie si uocem eius audieritis. Et ideo debuit terminare, quam significationem haberet nūc Hodie, ne aliter intelligeretur. Hodie. i. in hoc uniuerso tēpore gratiæ, de quo Iohannes scribit, quoniā tenebræ transierunt, & lumen uerum iam lucet, si uocem prædicationis eius audieritis, quia non omes audiunt illam qui sunt in tempore gratiæ, sicut nūc quoq; multi paganoꝝ, ad quos euangelica prędicatio nō puenit. *nolite* cōtra uocē eius *obdurare corda uestra*, ne tēpus gratiæ nobis in uacuū transeat, qa post non erit tēpus in quo possitis intrare in requiem. Diceret aliquis, Tu dicis qm̄ hi quibus prioribus annunciatū est, non introierunt, & nos uidemus quia introierūt, quoniā per Iesum Naue eā consequuti sunt. Cui respondet: Nō introierunt propē incredulitatē suā requiē homini ꝓmissam. *Nam si Iesus* filius Naue. i. Iosue filius Nun, *præstitisset* eis illā *requiem* in distributiōe terræ promissionis, nō ultra fieret sermo de alia die, qua pateret in requiē ingressus. Vel ita cōtinuari pōt: Supest q̄dā intrare sicut Dauid terminat. Nā si Iesus, id est,

A Iosue qui duxit in terram promissionis, præstitisset eis requiē. i. oīmodam quietē, ut nulla alia esset speranda, *nunquam*, id ē, nullo tempore Dauid uel spiritus sancti 9, *posthac*. i. deinceps *loqueret de alia die*, id est, de alio tempore, in quo requies esset dāda. Sed quia post locutus est, patenter ostendit quia alia est requies de qua dixit hodie, quām illa ad quam duxerat Iosue. Certum est igitur aliam esse ad quam ducit Christus, quæ per illam sub Iosue figurabatur. Itaq; relinquitur electis sabbatism 9. Quandoquidem non fuit illa requies uera, sed alia post promisit spiritus sanctus, *itaque relinquitur*. i. futuris seruatur à deo, quia increduli patres nequiuerunt ad illum pertingere. Relinquitur, nō di co tantum requies, sed (ut magis exprimam) dico *sabbatismus*. i. feriatio & iucunditas sabbati. Sabbatismus quippe uocabatur, apparatus & gaudium atq; festiuitas sabbati, & sabbatum requies interpretatur. Sabbatismus ergo non solum ueram & omnimodam requiem designat, sed inenarrabile gaudium atq; spiritualium diuitiarum affluentiā. Qui sabbatismus non paucis reseruatur, sed *populo*. i. magnæ multitudini: nec tamen cuilibet populo, sed tantū populo *dei*. Et ideo si quis uult sabbatizare, sit de populo dei. Et iste sabbatismus longe diuersus erit ab illa requie quam Iosue præstitit. Nā *qui ingressus est in requiem* dei. i. in cælestis re-
Hebr. 4 gni tranquillam habitationem, sicut seruus ille, cui dictum est, Intra in gaudium dñi tui, uerā & perfectam adeptus est requiem: quia *requieuit etiam ipse* perpetualiter & perfecte *ab operibus suis*, quibus hic laborauit, *sicut & deus a suis*, q̄ tñ sine labore fecit. Sicut enim sabbatum in quo deus requieuit, non legitur habuisse uesperam, sic requies iustorum non habebit finem. Quia sicut deus cessauit ab operibus, sic illi cessabunt perpetualiter ab oīni opere, liberi penit 9 ab oīni laboris anxietate. At illi qbus Iosue terram diuisit, pauꝝ quieuerūt, multosq; labores & multas afflictiones ptulerunt. Et qñquidem tanta est illa requies, atq; est nobis promissa, & nunc tēpore grāe supest quosdam introire, ergo *festinemus ingredi*, nec in his terrenis q̄ nos impediunt, immoremur. Festinem 9 fide & bonis operibus, q̄ illi nō faciūt, qui carnaliter adhuc legē obseruat, & erga fidē & spūalem cōuersationē negligēres existūt. Festinem 9 (inqt) ingredi *in illā requiē* tantam, tam nobilē, & tam gloriosam, atq; toties nobis promissam. Ideo q̄p festinem 9 ad illā requiem, ut pœnas euadam 9 ppetuas. Et hoc ē: *Vt ne incidat*. i. ut nō intus cadat in corde, ubi grauior casus est, *quis*. i. aliquis in infidelitate notabilis, *in id* in q̄p ceciderunt pres, & ita in id, ut in *ipsum*. i. non dissimiliter, sed p omnia eodē modo cadat in id, in q̄d patres ceciderunt scilicet, *exemplum incredulitatis*. i. ne cadat ad exemplum eorum in incredulitatem, & excludatur à diuina requie: illi enim non credierunt Deum sufficere ad dandam etiam requiem terræ promissionis, & isti similiter Christum ad dandam requiem perpetuam sufficere non credebant sine carnalibus obseruantijs. Ideoque sibi quietis aditum eadem ratione obstruebant, q̄ pa-
C tres anteā fecerāt. Vel ne incidat aliquis in idīpm exemplum incredulitatis. i. in hanc eandem damnationem, quam patres uestri propter suā incredulitatem subierūt: quæ dānatio uel pœna uobis ē exemplū, quia si increduli fueritis, similiē uobis continget. Exemplum enim incredulitatis conuenienter dicitur uindicta dei, quæ tanta ē illata eis, ut exemplo esse alijs possit, ne increduli esse præsumant. Vel incredulitas patrū (ut ꝑmissimus) est uobis exemplū ne sitis increduli, & ideo peius q̄p patres uestri peccabitis, nisi incredulitatem cauetis. Propter hæc oīa ruptis omnibus impedimētis infidelitatis & secularium illecebraꝝ, festinemus q̄p maxime ad illam requiem, in qua perenniter quiescamus.

Viuus est em̄ sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & ptingens usq; ad diuisionem animæ ac spūs, cōpagum quoq; ac medullarū, & discretor cogitationum & intentionū cordis, & nō ē ulla creatura inuisibilis in cōspectu eius. Oia aūt nuda & apta sunt oculis eius. Ad quē nobis sermo. D

¶ Festinemus (ut dixi) ad illam requiem: nā *sermo dei* Christus uerbum patris, qui nos festinantes adiuuet, & peruenientes coronet, *uiuus est*. i. uera uita in semetipso, & sufficiens ad aliorum uiuificationē, & ita uiuemus in eo. Sermo dei qui prædicauit illam requiem, est uiuus uita propria. i. uita ē, uiuificans alios. Sicut em̄ pater habet uitā in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso. Vel in assumpta humanitate, in qua mori uoluit, iam uiuus ē. i. uitā æternam consequutus. & sequaces suos uiuere similiter faciēs, qa immortalis factus ē, & uos immortales faciet, & est *efficax*. i. oīno faciens quicquid uult, siue saluādo credētes, siue dānando incredulos. Vel ita pōt cōtinuari: Cauete ne quis nostrū incidat in exemplū incredulitatis patrū. i. in similē pœnā, qualē illi per incredulitatem meruerūt, quia uiuus ē sermo dei
Iohan. 5. i. filius qui illos iudicauit, & uos iudicaturus ē: & sicut ille uiuit in æternū, sic iudicium eius manet in æternum. Nam & illos quos ipse damnat, cruciabit pœna uiuax in ęternum: & eos quos ipse saluat, uiuere faciet in æternū. Nam ad utrūq; ē ipse efficax. Nec solum ē efficax in utroq; i. potenter facies quodcunq; uoluerit, sed *& penetrabilior omni gladio ancipiti*, quia penetrat oīa, nec puteris eum latere cordiū occulta, & per hoc minus iuste iudicare. Nam si non penetraret hominum conscientias, non posset ueraciter iudicare quis esset fidelis uel quis infidelis, siue quis bonam uel quis malam haberet conscientiam: & tunc nō ualeret dignam singulis rependere uicē, quia potentiam ei auferret, quod occulta hominum uidere non posset. Sed ut potenter in omnibus sit efficax, oīa uisu suo penetrat, & acutior ac ꝑspicacior omni gladio ancipiti, omni subtilitate sermonis diuinæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A prędicationis. Iste sermo qui deus est, qa deus erat uerbum, est penetrabilior omni gladio ancipiti: quia magis penetrat hoim conscientias, quàm ullus sermo prædicationis. Sermo enim doctrinæ est gladius aneps, id est, utraq; parte acutus, quia dicit de temporalibus, dicit & de æternis. In utroq; probat quod dicit acute ac subtiliter, & cum quem ferit, separat à mundo. Quod non faceret, nisi mentem eius penetraret. Sed multo penetrabilior est iste sermo qui deus est. & est etiam *pertingens*, id est, consideratione perueniens *usq; ad diuisionem animæ ac spiritus*. Spūs noster non est uniuersa anima, sed aliqd eius, id est, illud q̄ ratiocinamur, intelligimus, sapimus: per quod & præponimur pecoribus, qa illa sunt rationis expertia. Non habent em̄ spiritum, id est, intellectum rationis ac sapientiæ sensum, sed animam tm̄. Nam & de il-
Genesi.1. lis dictum est, Producant aquæ repentia animarum uiuentium. &, Producat terra animam uiuentem. Itaq; spiritu intelligimus cū angelis, anima uiuimus cum bestijs, Sed dei sermo ptingit, id est, perfecte tangit, quia p omnia tāgit, nihil intactum sua cognitione relinquens, usq; ad diuisionem animę ac spiritus, id est, usq; ad discretionem sensualitatis & rationalitatis, qa ipse insuperabili
B cognitione nouit quō diuidatur sensualitas à ratione, & quantum altera differat ab altera. Vel pertingit usq; ad diuisionem animæ, quia uidet quō anima, id est, sensualitas à se ipsa differat, dum plus dedita infimis rebus, inferior ē: uel ab his reuocata, dignior. Et pertingit usq; ad diuisionem spiritus, quia intuetur quō rationalitas à se ipsa diuidatur, dum in deum inhiat, uel inferius cælestia considerat, siue eur sum inferius de mundanis recte agendis pertractat. Anima enim tantum de mundanis uel de his quæ ad corpus ptinent, cogitat, in quo uix à beluis distat. Quoddam inferius est, in ea, ut cogitatus de cibo uel potu & similibus. Quoddam aūt quasi superius est in ea, ut cum de honestis, sicut de gloria, celebritate, potentia & huiusmodi cogitat. Et hanc eius diuisionem bene nouit sermo dei, nec eum latet q̄n ipsa hoc uel illud agit.

Spiritus uero rationalis est in suo superiori, cum creatorem suum cogitat, & ad eum p solam dilectionem peruenire flagrat. In suo aūt inferiori uersatur, cum relicta sublimi contemplatione, inferiores uirtutes q̄ ad bonam operationem pertinent, meditatur. Cuius diuisionem sermo dei considerat, prudens quid in eo superius sit & qd inferius. Inter se aūt diuiduntur anima & spūs, quia (sicut dictum est) anima qdem de mundanis & corporalibus agit, spiritus aūt de supernis & spiritalibus. Ideoq; quod est inferius in spiritu, superat illud quod est altius in anima. Et hanc diuisionem animę ac spiritus tangit & scrutatur sermo dei uiuus. *compagum quoq; ac medullarū* diuisionem nouit, id est, iunctura rum animę ac spiritus, quia uider quō iunctūræ animę, uel quo tempore diuidantur, & quando de una iunctura in aliam transeat, sic & de spiritu. Iunctūræ animæ sunt augmenta q̄ recipit sēdm unamquamq; ætatem. Nam sapientior est in adolescentia q̄ fuit in pueritia, & rursum sapientior in iuuentute quàm in adolescentia, iemq; maturior in uirilitate q̄ in iuuentute. Similiter spiritus p incrementa proficit. Quę scilicet incrementa uocamus compages, eo qd unum alij uideatur apponi quad? iunctura sine temporis discretione: & harum compagum diuisiones, sunt mutationes secūdum diuersas ætates. Medulla uero quę C interior est, appellat quicquid interius uel subtilius est in anima uel spiritu. Sicut uidelicet in corporibus medulla ē subtilior, & in secretis partibus atq; in ipsis intimis recondita, sic q̄d subtilius est in anima uel spiritu & magis, uocatur nūc medulla. Medullarum quoq; talis animi diuisionem nouit sermo dei, quia illa q̄ sunt in nobis subtilissima, discernit inter se: Vñ & subditur, quia est *discretor cogitationum & intentionum cordis*. Discernit em̄ cogitationes & ab inuicē separat, i. bonas à malis, siue in eodem hoīe, siue in diuersis. Discernit & intentiones earum, i. quo singulæ tendant, ad bonū, an ad malum. Et quia sunt nōnullæ intentiones coactę, uelut si quis timore cōpulsus foderet agrum & intenderet pficere, non tamen ex corde, additur cordis, ut p hoc excludantur intentiones coactæ, q̄ faciles sunt ad cognoscendum. Hoc est, nouit discernere quā intentionem quis habeat in cogitatione, q̄ est cordis, id est, uoluntaria & adhuc exterius non ostēsa, sed latens intra cordis secreta. Vel in eo quod ait, quia est ptingens usq; ad diuisionem compagum quoq; ac medullarum, intelligi pōt, compages dixisse connectiones cogitatiōum, medullas uero intentiones earum. Per compages quippe ossibus ossa iunguntur. Et sæpe D dum aliqd recta cogitatiōe agimus, sed subito in laudis amorem declinamus, atq; hoc pro laude facimus, quod prius facere, p uerecundiæ cōperamus, qa cogitationes cogitationibus adiunguntur, quasi quædam in spū compages fiunt. Sed habent ossa quæ in compagibus iuncta sunt, & medullas. i. subtiles intentiones. Quod Apostolus apertius intulit, dicēs, discretor cogitationū & intentionū cordis. Compages em̄ nostræ sunt cogitationes q̄ sibi iunguntur, q̄n altera alteram sequitur, medullæ aūt intentiones. & sermo dei discretor est compagum & medullarum, i. cogitationum & intentionum: quia si cogitatio cogitationi iungitur, ipse nouit q̄ sit secundum deum, nouit quoq; quo uergat intentio earum. Sæpe enim aliud cogitamus, atq; aliud per cogitationē intendimus. Nā si quis proposito munerum pūno, pupilli uel uiduæ causam defendat, & fortasse ecclesiam ingrediens in suis precibus deo dicat, tu iudex qa causam pupilli & uiduæ defendo, iste procul dubio qd cogiter scit, sed q̄ intendat eius cogitatio, ignorat. Aliud quippe cogitat, & aliud intendit. Nō uidelicet defensionē pupilli & uiduę, sed mercedem muneru̇m quęrit. Nā tolle temporale præmium, & pupillum & uiduam nō defendit. Sermo itaq; dei discretor cogitationū & intentionū cordis est, quia non tm̄ aspicit qd apud temetipsum cogites, sed magis per medullam compagis. i. per intentionem cogitationis, qd apud temetipsum recipere regras. Et ut plus dicam, breuiterq; concludam, *non est ulla creatura* terrena uel cælestis, corporea uel incorporea, *inuisibilis*, id est, non habilis ad uidendum *in conspectu* tantę sapientię. Nihil ē ei inuisibile, sed *omnia sunt nuda*, id est, discooperta *& aperta*, id est, patentia *oculis eius*, quia & foris & intus omnia uider. Si q̄s habet librum aliquo uelamine tectum, dicit quidem uisibilis, sed nō nudus. Rursum, si uelamē auferret, nudus posset dici, sed nō apertus. Item si aperiret & omnia eius interiora demonstrarentur, tam omino quicquid in eo latuerat uideretur. Ita uerbo dei cuncta sunt uisibilia & nuda & aperta, quia & foris & intus (ut dictum est) omnia plenarie uidet. Per oculos eius intelli-

A git potentia uidendi. *Ad quem nobis sermo* ē habendus in iudicio, quia oportet nos illi rōnem de actibus nostris reddere. Ad sermonem dei uiuum & efficacem & oīa peruidentem est nobis habendus sermo, quia sermocinaturi sumus ad eum, & rationem reddituri de cunctis quæ gessimus uel cogitauimus. Ideoq; semper nobis omni solicitudine præcauendum est, ne hunc uel dictis uel operibus uel cogitationibus offendamus. Hactenus terrendo loquutus est Apostolus, reuocans ab infidelitate iudæos exemplo patrum suorum, quibus ob incredulitatem negata est æterna requies: & asserens filium dei uiuū atq; potentem, ut remuneret eos si resipuerint: & efficacem ut puniat, si neglexerint. Hinc iterum blandis rationibus uult eos reuocare, commendādo Christi pōtificium, ut eo commendato, sufficere ad salutem ostendat, & carnales obseruantias comprobet esse superfluas. Sic enim subinfert:

Habentes ergo pontificem magnū, qui penetrauit cælos, Iesum filium dei,
B teneamus confessionem. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per oīa pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

¶Incipit (ut dictum est) agere de pontifice Christo, quō sufficiens, quō dignior uereri, quem & immutat & legē quæ sub illo est, per meliorem legē suam, & quō necessarius. Quia sermo dei uiuus & efficax est, atq; talis qualem descripsimus, ergo teneamus confessionem, ut nec terror, nec crucias tus auferat de ore nostro confessionem fidei eius quam corde gestamus. Et est iustū ut eā teneamus, *habentes pontificem*. i. quia habemus pontificem *magnum*. Nam idem sermo dei, secundum quod homo est, noster est pontifex, qui sacrificium sui corporis obtulit pro nobis, & non cessat interpellare pro nobis. Vnde & pontem accessumq; nobis ad patrem facit, ut temporalia (quæ sicut fluuius currunt & labuntur & eranseunt) sub nostris pedibus relinquentes, festinemus ad terram uiuentium, habentes pontificem magnum super omnes pontifices, *qui* non in sancta sanctorū templi Salomonis intrauit, sed *cælos* ascendendo *penetrauit*, ut & nos sequi possimus. Moyses uero tunc terram promissionis non intrare uoluit, hic aūt cælos penetrauit. i. ingressu suo patefecit. Pontificem habemus, & quem? *Iesum*. i. saluatorem, qui nos absque carnalibus obseruātijs saluare potest. Iesum dico, *filium dei*, non adoptiuum. sed cōsubstantialē: nec minorem, sed æqualem. Alij uero pontifices neq; cælos penetrāt, neq; saluare possunt, neq; filij dei naturaliter sunt. Vñ iste oībus illis iure præfer-

C tur, sicut multis & longis disputationib9 probare nunc exorsus est Apostolus. *Teneamus* (inquit) *confessionem*, ut fidem eius ore proferamus, uel etiam peccata nostra confiteri studeamus: quia non habemus pontificem immisericordem. hoc contra illos dicitur, qui propter lapsum suum desperabant, & iram eius se posse placere diffidebant, & quasi dicebāt quia non ualet nobis confessio: q̄m iste pontifex, quia tam altus est, utpote super cælos dexaltatus ac dei filius, non recipiet eā, nec condescendet fragilitati nostræ. Quibus uelut respondetur: Vobis lapsis non est desperandum nec cōfessio dimittenda, quia non habemus pontificem austerum uel dedignantē, sed misericordem: non à nobis remorum, sed naturæ nostræ participem. *Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris*, id est, condescēdere fragilitatino-
D stræ, & misereri humana fragilitate peccantibus: quia etsi ira altus est, non ideo nos abiecit, sed clementer condescendit imbecillitati nostræ, & condolet etiam illi qui per infirmitatem carnis labitur. Non tamē aliquid tam doloris sentire potest: sed q̄d ei displicet miseria nostra & lapsus noster, atq; præstat auxilium ut surgamus, & interpellat pro nobis, uocatur ergo eius compassio. Non potest nobis nō compati, sed potentiam huius passionis habet, quia ipse fragilitatem nostram expertus est, quoniam per oīa sustinuit tentationem sine peccati cogitatione. Tentatus est enim in nostra carne, & expertus est miserias nostras præter peccatum: tentatus est *per omnia* tentationis genera, quia in tribus illis tentationibus, quas à diabolo pertulit, omnia tentamenta cōtinentur. Vel in sola tentatione, qua diabolus ostendit omnia regna mūdi & gloriam eorum, in quibus omnia cōtinentur, de quibus humana corda tentantur, potest dici per omnia genera peccādi tentatus. Vel quia omnes tentationes sustinuit, irrisus, crucifixus, & cætera omnia perpessus. Tentatus est *pro similitudine* quam à nobis traxit, i. secundum illam naturam, qua nobis erat similis, mortalis & passibilis, tamen *absq; peccato* fuit, licet similis esset alijs hominibus. Vel tentatus est per omnia sine peccato, quia libenter omnia tentamentorum gña pertulit, nec tñ succubuit, nec delectatus est in aliqua persuasiōe mali, & idem bene potest à peccato & tentatione liberare. Nam cum Apostolus eum dicit *tentatum* per omnia, & non superatum, ostendit quoniam in eo ponenda est fiducia subuenien-
Mat. 4. Lucæ. 4. di: & hoc ideo, quia nobis similis factus est. Non est enim remot9 à nobis, sed in illa sui natura tentatus fuit, in qua nobis est similis. Et ideo credendum est, quia uult & potest subuenire tentationibus nostris. Et quoniam habemus tantum pontificem sic nobis compati uolentem, & nostræ imbecillitati subuenire potentem, ergo omni spe & fiducia adeamus ad thronum gratiæ eius. i. uoluntate & orationibus & correctione uitæ ac bonis operibus accedamus ad eum throno iudiciali pñsidentē. Thronus enim iudiciaria sedes est. Sed thronus Christi ē thronus gratiæ his, q̄ dū in præsenti

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uita sunt, humiliter resipiscentes ueniunt ad eum, ut pnīæ iudicium accipiāt; cæteris uero post hanc uitā ē thronus iustitiæ. Licet ergo simus peccatores, nō tñ desperemus de uenia, sed *cum fiducia* impetrandi misericordiam *adeamus ad thronū gratiæ eius*, i. ad iudicē nō seueritatis & districtæ iustitiæ, sed pietatis & indulgentiæ: quia non ē iudex qui p cōfessiōe puniat, sed qui pro humilitate remuneret. Accedamus (inq̄t) ad eū, *ut misericordiā* apud eū *consequamur*, i. remissionē præcedentiū peccatorū, *& de reliquo inueniamus* apud eū *gratiam*, id ē, sa cultatē ad conseruationē innocentiæ & ad pmotionē in bono, *in auxilio*, i. ut auxiliet nobis cōtra tentationū impugnatiōes, & cooperet ad completionē bonoꝝ operū. Auxilio dico, *opportuno*, i. cōgruo & necessario: qa nunq̄ fit auxiliū, qđ nō est opportunū, nec congruū. Sed auxiliū Chri nobis ē opportunū, i. cōpetens & necessariū, quia sine illo nihil boni possumus facere, & æterna uita non pōt haberi sine bona operatiōe. Nunc em ē tēpus auxilij, dū tempus ē operādi. Vel thronus eius sedes ē pontificalis, & ideo gīæ, quia cōpatī nobis
B & interpellat p nobis. Ac propterea nos peccatores accedamus ad thronū nr̄i pōtificis cū fiducia ueniæ, p cidamus ad pedes eius in precib9, ut per eū apud patrē cōsequamur misericordiā, i. peccatoꝝ indulgentiā & bonæ conuersationis gratiam.

CAPVT V.

OMnis nanq̄ pōtifex ex hoībus assumptus, p hominibus cōstituit in his q̄ sunt ad deū, ut offerat dona & sacrificia p peccatis, q cōdolere possit his q ignorant & errant, qm & ipe circūdatus ē infirmitate. Et propterea debet quemadmodū p populo, ita etiam p semetipo offerre p peccatis. Nec q̄s
2 Par. 23 quā sumit sibi honorē, sed q uocatur a deo tanq̄ Aaron. Sic & Chrus nō se-
Psalm. 2. metipm clarificauit ut pontifex fieret, sed q locutus ē ad eū, Filius meus es tu,
Psal. 109 ego hodie genui te. quēadmodū & in alio loco dicit, Tu es sacerdos in æternū secundum ordinem Melchisedec.

¶Probat em à minori, q̄d iste noster pōtifex possit nobis impetrare misericordiā & grām, cum pōtifices ueteris testamēti quodāmodo sacrificijs & orationib9 impetrarēt misericordiā, qui puri hoies erāt & peccatores. Quasi dicat: Per eū possumus consequi misericordiā, quia hoc fit etiam per omnem aliū pontificē. Nam *omnis pontifex*, tam maior q̄ minor in ordine Aaron, *ex hominibus assumptus*, i. ex numero hominū ad aliquid dignus sumptus ut præsit alijs, *constituitur*, i. cōmuni omniū sententia statuitur, *pro hominibus*, i. pro salute hominū, ut p eū impetrent à deo beneficia. Constituit *in his quæ sunt ad deum* pertinentia & subiectos ducentia, i. in muneribus & hostijs offerēdis ac precibus, quæ ducunt ad deū, *ut offerat*, id ē, obuiā deo ferat, & q̄si contra impetū indignationis eius obijciat, ut eam retineat & placet, uel qa deus pie cōdescendit dū ei syncero corde offert aliq̄d, ferat obuiā eius pietati *dona*, ut primitias frugum & huiusmodi, *& sacrificia* de animalibus, ut de bobus & auibus *pro peccatis* hominū delendis. Et si il le q ē ex hominibus tantū, i. in nullo dissimilis ab hominibus, & ita assumptus ex eis, subditos suos donis & sacrificijs purgat & dirigit ad deū, tunc multo magis eundum ē nobis ad thronum grīæ nostri pōtificis, q nō ex hominibus tm̄, sed deus & homo ē, qui pctm̄ nō habet, nec indiget offerre p se, qui in seipso sufficiens ē illud facere, in quo alij detinent humana infirmitate. Ex hominibus assumptus pōtifex ē talis, qui pius & misericors sit, *qui* pro consueta bonitate *condolere possit*, i. affectū passiōis habeat erga subditoꝝ infirmitatē, *his qui ignorant*, i. ignoranter peccant, *& qui errant*, i. post monstratā ueritatis uiā errore suo quali scienter peccāt. & debet illis pie cōpati, *quoniam* non solū illi, sed *& ipse* qui maior ē & fortior esse uidet, *circūdatus est infirmitate* carnis, per quā & peccare necesse habet. Christus uero iā infirmitate circūdatus nō ē, & ideo pōt iuuare magis q̄ ille. Et qa infirmitate circunseptus ē, *propterea debet*, i. debito iure cōpellit *offerre* sacrificium *pro peccatis*, i. pro expiatione peccatoꝝ *quemadmodū pro populo*, i. cum quāta necessitate & supplicatione offert pro populo, *ita etiam* & nō dissimiliter offerat *pro semetipso*, ut condonent peccata propria. Christus uero nō pro seipso necesse habet offerre, sed tm̄ pro suis fidelib9. Oia uero q̄ nunc de pontifice ueteris testamēti dicuntur, obseruāda sunt in electione pontificum ecclesiæ, & in eoꝝ moribus & actionib9, licet alia sint sacrificia q̄ offerunt à nr̄is. Dixi qa pontifex constituit pro hominibus, & præfert cæteris: *nec quisquam*, licet ualde nobilis aut sapiens, *sumit sibi honorem*, ut adscribat sibi & se quærat honorari. Non sibi imputat honorē, sed à deo q uocat: nec se ingerit ad accipiendum honorē, sed diuino nutu eligit. Percutiunt hac sententia, qui honores ecclesiasticos, ad quos diuinitus nō uocant, arripere cupiunt. Qui em se ingerit & propriā gloriam quærit, non sumit honorē, si pontifex aut prælatus in ecclesia factus fuerit: sed grīæ dei rapinā faciens, ius alienum usurpat. Et ideo non accipit benedictionē, sed maledictionē. Nemo per seipsum sumit illum honorē, *sed* ille *qui uocatur a deo*. Qui em recte & canonice uocatur, à deo uocatur. Ille sumit honorem apud deum & homines, qui per ecclesiæ procuratores & uiros fideles à deo uocatur ad hanc prælationem, ita digne & syncere, *tanquam Aaron*, qui non sibi imputauit, nec aliquo modo ingessit, sed iubente deo per Moysen electus est. Chore autem uoluit sibi sumere honorem, & ideo diuinam sensit ultionem. Sed Aaron sublimatus est in sacerdotem, quia deus eum

A uocauit. *Sic & Christus nos clarificauit* per suas uirtutes *semetipsum*, ut sibi sumeret eius honorem, ita *ut pontifex fieret*. Non se clarificauit, sed patrem, quia non suam, sed patris gloriam in omnibus q̄siuit. Non semetipsum quasi discretū à cæteris clarificauit, i. clarum fecit sublimando in honorem pōtificatus, sed pater eum clarificauit, ut pontificem constitueret, & totius mundi magistrum ostenderet, qn̄ dixit: Hic ē filius meus dilectus in q̄ mihi bene cōplacui, ipsum audite. Quasi diceret: Hactenus audistis legis doctores & alios pontifices, sed amodo ipsum uerum pōtificē audite. Nam dicēs,
Matt. 17 Hic ē filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui, nobiliter clarificauit eū. Quem se ideo clarificare ut pontificem cōstitueret, demonstrauit, cū subiecit, Ipsum audite. Sed hanc sententiā clarificationis noluit Apostolus cōtra iudæos proferre, uel quia non habebant euangeliū, uel minoris autoritatis esse putabant, ideoq̄ de suis libris p
Psalm. 2. tulit illis testimonia. Nā hæc clarificatio longe añ per prophetā p̄dicta ē, *filius meus es tu*. Non clarificauit seipsum, *sed* potius eum pater clarificauit, &
B testimonio propriæ uocis & multis miraculis, *qui* & in Psalmo *loquutus est ad eum*: Tu es filius meus naturalis & coæternus, quia *ego hodie*, i. in luce sp manentis æternitatis meæ *genui te* ex substantia mea. His uerbis clarificauit eū pater, ut pontificē constitueret, *quemadmodū*, i. sicut *& in alio loco dicit*
Psal. 109 *ei*, *Tu es sacerdos*, i. sacra dans p te & per tuos *in æternū*, i. quādiu durabit hoc seculū, quia non transibit sacerdotiū Chri, ut aliud succedat, sicut trāsijt Leuiticū. Sacerdotes, & hoc *secundū ordinē Mel*
Gene. 14 *chisedec*: quia sicut ille panē & uinū obtulit Abrae reuertenti à cæde regū, sic tu in figurā panis & uini dabis corpus & sanguinē tuum uictoribus uitioꝝ. Vel in æternū es sacerdos, qm̄ una oblatiōe consummasti in sempiternum sanctificatos: siue quia interpellas pro eis eadē hostia quā semel obtulisti. hac autoritate manifestat, quod eū deus pater sacerdotē & pontificē cōstituit. Si ergo cæteri pontifices quib9 necesse ē pro se offerre, possunt alijs subuenire, qm̄ à deo uocant, tunc iste multo magis potest nobis subuenire & oia bona nobis obtinere, q pro se nunq̄ equit oblatiōe, qui seipm non clarificauit, nec ingessit, sed à patre clarificatus est, & ad pontificatum electus.

Qui in diebus carnis suę preces supplicationesq̄ ad eū, q posset illū saluū facere a morte, cum clamore ualido & lachrymis offerēs, exauditus ē pro sui reuerentia. & quidē cū esset filius dei, didicit ex his q̄ passus ē, obedientiā: & cō summatus, factus ē oīb9 obtēperātib9 sibi causa salutis ęternę, appellatus à deo pōtifex iuxta ordinē Melchisedec

¶Dixit quod non per se, sed per uoluntatē patris factus ē pontifex. Nunc aūt ingreditur ostendere, qm̄ pontificis obsequium executus est, quia totum fecit quod pontificē decet. Qui in diebus C carnis suæ &c. Ostendit etiā adhuc in his uerbis q̄d per eū possumus cōsequi misericordiam, cum iā sedeat ad dexteram patris, nec cesset interpellare pro nobis, si ita exauditus ē, cū adhuc in terra cōuersaret & esset mortalis. *Qui in diebus carnis suæ*, id ē, mortalitatis & passiōis suæ quādo natura carnis apparuit, qa famem, sitim, lassitudinem & dolorem sustinuit, sicut uerus pontifex obtulit preces. Nām in euangelio sæpe legit orasse, & maxime apud Lucā, q sacerdotis in eo descripsit perso- *Lu. 6. 11 & 22. & 23*
nā. Sed & quicqd ipse egit in carne, preces & supplicatiōes fuerūt pro hominibus. Tota uita sua patrē orauit de resurrectione carnis suæ ac de nra salute, & instāte iā passiōe, obtulit supplicatiōes, i. humillimas & intensissimas oratiōes, cum summa deuotione cordis & affectione, quando factus in *Luc. 22.*
agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrā. Et has *preces supplicationesq̄* obtulit, i. obuiā tulit patri per D exaditionē sibi obuianti. Obtulit eas *ad eum q posset illum a morte saluum facere*, i. resuscitare, ad eum quē sciuit esse sufficientē, ut saluaret eū, id ē, immortalem & impassibilem faceret, eripiendo à morte, ut nec anima remaneret in inferno, nec cāro putresceret in sepulchro. Et obtulit has *cum clāmore ualido*, i. cū intentiōe piæ deuotiōis uehementissima & efficacissima, ut quādo prolixius orabat, & etiā cū *lachrymis*, quia in illa prolixa oratiōne credendus est lachrymas effudisse, cum & guttæ sanguinis pro sudore decurrerent ab eius corpore. & *exauditus est*, quia quod quæsierat, accepit in resurrectiōe. Exauditus ē, id est, extra numerum aliorum omnium auditus est, quoniam super oēm creaturam post laboris sui militiam à patre sublimatus est, & hoc *pro sui reuerentia*, id est, secundū hoc quod ipse sicut dei filius, dignus ē reuerentia & ueneratiōe. Vel pro sua reuerentia in deum, id est, propter quod ipse super omnia patrem reueritus est, & honorauit. Siue pro sua reuerentia, id est, sicut sua religio meruit. Sanguinisq̄ eius effusio, potest intelligi clamor ualidus, in quo exauditus est pro reuerentia eiusdem passionis Reuerentia est, quod sine peccato passus est pro sola charitate. Et ideo melior fiducia in eo habenda est, qa fecit quod nullus pontifex alius, dū seipsum pro nobis hostiam offerret. *& quidem* tēpore minoritatis *cum esset*, i. quamuis esset secundum diuinitatē *filius dei*, *didicit obedientiam* secundū quod homo ē, id est, non solum preces & supplicationes obtulit, sed & obedire didicit in passiōe, i. expertus est in seipso laborem obedientię. Non enim scire potest afflictorum labores, qui afflictionis experimentum nō habuit. Sed Christus secundū quod homo est, didicit obedientiam, quia omnes labores obedientiæ sustinuit & sensibiliter pertulit. ex *his quæ passus est*, i. ex acerbitate tormentorum quæ pertulit, didicit obedientiam, id est, experimentō cognouit laborem obedientię. *& consummatus*, id est, passione finitus, uel consummatus, id est, ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

A summum ductus, qm̃ ad dexterā patris eleuatꝰ, *factus est causa salutis æternæ*, id est, pennis uitæ *omnibus obtemperantibus sibi*, id est, obedientibus suæ uoluntati, qa oībus sufficit ad salutem sine ullis carnalibus obseruantijs. Per exauditionem eius designat resurrectio, p consummationem exaltatio. Vel consummatꝰ est in omni operatiõe sanctitatis, qũ completis oībus obediẽtiæ suæ actionibꝰ, dixit, Consummatum est, & emisit spm̃. Sicꝫ factus est causa salutis non cuiuslibet, sed æternæ: nec paucis, sed oībus: hac tñ conditiõe, ut obtemperent ei. Non enim aliter salutem consequi poterunt, & bñ potest ipse causa salutis esse cæteris qm̃ *appellatus est a deo pontifex*, sicut & ipse suis operibus realiter ostendit se hoc esse. Nam quia pontificis officium impleuit, atqꝫ patri fuit in omnibꝰ obediens, & in seipso peruenit ad tantam bonorum omnium cõsummationem, ut sufficeret etiam ad aliorꝫ salutem, idcirco appellatus est pontifex, & hoc *iuxta ordinem Melchisedec*.

Iohan. x

De q̃ nobis grādis sermo & interpretabilis ad dicendũ, qm̃ imbecilles facti estis ad audiendũ. Etem̃ cum deberetis magistri esse, ppter tẽpus, rursum indigetis ut uos doceamini, q̃ sunt elemẽta exordij sermonũ dei: & facti estis qbus lacte opus sit, nõ solido cibo. Oīs enim qui lactis ẽ particeps, expers est sermonis iustitiæ. Paruulus em̃ est. Perfectorum autem est solidus cibus, eorꝫ qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

B

¶ *De quo* i. de qua re, qõ scilicet ipse sit pontifex iuxta ordinem Melchisedec, *est nobis grandis sermo* i. restat sermo alius subtilis, & profunda mysteria continens atqꝫ prolixus & magnus, *& interpretabilis*. i. multas habens expositiones sacramentorꝫ et allegoriarꝫ *ad dicendũ*. i. ad exponendum uobis qui paruæ capacitatis estis, nec aliter intelligitis nisi interpretet. Grandis est, interpretatiõe indigens, nõ quantũ ad me, sed quantũ ad uos, qui sensu debiles estis ad intelligendũ profunda mysteria. *quoniã facti estis imbecilles*. i. sine spiritali baculo, quo sustẽtetur interior hõ uester, ne nutet aut corruat. Imbecilles estis *ad audiendũ*. i. ad intelligendũ, quia põdus sententiarꝫ uos facile põt ꝑcipitare, qui robore uirilis sensus non fulcimini. Interserit increpationem de infirmitate, ut alta de Christo laborent intelligere. Vere estis imbecilles ad audiendum. Nam *cũ deberetis esse magistri* aliorꝫ & sufficere ad institutionem eorꝫ, & hoc *propter tempus*. i. diurnitatem temporis quod iam transactũ est, ex quo fidem recepistis, & uobis priusquã cæteris ꝑdicatũ est, *rursum* sicut in primis qũ ad fidem uenistis, *indigetis ut uos doceamini*, sicut pueri quibus prima elementa literarum dantur ad intelligendum. Vel propter tempꝰ debuissetis esse cæterorum magistri, quia sꝫ exercitati estis in lege & prophetis de Chro. Sed iterꝫ sicut à principio indigetis ab alijs doceri *quæ sint elementa exordij sermonũ dei*. i. ut uobis oñdantur opera q̃ primum discuntur, qũ aliquis sermones dei exordiũ. Elementa enim uocantur illæ partes, de quibus sermo dei prius cõtexitur. s. incarnatio, passio, resurrectio, cõmune iudicium, damnatio malorꝫ, corona iustorꝫ, & cætera, q̃ primum annunciant eis q conuertunt. Exordium enim sermonũ, est symbolum Christianæ fidei: qꝫ isti non solum non intelligebant, sed nec ipsam literaturam, quã profert memoriter, sciebant. Exordium sermonum ẽ simplex doctrina. Elementa eius, prima materia fidei, ut natiuitas Christi, passio &c. Et *facti estis* etiam negligẽtia uestra tales, *qubus* in ore infantium *sit opus lacte*, id est, humili & parua eruditione, & *non solido cibo*, id ẽ, perfecta doctrina. Lac quippe est breuis insinuatio fidei & facilis obseruantia morꝫ. Solidus autẽ cibus est ratio ipsius fidei & perfecta institutio uitæ. Solidus cibus sapientiæ est, In principio erat uerbum: lac uero est, Verbum caro factũ est. Vere non est uobis opus solido cibo sapientiæ, cum sitis lactentes. nã nulli lactenti est opus. *Omnis enim qui particeps est lactis*, sicut uos estis. i. cuius pars est lac, & qui ita est tener, ut nec etiam totum lac simplicis doctrinæ possit capere, sed partem: *expers*. i. sine parte *est sermonis iustitiæ*, qui iustis & perfectis conuenit, id ẽ, doctrinæ q̃ pertinet ad eos, q bñ prouecti sunt in intelligentiam magnæ captiuitatis & iustitiæ religiosæ cõuersationis. Expers est. i. sine parte huius sermonis, qa nec partem eius capere ualet intelligendo uel operando. Ideo lactes non capit sermonem iustitiæ, quia *paruulus est* in sensu, sicut & uos in fide pusilli, & ut ille qui ætate paruulus non discernit cibos atqꝫ perit sumendo noxios, sic animo paruulꝰ. i. indoctus non discernit bonũ à malo, & peccat faciendo malum. Vos quidem lacte opus habetis, ut dictum est, non solido cibo. Sed *perfectorũ* sensu & opere *est solidus cibus*. i. forma fidei & morum institutio. Ideo & uos post lactis potum debetis ad robustam sapientiæ escã proficere. *eorum*, scilicet est iste cibꝰ, *qui habent sensus*. i. intellectus *exercitatos pro consuetudine* legendi & in multis scripturis studendi. Sensus habent exercitatos *ad discretionem boni ac mali*. i. ut discretionem habeant inter bonum & malũ, & inter bonum & aliud bonum, & inter malũ & aliud malum, aliud maius & aliud minus iudicantes.

C

D

Iohan. 19

CAPVT VI.

Quapropter intermittẽtes inchoatiõis Chri sermonẽ, ad ꝑfectionẽ feramur, non rursum iacientes fundamentũ pœnitẽtiæ ab opibus mortuis, & fidei ad deũ, baptismatũ, doctrinæ, impositionis q̃qꝫ manuũ ac resurrectionis mortuorũ & iudicij eterni. Et hoc faciemus, siquidem permiserit deus.

A ¶ Dixi quia perfectorꝫ ẽ solidus cibus. *Quapropter* ad perfectionẽ feramur, ut solido cibo pascamur, nos dico *intermittentes sermonem inchoationis Christi*, id ẽ, de initio fidei. Nã quia exercitatos sensus in lege dñi nos oportet habere, ideo ꝓtermittamus sermonẽ inchoationis & ad ulteriora ꝓmoueamus sensus nros. Sermo inchoatiõis Chri ẽ initiũ fidei, quo Christus inchoat esse in nobis scdm intelligentiam & operationem. Sicut enim eũ qui adducit in doctrina literarꝫ, elementa primũ oportet audire, sic Christianus primũ omniũ de fide catholica erudiri debet, q̃ est fundamentũ, nræ salutis. Sed huius initij sermonẽ dimittẽtes, *feramur ad perfectionem*, nos docendo, uos audiendo, ita scilicet feramur, *non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ*. i. non negligenter & inconsulte, sicut olim, faciamus pœnitentiã, quæ debet esse fundamentũ, supra quod extruatur & in altũ surgat actio bona & perfectio. Ille em̃ iacit fundamẽtum pœnitentiæ. i. non firmiter & ordinate ponit, sed quasi rẽ non bene prouisam negligẽter ponit, qui ita dolet ac pœnitet, ut adhuc iterũ redeat ad id quod nõ bñ defleuit cõmissum. Et nos iam taliter iecimus fundamẽtum, ideoꝫ destructũ est. i. prior pœnitentia nã periit & in irritum deducta ẽ, redeuntibus peccatis, de quibꝰ pœnitentiã egeramus. Sed mõ sic perfecte nos pœniteat tendentes ad perfectionẽ, ut nõ simus iterꝫ iacentes. i. negligenter & incuriose ponẽtes fundamẽtum, qđ sicut antea dissipet, sed firmũ & stabile maneat, nec ultra sit opus ponere aliud. Fundamentũ dico pœnitentiæ *ab operibus mortuis*. i. quo pœniteat nos ex eo quod opera bona, quæ prius uiuebant in nobis, mortua sunt admixtione peccati. Eius em̃ qui in criminale peccatũ cadit, bona opa priora mortificant & pereunt. Vnde minaꝫ dominus: Etiam si dixero iusto quod uita uiuat, & cõfisus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur. Vel peccata sunt opera mortua. i. nihil uitale habentia, sed iustitiæ uita prorsus carẽtia, & autores suos occidẽtia, & de his omnibꝰ agenda ẽ rata pœnitẽtia. i. & de bonis omissis. & de malis cõmissis & nõ rursum iacientes fundamentũ *fidei* ducẽtis *ad deum*. i. nõ iterũ negligenter fidem sitis ponentes in cordibꝰ uris, sicut antea, sed firmiter, ut amplius non uacillet aut corruat sicut prius, dum eam putaretis ad iustitiam & salutem sufficere sine carnalibus obseruantijs. Nec rursum iacientes fundamentum *baptismatum*, ut quæratis iterum baptismatis unda lauari, qđ impossibile ẽ: sed purgationẽ pctorum, quam semel in eo percepistis, conseruate, non ultra quærentes eam per carnales obseruantias. Male em̃ tenet baptisma, qui non credit oīa peccata ablui, nisi superadditis carnalibus obseruantijs, Baptismatum dixit pluraliter, quia ẽ baptisma in aqua, ẽ & in lachrymis pœnitentiæ, & ẽ in sanguine martyrij. Nec rursum iacientes fundamẽtum *doctrinæ*, quę in exordio tradita ẽ uobis per symbolum & orationem dominicam, ut hac iterum incipiatis im bui. Nec iterum iacientes fundamentũ *impositionis manuũ* episcoporꝫ in confirmatiõe neophytorꝫ, sed firmiter illud retinentes. Qui em̃ non credit quod per manuũ impositionem deꝰ sps sanctus ad remissionẽ & corroborationem, non ẽ fundatus. Talis ẽ, quicunqꝫ putat carnales obseruantias iuuare ad acceptionẽ spũs sancti, qui ꝑ manuũ impositionẽ accipit. Nec fundamentũ *resurrectionis mortuorũ* iterꝫ iacientes, sed quod semel inde etiam credidimus retinentes. i. ꝑ Christi resurrectionẽ mortuos esse resurrecturos. Qui em̃ nõ credit quod resurrectio Christi resurrectionem mortuorꝫ faciat, non habet fundamẽtum sup quod ædificet. Si sciretis in baptismo oīa peccata dimitti, & ꝑ manuũ impositionẽ spiritũ sanctum dari, lex uobis superflua uideret: nec ꝓter Christũ aliud quæreretis, sed sciretis resurrecturos mortuos & iudicandos. Nã neq̃ *iudicij æterni* fundamentũ rursum iacere debemus, sed semel positũ in corde nro firmiter tenere, ut tantum de fide Christi & de uirtutibus sine legis ceremonijs iudiciũ expectemus, quod erit æternum: quia qcquid ibi statuetur, in æternum durabit. Quod iudicium qui non credit, absq̃ fundamento ẽ, nec ædificare quicq̃ potest. Hæc em̃ oīa nisi in fundamento ꝓcesserint, nemo potest bene operari. Nã quicunqꝫ aliquos ad fidem conuertit, plus facit pœnitere & in deum credere, ac baptizari in remissionem peccatorũ, & doceri quid credere debeat, atqꝫ confirmari per manuum impositionẽ, & resurrectionẽ ac diem iudicij præstolari, ut sup hoc ualeant ædificium bonæ conuersatiõis construere. Idcirco dicit, iacientes hæc omnia, scilicet sicut lapis in fundamẽto iacit, nõ rursus. i. ut olim nec sicut prius cecidere, iterum cadant, uel nõ rursum iacientes. i. ita modo iacientes, ut amplius iacere nõ sit opus. & hæc oīa superius lactis nomine sunt appellata, quia his potaꝫ fideliũ infantia. Sic autem deus uult eos lacte nutriri, ut nõ ibi remaneant, sed credendo per lac ad solidum cibum perueniãt. Nam si lacte nutrieris, sic nutrire ut crescas, sic crescę ut panem manduces. Dixi, feramur ad perfectionẽ, & intelligendo scilicet, & in moribus proficiendo: *& hoc faciemus, si deus quidem permiserit*, si nutu suæ uolũtatis & fauore suæ gratiæ concesserit, quia nullus ex libero tantum arbitrio ualet ad hanc perfectionem promoueri, nisi auxiliante gratia dei. Feramur ad perfectionem intelligentiæ & morum, non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ, quia impossibile est perfectos, si grauiter prolapsi fuerint, renouari ad pœnitentiam. Nemo nunc uerbis nostris obuiet, sed modicum ut hoc declaremus, patienter expecter. Nam sequitur:

Hebr. 33.

B

C

D

Impossibile ẽ em̃, eos q̃ semel sunt illuminati, gustauerũt etiã donũ celeste, & participes sunt facti spũs scti, gustauerũt nihilominus bonũ dei uerbũ uirtutesqꝫ seculi uenturi, & ꝓlapsi sunt, rur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sus renouari ad pœnitẽtiã, rursus crucifigẽtes sibimetipsis filiũ dei, & ostẽtui habẽtes. Terra em̃ sæpe uenientẽ super se bibens imbrẽ, & gnans herbã opportunam illis a quibus colit, accipit bñdictionem a deo: proferens aũt spinas & tribulos, reproba est, & maledicto pxima, cuius cõsummatio in cõbustionẽ.

¶ Feramur (inqt) ad perfectionem, nõ iterantes fundamentũ deinceps pœnitẽtiæ, quia pfecti post lapsum renouari nequeunt ad pœnitentiam. Nã *qui semel sunt illuminati* per fidem, i. q in suo interiori acceperunt lumen fidei, quod semel daẽ credentibus, & *gustauerunt etiam donũ cæleste*, uel p ipsam fidem q̃s suauem & sapidũ gustũ incordis palato sensere remissionem pctorum in baptismo cælitꝰ datã, *& facti sunt participes spũs sancti*, i. partem capientes ipũalis grãe per impositionem manuũ, siue participes spũalium charismatũ, ut sunt gña linguarꝫ & prophetia, & *gustauerunt*. i. sapidum in ore cordis præsensere, *nihilominus* q̃ spiritualẽ gratiã
Psal. 44. *bonũ dei uerbũ*, de quo ipse loquitur, Eructauit cor meum uerbũ bonũ, nõ dico sẽm q hoc ꝟbum caro factũ est, sed sẽm quod summum bonũ incommutabile est, cuius participatiõe cætera sunt uerba, & hoc tale uerbũ gustauere, i. gustu cordis attigere, ut dulce saperet eis, seu uerbum euangelicæ prædicationis saporꝫ & delectabile sensere, *uirtutesq; seculi uenturi*. i. resurrectionem & immortalitatem ac impassibilitatem gustu mentis quasi prælibauere, intelligendo illas uires corporis & illam pulchritudinem atq; claritatem & leuitatem carnis atque uirtutes in corpore & aia futuras, & beatam cũ angelis uitã æternaliter, qui ad tantam pfectiõem puenere, ac deinde neglectis oĩbus his, adamantes iniquitatem, *prolapsi sunt*. i. sponte sua deuoluti sunt in grauia pcta, & in eis delectabiliter iacent, *impossibile est eos* recuperatis omĩbus his, quæ perdidere bonis, *renouari rursus ad pœnitentiam* reuertentes, id est, exuere iam per pœnitentiã uetustatem, quam iterꝫ contraxere, & reinduere nouum hominem. Non quia Montani uel Nouati hæresim hic approbemus, qui contendunt non posse renouari per pœnitentiam eos, qui crucifixere sibimet filium dei. Sed ideo impossibile esse dicimus ut tales renouentur, quia nolunt renouari. Nam si uellent, esset utique possibile. Quod etiam renouari nequeunt, non est excusatio infirmitatis eorꝫ, sed culpa uoluntatis ipsorꝫ, qui malũt ueteres pdurare q̃ renouari. Sic em̃ tepuit mens eorꝫ erga dilectiõem uirtutum, & exarsit in amorem uitiorum, ut nulla ratione consentiãt peccata relinquere, quibꝰ pertinaciter adhæsere. Propter
Iohan. 15 quod in prauitatibus suis iusto ualde iudicio relinquuntur ab eo, qui dixit, quia sine me nihil potestis facere, nec iuuantur ab eo, sed assumũtur à diabolo, ut magis adhuc alligentur & aggrauentur ab illo. Sicq; fit ut ad pœnitentiam redire non ualeant. Non quia mutari hoĩes dum in hoc seculo sunt, in meliusnon possint, sed quia dum ex intimo corde uitia diligũt & uirtutes negligunt, nec diuinitus adiuuant, sed ab antiquo deceptore prẽmunt, conuerti nullo modo possunt. Tales sunt, qui prius ad summa uirtutũ profecere, & post ad ima uitiorꝫ prolapsi sunt. i. prorsus lapsi, uel procul lapsi, uel longe lapsi à priore statu, ita ut longo tempore iaceant in ipsis uitiꝭs ad quæ lapsi sunt. Non enim prolapsos intelligere nunc debemus religiosos, qui in aliqua grauia subito cecidere, & cito surrexere: sed qui longa deliberatione & longo usu uitijs adhæsere, & à puritate uirtutum recessere: quia raro quisquã talium inuenitur egisse pœnitentiam, sitamen uspiam inuenitur. Non ergo prolapsus intelligitur Dauid in perpetratione 2. Reg. 11 adulterij & homicidij, de qua cito pœnitentiam egit: sed Salomon in amore alienigenarꝫ mulierꝫ, p q̃s & à fide separatus est, nec resipiscere uoluit, cũ semel & iterꝫ diuinitus admoneretur. Sic nec Aaron prolapsus intelligitur, dũ metu populi seu Exod. 32 uolens ei placere, fecit uitulũ, qui ad primã Moysi uocem fecit pœnitentiã; sed prolepsus est Balaam per auaritiã, qui mercedẽ iniquitatis amauit, dãs consiliũ quomodo populus Israel creatorẽ offenderet, oblitus q̃ antea propheta uerat & quæ diuinitꝰ audierat. Pro nihilo uidelicet duxit omia, ut auaritiæ suæ satisfaceret. Petrus quoq; nõ est prolapsus in illa negatione, qa mox fleuit amare: sed Iudas & ipse per auaritiam in illa perditione quã diutius excogitauit, & post adimpleuit, nec congruã inde pœnitentiã egit. Religiosos itaq;, q excogitato diu consilio negtiꝭs se sponte subijciunt, & in eis diutius pmanẽt, intelligimus plapsos. Quales & in monasteriꝭs hodie sunt nõnulli, habẽtes quidẽ speciem pietatis, uirtutẽ aũt eius abnegãtes, & ideo pœnitentiã agere non possunt, quia de solo exteriori habitu gloriãtur; & sanctos se esse putant, quia sanctitatis indumentum portant. Recte itaq; de talibus dr̃, quia impossibile est eos renouari ad pœnitentiã, quia uel nunq̃, uel raro q̃q̃ eorꝫ renouaẽ. Et Apostolus ita terribilem protulit sententiam, ut p terrorem excitaret ad studia uirtutum duras mentes Hebræorꝫ, qui post illuminationem & spũs sancti perceptionem relapsi fuerant ad pristina uitia. Nõ possunt (inquit) renouari sed sunt *rursum crucifigentes sibimetipsis filiũ dei, & ostentui*. i. irrisiõi *habentes*, quia Christianitatem in seipsis extinguũt & irrident. in se enim crucifigũt filiũ dei & cõtumeliæ habẽt, dũ gratiam eius uili pendentes, in pctõ iacent, & tales (sicut exposuimus) nequeunt ad pœnitentiam redire, sed in sua prauitate perdurantes, ad æternam mortẽ festinãt. Nã e contrario bona terra quæ fructũ bonũ facit, æternã mereẽ bñdictionem. & hoc est, *Terra*. i. ecclesia fidelium subiectorꝫ, quæ uelut terra excolitur uomere doctrinæ, *bibens imbrem* prædicationis & gratiæ cælestis. i. quadã auditate hauriẽs *uenientem* cælitus *super se* per ora prædicatorum: & hoc *sæpe*, quia si raro ueniret, nõ sufficeret: si semper descenderet, uilesceret. Terra, inquam, quæ

A fic excipit hũc imbrẽ & gñat *herbam*. i. profert bonam operationẽ *opportunam*. i. cõgruam *illis a quibus colitur*. i. prædicatoribus, à quibꝰ aratro doctrinæ scindit & innouat. s. ut operatio subiectorꝫ congruat uerbis magistrorꝫ. hęc terra *accipit a deo benedictionem*. i. augmentũ uirtutũ in hoc seculo, & p
Matt. 25. petuam remunerationẽ in futuro cũ audit: Venite bñdicti &c. Hæc quidẽ terra bñdicitur, sed illa q̃ malas herbas gignit, maledicit. *Proferens aũt* ut uideantur *spinas*. i. grauiora pcta, *& tribulos*. i. minora uel multipliciora & acutius pungentia, tribus em̃ acuminibꝰ lædit tribulus, *reproba est* à deo, cum & ipsa pluuiam doctrinæ susciat, & p bonis herbis tribulos & spinas germinet. Reproba
Psal. 46. est. i. retro habens probitatem, ut ille cui deus ait, Proiecisti sermones meos retrorsum. *& proxima maledicto* i. æternæ damnatiõi, ut audiat, Discedite à me maledicti &c. Nondum est in maledicto, sed proxima est illi, quia adhuc licet reuerti: & nisi sibi caueat, prope est ut damneẽ. *Cuius consummatio* id est, finis, si in malo pseueraerit, ducet *in combustionem*, ut sine fine comburantur, id ẽ, simul uranB tur corpus & anima. Hacten9 terribiliter & aspere loquutus est Apostolus, ut duras & torpentes Hebræorũ mentes ad pœnitentiam & ad studia uirtutum prouocaret. Sed ne in desperationẽ terrendo præcipitaret eos, & sic in malo potius remanere faceret, demulcet eos consequenter blandis sermonibꝰ, & ad bñ agendum horratur, dicens:

Cõfidimus aũt de uobis dilectissimi meliora & uiciniora saluti, tãetsi ita loquimur. Nõ enim iniustus est deus, ut obliuiscaẽ operis uri & dilectiõis, quã ondistis in noie ipsius, quia ministrastis sanctis & ministratis. Cupimus autem unumquenq; urm eandẽ ostentare solicitudinẽ ad expletionem spei usq; in finem, ut non segnes efficiamini, uerum imitatores eorum, qui fide & patientia hæreditabunt promissiones.

¶ Loquutus sum, inquit, ut uos à peccatis retrahierẽ, & desperatiõis metu facerem cautiores. Cæterꝫ cõfido de uobis meliora. Nõ hoc dico putando uos esse tales, sed timendo ne sitis tales, terreo ꝟbis, ne ipsi re impleatis. Dure loquuti sum9, sed *confidimus de uobis o dilectissimi*, quos ex nimia dilectione monemus, nõ ex aliquo plationis debito. cõfidim9 inq̃ *meliora*, q̃ ut sitis plapsi, proferẽtes spinas & tribulos, *& uiciniora saluti*, q̃ sunt illi qui nequeunt ad pœnitentiã renouari, & maledicto sunt proximi. Meliorem de uobis confidentiã habemus, *tametsi ita* dure *loquimur* terrendo & increpando. Deo de uobis confidimus, quia olim multa operati estis, pro quibꝰ, si de malis pœnitentiã egeritis, bñ faciet uobis deus. *Non enim iniustus est deus, ut obliuiscaẽ operis uestri*. Reuera em̃ grandis esset iniustitia dei, si tm̃ peccata puniret, & bona opera non susciperet. Non obliuiscẽ operis uri, ut irremuneratũ relinquat, q̃ ura bona fecistis cõia sanctis *& dilectionis* ura, qua opus illud impletis, qm̃ sctorũ charitas incitauit cor urm, ut eis ministretis *quam* dilectionem nõ infructuosam intꝰ occultastis, sed p opera bona foris *ostendistis* ad exẽplũ alijs; nec hæc fecistis propter humanos fauores sicut hypocritæ, sed *in nomine ipsius*. i. ad honorẽ dei: Matt. 6 scilicet ideo foras in operatiõe cæteris oñdistis dilectionem, quam in corde retinebatis, ut luceret lux ura coram hoĩbus, quatenus uidentes opera uestra bona, glorificarent nõ uos, sed pr̃em uestrũ qui est in cælis. Dilectionem opere demonstrastis, *quia ministrastis*. i. humiliter ut subditi & serui quæ necessaria erãt, de uestris facultatibꝰ impendistis *sanctis*, qui sua posuerant ad pedes apostolorꝫ, & adhuc *ministratis illis*, per seuerantes in eodem opere bono. Vñ sciatis quia deus hoc nõ obliuiscet, sed remunerabit. His uerbis patet, quia superior increpatio & præsens consolatio non ad pfectos diriguntur, qui reliquerant oĩa & habebant cor D unum & animam: sed ad cæteros, qui secularia re
Actu. 4. linquere noluere, & negligenter ac remisse uixere. Quos Apostolꝰ p pauca bona q̃ fecere, allicit, & recreat animos eorum atq; confortat, Vos qui dẽ ministrastis & ministratis, sed tũ nolumꝰ ut ab hac adhuc ministratione cessetis, ũsi iam sufficiat q̃ hactenꝰ egistis, sed cupimꝰ ut usq; in finẽ in hac actione perseueretis. *Cupimus autem*, id est, magno charitatis affectu desideramꝰ *unumquenq; uestrum*, ut nec unus desit, sed omnes communiter studeatis *ostentare*, id est, frequenter ostendere alijs in exemplum, *eandem solicitudinem* ministrandi sanctis, id est, solertem citationẽ, ut solerter & cito agatis; & non ad horam, sed *usq; in finem* uitæ uestræ, & hoc *ad expletionem spei*. i. ut q̃ sperat is ex toto impleatur in uobis in receptiõe beatitudinis æternæ. & ita cupimꝰ uos usq; in finem perseueranter ministrare sanctis, *ut non segnes*, id est, sine igne *efficiamini*, in hac solicitudine, hoc est, nõ sitis torpentes, & igne sancti seruoris carentes, sed sine igne charitatis non sitis, id est, sanctos quibus corpora lia beneficia tribuitis, diligere ardenter non omittatis, *uerum* sitis *imitatores eorum*, quibus ministratis, cæterorumq; sanctorum, *qui hæreditabunt*, id ẽ, hæreditario iure possidebunt *promissiones*, id est, multiplicia dona sempiternæ beatitudinis sæpe promissa: & has obtinebunt non nobilitate generis, sed *fide & patientia*: quia & fidem ipsius promissionibus adhibuere, & patienter eas expectantes, multa interim aduersa passi sunt.

Abraæ nãq; pmittens deus, qm̃ neminem habuit p quem iuraret maiorẽ, iurauit per semetipsum, dicens: Nisi bñ- Genes. 22 dicens bñdicam te, & multiplicãs multiplicabo te. Et sic lõganimiter ferens, adeptus est repromissionẽ. Hoĩes em̃ per maiorẽ sui iurant, & oĩs controuer

Universidad de Deusto
Biblioteca

siæ eorum finis ad confirmationem est
A iuramentum. In quo abundantius uo-
lens deus ostendere pollicitationis hę-
redibus immobilitatem consilij sui, in-
terposuit iusiurandū, ut p duas res im-
mobiles, qbus impossibile est mentiri
deū, fortissimū solatium habeamus, q
confugimus ad tenendā propositā spē,
quā sicut ancoram habemus animę tu-
tam ac firmam & incedentem usq; ad
interiora uelaminis, ubi præcursor p
nobis introiuit Iesus, secundum ordinē
Melchisedec pontifex factus in ęternū.

¶Exponit promissiones quas hæreditabunt q
fidem & patientiam seruant, illas scilicet, quas de-
us fecit Abraæ. In quibus non relinquit nobis lo-
B cus dubitationis, qñ eas Abraæ promisit & iura-
uit, & etiā oñibus imitatoribus eius in fide & pa-
tientia. Quasi dicat: Inde potestis uidere qm qui
fidem & patientiam habent, promissiones hære-
ditabunt: quia Abraam qui primus audire cœpit,
sic adeptus ē eas. *Nanq; deus promittens Abraæ.* i. pro-
missionem futuræ gloriæ faciēs, *iurauit.* i. firmiter
& immutabiliter stabiliuit *per semetipsum.* i. per in-
cōmutabilitatem suā. Ideo iurauit per semetipm,
*quoniam neminem habuit sese maiorem per quem iura-
ret:* quia si esset aliquid maius, per illud suæ pro-
missionis immobilitatem ostēdisset. Iurauit, inq;,
dicens: O Abraam, *nisi benedicens* te assidue in spiri-
tualibus filijs, qui erunt sicut stellæ, *benedicam te*
incremento uirtutū, & semp *multiplicans* te in car-
nalib9, qui erunt sicut arena, *multiplicabo* te in fu-
tura beatitudine. Ac si dicat: Nisi hoc fecero, ne-
mo mihi amplius credat. Defectus em̄ sermonis,
uehementiam indicat assertiōis. Vel nisi benedi-
cens te. i. ditans uirtutibus, benedicā te. i. promo-
uebo ut operēris iuxta eas: & nisi multiplicans. i.
adhuc copiosiore uirtutū abundantia te dilatans,
multiplicabo te. i. in cælesti patria te multiplici re-
munetatione beabo. Deus ita iureiurādo promi-
sit, & *sic.* i. qa deus tam firmiter promisit Abraæ,
certus de promissiōe nō statim eā q̄siuit accipere,
nec cōtra deum murmurauit de dilatiōe, sed *lon-
ganimiter ferēs* inter multa aduersa, & fideliter ex-
pectans, tandē *adeptus est repromissionem.* i. illud qđ
sibi promissum fuit. Vel repromissionem, quia
in una promissiōe multa sibi promissa sunt. Simi-
liter ergo qui fidem & patientiā usq; in finē custo-
diunt, hæreditabūt promissiōes, ut dictum ē. Post
hæc causa redditur, quare deus in promissione iu
rauerit, cum dicitur: *Homines enim per maiorem sui iu
rant.* Ideirco iurauit deus, qa hominibus loquebat
& homines iurant. Non em̄ ita firmū est solū pro-
mittere, sicut & iurare. Sed hominū incredulita-
tem uoluit iuramento certā reddere. Ob hoc asit
per se iurauit, cum maiorem nō haberet, quia ho-
mines per maiorē sui iurant. Iurauit em̄ illud, qđ
C inuenire maius potuit. Homines iurant, *& iura-
mentum est finis omnis controuersiæ eorum.* i. altercatio-
nis & litigatiōis, qñ unus affirmat, & alter negat,
quia in iuramento finitur altercatio. & ē finis, ua-
lens *ad confirmationem* alterius partis, id ē, ad omni-
modam certitudinem faciendam: & post q̄ iura-
mentum ē, tunc utriq; parti certū & ratum ē. Et-
si homini qui mendax ē, creditur p iuramentū, quā-
to magis deo qui mentiri nō potest? *In quo,* id ē, in
cuius rei consideratione, hoc ē, quia considerabat
iuramento finiri omnem controuersiam & con-
firmationē, *interposuit,* id ē, inter se & homines me-
dium, cui crederēt, posuit *iusiurandum deus,* uel inter
promissionem & ipsius promissionis adimpletio-
nem posuit iuramentum. Ipse dico, *uolens* ex pro-
pria bonitate *abundantius ostendere* per iurationem,
qm̄ abundanter per promissionem, abundantius
uero per iuramentū ostendit uolens (inquā) ostē-
dere *immobilitatem sui consilij,* id ē, suæ secretę ratio-
nabilis dispositionis, quæ paucis ē nota, quia uix
aliquis nouit p fidem Chri saluari hoīes, & cui uel
quib9 uolens ostendere *hæredibus pollicitationis,* id
D ē, illis q hæreditario iure & firmiter habituri sunt
pollicitationem, id ē, promissionem frequentē fa-
ctam. Illis uolens ostendere fu mitudinem sui cō-
silij, adhuc abundantius per iuramentum, q̄ sine
iuramēto ostenderat, & interposuit, id ē, inter pro-
missiones posuit iusiurandum, condescendens cō
suetudini hominum, ut perfectius & certius cre-
derent illud, quod ipse de eis immutabiliter ordi
nauit. Ideo iuratum ē in promissione, *ut p duas res
immobiles,* id ē, per promissionem & iuramentum,
quæ mutari non possunt, *quibus* ipse qui deus ē, co
gitur ut immobile fiat consiliū eius, quia impos-
sibile ē *mentiri deum.* i. ut ipse in his duabus rebus
mentiat, cum nec in aliqua re mentiri possit, *habea-
mus* in omni tribulatione *fortissimum solatium* dolo-
ris & anxietatis. Vel per duas res immobiles. i. p
hoc qđ deus iurauit, & hoc quod per semetipsum
in quib9 duabus ipse non pōt mentiri, cū nunquā
mentiatur. Habeamus solatiū fortissimū. i. quod
nos in omni aduersitate sortes faciat, uolentes ad
horam pati, ut in æternum regnemus. Cum enim
tribulationem patimur, si ad futuram gloriā no
bis promissam respicimus, refrigerium mentis &
angustiæ mitigationē in camino tribulationis ha
bemus. Nos dico, *qui,* dum nos tribulationes insē-
quunt, & omni gñe impugnationum appetunt,
confugimus i. ex toto fugimus, *ad spem* futuræ qui-
etis ac beatitudinis & gloriæ nobis promissæ *tenē-
dam.* i. non pro aduersis frangendam, sed totis ani-
mi uiribus firmiter renendam. Spem dico *propo-
sitam,* id ē, omnib9 oblatam, uel propositam. i. ab
antiquis temporibus in Abram & cæteris patrib9
ad exemplum nobis in propatulo positam. Ad
quā spem confugit, quisquis spe beatitudinis oēs
tribulationes spernit, & utile nobis est ad eam cō
fugere, ipsamq; tenere, *quam habemus sicut ancoram,*
id est, retinaculum, & firmamentum *animæ* nāe,
ne in mari huius seculi frangatur scopulis aduer-

A adhærens gloriæ quam desiderat, animam fide-
lem tenet, & consolidat contra omnes huiusmo-
di impugnationes uelut cōtra maris tempestates,
& cōfortat in suo ppositio, ne deficiat uelut scopu
lis aduersitatū & tribulationū fracta, & retinet ne
tungat consentiendo iniquitati. Spem dico, *tutam*
id est, nihil timētem *ac firmam,* id est, inconcussam,
ne saltem titubet. Spes em̄ cælestiū mentem soli-
dat, ne concutiatur fluctibus tumultuum terre-
norum. Quod ē dicere: Spes in nobis similitudinē
exercet ancoræ, quæ nauem ne ad scopulos fran-
gatur, retinet & tutam facit, ut non timeat submer
gitarq; firmam, ne uel titubare possit *& incedentem*
1. Cor. 2. Isaie. 64. dico hanc spem, id est, nos sperando introducen-
tem usq; ad ipsa cælestia & arcana, quæ oculus nō
uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascen-
dit, quæ nobis adhuc in carne uiuentibus sunt ue
lata, id est, ignorantiæ nostræ uelo tecta, & tamen
nostra spes penetrat usq; ad illa. Nautis arenę qui-
busancora figitur & hærer, sunt tectæ, nec uidere
possunt: & tamen nautæ sunt in securitate, licet il
B la uidere non possint, quibus ancoræ brachia fir-
miter adhæsere. Sic & nos in huius seculi fluctī-
bus positi eclestia non uidemus: & tamen illis ita
per fidē coniuncti sumus, ut nullo timoris incur-
su moueri possimus. Sed & hoc notandū, quia cū
dicit, incedentem *usq; ad interiora uelaminis,* alludit
historiæ, quæ inter duo tabernacula uelum fuisse
narrat: qđ interioris tabernāculi secreta uelabat,
inquit, pōtifex semel in anno intrabat, & secretū
æternæ beatitudinis præfigurabat. *Vbi,* id ē, in q̄
interiora & æternæ patriæ secreta *introiuit* secun-
dum humanitatē *Iesus.* id est, saluator noster, qui
secundum diuinitatem ubiq; ē. introiuit *pro nobis,*
id est, pro nostra salute, ut interpellaret pro nobis
sicut pontifex sancta sanctorum ingrediebatur,
ut rogaret pro populo. Et introiuit *præcursor* pro
nobis, ut & nos post eum illuc curramus. Cur-
sor, quia nulla culpa eum impediuit. Præcursor,
& tempore & dignitate. Pro nobis, introducen-
dis. Ipse dico, *factus* à deo *pontifex* i. faciens nobis
pontem & accessum ad patrem per hoc, quod in-
terpellat pro nobis, offerens obedientiam suæ pas
sionis ac repræsentans patri pro salute humani
generis. Et hoc *in æternum,* quia non solum quan-
diu præsens seculum manet, aut quādiu uiuimus,
sed etiam in futuro pontificis agit opus: non uero
pro peccatis nostris offerens quæ nulla erunt, sed
ut bonum quod in nobis operatus est, indeficiens
& stabile permaneat. Pontifex ē, non secundum
ordinem Aaron, sed *secundum ordinem Melchisedec,*
qui solus rex & sacerdos fuit, & ante circuncisio-
nem functus officio, ubi non gentes à iudæis, sed
iudęa gentibus sacerdotium acciperēt. Non un-
ctus oleo ut Moyses instituit, sed oleo exultatio-
nis & puritate fidei. Nec animalia immolauit, sed
pane & uino sacerdotium Christi dedicauit. Pa
ret ergo Christianos superiores esse iudæis, sacrifi
cū melius pecudibus habere, scilicet rationabile
obsequium, quod ducit in cælum.

CAPVT VII.

C Hic em̄ Melchisedec rex Salē, sacer
dos dei sūmi, qui obuiauit Abraę
regresso a cæde regū, & bñdixit ei, cui
& decimas oām diuisit Abraā, primum Gene. 14
quidē qui interpraē rex iustitiæ, deinde
aūt & rex Salē, q̄ est rex pacis, sine pr̄e,
sine mr̄e, sine genealogia, neq; initium
dierum, neque finem uitæ habēs, assi-
milatus autem filio dei, manet sacerdos
in perpetuum.

¶ Postq̄ illos Apostolus monuit, ut ad pfecti-
onē promouerent, quatenus illius grandis & in-
terpretabilis sermonis capaces effici possent, & ad D
hoc multis ꝓbis eos solicitauit, iteꝝ redit ad pro
positū, & ad illū sermonem de pontificio Christi,
ut. i. præferre ipsum possit oibus pōtificibus ueter
is testamenti, & ita paulatim accedat hoc ad oñē
dendū, q̄ carnales ꝏbseruationes cessare debeant
p translationem sacerdotij. Et prius exponit quis
ordo præcesserit in Melchisedec, & qño iuxta or-
dinem eius Christus sit factus pontifex in æter-
num: ut exposito & commendato ordine Melchi
sedec, appareat quām dignum sit sacerdotium
Christi, quod tam magnum est, ut sacerdotium
Melchisedec illud præmōstrauerit nō sicut æqua-
le, sed sicut umbra. dum enim magna umbra præ
cessisse ostēditur, patet satis quod magna ueritas
corporis sequatur. Quasi dicat: Recte pōtificium
Christi comparo ordini Melchisedec, quia *hic Mel
chisedec* fuit *rex Salem.* Salem autem non (uti ose *Li. v. An
phus & plurimi nostrorum arbitrantur) creda- tiquita.
mus esse Ierusalem, sed oppidum iuxta Scytho- capi. 18.
polim, quod usq; hodie appellatur Salem, ostēn-
ditur ibi palatiū Melchisedec, ex magnitudine rui
nārum ueterem ostendens magnificentiam, de q̄
& posterius in Genesi dicitur: Venit Iacob in So
coth, & transiuit in Salem ciuitatem regionis Si-
chem. Nam & Abrahæ reuertenteti à cæde hosti
um, quos persequutus est usq; Dan, quæ nunc Pa Gene. 35
neas appellatur, non Ierusalem, sed oppidum me-
tropoleos Sichē in itinere fuit, de quo & in euan
gelio legimus: Erat autem Iohannes baptizans in Iohan. x.
Ennon iuxta Salem. Cuius uerbis rex fuit Melchi
sedec, fuit *& sacerdos,* ut & regnum & sacerdotiū
Christi præfiguraret, qui & nos fecit esse genus re
gale & sacerdotale. Sacerdos fuit, non idolorum,
sed Dei: quia licet esset gentilis, & non de genere iu
dæorum, tamen erat sacerdos Dei, non Iouis aut
Apollinis, sed potius *summi Dei* omnium creato-
ris, qui est super omnia. & CHRISTVS est sa Iohā. 9.
cerdos Dei patris qui hostiam sui corporis & san
guinis semel obtulit in cruce, sicut & Melchise-
dec panem & uinum legitur obtulisse. Ille di-
co, *qui obuiauit,* id est, obuius processit *Abrahæ
regresso a cæde regum,* quando fuit maioris di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnitatis habitus apud homines, id est, in ipso triumpho, cum regrederetur non à fuga, sed à cæde, non peregrinus illa terra tantæ dignitatis intellexit, ut dignum iudicaret ad illum qui rex & sacerdos erat accedere, & de omnibus spoliis decimas illi dare, ac post ad illum à quo benedictionem accepturus erat, q ad domum suam declinaret. Cui triumphatori non solum obuiauit Melchisedec, sed & benedictionem dedit. *Abraam* uero accepta benedictione, *diuisit* illi *decimas omnium* quę secum adduxerat à cæde regum Per Lot, qui amissis bonis in captiuitatem ductus est, designatur anima uitiorum pondere per quinq sensus corporis incuruata, & dominio aduersarię potestatis mancipata. Cuius uincula nititur Abraam soluere, cum ratio captiuitatē animæ recognoscens, armat se scuto fidei & galea spei ac gladio uerbi dei: & assumpta uirtutum quasi immaculatorum caterua, cuneos uitiorum uiriliter aggreditur: & tam diu pugnat, donec superatis hostibus animam liberat. Peremptis regibus, Abraam reducens Lot, gaudens redit ad propria, inueniens Melchisedec in itinere sibi obuiantem, & sacros cibos offerentem ac benedicentem: quoniam extinctis hostibus uitiorum, rationalis uigor animam liberam reducere festinat ad paradisi gaudia & ad domum cælestis patriq: sed priusquam illuc perueniat, uerum regem & sacerdotem Christum reperit obuium & offerentem sibi cibum & potum corporis & sanguinis sui, ac benedictionē cælestis gratiæ .i. incrementum uirtutum tribuentem. Occurrit enim lætus uictoribus uitiorū, ut excipiat eos & sacris alimentis reficiat: & benedicit eos, id est, promouet & multiplicat in uirtutibus, & augmentat donis spiritualibus. Nec nisi uictor quisquam cibos eius debet accipere, quia nullus ut ad eucharistiam accedat, debet præsumere, nisi prius reges contra quos pugnat, deuicerit, id est, uitia quę repugnauere, in se dominante superauerit, alioquin iudicium sibi manducat & bibit. Abraam autem decimas omnium quæ hostibus abstulerat, dedit sacerdoti Melchisedec. Sic & unusquisq fidelis post uictoriam suæ pugnæ gaudens Christo decimas offert, id est, omnium bonorum operum suorum perfectionem & uirtutum consummationem diuinæ gratiæ adscribit. Si q d autem imperfectum & minus idoneum in se uiderit, hoc sibi retinet, id est, sibi deputat. Denarius enim, ultra quem non progreditur numerus, sed replicatur, perfectionem designat, sicut & nouem partes quas Abraam sibi retinuit, imperfectionem demonstrant. Quicquid enim primum & optimum est ac perfectum, designatur per denarium, in quo prius consummatur numerus. Et omne quod præcipuum est in nobis atq perfectum, deo attribuendum est: quicquid uero imperfectū, nobis est adscribendum. Primum quidem &c. Notat Apostolus ipsa uerba, ut ostendat omnia ista in Christo esse eo ordine, quo præcessere in Melchisedec. *Qui primum quidem interpretatur rex iustitiæ, sed deinde* etiā *rex Salem, quod est rex pacis.* Quod Christo bene congruit, qui pacificat q̄ in cælis & quæ in terra sunt, & qui suos per iustitiam regit per procellas seculi, ac in eorum iustis conuersationibus regnat, & post in æterna pace non desistit eos regere & in ipsis regnare. Primum enim Melchisedec nobis est rex iustitiæ, deinde rex Salem, qa prius regit nos in iustitia, post reget in pace. Primo regnā iustitiæ nūc in nobis assequtur, & deinde post hāc uitam regnū pacis in nobis æternaliter quietū possidebit. Melchisedec dico *sine patre, sine matre.* Nō quod absq patre & matre fuerit, cū Christus quoq secdm utranq naturam & patrem habuerit & matrē, sed etiam q̄d subito introducatur in Genesi occurrisse Abrahæ reuertenti à cæde hostium, & nec ante nec postea initium eius scriptum aduersatur. Vnde & *sine genealogia* dicit esse, cum fortassis uxorem & filios habuerit: nec initium, nec finem habuisse, cum sine dubio & initium pernatiuitatem habuerit, & per obitum finem. His enim omnibus carere dicitur, qa nihil horum in eo scriptura loquitur. Vel genealogia ē præcedentium patrum narratio, qua iste caret, quia ex quibus patriarchis uel patribus descendat, non inuenitur: quoniam spiritus sanctus altiori consilio uoluit hoc de eo reticere, ut figuram domini p omnia gereret. Christus enim sine patre secundum carnem est, quia sine uirili admixtione natus est ex uirgine: & sine matre est secundum diuinitatem, quoniam illa ineffabilis genitura manet in æternitate. & est sine genealogia, id est, sine generatione filiorum: quia filios carnis nō habuit, sed sine sobole, sine aliqua successione carnali permanet. Siue, quia patres aliquos in diuinitate non habuit præcedentes, *neq; initium dierum, neq; finem uitæ habens*, sed coæternus patri existens secundum diuinitatem. Hic quoq notandum est, quia dum Melchisedec sine patre & sine matre dicitur esse, sacerdotes noui testamenti non pro parentum nobilitate, sed pro uitæ suę merito sunt eligendi: nec attendendum quos parentes habuerint, sed cuius meriti sint. Sed & sine genealogia est Melchisedec, quia noui testamenti sacerdotes & ministri aliaris uxores habere non possunt. Quos si habere uoluerint, profitentur se esse Iudaicę institutionis, non Christianæ. Nec initium dierum, nec finem uitæ habet Melchisedec: quia sacerdotium eius, id est, sacerdotium Christi & ecclesiæ est æternum, & in præteritum, & in futurum. Sacerdotium autem Aaron, id est, populi Iudæorum & principum habuit, & finem. Sed sacerdotium Christi principio caret & fine, quia electi sumus in ipso ante mundi constitutionem, & sine fine pro nobis interpellat. Talis & tantus est Melchisedec, sed in his omnibus quæ dicta sunt, *assimilatus* est *filio dei*: quoniam in oībus gessit umbram ueritatis, quæ in Chro lucet, & *manet sacerdos in perpetuū*, non quod adhuc uiuens sacerdotio fungatur, sed quoniam scriptura finem sacerdotij eius non narrat. Nam de alijs sacerdotibus legitur quando mortui sunt, & alij loco eorum successere, sicut de Aaron inuenitur qualiter obierit, & quis ei pontifex successerit. Sed de Melchisedec nō legitur quod aliquando mortuus sit uel sacerdotium perdiderit. Moyses enim sicut mortem eius tacuit, ita eum aliquādo fuisse uel amisisse sacerdotium suum minime retulit. Manet ergo sacerdos in perpetuum, quia sacerdotio eius nullum aliud sacerdotiū succedit, ut Leuitico: sed eius institutio quādiu mundus steterit, permanebit. Nam ipse panem & uinum obtulit deo pro Abraam, & quotidie panem & uinum deo sacerdotes offerunt, p salute fidelium: atq panis ipse & uinum fiunt corpus & sanguis Chri, ac permanent in æternum, ita ut uitam æternam digne accipientibus conferant. Propter ista recte dicitur Melchisedec manere sacerdos in perpetuum, qa nullus alius ritus instituetur, per quē eius obliuio mutetur, & qa Chri-

A stū designat perpetualit interpellentē pro nobis.

Intuemini aūt quātus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraā patriarcha. Et quidē de filijs Leui sacerdotium accipiētes, mādatū habēt decimas sumere a populo scdm legem. i. a fratribus suis, quanq̄ & ipsi exierint de lumbis Abraę. Cuius autē gnatio nō annumerat in eis, decimas sumpsit ab Abraam: & hunc qui habebat repromissiones, bndixit. Sine ulla aūt cōtradictione, quod minus ē, a meliore bndicitur.

¶ Immorat Apostolus in cōmendatione dignitatis Melchisedec, præferens eū Abraæ, q̄ iudæi extollunt & de q̄ gloriant, quem Chro cōponere uolunt, dicentes: Nunquid tu maior es patre nro Abraā? Quasi d. Ex supradictis attendite q̄lis fuerit Melchisedec. Sed nunc *intuemini*. i. intus considerate q̄lis sit hic. Intuemini. i. interiori uisu cū magna diligētia, utpote magnū q̄d inspicite, *quātus*. i. quantæ dignitatis et sctitatis ac pfectionis *sit hic* intelligendus, *cui* nō solum multas alias ueneraciones, sed *& decimas dedit Abraā* qui est *patriarcha*. i. princeps patrum, cuius sctitatem pres imitati sūt. Et non de uilioribus, sed *de præcipuis* ac melioribus dedit ei decimas, ueluti de equis, uestibus, loricis & alijs, q̄ pręcipua uideri poterāt inē cætera. Vñ maximus apparet & inæstimabilis magnitudinis ē, cui pr alios patrum decimas dedit, in quo se longe iuseriorem illo esse reputauit, & illum meliorē cui meliora & pcipua offerebat. Melchisedec (ut dixi) decimas ab antiquis accepit, in quo præferē Abraæ, & ita cunctis filijs Leui, i. sacerdotibus ueteris legis. Et quidem taliter apparet quātū ipse p̄mineat cunctis illis sacerdotibus, quia non oēs filij Leui, sed *qdam de filijs* eius *accipientes sacerdotiū* p electionem & cōsecrationem alios, *habent mandatum sumere decimas*, nō em aliter auderēt. Mādatū istud hūt *scdm legem*. i. scdm legis institutionem, sine cuius autoritate nunq̄ præsumerent. Vel scdm legē .i. nō aliter q̄ præcipit lex. s. ut nec plus, nec minus, nec alio mō accipiat, q̄ in lege decretum est. Accipiat *a populo* Hebræos. i. *a fratribus suis*, hoc est, ab hoibus eiusdē dignitatis, quos nullo mō poterāt dignitate supare, nisi quia erant sacerdotes cōstituti in lege. Tāta est em excellētia sacerdotij, ut etiā similes gnē, multo amplius digniores sint fratribus suis. Decimas inq̄ sumebant a populo, nō tm minori, ut erant proselyti, sed à fratribus suis scdm carnem non inferioribus: *quanq̄ & ipsi* fratres q eas dabant, *exierint de lūbis Abraæ*. i. descēderint de propagine Abraæ, hoc est, q̄uis & sacerdotes & populus eiusdem dignitatis essent & in origine gnis, tñ præceptione legis & autoritate populus cogebat ut eis decimas psolueret, sed Melchisedec à nullo homine accepit officium sacerdotale uel cōsecratiōem, neque præceptum habuit ut decimas sumeret, uel ab aliquibus exigeret, & cum filij Leui nō à minoribus, sed à comparibus, utpote à fratribus decimas accipiāt, iste ab Abraā accepit, nō ut cōpari uel fratre, sed ut à minori, qa nō fuit ex illa progenie. Non em Abraā incircūcisio alienigenæ decimas dedisset, nisi excellentiorē esse sciret, in quo & Leuitici sacerdotes decimas ei soluerēt. Filij Leui sumebāt à fratribus, sed ille *cuius generatio*. i. posteritas filiorū, quia nulla ē, uel etiā si esset, *non annumeratur in eis*. i. in filijs Leui, nec aliquā cōsanguinitatē habere cum eis refert, *decimas sumpsit ab Abraam*. Quæ sic p omnia superauit, ut nullatenus esse facta possit intelligi, q̄n illi Abraam decimas ex omnibus psoluit, sicut populus iudæorū quadā necessitate compellebat dare suis decimas sacerdotibus. Horū sensus ita breuiē pandit: Tali mō patet Melchisedec dignior ē & maior ē esse filijs Leui, quia ipse ab Abraā maiore omnibus illis decimas sumpsit ut à minori. Leuiticus aūt ordo nō à minori, sed à fratribus accepit. Nam si Leuitici sacerdotes etiā pari gnē. i. fratribus suis pstantiores erāt sacerdotij consecratiōe & legis institutiōe, q̄n decimas ab eis accipiebāt, tū Melchisedec dignius preferē Abraæ, à quo decimas accepit quasi sacerdos à laico, & filijs Leui, q̄s in eius lumbis decimauit. Non em Melchisedec & Abraam eiusdē gnis esse legunt, ut uel in gnē pares esse possint. Et si Melchisedec q fuit signum & umbra, p̄ferē Abraæ & omnibus Leuiticis sacerdotibus, quanto magis Christus qui ē ueritas & corpus? Dixit quia decimas sumpsit ab Abraā, & etiā benedixit eum, per q̄d magna eius excellentia declarat̄ qa tam magnum patriarchā, *q habebat*, hoc ē, qui tā firmiē credebat ac si iā haberet *repromissiones*. i. iteratas ad se diuinitus promissiones, *benedixit*. i. sacrauit, hoc ē, illum benedixit, cui deus benedictionē promiserat. Cuius benedictiōe Abraā factus ē sanctior, & nō benedixit eum, sed decimas ei dedit, ut minor maiori. Abraā ab eo pcepit benedictionē. sed *sine ulla contradictione* ueē, qa illud *q̄d minus est, benedicitur* à maiore uel *a meliore*. Nemo em cōtradicere pōt huic ratiōi, sed oēs hoc constare nouere, qa oīe quod benedicit, minus ē benedicente. Oīs qui benedictionē ab aliquo suscipit, in ipsā suscriptiōe probat̄ esse minor. Sed Abraā (ut sæpe dictum ē) benedictionē suscepit à Melchisedec in tempore maioris suæ dignitatis, dum cum trophęo rediret ē pūlio. Ergo minor esse nō potest negari: & sic ipse Chrus. i. Melchisedec maior ē promissiōes habente, quatenus ē ipse Christus.

Et hic qdē decimas moriētes hoīes accipiūt, ibi aūt cōtestat̄ qa uiuit. & ut ita dictū sit, p Abraā & Leui q decimas accepit, decimatus ē. adhuc em in lumbis patris erat, q̄n obuiauit ei Melchisedec.

¶ Et adhuc alia ratiōe intuemini dignitatē Melchisedec, qa *hic quidem*. i. in hoc loco scripturæ, ubi agit de Leuiticis sacerdotibus, *accipiunt decimas homines morientes*. i. ad mortē quotidie p multas miserias uergentes: hoc ē, de illis loquit scriptura sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

de noĩbus, quoꝝ alĩ moriunt & alĩ succedũt: sed
ibi .i. ubi sermo ẽ de Melchisedec, *conteſtatur* ſcriptu
ra qꝫ ipſe *uiuit*, dũ uitã eius loquit, & de morte nihil
dicit. Per qđ dignior oĩbus alijs ſacerdotibus ſuf-
ficiẽt oñdit. Cõteſtatur em̃ .i. ſimul tota illa ſcri-
ptura q̃ de eo ẽ, teſtaꝫ qꝫ uiuit. Et cũ filij Leui ſint
morientes, & iſte uiuẽs, apparet qꝫ ſit præferẽdus.
Et alio adhuc mõ pateꝫ eũ ẽ maiorẽ filijs Leui, qm̃
Leui q decimas accipit, ipſi Melchiſedec decimas
ſoluit. Quia *& Leui* .i. illa tribus Leuitica, vñ ſacer
dotes deus elegit, & ille quoꝫ electus ordo, *q decimas* ab oĩbus alijs *accepit, decimatus eſt* à Melchiſedec
.i. decimas ei ſoluit, & hoc p *Abraam*. nõ em̃ pro-
prie in ſua ꝑſona Leui decimas dedit circũciſus ſa-
cerdos incircumciſio. *Adhuc enim erat in lũbis patris*
ipſe Leui paꝫ ſacerdotalis proſapiæ. i. nondũ exi-
erat inde ſcđm genituraꝫ, *quando Melchiſedec obuiauit*
Abraæ. Adhuc em̃ unũ qđ erat Leui cũ illo, qm̃
poſt genitus ẽ ab ipſo. Vñ patet ſacerdotiũ iudæ-
orũ eẽ ſubiectũ ſacerdotio Chriſtianoꝝ. Decima
tus ẽ Leui p Abraã à Melchiſedec, qm̃ adhuc in lũ-
bis patris erat decimas dãtis. Nã ſicut adã peccãte
qui in lũbis eius erãt, peccauere: ſic Abraam decimas dãte, qui in lũbis eius erãt, decimati ſunt. Sed
hoc nõ ſequit in Chriſto, q̃uis eſſet in lumbis Adæ
& Abraæ, qꝫ ſcđm cõcupiſcentiã carnis inde pro-
ceſſit. Nõ em̃ & ille ibi decimatus ẽ, cuius caro in-
de nõ ſeruorẽ uulneris, ſed materiẽ medicaminis
traxit. Nã cũ ipſa decimatio ad præfigurandã me-
dicinã ꝓtinuerit, illud in Abraæ carne decimabaꝫ
q̃d curabaꝫ, nõ illud vñ curabaꝫ. Et ita Chriſtus eſt
nõ inferior Melchiſedec, qꝫ nõ ẽ decimatus ab eo,
ſicut Leuiticus ordo, q ei p Abraã decimas ſoluit.
Eadẽ nãqꝫ caro nõ Abraæ tm̃, ſed ipſius primi ho-
minis, ſimul habebat & uulnus prævaricatiõis &
medicamentũ uulneris. Vulnus prævaricationis
Roma. 7. in lege membroꝝ repugnãte legi mentis, q̃ poẽm
inde propagatã carnem ſeminali rõne q̃ſi tranſcri-
bit: medicamentũ autẽ uulneris in eo, quod inde
ſine opere cõcupiſcẽtiæ in ſola materia corporali
per diuinã conceptionis formatiõis q̃ rõnem de
uirgine ſumptum, propẽ mortis ſine iniquitate cõ
ſortium, & reſurrectiõis ſine falſitate exemplum.

Si ergo cõſummatio p ſacerdotiũ Le
uiticũ erat, populus em̃ ſub ipſo legẽ ac
cepit, qđ adhuc neceſſariũ fuit ſcđm or-
dinẽ Melchiſedec aliũ ſurgere ſacerdo
tem, & non ſcđm ordinem Aaron dici?
Tranſlato enim ſacerdotio, neceſſe eſt
ut & legis tranſlatio fiat.

¶Prætulit hactenus ſacerdotiũ chriſti, quod ẽ ſcđm
ordinẽ Melchiſedec, Leuitico: & nunc addit quod
ſacerdotiũ chriſti Leuiticũ deſtruat, quo deſtructo,
neceſſe ſit & legẽ deſtrui ſcđm carnales obſeruãti-
as. Ac ſi dicat: Qm̃ ſuperius dictũ ẽ Chriſm eſſe ſa-
cerdotẽ ſcđm ordinẽ Melchiſedec, & oĩes legem
hãtes nouere hoc eſſe futuꝝ, ergo qđ neceſſitatis
extitit, ut non iuxta Aaron, ſed iuxta Melchiſedec
ſurgeret iſte nouus ſacerdos, ſub quo ꝑfecta daret
iuſtitia? *Si conſummatio* .i. perfectio iuſtitiæ *erat*, id ẽ,
dabaꝫ uel fiebat, *p ſacerdotiũ Leuiticũ*, cur alio ordi-
ne nouus adhuc ſacerdos prophetat⁹ eſt ſurrectu
rus? Nam ſi Leuiticum ſacerdotiũ (ut Iudæi pura
bãt) cõſummabat, fruſtra ſurgeret alius ſcđm Mel
chiſedec. Sed ſurgit alius, & nõ fruſtra, cũ diuino
ſit ꝓnunciat⁹ oraculo. Ergo illud non conſumma-
bãt. Sed cur cõſummare uideret, interponit cau-
ſa, *populus enim ſub ipſo legẽ accepit*. Nam quia ſacer
dotio data fuit lex, in cuius obſeruantia conſum-
matio putabaꝫ eſſe, ideo putabaꝫ conſummatio p
ſacerdotiũ, qm̃ lex & data eſt ſub illo, & admin-
ſtrabaꝫ p ipſum, ſed nõ erat p ipſum cõſummatio.
Nã ſi hoc eſſet, nunq̃ alius ſacerdos q̃reretur, qui
alio ordine conſummationem daret. & hoc eſt:
Si conſummatio iuſtitiæ ſicut Iudæi putabant,
erat p ſacerdotium Leuiticum, *ergo* poſtq̃ illud
uetus daret conſummationem, *quid adhuc neceſſari
um fuit*, .i. quid cauſę, quid utilitatis extitit à deo p
Dauid *ſurgere alĩ ſacerdotẽ*, dũ canereret, Tu es ſa-
cerdos in æternum *ſcđm ordinem Melchiſedec, & non*
diceret *ſcđm ordinem Aaron*? Hic em̃ uerus ſacerdos
quia & à peccato liberat, & omnem iuſtitiæ con-
ſummationem præſtat, cp illi facere nullaten⁹ ua
lebant. Ideo neceſſe fuit, ut poſt illos adhuc alius
ſurgeret, & ſcđm ritum, & ſcđm mores. Populus
ſub ſacerdotio legem accepit & tenuit, & illud ue
tus uouo ſacerdotio ueniente mutatur. Vnde &
legem ſimiliter oportet mutari. Nam *tranſlato ſa
cerdotio* in nouum ſacerdotium, *neceſſe ẽ ut & legis
trãſlatio fiat* in nouã obſeruationẽ. Quia em̃ ſimul
utraq; & ab eadẽ ſpõſiõe data ſunt, neceſſe ẽ ut cp
de uno dr̃, de altero intelligat. Neq; em̃ lex ſine ſa
cerdotib⁹ qui eã faciãt, põt manere: ſed deſtructo
ſacerdotio, deſtruit & lex, q̃ nõ niſi ſub eo ſtare uã
let. Sed deſtructum ſiue trãslatum eſt ſacerdotiũ.
In q̃ em̃ hęc dicunt, de alia tribu ẽ, de q̃
null⁹ altario pñſto fuit. Manifeſtũ ẽ em̃,
cp ex Iuda ortus ſit dñs nr̃, in q̃ tribu ni
hil de ſacerdotibus Moyſes loquutus
eſt. Et amplius adhuc manifeſtum ẽ, ſi
ſcđm ſimilitudinẽ Melchiſedec exurre
xit alius ſacerdos, qui nõ ſcđm legẽ mã
dati carnalis fact⁹ ẽ, ſed ſcđm uirtutẽ ui
tę inſolubilis. Cõteſtaꝫ em̃, qm̃ tu es ſa-
cerdos ī ęternũ ſcđm ordinẽ Melchiſe.

¶Oñdit translatũ eſſe ſacerdotiũ, ut ſic ſequaꝫ le
gis translationẽ eſſe factã. Vet⁹ ſacerdotiũ eſt trãſ
latũ, qm̃ & in aliã tribũ, & in aliũ ritum. Nã ille in
quo .i. in cuius cõſideratione *hæc dicũtur*. ſ. dñs Ieſus,
propter quẽ cõmendandum has diſputatiões fac
mus, nõ ex tribu Leui, ſed *de alia tribu eſt, de qua nul
lus præſto fuit* unquã *altario* .i. nec minor, nec maior
quiſquã ex illa tribu ſcđm legem ad altarium ac-
ceſſit, ut miniſtraret ſacerdotali iure. Vere nouus
iſte ſacerdos, q æternum habet ſacerdotiũ, de alia
tribu eſt, nã de Iuda. Et oportebat ut euacuatur⁹
ſacrificia, q̃ ſcđm ordinẽ Aaron in ſacerdotio Leui
tico fiebant, de alia tribu eſſet, nõ de Leuitica, ne
ad ipſum ſacerdotiũ qđ tẽporalitẽ umbra erat tu-

turi, ptinere uideret mundatio pctõrum, quã ipſe
oblatione ſuiuerit ſacrificij fecit. De alia tribu eſt.
Nam *manifeſtũ eſt* q̃ idẽ *dominus noſter ortus ſit ex Iuda*
.i. ex tribu Iuda, ut eadem ſit ſacerdotalis & rega-
lis, ut fuit Melchiſedec rex & ſacerdos. *In qua tribu*
Moyſes nihil de ſacerdotibus eſt locutus. i. nõ dixit ut ali
quis de ea ſacerdos eſſet, uel aliqđ ſacerdotale ha
beret. Quia ergo dñs Ieſus q de alia tribu ẽ, ſacer
dotiũ accipit, patet quia translatũ eſt ſacerdotiũ,
nec in tribu Leui amplius manere põt: & ita carna
les obſeruãtiæ ſub illo datæ, ſtatũ ulterius habere
nequeunt poſt hoc. Dedi, inqt, ſuperius rõnem ſa
tis manifeſtã & conuenientẽ, & adhuc ꝑter iſtã di
coaliã, ex q̃ amplius erit manifeſtũ & euidens oĩ-
bus, quia translatũ eſt ſacerdotiũ. Manifeſtum em̃
eſt ptribum eſſe translatum, *& amplius adhuc mani
feſtũ eſt* pritum, quia manifeſtior & firmior ꝓbatio,
amplius .i. largius & euidẽtius manifeſtũ eſt, ſacer
dotiũ eſſe translatũ, ſi alio ritu obſeruaꝫ, uidelicet
ſi ſcđm ſimilitudinẽ Melchiſedec exurrexit alius ſacerdos
.i. ſi dñs Ieſus extra oĩs alios ſurrexit, ut oblatiõe
ſua mũdaret populum ſuũ ab oĩbus pctis, cp nul-
lus alius facere potuit: & quemadmodũ Melchiſe-
dec Abraę panem & uinum ſacratum dedit, ita &
hic diſcipulis ſuis in eiſdem ſpecieb⁹ corpus & ſan
guinem ſuũ dedit. *Qui non eſt factus* ſacerdos *ſcđm le
gẽ mandati carnalis* .i. ſcđm cp lex carnaliter mãdat;
qa nõ eſt unct⁹ in ſacerdotem oleo materiali, nec
carnalia, p eius ordinatiõe ſũt oblata ſacrificia, *ſed
ſcđm uirtutẽ uitæ inſolubilis*. i. æternæ, q̃ nec ſoluꝫ, nec
corrũpi uel deſtrui põt, q̃ per ſpm ſcm̃ datur, quo
Chriſtus inuiſibiliter eſt unctus in ſacerdotẽ. Et uere
ſcđm uirtutem uitę inſolubilis eſt fact⁹ ſacerdos,
quia in æternũ manet. Nam *conteſtatur* .i. ſimul p
pheta uel deus pater mecum teſtatur, *quoniam tu
es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec*.

Reprobatio quidẽ fit ꝑcedẽtis mãda
ti ꝓpter infirmitatẽ eius & inutilitatẽ.
nihil enim ad perfectum adduxit lex.
introductio uero melioris ſpei, p quã
proximamus ad deum, & quãtum eſt,
non ſine iureiurando.

¶Oñdit rõnes cur ſacerdotium ſit trãslatum, &
tunc ſimiliter (ut cõſequens erat) profert cauſam
& rõnem translationis legis, dicens: *Reprobatio qui
dem ſit præcedentis mandati*. i. priſcæ legis *propter infir
mitatẽ*, i. debilitatẽ & imbecillitatem *eius*. Oñden-
dum em̃ erat, cur uetus mandatũ cp carnales cere
monias obſeruari præcepit, reprobareꝫ, cũ deus il
lud dediſſet, & nouũ ſubſtitueret. Ideo ſcilicet ſit
reprobatio, i. repudiatio præcedentis mandati, qꝫ
infirmum eſt & inualidum. Nam ut ſit locus gr̃æ
ſequenti, reprobaꝫ mandatũ præcedens. Qđ ideo
præcedẽs dr̃, quia aliud erat ſequuturꝝ. Vet⁹ em̃
præceſſit nouũ, ſicut umbra corpus. Sed ſicut ueni
ente corpore, umbra præterit & in nihilũ uertit,
ita uetus mãdatum ueniente nouo. Nã infirmum
erat illud mãdatum carnalium obſeruãtiarꝝ .i. nõ
ſufficiens p ſeipſum iuſtificationem dare: hoc em̃
cp p ſe ſolũ iuſta adimplere non põt, infirmũ iudi-
caꝫ. Et talis erat lex, q̃ ſine auxilio gr̃ę neminẽ iuſti
ficare potuit. Et erat inutilis. i. uera conferre nõ ua
lẽs, quia regnũ cælorꝝ ſuis cultoribus dare nõ po
tuit. & nunc eſt inutilis oĩno. i. nihil prorſus utili-
tatis cõferens, imo pniciosa, ſi poſt aduentũ Chri
ſeruet. Vere ꝓpter infirmitatem reprobaꝫ, quia *ni
hil* i. nullũ hoĩem *adduxit lex ad perfectũ*. i. ad perfe-
ctionem. Nã etſi aliqui pfecti ſub ea fuere, nõ tm̃
ex ea pfectiõem habuere, ſed ex gr̃a. Lex uidelicet
etſi aliquid fecit, nõ tm̃ plene iuſtificauit. Nã neq;
regum peccati ex toto potuit reuertere, nec pfe-
ctam innocentiã aut pfectam iuſtitiã dare, nec ui-
tam æternã adquirere, ſed tm̃ bona tẽporalia pro
miſtere. Nam timorem mortis incuſſit, non amo
rem iuſtitiæ dedit: nec in intimo cordis regnauit,
licet in operib⁹ foras cuſtodiata ſit. Et ideo iure re
probata eſt. illa quidẽ reprobata eſt, ſed loco eius
ſit *introductio melioris ſpei* .i. cor nr̃m penetrat & in
illud introducit, ut in ea regnet gratia nouæ legis,
q̃ nobis ſpem uitæ æternæ tribuit, quã lex antiq̃
dare non potuit. illa em̃ promittebat temporalia,
hæc pollicet æterna. Et hæc uirtutum cõſumma-
tionẽ largit, q̃ facit hoĩem ſperare nõ ſoſpitatẽ, q̃
cito tranſeat: non copiam tpalium diuitiarꝝ, non
multitudinẽ filioꝝ, ſed potius uitã æternam, ſalu
tem indeficientẽ, deũ oĩa in oĩbus exiſtentẽ. *p quã*
ſpem *proximamus ad deũ*, quia terrena deſpicim⁹ &
cæleſtia appetimus, mente deo propinquamus, &
eius imaginẽ in nobis reformamus, atq; illi inhæ
rere cupim⁹, ut unus cum eo ſpũs efficiamur. In-
troductio ſit melioris ſpei, *& quantum eſt* .i. q̃ ma-
gnum & q̃ mirabile, *cp non ſine iureiurando* ſit, ſed
cum iureiurando. Dum em̃ deus iurat Chrm̃ eſſe
ſacerdotẽ, in æternũ, qui ſine fine pro nobis inter
pellet, cum iureiurándo ſpem nobis dat meliorẽ.

Alij qdẽ ſine iureiurãdo ſacerdotes fa
cti ſunt. hic aũt cũ iureiurãdo p eũ qui
dixit ad illũ, Iurauit dñs & nõ pœnite-
bit eũ, tu es ſacerdos in ęternũ. Intãtũ
melioris teſtamẽti ſpõſor fact⁹ ẽ Ieſus.

¶Magnũ eſt cp talẽ ſpem nobis deus in ſacerdo-
tio Chri cũ iuramẽto dedit. Nã *alij qdem* .i. Leuitici
ſacerdotes lõge ab eo diſcreti, *facti ſunt ſine iureiurã
do*, q̃ſi q̃nq; mutãdi, ſed *hic* .i. q nũq̃ mutãdus erat,
factus eſt *cũ iureiurando ꝑ eum qui* oĩa põt, i. per deũ
prem, q iurãdo *dixit ad illũ, Tu es ſacerdos in æternũ*.
hæc eſt ſententia. Sed ut magis oſtẽdat deũ iuraſſe,
interponit ipſa ẏba prophetæ hoc aſſerentis, *iura-
uit* dñs .i. incõcuſſa ueritate firmauit, *& non pœnite
bit eũ* .i. hoc ſacerdotiũ nulla rõne mutabit. Neq;
eñ ſicut hoĩem pœnitet deũ. Sed dei dr̃ pœniten-
tia, q̃uis ab illo inſtitutæ rei cuiuſq; mutatio, quæ
credebaꝫ eſſe manſura. Proinde cum dicit, nõ pœ-
nitebit eũ, tu es ſacerdos &c. ſatis oñdit eũ pœnitu
iſſe de inſtitutione prioris ſacerdotij, hoc eſt, muta
re uoluiſſe ſacerdotium qđ conſtituerat ſcđm or-
dinem Aaron. Vñ ſatis apparet quantũ iſte ſacer-
dos oĩbus ſit dignior. De iſto iurauit dñs cp in ęter
nũ maneat, *intantũ factus eſt* ipſe Ieſus *ſpõſor melioris*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A *testamenti.i.* promissor melioris hæreditatis q̃ illi. Illi em̃ per uetus testamentũ spõdebãt terrenã & temporalẽ hæreditatẽ, hic autẽ ꝓnouum æternã. Testamentum qppe uocabaṫ chirographum hæreditatis, q̃d ille qui moriebaṫ, relinq̃bat ei quem post se cõstituebat hæredẽ. Et Iesus dñs moriẽs nouum testamentum nobis reliquit, in q̃ nos regni cælestis hæredes fore spopõdit, & ipẽ sacerdos ac mediator eius esse uoluit. Vetus autẽ testamentũ sanguine brutoꝝ animalium ẽ dedicatum, & ideo uetustis hoĩbus terrenã spopõdit hæreditatẽ. Lõge itaq; melior illis prioribus ẽ sacerdos Iesus, melius testamentum eius, melior promissio.

Et alij q̃dẽ plures facti sunt sacerdotes, idcirco q̃d morte ꝓhiberent̃ ꝓmanere. Hic aũt eo q̃d maneat in ẽternũ, sempiternũ habet sacerdotiũ. Vñ & saluare in ꝓpetuũ põt, accedẽs ꝑ semetipm ad deũ semp uiuens ad interpellandũ ꝓ nobis.

¶In eo q̃d alij sine iuramẽto, hic aũt cũ iuramẽto factus ẽ sacerdos, apparet (ut dictũ ẽ) eius excellẽtia: & in hoc etiã, q̃d alij sunt plures, q̃a moriẽtes: hic aũt unus, quia sp uiuens. Nã *alij quidem.i.* Leuitici lõge ab eo dissimiles, *facti sunt sacerdotes*, nõ unus, sed *plures* ꝓ multas successiões, dũ alij morerent & alij succederẽt, *idcirco q̃, à morte prohiberent̃.i.* eo ꝙ mors ꝓhiberet eos in hac uita ꝓmanere. Idcirco em̃ plures cõstituti sunt, alij post alios, cũ necessitate mortis interueniẽte, ꝓhibiti sunt in sua dignitate ꝓ manere.i. ex toto manere. Mansit quidẽ ad tẽpus unusq̃sq; illoꝝ, sed nullus ꝓmansit. *hic aũt* de q̃ loquimur ꝓmanet: hic quẽ significare intẽdimus, *habet sempiternũ.i.* sp ẽternũ *sacerdotiũ.i.* officiũ dãdi sacra populo & interpellãdi ꝓ eo. Nõ em̃ q̃cq̃ iã ei succedit in sacerdotio, nec finẽ habet eius sacerdotiũ, eo q̃ ipse *maneat in æternũ*. Nã resurgẽs à mortuis, iã Roma.6. nõ moriẽ, mors illi ultra nõ dñabiṫ. *Vnde* q̃a manet & habet manens sacerdotiũ, *potest & saluare in ꝓpetuũ*. Oñdit Aplus q̃a sacerdotiũ eius destruit uetus sacerdotiũ & ueterẽ legem, & nunc commendat actũ ipsius. Vñ, inqt.*i.* q̃a sempiternũ habet sacerdotiũ, quod nõ habet oĩs turba sacerdotũ, nõ solũ põt ꝓ nobis intercedere, sed etiã saluare, *i.* salutẽ illis quoꝝ ẽ põtifex, dare, nõ ad tps, sed in ꝓpetuũ. Hic euidenṫ apparet insipientia eoꝝ, q̃ putabant Christũ sine carnalibus obseruantijs ad salutẽ nõ posse sufficere. Põt in æternũ saluare, q̃a & hoc indicat ꝙ omẽ eius, q̃ẽ Iesus.i. saluator ipse dico, *accedens ad deũ* nõ ꝓ aliquod mediũ, non pangelũ, nõ ꝓ aliã creaturã le digniorẽ, sed *ꝓ semetipsum* ad secretoꝝ partic ipationẽ accessit, ut uoluntatẽ patris cognoscerẽt, & eĩ põtioribus placidũ ac propiciũ faceret. Ad similitudinẽ alicuius sapientis & potẽtis dictũ ẽ, qui ad regẽ uel ad aliũ admittiṫ, sed per semetipm intrat, & q̃q̃d ipse uult operaṫ. Merito em̃ ꝓ seipsum accessit, ꝓ quem & oĩs alij accedunt, sicut ipse loquiṫ. Nemo uenit ad patrem nisi ꝓ me. Iohan.14 Vel non ꝓ alienas hostias accessit ad deum nobis placandũ, sed ꝓ semetipsum, offerens se in ara crucis. Ipse dico, post resurrectionẽ *semp uiuens ad interpellandũ pro nobis*, quia ad hoc ei data ẽ uita ꝓ nobis, C ut semp deum patrem interpellet ut bonus mediator ꝓ uita & gloria nra. licet em̃ propẽ gloriam suã uiuat & propẽ obedientiæ suæ remunerationẽ, tñ ad hoc etiã uiuit, ut seipsum offerat.i. patri oñdat ad nram gloriã & exaltationẽ. Ex ea em̃ natura q̃ põtifex ẽ.i. humana, quam cælis intulit, intẽpellat ipse & intercedit pro nobis. Quia ergo ꝑsemetipsum accedit ad deũ, & sp uiuit ad interpellandum ꝓ nobis, uiuũq; semp habet sacerdotium, patet quod saluare nos in ꝓpetuũ põt. Alij ꝙo sacerdotes nec semp uiuunt, nec saluare possunt.

Talis em̃ decebat ut nobis esset põtifex sanctus, inocẽs, impollutus, segregatus a pctõribus, & excelsior cælis factus.

¶Dixi quia per semetipsum accedit ad deũ, & sp uiuit ad interpellandũ. Nam hoc *decebat.i.* cõgruũ erat, *ut nobis* filijs *esset talis pontifex*. Serui ꝙo alios habuere. Noster debuit esse *sanctus.i.* oĩ perfectione uirtutũ in seipso cõsummatus, & *innocẽs*, quãtum ad ꝓximũ, nemini unq̃ faciẽs q̃d nocerer: & D *impollutus.i.* cuius sanctitas & mũditia ꝓ alicuius spectati cõsensum & delectationẽ nunq̃ esset pollutа: & *segregatus a peccatoribus.i.* seorsum factus à grege peccatoꝝ, ut nullo peccati neuo teneretur in gregeoꝝ, utpote sine carnali cõcupiscẽtia ꝓ spũm sanctũ conceptus & natus. Vel factus interius innocẽs manibꝰ, impollutus corpore, segregatus à peccatoribus.i. ab oĩ pctõ immunis, & à grege cæteroꝝ sacerdotũ separatus, inter quos nullus sine pctõ. & *factus excelsior cælis*, ut ibi ministret in supno altari. Vel segregatus à pctõribus, ut iã conuersatio eius non sit inter mortales, qui quandiu sunt in hac uita, pctõ carere non possunt: & excelsior cœlis factus.i. super oĩs cælestes creaturas eleuatus, ita ut eius magnitudo uel sublimitas magnitudinem primoꝝ sic transcendat angeloꝝ, ut inẽ ipsum & angelos nulla possit fieri comparatio secundum magnitudinem & excellentiam.

Qui nõ habet necessitatẽ q̃tidie, quẽadmodũ sacerdotes, prius ꝓ suis delictis hostias offerre, deiñ ꝓ populi. hoc em̃ fecit semel seipm offerẽdo. Lex em̃ hoĩes cõstituit sacerdotes, infirmitatẽ habẽtes: sermo aũt iurisiurãdi, q̃ post legem ẽ, filiũ in ẽternum perfectum.

¶Adhuc oñdit eum digniorẽ Leuiticis sacerdotibus & potẽrẽ saluare. *Qui* cũ talis sit, qualẽ deseruit, *non habet necessitatem quotidie offerre hostias prius pro suis delictis, quemadmodũ sacerdotes* illi habebãt, q̃a q̃tidie delinq̃bat, & q̃tidiana mũdatiõe indigebãt. Dicit eũ nõ habere necessitatẽ offerre q̃tidie, nõ ꝙ aliq̃n hũc habere hmõi necessitatẽ uelit intelligi, sed ut ab eo remoueat, q̃d illis cõueniebat. Nõ indiget, ut illi ꝓ singulos dies offerre prius ꝓ suis delictis, ac *deinde pro* delictis *populi*. Nõ indiget quotidie offerre, q̃a *hoc semel*, nõ tñ pro suis, sed pro populi delictis *fecit*. Nõ fecit hoc, *offerendo* tam̃ uel hircum, sed *seipsum*: quia non inueniebaṫ alia hostia,

A quæ digne posset offerri pro explatiõe populi: nec alius sacerdos, q̃ dignus esset illã offerre. Quis tã iustus & sanctus sacerdos, q̃ unicus dei filius, q̃ non opus haberet per sacrificiũ sua purgare pcta, nec originalia, nec actualia? Et quid tã congruenṫ pro hoĩbus offertur, q̃ humana caro? Et quid tã aptũ immolatiõi, q̃ caro mortalis? & quid tã mũdum pro mundanis uitijs mortaliũ, q̃ sine ulla cogitatiõe carnalis cõcupiscentię caro nata in utero & ex utero uirginali? & q̃d tã grate offerri ac susc ipi posset, q̃ caro sacrificij nri, corpus effectum sacerdotis nri? Vt q̃m quatuor considerant in oi sacrificio, q̃d offeraṫ, cui offeraṫ, à quo offeratur, pro quibus offeratur, idẽ ipse unus uerusq; mediator per sacrificiũ pacis reconcilians nos deo, unũ cum illo maneret cui offerebat, unum in se faceret pro quibus offerebat, unus ipse esset qui offerebat & q̃d offerebat. Semel hoc obtulit, quia nõ fuit opus repetitiõe. Sufficit em̃ oĩbus, & ideo nõ est necesse iterari. Nã adeo magnũ ẽ hoc sacrificiũ B ut quãuis unũ sit & semel oblatum, sufficiat ad æternitatem. Dixi quia sacerdotes indigebant quotidie offerre, nõ solum ꝓ populi delictis, sed & pro suis: & hoc ideo fuit, quia *lex homines constituit sacerdotes*, nõ immortales, iam adhuc *habentes infirmitatem.i.* fragiles ad peccandũ, & ex ipsa corruptiõe naturæ mortalis procliues, utpote hoĩes puros, & conditionẽ humanæ fragilitatis uitare nõ ualentes. Ideoq; (sicut dictũ ẽ) necessariũ fuit illis ita offerre pro suis delictis, sicut pro populi. Num.25. 4.Reg.22 & 23. 2.Par.24 Exod.28 Hoc remedio indiguit Phinees, hoc Ioiada, hoc Zacharias, hoc ipse Aaron, & quicunq; alij in illo sacerdotio laudabiliṫ iusteq; uixere. Solus noster sacerdos ab hac necessitate liber fuit. Lex quidẽ constituit tales, sed *sermo iusiurandi, qui post legem est* dictus à propheta Dauid.i. promissio patris facta cũ iureiurando, constituit sacerdotẽ nõ hominẽ infirmũ & procliuẽ ad peccandũ, sed *filium* sibi cõparẽ, & in oĩ sanctitate *perfectũ*, ita ut pfectio illa nunq̃ defectũ uel finem habeat, sed *in æternũ* maneat. Perfectus quippe erat, quem nec fragilitas peccare faciebat. Et in æternũ perfectus mansuet. qa eiꝰ pfectio nũq̃ põt minui, uel in æternũ sacerdos ẽ cõstitutus, nõ ad tẽpus, ut alij sacerdotes. Sermo iusiurandi ẽ post legẽ, ne si fuisset in lege, dicerent iudæi illud iuramentũ esse completũ in lege per suum sacerdotium. Post legẽ ergo ẽ, ut ꝓ hoc lex insufficiens esse demonstret. Si em̃ sufficiens esset, non post eã aliud per quod impleret, fuisset pronunciatũ. Per hoc etiã ostendiṫ, hũc esse sacerdotẽ alio ritu & sacerdotio, q̃ secundũ legẽ. Ex q̃bus oĩbus apparet, hunc ꝓ se posse ad deũ accedere & perpetualiṫ saluare, atq; carnales obseruantias ꝛgis superfluere. CAPVT VIII.

CApitulum aũt sup ea quæ dicunṫ: Talem habemus pontificẽ, q̃ cõsedet in dextera sedis magnitudinis in cę lis, sanctorum minister & tabernaculi ueri q̃d fixit deus, & non homo.

¶Ab eo loco quo dixit, unde & saluare in perpetuum põt, ostẽdit multis rationibus, quod potẽs sit saluare. Nunc quoq; quadã breui & capitulari ratiõe uult illud idẽ cõprobare, & quoddã certius apponere. Quasi dicat: De eo multa dixi, sed nunc de his facio capitulũ.i. quandã breuem cõprehensionẽ. Capitulũ em̃ breuis multoꝝ complexio ẽ, sic dicta, quia breuiter capiat totã summam. Nam per hoc quod diminutiuũ est capitulum, designatur breuitas: & per hoc q̃d uenit à capite uel à capio, intelligiṫ quod magnum sensum capiat, & sit breue caput multoꝝ, quæ late dissertuntur. Loquor (inquit) multifarie de pontifice tu Christi, sed quod nunc appono, est *capitulum super ea quæ dicuntur* hactenus à me de illo.i. hoc breue quod nunc dicturus sum, superat illa multa superius dicta, quia dignius laudẽ Chri continet q̃ illa, & firmius ac certius declarat hunc esse potentem saluare in perpetuũ. Quia licet superius dictum sit, eum esse factũ excelsiorẽ cælis, non tan- D tum ex necessitate uocũ *ita* probatus ẽ sublimatus esse super cælos, ut non possit sublimius exaltari, Quod nunc in capitulo manifestẽ ponitur, ut intelligi oporteat illum intm esse sublimatũ, ut non possit ascendere altius, aut maior fieri nequeat, ut in sede maiestatis cũ patre sedeat, cum dicit, Talem habemus &c. Hinc em̃ incipit capitulum, *Talem.i.* tam gloriosum, tam celsum, tam potentem *habemus pontificem, qui consedet*, id ẽ, cum patre sedet in regali solio maiestatis, hoc ẽ cum patre regnat & iudicat & quiescit: & hoc *in dextera sedis magnitudinis in cælis.i.* sic sedet cũ patre, ut maneat in æqualitate regni patris: hoc ẽ, æqualis sit patri in regno & magnitudinẽ gloriæ regni possideat, ut pater in cælis.i. in cælesti patria, ut omnes cælorũ uirtutes glorificent eũ, sicut & patrẽ. Ille ergo quẽ in regno & omniũ creaturaꝝ gubernatiõe cõstat esse deo æqualem, bene potest in perpetuum saluare suos, & ad uitam æternã perducere. Vel cõsedet.i. secundum animam & secundum corpus sedet, hoc ẽ, quiescit & permanet. in dextera sedis magnitudinis in cælis, id est, potiori parte quietis dei, q̃ est magnitudo in cælis, id est, in sanctis angelis, quia magnos eos facit, manẽs in eis. & ipse pater qui ẽ magnitudo cælorum, non potuit eum magis magnificare, quàm ut super omia eum exaltaret in æterna beatitudine. Quia uero iste pontifex tam dignus & tam potens nostram salutem semper operatur, congrue subditur: *sanctorũ minister*. Nam æternam beatitudinem per sancta sanctoꝝ designatã, & in præsenti incipientibus ministrare, dans charitatem ac perseuerantiã, etiam in futuro perfectius ministrabit illis, quos in regno discumbere fecerit. Quod cæleste regnum dicit Luc. 22. sancta sanctoꝝ.i. dignissimũ omniũ aliorꝝ sanctorũ: qa ibi perfecte uiuit in sanctitate, ubi ẽ uita in bonis sine pcti cognitione. Ibi uidelicet nihil sit quod deo displiceat, q̃ oculos maiestatis offendat. Et hæc sancta sanctoꝝ Christus nobis ministrat, dũ religiosam interim ꝓtat uitam, ut dicere possimus, Nostra conuersatio in cælis est. & post-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A modũ nos introducit in ipsum æternæ felicitatis
secretũ, dicẽs: Intra in gaudium dñi tui. Vel mini
ster sctõrum & sacerdos à pre est, institutꝰ, ut om
ne bonũ ministret eis q iam sunt in sctis sctõrum,
id est, in seculario ppetuꝙ beatitudinis. Vel potius
deo sicut ꝓ e summus pontifex, p nobis ministrat
in sanctis sanctoꝝ, dum pri carnem pro nobis as
sumptam sp oñdit, & memoriam suæ passiõis re
presentat, ut eum erga nos ad pietatem flectat. Sic
est minister sanctoꝝ & tabernaculi, & non umbra
tilis, non præfigurantis, sed *ueri*. i. significati taber
naculi æterni secularĩ, cp significatum est p taber
naculum Moysi. Sed quia & illud prius taberna
culum fuit quodammodo uerum. i. de ueris pelli
bus & cortinis instructum, ideo additur: *Quod de
us fixit*. i. fixum inuiolabile posuit atq; firmauit, &
non homo. i. ita fuit, ut ibi non esset admixta homi
nis opatio. Cum enim Moyses iubente deo uer
tabernaculum figeret, ibi figebat deus cum hoie.
Sed hoc uerꝝ tabernaculum, i. hanc uerã & serenã
æterni secularĩ mansionem & gloriã deus solus
fixit, deus ab initio parauit electis suis. Et ibi iã pon
tifex est, qui sine intermissione pro eis interpellat,
sicut olim in sancta sanctoꝝ ueteris tabernaculi
B semel in anno solus pontifex intrabat, ut oraret
pro populo. Et ille põtifex erat minister sctõꝝ pfi
gurans hunc redemptorẽ nr̃m æternæ beatitudi
Loco ob. nis, minister incꝰ ipse cum carne, q pro nobis fecit
scurus. sacrificium ingressus, ut ibi p salute populi roget.
Hoc de capitulo diximus. Post cuius finẽ subdit:

Ois em põtifex ad offerenda munera
& hostias cõstituit. Vñ necesse ẽ & hũc
habere aliquid cp offerat. Si ergo esset
sup terrã, nec esset sacerdos, cũ essent q
offerrẽt scdm legẽ munera, qui exẽplari
& umbræ deseruiũt cælestiũ, sicut re
spõsum ẽ Moysi, cũ cõsummaret taber
Exod. 25 naculum: Vide, inquit, oĩa facito scdm
exemplar quod tibi ostẽsum ẽ in mõte.

¶ Dixi quia Chr̃s est minister. Nam oĩs ponti
fex constituit ad ministrãdũ. *Oĩs pontifex*, tam ma
ior cꝙ minor, *constituit*, scdm legem *ad offerenda mu
nera*, ut primitias frugum, panes propositionum
& hostias, ut immolationes taurorꝝ & hircorum:
hoc est, oĩs põtifex ad hoc cõstituebat, ut offer
ret: & p oblationem pro populo cp poscebat, im
petraret. *Vnde*, quia oĩs ad offerendum constitui so
let, *necesse est & hunc* nr̃m pontificem *habere aliquid*
secum in cælis, *quod offerat* assidue pro nobis. Hoc
est dicere: Quia oĩs põtifex ẽ minister, igit necesse
est (nisi falsa fuerit uniuersalis affirmatio) cp & hic
sit minister. dum eũ dicimꝰ cp omnis offert, intel
ligimus cp oĩs ministrat. hoc est enim eius offici
um, ut offerat & ministret dño. Et quia necesse est
& hunc habere aliquid, cp pro salute mundi offe
rat, *ergo fit* illud aliquid *esset super terram*, id ẽ, in hoc
mundo potuisset inueniri, quod digne pro totius
mũdi peccato quiuisset offerri, etiam sacerdos ali

C quis non esset dignus illud sacrificiũ offerre, cꝙis
etiam iuxta ritum legis offerrent, & ideo Chr̃s sa
cerdos mundus seipsum obtulit mundum sacrifi
cium. Vel ita melius. Qm̃ ipse considet in dextera
sedis in cælo, & est ibi minister ac more pontificis
offert, ergo si eẽt adhuc sup terrã, i. si nondũ intro
isset in sctã sctõꝝ, hoc est, in interiora cæli, non di
cam cp *esset* pontifex, sed *nec* etiã *sacerdos*, ut ex ne
cessitate comprobeẽ, quia si pontifex q in ppetuũ
saluare potest, in cælo pro nobis offert & intercedit, tunc sacrificiũ iudæorꝝ non ultra est nobis ne
cessarium. Qm̃ sacrificiũ in ara crucis semel obla
tum, sufficit ad ablutionẽ pctõꝝ oĩm. ideoq; iã su
perflue sunt umbræ carnales, cũ pro nobis agit ue
ritas in ueritate. Quancꝰ ipse est pontifex & mini
ster in uero tabernaculo, & p suum sanguinem in
troiuit in sctã sctõꝝ, ergo si post resurrectionẽ suã
remansisset in terra, & sacerdotium pagere uellet
in umbra, non esset dicendꝰ sacerdos, qui supflue
fungeret sacerdotali officio, nec etiam posset esse
ut ille de alia tribu fieret sacerdos in lege. Non es
set (inqꝰ) sacerdos, cum adhuc essent multi alĩ sa
cerdotes de tribu Leui, sacerdotium suum iuxta
legis mandatum exequentes. Tãdiu enim debuit
umbra manere & sacerdotium legis existere, quo D
usq; uerus sacerdos uerꝝ sacrificium offerret in si
gnificato tabernaculo & ueritate. Qui uerꝝ sacer
dotium sup terram exequi non posset, neq; sacer
dotium legis adipisci, *cũ essent* multi alĩ *qui* hosti
as *& munera scdm legem offerrent*. Nam ex alia tribu
natus non admitteret scdm legem ad sacerdotiũ,
& supflue carnalia offerrent, cũ essent ex tribu Le
ui qui sufficerent offerre talia. Nec sup terram in
carnalibus ulla ratione poterat sacerdos existere,
ne forte uideret eadem offerre. Propter cp & de
illis sacerdotibus addit, q *deseruiũt exemplari & um
bræ celestiũ*. ualde & studiose seruiunt, ac plene oĩa
implent, & ita frustra hoc sacerdotium assumeret
ipse. Qui adhuc hodie deseruiunt exẽplari & um
bræ, non cp moneat exemplar & umbra in uerita
te, sed quantum ad repræsentationem scripturæ,
q̃ sic agit adhuc de ordine sacerdotum, acsi repræ
sentet sub oculis nr̃is officium illorꝝ. Qui deseruĩ
unt & subditi sunt legi, sacrificãtes & carnales ob
seruãtias scdm cp lex præcipiebat, consummãtes,
q̃ fuere exemplar & q̃dam figura cælestiũ. Et qa ẽ
aliquod exẽplar, ubi maior est ꝓitas, cꝙis in illa re,
cuius est exemplar, sicut Chr̃s est exẽplar oĩm fide
lium & etiã cælestiũ terrenorꝝ, ideo supponit um
bram, ut oñdat minꝰ esse dignũ exemplar. Vetꝰ
enim tabernaculum dr̃ exemplar cælestiũ, i. eccle
siæ, cuius pars est in cælis, & pars sequutura pere
grinat in terris, quia ad similitudinem illius facta ẽ
ẽpũalis ecclesia. Et sicut umbra deterior est corpo
re, sic illud tabernaculũ umbra erat & inane ad cõ
parationem ecclesiæ. Deseruiunt (inqt) exempla
ri. i. figuris. & quia exemplar aliq̃n est ꝓitas, non fi
gura, sicut liber ad cuius similitudinem fit alius li
ber, addit, & umbræ. Quia oĩa q̃ in illo tabernacu
lo facta sũt, nõ erãt nisi umbra ꝓitatis leuiter abi
tura ueniente Chro. Exemplari deseruiũt, i. taber

A naculo ueteri, qđ ẽ exemplar cælestiũ, *sicut respon
sum est Moysi*, nõ cum inciperet, qa iã multa figuris
expresserat, sed *cũ consummaret tabernaculũ*: quia p
se nõ posset illud cõsummare, cõsuluit dñs, q &
Exod. 25 de figuris eũ, sicut & de ueritate, docuit. *Vide*, inqt
Adhuc. 7 dñs. i. diligẽt considera, & *omnia* tabernaculi ne
cessaria *facito* ita, ut sequaris in omnibus *exemplar*
cælestiũ, *quod tibi ostensum est in monte* Sina. Exem
plar ẽ, ad cuius similitudinẽ aliquid fit. Exemplũ,
similitudo q̃ inde trahit. Et dñs in monte Moysi
ueritatẽ oñdit, sed cũ carnalis populus capere nõ
posset, pcipit ut eã figuris imaginaret, in quibꝰ pu
erilis ille populus enutritus, quãdoq; ueniret ad
ueritatẽ. Sicq; res prius ostensa, dicit exemplar figu
rarꝝ iuxta se factarꝝ. Itẽ figuræ dicunt exẽplar
ueritatis, q̃ post impleta ẽ in ecclesia, sicut illæ p̃si
gnauere: quia quicquid ibi fuit, uel cælestẽ uel p
sentẽ ecclesiã uel sanctoꝝ uirtutes quæ mõ sunt,
significauit, & huic exemplari cælestiũ. i. figuris ue
rorꝝ, deseruiere umbratici sacerdotes iudæorum.
Quia ꝓ illa fuere exemplar cælestiũ arq; spualiũ,
quæ nũc in ecclesia per Christũ facta sunt & fiũt,
inde iã non exemplar & umbra sunt necessaria.
Sed nõ negligenter præcereundũ, quod Moysi di
cit oĩsum esse in mõte exemplar cælestiũ. Nam
B quadraginta diebus in mõte Sina perseuerans cũ
dño, uidit sublimã angelicæ puritatis & immor
talitatis uitã, ad cuiꝰ instar humanã in terra cõuer
sationem, inquantũ mortalibus imitari possibile
fuit, instituere iubebat, ut cũ exemplo eorꝝ mutui
in dñi dilectiõe, diuinæ laudationi, unanimi paci,
synceræ castitati, cæterisq; hmõi uirtutibus in ter
ra uacaremus, mereremur & in cælis esse cõsortes
eorꝝ. Exemplar ergo nobis Moyses angelicæ con
uersatiõis, cp in mõte contẽplationis uidit, prece
ptis legalibꝰ oñdit, p quorꝝ obseruantiã & ipsi de
terra æditi, ad consortiũ angelorꝝ in cælis peruc
nire possimus. Exẽplar idẽ nobis uitæ perfectio
ris & beatæ retributiõis in figura tabernaculi &
ministerĩ sacerdotalis & Leuitici præbuit. Vñ (si
cut dictũ ẽ) angelica puritas oĩsa Moysi, fuit exẽ
plar figurarꝝ, cꝙs ipse in tabernaculi cõstructiõe for
mauit, & rursum illæ figuræ fuerũt exẽplar eccle
siasticæ religiõis ac saluatiõis. Et ideo Chr̃us q ꝓi
tas est, in figuris & umbra sacerdotiũ habere nõ
potuit.

Nũc aũt melius sortitus ẽ ministeriũ,
quãto & melioris testamẽti mediator ẽ
q̃d ĩ melioribꝰ re, pmissiõibus sancitũ ẽ

¶ Superius dixit, quia Iesus in terra. i. ĩ terrenis
ac legalibus uictimis sacerdos esse nõ poterat. Et
ita hoc esse res ipsa declarat, quia dñs Iesus nunq̃
sub lege sacerdotiũ habuit. Sed *nũc*. i. tempore gra
tiæ, in hac nouissima ætate, *sortitus est*. i. nõ usurpa
tione præsumpsit, sed dilectione diuinæ gratiæ
accepit gratis à deo patre *melius ministerium* sacerdo
tiũ, quanto & lex eius est melior ueteri lege. Iam à
sacerdotio & sacrificio transit Apostolus ad diffe
rentiam testamentorum, ut ostendat quantum
ueteri præcellat nouum. Ministerium q̃d nunc in

C fine legis sortitus Iesus ẽ, tãto est melius & utilius
ministerio ueterꝝ sacerdotũ, *quanto ipse est mediator
melioris testamenti*. i. nouꝰ legis, hoc ẽ, licut uides te
stamentũ, in quo ipse ẽ mediator, ad uitã æternã
efficacius esse cꝙ uetus, ita uidere potes ministe
riũ eius esse melius cꝙ ueterum sacerdotũ, q patꝝ
subditis suis proficiebant. Moyses fuit mediator
ueteris testamenti, quod à deo accipiens hoibus
tradidit, sicut ipse dixit: Ego sequester & medius *Deut. 5.*
interfui. Sed dñs Iesus noui testamenti mediator
ẽ, quia dedit illud medius inter deũ & hoies, recõ
ciliando nos patri. Quod testamentũ melius ue
teri ẽ, qm̃ meliora præcepta dat, & auxilium grꝰ
quo compleant, ministrat. Nam in ueteri conces
sum fuit propẽ iudæorꝝ imbecillitatẽ ut uir uxo
rem suã dimitteret, si displiceret illi, & inimicum *Deut. 24*
suum odio haberet: in nouo aũt nulla causa nisi p. *Matt. 19*
pter fornicationẽ permittit uxor dimitti, & ini
micos nr̃os præcipimur diligere, & his q nos ode
runt, bñfacere. Vñ patet, qa Chr̃us dedit testamẽ
tum melius ac perfectius, & ad æternã beatitudi
nẽ efficacius. *Quod* testamentũ ẽ sanctum. i. sancti
tum & confirmatũ ut duret, & in quo *est sanctum*:
in melioribus repromissionibus. Ideo uidelicet ratũ &
firmum ẽ magis cꝙ uetus, qa meliora repromittit
complentibus se. Nam in illo terrena promittũr,
in isto cælestia. Præcepta quidẽ utriusq; testamẽ D
ti oĩa fere eadẽ inueniunt. Nam non occides, nõ
mœchaberis, non furaberis, honora patrẽ & ma *Exod. 20.*
trem, & cætera huiusmodi, & nobis præceptũ ẽ. *Mat. 19*
Sacramenta ꝓo non sunt eadem, nec pmissa eadẽ. *Mar. 10.*
Præcepta idcirco sunt eadem, quia scdm hæc deo
seruire debemus. Sacramẽta ideo nõ eadẽ, qa alia
sacramẽta dãt salutẽ. Sacramẽta ueteris promise
rũt saluatorẽ. Promissa quoq; non sunt eadem, qa
ibi terrena promittunt, hic cælestia. Deniq; oĩa
quæ iudæis promissa sunt, ablata fuerunt. Vbi ẽ
em̃ regnum eorum? ubi templum? ubi unctio? ubi
sacerdos? ubi iã apud illos propheta, ex quo uenit
qui per prophetas prædicabat? In illa gẽte iam ni
hil horum est. Vnde patet quia uetus testamentũ
secundum carnales obseruantias & terrenas pro
missiones iam nihil est.

Nã si illud prius culpa uacasset, non
utiq; secũdi locus inquireretur. Vitu
perans em̃ eos, dicit: Ecce dies uenient, *Ier. 31.*
dicit dñs, & cõsummabo sup domũ Isra *Exod. 13*
el & super domum Iuda testamentum *14.*
nouũ, nõ secundũ testamẽtũ q̃d feci pa
tribus eorũ in die, q̃ apprehendi manũ
eorũ, ut educerẽ illos de terra Aegy
pti, qm̃ ipsi nõ permanserunt in testa
mẽto meo, & ego neglexi eos, dicit dñs:
qa hoc ẽ testamẽtũ q̃d disponã domui
Israel, post dies illos dicit dñs, dãdo le
ges meas in mentẽ eorũ, & in corde eo
rũ, supscribã eas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Et ero eis in deũ, & ipsi erũt mihi in populũ. Et nõ docebit unusquisq; proximum suũ, & unusquisq; fratrem suũ, dicẽs: Cognosce dñm, qm̃ omnes sciẽt me a minore usq; ad maiorẽ eor̃, quia propicius ero iniquitatibus eor̃, & peccatorum eorum iam non memorabor.

¶ Probat q̃ testamentum Christi melius est ueteri. *Nam illud prius* non uacat à culpa, hoc uacat. *Si enim uacasset à culpa*, non daretur secundum. Sed datur. Et ita apparet illud fuisse imperfectum, hoc p fectũ. Illud nõ uacauit à culpa. i. non fuit uacuũ à peccato, quia non perfecte mundauit obseruatores suos. Nam quasi ipsam culpam habuit, dũ præciperet sine gr̃a, & præuaricatores faceret. Et dum timore pœnæ, non amore iustitiæ custodiretur, mentes eor̃ nõ iustificauit. Sed in opere quædam criminalia concessit illis propter infirmitatẽ ipsorum uenialia, uelut uxorem dimittere cum displiceret, & si quis seruum suũ uel ancillam suã usq; ad mortem uerberaret, sic tamen, ut duobus aut tribus diebus superuiueret, innocens iudicabat. B Deut. 24 Non ergo uacauit à culpa, id est, non reddidit inculpabiles obseruatores suos, nedũ plene iustificaret eos. Nã si oino uacasset à culpa ut nulla suis cultorib. culpa inesset, sed plene iustificati essent, nõ *inquireret locum*, id est, opportunitas *secundi* testamenti. Et hoc dico, *utique*, id est, in rei ueritate. Iudæis graue erat, ut ad destructionẽ ueteris inquireretur nouum, ideo posuit Apostolus hanc affirmationem ad comprimendam eorum incredulitatem. Inquisiuit autem deus locũ & tempus optimum quo deberet dare secundum, quia sapiẽter omnia disponens antea paulatim quam prius instruxit & educauit atq; promouit, ut postea pfectum daret testamentum. Secundi locus nõ inquireretur, id est, non in omnibus quæ præcesserunt quæreretur, quando posset competenter dari, nisi esset melius. Sed inquiritur. Nam deus per Ieremiam *uituperans eos* qui legi deseruiebant, id est, uitium improperans eis, *dicit*: Ecce, id est, in manifesto est, *dies* ueniũt, id ẽ, paulatim propinquat tempus gratiæ, in quo fideles illustrabũtur multiplici claritate. Et hoc (inq̃t propheta) non dico ex mea autoritate, sed hoc *dicit dñs*, cui non auderis cõtradicere. Ideo præmisit autoritatem, dñi, quia dicturus est de mutatiõe ueteris testamenti, qd audire nolebant Iudæi. Dñs dicit, quia dies ueniunt, id ẽ, luminosum temp9 gr̃æ, & in diebus illis ego *consummabo*, id est, consummans ac pfectum faciens, dabo *testamentũ nouũ*. Ita em̃ consummatum & pfectũ erit in oĩbus præceptis & institutionib9 suis, ut nihil repræhensionis habeat & oẽm iustitiæ pfectionem contineat. Vñ & summum erit, id est, sup oẽs alias scripturas, q̃ suos obseruatores ad culmen summæ pfectiõis proueher, & hoc appellatur nouum, aliud autem uetus. Nã propter ueteris hominis noxam, quæ per literam iubentem & minantem minime sanabatur, dicit illud testamentum uetus: hoc autem nouum, propter nouitatem spiritus quæ hominem nouum sanat à uitio uetustatis. Et hoc testamentum consummabo *super domum Israel & super domum Iuda*, id est, super iudæos qui post Salomonẽ diuisi sunt in duo regna. Nam decem trib9 quæ habitauerunt in Samaria, dicebantur domus Israel, tribus autem Iuda & Beniamin, domus Iuda. Et super istos consummabo testamentum nouum, ut dominet eis & subditos habeat. Vel domus Israel & Iuda, filij Abraæ sunt, de quibus ei dictum est, quia in Isaac uocabitur tibi semen. Non enim qui filij carnis, hi filij Dei, sed filij promissionis deputantur in semẽ. Hæc est domus Israel & domus Iuda, propter Christum qui uenit ex tribu Iuda, dom9 filiorum promissionis. i. non operum propriorũ, sed bũficij dei. Sed & noĩm interpretatio cõgruit, quia Israel dicitur rectissimus dei, uel uir uidens deum, Iuda uero cõfessio, & domus Israel est familia perfectorum, qui sunt domus & habitaculum dei, q̃ summam rectitudinem in operatiõe tenent, & aliqua tenus in contemplatione uident. Domus autẽ Iuda, eorum est, qui confitẽdo peccata sua domum sui pectoris emundãt, ut dei fiat habitaculũ. Et super omnes istos consummatum est nouum testamentum, ut eos omnino subiectos haberet, & sensum ac perfectionem eorum transcenderet. Nullus enim tam perfectus est, qui in hoc testamento non inueniat unde semper proficere possit quandiu uiuit. Nouum (inq̃t) testamẽtum illis dabo, & hoc faciam *non secundũ* illud *testamentũ quod feci cum patribus eorũ*, quia non sequar in eo ritum ueteris, ut carnalia præcipiam & terrena promittã. Ecce, quia prophetizatum est non perseueraturũ illud testamentum, sed futurũ aliud nouum. Nõ tñ secũdm spiritalem sensum, sed secũdm carnalem pdicitur destruendum. Quia uero deus spirituale testamentum fecerat Abraæ & Isaac & Iacob, ideo determinat: Quod feci, inquit, *in die qua apprehendi manũ eorũ, ut educerem eos de terra Aegypti*, id est, in tempore quo eis lucem meæ cognitionis oñdens, apprehendi manum eor̃ de luto, per se surgere non ualentium, sicut nutrix apprehendit manum paruuli, uel qui de fouea per manum attrahit aliquem siue secũ ducit. Ideo sic apprehendi, ut educerem eos de terra Aegypti, id est, de loco seruitutis & afflictionis, unde per se exire nequibant. Totum illud tempus uocat unum diem, ex quo cepit illis in Aegypto per Moysen prouidere & saluti eorum consulere, quousq; in terram promissionis eos induxit. Iure enim totum illud temporis spatium nomine unius diei significat, quia semper illis apparuit, semp cum illis misericorditer egit. Et in parte illius diei legem illis inter cætera beneficia contulit, postquam de manu Pharaonis potenter eos liberauerat. Ideo (inquit) nouum testamentum dabo, nõ iuxta illud quod tunc dedi patribus eor̃, *quoniam ipsi non permanserunt*, id ẽ, non per omnia manserunt *in testamento meo* ueteri, quia etsi carnaliter illud obseruauerũt timore pœnæ, tñ nec spiritaliter intellexerunt, nec ex amore iustitiæ compleuerunt. Vel non permanserunt. i. non

Loc9 obscurus.

C

D

A perseueraverunt, quia fecerunt uitulum in Oreb, & post adorauerunt Beelphegor, ac deinde multis idolis seruierunt. Et quia studiose legem meã
Exod. 13 non seruauerunt, *ego* quoque uicem eis reddens, *neglexi eos*, id est, protectionem & salutem eor̃ nõ curaui, sed pro nihilo uel minimo duxi. Nec indignemini, inquit, si dico neglectos, quia *dominus dixit*. Dum dicit, quia non permanserunt in testamẽto &c. uicit uel superat eos, sicut Apostolus præmiserat, & ostendit quomodo prius testamentum non uacauit à culpa. Vitio enim eor̃ deputat, quod non permanserunt, ne lex culpanda uideatur. Vere nunc dabo testamentum non iuxta illud q̃ dedi patribus eor̃, *quia hoc est testamentũ quod disponam*. i. diuersis gradib9 ordinabo, ut alij in eo relinquãe omnia & sequanẽ me, alij mundanis rebus utanẽ, alij continentes sint, alij coniugati, & unusquisq; sui ordinis formam teneat, hoc disponam *domui Israel*, id est, semini Abraæ, scilicet filijs promissionis, *post dies illos*, id est, non nunc in tempore pfectionis hor̃ hominum, sed post expletionem dier̃ B illor̃, q̃ apud me præscripti & præordinati sunt. Et hoc *dicit dominus*, id est, ille qui omnipotens est, cuius uoluntati nihil est impossibile, & cui omnia seruiunt. Ita disponam hoc testamentum, scilicet *dando leges meas*, uel dabo leges meas, non in tabulis lapideis sicut prius, sed *in mente eorum*, ut ibi scribantur non atramento, sed spiritu sancto, quatenus in intelligentia & in bona uoluntate animi depingan̄. Quoniã illis ex amore iustitiæ & ex uirtutum delectatione testamentum meum compleb̃, & uoluntatem meam in omnibus intelligent, hec uelamen habebunt super faciem cordis. Iudei uero ignorauerunt quæ sibi iniuncta fuerant, atq; timore pœnæ & inuiti semper legem seruauerũt, *& superscribam eas* (scilicet leges) *in corde eorum*. id ẽ, ita ponã, ut quasi scriptæ maneant, id est, nec possint inde auferri, sed intelligentia & uoluntate eorum perdurent, & quasi superfint & dominentur eis. Sed quæ sunt istæ leges ab ipso deo scriptæ in cordibus, nisi ipsa præsentia spiritus sancti, qui est digitus dei, quo præsente diffunditur charitas in
Rom. 5 cordib9 nr̃is, q̃ plenitudo legis est & finis præcepti? Nam quia ueteris testamenti promissa terrena sunt & exteriora, nunc ipsius cordis bonũ promittitur, mentis bonum, spiritus bonum, id est, intelligibile bonum, cum dicitur, dabo leges meas in mente &c. Vnde significauit eos non forinsecus terrentem legem formidaturos, sed intrinsecus habẽtes, ipsam legis iustitiam dilecturos. Deinde addidit & mercedem. *Et ero eis in deum. & ipsi*
Ps. 72. *erunt mihi in populum*: hoc ẽ, quod alius propheta dicit, Mihi autem adhærere Deo bonum est. Quid hoc bono melius, quid hac felicitate felicius, uiuere deo, uiuere de deo, apud quem est fons uitæ, & in cuius lumine uidebimus lumẽ, ut in eo sit meres, in eo finis, in eo perfectio felicitatis? Vnde cõtinuo subiecit. *Et non docebit unusquisq; proximũ* &c. Ibi enim nõ erit necesse ut alter doceat alterum, q̃ nullus ibi erit ignorans, sed omnes ipsum fontem scientiæ deum uidebunt. Tunc uidelicet nõ per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem uidebunt eum, sicuti est in ipsa pulchra specie substantiæ suæ, & in ipso omne bonum omnemq; iu- C
1 Cor. 13 cunditatem possidebunt. Ita ergo perfecte sapien- 1 Ioha. 3
tes erunt tunc omnes, quod iã non docebit unusquisque proximum suum quem amat, *& unusquisq; fratrem suum*, quem plus diligit, *dicens*, ei: *Cognosce dominum*. Quare non dicet alter alteri ut cognoscat dñm? Quia nullus ignorabit eũ, nec opus erit doctore. *quoniam omnes scient me a minore usq; ad maiorem eorum*. i. nec maior nec minor eorũ ignorabit. Minores & maiores dicit, quia ibi unusquisque sanctorum iuxta mensuram meriti sui maior aut minor æstimabitur. Stella enim à stella differt in claritate. Siue minores, tempore posteriores; maiores autem, tempore priores intelligi uoluit. Simul uidelicet promissam dei cõtemplationem accepturi sunt omnes, & ideo uelut priores reperiũt minores, quia minus dilati sunt, sicut in euangelico denario per similitudinem declaratur, quẽ prius acceperunt, qui posterius uenerunt ad uineam. Vnde nũc nequaquam dicitur, à maiore usq; ad minorem: sed à minore usq; ad maiorem omD nes scient mẽ. Hæc ita q̃ differentia est ueteris ac noui testamenti, quod illud in lapide, hoc in corde scribitur; ibi merces terra est, hic uisio dei. Inter
Matt. 10 quem & homines nulla nisi peccata nos separãt, q̃ non nisi per eandem gratiam dimittuntur. Vnde cum dixisset, quia omnes scient me à minore usq; ad maiorem eorum, mox addidit, *quia propicius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor*. Quasi diceret: Vere cognoscent me manifesta uisione, quia remouebo parietem qui inter me & ipsos erat, & eos à facie mea separabat. Quia propicius ero iniquitatibus eorum, id est, p donum gratiæ meæ misericorditer dimittam eis omnia, quæ inique, id est, non æque egerunt contra proximos, & peccatorum quæ in seipsis sine proximorum offensiõe commiserunt, iam amplius memor non ero; quia nec improperabo illis, nec propter hæc puniam illos, nec uiliores habebo. Potest & in hac uita intelligi propiciatio ista, uelut si dicat: Ideo ad tantam gloriam in futuro perueniens, & regna cælorum intrantes ad cõspectum meæ maiestatis eleuabuntur, quia dum hic adhuc uixerint, propicius ero iniquitatibus eor̃, per noui testamenti gratiam delẽs illas: & peccatorum eorum, quia iam tempus est expiationis, nõ memorabor.

Dicendo autem nouũ, ueterauit prius. Quod autem antiquat̃ & senescit, prope interitum est.

¶ Deus dixit q̃ consummabo super domum Israel testamentum nouum. Sed *dicendo nouum*, id est, in eo quod dixit nouum, *ueterauit prius*, id est, uetus esse docuit sic finiendum. Nõ enim dixit nouum, nisi respectu ueteris. Vel ueterauit prius. i. uetus factũ est, & quadam senectute debilitatũ, & hoc à tempore Ieremiæ, quo spiritus sanctus dixit nouum se daturum, prius ueterauit. Sed *quod*

Universidad de Deusto
Biblioteca

A antiquatur, id ē, quicquid antiquum iam incipit fieri in rebus inanimatis, & *senescit*, id ē, senectutem habere incipit in rebus animatis, *prope interitum est*. i. modicū iam distat à morte. Antiquitas em & senectus prænunciant mortē. Quod uideri potest in omnibus animatis & inanimatis. Nam cum antiquantur & senescunt, uicina sunt morti. Sed prius testamentum iā antiquabatur, dum Ieremias in promissione gratiæ nominaret aliud nouū sicq; iam prope interitū erat. Cum ergo Christus, longo post tempore ueniret, necesse fuit ut illud iuxta carnales obseruantias interiret, quod tanto añ morti propinquabat.

CAPVT IX.

HAbuit quidem & prius iustificationes culturę, & sanctum seculare. Tabernaculum em̄ factū est primū, *Exod. 25 37.* in q̄ erant candelabra & mensa & propositio panū, quæ dicitur sancta. Post uelamentum aūt secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, B aureū habens thuribulum & arcā testamenti, circuntectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna, & *Num. 17.* uirga Aaron quę frondu erat, & tabulæ testamenti. superq; eam erant Cherubin gloriæ, obumbrantia propiciatorium, de quibus non est modo dicēdum p̄ singula. His uero ita cōpositis, in priori quidē tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummātes. In secundo aūt semel in anno solus pontifex nō sine sanguine, quē offerret pro sua & populi ignorantia: hoc significante spū sancto, nōdum propalatā esse sanctorū uiā, adhuc priore tabernaculo habente statū. Quæ parabola ē temporis instātis, iuxta quā munera & hostiæ offeruntur, quæ nō possunt iuxta conscientiā pfectū facere seruientē solūmodo in cibis, & in potibus, & in uarijs baptismatibus & iustitijs carnis, usque ad tempus correctionis impositis.

¶ Diximus ḡa prius testamentū ueterauit & uetustare defecit, ut nouū surgeret, in quo daretur iustitia, quod & res ipsa indicat, nec pōt negari. Nam & illud *prius habuit quidem* olim *iustificationes culturæ*, sed mō nō habet. *habuit & sanctum seculare*. i. tabernaculū uel templū quo nunc caret. Vnde manifestum ē, ipsum testamentum senio defecisse. Vel ita pōt cōtinuari. Nouum testamentū qđ in corde scribit, perfecte iustificat. Sed & prius testamentum aliquam dedit iustitiā, ḡa quondā habuit quidē & ipsum iustificatiōes culturæ. i. iustificauit in aliquibus cultores suos, dū manus eorū à perpetratiōe peccati retraheret, & aliqua bona operari faceret, sed cōscientiam intrinsecus nunq̄ iustificare potuit. Et habuit sanctum. i. sanctuarium. Quod ideo sanctum dicebat, quia ad honorē dei consecratum erat. Sed fuit seculare. i. de rebus secularibus & transitorijs. Aurum em̄ & argentū, lapides precioſi & ligna & cætera, de quibus factū est illud sanctuariū, res sunt ad seculum pertinentes, & cū seculo transeuntes, nullamq; stabilitatē in se continentes, & hæc oīa uetus testamentum habuit: sed nunc (sicut diximus) nihil horū habet. Nā dum dicitur, habuit quidē, subintelligitur, sed nunc non habet, hoc em̄ innuit, illud quidē. Nam & tabernaculo & templo caret, & iustificare iam suos cultores nō ualet, sed magis à iustitia repellere & peccatores facere. *Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra & mensa, & propositio panum, quæ dicitur sancta.* Nunc exponit illud sanctum seculare. Vere prius testamentū habuit sanctum seculare. Nā tabernaculum factū est primū *Exod. 25* &c. Primum tabernaculum dicitur respectu secūdi. Nam primum & secundum fecit Moyses, iubente & describente dño, sed tū utrunq; fuit unū tabernaculum, sed diuidebat uelo quodā medio. habebat em̄ hoc tabernaculū triginta cubitos lōgitudinis, decē latitudinis, & decem altitudinis, tectum habens æquale per totum, sicut in Aegypto & Palæstina mos ē ædificare domos. Sed in medio dependebat uelū, quo sanctuariū & sanctuarij sanctuaria diuidebanē, ita positum, ut uiginti quidē cubiti lōgitudinis ad priorem domū, decem uero pertinerent ad secundā. Et ita quod nunc dicit Apostolus primum tabernaculum, habebat uiginti cubitos longitudinis & decem latitudinis, secundū ꝙo decē cubitos longitudinis & decē latitudinis. In primo tabernaculo erat in parte australi candelabrū habens septem ramos, qui nunc ab Apostolo candelabra uocātur, & in parte septentrionali stabat mensa, super quam erant duodecim panes propositionis, & añ fores ipsius tabernaculi positum erat foris altare holocausti. Quod tabernaculum cū his quæ in ipso erant, dicitur sancta. i. tabernaculum illud & quæ in eo erant, dicebantur sancta, quia ad orationē & ad cultum dei & laudem consecrata erant. Sed *post uelamentum*. i. post uelū qđ in medio pēdebat, erat *secundū tabernaculū*, qđ dicit: *Sancta sanctorū*. i. ipsum tabernaculū cū his quæ in illo erant, uocabatur sancta sanctorū, id ē, à deo sancta, ut quæ in primo tabernaculo erant, respectu eorū non uiderentur sancta. Et illud secundū tabernaculum habebat *aureum thuribulum*, in quo summus pontifex adolebat incensum pro salute populi. habebat & *arcam testamenti*. i. quæ continebat testamentum, id est, decem præcepta legis, *circuntectam auro*, & ita

A quod *ex omni parte*, id est, ab exteriori & interiori parte: quia non solum exterius, sed & interius deaurata erat per omnia. *In qua*. s. arca erat *urna aurea habens manna*, quoniam Aaron in tabernaculo posuisse legitur uas plenum manna, ut qui nasciturі erant, possent nosse cibum, *Num. 17* quo patres eorū quadraginta annis in deserto pasti fuerant. & in eadem arca erat *uirga Aaron quæ fronduerat*. Cum enim Aaron minus æstimaretur dignus sacerdotio, & nōnulli de alijs tribubus uiderentur digniores, suscepit Moyses iubēte deo duodecim uirgas à singulis tribubus, & posuit in tabernaculo. Et altero die regressus, inuenit uirgam Aaron in tribu Leui floruisse & fructum fecisse. Quo miraculo probatus est Aaron dignus sacerdotio, & reseruata ē diligenter illa uirga in tabernaculo. Sed & duæ *tabulæ testamenti*, in quibus decem præcepta legis scripta erāt, cōtinebantur in illa arca, quoniam ipse Moyses eas ibi posuerat. Et *super eam* erant duo *Cherubim gloriæ*. i. glorioſe decorata, *obumbrantia* suis alis expāsis *propiciatorium*, quod erat sup eandem arcam, id ē, quandam auream tabulam tantæ longitudinis ac latitudinis, quantæ erat & arca. Sup quam tabulam quę propiciatorium uocabatur, hinc & inde stabant illa duo Cherubim B ad ipsum ꝓpiciatorium inclinata, & sese inuicem aspicientia. Quæ tabula ideo propiciatorium dicebatur, quia desuper eam deus loquebatur Moysi uel pontifici, propicius & annuncians bonitatem suæ uoluntatis. De *ꝙbus omnibus non est modo* in hac epistola *dicendum* p̄ *singla*, quia prolixum esset disserere de singulis: & hæc quę diximus, intentioni sufficiunt, q̄m per ista patebit quod & alia sint ad allegoriam accipienda, nec in hoc tempore tenenda. Nōnullis autem usum est pro magnitudine sacramentorum, q̄d omne tempus uitæ p̄sentis ad hæc explananda idoneum neget Apostolus. Quod si uerum est, qūo nos tantilli hæc exponere nalebimus? Aliqua tamē de his breuiter dicere tentemus. Primum tabernaculum atq; secundum, ecclesiam p̄sentem atq; futuram significauit. Ipsa em̄ ecclesia partim adhuc peregrinatur in terris, partim iam regnat in cælis. Pars eius q̄ peregrinatur, figurata est (ut diximus) ꝓ primum tabernaculum: pars autem q̄ regnat, ꝓ secundum. Velum quod interpositum diuidebat primū tabernacum à secundo, cælum designauit, quod nos in terris laborantes adhuc sua interpositione separat à regno quiescentium sanctorum. Primū tabernaculum habebat (ut diximus) uiginti cubitos longitudinis & decem latitudinis, rursumq; decem *Matt. 20* altitudinis. Decem cubiti latitudinis, significāt dilatationem fidelium in p̄ceptis dei q̄ per decalogum legis designari solent. Viginti cubiti lōgitudinis, per feuerantiam eiusdem bonæ operationis per auxilium geminæ dilectionis. nam propter ipsam bonam dilectionem, quæ sola bene operari facit, duplicat denarius numerus, ut ad uigesimum perueniat. ḡa nemo sine charitate ualet in obseruantia mandatorū dei perseuerare. Decem uero cubiti altitudinis, signauerunt expectationē supernæ beatitudinis, id est, denarij quē accepisse leguntur, qui in uinea laborauerunt. In hoc tabernaculo erant candelabra aurea. Candelabra pluraliter ponit, quia licet unum esset, habebat tamen brachia septem. Erat enim in medio eius hastile, à quo procedebant brachia tria à dextera parte, & tria à sinistra. Primum tabernaculum (ut diximus) p̄sens est ecclesia, in qua militatur deo, & sacrificium bonæ actionis offertur, antequam ueniatur ad cælum. In qua est candelabrum, id est, Chr̄s, fulgens lumine diuinitatis in medio fidelium, q̄ & ipsi caudelabra aurea sunt, quia sapientia lucent, quę p̄ aurum designatur, & claritate bonorum operum. Ipse Christus est medius stipes, qui portat tria brachia à dextris & tria à sinistris: quia ipse est uera uitis, ex qua procedunt fructuosi palmites. Ipse est origo & concordia & caput omnium iustorum, qui sibi sanctos ueteris ac noui test amēti hinc & inde facit adhærere. Omnes em̄ ab hoc fundamento cōsurgunt, & à tanto principe ac medio bono & cōmuni omnium lumine gubernanē. Nam tria brachia de sinistra parte tres uiri sunt Noe, Daniel & Iob, id est, tres ordines fidelium in ueteri testamēto, scilicet rectorū, continentium & coniugatorum. Nam per Noe q̄ rexit inundis arcam, figura *Gen. 7. 8* ri sunt rectores: per Danielem, cuius mira legitur abstinentia, abstinentes & continentes: p̄ Iob, qui uxorem & *Danie. 1. Iob. 1. 42* filios habuit, coniugati. Similiter & alia tria de parte dextra, sunt electi discipuli Petrus & Iohānes & Iacobus, qui uiderunt gloriam transfigurati in monte, id est, tres D ordines sanctorum, q̄ gloriam eius in cælesti regno uisuri sunt: hoc est, rectorum, continentium & coniugatorum. Qui dextri, id est, digniores sunt tempore gratiæ, quàm illi q̄ ante gratiam fuerunt, & ideo sinistri, id est, minus digni sunt. Petrus uidelicet rectores ecclesiæ signauit, Iohānes autem cælibes, & Iacobus reliquos, id est, coniugijs utentes. Et hi omnes uel doctrina uel exemplis bonorum operum lucent, & cæteris lumen suum spargunt. Ima pars brachiorum de hastili procedētium, erat quasi calami aurei, post scyphi, inde sphæræ, tandem in summitate quasi lilia. Calami sunt sancti, qui *Exod. 25* in humido fontis sapientiæ diuinæ nutriti sunt, & concaui ad emittendum dulcem sonum in aures populi eorum, & resonantes laudem dei, ac dicentes: Immisit in os *Psal. 36.* meum canticum nouum, carmen deo nostro. Ipsi sunt scyphi, dum alijs unum scientiæ quo pleni sunt propinant, ut eos spiritaliter inebrient, & desiderio supernæ beatitudinis calefaciant, inde sphæræ, id ē, rotundi & perfecti aculobiles. Sphæra enim ex omni parte uoluitur, quia mētes electorum nec ullis aduersitatibus seculi retineri, nec prosperitatibus possunt corrumpi, quin in omnibus quę occurrunt, ad deum per sancta desideria proficiscantur. Sicq; tandem perueniunt ad lilia, id ē, ad supernam patriam, quę floribus uernat æternis, hoc est, animabus sanctis & omni amœnitate. Hæc & huiusmodi sunt candelabra, quæ nunc Apostolus in nostræ ecclesiæ tabernaculo designat esse. Erat & mensa de lignis Sethim facta, & auro purissimo inaurata, & super eam duodecim panes deo propositi, q̄ erant de similа: & habebant sup se thus lucidissimum, ac per singula sabbata mutabantur, & erant Aaron & filiorū eius, ut comederent eos in loco sancto. Mensa de ligni Sethim facta, scriptura est diuina, de fortibus sanctorum patrum uerbis actibus q̄ compacta. Quę dū nobis q̄ sint æternę beatitudinis gaudia, & quomodo ad hęc perueniatur ostendit, cibum profecto nobis saluris ac uitæ suggerit. Quæ & inaurata est auro purissimo, quia sapientiæ cælestis sensu clara refulget. Duodecim panes in ea, sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

A duodecim apostoli & eorum uicarij. Qui recte uocantur panes propositionis, qa ut mentes fidelium alimonia uerbi cælestis reficiant, in propatulo semper sunt parati. Et bene ijdem panes nõ de qualibet forma, sed de similа fiebant: quia quicunque alijs uerbum uitæ ministrant, primo ipsos necesse est uirtutum frugibus operam dare, quatenus ea q̃ prædicando admoneant, etiam faciendo cõmendent. Quod autem super eos thus lucidissimum ponebatur, uirtutem purę orationis designat, qua ijdem doctores ministrant ministerium suæ prędicationis, simul & deuotionem operis domino cõmendant.

Qui bene per singula sabbata mutabantur. Panes enim qui per sex dies operandi in mensa dei mauserant sabbato, nobis mutantur, cum doctores sanctæ ecclesiæ qui completo tẽpore sui sancti laboris, æterna in cælis quiete remunerantur, & alios post se in idem opus laborandi in uerbo, sub eiusdẽ spe retributiõis relinquunt. Sicq; fit ut mensa dei nunquam panis inops remaneat: sed netribus sublatis, mox noui panes substituantur. Comedebat aũt Aaron cum filijs suis panes q de illa mensa fu-
Coloſ. 2. erant sublati, qua summus pontifex noster Christus rapros de hac uita suos electos in augmentũ corporis sui, quod est in cęlis, id est, summæ illius electorum multitudinis introducit. Mensa stabat in parte aquilonis, can-
B delabrum aũt in parte australi. Et per aquilonem frigus infidelitatis uel malitię potest intelligi, per austrum uero feruor charitatis & sanctæ deuotionis. Congruũ ergo fuit ut à parte aquilonis mensa staret: qa ne malitia tentationum à sinistra parte ueniens nos imbecilles inueniat ac superet, necesse ẽ ut pane cælestis doctrinæ pascamur & confortemur. Si aũt charitatis studio feruentes ad dexteram partem, id est, ad uirtutum exercitia transferimus, tunc candelabri luminibus illustrabimur, id est, lucidissimis sanctorum exemplis & dictis illuminabimur, ut omnia q̃ recte agenda sunt uideamus. Hęc de primo tabernaculo breuiter attigimus. Secundum uero tabernaculum supernam Ierusalem designans, habebat decem cubitos longitudinis, & decem latitudinis, & similiter decem altitudinis. Vnde & Iohãnes in Apocalypsi de eadem cęlesti Ierusalem dicit: Ciuitas in quadro posita est. Longitudo eius tanta est, quãta est latitudo, ha-
Apoc. 21 bet em̃ tam in longum q̃ in latum, uel etiam in altum decem cubitos, id est, euangelicum denarium perfectę beatitudinis: quia & in latitudine fraternæ charitatis, & in longitudine uitæ perennis, & in altitudine diuinæ contemplationis beatitudinem possidet: Et illa cælestis inhabitatio recte dicitur Sancta sanctorum, quia nihil ibi fit aut cogitatur, unde deus offendatur: sed sola ibi q̃ deo placent, aguntur. Tanta ẽ uidelicet illa beatitudo, ut nec possit nec uelit ibi quisquã peccare. Inter duo tabernacula positum erat uelum, q̃ sanctuaria & sanctuarij sanctuaria diuidebantur: qm̃ sancta ecclesia quæ ex angelis & hoibus constans adhuc peregrinatur partim in infimis, partim iam in æterna patria regnat in supnis, adhuc ciues suos, dirimente uelo cæli, habet adinucem segregatos. In his Sãctis sanctorum est aureum thuribulum, id est, preciosa humanitas Chri, immunis ab omni peccato, & perfectissimam sanctitatem habens: quę igne passionis impleta, suauissimum de se p̃ nobis emisit odorem deo, & nunc eiusdem passionis assidua rememoratio-
C ne semp interpellat pro nobis, & tale incensum offerre non cessat, quasi dicens: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Idem mediator dei & hoim, Psal. 34 qui solus paternorum est conscius arcanorum, p arcam testamenti designatur. Nam & nouum testamentum ipse p seipsum dedit, & uetus quãdiu uoluit, clausum tenuit: & quãdo sibi placuit, intelligentiã eius de arcano secretorum suorum edidit. Et hæc arca est in sanctis sanctorum, quia ipse saluator in q̃ sunt omnes thesauri sapientię & scientiæ absconditi, post resurrectionem suam ascendit super oẽs cælos, & sedet ad dexteram patris. De
Coloſ. 2. constructione huius arcæ legitur in Exodo: Arcam de lignis sethim compingite, cuius lõgitudo habeat duos & Exod. 25 semis cubitos, latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitũ similiter ac semissem, & deaurabis eam auro mundissimo intus & foris. Ligna sethim dicuntur esse leuis & imputribilis naturæ, nõ multum à qualitate albæ spinę distantia. Arca ergo de lignis sethim facta est, quia corpus dñicum ex membris constabat omni uitiorum labe carentibus. Et hæc ligna sunt spinis similima, quia etsi non in carne peccati, tamen in similitudine carnis peccati uenit. Longitudo arcæ, longanimis patientia eiusdam redemptoris est, qua inter homines cõuersatus est. Quæ duorum cubitorum fuit, propter doctrinam & operationem qbus ipse refulgebat. Semis, id ẽ, dimidius cubitus,
D qui superadditur, traditatem humanæ fragilitatis discipulorum insinuat, q̃ sublimia eius dicta uel opera necdum (prout dignum erat) capere ualebat, quam & ipse longanimiter ferebat. Latitudo arcæ, amplitudo charitatis est, qua nos Chs dilexit. Quæ in ipso capite nostro cubitum integrum habuit, quia perfecta fuit, & elec- Iohã. 17. tos suos uiuificare studuit, dicens: Vt omnes unum sint, sicut tu pater in me & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint. Dimidios uero cubitus imperfectionẽ nostram designat, q necdum in hac uita positi perfecte diligere deum sufficimus, uel dilectionẽ quam ergo nos habet comprehendere. Altitudo spes erat futuræ sublimitatis, qua ipse uel seipsum post passionem glorificandum uel suos se glorificaturum esse præuidit. Habebat arca plenum cubitum in altitudine, quia dñs etiam corruptibili adhuc conuersans in carne, plenissime nouerat quanta uel sibimetipsi, uel membris suis (quæ nos sumus) esset gloria conseruata in futuro. Habebat & dimidium cubitum altitudinis, quia nostræ quoq; paruitatis deuotionem libenter in suo corpore suscipit, qui pia quidem intentione futuram beatitudinem diligimus: sed necdum perfecte quæ sit eius felicitas, capere ualemus. Arca intus & foris auro mundissimo deaurata est, quia assumpta à filio humana natura & intus uirtute spiritus sancti plena erat, & foris hominibus aperte spiritus sancti opera præmonstrabat. Hoc est quod Apostolus eã asserit circunfectam ex omni parte auro, qa in cogitatione & sermone & opere eiusdẽ redemptoris nostri, non nisi pura ueritas & sapientia apparuit. Vrna uero aurea in arca habens manna, anima est sancta in Chro, habens in se omnem plenitudinem diuinitatis, qua pascuntur angeli, qua & patres uixerunt in deserto, sicut scriptum est: Panem angelorum manducauit homo. Virga Aaron quæ exciſa fronduerat, potestas est inuicta sacerdotij illius, de qua

A dicit propheta: Virga æquitatis, uirga regni tui. Quæ postquam ad tempus per mortẽ uisa est succisa, illuescente mane resurrectionis, uiuacius reflоruisse inuenta est ac perpetuo inuiolabilis atq; immarcessabilis permansura esse innotuit. Nam sicut supra diximus, cum nec Aaron sacerdotium qui de tribu Leui fuerat, nec digna tribus quæ offerret holocausta, crederetur, duodecim uirgæ iuxta duodecim tribus in tabernaculo poni præce-
Num. 17. pti sunt. Et ecce uirga Leui uiruit, & quid uirtutis munere Aaron haberet, ostendit. Quo uidelicet signo quid innuitur, nisi quod omnes qui usque ad finem mundi iacemus in morte, quasi uirgæ reliquæ in ariditate remaneamus? Sed cunctis uirgis in ariditate remanentibus, uirga Leui ad florem redijt: quia corpus domini, ueri scilicet sacerdotis nostri, in mortis ariditate positum, in florem resurrectionis erupit. Quo flore Aaron recte sacerdos esse cognoscitur, quia hac resurrectionis
B gloria redemptor noster, qui de tribu Leui ac Iuda ortus est, intercessor pro nobis esse mõstratur. Itaque uirga Aaron, ut præmisimus, sacerdotalis potestas Chri est. Tabulæ uero testamenti in arca oẽm in Christo scientiam paternorũ secretorũ & potentiam iudiciorum designant. In tabulis nanque testamenti & fides erat scripta æternæ diuinitatis, quæ mundum creasset ac regeret, & mandata quibus Deo seruire oporteret, & eiscretio iudicij qua ipse odientes se iure condemnaret, & diligẽtes se misericordia digna remuneraret. Sed cũ alia scripturæ diuinæ sententia nobis ad mentem reducitur, ex his Apostoli uerbis quæstio ualde grauis oritur. In tertio nanque regum uolumine,
3. Reg. 8 dum Salomon templum dedicaret, referẽ quod in arca non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ, q̃s posuerat in ea Moyses. Quomodo ergo uerũ est, esse uel fuisse in ea non solum tabulas, sed & urnã cum manna & uirgam Aaron? Cum ego de hac re quosdam interrogassem qui uidebantur periti, responderunt mihi post illa dedicationis tempora, uirgam & urnã in arca fuisse positas, sed tamen nec scripturarum sanctarum autoritate, nec
2. Par. 35 ullius historiæ ratiõe ualuerunt hoc astruere. Videtur tamen huic intellectui non inconuenienter opitulari, quod rex Iosias in Paralipomenon reperiẽ dixisse Leuitis: Ponite arcam in sanctuario templi quod ædificauit Salomõ filius Dauid, rex Israel, nequaquam enim eam ultra portabitis. Manifeste enim in his uerbis significat, quod post templi dedicationem educta sit arca de sanctuario, & à Leuitis & à sacerdotibus portata. Et tunc fortassis in eam sunt missæ uirga & urna. Nã in libris Moysi legimus eas in tabernaculo fuisse positas, non tamen in arca sicut tabulas. Ait enim
Deut. 10 Moyses in Deuteronomio: Posui tabulas in arca quam feceram, quæ hucusq; ibi sunt, sicut præcepit mihi dominꝰ. Et in Exodo ad Aarõ: Sume uas unũ, & mitte ibi manna quãtum potest capere gomor, & repone corã domino ad seruãdum in generatiões uestras. Et dominus ad Moysen in libro Numerorum: Refer uirgam Aaron in tabernaculum testimonij, ut seruetur ibi. Et fortasse quia
C iuxta arcam in sanctuario positæ erant uirga & urna, ideirco dicit eas Apostolus in arca fuisse, locũ pro loco ponens, sicut Euangelista cũ dicit, Ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Qđ Iohã. 10. enim dixerat in templo, exposuit addẽdo, in porticu Salomonis, ostendens se porticum illam uocasse templum, quoniam adhærebat templo. Sic & Apostolus locum qui erat arcæ contiguus, habens urnam & uirgam, potuit eodem modo locutionis arcam nominare. Rursus, ordo beatorũ spirituum, in quo deus specialiter sedet, chronus appellatur, & tamen Psalmista precatur, Qui sedes Psal. 79.
super Cherubin, manifestare corã Ephraim, Benjamin, & Manasse. Dum enim in agminum distinctionibus ordo sanctorum Cherubin iungitur chronis, sedere etiam super Cherubin deus ex uicini agminis æqualitate perhibetur. Sic & in arca potest dici fuisse propter loci uicinitatem, quod erat iuxta arcam. Nam & nos frequãter huiusmodi locutionibus utimur, ut rem pro alia re uicina, uel locum pro loco nominemus. Ita & Apostolus locum arcæ proximum, pro arca nunc posuisse non inconuenienter accipitur: quia & ad spiri-
D talem sensum magis aspiciebat, intelligens per arcam Christum, in quo spiritaliter sunt (ut dictum ẽ) tabulæ testamenti & uirga Aaron & urna cum manna. Hanc quæstionem qui melius poterit, soluat: qui uero melius eam soluere nequiuerit, solutionem quæ ex nostris duabus præmissis probabilior fuerit, tenere non dedignetur. Super arcam autem erat propiciatorium, quod & oraculum uocatur. Quod uidelicet propiciatorium non aliud quàm eundem saluatorem, sed specialius in eo uiscera pietatis designat, de quo dicit Apostolus:
Quem proposuit deus propiciationem per fidem Roma. 3
in sanguine ipsius. Nam & ideo supponitur, quia superexaltat misericordia iudicium. Vnde & Psalmista: Suauis (inquit) dominus, & miserationes Iacob. 2.
eius super omnia opera eius. De Cherubin uero Psal. 144
propiciatorium obumbrantibus, dictum ẽ Moysi: Duos quoq; Cherubin aureos & productiles faExod. 25
cies ex utraq; parte oraculi. Cherub unus sit in latere uno, & alter in altero, utrunq; latus propiciatorij tegãt expandentes alas & operientes oraculum, respiciantiq; se mutuo uersis uultibus in propiciatorium, quo operienda est arca, in qua pones testimonium quod dabo tibi. Inde præcipiam & loquar ad te, supra propiciatorium scilicet, ac de medio duorum Cherubin qui erunt super arcam testimonij, cuncta quæ mandabo per te filijs Israel. Cherubin specialis ordo est angelicarum uirtutum, sed tamen generaliter omnes sancti angeli nonnunquam, sicut & nunc, designantur hoc nomine. Et quidem numero singulari Cherub, plurali autem Cherubim dicitur. & est nomen generis masculini. Sed græca consuetudo neutri generis Cherubin facit, m litera in n mutata. Vnde nunc Apostolus dicit iuxtu Græcos, Cherubin

Universidad de Deusto
Biblioteca

A glorię obumbrantia propiciatorium, nõ obumbrantes, cum apud Moysen legamus, duos Cherubim aureos, non duos Cherubin aurea. Interpretatur autẽ Cherubim uel Cherubin scientiæ multitudo, quia spũs angelici tanto multipliciore scientia replentur, quanto puriorib⁹ radijs diuinarum illustrationũ assidue illuminantur. Qui sunt duo, ut consortium angelicæ charitatis significent, quia charitas maxime inter duos habetur: auret, quia utrutes angelorum summæ claritatis gĩa fulgent: productiles, quia beatitudo eorum in æternum producitur, id est, prolongatur, iuxta quem productionis sensum & de
Psal.131 regno Chri dicitur: Illic producam cornu Dauid. Qui stant in utroq; latere, quia per illorum ministeria propheræ præscierunt, q̃ pastores postea per eosdẽ angelos
Lucæ. 2. facta cognouerunt: & utrunq; latus ꝓpiciatorij tegunt, quia in utroq; testamento multa secretorum cælestium mortalibus occultantur, quæ illi intelligunt. Quod cum alijs figurauit Moyses, ut in alto sedem habere angeli & quasi leui uolatu ubiq; discurrere posse signentur, neq; ullam habere tarditatem, quin cõfestim ubicunq; uoluerint adsint. Expandunt ergo alas & propiciatorium tegunt, quoniam angeli omnẽ suæ naturæ potentiam, qua in altis habitare, & cuncta supernę illius patriæ loca leui ac læto itinere penetrare meruerunt, in obsequium sui conditoris offerunt. Ac uelut propiciatorium contuen-
B tes obumbrant .i. honorant uelando: quia totum quem habent statum perpetuæ felicitatis, eius gratiæ deputant, à quo, ut nihil malii uelle possent, acceperunt. Respiciuntq; se mutuo uersis uultibus in propiciatorium, qa in glorificatione diuinæ uisionis sibimet alterutrum consonant. Sic aũt sunt Cherubim supra propiciatorium positi, quomodo ciuitas Christi, id est, sancta ecclesia super montem, id est, super Iesum Christum esse constituta
Matt. 5. Apoc. 21 dicitur: non ꝙd altior illo esse possit ciuitas sua, sed quod eius subsidio sustẽtata proficiat. Supra propiciatorium ac de medio duorum Cherubim deus loqui cõsueuit: quia
1. Ioh. 2. per Chrm, qui est propiciatio pro peccatis nostris, & cui ante aduentum & post aduentum suum quasi hinc & inde semper assistunt angeli ad obsequium parati, deus pater humano generi uoluntatem suam clementer manifestare dignatus est. Nam scdm humanitatem Christi deus pater super eum est, non secundum diuinitatem eius, in qua ipse est æqualis patri. Ob hoc autem propiciatorium illud uocabatur oraculum, quia deus ibi loquebatur. Hęc erant intra Sancta sanctorum, post illa quæ in priori sanctuario erant, de quibus (inquit) non est modo dicendum ita prolixe, ut per singula quæque noster sermo transeat differendo. Vel in prȩsenti uita non est dicendum, id est, non potest profunditas istorum mysteriorum aperiri per singula. De singulis quæ ibi erant uel fiebant, non est nunc dicendum. *His uero* duobus tabernaculis *ita* (ut breuiter indicauimus) *compositis*, id est, copulatis, dicẽdum est ꝙd *in priori quidem tabernaculo semp.* id est, quotidie uel assidue *introibant sacerdotes, consummantes .i.* complentes *officia sacrificiorum*. Istę erant iustificationes culturæ, quas supradixi habuisse uetus testamentum. In priori quidem omnes sacerdotes intrabant, quotiescunq; uolebant. *In secundo autem solus pontifex* intrabat, & hoc *semel in anno*, & *non* intrabat *sine sanguine*, sed secum portabat sanguinem, *quem offerret pro* C *suæ & populi ignorantia*, id est, pro peccatis q̃ ignoranter egerunt tam ipse q̃ populus. Quod autem in priore tabernaculo quotidie p annum introibant cũ sacrificijs sacerdotes, significant qa in præsenti ecclesia sancti domino sine intermissione famulãtes, quotidianos suę fragilitatis errores, sine qbus esse in hac uita nullatenus possunt, quotidianis bonorũ operum uictimis, quotidianis lachrymarũ suarum libaminibus, quasi ueri sacerdotes expiant. Summus uero pontifex q̃ semel in anno sancta sanctorum cũ sanguine uictimarum ingrediebat, Chrm designauit, qui semel in plenitudine tẽporis oblatus ꝓ peccatis nostris, ipse sacerdos & hostia p proprium sanguinem in ipsum cælũ intrauit, id est, in uera sancta sanctorum, ut appareat nũc uultui dei pro nobis. Et ꝓ sua, id est, ꝓ suorum prælatorum & uniuersi populi sui ignoratia offert intus sanguinem, q̃ foris effusus est, id est, repręsentat in cælo patri memoriam passiõis, quam in hoc seculo ptulit. Annus uero figuraliter indicare põt omne tempus ab incarnatione eiusdem saluatoris usq; ad finem seculi. De quo anno ipse p Isaiam dixit: Vt prædicarem annũ placabilem domino. Ignorantia aũt quodlibet peccatum uocari potest, quia excæcat cor & errare facit hominem, dum peccati delectationẽ placere suadet. Quod uero singulis annis iterabatur ingressus pon
D tificis in sancta, significabat non uenisse adhuc pfectionem. Solus intrabat pontifex *spiritu sancto* qui ita fieri instituit, *hoc significante, nondum* in huc mundum *esse* tunc *propalatam* & apertam *uiam sanctorum*, id est, nondum esse patefactum hoibus iter, quo possent peruenire usq; ad Sancta sanctorum, id est, intrare secreta cælorum: qa nondum uenerat Christus, qui uiam istam credentibus propalaret, *adhuc priore* (id est, umbratili) *tabernaculo habente statum* in carnalibus obseruantijs, id est, ideo nondum erat patens hoibus ingressus æternæ beatitudinis, qm̃ adhuc umbra ueteris tabernaculi nõ cedebat, sed stabat & perdurabat: nec poterat ueritas palam cũctis effulgere, nisi umbra remoueretur. Christus enim prior ascẽdens aperuit nobis ingressum cæli, ut animæ corporibus exutę, possint illuc intrare. Prius tabernaculum nõ dicitur hoc loco respectu secũdi, sicut supra: sed utrunq; dicitur prius respectu ecclesiæ nouæ & Ierusalem supercælestis, uel sicut pontifice Sancta sanctorum introeunte, populus simul ingredi non poterat, ita nos in cælum mortales Chrm sequi non possumus, spiritu sancto significante in hoc solius põtificis ueteris ingressu nondum esse nostro tẽpore propalatam, i. in propatulo carne uestitis factam uiam sanctorum .i. aditum regni cælestis, adhuc priore tabernaculo. i. præsenti ecclesia habẽte statum. Primum eñ tabernaculũ destruet, & scdm permanebit: qa prȩsens ecclesia scdm eam quã nunc habet cõuersationem, dissipabit, sed superna Ierusalem in illa cõuersatione quã in angelis habet, sine fine p manebit. Quãdiu enim prȩsens ecclesia q̃ prius tabernaculum est, statum habet, cælum est inaccessibile corporibus nostris, sicut ante saluatoris ascensionẽ fuit inaccessibile iustorum animabus. Sed patienter expectanda est nobis generalis resurrectio, qua cum corpore & anima licebit nobis intrare regni cælestis habitationem post *Isaiæ 61*

A præsentis ecclesiæ dissipationem, sicut animabus perfectorum licet post redemptoris ascẽsionem. *Quæ parabola*, i. quæ mystica similitudo de duob⁹ tabernaculis, & de his quæ continebant uel fiebant in illis, *est tempus instantis*, id ẽ, præsentis temporis gratiæ, hoc est, omnia illa quæ ibi facta sunt, præsignauerunt ista quæ in hoc tempore gratiæ palam geruntur. Parabola enim dicitur repræsentatio rei gestæ ad aliud significandum. Sic omnia illa quæ tunc fiebant, representantur nobis p scripturam ad significationem eorũ quæ nostro tempore fiunt. Ex quibus patet, quia quod tunc pontificem in sancta sanctorum populus sequi nõ poterat, signum fuit quod nos adhuc corporaliter in cælum sequi Christum non possimus. *Iuxta quã* parabolam *offeruntur*, id est, offerri iussa sunt *munera*, ut de frugibus, *& hostiæ*, ut de animalibus. *quæ non possunt seruientem facere perfectum iuxta conscientiam*: quia etsi quis omnia exterius qbæ iussa fuerant, adimpleret, interius tamen perfecte legem
Exod. 20. Rom. 7. adimplere non poterat. Quamuis enim lex diceret, Non concupisces, concupiscentiam tamen
B non abstulit, sed potius ipsa prohibitione homines ad concupiscentiam animauit. Et licet quis secundum carnem per illas hostias à peccato mũdari uideretur, in conscientia tamen per eas plene mundari non poterat. Multi tamen spirituales uiri fuerunt etiam tunc, qui ex fide iustificati, & auxilium gratiæ habentes, spiritalis legis adimpletione Deo placuerunt. Scimus enim quoniam lex spiritalis est. Sed quia carnaliter custodiebatur, nõ potuit perfectum in conscientia facere seruiẽtem *solũmodo in cibis & in potib⁹, & in uarijs baptismatibus, iustitijs carnis usq; ad tempus correctionis impositis*, id ẽ, eum qui nil spiritaliter ibi faciebat, sed solummodo secundum literæ superficiem in hoc seruiebat legi, ut quosdam cibos uel potus uelut immundos respueret, quosdam autem uelut mundos eligeret, & uarias baptismata, id est, ablutiones diuersas obseruaret, & iustitias uarias non spiritus, sed carnis: quia non animam, sed carnem iustificabãt, dum manus à peruerso opere, lingua à blasphemia timore pœnæ comprimeretur, non cor à mala uoluntate mundaretur. Et hæc omnia, id ẽ, obseruatio differentiæ ciborum & potuum, & frequentes corporum seu uestium ablutiões, & umbratiles carnis iustificationes, & cætera huiusmodi fuerunt eis uelut onus impositum, ad refrenandũ transgressores, non ut semper existerent, sed usq; ad tempus correctionis durarent, id est, usque ad tempus gratiæ, qua in melius corrigerent & cessarent. Quoniam quod lex illa minus fecit, & in omnibus obseruantib⁹ illam adimplere non potuit, gratia noua subintrans correxit, & omnem eius impossibilitatem ad perfectionem adduxit, dum carnales ritus auferens, in spiritales obseruantias mutauit.

Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & pfectius tabernaculum, non manufactũ, id est, non huius creationis: neque per C sanguinem hircorum aut uitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.

¶ Solus pontifex in anno semel intrabat in secundum tabernaculum, quod Moyses extruxerat: sed *Christus* in tabernaculum nobilius & æternum intrauit, ubi põtificis agit officium, *assistens* Deo ad interpellandum pro nobis, sicut Stephanus uidit eum pro se stantem ad dexteram pa- *Actu. 7.* tris. Tunc enim interpellabat pro Stephano, & ita quodammodo pro singulis electorũ astat deo, dum pro ipsis intercedit. Nam & sedere & starẽ legitur, ut modo eius potentia, modo misericordia describatur. Nam utique pro potestate regis uel iudicis sedere dicitur pro bonitate intercessoris stare suggeritur. Ipse dico, *pontifex* nõ carnalium & temporalium *bonorum*, sed spiritualium & æternorum, id est, *futurorum*, quia intercessione sua & oblatione sui ipsius, non temporalia, sed æterna nobis impetrat, quæ sic erunt præsentia, ut semp sint futura, id est, nunquam deficientia. Vel futu- D rorum bonorum est pontifex, id est, præsentis iustitiæ æternæ beatitudinis, quæ tempore suo erãt futura. Ipse ingressus est uerum *tabernaculũ per amplius*, id est, perfecte & prorsus per amplius, quia plures capit quàm terrenum illud: *& perfectum*, qa ibi est perfecta iustitia & beatitudo. Tabernaculum dico, *non manufactum*, sicut illud quod fecit Moyses, *id est, non huius creatiõis*, cuius in eremo fuit illud quod fixit homo. Non est factum manu hominis, sed dextera dei: nec de materia corruptibili compositum, ut illud quod de cortinis & pellib⁹ & auro & argento Moyses fecit, sed mira solidita te & pulchritudine consummatum. Non intrauit in tabernaculum illud angustum & imperfectum & manu hominis constructum, sed per amplius, id est, per omnia maioris amplitudinis, & perfectius, id est, maioris perfectionis & opifice summo fabricatum. *neque per sanguinem hircorum aut uitulorum introiuit* in Sancta sanctorũ, ut olim sub lege pontifex consueuerat, *sed per propriũ sanguinem*. Nihil enim mundum inuenit in hominibus, quod offerret, pro hominibus: & ideirco seipsum obtulit mundam uictimam ipse sacerdos. Suum pium sanguinem pro nobis effusum intulit in *sancta* sanctorum, id est, in cælũ: & hoc *semel*, id est, non per singulos annos, ut Leuiticus pontifex, sed tantum una uice. Quoniã oblatio sanguinis eius adeo placuit deo, ut non ultra sit opus repetitione: quia per humilitatem illius sacrificij deletum est, quicquid primus homo cõmisit: & omnes, pro quorum salute sanguinem suum fudit, ad omnem consummationem adduxit. Ideo nõ opus est iterari, quia perfectũ est. Per sanguinem semel introiuit in sancta sanctorum, *æterna redemptione inuenta*: & hoc ideo, quia per illam oblationem semel factam inuenta est omniũ redemptio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ non inueniri poterat in uniuerso genere humano. Nam cum omes homines captiui tenerentur à diabolo, quid apud eos inueniri poterat, q̃d pro tot captiuoꝝ redemptione daret? Sed Christus in sanguine suo redemptionem omium inuenit, non temporalem, sed æternam: quia tantũ fuit precium quod dedit, ut æternam redemptis liberatem redderet. Deleuit enim tam originalia quã actualia peccata, & omnem iustificationem exhibuit, ac regnum cælorum aperuit.

Leuit. 16 Si enim sanguis hircorum & taurorum & cinis uitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui
2. Pet. 1. 1. Ioh. 1. Apoc. 1. per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundauit cõscientiam nostrã ab operibus mortuis ad seruiendum deo uiuenti?

¶ Vere sanguine suo semel oblato inuenit redemptionem nostram, nec fuit opus repetitione talis oblatiõis. Nam sanguis eius emundauit conscientiam nostram, ut nullius maligni sensus iam conscij simus q̃ est uere liberos esse. Quasi quis dicat: Per sanguinem Christi potest esse redemptio & liberatio spiritualis & ẽterna. Nã si sanguis umbratilium in lege sacrificiorum, sanctificabat eos in carne, id est, purificabat carnem eorum & mundam reddebat, multo potentius sanguis Christi purgat & sanctificat animas nostras, ut perpetualiter mundæ & liberæ maneant. Et hoc est: *Si enim sanguis hircorum &* cæ. Si enim umbra carnem purificat, quanto magis ueritas animam sanctificat? Illæ enim purgationes umbræ fuerũt purgationũ, quæ sub gratia fiunt: & animalia quorum sanguine fiebant emundationes, figuram Christi gesserunt. Sanguis hircorum & taurorum qui immolabantur, nonnũquam aspergebatur super eos qui mundandi erant, uel pro ipsis contra uelũ septies, ut sanctificari possint: & Christus qui nos aspersione sui sanguinis mundauit, per hircos designabatur propter similitudinẽ carnis peccati, & quia pro peccato mundi oblatus est. Hircus enim pro peccato semper immolabatur. atque per tauros propter fortitudinem, quia cornibꝰ uirtutis uentilat inimicos. Sed multo euidentius præfigurabat eum uitula, quæ comburebatur, ut cineres eius aqua mixti purgatio fierent hominum immundoꝝ, de qua longũ nimis est oĩa dicere, sed aliqua breuiter dicamꝰ: Præcipe(inqt)filijs Israel, ut adducant ad te uaccã rufam, ætatis integræ, in q̃ nulla sit macula, nec portauerit iugũ, tradesq̃ eã Eleazaro sacerdoti. Qui eductã extra castra immolabit in cõspectu oĩm. & intingẽs digitũ in sanguine eius, asperget cõtra fores tabernaculi septẽ uicibꝰ, cõburetq̃ eã cũctis uidẽtibus, tã pelle & carnibus eius, q̃ sanguine & fimo flãmæ traditis. Lignũ quoq; cedrinũ, hyssopũ quoq; bis tinctum sacerdos mittet in flãmam q̃ uaccã uorat. Vacca dicta est caro Chri sexu fœmineo, ꝓpter infirmitatẽ carnalẽ Rufa, i. sanguine passiõis cruentata. Aetatis integræ, quia trigintã annoꝝ uel paulo amplius erat quando crucifixa est. In q̃ nulla erat macula iniqtatis, neq; em̃ iugũ portauerat pcti. Quod aũt non Aaron pontifici, sed filio eius Eleazaro tradi iussa est, significat nõ ad tẽpus qd tunc erat, sed ad posteros huius sacerdotij passionẽ dñi puenturã, quoꝝ nũc Eleazarus typũ gerit. Qui eductũ extra castra, i. extra ciuitatẽ immolauerunt, crucifigentes eũ in conspectu oĩm. Dehinc Eleazar significationẽ mutat, & ueros noui testamẽti sacerdotes, i. apostolos designat, dũ intingens digitum sanguine uitulæ, aspgit septies cõtra fores tabernaculi. Apostoli em̃ digito sanguinẽ septies cõtra ostiũ asperserunt, qa passionem Chri opibus cõmendantes, introitum fidei p septiformem gr̃am spũs sancti populis pdicauerunt. Et cõburet(inqt) eã cunctis uidentibus. Cõbustio, signũ est resurrectiõis. Natura quippe ignis est, ut in supna moueat, & in eũ conuertit q̃ comburit. Combusta est ergo uacca cunctis uidentibus, quia Chr̃s resurrexit, & eius resurrectiõis gloriã cuncti p orbẽ fideles aspiciũt. Iam q̃ sequit, tã pelle & carnibꝰ eius, q̃ sanguine & fimo flãmæ traditis, significat q̃ non solũ substantia mortalis corporis Chri, q̃ commemorationem pellis & sanguinis & carniũ intimata est, sed etiam contumelia & abiectio plebis, q̃ noie fimi designat, conuertenẽ in gloriam, quam cõbustionis flãma significat. Lignum ꝟo cedrinum quod in altũ excellit, spes est q̃ debet in supnis firmiter habitare. Hissopus, quia radicibus hæret in petra, fides ẽ in Chro fundata. Coccus bis tinctus, ignea charitas est q̃ tingit amore dei & proximi, hũc autem sacerdos. i. quilibet Chrianus mittere debet in resurrectionem Chri, tanq̃ in medium combustionis illius, ut cum Chro sit uita eius abscondita in deo. Colliget aũt uir mũdus cineres uaccæ, & effundet eos extra castra in loco purissimo, ut sint multitudini filioꝝ Israel in custodiam & in aquã aspsionis, quia pro pctõ uacca combusta est. Quid putamꝰ esse cineres uaccæ, nisi famã q̃ sequuta est passionẽ, resurrectionẽq; Chri? Nam & cinis erat, quia uelut mortuus ab infidelibꝰ cõtemnebat: & tñ mundabat, qa & resurrexisse ã fidelibus credebat. Et quia hæc fama apud eos maxime claruit, qui in cæteris gentibꝰ erant, & nõ erant de cõsortio iudæoꝝ, ideo dictũ est, quia colliget uir mundus cineres uaccæ, mundus uticq; ab interfectiõe Chri, quæ iudæos maculauerat, & effundet in loco purissimo. i. in corde credẽtium mundissimo, extra castra. i. extra celebrationẽ iudaicæ cõsuetudinis, & ideo sic tractabuntur isti cineres, ut sint multitudini filioꝝ Israel. i. Chrianoꝝ, in custodiã mandatoꝝ cælestium, & in aquam aspsionis, id ẽ, in lauacrum baptismatis. Nam aqua aspsionis, purificatio est, ex his oĩbus fiebat aqua asperſionis, unde mundabantur à contactu mortuoꝝ, quod utique significat ab iniquitate huius moribundæ uel morticinæ uitæ. Qui tetigerit(inquit)cadauer hoĩs, & propter hoc septem diebus fuerit immundus, asperget ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari. Qui tetigerit cadauer hominis. i. q malis operibus cõmunicauerit, & propter hoc septẽ diebus. i. in anima & corpore fuerit immundus, asperget ex hac aqua. Septem uidelicet dieꝝ immunditia propter animã & corpus dicit, qa homo in anima & corpore septenariũ suscipit, dum illa tribus motibus, istud quatuor elementis consistit. Vnde & p Amos dictum: Super tribus sceleribus Israel, & sup quatuor nõ conuertam eũ. Aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mundabit. i. aqua baptismatis in fide trinitatis & spũs sancti confirmatiõe. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo nõ poterit emundari i. si baptismo quod in fide trinitatis sit, ablutus nõ fuerit, septiformem gratiã pcipere nõ poterit. Describunt & aliæ multæ species immunditiæ, q̃ oẽs aspersione huius aquæ illustrari iubent. Sed ad epistolam reuertamur, quia iam manifestum est quomodo uitula hæc Christum p̃signauerit. Nam sanguis hircoꝝ *& taurorũ & cinis* huius uitulæ *aspersus sanctificabat*. i. mundãbat *inquinatos* aliqua immũditiaꝝ, quas lex describit. Sanctificabat eos non ad emundationẽ animæ, sed *ad emundationem carnis*, ut caro iam emundata iudicaretur, & in consortiũ alioꝝ, q̃ sic emũdatus erat, reciperet. Et si hoc sanguis uel cinis animaliũ in carne poterat, *quanto magis sanguis Christi* potest in anima nr̃a munditiam & sanctificationem operari? Vnde & in lege de eo sub figura carnaliũ uictimarũ dictũ ẽ? Anima carnis in sanguine est. & ego dedi illum uobis, ut sup altare meũ expietis pro animabus uestris, & sanguis pro aĩa piaculo fit. Itaq; sanguis Chri secundũ quod lex prophetauerat & decreuerat, *emundauit conscientiã nostram*. i. ex toto mundauit animã nostrã, ut iam non esset sibi conscia alicuius peccati uel consensus illiciti. Emundauit eam *ab operibus mortuis*. i. à reatu peccatoꝝ quæ fecerамus, quibus ipsa fuerat inquinata. Opera em̃ peccati sunt mortua. i. uita iustitiæ prorsus carentia. Quæ bui tangit, inquinatur: sicut ille q̃ tangebat mortuum, inquinabatur: nec intrat in cælum, sicut nec ille in templũ. A talibus mortuis emundauit cor nostrum Christus, ut nec cõsensus inquinamentũ remaneret in nobis, & emundauit nos *ad seruiendũ*. i. ut seruiremus *deo uiuenti*. cui seruire non põt, qui mortuis operibus, id est, peccatis seruit. Omis em̃ qui facit peccatũ, seruus ẽ peccati. & nemo põt duobus dñis seruire. Sed Christus duo fecit, & à peccatis nos mundauit, & restituta libertate arbitrij, seruire fecit deo, q uere uiuit, & uitam ueram sibi seruientibus tribuit. Nec mirum si sanguis Christi tanta operatur, *qui* non brutoꝝ animalium uictimas, sed *semetipsum obtulit deo* pro nobis *immaculatum*, quia nec originalis nec actualis maculæ quicquam habuit. & hoc factum est *per spiritum sanctum*, qui carnem eius sine semine creauit in utero uirginis, & immunem à peccato semper eum seruauit. Vel per spiritum sanctum obtulit se, quia spiritus sanctus hoc illi suasit.

Loco ob. scurus. Num. 19 Amos. 1. Leuit. 17 Coloss. 3. Num. 19 Ioban. 8. Matt. 6.

Et ideo noui testamẽti mediator ẽ, ut morte intercedente, in redẽptionẽ earum p̃uaricationũ, quæ erant sub priore testamento, repromissionẽ accipiãt, qui uocati sunt, æternę hæreditatis.

¶ Dico quia obtulit se deo pro nobis, *& ideo est* ipse *mediator noui testamenti*. i. medius inter deum & homines in datiõe nouæ legis, melius q̃ Moyses fuerat in datiõe ueteris. Discordia uidelicet facta fuerat inter nos & deum, & idcirco regni eius hęredes fieri non poteramus: quia nec quomodo ad pacem eius reuerti nos oporteret, noueramus. Propẽ quod iste nobis mediator p dei misericordiam datus est qui nos deo reconciliaret, & eius uoluntatẽ nobis interpretaretur, ut sciremus qd ipse nos operari uellet: & amici effecti, hæreditatem regni eius per nouũ testamentum assequeremur, sicut iudæi per uetus testamentũ adepti sunt hæreditatem terræ Chanaan. Et hoc ẽ, ipse ẽ mediator noui testamenti, *ut qui uocati sunt*. i. ab æterno diuinitus electi, de quibus alibi dicit, Beati qui ad cœnam nuptiaꝝ agni uocati sunt, *accipiant* per illud testamentum *repromissionem æternæ hæreditatis*. i. in hæreditatẽ consequantur æternam beatitudinem, quæ multoties illis est in scripturis promissa: & hoc fiat *morte* eius *intercedente* inter testamẽtum & hæreditatem. Ideo uidelicet dedit illi testamentum nouũ, ut eũ mors sua intercederet, acciperent hæreditatẽ qui testamentum habebant, sicut in omnibus testamentis ẽ consuetũ. Quicũq; em̃ paterfamilias hæredi suo testamentum faciat, nil prodest illi cui factum ẽ, nisi prius moriatur q̃ fecit. Testamentum uocamus hic, scriptum quod alicui fit de obtinenda post mortẽ alicuius hæreditate. Et fit aliq̃s simplicit, aliq̃s cum cõditione, ut si qs dicat, Hoc fac, & habebis post me hæreditatẽ meam: quod si non feceris, non habebis eam. Scriptumq; de hac cõuẽtione illi relinquat. Sicut & Christus de hæreditate perennis uitæ nobis testamentum conditione fecit, dicẽs: Si quis sermonẽ meũ seruauerit, mortem non uidebit in æternũ. Ac deinde mortẽ suã interposuit, ut nos p ob seruantiam sermonis eius ad hæreditatem uitæ æternæ peruenire mus. Morte (inquit) intercedẽte *in redemptionẽ earũ prauaricationũ, quæ erant sub priore testamento*. i. ad hoc mors eius interueniret, ut suos redimeret ab illis præuaricationibus, q̃s operabant dum adhuc essent sub ueteri lege: q̃ deprimebat eos in seruitute timoris, non relaxabat in libertate charitatis: & ideo nõ sanctificabat eos, sed magis præuaricatores faciebat. Sub testamento em̃ ideo dicit, qa q̃si onus quoddã graue erat eis lex. De peccatis gentilium, quæ similiter sanguine Christi deleta sunt, tacet, quia Hebræis loquitur, qui se per legem putabant iustificatos: & ostendit eos nunc̃ sub lege sine prauaricationibus uixisse

Iohan. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideoq; necesse fuit ut & ipsi morte Christi redimerentur à reatu p̄uaricationū suarum, quatenus digni possent fieri æterna hæreditate.

A Vbiē̄ testamentum, mors necesse ē̄ intercedat testatoris. Testamentū ē̄m in mortuis cōfirmatū ē̄. Alioq; nondū ualet, dū uiuit q̄ testatus ē̄. Vñ nec primum q̄dem sine sanguine dedicatum ē̄.

Exod. 24

¶Dixi q̄a est mediator noui testamenti, ut morte eius intercedente, peruenirēmus ad possessionē hæreditatis, quæ in testamento scripta ē̄: & necesse fuit ut mors eius intercederet, si ad hæreditatē peruenturi eramus. Nam ita fit in omnibus testamentis. Vbicunq; enim fit *testamentum, necesse est* ut *mors testatoris intercedat*. i. ut prius moriatur ille q̄ testamentum fecit, q̄; ille q̄ in testamento designatus ē̄, hæres, habere possit hæreditatē. Nunq; ē̄m aliter p̄ōt illā consequi. Et quia in oī testamento id necesse ē̄, ideo testator noster q̄ nobis testamērum fecerat in q̄ uitæ æternæ hæredes fore nos instituerat, interposuit mortem suā, ut sine obsta
B culo peruenirēmus ad hæreditatem possidendā, neq; aliter ptingere possemus ad illam. Et uere in oī testamento necesse ē̄ mortē testatoris intercedere. Nam *testamentum* oī̄e ē̄ *confirmatum*, ut possit esse ratum, *in mortuis*, id ē̄, in morte testatoris. Secundū leges seculi loquit Apostolus, in quibus est decretū, ut uiuente testatore nō sit ratū, sed ab eius morte firmitudinē accipiat, ut ulterius nō mutet. *Alioq;* .i. nisi mors testatoris interuenerit, *non dū ualet*. i. nondū firmum est ipsum testamentum, *dum*. i. quādiu *uiuit qui testatus est*. dum ē̄m uiuit, p̄ōt illud (si uoluerit) mutare, ut eum quem scripserat hæredē̄, auferat & aliū subscribat. Sed in morte eius ita cōfirmat, ut amplius mutari nequeat, sed hæredes q̄ descripti sunt, hæreditatem accipiant. Sic & testamentū Christi in morte eius ē̄ confirmatū, ut quos ipse in eo p̄signauit hæredes, absq; immutatiōe accipiant hæreditatē. Non ē̄m alij, sed illi soli, quoꝝ nomina sunt in libro uitæ, consequent illam hæreditatē. Dixi q̄a oī̄e testamentū morte confirmat, *unde*. i. quia mors oī̄e testamentum confirmat, *nec primū quidem* testamentū *est dedicatum sine sanguine* sed in eius dedicatione, i. quando à filijs Israel in autoritatem est receptum, immolata sunt animalia, quoꝝ sanguine ē̄ confirmatum, ad significationē noui testamenti, quod Christi sanguine dedicatū ē̄, & hoc est. Nec primum quidē̄, subaudi, sicut nec secundum, ē̄ dedicatum absq; sanguine. Debuit enim morte confirmari, ut esset ratum & autorabile.

Philip. 4.

Lecto ē̄m omni mādato legis a Moyse uniuerso populo, accipiēs sanguinē̄ uitulorū & hircorū cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoq; librū & omnem populū aspsit, dicens: Hic sanguis testamenti quod mandauit ad uos deus. Etiam tabernaculum & oī̄a C
uasa ministerij sanguine similiter aspersit, & omnia pene in sanguine secundū legem mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio.

¶Vere & primum testamentū est sanguine dedicatū. Nam *lecto a Moyse omni mandato legis*, ut nihil esset in lege quod careret antoritate, sed oī̄a eius mandata dedicarentur, & authentica fierent *in sanguine uniuerso populo*, qui & totus sanguine mundatus ē̄, postq; Moyses in auribus plebis oīa legis mandata perlegit, *accipiens sanguinem uitulorū & hircorū cum aqua & lana coccinea & hyssopo*, scilicet miscens sanguinem & aquam, & facies de lana & hyssopo aspersoriū, non solum cætera, sed *ipsum quoq; librum* legis, *& omnem populum* illo sanguine *aspersit*, & ut illi cum maiori deuotiōe susciperēt, dixit: *Hic sanguis ē̄ testamenti*, quod p̄ me *deus mandauit ad uos*. Quasi nō frustra uos aspergo, q̄a hic sanguis quo uos purifico, ē̄ confirmator testamenti quod mandauit mihi deus ad uos deferre. Nec solum modo librum & populum, sed *etiam tabernaculum & omnia uasa ministerij*. i. quæ ad ministrandū in eo facta fuerant, *similiter* ut populū *aspersit* sanguine. Omnia ē̄m illa uasa Moyses sanguine mundauit, & idonea ad ministrandum deo per aspersionem sanguinis effecit, sicut & populum & reliqua sanguinem undauerat. Et inde sumpto postmodum exemplo & autoritate illius, *omnia pene mundantur* per sacerdotes *in sanguine secundum legem*. i. secundum quod lex præcipit & Moyses instituit, *& sine sanguinis effusione non fit remissio*, q̄a sine sacrificio nullum in lege peccatū remittitur. Non tamen dicit Apostolus, quod sanguine brutorū animalium remitterent hominibus peccata: sed significat quia nec illis qui sub lege erant, remissa sunt nisi sanguine Christi. Quod autē Moyses prius legē docuit, ac deinde librum & populum sanguine aspersit, præsignauit q̄a Christus primo p̄dicaturus erat, ac deinde prædicationē suā plebēq; credentiū sanguine suo erat aspersurus. Liber enim noui testamenti aspersus ē̄ sanguine Christi, cuius passionem euidentius & frequentius memorat, & cuius morte confirmatus ē̄, ut in autoritate habeatur, & quæ in eo scripta sunt, sine immutatione compleantur: ut quia pro nobis Christus mortuus est, præcepta eius diligamus: qui & gratiam, qua hæc complere possimus, nobis per mortem impetrauit. Quod uniuersus populus ē̄ aspersus, declarauit, quia omnes qui de populo dei sunt, redemptionem & sanctificationem habent in sanguine Christi, quem sanguis hircorum & uitulorū præsignauit. Christus uidelicet per figuram uitulus est, propter uirtutem crucis, cuius cornibus impios uetulauit. Vitulus tamen, non bos: quia nil uetustatis habuit, sed nouitatem gratiæ nobis attulit. Ipse quoque dictus est hircus propter similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum, ibiq; sanguis uitulorum & hircorum,

D

psal. 43.

A sanguinem Christi (sicut diximus) præfigurauit. Aqua mixta est sanguine, quia ex latere Chri nō solum sanguis, sed & aqua exiuit, unde & mos est, aquā in sctō calice misceri uino, quod in Missa cō secrandum est. Quod & ad baptismi sacramentū referri pōt, quia baptism9 noster, qui p̄ rubrū mare p̄figuratus est, rubet sanguine Chri. Ideo Moyses sanguinē & aquam miscuit. Qui & lana coccinea sanguinē illum & aquam aspsit, quia Christi9 mirabili charitate sanguinē & aquā, q̄bus nos sanctificaret, de latere suo produxit. Color enim coccineus, ruborē ardentissimæ charitatis qua Chrus nos dilexit, insinuat. Lana quoq; calida est, & uestis qua frigo repellat, potest ex ea fieri. Vñ & nos charitatem Chri quasi lanam calidam debemus assumere, & indumentū iustitiæ nobis ex ea facere, quo circūdemur & adoeremur in oībus dictis & opibus nr̄is, & à frigore totius malitiæ defendamur. Hyssopus autē herba humilis & expellēs tumorem pulmonis, humilitatē Chri designat, q̄ misericorditer humiliauit semetipsum, facto9 obdiēs usq; ad mortem. Hac enim aspsit sup nos pīū
Philip. 2. B sanguinē suum. Quam & nos imitari pro modulo nr̄o debemus, ne in uacuum recepisse gram huius aspsionis inueniamur. Quid ē̄m prodest nobis sanguis eius, nisi tumorē superbiæ prorsus à nobis expellamus? Librum & populū Moyses aspsit, dicens: Hic sanguis testamenti q̄d mandauit ad uos deus: Sic & Christus nouam legem & uniuersum mundum sanguine suo mox aspsurus, dixit in cœna discipulis suis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundet. Ecce q̄; concordit utrunq; libi testamentum consonat. Ecce q̄; proprie prædicit, Moyses uerba quibus saluator utiē in cœna. Etiam tabernaculum .i. ecclesiā fideliū, de quibus dixit deus, q̄m inhabitabo in illis & inambulabo. & omnia uasa ministerij. i. omnes sanctos qui altari deseruiūt, ut diacones, presbyteri, episcopi, & qui sacratos cibos sanctiæ prædicationis ministrant in ecclesia sanguine similiter aspsit; quia & oēm simul ecclesiā, & oēs sanctiores sicut & populares, Chrs suo sanguine mundauit & cō secrauit. Et scdm legem pene omnia mundant sanguine, ut appareant oīa sanguine Chri debere mūdari. Pene oīa dixit, quia q̄dam uasa lauabantur aqua tm̄, ut mundarent; & hoies à quibusdam cōtagijs, ut à cōtactu mortuoꝝ, purificabant aqua aspsionis, nec indigebāt sanguine ad sui emundationē. Sed in euāngelio nihil prorsus mundat sine sanguine Chri. Et hoc quoq; seruat in lege, q̄sine sanguinis effusione in aliquo sacrificio facta non sit ulla pctī remissio: p quod oīditur, quia nisi passione Christi nullum oīno potest remitti peccatū.

Necesse est ergo exemplaria quidē cęlestium his mundari, ipsa autem cælestia melioribus hostijs quam istis.

¶Quandoquidem Moyses ita fecit, & lex ita præcepit, *ergo necesse est exemplaria quidem cælestiū*. i. tabernaculum & uasa eius &c. q̄ fuere figuræ cęlestium, id est, præsignauere ecclesiam, quæ dicere

Exod. 24. Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22.

potest, Nostra conuersatio in cælis est, *mundari his* supradictis. i. sanguine uitulorꝝ & hircorꝝ & aqua C
cum lana & hyssopo. Exemplaria quidem cælestium talibus sacrificijs debuere mundari, sed *ipsa cælestia*, id est, homines ad cælum iā pertinētes, quos umbræ ueteres figurauere, necesse ē̄ mundari *melioribus hostijs q̄ illis*, id est, cq; sanguine uitulorum & cæteris. Necq; enim iustum fuit ut pro rationalibus hoibus brutoꝝ animalium uictimæ cederentur. Cum ergo bruta animalia pro rationali animali .i. pro homine dignæ uictimæ non fuerint, requirendus erat homo, qui pro hominibus offerri deberet, ut pro rationali peccāte rōnalis hostia macraretur, & deleret culpam protoparentis. Sed q̄d quod homo sine peccato inueniri nō poterat? Et oblata pro nobis hostia q̄n nos à pctō mūdare potuisset, si ipsa peccati contagio non careret? Inquinata quippe, inquinatos non mundaret. Ergo ut rationalis esset hostia, homo fuerat offerendus: ut uero à peccatis mundaret hominē, homo, & sine pctō. Sed quis esset homo sine peccato, si ex peccati cōmixtione descēderet? proinde uenit propter nos in uterꝝ uirginis filius dei. Ibi pro nobis factus D
hō sine peccato, fecit pro nobis sacrificium corpus suum, exhibuit pro peccatoribus uictimā sine peccato, quæ & humanitate mori, & iustitia mundare potuisset. Hoc est, inquam, q̄p nūc cælestia, id ē̄ homines cælestium uirtutum futuri consortes, dicunt melioribus hostijs debuisse mundari, id est, humanitate Chri, quæ plurium hostiarꝝ nomine designat in hoc loco, quia p̄ oēs suprādictas est figurata, & plura fecit q̄; omnes illæ.

Nō enim in manufacta sctā Iesus introiuit exēplaria ueroꝝ, sed in ipsum cęlū, ut appareat nūc uultui dei p̄ nobis. Neq; ut sæpe offerat semetipsum, quēadmodū pōtifex intrat in sctā p̄ singulos annos in sanguine alieno. Alioqui oportebat eū frequēter pati ab origine mūdi. Nūc aūt semel in consummatiōe seculorꝝ ad destitutionē pctī p̄ hostiā suā apparuit. Et quēadmodū statutū ē̄ hoibus semel mori, post hoc aūt iudicium, sic & Chrs semel oblat9 est ad multorꝝ exhauriēda pctā, secūdo sine pctō Roma. 5. 2. Pay. 5.
apparebit expectātibus se in salutem.

Verūque probat, & quod cælestia per hostias sint mundata, & cp per meliores hostias, quæ sunt una hostia. i. Chrs. Quasi dicat: Verus Christ9 mūdauit cælestia. i hoies suo sanguine mundans, fecit cælestes cælestium participes. Nam ipse *Iesus*. i. saluator noster, q̄ est uera hostia, oībus hostijs præcedētibus significata, *non introiuit in sancta q̄ manu* hominum *facta*, q̄m illa fuerunt *exemplaria uerorum* sanctorum, qui sunt in cælo, *sed in ipsum cælū*,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod significabatur p̄ secundum tabernaculum.
A Manufacta sctā erant exemplaria.i.figuræ & umbræ ueroꝝ sctoꝝ, q̄ sunt in cælo, & idcirco uerus sacerdos Iesus non in umbratilia, sed in uera intrare debuit. Intrasset quidem in manufacta sctā, si ea uellet mundare.i. si ea uellet ita sanctificare, ut in ea intrantes reciperent ab eis mundationem à peccatis. Sed non intrando in ea, designat quia iā nullus ibi munditiam aīæ consequi poterit. Ideo cōtēpsit ea & non sanctificauit, quia sunt (ut dictum est) exemplaria & similitudines ueroꝝ, non ipsa sunt ȳa. Sed intrauit in cælum, cælū dico ipsum .i. per illa significatum. Sed cur Iesus .i. qui salutē nobis in oībus factis suis q̄rebat, cælum intraret, nisi illo ascensu oēs ad hoc uellet mundari, ut fierent cælestes, q̄tenus in eis quasi in cælestib9 habitaret, qui ad hæc ascendit, *ut appareat nūc uultui dei pro nobis*.i. interpellet sol9 pro salute oīm nostrū, sicut olim pontifex in sanctis sctoꝝ solus orabat pro oībus. Nunc facit hoc dum non uidemus eū. Vel nunc.i. in plenitudine temporis gr̄æ post consummationem operꝝ quæ gessit conuersans inter hoēs, apparet uultui.i. præsentiæ & bñuolentiæ
B dei p̄ris, intercedens apud eū pro nobis, oīendo cicatrices uulneꝝ quæ pro nr̄a redemptione pertulit; & quātum pro nostra salute laborauit, ꝑpetualiter repræsentando. Miro enim & ineffabili nobis ordine eum qui nihil unquam potest obhuiscī, q̄ semp misereri paratus est, absq; intermissione dūs Iesus admonet, q̄ congrue hominibus misereri debeat, quorum particeps uere & doloris ac passionis idem ipse Dei filius effectus sit, & pro quibus ipse conflīgens, mortis imperium moriendo prostrauit. Sic em̄ sæpe intercedit pro nobis. *Neque* ita hoc facit, *ut sæpe offerat semetipsum* in ara crucis, & sæpe patiatur, quia sufficiēter omnibus semel oblatus est, nec opus est repetitione. Vnde patet quia dignior & efficactor sit eius hostia omnibus aliis: quia illæ sæpe intrauerūt sine cōsummatiōe, hæc semel oblata ad patriā reduxit. Non ad hoc intrauit in cælum, ut seipsum sæpe offerat effusione proprij sanguinis, *quemadmodum* illa necessitate qua legalis *pontifex intrat in sancta* sanctoꝝ, *per singulos annos* id agendo, quia consummationē & pfectionem operari non ualet: & hoc facit non in proprio, sed *in alieno sanguine*, & hic p̄ singulos annos, Chr̄us autem non sæpe, sed semel: hic in alieno sanguine, Chr̄s in proprio: hic protinus egredi tur de sanctis, Christus perpetualiter in sanctis sanctorum assistit uultui dei, semper interpellās pro nobis. Non ergo ita intrauit sicut ille pōtifex, ut post exiret & postea reuerteret, hostiam suę passionis offerēs, ut ille sanguinē brutoꝝ animalium, sed semel sanguinem proprium obtulit, & ita sum penetrauit. *Alioqui*.i. si aliter faceret, si sæpe ie offer ret, tunc oporteret *eum frequenter pati* incipiēdo *ab origine mundi*, ut per singulas generationes pateretur, redimendo suos in unaquaque generatione. Nam si sæpe seipsum in ara crucis offerret, ideo faceret, quoniam ad redemptionem omnium minime sufficiens esset. Et si illos quos in carne uiuentes inuenīs, redemisset, rursus oporteret eum mori ad redemptionem aliorum qui post nascerentur. Sicq; per singulas generationes esset necesse fieri. & quoniam Abel & Noe & Abraham & Iob & Dauid, cæteriq; iusti & ad uitā prædestinati, eodē modo fuerunt redimendi, quo & illi quos in carne apparēs iustificauit, & eadem necessitas & causa præcessit in illis, quæ sequuta est in istis, ideo cū redimere omnes uoluisset, & non nisi suos contēporaneos redimere posset, à primo iusto.i. à tempore Abel incepisse pati debuisset, q̄p esset magnum inconueniens. Ergo non sæpe, sed potius semel in ara crucis oblatus est. Quod nunc constat, quia per prædictum inconueniens est ostensum. Vel ita: Non frequenter passus est ab origine mundi, sed nunc semel in consummatione seculorum. Si semel oblatus non sufficeret omnium in se credentium peccata exhaurire, oporteret eum pati sæpe ab origine mundi. Quod ne fieret, semel passus est in consummatione seculoꝝ.i. in ultima ætate mundi, in qua sunt omnia consummata & adimpleta, q̄ in seculis transactis imperfecta fuere, & ideo non opus fuit ut inciperet pati ab origine
D mundi. Nam si toties pateretur, esset miserabilior omnibus hominibus. Non cœpit ab initio pati, sed *nunc in consummatione seculorum apparuit* in sctis sctoꝝ uultui patris, *semel* ingressus illuc *per hostiam suam* una uice mactatā *ad destitutionem pctī*.i. ad hoc ut deorsum statueret pctm̄, ne iam super nos, sed subter nos esset, id est, iam dominaretur nobis, sed nos conculcaremus illud. Quod nulla alia hostia facere potuit. Et quia eius hostia semel oblata, regnum peccati subuertit, nec iam per consensum uel operationem prævalet super nos pctm̄, non necesse fuit ut iterum offerretur. Dixi quia semel apparuit deo per hostiam suam, ingredientes sancta sanctorum. Et ob hoc passus est semel, quoniam hanc potestatem in oēs possidet natura, ut semel moriātur. *Et quemadmodum*, id ē, qua necessitate & naturali conditione *statutū est* omnibus *hominibus semel mori*.i. ut semel moriātur, sed *post hoc*, i. post mortem restat eis *iudicium*, in quo secundū hoc quod egere recipiant .i. non iterum restat ut surgant, & iterum moriātur, sed tantum ut ueniant ad iudicium, recepturi præmia uel torm̄ēta, *sic*, i. eadē necessitate & immutabili iure naturę & *Christus*, utpote uerus homo *semel* & non amplius in ara crucis *oblatus est*, & post faciet iudicium: hoc est, sicut hominibus post mortem nihil restat ex necessitate nisi ut iudicentur, ita Christo post mortem nil restat nisi ut iudicet. Nam si post resurrectionem suam iterum mori posset, nō haberet in se naturam cæterorum hominum. Et ita nihil nobis prodesset, cū uerus hō non esset. Sed ut uerus homo probaretur, sicut semel ex matre uirgine natus est, ita semel in cruce moriens, oblatus est patri sacrificium, *ad exhauriendā*, id est, prorsus auferenda & adnullanda *peccata*, non dico omnium, quia non omnes credunt, sed *multorum*, i. eorū qui ad uitam prædestinati sunt, quod aliæ nō sufficiebant hostiæ: quia etsi aliquo modo minuebāt ea,

A non tamen exhauriebāt: hoc est, semel uenit, & eo aduentu omnia peccata suoꝝ exhausit, secundo aūt aduentu *apparebit* non ut iterū patiat, sed ut iudicet. Apparebit enim *sine peccato*.i. sine hostia pro peccato, quia tunc non offeret hostiam pro pctis, sed damnabit perseuerantes in peccatis. Consuetudo em̄ legis ē, ut sacrificiū q̄ pro pctis offert, appelletur pctm̄. Et secundum illam consuetudinem pctm̄ appellat Apostolus, quia loquitur Hebræis, quibus huiusmodi nomina per notitiam legis fuerant usitata. Quasi dicat: Estote timidi quia iam amplius non immolabitur pro uobis. Tunc em̄ non erit hostia, sed iustitia in remunerādo uel damnando. apparebit *expectantibus se*.i. illis q̄ propter conscientiam boni sui meriti cum quadam securitate expectabunt aduentum eius, uel q̄ mō longanimiter expectant eum, perseuerantes usq; in finem cum patientia in bonis operibus, & intuitum cordis ad eius aduentum erigentes. Apparebit eis *in salutem*, quia uisio eius salus eorum erit perpetua, ut iā nec corporis nec animæ q̄q; mali sentiāt, sed in eius aspectu sine fine gaudeāt.

CAPVT X.

B VMbram em̄ habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, p̄ singulos annos eisdem ipsis hostijs, quas offerunt indesinenter, nūquam potest accedētes perfectos facere. Alioqui cessassent offerri, eo quod nullā haberent ultra conscientiā pctī cultores semel mundati. Sed in ipsis cō memoratio peccatorū fit per singulos annos. Impossibile ē em̄, sanguine taurorum & hircorum auferri peccata.

¶ Probauit sufficienē quod Christus non nisi semel mori debuit, & nūc reddit causam cur semel eum mori necesse fuit. Lex em̄ non poterat pfectionem facere, & ideo hūc oportuit mori q̄ faceret perfectionē. Vel ita continuandū est: Probauit Christū fuisse meliorē hostiam, ostendendo ea quæ in ipso erant, prioribus hostijs digniora. Hoc idem nunc iterū facit per aliā partem, hostias legis improbando, & non sufficientes fuisse demonstrando. Quia sicut per dignitates ipsius ostenditur melior hostia, sic quoq; econtrario melior apparet, hostiaꝝ legaliū imbecillitate mōstrata. Probauit em̄ quod Chr̄us peccata suoꝝ exhausit, & de operatiōe & etiā de consensu mentis eoꝝ, q̄d hostiæ legis facere nequiuere, ut iudæi uellent. Vere Christus exhausit peccata & fecit perfectos, q̄a *lex* neutrum facere potuit. Nunc̄q̄.i. nullo tempore, nec tempore Moysi, nec tempore aliorum pōt facere perfectos accedentes in sancta sanctoꝝ pōtifices. Sed quærit quare non potest. Quia est *habens* & continēs *umbram futurorū*.i. habens & præcipiens ea quæ sunt umbra futuroꝝ *bonorū*. Nam quæcunq; lex præcipiebat, ut tabernaculi uasa & hostiæ & cætera huiusmodi, non erant ueritas, sed umbra ueroꝝ: & per hoc impotens ad perficien-
C dum aliquem potest iudicari. Vel umbram habet lex futuroꝝ bonorum, id ē, quandam extraneam similitudinem eorū quæ futura erant: hoc est, ita dubie & extranee futura bona ostendit sicut aliqua umbra, & repr̄sentat oculis nostris illud corpus cuius ē umbra. Et quia lex posset habere ex parte umbrā futuroꝝ bonorum, ex parte ipsam ueram imaginem, addit: Ita dico, habens umbram futuroꝝ bonoꝝ, ut in nulla sui parte habeat *ipsam* ueram *imaginem rerum*. Verius enim & expressius repr̄sentat aliqua imago rē aliquam q̄ umbra. Per imaginē enim & qualitates & quātitates illius cuius est imago, aliquo mō cognoscimus: sed per umbram nil certum, nil determinatū habemus. Si Moyses aut Melchisedec pro populo dei fuisset oblatus, forsitan imago Christi uideretur: sed hircus & uitulus & cætera quæ significabant Christū, non imago sed umbra erant. Ipsa (inq̄) lex *nunquam potest perfectos facere*, id ē, perfectione uirtutum beatos & consummatos pontifices, per singulos annos ad sancta sanctoꝝ *accedentes* cum hostijs, non pōt illos facere perfectos, *eisdem ipsis hostijs, quas* semper *offerūt*. umbræ sunt em̄ prænunciantes gratiam q̄ iustificamur, & in eis homines non iustificantur. Non possunt in eis uel in ipsis pontifices perfici in iustitia.i. non possunt in eius iustificari uere, licet semp offerant eas reuertente anno, & q̄a possent offerre p̄ *singulos annos* in spatio uiginti annorum, sic tū ut postea dimitterent, addit *indesinenter*, id ē, perseueranter. Quasi dicat: Licet pontifices in Sancta sanctoꝝ per singulos annos offerrent indesinenē, tū lex non potuit illos facere perfectos. & quia lex p̄ oēs hostias suas, cum sint umbræ, nullum duxit ad perfectionem, ideo tale quid offerri debuit, quo pfectio iustitiæ daretur humano generi. Non pōt eos lex talibus hostijs facere perfectos, ut eorum conscientia libera fiat ab omni consensus pollutione. *Alioq*.i. si aliter fecisset, si illos efficere pfectos posset, iā *cessassent offerri* illæ hostiæ.i. non esset aliqua necessitas, nec etiā causa quare ulterius deberent offerri, & sic cessassent, *eo q̄ cultores* i. sacrificatores *semel mundati*, id est, una oblatione earū ab omni peccato purgati, *nullam haberent ultra conscientiam peccati*, id ē, non essent iam sibi conscij de aliquo pctō, sed tam in corde q̄ in operibus mundi p̄seuerarent: & ideo iam hostia non indigerent, q̄m perfecti esset, q̄d lex facere nō potuit. Vna aut̄ hostia Christi pfectos facit. Cuius corpus semel oblatū, oēs suos pfecte emundauit & emundat: q̄m usq; in finē seculi hostia illa sufficiēs erit oībus ad emūdationē. Et si millies peccant, nō indigent alia: q̄a hæc sufficit ad omnia, & omnem conscientiam à peccato sanat. Ipsa em̄ & prius per baptismum purificat eos: & si deinceps peccauerint, p̄ pœnitētiam rursus emundat, & in consummationē uirtutū reformat, & si nos quotidie offerimus, recordatio mortis eius ē: & una hæc hostia ē, nō multę, quia semel tm̄ oblata ē. Nec à multis hoībus mul

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti Chri offerunt, sed unus ubiq; &sp plenus, ubiq; unum corpus. Semel oblatus nō consumit. Quod nos agimus, recordatio sacrificij est: nec causa infirmitatis suæ repetit, quia perficit hoiem, sed nr̄s, qui quotidie peccamus. Dictum est superius qd legales hostiæ cessassent offerri, si pfectionem purgatiōis agere possent: quia supflue offerrent, cum iam cultores p eas emūdati, scirent se non habere pcti sordem aliquā. Sed uidemus qa non purgant eos. Nam *in ipsis hostijs per singulos annos oblatis fit commemoratio peccatorū*. Cōmemoratio, non absolutio: infirmitatis accusatio, nō uirtutis ostensio. Dū em̄ commemorant & confitent pcta sua, & offerunt pro eis illas hostias, cōstat eos habere pcta. Nec mirum. Nā *impossibile est sanguine taurorū & hircorū, aliarumve pecudum auferri peccata*: etsi pillas hostias auferat operatio, culpa tñ interior & cō sensus remanet. Nā solius Chri sanguine delent pcta, etiam si illiq; sub lege quondam remissionē per illa sacrificia uidebantur accipere.

Ideo ingrediēs mundū dicit: Hostiam & oblationē noluisti, corpus aūt aptasti mihi. holocaustomata & p̄ pctō nō tibi placuerunt. Tunc dixi, Ecce uenio. In capite libri scriptū ē de me, ut facerem uoluntatem tuā deus. Superius dicens qa hostias & oblationes & holocaustomata & p̄ pctō noluisti, nec placite sunt tibi q̄ secundū legē offerūtur. tūc dixi, ecce uenio ut faciā deus uoluntatē tuā, aufert primū, ut sequēs statuat. In qua uoluntate sanctificati sumus p̄ oblationē corporis Iesu Christi semel.

Psal. 39.

¶ Qm̄ hostia corporis Chri sufficit ad multoꝝ exhaurienda pcta, lex aūt nō ipsos pōtifices potuit facere pfectos, *ideo* ad confirmationē huius ueritatis loquitur ista dei filius *ingrediens mundū*. i. assumēs carnem, hoc ē, respectu illius temporis q̄ erat mundū ingressurus assumendo carnē, *dicit* p̄r p̄phetā, dum cōsideraret infirmitatē legis & necessitatē oblationis corporis sui. O pater, *noluisti hostiā* de pecoribus factam, *& oblationem* q̄ sanguinis effusione fiebat. Non em reuera talibus hostijs delectatus est deus, sed præcepit eas ad significandam ueram hostiā Christi, & ut per eas iudaicum populum retineret a sacrificijs idoloꝝ. Nec unquam odoribus illis delectatus ē, nisi in fide & deuotiōe offerentium. Et præcipue ab aduentu dñi noluit illa sacrificia, qm̄ oia illa erāt quasi uerba promittentis & uerba promissiua, cum uenerit quod promittunt, iameuacuāda. Tandiu quisq; promissor erit, donec det: cum dederit, matat uerba. Non dicit, adhuc dabo q̄d se daturum dicebat: sed dicit, dedi. Sacrificia ergo illa tanq; uerba promissiua, ablata sunt: quia exhibita est ueritas promissa .i. sacrificium Christi quod per ea promittebat. & hæc fuit causa quare deus illa primo fuisse, & post noluit. Hostiā (inquit) & oblationē noluisti. Quid ergo? Iam nos hoc tēpore dimissi sumus sine hostia & oblatione? Absit. *Corpus aūt aptasti mihi*. Ideo illa noluisti, quia hoc mihi aptasti. Perfectio promissi, abstulit uerba promittentis. Illa iā in tempore gratiæ noluisti, sed corpus aptasti mihi. i. aptū & idoneum corpus, quia sine peccato & passibile & mortale mihi dedisti, quod ualeat offerri in redemptionem omniū: *holocaustomata* etiā .i. illa sacrificia quæ omnibus alijs digniora uidebantur, quia tota in altari incedebantur, *non placuerūt tibi* oblata *pro* aliquo *peccato*, qa propter hæc nō relaxasti pctm. Et *tunc*. i. quādo uideo oia tibi displicere, & corpus aptū immolationi esse mihi datū, *dixi*: Ecce. i. sine retardatione *uenio*. i. ad me offerendum spōtaneus accedo, qa hanc solā hostiā tibi placiturā cōsidero. Nā *in capite libri* Psalmorum *scriptum est de me, ut facerem uoluntatem tuam deus*, ubi dictum ē, Beatus uir q̄ nō abiit in consilio impioꝝ &c. Et oportebat impleri prophetiā hanc in me. Sunt etiā q̄ uniuersas scripturas canonicas unum librū uocent, eo q̄p ualde mirabili & diuina unitate concordent. In cuius libri capite scriptum est de me, ut facerem uoluntatem tuā, qm̄ in primis partibus libri Geneseos, qui principium scripturaꝝ est, legitur prophetatū, quia relinquet homo patrem suum. i. dei filius hoiem induēs, ueniet à sede paterna, & relinquet matrē suā. i. synagogā, & adhærebit uxori suæ. i. ecclesiæ. Vel caput libri ē prædicatio diuinitatis, q̄ nihil altius in scripturis inuenit. Et in capite libri scriptum ē de me, qm̄ scripturæ sanctæ demonstrāt me esse deū sup omnia, cum dicunt, Verbo dñi cæli firmati sunt. & deus erat huiusmodi, & ego q̄ tantus in eminētissimo capite. i. in altissima prædicatiōe diuinitatis libri scripturaꝝ inuenior, induens misericorditer formā serui, uolui o deus ut facerē uel ut faciā uoluntatē tuam, factus obediens usq; ad mortem. Quia uoluntatē meam quam iuxta naturam humanitatis habebā, diuinq; uolūtati tuæ prorsus concordē fect, ut sicut immolatiōe mei corporis humanū genus redimi uolebas, ita & ego uellem, & in oīb⁹ uoluntatem tuam adimplere optarem. Hæc uerba Chūs in psalmo loquutus ē, & nūc aperit nobis Apostolus, qd ipse de his sentiat. Quia s. non solum notat ueteres hostias hæc auctoritas nullū pficisse, & solam Christi hostiam da oīb⁹ credentibus hæc sufficiēt egisse uel agere, sed etiā oblationē ueteris testamēti & substitutionē noui demōstrat, si diligenē notenē hęc ꝟba. Nam ipse Chūs dicens superius, illa noluisti, & subiungens, Tunc dixi, Ecce uenio, aufert primū sacrificiū & cū eo uetus testamentū, & statuit nouum sacrificiū ut stabile permaneat, & cū eo nouum testamentum. Et hoc est: *Superius dicens* ipse filius, *quia hostias & oblationes & holocaustomata* etiā *pro peccato noluisti*, ostendit carnalia sacrificia esse reprobata, & cum eis carnales oēs obseruantias. Illas hostias noluisti, & ne uiderēt displicere, qa nō secundum legis institutionē offerebant, subdit,

Psalm. 1.

Genes. 2.

Psal. 32.

Philip. 2.

nec placita sunt tibi ea *quæ secundum legem offeruntur*. Et *tunc* cum illa oīa tibi displicerent, & aliud uelles sacrificium, *dixi*, Ecce *uenio* immolari, *ut faciā* & cōpleā *uoluntatem tuam* o *deus*, quē ego iuxta hūanitatē meā adoro & colo, hæc dicens dñs, *aufert primū* sacrificiū, *ut sequens statuat*. Dicendo em̄ hostias & oblatiōes noluisti, aufert primū. i. oīdit oblationē primi: & subdēdo, ecce uenio ut faciā uoluntatē tuā, statuit sequens. i. oīdit nouū stabile & firmum fore. Primum & sequens, uel sacrificiū, ut diximꝰ, uel testamentum intelligit. Nam utrunq; uidemus implerum. Quia & uetus sacrificium à populo dei prorsus est ablatum, & sequens dīuici corporis sacrificium ē substitutū. Similiē primū testamentū iuxta carnales obseruantias ablatū est, & successit euangeliū. Dixi, ecce uenio ut faciā uoluntatem tuam, i. ut immoler sicut uis, & nouam legē statuam. *In qua uoluntate*, id ē, in qua sui immolatione scdm p̄is uoluntatem facta nos fideles *sumus sanctificati*, id ē, non solum à peccatis mundati, sed in uirtutibus consummati: & hoc *p oblationem corporis Iesu Christi* in cruce facta, non bis uel amplius, sed *semel*: & ideo sequens est statutum, quia per illud sanctificati sumus. Primum uero detectū est uel ablatum, quia neminem duxit ad pfectionē.

Psal. 109. 1 Cor. 15

Et oīs quidē sacerdos præsto est, q̄ti die ministrās, & easdē sæpe offerēs hostias, quæ nunq; possunt auferre pcta. Hic aūt unam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera dei, de cætero expectās donec ponātur inimici eius scabellum pedum eius.

¶ Quæstio: Diceret aliquis, Sanguis hircoꝝ & taurorū semel in anno p pōtificem oblatꝰ, nullum duxit ad pfectionem; sed illa sacrificia q̄ quotidie fiebant, sacerdotes pfectos iure fecere, qm̄ assidue sacrificabant, & gīam dei sp̄ implorabāt. Ad hoc quasi respondet, oīdens qm̄ sicut pontifices p hostias suas non sanctificati sunt, ita nec sacerdotes, licet offerrēt assidue sanctificati aliqua legali obseruatione. Quasi dicat: Oīs pōtifex p singulos annos offert, & nō peruenit ad aliquam cōsummationem: & eodem mō oīs sacerdos sp̄ offert, & tñ p ea nunq; consummat. Et *oīs quidem sacerdos præsto est*, id ē, iuxta paratꝰ ut impleat officium suū *quotidie ministrans* altari, *& sæpe offerens easdem hostias*, q̄s iam obtulerat. i. similes prioribꝰ, ut qui heri tauꝝ obtulerat, hodie tauꝝ, & eras tauꝝ offerat. *quæ* hostiæ, licet eædem crebro repetitæ, licet à sacerdote qui præsto est, sp̄ & sedulius in officio sint oblatæ, tñ quantumcunq; offerantur, *nunquam* i. nullo tempore *possunt auferre peccata*. Sacerdos quidem multas offert hostias, semp̄q; tali officio deditus est, & tñ cassō labore cōsumitur. Sed *hic* noster uerus sacerdos, de quo loquimur, & cuius esse sufficientē hostiam ostendere intendimus, ipse non sæpe, nō multas hostias, sed *unam* quæ sola sufficiebat *offerens hostiam pro peccatis* omnium credētium delendis, postea expletā suæ passionis *obedientiā sedet*. i. quiescit & regnat & iudicat *in dextera dei*. i. in potiori dignitate patris, *in sempiternū* ibi permansurus, qm̄ iterum laborare & iterum offerre non eget, nec opus ē ut aliquid pro sua uel suorum imperfectione patiatur. Tantæ em̄ perfectionis & efficaciæ fuit eius hostia, ut non sit opus eum rursus offerri pro peccatis aliquoꝝ. Et licet nos eam quotidie offeramus, non tñ passionis dolorē ultra sentit Christus, sed memoria passionis eius à nobis fit. Multum aūt nobis in hac carne tribueremus, nisi usq; ad eius depositionē sub uenia uiueremus. Præterea nobis per mediatorem præstita est gra, ut polluti carne peccati, carnis pcti similitudine mūdaremur. i. sacrificio corporis eius, quod in Missarum celebratiōe offert. Vnde quia licet ipse amplius non patiat̄, tñ eandē hostiam p suos sacerdotes adhuc offerre nō desistit, apte nunc dicit̄, quia unā pro peccatis hostiā offerens, sedet in dextera dei: Offerens nanq;, præsentis tēporis ē: quia sicut diximus, ipse per suos sacerdotes eā adhuc offert, quia p semetipsum semel obtulit. Nam de passione eius dictum ē, qa semel oblata est eius hostia, cum adhuc in ministerijs offeratur. Sacerdos legalis ministrat, hic aūt sedet: qa ministrare famuloꝝ ē, sedere uero dominoꝝ. Et sedet ad dexterā dei, ut appareat quia bñ pōt suos cōsummare, qui sic meruit exaltari. *de cætero*. i. de eo qd restat, hoc ē, glorificatiōe corpoꝝ, qm̄ remissis peccatis hoc solū restat, uel potius de cætero quod restat. i. de glōria bonoꝝ & pœna malorꝝ, *expectans donec ponantur inimici eius*. i. usque ad illud tempus, quo illi qui adhuc ei inimicant & contradicunt, ponentur *scabellum pedum eius*. i. omnino ei subijcientur, alij interim p fidem alij in futuro per damnationem. Causa ē, quare iam glorificatus nondū suos glorificet, uel in passiōe iudicatus nondū inimicos iudicet: qm̄ adhuc nōnulli ex inimicis fient amici, ee optimū sibi locū sub pedibus eius acquirent. Nā necesse ē ut habeat q̄sq; locum aut gratiæ aut pœnæ: & ideo differtur iudicium, ut quærat unusq;que quem ibi locum habeat.

Vna em̄ oblatiōe cōsummauit in sempiternū sanctificatos. Cōtestat aūt nos & spūs sanctus. Postq; em̄ dixit, Hoc aūt testamentū quod testabor ad illos post dies illos, dicit dñs, dabo leges meas in cordibus eorū, & in mentibus eorum superscribā eas, & peccatorum & iniquitatū eorū iam non recordabor amplius. Vbi aūt horum remissio, iā non ē oblatio pro peccato.

Ierem. 31. *Supra. 8.*

¶ Dixi quia unam pro peccatis obtulit hostiam. Et quare unam, & non multas? Quia illa sufficit ad omnia. Nam *una oblatione*. i. sui sanguinis effusiōe consummauit sanctificatos. i. per baptismū à

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccatis emũdans sanctificauit,& sanctificatos cõsummauit, id est, ad summam perfectionem uirtutum prouexit, inquantum potest homo in hac uita consummatio nẽ iustitiæ cõsequi: & cõsummauit illos *in sempiternũ*, qa sine fine possidebunt illam iustitiæ consummationem in regno perpetuæ beatitudinis, nec imutabitur unquam illorum perfectio. Nec solus ego hoc dico, sed *& spiritus sanctus* per Ieremiam *contestatur nos*, id ẽ, simul testatur illud idem, q̃d nos testamur de sanctificatione & consummatione. Vere contestatur. *Postquam enim* hoc *dixit Hoc autem testamentum* &c. ibi contestatus est istud quod asserimus. Postquam hoc dixit, contestatus est istud. i. ex eo q̃d hoc dixit, consequens est eum contestari quod nos de sanctificatione & cõsummatione fidelium testamenti noui testamur. Nam qa illa consummatio non p uetus, sed per nouum testamentum fit, idcirco ipse spiritus mentionem eiusdem noui testamenti facit, cum illam consummationem promittit, dicens: Hoc aũt testamentum &c. Quasi dicat: Non uetus testamentum docebo, non carnales obseruantias p̃dicabo, sed hoc est testamẽtum spirituale, *quod testabor* & affirmabo loquens & accedens *ad illos*: & hoc faciam *post dies illos* qui suat apud me p̃fixi, *dicit dominus* per Ieremiam nõ ipse Ieremias. Et non ita testabor illis hoc nouum testamentum, sicut uetus testatus sum, in lapideis tabulis scribẽdo duris patribus eorum: sed potius alio & utiliori modo. s. *dando leges meas in cordibus eorum*, id est, manifestando internis sensibus eorum uoluntates meas p̃ spiritum sanctum, q̃ sapientiam & charitatẽ illis infundet, ut intelligant eas & delectabiliter adimpleant. *& eas* leges quas dabo. *superscribam in mentibus eorum*, quia tantæ dignitatis erunt nouæ p̃ceptæ, ut arbitrium mentis corũ superetur, nec sufficiat ex seipso quisquam ea complere, sed auxilio gratiæ iuuetur & corroborẽt infirmitas eius, ut ea compleat. Hoc loco designatum est, qa in uirtutibus eos cõsummaturus erat in sempiternum: & de sanctificatione quam daturus erat, subiungit, quia *peccatorum* q̃ quantum ad se, fecere: *& iniquitatem eorum*, quãtum ad proximum, *iam* à tempore baptismatis *non recordabor amplius*: quia nec in hoc seculo, p̃ his iniungam illis aliquã pœnitentiam, nec in futuro ullam pro eis irrogabo pœnam. Ita p̃missi spiritus sanctus per nouam gratiam peccata remitti. Sed *ubi horum est remissio, iam non est* facienda legis *oblatio pro peccato*, sed cessare debet apud Christianos, quibus peccata sunt in baptismo remissa. Sed et si post baptismũ peccauerit, remittitur per pœnitentiam, nec indigent oblatione legali. Vel in futuro seculo remissis oñibus omnino peccatis, iam non offertur oblatio Christi pro aliquo peccato eorum, quia nullum erit.

Habentes itaq; fratres fiducian in introitu sanctorũ in sanguine Chri, quam initiauit nobis uiam nouam & uiuẽtem p uelamen. i. carnem suam, & sacerdotẽ magnum sup̃ domum dei, accedamus cum uero corde i plenitudine fidei, aspersi corda a cõscientia mala, & abluti corpus aqua mũda, teneamus spei nr̃æ confessionẽ indeclinabilem. Fidelis enim est qui repromisit. & consideremus inuicem in prouocationẽ charitatis & bonorum operũ, non deserentes collectionem nr̃am, sicut cõsuetudinis est q̃busdam, sed consolantes: & tanto magis, quãto uideritis appropinquantẽ diem.

¶ Multis modis cõmendato Chri pontificio, & Iudæorum destructo, & ostenso q̃d Christus fuit melior hostia, & ad remissionem peccatorũ sufficiens, & quod lex cũ hostijs suis ad hoc erat impotens, finit hoc loco de his disputationẽ, & monere incipit, ut sola Chri fides cum obseruantia bonorũ operum teneatur: & ex omnibus quę supra dixit, ex q̃ de Christi sacerdotio disputare cœpit, infert nunc. Quasi dicat: Quandoquidem Chs est sacerdos scdm ordinem Melchisedec, & suo sanguine cælum aperuit, & una nos oblatione sanctificauit atq; consummauit, & cætera superius tractata, *itaq; o fratres* acceda mus ad eum fide & bonis operibus, à quo p̃ infidelitatẽ & prauam operationẽ longe eramus: nos dico, *habentes fiduciam*, id est, spem certissimam, quan nõ desperandum, si oberrauimus, sed confidentur possumus accedere: habentes fiduciam *in introitu sanctorum*, id ẽ, introeundi in sancta sanctorũ, hoc est, in cælum, quo intelligimus p̃cessisse pontificem nostrum. Fiduciam habemus q̃d intrabimus in illa sancta sanctorũ, & hoc non in legalibus sacrificijs, sed *in sanguine Christi*, quem ipse ideo effudit, ut eodem redempti illuc accedamus, & in illa sancta ingrediamur. *quam uiam*. i. quem introitum modo factũ uiam tritam in patriam, ipse *initiauit nobis*, id est, ipse primus oñium fidelium intrauit, ipse primus p eam ambulauit, & fidelibus suis potestatẽ ambulandi per eam post se tribuit. Viam dico, *nouam*. i. per quam nullus ante eum ambulauit: *& uiuentem*. id est, durabilem & manentem atq; nos sanctificatos expectantes, qa postea fidelibus semp est aperta. Vel uiuentem, quia omnes qui intrant, uiuere facit. Viuentẽ, quia nullus per eam ingreditur, nisi quem uita ducit. *per uelamen*, id est, p̃ significatum illius uelaminis, quod duo tabernacula diuidebat, *id est*, *per carnem suam*, patefacta est nobis uia in sancta sanctorũ, id est, in supernam Ierusalem. Vel etiam eo in cruce moriente, scissum est uelum tẽpli, significans morte eius apertã esse nobis uiam in sancta sanctorũ. Per uelamen, id est, p̃ carnem Chri qua uelabatur diuinitas, uia illa manet p̃uia: quia sumũt fideles ut uiaticum carnem Chri, & de hac uita recedentes, ingrediunt ianuam cęli. & per uelamen, id est, per carnẽ suam initiauit nobis ipse uiam illam, quia carne uelatus transijt primus per eam. Per carnem initiauit eam, qa nisi carnem assumpsisset, non eam nobis initiasset. Per carnem ẽm, non per diuinitatem põt de loco ad locum ire: & ideo per carnem, qua se uelauerat, initiauit nobis iter in cælum, sicut ei Psalmista canit: Qui ponis nubem ascẽsum tuum. Nubem quippe po suit ascensum suum, qa carne ascendit, non diuinitate. Nã quod nunc Apostolus uelamen, hoc Psalmista nubem appellat. Vel scdm quod nõnullis uisum est, caro Christi i quã ex altari sumimus, idcirco uelamẽ appellatur, quo-

Matt. 27

Psal. 103

iam sensibus nostris in sacramento uelatur. Nam sensus nostri aliud renuntiant, & aliud fides. Visus em̃ persuadet nobis eũ solũmodo panẽ scdm panis speciẽ, fides aũt insinuat esse carnem uiuam & uiuificatricem: gustus, panem in sapore, auditus etiam illud idem in fractione, fides uero integrum agnum à fidelibus sumi sine aliqua ipsius lęsione. Nõ enim sumimus carnẽ exanimem, sed cõsecratione & operatione diuina uiuentem. Christum scilicet & agnum pro nobis oblatũ in sacramento accipimus, non ut ipse quicquam concumeliæ uel læsiõis in sacramẽto patiatur, sed illud quod pro nostrã uita sustinuit, nostræ memoriæ repræsentatur. Per hoc itaq; uelamen dominicæ carnis initiata est nobis uita noua, quia per sacramẽtum corporis & sanguinis Christi cœpit in nouo testamento patere fidelibus ingressus regni cælorum, qui sub ueteri lege nulli patebat. & habẽtes (inquit) *sacerdotem magnũ* Christum pro nobis patrem orantem. Ipse em̃ per hostiã suã in sancta sanctorũ introiuit, ubi semper uiuit & offert & interpellat pro nobis. Sacerdotẽ dico, *super domum dei. i.* super ecclesiam cõstitutum, ut eam regat & contra omnes impugnationes defendat. Hoc totum tale ẽ ac si dicatur: Fiduciam habemus introeundi ad sancta sanctorum, ad uisionem supernæ pacis, tum quia per sanguinem Christi genus humanum exuit seruitutẽ, tum quia ipse primus intrauit, tum quia fideles suos corroborat & nutrit esca suæ carnis & potu sui sanguinis, tum quia pro nobis intercedit, tum quia ecclesiam gubernat & protegit. Nos (inquit) habentes fiduciam per hæc omnia quæ dicta sunt, *accedamus* ad eum. i. passibꝰ affectionis & gressibus religiosæ operationis effi-
ciamur ei magis ac magis propinqui ad introitũ sanctorũ. Accedamus, nõ cum ficto, sed *cum uero corde*, ut non simulatorio, sed puro & uero corde

Supra x.

tẽdamus ad eũ, sicut scriptũ ẽ: Et in simplicitate cordis quærite illum. & hoc faciamus *in plenitudine fidei*. ut fides nostra de illo sit plenaria, nec aliquid minus q̃ oportet habeat, ne adhuc infideliter æstimemus eum sine carnalibus obseruantijs ad salutẽ minus posse sufficere. Nos dico, aspersi & purificati corda nostra ab oñi mala conscientia, & abluti corpus aqua munda. i. baptismo, quo mundantur oës peccatorũ sordes. Hoc ẽ, accedamus ad eum uero corde in plenitudine fidei, nos qui sumus *aspersi corda*. i. q̃ habemus corda rore spiritus sancti asperia in baptismo, & per hoc emũdata *a conscientia mala*. i. ab omni reatu cõscientiæ, *& abluti corpus* i. qui habemus ablutũ & purgatũ à pctõ corpus aqua *munda* baptismi. Oia enim pcta delentur in baptismo, tã interiora q̃ exteriora. Quia ergo p baptismũ facti sumus à pctõ liberi, & restaurata ẽ nobis libertas arbitrij, & gratia dei data, & nullã habemus excusationẽ, accedamus (ut dictũ est) ad eũ, q̃ tot beneficia nobis largitus ẽ, & uero corde ligamus eũ, atq; fidẽ integrã illi seruemus, & fide plena eũ credamus, & q̃ corde credimus, ore cõfiteamur. s. *teneamus spei nostræ confessionem*. i. nihil sic tam graue uel asperũ, quod ab ore nostro auferat confessionem, q̃ est causa spei quæ facit nos cælestem beatitudinẽ sperare. i. q̃ confessio pcedit ex spe. Nisi enim quis bona futura sperararet, non illud confiteretur, pro quo præsentia bona amitteret. Hanc confessionem quæ facit nos æterna bona sperare, teneamus *indeclinabilem*, id est, ita firmiter eam teneamꝰ, ut non deorsum inclinet ad cupiditatem uel timorem terrenorum, sed semp tendat sursum ad appetitum cælestium. Et debemꝰ constanter hanc spei confessionem tenere, quia *fidelis est* dñs in suis promissionibus, & mentiri nõ põt, *qui promisit*. i. qui multoties per scripturas nobis promisit æterna bona q̃ speramus. Hæc quantũ ad deum, monuit eos Apostolus. Deinde exhortatur eos, ut satagant de utilitate proximorum, et admonet eos ad charitatem & bonam operationem. Quæ exhortatio ad eos maxime uidetur pti nere uel eos notare, qui existimãtes se melioris uitæ, consortium aliorꝫ deserebant. Quasi dicat: Fidem & confessionẽ teneamus, quantũ ad nos uel ad deum: *& consideremus inuicem* id est, diligẽter & attente inspiciamus alter alterum, nõ ut inuideat & infidietur, sed *in prouocationem charitatis & bonorum operum*, id est, ut maiorem dilectionis feruorẽ habeat, & ad omnem bonam operationem prouocetur. Scilicet perfecti cõsiderent imperfectos, exhortãdo illos ad dei & proximi dilectionem & ad fructum dilectionis, id est, ad opera bona. Imperfecti uero considerent perfectos, sumendo ex eis exemplum utilitatis quod imitentur. Et sic prouocabũt se uicissim in charitatem & bona opera. Vel pomnia consideremus quid fratribus sit utile, inuicem hoc agentes, ut quẽadmodum nos de salute aliorum satagimus, ita & illi uicario modo de salute nostra sint soliciti, ut nullus habeatur segnis & infructuosus inter nos. Quia dum dicitur, consideremus inuicem, conuenit singulis illa exhortatio. Hæc (inquit) faciamus, *non deserentes collectionem nostram*, id est, illos qui collecti sunt ad fidẽ nobiscũ, *sicut est cõsuetudinis quibusdam* uestrum, qui charitatem non habentes, & quasi de singularitate meritorum gloriantes, segregantse à cæteris. Tangit & culpat scindentes unitatem charitatis, quasi inter alios non possent habitare causa sanctitatis suæ, qui potius exemplo debuerunt cõsolari alios. Laborantem quippe consolari, est pariter in labore persistere: quia subleuatio laboris, est uisio collaborantis, sicut cum in itinere comes iungitur, uia quidem non attrahitur, sed tamen de socierate comitis labor itineris leuigatur. Et *tanto magis*, inquit, *quanto uideritis appropinquantem diem*. Ac si dicat: Eo labor crescat, quo iam præmia laboris appropinquant. Vel ũ tribulatio & persequutio infidelium ingruerit fratribus, non deseratis collectionem uestram, id est, illos qui uobis per sacramenta fidei sunt associati in eodem corpore ecclesiæ, sed potius cõsolamini eos in aduersis dulcedine uestræ exhortationis. Dico ne deseratis in tribulatione pauperes Christi, sicut quidam, qui uidentes imminere sanctis anxietates, subtrahunt illis adminiculi sustentationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Non subtrahatis uos à socijs in certamine martyrij, denegando eis solatium uestræ exhortationis, *sed consolantes* sitis eos in ipsis passionibus: & tanto magis id facite, quanta magis uideritis aspe riores pœnas imminere, per quas finis eoꝝ appropinquat, in q̃ de tenebris huius seculi ad diē perpe tuæ claritatis transibūt, ne quis unq̃ desit illi tam felici diei propter subtractionē uræ exhortatiōis. Vel etiā in pace uos q̃ sanctiores uidemini, ne deseratis causa uræ religiositatis collectionē fratrū, quia min9 religiosi uidenť, sed uīa cohabitatione & colloquutione consolationē illis exhibete, ne de sua salute desperent propter irreligiositatē suā, si uiderint se desertos à uobis sanctioribꝰ. Cōsola mini eos promittendo uenią, & in spem erigēdo, & ad bñ agendum monēdo. Et hoc facite magis ac magis q̃tidie, sicut uideritis appropinquare di em mortis. Quasi dicat: Nō differatis, quia mora uniuscuiusq; prope est, & quotidie uicinior effici tur, tanto intentius hoc agite, quanto uideritis il lum diē singularem & timendū appropinquare.

B Volūtarie eñ peccātibus nobis post quitur hostia, p peccatis, terribilis aūt quædā expectatio iudicij & ignis æmu latio, q̃ consumptura est aduersarios.

supra 6.

¶Vere non debetis peccare negligendo collecti onem fratrum & deserendo, quia *nobis* Christianis *uoluntarie peccantibus*, id est, sponte deum offen dentibus, & non ex ignorātia uel infirmitate, sed ex deliberatione delinquentibus, *post acceptam no titiam ueritatis*, id ē, postquā interius illuminati sumus, & quid eligendū, quidue respuendum sit, absque dubio cognouim9, *iam* post hæc *non relinquitur hostia pro peccatis*, sicut in ueteri lege manda tum erat, sæpius hostias offerri pro peccatis. Non enim Christus iterum immolandus est pro peccatis, quod semel factū est, & secundo non est opus, sed magis oportet nos in fide & bonis operibus manere. Non excludo pœnitētiam, sed secundū baptismum. Non dico, non est ultra pœnitentia uel remissio, sed hostia, id est, crux secunda: quæ una sufficit, nec amplius hāc expectemus, sed pœ niteamus, quia rebaptizari in morte Christi non possumus. Qui enim iterat baptismum, iterat rur sus mortem Christi, ut ex ea iterata fiat iterata re missio. Sed hoc impossibile est. Nō talis hostia no bis relinquitur, si post baptismum nos inquinaue rimus. Vel uoluntarie peccannb9, id est, in uolun tate peccandi manentibus nobis, non relinquitur hostia pro peccatis, id ē, nullum commodum po test conferre sacrificium dominici corporis. Nam pro peccatis pœnitentium offertur deo quotidie sacrificium & oblatio, non pro peccatis illorum qui ipsa peccata relinquerere nolunt. Si peccare nobis ita perseueranter & continue placuerit, nō relinquitur nobis hostia pro peccatis: sed potius relinquit *quædam* nobis notabilis *expectatio iudicij*, quæ est *terribilis*, id ē, ad terrendū habilis, q̃ mul tum nos terrere pōt. Et hæc pœna interius est, q̃ C *Mat. 25* & foris sæuiet *ignis* perpetuus. Nam etiam timor iudicij resurgentibus malis est pœna inenarrabilis & grauior q̃ gehenna. Et dicente iudice, Discedi te à me maledicti in ignem æternum, statim assu met eos ignis *æmulatio*, i. uehemens infestatio, quia zelo quodā nimis accensa sp eos puniet & quasi inuidebit eis, quia semp ad hoc exardebit, ut eos incessanter exurat. *quæ* nimirū feruens æmulatio, *consumptura est*, i. perpetualiter deuoratura *aduersa rios* Christi, ut semp in tormētis deficiant, & nun q̃ ad finē deficiendo pueniant: qui nūc aut per in fidelitatē, aut p malā operationē aduersant Chro.

Irritā q̃s faciens legē Moysi, sine ulla miseratiōe duobus uel tribus testibus morit. Quāto magis putatis deteriora mereri supplicia, q̃ filiū dei cōculcaue rit, & sanguinē testamēti pollutū duxe rit, in q̃ sanctificatus est, & spiritui grā cōtumeliā fecerit? Scimus eñ q̃ dixit, Mihi uindictā & ego retribuā. Et iterū, q̃a iudicabit dñs populū suū. Horren dū est incidere in manus dei uiuentis.

Deut 17. Mat. 18. 2. Cor. 13

Deut. 32 Rom. 12 Psal. 134. D

¶Vere nobis uoluntarie & libenter peccantibꝰ, postquā ueritatis notia sumus illuminati, non relinquit spes futuræ saluatiōis, dū in peccato ma cere uolumus, sed potius pœna perpetuæ dānationis. Quod patet à minori: Quia *quis faciens irri tam legem Moysi*, id ē, aliquis prævaricans aliquod præceptum ueteris legis, *moritur* ea morte quam lex decreuit, uel lapidatur, uel incenditur, uel alio genere mortis extinguitur, *sine ulla miseratione*, id ē, sine aliqua pœnæ imminutione. Ipse dico conui ctus *duobus uel tribus testibus*, qui testantur q̃d legem in aliquo sis transgressus. & ille quidem sic inter ficiebatur propter illius legis transgressionem, in qua non recipiebant obseruatores diuinam gra tiam. Ergo *quanto magis* putare debetis *deteriora* & acerbiora *mereri supplicia* eum, contra quem in iu dicio perhibebunt testimonium angeli sancti & propria conscientia, quod filium dei conculcaue rit? In lege enim duo uel tres adhibentur testes, sed ibi testis erit multitudo angelorum atque san ctorum, & ipse peccator contra se. Et tunc ex cipient eum supplicia, id est, pœnæ, sub se eum pli cantes & incuruantes & opprimentes. Supplicia dico deteriora, quia magis deterent eum & com minuent quām legis cruciamenta. Tam diram ultionem sentiet & in perpetuum, *qui* nunc *filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum du xerit*, id est, ita uilipenderit, ut eū non sufficere cre dat ad salutem, si bruta animalia secundū legē ma ctata putet adhuc salutri necessaria. Conculcat eñ filiū dei, qui fidem & constitutionē uiuendi quā ipse dedit hominibus, non credit ad ęternā uitam

A sufficere, sed in carnalibus obseruantijs confidit pluſq̃ in præceptis eius nouis. Conculcat Christū, q̃ post acceptionē Chrianitatis libere peccat absq̃ timore & pœnitentia, & q̃ eo indigne participat. Sanguinē quoq; nou testamenti, i. sanguinē Chri, confirmationem euangelij & sponsorē nouæ hæ reditatis, pollutū ducit, q̃ eū minime credit genus humanum à peccatis emundante, sed potius oēs in Christū credentes polluentem. Quoniā necessa rio si non mundauit, tunc contaminauit: & pec catores constituit, quia carnales obseruantias & iustificatiōes legis cessare fecit. Omne eñ q̃d pol luit, in se prius pollutū fuit: & sanguis iste pollu tus in se esset, & nos pollueret, si inde nos retra heret, ubi remissio peccatoꝝ esset, id ē, si à carnali bus obseruantijs nos separaret, cū peas remissio peccatoꝝ fieri posset, Vt aūt ostendat acrius esse puniendum illū, qui tam male sentit de hoc san guine, addit: *in quo sanctificatus est*, i. in quo remissi onem peccatoꝝ accepit, & ita contra eū grauius peccat, & ingratus existit. Ac q̃hoc magis puni etur, q̃a à quo mundationē habuit, immundum esse credit. Sed & ille sanguinē hunc pollutū du cit, q̃ ab eo mundatus, ad uomitum redit & pœni tere negligit: *& spiritui gratiæ*, id ē, spiritui sancto gratis dato uel gratiā danti, *contumeliam* facit, qui remissionē quā ipse spiritus operat, adscribit car nalibus obseruantijs, uel qui eum male uiuendo à se abiecit. Et quisquis hæc facit, iure sine misericor dia moriet, quod in minori per uindictā legis est probatū, ubi prævaricator sine miseratione puni tur. Nam si transgressor legis digna morte peri mitur pro uno mandato semel p̃uaricato, quan to acrius puniet, qui supradictis tribus modis deū offendit, conculcando filiū eius, & pollutum du cendo sanguinē ipsius, atq; contumeliam inseren do spiritui sancto? Vere talis quisq; punietur. *Sci mus enim qui dixit*, i. scimus q̃ uerax & q̃ potens est ille qui dixit, *Mihi uindictam, & ego retribuam*. Quasi diceret: Homines in præsenti sumunt uindictam de suis hostibus, & ego quoq; reddam mihi uin dictam in futuro, i. uindicabo me de meis aduer sarijs, qui nunc me conculcant & cōtumelijs pro uocant, licet sub Christiana professione degant.

B

Deut. 9.

Vbi nos in Iezechiele legimus, Appropinquaue re uisitationes urbis, Septuaginta transtulere, Mi hi uindictam, & ego retribuam, dicit dñs: *Et iterū* ad idem probandum, quod qui filiū dei cōculca uerit punietur, dicit Moyses uel Psalmista, *quia iu dicabit dominus populum suum*, id ē, peccata populi sui non relinquet impunita, sed unumquemq; etiam fidelium iudicabit scdm uias eius. Ideo nō sibi de impunitate, si peccauerit, blandiat, q̃a iā est de po pulo Christianoꝝ, sed sciat q̃a criminosi nō possi debunt regnum dei. Nam qui nunc in ecclesia ma le uiuendo filium dei cōculcant, eliminandi sunt ab ea. Multi eñ sunt uocati, pauci uero electi. Do minus iudicabit populū suū, & quos in eo dam nabiles inuenier, damnabit atrociter. Nā *horrendū est*, id ē, horrore nimio timendum & p̃cauendū, *incidere in manus dei uiuentis*, i. qui semp uiuens ē, &

Deut 32. Psal. 134.

Mat. 20

pœnas semp uiuentes infert eis quos dānat. Incidit in manus dei, qui nō sibi prouidet, sed subito de prehendit, scilicet uentura damna minime pro spiciens sine delictoꝝ pœnitentia & uirtutum de core uenit ad examen æterni iudicis, sensurus ca sum dānationis. Manus, p potentia ponunť: quia sicut aliquis à manibus inimici in quas sorte inci dit, arratur ne unq̃ illæsus effugiat, sic quisq; dam nandus cogitur potenti iudicio dei, ut q̃s meruit pœnas sentiat. Qui scilicet deus, si aliq̃ morteret, posset cessare pœna quā ipse decreuit. Sed quia semper uiuit & omnipotens est, semper manet quicquid in eius iudicio decretum est.

C

Rememoramini aūt pristinos dies, in q̃bus illuminati magnū certamē sustinuistis passionū. Et in altero quidē opprobrijs & tribulationibus spectaculū facti, in altero aūt socij taliter conuersantiū effecti. Nā & uinctis cōpassi estis & rapinā bonorū uestrorū cū gaudio suscepistis, cognoscentes uos habere meliorē & manentē substantiā. Nolite itaq; amittere cōfidentiā uestrā, q̃ magnam habet remunerationē. Patientia eñ uobis necessaria ē, ut uoluntatē dei facientes, reportetis repromissionē.

D

¶Aspere terruerat eos, cōpescendo à pctis cōmi natiōe æterni supplicij: nunc ꝙo territos refouet, laudans eos de præteritis, & hortat ut in bonis q̃ cœperant, perseuerent. Turpe eñ & dignum re prehensione, si hi q̃ dū adhuc rudes in fide essent, religiose uixere, mō nequiē agendo deū offendāt: & q̃ in exordio quādo ad fidē uenere, magnani miter uarias p̃secutiones tolerauerūt, postea pu sillanimes effecti, deficiant in tribulationibus. *Re memoramini aūt pristinos dies* &c. Ostendit diu eē ex quo ad fidē uenerant, & p hoc magis debuissent in religione profecisse, & ad sustinendā persequuti onē exercitati esse. Quasi dicat: Non deseratis col lectionē nostrā in tribulatiōe, neq; male uiuendo filiū dei ulterius cōculcetis, sed recordamini con stantiæ uræ & perfectiōis, quā in pristinis diebus habuistis, & hoc est: Rememoramini. i. reducite ad memoriā pristinos dies. i. recogitate q̃s in il lis diebus fueritis, ne nūc deteriores sitis, cum ex ēporis prolixitate muleo meliores esse debeatis. Recogitate *dies, in quibus* luce fidei *illuminati sustinu istis magnum certamen passionū*. i. nō defecistis susti nendo, sed magnanimiter certastis, fidē corde & ore tenēdo, quā uobis extorquere p̃sequutores cō tendebāt. Plus eñ notat dicēdo, sustinuistis ma gnū certamē passionū, q̃ si simpliciē dixisset, susti nuistis magnas passiones. Nā q̃d posuit ibi certamē, oñdit eos nō defecisse, sed cōstanť certasse. Qđ nō notaret, si certamen nō esset appositum. Vel ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca

A dixit certamen passionū, quia ipsæ passiones certabant cōtra eos, ut patientiam & fidē eis extorquerent, sed nō potuerunt. Et ideo qui sic fortiē stetere in principio suæ conuersionis, non debēt nunc metu persequutiōis deserere collectionē fratrum, qui eos solatio indigēt. Siue ideo posuit certamē passionū, quia aliud est passio q̄ inferē, aliud dissiculta passionis quæ contra rationē pugnat, & ut fidē postponat, exhortatur. Duobus itaq; modis eos laudat, tum quia passiones & uerbera exterius sustinuerunt, tū quia inuictissime contra ipsas passiones interius certauerunt, quasi dicens: Duo in uno feciſtis, quia unum patiebamini exterius, aliud interius. Et *in altero quidem*, i. in hoc q̄ exterius patiebamini *facti estis spectaculū*. i. admiratio quædam uniuerso populo, *in opprobrijs* quæ cōtra uos proferebant, quia oēs irridebant uos & amentes atq; insensatos dicebant. Et graue quidē est opprobrium, sed grauius est, cum spectaculū hoibus fit, non secreto exprobrāt. Spectaculum fuistis in opprobrijs, qm̄ spectāte uniuerso populo irrogabātur uobis multa cōuicia & ignominiosa uerba, & *in tribulationibus*, quia publice flagellabamini & diuersas pœnas sustinebatis. In hoc maximam eoꝝ
B cōstantiā oñdit, qū quamuis spectaculum essent, non tamē deficiebant à fide. Nō enim modicum opprobrium est, fieri spectaculum & ab hominibus insultationes perpeti, & quasi non sufficeret spectaculū, addebant opprobria uerboꝝ, & opprobrijs tribulatiōes uerborum. Hæc quidē sustinuistis in altero. i. in altera parte certaminis, quæ (sicut dictum ē) foris figebat: *in altero autem* quod interius erat, i. in altera parte certaminis, quæ in corde gerebatur, certastis sic q̄ *effecti* estis p̄ compassionem *socij taliter conuersantium*. Ideo dicit in altero, & in altero, ut ostendat has duas partes certaminis tm̄ esse, & per hoc eos oēm genꝰ certaminis sustinuisse. Compatiendo & necessaria ministrando effecti estis socij taliter conuersantium, i. assidue patiētium, scilicet apostolorum & similium, qui totam uitam suam ducebāt patiēdo aduersa pro Christo, quorum exemplo perseuerare & uos debetis in obseruatiōe patientiæ. Vere socij eorum facti estis. *Nam & uinctis compassi estis*, q̄a si pro Christi nomine patiebant, uos inde sic dolebatis ac si cum eis uincti essetis, & dolorem cordis operibus declarabatis, ministrando illis sustentationē de bonis uestris: quia non poterant sibi necessaria q̄rere, utpote uinculis & carceribus detenti. Illis cōpassi estis ministrando, & ob hoc *suscepistis rapinam bonorū uestrorum*. Nam idcirco uobis ab infidelibus propria bona sunt ablata, quia inde ministrabatis sanctis. Et hanc bonoꝝ direptionē suscepistis non cum mœrore, sed cum gaudio & alacritate cordis, & hoc est quod dicit, quia & uinctis cōpassi estis, & bonorū uestroꝝ *cum gaudio* rapinam suscepistis. i. & de tribulationibus sanctoꝝ doluistis, uelut si eas in corpore uestro pateremini, & de damno rerum uestrarum propter sustentationem eorum uobis illato gauisi estis. Suscepistis lęti quasi donum dei amissionem facultatum uestrarum, *cognoscentes*, i. quia cognoscebatis *uos* C
idcirco *habere substantiam* longe *meliorem* ista & *manentem*, id est, non transitoriam, sed æternā, hoc ē, spe certissima cōfidebatis uos æterna bona lucrari amissiōe temporalium & æternam requiem labore transitorio, atq; thesaurū cælestē damno terreno: & quia spem certam, id est, confidentiam supernæ retributionis habuistis, *itaq; nolite amittere confidentiam uestram*. i. nolite deficere. Illatio est ex eo quod dixit eos tanta pertulisse, & uitam æternam inde expectasse. i. manentem substantiam. Quasi dicat: Qm̄ in principio fidei tot aduersa passi estis, & inde confidenter sperabatis æternā mercedem, itaq; nolite amittere confidentiam uīam .i. firmam spem uīam deficiendo à patientia fidei, quia per patientiæ amissionē amittetis & æternæ uitæ spem. Et ne amissio spei parua iactura uidere
tur, addit: *quæ magnam habet remunerationem*. Itaque pro certo sperat illam remunerationē ineffabilē, quam oculus non uidit, nec auris audiuit, ac si iā *1. Cor. 2.* teneat eam. Vel in prædestinatione diuina habet *Isaiæ. 64* illam. Vere per impatiētiam non debetis amittere confidētiam perpetuæ retributionis. Nam *patientia est uobis necessaria*, id ē, necesse est ut nunc patienter aduersa toleretis pro deo, si cum eo postmodum regnare uultis: quia si compatimur, & cōregnabimus. Ideo est necessaria, *ut* uos p eā *facientes* D
uoluntatem dei, id ē, sustinentes æquanimiter omes *2. Tim. 3* iniurias uobis illatas, quia hoc placet Deo, uel facientes uoluntatem dei, id ē, mandata eius seruantes, & quicquid aduersitatis propter hæc acciderit libēter perferēs, *reportetis repromissionem*, id ē, sicut nunc pro deo portaueritis pondus aduersitatis, ita postmodum reportetis pondus beatæ remunerationis, quam sæpe deus cælestis promisit. Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pōdus operat in nobis. Hoc ergo pondus gloriæ quā deus repromisit, studete per præsentem patientiam tunc reportare.

Adhuc enim modicū & quantulū, & qui uēturus est, ueniet & nō tardabit. Iustus aūt meus ex fide uiuit. Qđ si subtraxerit se, non placebit aīæ meæ. Nos aūt non sumus subtractiōis filij in p̄ditionem, sed fidei in acquisitionē animę. *Habac. 2*

¶ Tenēda est (ut dixi) patientia, nam nec longa est, nec uehemēs, sed modica & quantula, ne uobis longum & durum uideatur eam seruare. Nā prope est finis uniuscuiusq;, & mox requiescetis à labore, & recipietis gloriam Christo iudice. Nam iuxta prophetiam Habacuc, *adhuc modicum* restat, id est, paruo tempore adhuc seruanda est patientia, *& quantulum*. i. non uehemens uel magnum aliquid patiēdum ē, sed exiguæ quantitatis erit quicquid in hoc seculo perferēdum fuerit. Huius em̄ temporis patientia momentanea & nullius uehementiæ est deputanda, si respicit quod est in æter

A nitate & summa gloria donandū. Adhuc (inquit) restat modicum & quātulū, & post *ueniet* iudex q̄ sine dubio *uenturus est* qñq;, & *non tardabit* uenire, sed cito ueniet, ut reddat uobis prædictam repromissionem, si mō patientiā seruantes, feceritis eius uoluntatem. Nulla mora erit in reddenda merede, sed cito ueniet remunerator. Interim *aūt uiuit in aīa ex fide iustus meus*, quia fides est nunc uita cordis, donec ille ueniat qui uitam æternam dabit & animæ & corporis: & p̄ fidem, nō p̄ opera legis iustificatur, quisquis meus iustus est. Qui enim p̄ opera legis iustificaī, non meus, sed suus iustus est: qa non à me, sed à se iustificaī: & nōn in me, sed in se gloriaī. At qui per fidem iustificatur, iustus meus est, quia dono gratiæ meæ iustificatur: & non sibi q̄ iustus ē tribuit, sed grāe meæ deputat. Et uiuit interim ex fide, donec ueniente Christo introducatur ad uisionem meam, & æternaliter uiuat ex specie. Vel ex fide quam nunc habet, uiuit postmodum, quia q̄ nunc credit, tunc accipit. Ex fide uiuit. *Quod*. i. sed, *si subtraxerit* à fide *se*, ut uel metu persequutionis deserat fidem, uel in operibus legis iustitiam quærens, incipiat corde à fide recedere, *non placebit animæ*. i. uoluntati *meæ*: ac per hoc non poterit uiuere, sed potius damnationem merebitur, quia me offendet subtrahendo se à fide &
B gratia. Hæc per prophetam loquutus est dās. Qui sese subtrahit, displicet deo. *Nos aūt nō sumus* tales, non sumus apostatæ, ut subtrahamus nos à fide. Quasi dicat: non debemꝰ apostatare, ut subtrahamus nos, sed in melius proficere. In numero eorū se ponit Apostolus, ut magis suadeat: & nō dicit esse tales quales non uult eos esse, ut blanda monitione retineat eos, ne subtrahant se: quia nōdum prorsus apostataerant, sed partim adhuc in fide manebant. i. partim fidei retinebant. Non sumꝰ (inquit) *subtractiōis filij*. i. apostasiæ ducentis nos *in p̄ditionem*, *sed* sumus filij *fidei* ducentis *in acquisitionē animæ*: hoc ē, non sumꝰ geniti ab apostasia trahente filios suos in perditionem, sed fides genuit nos, ducens in acquisitionem animæ, ut per fidem acquirat unusquisq; nr̄m aīam suam, nō per subtractionem p̄dat. Nam sicut fide acquiriī aia, sic subtractione perdiī. Acquiriī, ut libera possideaī à nobis in æterna beatitudine, ne p̄ subtractiōem transeat à nr̄a potestate, & fiat in tormentis possessio dæmonum. CAPVT XI.

EST autem fides sperandarum substantia rerū, argumentum non apparentium. In hac enim testimoniū consequuti sunt senes.

¶ Quia isti multū duri erant ad fidem, ideo p̄lixum de fide tractatū facit Apostolus, ut eorum duritiam prorsus ad fidem incliner, oñdens oēs sanctos patres eoꝝ per fidem placuisse deo. Dixuos esse filios fidei. Quæ fides non est earum rerū quæ uidentur, sed earum quæ non uidentur, & quæ sperantur. Sed *fides est substantia sperandarum* rerum, i. fides est causa quare res sperādæ quādoq; subsistent in nobis, hoc ē, causa nobis est cōsequutionis æternaꝝ rerū, quæ modo sunt sperandæ & desiderandæ, & propriæ dī fides esse substantia sperandaꝝ rerum, qm̄ eis subsłat. Nam sicut substantia subsłat formæ eam esse faciendo, sic fides sperandis rebꝰ eas in nobis ponendo. Res sperandæ sunt, gloria, beatitudo, reges, æternitas, & huiusmodi: & istaꝝ substantia dī esse fides, quia iam facit eas subsłare in corde nr̄o p̄ certitudinē credulitatis. Facit eas subsłare, i. esse uel quasi subaspectu nr̄o stare, & immobiles utpote æternas, permanere, & est eadem fides *argumentū* rerū *non apparentium*. i. certitudo rerū quæ nō apparent, & (si qs de eis dubitet) probatio, sicut adhuc futura probatur resurrectio, qm̄ ita credidere prophetæ & apostoli & cæteri sancti. Nam ea qū nōn apparēt, uel præterita sunt, sicut de creatione mundi: uel præsentia, sicut de dño Iesu sedente ad dexteram patris: uel futura, sicut de die iudicij. Et horum oīm est argumentū. i. certitudo & probatio fides. Eoꝝ ergo fides est argumentū, q̄ apparere non possūt. Quæ enim sunt apparentia, fidem non habēt, sed agnitionem. Nam etsi dicunt credi quæ uidētur, sicut dicit unusquisq; oculis suis se credidisse, non tā ipsa est fides q̄ in nobis ædificatur. Sed ex rebꝰ quæ uidenī, agitur in nobis ut ea credātur q̄ non uidentur, sicut Thomas hoiem uidit, & deum credidit. Est itaq; fides subsłantia. i. fundamentum & firmitas & essentia sperandorum bonoꝝ: & est argumentum non apparētium, id est, certa & rōnabilis probatio inuisibilium ac præmonstratio futurorum. Argumētum enim dī esse ratio dubiæ rei faciens fidē. Vere fides est subsłantia sperandarum rerū. i. subsłare faciēs eas in corde fidelium, ac p̄ hoc iustificās cor eoꝝ, quia *in hac fide consequuti sunt* à dño *senes testimoniū* iustitiæ, quia deus ipse testis fuit puræ conscientiæ ipsoꝝ. & testatus ē eos esse iustos, sicut & ad Noe dixit, *Te uidi iustum coram me in gñatione hac*. & si per fidem consequuti sunt testimonium iustitiæ, iustitia uero causa & mericum est futuroꝝ bonorum, tunc fides ē subsłātia sperandarum rerum. Senes autem dixit antiquos patres, quia morum & fidei maturitatem habuere, & priscis temporibus fuerunt. Vnde cō stat fidem nō esse rem nouam, nec deserendā, sed tenendam, quam tenuere antecessores, & per quā iustificati sunt, & bonitatis suæ testimoniū, quod quærebāt, à deo per eam consequuti sunt. *Genc. 7.*

Fide intelligimus aptata esse secula uerbo dei, ut ex inuisibilibus uisibilia fierent. *Genc. 1.*

¶ Probat q̄ fides est argumentū rerū non apparentiū. Nā fide intelligimꝰ aptata esse tēpora &c. Vel q̄si illi dicerent, qūo rebus futuris possumꝰ fidē adhibere, cū nullus eas uideat, oñdit à simili qa de futuris bñ pōt fides haberi, qm̄ habeī de preteritis, q̄ cum fierent, nemo uidit, & tñ creduntī esse facta. Non enim uidimus q̄ deus mundū fecerit, & tñ credimus quia fecerit. Nam cū nō uidissemꝰ eū hæc operantē, *fide* tñ *intelligimus secula*, id ē, oīa

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quæ sunt transitoria, *esse aptata*.i. apte qualitatib9 & formis assumptis composita *uerbo* & sapientia *dei*, quæ Christus est, qm omnia p ipsum facta sunt. Et sic aptata, *ut ex inuisibilibus fierent uisibilia*.i. ex in-
Iohan. 1. formibus elementis formata. Nam anteq̃ formæ darentur rebus, tenebræ erant & inuisibilia elementa, sed in eor̃ separatiõe nata ẽ lux. Informis enim materia, quam de nihilo fecit deus, appellata ẽ primo cælũ & terra. Et dictũ ẽ, in principio fecit deus cælum & terrã, nõ quia iam hoc erat, sed quia hoc eẽ poterat. Oia enim elementa confuse tenebantur in illa informi materia, quæ chaos ab antiqs dicta est, & de qua formata sunt uniuersa. Tũcq̃ cedentib9 tenebris, p exortũ nouæ lucis sunt facta uisibilia, q̃ prius uideri nõ poterant. Vel ex inuisibilibus facta sunt uisibilia.i. ex intellectuali mundo uisibilia. Inuisibilis em̃ mundus in sapientia dei erat, & ad cuius similitudinẽ factus ẽ iste uisibilis. & hæc oĩa fide intelligimus ita esse facta.

Fide plurimã hostiã Abel q̃ Cain ob
Gene. 4. tulit deo, per quam testimonium conse
Matt. 23 cutus ẽ, esse iustus, testimonium perhi-
B bente muneribus eius deo, & per illam defunctus adhuc loquitur.

¶Modo per partes ostendit, quõ senes fide cõsequuti sunt testimonium suæ probitatis. & incipit à primo iusto, qui propter fidẽ suã iustus ẽ inuentus & exemplũ iustitiæ ac fidei nobis ẽ factus. Vere senes in fide testimoniũ sunt adepti. Nam *Abel* primus hoc cõsequutus ẽ, *q fide*.i. per fidem *obtulit deo plurimam*.i. pluris præciũ uel magis acceptabilẽ *hostiam quam* frater eius *Cain, per quam* fidem *consequutus est testimonium esse iustus*.i. quod esset iustus, *deo perhibente testimonium muneribus eius*, dum ea se recipere demonstraret, mittens ignem de cælo q ipsa consumeret. Nam dum munera Cain non inflammauit, & munera Abel cælitus igne misso cõbussit, præclare testimonium dedit eisdẽ muneribus quod ea suscepisset, & quod oblator eor̃ iustus esset ac fideliẽ obtulisset. Tale testimoniũ adeptus est per fidẽ dũ uiueret. *Et defunctus loquitur adhuc per illam*.i. monet omnes posteros exemplo suæ fidei, ut fidem cum bonis operibus habeãt. Vel q̃ adhuc recitat scriptura, in qua deus ad Cain dicit,
Gene. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Ille em̃ clamor sanguinis ẽ loquutio defuncti. Vel defunctus loquitur. i. facit nos loqui de se defuncto, q̃ est nobis materia loquendi, ut de eius magna fide cæteris demus exemplum. Nõ em̃ mors extinxit famã fidei, sed potius ubiq̃ diuulgauit.

Fide Enoch trãslatus ẽ, ne uideret mor
Gene. 5. tem, & nõ inueniebat, q̃ transtulit illũ deus. Ante translationem em̃ testimoniũ habuit placuisse deo. Sine fide aũt impossibile ẽ placere deo. Credere em̃ oportet accedentem ad deũ quia est, & inquirentibus se remunerator sit.

¶Alterius senis exemplo hũda est fides. Nam C
Enoch fide translatus est.i. quia fidem habuit & iustitiam tenuit, translatus est in paradisum, vñ à dã eiectus fuerat. Trãslatus ẽ ideo, *ne uideret mortem*.i. ut nõ solum non sentiret in seipso mortem, sed etiam in alio non uideret eã, utpote remotus pcul à terra morientium, & habitans in regione uiuentiũ. Nã non est ita translatus, ut in aliam terræ partem hominibus inhabitabilem poneretur; sed ita potius, ut ab oĩ societate mortalhũ separaret. *Non*
enim inueniebatur cũ ã suis per multa loca diligẽt quæreret. Ideo scilicet non poterat inueniri, *quia transtulit illum deus* qui ipsum occultare potuit, ne à quoq̃ inueniret. Posunt nãq; illum in aliqua secreta regione, ubi in magna carnis ac spũs quiete uiueret, donec circa finẽ seculi cum Elia ueniat reliquias Israel ad fidem conuertere. Vere propter meritum fidei translatus est. Nam *ante translationẽ* Gene. 5.
habuit testimonium placuisse deo, quia sicut scriptura refert, Ambulauit Enoch cũ deo, & uixit Enoch postq̃ genuit Matusalem, trecentis annis. Valde enim placuit deo, quia tam sancte uixit, ut per uiam iustitiæ trecẽtis annis ambularet cum deo. Et q̃a deus tantũ fecit eum ambulare tecũ in uia rectitudinis, euidens illi testimonium perhibuit q̃a sibi placeret. Ipse habuit testimonium q̃a placeret deo. Sed *fine fide impossibile est placere deo*.i. nullus ad hoc unq̃ pmoueri põt, ut deo placeat, nisi meritũ fidei pcedat. Patet ergo q̃a & Enoch p fidem D
placuit, atq; p fidẽ transferri meruit. Fides em̃ ista Galat. 3.
quę sic laudat ab Apostolo, ea debet intelligi, quę p charitatẽ operat. Et uere nullus deo placebit, nisi meritũ fidei pmiserit, q̃a *accedentem ad deũ oportet credere*.i. quisq̃s deo uult propinquare ut ei, pximus fiat & ei placeat, necesse est ut primo fidẽ habeat, qm̃ fides ẽ primus gradus, in q̃ mentẽ q̃s cõstituit q ad deũ accedere inẽtdit. Credere eũ oportet q̃a deus *est*.i. q̃a ipse solus ꝓprie habet esse, sicut Exodi. 3
Moysi loquit: Ego sum q sum. Cætera em̃ uerũ eẽ nõ habent, q̃a sunt mutabilia. Sed ipse solus est, q̃ nunq̃ mutat, sed sp est q̃d est; & quisq̃s uarietatem suæ mutabilitatis superare cupit, ad deũ accedat, & credat q̃a ipse est incõmutabilis, & sibi adhærẽtes liberat à mutabilitate. Hoc oportet eũ credere, *& etiã quia sit remunerator inquirentibus se*.i. illos in futuro muneribꝰ donat, qui nunc p ea quę faciũt, deũ solũ inquirũt, i. in cordis intẽtiõe quærũt; hoc est, nihil aliud q̃rit intẽtio cordis ipsor̃, nisi deũ ex operib9 q̃ foris oñdunt, & q̃d tales ab eo remunerent, debet credere quisq̃s ad eũ uult accedere.

Fide Noe accepto respõso de his q̃ ad-
Genes. 6 huc nõ uidebant, metuẽs, aptauit arcã in salutẽ domus suæ, per quam damnauit mundum, & iustitiæ quæ per fidem est, hæres est institutus.

¶Refert Iosephus Adã prædixisse exterminationem reꝝ oĩũ, unã ignis uirtute, alteram uero aquarum multitudine fore uenturam; & inde forsitan Noe deum consuluit, & responsum accepit

A quia diluuiũ uẽturꝫ tunc esset, atq; iussum est ei ut arcam cõstrueret. Qui fideliẽ deo credidit, & sibi imperata pfecit. Itaq; *Noe accepto* diuinit9 *responso fide*.i. p fidem *metuens de his quæ adhuc non uidebantur*.i. de inundatiõe diluuñ, quæ nondũ ppendebat, quia & aer adhuc serenus erat, nec aliquod huius rei signũ apparebat, *aptauit*.i. aptam cõposuit *arcã in salutem domus suæ*.i. ut p eam saluaret à diluuio suam uxorẽ & filios cũ uxorib9 eor̃. In eo q̃ ponit, metuẽs de his quę non uidebant, commẽdat fidẽ eius, quia iam metuebat quæ nondũ uidebat, credens ea quæ deus sibi prædixerat. Sic & nos oĩa quæ deus fore promittit aut minat, indubitanter fore cõplenda credere debemus, & eius mandatis in pñti deseruire, si exẽplo sancti Noe uolum9 ad salutem ptingere. Cum em̃ nullum signum futuri interius uideret, sola dei uoce audita, credidit futuram mundi submersionem. Nos ꝫo multa signa finis seculi & futuri iudicij uidemus, & tñ raro inuenit qui de illo iudicio nunc sic metuat, ut sanctus Noe de diluuio formidabat. Aptauit arcam, p *quam damnauit mundũ*, quia tanto maius peccatum habuerunt homines, quãto maiorem eius
B in fabricanda arca instantiam uidebant, & nõ credebant. Cum enim uiderent eum p cẽtum annos in constructiõe arcæ laborare, deberẽt futuros casus animaduertere, & ad pœnitẽtiam confugere. Quod quia nõ fecere, grauiorẽ sibi dãnationẽ acquisiere, & hæc est prima laus fidei eius, quia mundum incredulum dãnauit: *& institutus est* à deo *hæres iustitiæ, quæ est per fidem*, & post diluuium hæreditario iure obtinuit religiosos mores, quos fides gñat: & q̃s antecessores eius qui iusti fuerant, habuerãt. Ideirco enim factũ erat diluuium, ut finis imponeret uitijs, & iustitia quã Abel & Enoch & cæteri sancti tenuerant, pmaneret, & huius hæres factus est beatus Noe. Et ita consequutus in est fi de testimonium, quia iustitiam fidei hæreditauit.

Fide qui uocat Abraã, obediuit in locũ
Gene. 12 exire, quẽ accepturꝰ erat in hereditatẽ,
& 13. & exijt, nesciens q̃ iret. Fide demoratus est in terra repromissiõis tanq̃ in aliena, in casulis habitando cũ Isaac & Iacob, cohæredib9 repromissiõis eiusdẽ. Expectabat em̃ fundamẽta habentẽ ciuitatẽ, cuius artifex & cõditor deus.

¶Adhuc p exemplum oñdit q̃ fides sit habenda, & q̃ in ea senes testimoniũ sint adepti, qm̃ ille qui prius uocabat Abram, & post à deo uocatus est Abraam, dat nobis exemplũ fidei. Nam fides causa fuit augmentationis uocabuli eius, ut q̃ pri
Gene. 17 us dicebatur Abram.i. pater excelsus, post accipiens promissionem q̃ oës gentes fidem eius essent sequuturæ, & patrem eum habituræ, uocaretur Abraam.i. pater uidẽs multitudinem: quia factus in fide pater credentium, uidit multitudinem omnium gentium uenturam ad suam fidem. Et ille *qui* huiusmodi causa *uocatur Abraam, fide obediuit*
deo, non enim obediret, nisi crederet, Obediuit dicenti, Exi de terra tua & de cognatiõe tua, & ueni C
in terram quã mõstrauero tibi. Sic obediuit *exire*.i. obediens exiuit à terra patrũ suor̃, & uenit *in locũ* illum, *quem accepturus erat*.i. in terram Chanaã, quam erat habitur9 *in hæreditatem* in filijs suis, nõ in seipso. Et audito dei præcepto, *exijt* mox de terra sua, *nesciens quo iret*, sed tm̃ obedire cupiens, & credens q̃ esset à deo consequuturus longe meliora, q̃ relinquebat in patria. Si enim certum locũ sciret ad quem tendere posset, qui certum patriæ locum deserebat, non tam admirandæ fidei esset. Et si saltem post inueniret uacuũ locũ, ad quẽ ducebatur, ut possidere terram illam posset, non ita cõmendaretur fides eius. Sed inuenit locũ Chanaæis plenũ, & inter eos ut aduena mansit. Et hoc est q̃ sequit: *Fide demoratus est in terra repromissionis*.i. q̃ sibi nõ semel, sed multoties pmissa est, non ut possessor, sed ut aduena, *tanq̃ in aliena* terra, nõ tanquam *in propria*. Fide melioris terræ moratus est ut peregrinus in ea, nec redijt ad paternum solũ, D
sed obedire uolens, mãsit ubi iussum ei fuerat, nõ in domibus põposis & magnis, sed *in casulis & turgurijs habitando*. Nõ em̃ magna domor̃ ædificia construebat, sed parua illi sufficiẽtia bãt tuguria, qm̃ mens eius alio tendebat, & ipse sp exulem se credebat, in quocunq̃ loco præsentis mundi positus esset. Sic habitauit *cũ Isaac & Iacob*, q̃a sicut ex Genesi colligit, Iacob quindecim annor̃ erat quãdo
Gene. 25 mortuus est Abraã. Et hi duo. s. Isaac & Iacob cohæredes erant *eiusdem repromissionis*, quia ad ipsos fecit deus eãdem repromissionẽ terræ Chanaan, in qua cælestis hæreditas figurabat. Et q̃re uelut paup & aduena morabat in casulis Abraã cũ filio & nepote, nec magnas domos ædificabat? Quia *expectabat ciuitatem*.i. cælestẽ patriã Ierusalem sup-
nam *habentem fundamenta*.i. stabilitatem diuersor̃ præmior̃, q̃ nunq̃ deficient uel diruent, *cuius* ciuitatis *artifex & conditor deus est*, quia ipse arte suæ sapientiæ illã dictauit, & post p rei euidentiã condidit. Hoc est, ideo Abraã ita uilis & aduena in casulis habitare sustinuit, quia non illam terram optauit, sed æternam ciuitatẽ, quã ipse deus & non hõ fecit ac condidit, dari sibi à deo expectauit.

Fide & ipa Sara sterilis uirtutẽ in con
Gene. 17 ceptionẽ seminis accepit, etiã pter tem
10. & 21 pus ætatis, qm̃ fidelẽ credidit esse eum q repromiserat. Propter q̃ & ab uno orti sunt, & hoc emortuo, tanq̃ sidera cæli in multitudinẽ, & sicut arena q̃ est ad orã maris, innumerabilis. Iuxta fidẽ defuncti sunt oës isti, nõ acceptis repromissiõib9, sed p lõge eas aspiciẽtes & salutãtes, & cõfitẽtes q̃a peregrini & hospites sunt sup terrã. Qui enim hæc dicũt, significãt se patriã inquirere. Et si

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quidē illius meminissent, de q̄ exierūt, habebāt utiq; tēpus reuertēdi. Nūc aūt meliorē appetūt, id ē, celestē. Ideo non confunditur deus, uocari deus eorum.

Exod. 3. Parauit enim illis ciuitatem.

¶Non solū Abraā fide probatus est, sed & *Sara*, *ga & ipsa.i.*in propria persona, nō in uicaria, *accepit fide uirtutem in conceptionem seminis.i.* facta ē uirtuosa ut cōciperet, *etiam præter tempus ætatis.i.* quæ uirtutē cōcipiendi in frigido sanguine iam diu pdiderat: & hoc decrepita meruit, cum à iuuētute sp fuisset *sterilis*. Et licet ista duo impossibilia uiderēt .i. sterilitas & longæua senectus, tū & ipsa Sara q̄ hæc habebat, accepit uirtutem in conceptionem seminis.i. ut posset cum semine suo capere uirib⁹ caloris semen uiri: quod fides, nō natura operata est, *quoniam fidelem credidit eū esse qui* promiserat & *repromiserat.i.* deum in promissiōibus suis ueracē credidit, & omnia illi possibilia esse non dubitauit. Prius ēm risit, etsi ex gaudio, no tū plena fide, Genes. 18 sed post uerbū dñi solidata est in fide. *Propter quod .i.* ideo quia Abraā credidit, & Sara deum fidelē nō dubitauit, *& orti sunt* multi *ab uno* patre: quod B mirum fuit, quia si tot filij à pluribus patribus orti fuissent, non esset tam mirū. Sed quia tot ab uno orti sunt, ualde mirandū ē. & (quod ē mirabilius) *hoc emortuo.i.* ex toto sēm naturā senectutis mortuo, q̄m uiscera illius mortua & frigida erant, nec semen emittere poterant. Emortuū nāq; non ad oīa, sed ad aliquid: hoc ē, ad generandum intelligere debemus eū fuisse. Si enim ad oīa mortuus esset, non iā senex, sed defunctus esset. Et de tali orta est innumera multitudo. Vel ab uno utero Saræ orti sunt. Orti sunt ab uno, & hoc emortuo. Emortuo, quantū ad seniorem maritum. Si ēm fœmina ita sit puectioris ætatis, ut ei solita mulier⁹ adhuc fluant, de iuuene parere potest, de seniore nō pōt: quāuis adhuc possit ille senior, sed de adolescentula gignere, sicut Abraā post mortē Saræ de Cethura potuit, ga uiuidā eius inuenit ætatem. Sed Sara sterilis erat, & cruore menstruo iam destituta, propter quod iam parere non posset, etiā si sterilis non fuisset. Verū contra hæc oīa operata est fides, ut sterilis & emortuus uterus Saræ conciperet ex seniore emortuo. Et sic nō à pluribus, sed ab uno: & hoc non iuuene, sed emortuo senectute, ut maius esset miraculum, orti sunt filij, procedentes *in multitudinem tanquam sidera cæli.i.* qui luce sanctitatis & sui multitudine cōparātur sideribus, quia & clari sunt & innumeri: *& sicut are na quæ est ad oram maris innumerabilis.i.* qui grauedine & infructuositate atq; instabilitate & multitudine comparant arenæ. Quid uero per mare, nisi gentilitas designatur? Et quid per oram maris, nisi uicinus ritus gentilitatis? Quidam uero iudæorū instabiles erant ad oram maris, & non in ipso mari, dum adhærerent ritui gentilitū, peruerse uiuēdo & idola colendo, nec tū gentiles essent, ga circuncisi erant. Isti nō ex fide Abraæ uel Sarę tales erant, sed ex pprio uitio. nō ēm fides meruit tales filios habere, sed ipsi postq̄ fuerant ab eo geniti, degenerabant ab eius fide & probitate p nequitiā suam. Nihil ergo mali pmeruit unq̄ fides. Quod aūt subdit, *iuxta fidem defuncti sunt omnes isti*, de illis solūmodo qui stellis comparant, intelligendum est, nec solū de filijs, sed de ipsis patriarchis. Nā oēs isti non ad horā habuere fidem, sed semp eam usq; in finē tenuerunt, & sp iuxta eam uixerunt, ac iuxta eā defuncti sunt: quia & dū uiuerent, semper suos mores ut fides exigit, in religione duxerunt: & dum morerentur, promissiones diuinas expectauerunt, sicut Iacob moriens dicebat, Salutare tuum expectabo dñe. Isti oēs nō elongati à fide p Gene. 49 dubitationē uel per malam operationē, sed iuxta eam perfistentes, defuncti sunt, *non acceptis* in terra *repromissionibus*: & ideo expectabant eas in cælo, quia deum qui promiserat, sciebāt esse fidelē. Credebant ēm ipsas, pmissiones nō esse factas de terrestribus, sed promissa sperabant de cælestibus. Et in hac fide moriebant. Per hæc oīa monet Apostolus Hebræos, ut ineōcussam fidem exemplo patrum teneant, si se filios eor⁹ recognoscunt. Nondum acceptis repromissionibus moriebant, *sed aspicientes a longe eas & salutantes.i.* oculis fidei considerātes, ga post mortē eas erant adepturi, non tū D protinus, sed post longa tēpora in aduentu Christi, qui regna cælor⁹ paraturus erat. Descendebāt tunc enim oēs iusti in infernum, ibiq; quiescentes, expectabant redemptoris aduentum. Et hoc est quod in obitu suo aspiciebant nō de prope, sed de longe supernas promissiones, quia desiderium suę cōsiderationis in longū ad eas percipiendas extendebant, & salutabant eas. i. multum optabant in quibus salutem consequi credebant. Vel salutabant eas. i. applaudebant eis hilares, & est dictum ad similitudinem nauigantium, qui longe uisis ciuitatibus ad quas tendunt, salutant præ gaudio. & quia promissiones cælestis patriæ post mortē expectabāt, ideo erant *confitentes quia peregrini sunt super terram.i.* non in propria terra degentes. Et ga possent esse peregrini, sed tamen diu permanētes, ut excludatur diuturna mansio, subditur, *& hospites*. Hospes ēm dicitur ille, qui statim recedit, nec diu manere quærit: peregrinus uero, qui in propria terra nō moratur, etsi diu in aliena maneat. Et ita per hoc quod se dicebant peregrinos, ostendit quia æstimabant se in alieno degere: per hoc quod se fatebantur hospites, apparet quia credebant se cito recessuros, & horam mortis quotidie suspectam habebant. Nā quod se peregrinos & hospites faterentur, non solum ex Apostoli sententia, sed & ex uerbis eor⁹ patet. Dixit ēm Iacob Pharaoni: Dies peregrinationis uitæ meæ centum triginta annor⁹ sunt, parui & mali, & nō peruenerūt Gene. 7. usq; ad dies patrū meor⁹, quibus peregrinati sunt. Sed ne quis patriarchas ideo peregrinantes fuisse dictos æstimet, quia in terra promissionis uelut in aliena morati sunt, quoniam nec ipsi nec filij eor⁹ adhuc illam in hæreditatem perceperant, attēdat quid Dauid qui regnū in ea tenebat, ait domino:

Psal. 38. Quoniā aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Hæc itaq; sanctor⁹ patrum A
1. Cor. 5 peregrinatio illa erat, de q̄ dicit Apostolus: Quādiu sumus in corpore, peregrinamur à domino. Hac ratiōe se dicebāt peregrinos & hospites, quādiu super terram erant, id ē, donec corpora eor⁹ sub terra sepelirentur, & animæ ad extra migrarent. Vel super terram existentes, quia terrena cō culcabant. Vnde constat quod exules se credebāt & patriam inquirebāt, ex qua ciues iam erāt. *Qui enim hæc dicunt*, scilicet qui se fatentur peregrinos & hospites, hæc dicendo, *significant se inquirere patriam*. Ad hoc confitebantur se esse peregrinos, ut significarent se in omnibus quæ agebant, uerā patriam quærere, & ad eā pio gemitu suspirare. Et ne quis putaret quod illam de qua exierāt, quæreret, subditur: Et siquidem illius &c. Quasi dicatur: Ipsi quærebant patriam. *Et si illius quidem* patriæ *meminissent, de qua exierunt*, id est, si recogitarēt terram suæ natiuitatis & illam desiderarent, ac se peregrinos respectu illius dicerent, *habebant utiq; tempus* & spatium *reuertendi* ad eam, & nullus eis obsistebat in redeundo. Sed quia illuc non redierunt, patet quod aliam patriam quæsierunt. Ad illam rediissent, si illam quærerent. *Nunc autem* cum B constet quod illam non q̄sierunt, apparet quia *appetunt*, id est, appetierūt *meliorem* patriam, *id est, cælestem. Ideo*, scilicet quia non in terra cor posuerāt, sed ad supernam patriam totis desiderijs anhelabant, *non confunditur deus*, id est, non erubescit *uocari deus eorū*, dum dicit, Ego sum deus Abraam, deus Isaac, deus Iacob, hoc mihi nomen est in æternum. Erubescere enim potest aliquis dñs, cum dicitur inutilem seruum habere. Sed si bonum seruum habuerit, per illum honoratur. Si deus uocaretur deus Cain, sicut uocatur deus Abraam, non honor, sed dedecus esset ei ex tali seruo. Sed quia tres isti patriarchæ optimi serui fuerunt, id circo deus ex quadam familiaritate & priuilegio uoluit deus eorum uocari, tanquam istorum solorum esset deus, qui deus est uniuersæ creaturæ, non frustra utiq; tantum eis tribuens honorem, sed quia nouerat in eis synceram præcipuamq; charitatem, & quia in ipsis tribus cōsummauit mirabile sacramentum futuri populi. Per liberas ēm Exod. 3. genuerūt & in libertatem, ut per Saram Isaac; & in seruitutem, ut per Rebeccam Esau, cui dictum Gene. 27 est, Eris seruus fratris tui: & per ancillas non solū in seruitutem, sicut Ismaelem per Agar, sed etiam in libertatem, sicut Dan ac Nephthalim per Ba- Gene. 30 lam, & Gad ac Aser per Zelpham. Ita & in populo dei per spiritales uiros nascuntur ad fidem non solum in libertatem laudabilem, qui eos imitant, 1. Cor. 4. & 11. quibus dicitur, Imitatores mei estote sicut & ego Christi: sed etiam in dānabilem seruitutem, sicut per Philippum Simō Magus: & per carnales nascuntur non solum in damnabilem seruitutem q̄ eos imitantur, sed in laudabilem libertatē, q̄bus dicitur, Quæ dicūt, facite: quæ aūt faciunt, facere nolite. Hoc sacramentum quisquis in populo dei Actuū. 8. prudenē agnouerit, unitatē spūs in uinculo pacis usq; in finē, quibusdā cohærendo, quosdam tolerando, custodit. Propē huiusmodi causas uoluit deus uocari deus istor⁹ patriarcharū, in quor⁹ posteritate præmonstrata ē omis propagatio bonorū & malorū qui sunt in ecclesia. Nec mirę si deus eor⁹ uocari dignat, qui deus ē angelor⁹: *ga parauit illis ciuitatem.i.* cælestem Ierusalē, in q̄ illos excipe- Isaiæ 52. ret, & nō erubescit de illis quia conciues angelor⁹ Iere. 30. sunt. In illis enim honoratur, sicut econtrario de malis blasphematur.

C

Fide obtulit Abraā Isaac cū tentaret, & unigenitū offerebat, in q̄ susceperat repromissiones, ad quem dictum est: Quia in Isaac uocabit tibi semen, arbitrās qa & a mortuis suscitare potens ē deus. Vnde eū & in parabolā accepit. Gene. 12 Gene. 21

¶Rursus exemplo Abraæ ē habenda fides, quia ipse tantā fidem habuit, ut & filium offerre paratus esset, & tū promissionē de semine in eo sibi diuinitus factā nō dubitaret eē ueram. Non ēm hæ sitauit qd sibi reddi poterat immolatus, *q* dari potuit non speratus. Tentabat eum deus. *i.* ipse qui eum nouerat, ostendebat quis esset ad exemplū alior⁹. *Qui fide* accēsus, *obtulit* super altare *Isaac* quē D plus diligebat: nō Ismaelē, q ex ancilla natus erat. Et quē ex libera coniuge unigenitū habebat, hūc offerebat, *in quo* etiā *promissiones* posteritatis *susceperat*, cū ei diceretur, qa in Isaac uocabit tibi semē. Licet enim Isaac esset ei unigenitus, nec alium haberet, per quē adimplerent promissiones seminis, Gene. 31 in neutro tū dubitans, filium obtulit, nec de promissionibus dubitauit. *ad quem dictum est* à dño, nō ad aliū ut diceret ei. i. nō per alium mandauit, sed per seipsum dñs dixit ei, *quia in Isaac uocabitur tibi semen.i.* in posteritate Isaac erit uocabulum seminis tui, quia uocabuntur filij tui, qui ex Isaac descendent. Ismael nanq; & Esau & filij Cethuræ cū ex Abraæ stirpe sint, non tū in filios reputantur. Ipse deus in solo Isaac promisit Abraæ posteritatem. Esset ēm minus authentica promissio, si alij deus hanc loqueretur, & ille post nūciaret Abraæ. Quia tū iussus offerre Isaac, nō sibi fecit quæstionē quasi de cōtrarijs & sibi aduersantibus uerbis dei, ut diceret, Promiseras mihi in Isaac semen, & nūc Isaac iubes occidi? Sed erat in corde eius semper fides inconcussa & nullo modo deficiens. Cogitauit ēm quia qui dederat ut ille, cum non esset, nasceretur de senibus, poterat etiā de morte reparare. Et hoc ē quod Apostolus subdit: *arbitrans qa & a mortuis suscitare potens est deus*. Id est, non solum ab immolatione potest illum eruere ne occidat, sed & post occisionem uitæ restituere. Credebat ēm quod uel deus illum ab immolatiōe eriperet, uel immolatum protinus suscitaret, sicq; promissionē de futuro semine sibi in eo cōpleret. Quod in uerbo eius patenter ostenditur, cum dicit pueris: Expectate hic cum asino, ego & puer illuc usque properantes, postquā adorauerimus, reuertemur ad uos. Non ēm dixit, Reuertar ego ad uos:

Universidad de Deusto
Biblioteca

A sed, Reuertemur ego & puer. *Vnde*, id est, quia tam firmiter in omnibus credidit, *accepit eum* ab altari illæsum, quia immolatus non est. Accepit eum *& in parabolam*, id est, in similitudinem Christi, cuius diuinitas impassibilis manlit, licet humanitas passionem sustinuerit. Abraam enim filium unicum ducens ad immolandum, significauit Deum pa-
Roma. 8 trem, qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Isaac sibi ligna ad uictimæ locum, quibꝰ fuerat imponẽdus ipse, portauit, sic & Christus crucem suam, Isaac ligatꝰ est & altari superpositus, quia Christus quoq; ligatꝰ est in passiõe & cruci impositus. Isaac de altari abscessit illæsus, sed aries pro eo est immolatus: quia (sicut diximus) diuinitas Christi mansit impassibilis, quæ per Isaac designata est, sed humanitas eius quam figurauit aries, morti subiacuit. Qui scilicet aries, inter uepres hærebat cornibus, quia Christus inter iniquos & peccatores, qui per uepres significati sunt, ita crucifixus est, ut manus eius transfixæ clauis adhærerent cornibus crucis, sicut scriptum ẽ, Cornua in manibus eius. Similiter & cætera de immolatione Isaac ad Christi passionem
B mystice sunt referenda.

Fide & de futuris bñdixit Isaac Iacob & Esau. Fide Iacob moriẽs, singulos filiorꝫ Ioseph benedixit, & adorauit fastigiũ uirgæ eius. Fide Ioseph moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit.

Gene. 17 48. 49.

Gene. 50

¶ Abraam sic probatus est in fide. *Isaac* etiam *fide benedixit de futuris* filios suos *Iacob & Esau*, id ẽ, benedictiõe imprecatꝰ est illis bona, in futurum credens quod ita illis uentura forent. Nam Iacob benedicendo dixit: Det tibi deus de rore cæli & de pinguedine terræ abũdantiam frumenti & uini &c. Et rursum Esau promisit: In pinguedine terræ & in rore cæli desuper erit benedictio tua &c. Nisi ergo sic crederet hæc illis uẽtura, nequaquã solenni benedictione promitteret ea. *Iacob* quoq; *moriens* cum alia omnia obliuioni traderet, *fide benedixit* duos *filios Ioseph*, Ephraim & manassen, dãs
Gene. 47 cuiꝰq; propriam benedictionem, quia credidit eis profuturum. *& adorauit fastigium uirgæ eius.* Hoc in ueteri translatione ibi reperitur, ubi nos in noua legimus, quia adorauit Israel Deum, conuersus ad lectuli caput. Sanctus enim & Deo deditꝰ uir, oppressus senectute, ita positum habebat lectulũ, ut ipse iacentis habitus absque difficultate ad orationem esset. Sed secundum aliam translationem adorauit super caput uirgæ eius, id est, filij sui, uel super cacumen uirgæ eius. Et intelligitur quia tulerat à Ioseph uirgam eius, & super caput eiusdem uirgæ quam tenebat, inclinauit se ad deum adorandum. Sed Apostolus sensum nostrum ad intelligentiam mysticam trahens, non dicit quod ille adorauerit super cacumen, sed potius ipsum cacumen & fastigium uirgæ eius. Virga enim Ioseph quam ipse uelut sceptrum gerebat ad designationem potestatis suæ, qua dominabat in tota Aegypto, uirgam potentiæ Christi præfigurabat, q̃ ipse regnaturus erat in toto mundo. Et p Ioseph Christus præsignabatur, per fastigium autẽ uirgæ eius, pſal. 44.
C cellitudo regalis potentiæ Christi, de qua dictum est, Virga directionis uirga regni tui. Recta itaque fide adorauit fastigium uirgæ filij sui, significãs qa se tota deuotione substernebat sublimi imperio Christi, quem ex sua carne nasciturum præuidebat. Nam si in Ioseph Christum non intellexisset, non esset dicenda fides, si fastigiũ uirgæ illius adorasset. Sed & ipse *Ioseph moriens, fide memoratus est de profectione filiorum Israel*, dicens: Post mortem meã uisitabit uos deus, & ascendere faciet de terra ista ad terram quam iurauit Abraam, Isaac & Iacob. Hoc à pẽ suo audierat, & nunc moriens fide memorabat. Nisi enim ita futurꝫ crederet, nõ memoraret. *Et de ossibus suis mandauit*, dicẽs: Asportate uobiscũ ossa mea de loco isto. Et hoc quoq; fide mãdauit, qm̃ credebat Christum in terra promissionis nasciturum, & post passiõem resurrecturum, & cum eo resuscitari cupiebat inter cæteros sanctos, qui in eius passione resuscitandi erant.
D

Fide Moyses natus occultatus ẽ mensibus tribus a parentibus suis, eo quod uidissent elegantem infantem, & non timuerunt regis edictum.

Exod. 2.

¶ Adhuc exẽplo senum habenda est fides, qm̃ *Moyses natus occultatus est fide* parentum *tribus mensibus*, quia uidebant elegãtem paruulum. Credebãt enim deum factum aliquid magni p eum, cũ esset adeo elegantis formæ. Qm̃ ab ortu fuit illi infusa magna gra uenustatis, non natura, sed dono dei. Et ideo *nõ timuerũt edictũ regis*, qui iusserat omnes masculos infantes Hebræoꝝ mox ut nati essent interfici, sed fide confisi in deo, seruauerunt pueꝝ.

Fide Moyses grãdis factus, negauit se esse filiũ filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cũ populo dei q̃ tẽporalis peccati habere iucunditatẽ, maiores diuitias ęstimans thesauro Aegyptiorꝝ improperiũ Christi. Aspiciebat em̃ in remunerationẽ. Fide reliquit Aegyptũ, non ueritus animositatẽ regis. Inuisibilem em̃ tanq̃ uidens sustinuit. Fide celebrauit pascha & sanguinis effusionẽ, ne q̃ uastabat primitiua, tangereꝫ eos. Fide trãsierũt mare rubrũ, tanq̃ per aridam terrã, cp experti Aegyptij, deuorati sũt

Exod. 1.

Exod. 12

Exod. 14

¶ Adhuc exempla fidei prælucent in Moyse. Qui cum esset puer, adoptatus est in filium à filia Pharaonis, quæ iuxta Iosephum uocabatur Thermut, nec habebat legittimam prolẽ. Et ideo uole-

A bat ut Moyses post patrem suum succederet in regnum. Moyses uero cum exercuisset, *fide* successus, & regnum Aegypti despiciens, *negauit* iuxta A postolum *se esse filium filiæ Pharaonis*, & reiecit regiam dignitatem, *magis*, id ẽ, potius *eligens affligi* & iniurijs subijci *cũ populo dei*, qui seruiebat in luto & latere, *quam habere iucunditatem temporalis ac* trãsitorij *peccati*. hoc est, fide suadente maluit & super omnia elegit affligi propter deum ad horam, quàm iucunditatẽ eorum, in qbus erat peccatum & quæ cito transeunt, uiuere. Peccatum enim putauit, se lætari in aula, dum fratres sui affligerentur. Non tamen in libris Moysi refertur, q̃d negauerit se filium filiæ Pharaonis, sed eo tempore id fecisse non dubitatur, quo fecit & quod ibi legimus, & post quam creuerat, egressus est ad fratres suos filios Israel, & uidit afflictionẽ eorum. ipse dico, *æstimans improperium Christi* esse *diuitias maiores thesauro Aegyptiorum*. Improperium Christi, id est, quod pateretur pro Christo, uel quod significaret improperium inferendum Chro post longa secula, uel q̃d sustinuit à suis, sicut & Christus post à suis. Hoc improperium magis elegit ipse, & minus credidit opibus Aegyptiorum, quia p id æternis diuitijs se locupletari credebat, si pro Christo contumelias & opprobria sustine-
B ret. Nam *aspiciebat* plena fide *in remunerationem*, æternam, quam Christus pro se patientibus erat daturus: hoc est, idcirco elegit esse pauper & despicabilis temporaliter apud homines, quia sursum cor habebat, & de æternis honoribus cogitabat, quos se per paupertatem & patientiam adepturum sperabat. Et etiam *fide reliquit Aegyptum*, educens inde filios Israel, quia credebat quod bene euaderent, *non ueritus animositatem regis*, qui contra eum indignationem magnam conceperat, sed de auxilio dei confidens, subtraxit à iugo illius populum Israel. Et uere fide non ueritus est regem. Nam *sustinuit*, id est, non corde fractus, sed ut uere fortis sustinuit, id est, sursum in suę mentis constantia tenuit *inuisibilem*, id est, deum quem non uidebat, *tanquam uidens*, id est, ac si eum præsentem ibi cerneret. Miles enim accuratius pugnare solet præsente rege quàm absente. Sed Moyses pro deo quem non uidebat, ita pugnauit, & ita eum sustinuit, id est, auxilium eius expectauit, ac si corporeis oculis eum coram se uideret præsentem & adiuuantem. Vnde & ei
Exod. 14 nihil ore promenti dictum est à domino, Quid clamas ad me? Clamabat enim corde, qui tacebat ore, quia pijs desiderijs ipse auxilium maiestatis implorabat & expectabat. Et antequam reliquisset Aegyptum, *celebrauit pascha*, & hoc fecit *fide*, id est, celebrem & festum duxit transitum, uel potius noctem egit pro pascha, id est, pro transitu eorum de Aegypto, quia non dubitauit quin reuera transituri essent. Et ideo fide lætificatus, antequam exirent, pro transitu suo celebre festum egit. Celebrauit enim pascha .i. celebrem & communem fecit agni commestionem, quæ uocabatur Pascha, id est, transitus, quia fuit causa transitus eorum de seruitute in libertatem. *& sanguinis effusionem* fide celebrauit, *ne* angelus *qui uastabat primitiua*, id est, q interficiebat primogenita Aegyptiorum, *tangeret eos*, quia pro certo credebat, quod angelus percussor nõ ingrederetur domos illas, quę haberent in superlimmari & in utroque poste sanguinem agni. *Fide* etiam oẽs filij Israel *transierunt mare rubrum* ita illæsi, *tanquam* si irent *per aridam* & siccam *terram*
C quia crediderunt deum ita eos posse educere per mare, sicut per siccum. Quod scilicet transire mare *experti* & uolentes redire Aegyptij, qui nec partem fidei habebant, *deuorati sunt* ab aquis, id est, oñino absorpti. Vel experti utrum fide, an casu fieret ille transitus, deuorati sunt gurgitibus. Si enim casu transirent Israelitæ, similem transitum haberent Aegyptij. Sed quia talem uiam illis fides parauerat, idcirco infideles in ea perierunt.

Fide muri Iericho corruerunt circuitu dierum septem. Fide Rahab meretrix nõ perijt cum incredulis, excipiens exploratores cum pace.

Iosue. 6. Iosu. 2. 6.

¶ Non solum mare diuisit fides, sed & muros Iericho præcipitauit. Nam dominus iusserat, Circuite urbem cuncti bellatores semel per diem. Sic facietis sex diebus. Septimo autã die sacerdotes tollent septem buccinas, & præcedẽt arcam fœderis, septiesq; circuibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent buccinis. Cumq; insonuerit uox tubæ longior atq; concisior, & in auribus uestris increpuerit, cõclamabit oĩs populus uociferatiõe maxima, & muri funditus corruent ciuitatis, ingredieminrq; singuli
D p locum contra quem steterint. Et filij Israel huic diuinę iussioni ac promissionibus fidẽ adhibentes, fecerũt ut sibi fuerat imperatum, & tali ordine ceperunt ciuitatem. Sed in eadem urbe erat Rahab, q̃ fide meruit non perire cum incredulis ciuibus. Omnes enim gladio perierunt, præter eos qui erant in domo eius. Exceperat enim duos exploratores cum pace, quos Iosue miserat, & absconderat eos, ne rex Iericho inueniret & occideret illos, quoniam uisis illis credidit quod filij Israel per dei potentiam essent habituri terram. Sic enim ait: Noui quod tradiderit uobis dominus terram. Etem̃ irruit in nos terror uester, & elanguerunt omnes habitatores terrę. Dominus enim deus uester, ipse est deus in cælo sursum & in terra deorsum. Et hac fide seruauit exploratores, & per fenestram suæ domus latenter emisit. ideoq; pereuntibus postmodum cæteris, ipsa cum omni cognatione sua uixit in populo Israel. Et antea quidem fuerat meretrix, sed populo dei sociata, legitime uixit, ita ut & ingenealogia sal-
Math. 1. uatoris poneretur. Et quia etiam meretrix fide iustificari & saluari meruit, erubescat omnis uir esse infidelis, ne per infidelitatem omnibus peccatis oneretur & pereat.

Et quid adhuc dicam? deficiet em̃ me tẽpus enarrantẽ de Gedeon, Barac, Samson, Iephte, Dauid, Samuel, & pphetis, qui p fidem uicerũt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones.

¶ Multa (inqt) exempla ueterum de habenda fide uobis attuli, & adhuc plura uobis afferre possem. Sed *quid adhuc dicam*, id est, q̃d factum cuius psonæ amplius in exemplum fidei pferam? Tot em̃ exempla ptuli, ut omnibus sufficere debeant ad fidẽ. Et si proferrem alia oĩa quę possent proferri, fastidium magis quàm utilitatem fortasse generarent. Nec in his amplius immorari debeo, quia cum determinassem tempus, in quo mihi uobiꝫ

Universidad de Deusto
Biblioteca

A scribere liceat, si illud consumpsero, exempla fidei ueterum proferendo, infra prescriptum tempus alia q̃ uobis scribere debeo, psicere non potero. Et hoc est quod subditur: Deficiet em̃ me tempus. Quasi dicat: Nõ est utile ut omnia q̃ possem, exempla supponam, qa me enarrantem, id est, euidẽter & singula narrantem deficiet, id est, deseret tempus, quod uobis ad scribendum determinaui, nec poterunt in eo explicari omnia q̃ uobis scribere statui. hoc est, temporis breuitas qua sum impeditus circa alia, nõ sinit ut plenariam istorum narrationem faciam. Vel tempus uitæ meæ deficiet, i. deseret me, si uolucro omnia persequi. Et ideo super sedendum est, quia *deficiet tempus me enarrantem*, id est, ex toto narrantem, uel extra & aperte narrantem de *Gedeon, Barac, Samson, Iephte, Dauid, Samuel & prophetis*. Hoc ẽ, si omnia fortia facta eorum & aliorum quæ ipsi per fidem operati sunt, uoluero in tam breui tempore huius epistolæ uel uitæ meæ explicare, hoc non potero. Grandia sunt enim quæ fecerunt isti. *Qui* deuicerunt, id est, deorsum ponentes & sibi subijcientes, *uicerunt regna*, id est, reges cum oĩbus sibi subditis. Et hoc non per suas uires, sed per *fidem* qua deo credebant, & in deo confidebant. Ac per eandem fidem qua credebant bonorum operum remuneratorem, *operati sunt iustitiam* .i. opera iustitiæ fecerunt. Et per ipsam B fidem in qua perseueraucrunt, *adepti sunt* repromissiones, id est, remunerationes supernę beatitudinis, quas deus in scripturis promisit ac repromisit operarijs iustitię, non quod statim quando moriebantur, acciperent illas, quia nondum Chr̃s eis uiam fecerat, & erant in tenebris causa originalis peccati, sed quia cum A postolus hæc scriberet, Christo passo, iam habebant repromissiones secundum animum. Ipse nanq; eos ab inferis abstraxerat & sin-
Apoc .6. gulis stolis induerat. Vel adepti sunt promissiones temporalium bonorũ, quas lex obseruatoribus suis fecerat: qa non solum uitam æternam, sed & tẽporales diuitias, & non inimicorum subiectiones propter obseruantiam legis adepti esse dicuntur, Gedeon, Barac & cæteri. Ge-
Iudic.6. deon nanq; per fidem deuicit regna, qa iubente ac pro-
7 .8. mittẽte deo in trecentis uiris, quos nõ ferro, sed lagenis & lampadibo armauerat, superauit Madianitas & Amalechitas & alios orientales populos, quorum multitudo centum triginta quinq; millia uirorum bellatorum habebat, & reges eorum cepit & interfecit. Et ipse operatus
Iudic .4. & 5. est iustitiam, quia destruxit aram Baal, & ædificauit altare domino, atq; liberauit populum Israel. Et adeptus est repromissiones uitæ, quoniam mortuus est in sene-
ctute bona. Barac quoq; per fidem deuicit regna, cui deus per Delboram prophetissam dixit: Vade & duc exercitum in montem Tabor, tollesq; tecum decem millia pugnatorum de filijs Nephthalim & de filijs Zabulon. Ego adducam ad te in loco torrentis Cison Sisaram principem exercitus Iabin, & currus eius atq; omnem multitudinem, & tradam eos in manu tua. Feciq; Barac ut dominus iusserat, & ascendit in montem. Quod cum audisset Sisara, congregauit nongentos falcatos currus, omnemq; exercitum de Aroseth gentium ad torrentẽ Cison. Descendit itaq; Barac de monte Tabor, & decem millia pugnatorum cum eo. Perteruitq; dominus Sisaram & omnes currus eius, uniuersamq; multitudinem in ore gla-
C dij ad conspectum Barac, in tantum ut Sisara de curru de-
C siliens, pedibus fugeret, & Barac persequeretur fugientes currus & exercitum usq; ad Aroseth gentium, & omnis hostium multitudo usque ad internecionem caderet. Humiliauitq; deus in die illo Iabin regem Chanaan, donec delerent eum. Sic Barac per fidem diuicit regna. Qui & iustitiam operatus est in hoc ipso, q̃d liberauit filios Israel ab ipso rege, qui p̃ triginti annos uehementer oppressérat eos: nec sibi uictoriam arrogauit, sed deo p̃ illa canticum cecinit. Vñ & supernas repromissiones adi- *Iudic.5.*
pisci dignus fuit. Sed & Samson p̃ fidem deuicit regna, *14.15.16*
quia cum esset annus uir, sed haberet in se spiritum domini, qui confortabat eum, ingentes strages Philistæorum multoties dedit, nullusq; eorum fortitudinem habere poterat ut illi resisteret. Iustitiam quoq; operatus est, quia iudicauit Israel uiginti annis. & Philistęos oppressores eorum afflixit, & Nazaræus. i. consecratus fuit ex utero matris suæ, uinum & siceram non bibens, & nihil immundũ comedens. In finetamen quo secum hostibus oppressit, non aliter excusatur, nisi q̃a spiritus latenter hoc
D iusserat, qui p̃ illum miracula faciebat, sicut & antea illi inspirauerat ut uxorem de filiabus Philistæorum acciperet, cum lex hoc prohiberet. Nam sicut in acceptione uxoris alienigenæ fecit per uoluntatem dei, q̃d lex interdixerat, & nõ peccauit, ita credi potest quod spiritus sanctus illi iusserit extinguere secum ingẽtem illam hostium multitudinem, q̃ de eius humiliatione laudabat idolum suum, & ad maius improperium facitoat cum eb-
rium ludere, præsertim cum iam ille spũs cœpisset ei prisinas uires reddere, ad designationem recuperationis prioris gratiæ. Vnde & nunc A postolus ponit eum inter *Iudic.11.*
eos, qui adepti sunt repromissiones. Iephte quoq; per ẽ- *& 12.*
dem deuicit regna, quia est factus super eum spũs domini, & circuiens Galaad & inde transiens ad filios Ammon, uotum uouit domino, dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicunq; primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihiq; occurrerit reuertenti cum pace à filijs Ammon, cum holocaustum offeram domino. Transiuitq; Iephte ad filios Ammon ut pugnaret contra eos. Quos dominus tradidit in manus eius. Percussitq; uiginti ciuitates plaga magna nimis. Et humiliati sunt filij Ammon à filijs Israel. Reuertente autem Iephte domum suam, occurrit ei unigenita filia cum tympanis & choris. Quauisa, scidit uestimenta sua & ait, Heu filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es. Aperuit enim os meum ad dominum, & aliud facere non potero, & fecit ei sicut uouerat. Et merito quæritur utrum pro iussu dei sit habendum quod eam immolauit. Abraam enim non solum nõ est culpatus crudelitatis crimine, sed etiam laudatus nomine pietatis, quod filium uoluit nequaquam scelerate, sed obedienter occidere. Iephte uero non ita legitur accepisse præceptum ut filiam occideret. Sed tamen in eo quod scriptura refert qa factus est super eum spiritus domini, & tunc tale uotum pro uictoria fecit, atq; uictoriam adeptus est, non uidetur temerarie uouisse, cui spiritus sanctus præfidebat: nec iniustum uotum uouisse, qui uictoriam pro qua uotum faciebat, consequutus est. Consequutio enim uictoriæ testatur deo uotum non displicuisse. Nouit enim dominus

A secretas causas, propter quas tale sacrificium ei placere potuit. Et ipse Iephte semetipsum potius in hoc spiritaliter mactauit, quia cum non haberet filium aut filiam præter istam, oĩm affectum eius rigore uoti superauit, & dolorẽ cõpassionis ardore fidei deuicit. Qui & iustitiam operatus ẽ, qa satisrationabiliter & iuste principatũ suscepit, & causas suas contra regem filiorũ Ammon p̃ legatos iuste disseruit, & iuste bellum iniit, atq; populum Israel sex annis secundũ legẽ dñi iudicauit. Vnde & repromissiones supernæ retributionũ adeptus esse creditur. De Dauid uero superfluũ
1.Re. 16 & dein. ceps per totum. esse puto, demonstrare qũo p̃ fidem regna deuicerit, cum cõstet eũ tot reges impios iuuante dño peremisse. Iustitiam autem sic operatus est, ut de illo diceret deus, Inueni Dauid filium Iesse, uirũ secundũ cor meum, qui faciat omnes uoluntates meas. Sed & repromissiones adeptus est, non solũ de æterna uita, sed etiam de aduentu Christi: quia & ipse beatitudinẽ æternã possidet, & æternus rex Christus de semine eius suscitatus est. Samuel
1.Re.3.4 quoq; per fidem uicit regna Philistæorũ, quia cũ
1.6.7.& sacrapæ gentis illius cum exercitibus suis aduer-
deinceps. sus Israel conuenissent, obtulit Samuel holocau-
B stũ & clamauit ad deũ pro Israel, & exaudiuit eũ dñs. Nam in ipsa hora sacrificij contigit Philistęos inire prælium contra Israel. Et intonuit dñs fragore magno sup eos atq; exterruit eos, & cæsi sunt à facie Israel, factaq; est manus dñi super eos cunctis diebus Samuel, & redditq; sunt urbes quas tulerant ab Israele. Liberatusq; est Israel de manu eorũ. Sed & iustitiã ita operatus ẽ Samuel, ut nec in modico reprehẽsibilis unq; inueniat. Ideoq; repromissiones beatitudinis æternæ absq; ulla dubitatione adeptus est. Nonnulli quoq; sequentium
Isaie.37. prophetarũ, uel orationibus uel meritis suis deui-
4.Re.18 cerunt reges, sicut orante Isaia cum rege Ezechia, percussit angelus in castris Assyriorũ centum octoginta quinq; millia. & recessit turpiter à Iudæa Sennacherib rex Eliseus quoq; meritis suis obti-
nuit, ut Benadab rex Syriæ, qui diu Samariã ob-
4.Reg.7 sederat, cũ oĩ exercitu suo territus fugeret. Dñs aũt audiri fecit in castris Syriæ sonitũ curruũ & equorũ & exercitus plurimi, fugeruntq; Syri, & dereliquerunt tentoria sua & equos & asinos cũ auro & opibus magnis. & hęc oĩa diripuerũt filij Israel, ita ut fieret modius similæ statere uno, & duo modij hordei statere uno in porta Samariæ. Multaq; huiusmodi contra reges impios sancti p̃phetæ per fidem egerunt, & iustitiã in omni conuersatione sua tenuerunt, ac repromissiones diuinas in regno cæloq; adepti sunt.

Obturauerũt ora leonũ, extinxerũt impetũ ignis, effugerũt aciẽ gladij, cõualuerũt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra uerterũt exterorum, acceperũt mulieres de resurrectiõe mortuos suos.

¶Non solũ super homines habuerunt antiqui sancti per fidem uictoriam, sed etiam super bestias adeo feroces, ut sunt leones, & super insensibilia C elementa, ut est ignis, hoc est, *Obturauerunt*. i. obturata & clausa fecerunt *ora leonũ*, ut etiam ieiuni leones fide seruante non tangerent eos, sicut Daniel, quẽ illesum in lacũ leonum p̃ noctis unius spatiũ *Danie. 6.* fides seruauit, aliaq; uice sex diebus cũ septem le- *& 14.* iunis leonibus in lacu clausus sine læsione perdurauit. Pluralis enim numerus pro singulari positus esse nunc intelligitur, in hoc q̃ dictum est obtu-
rauerunt ora leonum, nisi & Dauidicũ factum in
3 Re. 17 hac sententia memoratum accipiamus, qui dum pasceret gregem, uenit leo & ursus, tuleruntq; arietem, & ipse persequutus est & percussit eos, eruitq; pecus de ore eorum. illis consurgẽtibus in eum, apprehendit ipse mentum eorum & suffocauit et interfecit eos. Alij per rorem fidei, *extinxerunt impetum ignis*, id est, uehementissimum ignem qui eũ impetu uirtutis struebat, sicut Moyses. Nam murmurantibus Hebræis, accẽsus est in eos ignis dñi, & deuorauit extremã partem castrorum, cumq; clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses ad dñm, & absorptus ẽ ignis. Similiter & Aaron alia *Num.16.*
uice extinxit impetum ignis, quando tollens thu- D
ribulum cucurrit ad mediam multitudinem, quã uastabat incendium & obtulit thymiama, ac stãs inter mortuos & uiuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Sed & tres pueri in Babylone per fidem extinxerũt impetum ignis, cum quibus in fornacem descẽdit angelus domini, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi uentum roris flantem, & non retigit eos omnino ignis. Alij *effugerunt aciem gladij*, sicut Isaac quoq; cum pater arrepto gladio uellet *Gen. 22.*
immolare, prohibuit angelus eum percuti: & sicut Dauid, qui dum manu suapsallere coram Saul, tenebat Saul lanceam & misit eam, putans quod configere posset eum cum pariete. Dauid autem declinauit à facie eius. Hoc & alia uice similiter factum est de euasione ictus lanceæ. Vel effugerũt
1.Re.20 aciem gladij, id est, exercitum accinctum gladio p̃ fidem in fugam uerterunt, sicut Gedeon in armis armatos Madianitas, & Iudas Machabæus sæpe eum paucis fere innumeras hostiũ multitudines. Alij per fidem *conualuerunt de infirmitate*, id est, sanati à corporeo languore, sicut Iob & Ezechias. Alij per fidem *fortes* & insuperabiles, *facti sunt in bello*, sicut Iosue & Dauid & Iudas Machabæus. Nõ nulli *uerterunt* in fugam *castra exterorum*, id est, alienigenarum, qui super se ueniebant, sicut Iudith et
Iudic.7. sæpe dictus Gedeon. Notãdum uero, quod aliud est castra uertere, quoniam hoc fit etiam sine pugna, aliud fugare aciẽ gladij, q̃ fit pugna. Talia p̃ fidem antiqui patres consequebantur & tempora lem felicitatem adipiscebantur: sed in nouo testamento nõ est tempus talium. Ante dedit talia dominus, nunc dat meliora. Ac si diceret. Discite homines per gratiam noui testamenti uitam concupiscere sempiternã. Quid pro magno ita uos ultis à domino de morte liberari, sicut liberati sunt patres uestri, quando cõmendabat dominus etiã

Universidad de Deusto
Biblioteca

A terrenæ felicitatis præter se nō esse alium largitorem. Illa felicitas ad ueterem hominē pertinet, q̄ ueritas ab Adā cœpit. Ego aūt sum Christus, nō Adam. A ueteri ueteres fuistis, à nouo noui estote usq; ad mortem. Vnde ipse hoc uoluit in conspectu inimicorū pati, quo eum tanq; derelictum putarent, ut cōmendaretur gratia noui testamenti, qua disceremus aliam quærere felicitatem, q̄ nūc est in fide, postea ꝙ erit in specie. Sed sub ueteri testamento necesse fuit & temporalia bona sanctis præberi diuinitus. Ideo à uarijs periculis liberati sunt, qñ clauserunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate. Fortitudinem quoq; & uictorias adepti sunt diuinitus, quoniam fortes facti sunt in bello, & castra uerterunt exterorū. Ma-
3.Re.17. gna etiā impetrauerunt orando, quoniam *acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.* Sarepta-
4.Reg.4 na quippe mulier, orante Elia, filium suum accepit de resurrectione uenientem, & per Elisæum Sunamitis accepit natum suum de resurrectione sibi redditum.

Alij aūt distenti sunt, non suscipiētes redemptionem, ut meliorē inuenirent resurrectionē. Alij uero ludibria & uerbera experti, insuper & uincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt.

B ¶Ostendit quanta per fidem sancti fecerunt, nunc aūt ostendit quanta ꝑ fide pertulerūt, ut qđ suaserat fide multorū exēplis pluribus, ꝓsuadeat multarū passionū imitatiōibus. Quidā patrū i uita sua ꝑ fidē à uarijs aduersitatibus erepti sunt. Sed *alij* eorū etiā ꝑ fide *distenti sunt*. i. ī supplicijs singula mēbra tēsi, *non suscipientes redemptionē*. i. ereptionē de pœnis q̄ inferebātur illis, *ut inuenirent* in seculo alio meliorē redemptionē præsenti quæ respuebatur. Hoc fecerunt septem egregij fratres cū ma-
2.Mac.7 tre, quos rex Antiochus flagris & taureis crucians, compellebat contra legem carnes porcinas edere. Qui cum dicerēt, parati sumus mori, magis q̄ patrias dei leges præuaricari, iratus rex iussit ei q̄ prior fuerat loquutus, amputari linguam, & cute capitis abstracta, summas quoq; manus ei & pedes præcidi. & cum iam per omia inutilis factus esset, iussit ignem admoueri, & adhuc spirantem torreri in sartagine. Sic fecit de secundo, atq; omnes septem & octauam matrem talibus tormentis cō sumpsit. Ita distenti sunt in uarijs pœnis, atq; manus & pedes ad percipiendam pœnas extenderūt & linguas protulerunt. Ac redimi à pœnis noluerunt, qa cum suaderet illis ut illicitas carnes ederent & pœnas euaderēt, nō consenserunt. Optabāt em *meliorem resurrectionem*, sicut & tyrāno dicebant, Tu quidem sceleratissime in præsenti uita nos perdis, sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternæ uitæ resurrectione suscitabit. & hoc quidem isti tali fide pertulerunt. Sed *alij expti*

C sunt sustinendo *ludibria & uerbera*, quia & derisi sunt & uerberati, sicut Ieremias q̄ait, Factus sum
Iere. 20. in derisum tota die, omnes subsannant me. & de
ibidem. quo scriptum est, quia percussit Phassur Ieremiā prophetam, & misit eum in neruum. Et quasi parum esset pertulisse ludibria & uerbera, pertulerunt *insuper & uincula & carceres*. Per hoc enim q̄d dicit insuper, notat hæc quatuor eisdem personis illata fuisse. Et Ieremias uincula pertulit & carceres, quia sicut dictum est, Phassur in neruum misit, quem Sedechias rex in atrio carceris clausit, &
Iere. 32 iterum cum uellet ire in terram Beniamin, & peruenisset ad portam Ierusalem, apprehendit eum
Iere. 37. custos portæ, dicens: Ad Chaldæos profugis; & duxit eum ad principes. Quamobrem irati principes contra Ieremiam, cæsum eum miserunt in carcerem, ingressusq; est in domum laci & in ergastulo, & sedit ibi diebus multis. Sic legitur Ieremias expertus esse ludibria & uerbera, insuper & uincula & carceres. Micheas quoq; uerbera *p*
3.Re.22 tulisse legitur & carcerem atq; ludibria. Nam cū rex Achab uellet ire contra Syros ad prælium in Ramod Galaad, & prophetas suos consuluisset, quos circiter quadringentos congregauerat, omnesq; regi respondissent ut iret, quia prospere sibi euenturum foret, tandem Micheas adductus & interrogatus, respondit: Dominus dedit spiritū mendacem in ore omnium prophetarum tuorū, qui hic sunt. Accessit autem Sedechias filius Chanaan, & percussit Micheam in maxillam, & dixit: Me ne ergo dimisit spiritus domini, & loquutus est tibi? ecce ludibria & uerbera, cum ante regē derideretur, & percutitur sine iudicio, & ait rex: Tollite Micheam & mittite eum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis & aqua angustiæ, donec reuertar in pace. Ecce carcer, ubi & uincula forsitan fuerunt. Alij *lapidati sunt*, ut ille de
2.Par.24 quo scriptum est, quia spiritus domini induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotem, & stetit in cō spectu populi, & dixit eis: Hæc dicit dominus, Cur transgredimini, præceptum domini quod uobis non proderit, & dereliquistis dominum ut derelinqueret uos? Qui congregati aduersus eum,
Mat. 23. miserunt lapides iuxta regis Ibas imperium in atrijs domus domini, & interfecerunt eum. Sed &
3.Re. 21 Naboth Iezraelites iniuste lapidatus est. In eo quod subditur, *secti sunt*, pluralis numerus pro singulari positus esse creditur, quoniam de solius Isaiæ passione dictum intelligitur, quia Hebræi certissime tradunt serra lignea à Manasse rege serratum esse. Alij *tentati sunt* uoluptatum
Gene. 39 suasionibus aut secularium bonorum promissionibus. an diuelli possent à fidei iustificationibus. & sicut sanctus Ioseph, cui impudica domina dicebat, dormi mecum. & sicut Iudith, cui dixit
Iudith. 12 Holofernes, Tu eris magna in domo Nabuchodonosor, & nomē tuum nominabitur in uniuersa terra. & sicut ultimus septem fratrum, de q̄bus supra diximus, quem rex Antiochus non solum uerbis hortabatur, sed etiam iuramento affirma-

A bat, diuitem se & beatum facturū, & translatum à patrijs legibus amicū habiturum. Alij ꝙ *mortui sunt in occisione gladij*, sicut octaginta quinq; sacerdotes domini, quos Saul propter Dauid iniuste tru-
1.Re.22 cidauit, & sicut prophetæ domini, quos regina Iezabel interfecit.

3.Reg.18 Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus nō erat mundus, in solitudinibus errantes, & in montibus, & in speluncis & in cauernis terrę.

¶*Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis* &c. Melota est (ut aiunt) uestimentū ex pilis camelorū factum uel ex caprinis pellibus. & quis in ueteri iu-
Matt. 3. dæorū populo usus sit hoc indumento, difficile in
Marc. 1. scriptis aperte reperitur, sed Iohānes baptista qui
Iudith 9. in hoc loco intelligi pōt, legit hoc usus fuisse. Iu-
Isaiæ 20. dith tā cilicijū habebat super lumbos suos. & Isaiæ dictū est, Solue saccum de lūbis tuis. i. cilicijū. Hoc
4.Reg.1 indumento credimus & Eliā usum fuisse, nōnullosq; prophetarū. Ferē etiam melota uocari pellis animalis, q̄d dicit taxus siue taxo, uel religiosi uiri
B domantes carnem suā, non molles & preciosas uestes habebant, sed cilicijs utebanē & asperis ani-
3.Re.19 malijs pellibus, ut taxonū & caprarū. Vel circuierunt sic induti loca multa, sicut Elias, qui iubente
Lucæ. 3. dño ꝓuaria loca ambulasse refert. & sicut Iohannes baptista, qui uenit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismū pœnitentiæ. Ipsi dico, *egentes* necessarijs corporis, quia nihil habebant: *angustiati* cura animi, qm̄ pcā populi plangebāt: *afflicti* laboribus, quia persequutionem pro iustitia sustinebant. Qui ne propter penurias & afflictiones uiderentur contemptibiles, subdit: *Quibus dignus non erat mundus*. i. tantæ dignitatis erant, qđ mundus non erat dignus conuersatione illorū.
4.Reg.2 Vnde & Elias in cælum uiuus est translatus, atq;
Matt.14 Iohannes citius martyrio consummatus. Illi ęq;
Marc.6. erant egentes & angustiati atq; afflicti, de quibus
2.Mac.5 refertur, quia Iudas Machabæus cum Ierusalē ab Antiochenis occupata esset, secesserat in desertū locum, ibiq; inter feras uitam in montibus cum suis agebat: & fœni cibo uescentes, demorabant, ne participes essent coinquinationis. Hi se à malitia mundi separauerant, & ideo dignus eis nō erat mundus. de quibus intelligitur hoc quod Apostolus subiungit, *in solitudinibus errantes & in montibus*.
2.Mac.2 Alij uero ad proximas coeuntes speluncas, & latenter sabbati diē celebrantes, cum indicati essent Philippo præposito regis, flammis succensi sunt, eo quod uerebantur propter religionem & obseruantiā manu sibimet auxilium ferre, & hos nunc dicit Apostolus *in speluncis & in cauernis terræ* mānsisse. Speluncæ quidem naturales, cauernæ aūt q̄ manu uel aliquo casu factæ sunt, Elias in solitudinibus antea fuerat in montibus & speluncis: q̄ fugiens Iezabel, uenit in Bersabee Iuda. Et perrexit in desertum uia unius diei, & inde ambulauit quadraginta diebus, & q̄draginta noctibus

usq; ad montem dei Oreb. Cumq; peruenisset illuc
C mansit in spelunca, & auditis sibi sermonibus dñi, reuersus est idem per desertū. Sed & illi manserūt in speluncis uel cauernis, de q̄bus scriptū ē, qa cū 3 Re. 18
interficeret Iezabel, pphetas dñi, tulit Abdias centū, pphetas, & absconditeos quinq̄genos in spelunc is, & pauit eos pane & aqua. Hucusq; Apostolus exēplis eorū usus ē, q in fide testimoniū cōsequuti sunt. Superius uero, priusq; de fide tractatū inciperet, fere per totā epistolā argumētis utebatur. Egregius em̄ magister, sapientibus & insipientibus *Roma. 1*
debitor, cum in Hebræis q̄sdam sapientes, quosdā ꝙ tardiores cerneret, prudentiā sapientiū argumētis superauit: tarditatē ꝙ simplicitū solis exēplis attraxit, q̄tenus & illos uictrix ratio frāgeret, & istos ad maiora cōscendere imitatio blāda sua-

Et hi oēs testimonio fidei ꝓbati, nō acceperūt repromissionē, deo pro nobis melius aliquid prouidente, ut non sine nobis consummarentur.

D ¶Multos hactenus memoraui, *& hi omnes* quos nominatim uel tacitis nominibus in exemplū adduxi, *probati* sunt *testimonio fidei*. i. sic ꝓbati sunt in fide cōstātes, ut bonū inde testimoniū habeārt. Ad hoc reuertit in cōclusione, qđ in exordio præmiserat, qa in fide testimoniū cōsequuti sunt senes. Et q̄uis in fide fuissent ꝓbati, *non tū acceperunt repromissionem*. Quid ē hoc? Nonne paulo superius dictū quosdā eorū ꝑ fidē deuicisse regna, operatos eē iustitiā, & adeptos esse repromissiōes? Sed illi sancti & repromissiones adepti sunt, & pmissiōes expectāt, qa beatitudinē animarū habēt, sed resurrectionē corporū ꝓstolant. Vñ bene superius dictū ē, qa adepti sunt repromissiones, q̄si plures & uarias: nunc aūt dicit, quia nō acceperunt repromissionē, q̄si unā singularē, qm̄ uariæ sunt dignitates, quas aīæ iuxta meritorū suorū distinctiōes ac ceperūt, sed una ē corporū incorruptio, quā ghaliē expectāt. Nō igit acceperūt repromissionē, qm̄ resurrectio corporū quā deus sanctis suis repromisit, adhuc differt, ut simul oēs resurgamus, quatenus in cōmuni gaudio oīa, maius fiat singulare. Ita expectāt adhuc, donec & nos occurramus, *deo prouidente* & sapienē ordināte *pro nobis aliquid melius ut non consummarentur*. i. ut nō perciperent consummatā beatitudinē aīæ & corporis *sine nobis*, q̄ ut aīā nos consummarent. Cum em̄ adhuc nos expectant ad suam consummationē, ardentius nostrā exoptant liberationē, & propter se & propter nos atq; pro nobis interpellant, ut citius à præsentis seculi miseria liberemur. Nos quoq; etsi propē nos ipsos desides, saltē ne diutius eos expectare faciamus, festinare debemus, ob hoc etiam alacrius currere, quia nō tā diu expectabimus, q̄diu expectauerūt illi. Propē huiusmodi causas deus pro nobis melius ordinauit, ut nos expectarēt ad cōsummationē. Patriarchæ igit & prophetæ omnes ꝙ, prophetarū spūs, q ad beatā uitā transierunt, nos ardenter gaudiosos secū expectāt, nec ē illis ex toto

Universidad de Deusto
Biblioteca

A pfecta lætitia, donec quodãmodo pro nr̃is erroribus dolent. Neq; enim diſcedẽtes hinc ſancti, cõtinuo integra meritor̃ ſuor̃ præmia conſequuntur, ſed expectant etiam nos, licet morantes, licet deſides, ut nobiſcum pfectam beatitudinẽ conſequantur. Propter hoc etiam myſterium illud in ultimum diẽ dilati iudicij cuſtoditur, quia unum corpus eſt quod reſurgere in iudicium dicitur.

CAPVT XII.

Epheſi. 4 Coloſ. 3. 1. Pet. 2.

IDeoq; & nos tantã habẽtes impoſitã nubẽ teſtiũ, deponẽtes oñe põdus et circũſtans nos pctm̃, p patientiã curramus ꝓpoſitũ nobis certamẽ, aſpiciẽtes in autorẽ fidei & cõſummatorẽ Ieſum, qui ꝓpoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem, confuſiõe contẽpta, arq; in dextera ſedis dei ſedet.

¶ Præmiſſis exẽplis fidei & patiẽtiæ ſctõrum, in quibus fides ſolidata eſt in cordib9 auditor̃, ſubiungit illud q̃ fidei ſociandum eſt .i. hortari incipit ad tolerantiam aduerſitatũ, ut ſicut pres oĩa p fidẽ aduerſa patiẽdo uicerunt, ita & nos faciamus.

B Quaſi dicat: Anteceſſores nr̃i tanta p fidẽ operati ſunt & ptulerunt. *ideoq; & nos* ſimiliter pro fide ſuſtineam9 ad imitationẽ ipſor̃. Nos dico, *habentes impoſitam* nobis ad protectionẽ & umbraculum *tantam nubem teſtiũ*. i. tantã multitudinẽ ſctõrum, q̃ de terris inſtar nubiũ conſurgẽtes, ad ſublimia cæleſtis cõuerſationis uolauerũt ab oñi ſarcina terrenæ cupiditatis, & ut nubes exẽplo ſui in æſtu tribulationũ dant nobis refrigeriũ cõſolatiõis, atq; cõpluunt nos inundantia doctrinæ ſuæ. Qui teſtes dicunt, quia fidẽ teſtati ſunt ore & paſſiõe. Teſtes em̃ latine, μάρτυρες græce dicunt. Sed & bonor̃ operũ teſtes fuerũt, quia in ſuis actib9 teſtati ſunt eſſe faciẽda huiuſmodi opa. Quor̃ nubes. i. dẽſa multitudo eſt nobis impoſita, ut nos protegat & exemplis ſuis confouear. Et nos hanc nubẽ leuẽ ſuper nos habẽtes, deponam9. i. deorſum ponamus *omne pondus*. i. oẽm grauedinẽ mundanæ cupiditatis, & quicquid mentẽ nr̃am in infimis deprimit, ut leues effecti, ad nubẽ q̃ ſup nos eſt, euolemus & ei cõſociemur. Deponam9 etiam *peccatum circũſtans nos*. i. ad alta eleuemur, & in imo relinquam9 peccatum, quod inique nos imperit & circũuallat, dũ in infimis cor habemus, ſicut Zacheus, qui p̃ turba Ieſum uidere nõ poterat, aſcendit in arborẽ ut uideret eũ. Turba em̃ altior puſillũ Zachæum nõ ſinit uidere Ieſum, q̃n inolita conſuetudo uitior̃ q̃ nos ſupauit & ſup nos excreuit, atq; tumultus puerſar̃ cogitationũ, qui ſibi cornr̃m ſubdidit, nõ nos ſinit lumẽ diuinitatis intueri. Sed Zacheus aſcendit in arborẽ, relicta inferius turba, quia nos in arborẽ crucis debemus aſcendere, crucifigẽtes carnem nr̃am cum uitijs & concupiſcentijs, atq; cor ad alta ſuſtollere, ſi Ieſum abſq; turbæ nocentis obſtaculo cupimus aſpicere. Sic itaq; deponamus oñe pondus, & circunſtans nos pctm̃. Põt etiam pondus intelligi ſarcina pctõrum quæ fecimus, q̃ ſicut onus graue grauata eſt ſup nos. Pctm̃ uero q̃d circũſtat, tentatio peccati, quæ undiq; imminet, & ab omni parte nos obſidet. Sed nos p cõfeſſionem deponam9 oñe pondus pctõrum quo grauamur, & p ſublimem cõuerſationẽ deorſum relinquamus omne pctm̃, quod nos in infimis circunſtat & impugnat. Et ſic abiecto pondere & ſupatis obſtaculis, leues atq; ſublimes effecti, *curramus*. i. ſine mora hæſitationis cito tranſeamus *ppatientiam certam*ẽ martyrij q̃d *propoſitũ eſt nobis* ab infidelibus, qui propoſuerunt aut nos à fide ſeparare, aut uarijs tormẽtis cruciare. Vel à deo propoſitum eſt nobis, qui p immenſa gr̃æ ſuæ bñficia ꝓpoſuit, non ſolum ut in eũ crederem9, ſed etiã ut pro illo pateremur. Et ita ſine murmuratione uel hæſitatione curramus p patientiam agonem martyrij, *aſpicientes in autorem fidei*, id eſt, attendentes quanta pro nobis pertulit, qui fidem nobis & dedit & auxit, pro qua nobis ſuadet martyrium. Ac ſi dicat: Curram9 propoſitum certamen, tum propter exempla multa præcedentiũ patrũ, tum propter amorem fidei *& conſummatorem* Ieſum, qui tã magnus ẽ, & ab eodem fidem accipem9 pro q̃ patimur, atq; ab ipſo conſummandam plena beatitudine ſperamus. Ipſe em̃ eſt & autor & conſummator fidei, qa & eo autore fidem habem9, & eo cõſummatore ad uidendũ q̃ nũc fides credit puniemus. In hũc aſpiciamus, ne aduerſis deficiam9, *q̃ propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem*. i. qui propoſuit ſibi in corde gaudium æternum, ad q̃d p paſſionẽ erat tranſiturus, & ſic libentiſſime ptulit ſupplicia crucis, *contempta confuſione*. i. neglecta oñi uerecundia, dũ irrideret pendens in ligno. Vel propoſito ſibi à turbis gaudio, dum uellent eum facere regẽ, noluit ille gaudiũ hmõi ſuſcipere, ſed poſtmodũ ſuſtinuit crucẽ, & illuſiões & opprobria, contemnẽs oẽm humanã uerecundiã. Oĩa em̃ terrena bona contẽpſit, ut in illis non q̃reret felicitas. Crucẽ ſuſtinuit, *atq; ideo ſedet in dextera ſedis dei*. humiliauit em̃ ſemetipſum factus obediẽs uſq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis, propẽ q̃ & deus exaltauit illũ. Nõ ergo fruſtra ſibi gaudiũ reſurrectiõis & aſcenſiõis ꝓpoſuerat, dũ pateret & irrideret, ſed aſſequutus ẽ illud gaudiũ. Itaq; ſicut ille, ꝓpoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucẽ, cõtẽnẽs uerecũdiã, & adept9 ẽ fidei confeſſionẽ, ſic & nos, ꝓpoſito nobis æterno gaudio debemus, p fide eius oĩa ſuſtinere, & oẽm opprobrior̃ uerecundiam cõtemnere, ut ad ſedis eius participationẽ mereamur ptingere. Dicit em̃: Qui uicerit, dabo ei ſedere mecũ in throno meo, ſicut & ego uici, & ſedeo cũ pr̃e meo in throno eius

Recogitate enim eũ qui talẽ ſuſtinuit a pctõribus aduerſus ſemetipſum cõtradictionẽ, ut nõ fatigemini animis ur̃is deficiẽtes. Nondũ em̃ uſq; ad ſanguinẽ reſtitiſtis aduerſus pctm̃ repugnantes, & obliti eſtis cõſolatiõis, q̃ uobis tanq; filijs loquit, dicẽs: Fili mi, noli negligere diſciplinam dñi, neq; fatigeris dũ ab

Lucæ. 19

Galat. 5.

Apoc. 3.

Iohan. 8

A eo argueris. Quẽ em̃ diligit dñs caſtigat: flagellat aũt oẽm filiũ quẽ recipit.

¶ Dixi quia debemus aſpicere in autorẽ fidei pro nobis crucifixum. Et iuſtum eſt ſic fieri. Nam *recogitate*. i. aſſidue cogitate eũ qualis & quanto9 ſit,

Mat. 26 Ioha. 19. *qui ſuſtinuit contradictionem talem*. i. tã turpem & tã uehemẽtem, dũ ei contradiceret & diceret „Blaſphemauit, & ſcdm̃ legem debet mori, quia filium dei ſe fecit. & non à quibuſcunq;, ſed *a peccatoribus* hanc ſuſtinuit, q̃ eſt indignius: nec ſaltẽ aduerſus membra ſua, ſed *aduerſus ſemetipſum*. hunc aſſidue recogitate ad imitandum, qui cum ſit tam ſctus & tã immunis à pctõ & tam magnus, patienter tolerauit pctõres, qui ei contradicebant & illudebant, & poſt crucifigebant eum, hunc inq; recogitate, *ut* ꝓpendentes qualia & quanta ipſe ptulit, *non fatigemini* in aliquibus aduerſis, *deficientes animis neſtris*. i. licet corpore deficiatis, mente tñ ualidi & inſuperabiles pduretis. Nec debetis deficere, quia parua ſunt quæ adhuc ptuliſtis. Cur enim reatũ defectionis ſubiretis, qui non grauem paſſionis uehementiam ſuſtinetis? Cur corrumperemini fidei defecti

B one, qui adhuc caretis ſanguinis effuſione? Nam etſi ueſtra iam amiſiſtis, *nondum* tamẽ *uſq; ad ſanguinem*, id eſt, uſq; ad ſanguinis effuſionem, *reſtitiſtis repugnantes*, id eſt, iterum iterumq; pugnantes, nõ dico aduerſus peccatores. i. aduerſus homines, ſed *aduerſus peccatum*, quod illi uobis ſuadent, dũ uos à fide reuocare conantur, uel aliquid illicitum facere uos hortantur. Nondum perueniſtis ad effuſionem ſanguinis. Et iam tædio ſegnes effecti, *obliti eſtis conſolationis*, quam dei ſapientia uobis per Salomõem exhibet in aduerſis. Quaſi dicat: Culpandi eſtis, q̃ illam conſolationem iugiter in memoria non tenetis. Vel per interrogationem poteſt legi: Nõdum reſtituiſtis uſq; ad ſanguinem, & iã eſtis obliti conſolatiõis? Non debuiſſetis illius eſſe obliti. *Quæ* conſolatio legitur uobis, id eſt, q̃ uerba conſolatoria diriguntur ad uos per dei ſapien

Marc. 1. tiam, quæ Chriſtus eſt, à quo fit conſolatio. *loquitur uobis*, non tanq; ſeruis neq; ſaltem tanq; amicis, ſed potius *tanq; filijs*, q̃ eſt dulcius. Chriſto9 em̃ pater eſt credentium, ſicut ipſe demonſtrat, cum dicit: Non poſſunt filij ſponſi ieiunare, quandiu cum illis eſt ſponſus. Et ideo unicuiq; fidelium aduerſa patienti loquit in Prouerbijs, *dicens*: *Fili mi, noli negligere*. Mi, aduerbium blandientis. Noli negligere, i. non ſit tibi uoluntas negligendi, hoc eſt, uilipendendi *diſciplinam*, id eſt, tribulatiões per q̃s potes diſcere, quod ideo uult Deus te tribulari, ut poſſis uelut aurum igne tribulatiõis probari. Vel hoc poteſt ibi diſcere, quia ſicut nunc qui filius eſt non parcit, quanto magis in iudicio nõ parcet aduerſarijs? Ex hoc etiam quod diſciplina eſt, nõ debes negligere tribulationem quam pateris, & ex eo quod dei eſt. Diſciplinam quippe Dei negligere, eſt tribulationem recuſare uelut inutilem, cũ neceſſitas patiendi eam ingruit. *neq; fatigeris*, id eſt, neq; laſſeſſendo deficias, *dñi argueris*. i. reprehenderis *ab eo* qui dñs eſt & tuus & oĩm. Licet enim ſis adoptatus in filium, tñ debes cognoſcere dñm. Et patienter debes aduerſitatẽ ſuſtinere, q̃n ipſa aduerſitate argueris & increparis, à dño de malis, q̃ feciſti, ut recogites ea & corrigas. Ideoq; peccatis tuis humiliter imputa, quicquid aduerſi pertuleris. Nec debes fatigari dum ſic argueris. q̃n *dominus caſtigat*. i. caſtum agit, hoc eſt, per tribulationes facit à uitijs caſtum eum, *quem diligit*. Nec ſolummodo caſtigat & emendat uerberibus eũ fidelem quem diligit, ſed etiam *omnem filium flagellat quem recipit*. i. quem poſt culpam primi parentis ad ſe reuocat. Omnem & maiorẽ & minorem flagellat quẽ recipit. Et tu forte dicis, excep9 ero. Si excepтus eris à paſſiõe flagellor̃, exceptus eris à numero filior̃. Ne te ſine flagello futur̃ ſperes, niſi forte cogitas exhæredari. Aliter enim nullo recipitur in hereditate æterna. Oẽm flagellat quem recipit. Nullus excep9, nullus ſine flagello erit. Ita omnẽ flagellat, ut etiam unicum ſuum. Vnicus ille licet ſine peccato, non tamen ſine flagello. Patet ergo qui ſine pctõ flagellat unicum, nõ immunẽ à flagello relinquit cum peccato adoptatũ. Oẽm flagellat quolibet modo, uel p malos homines, uel p malos angelos, uel per damna rerum, uel per infirmitatem corporis, ſeu per aliud quid aduerſitatis.

C

D

In diſciplina pſeuerate. Tanq; filijs uobis offert ſe deus. Quis em̃ filius, quem nõ corripit pr̃. Qd̃ ſi extra diſciplinã eſtis, cuius participes facti ſunt oẽs, ergo adulteri, & nõ filij eſtis. Deinde patres quidẽ carnis nr̃æ eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Non multo magis obtẽperabimus patri ſpũm̃, & uiuemus? Et illi quidẽ in tẽpore paucor̃ dier̃ ſcdm̃ uoluntatem ſuã erudiebãt nos, hic autem ad id quod utile eſt, in recipiendo ſanctificationem eius.

¶ Quia oĩs filius flagellat, ut in hæreditate quã per Adam pdiderat, recipiat, ideo *perſeuerate in diſciplina* quã inchoaſtis, i. in aduerſitatum tolerãtia. Non enim poteſt eruditi quiſquã ſine labore, quia uirt9 in infirmitate pficitur. Et uos ad magnã rem his diſciplinæ flagellis erudimini, qa *tanq; filijs offert ſe deus uobis*, ut cum bñ flagellis eius eruditi fueritis, poſſideatis eũ penniter ut pr̃em, & ipſe uos ut filios. In alijs codicib9 non eſt ſe, ſed tanq; filijs uobis offert deus. Quod idẽ ſignificat. Quia tanq; filijs offert uobis, ut pſeueretis in diſciplina, & pueniatis ad hæreditatẽ, atq; in hoc quod diſciplinã ad pr̃em ſe oñdit. Viſitabo (inq;) in uirga iniquitates eor̃, & in uerberib9 peccata eor̃, miſericordiam autem meam non auferã ab eis. Non ergo em̃ miſericordia uocãtis eſt, ſed & uerberãtis atq; flagellantis. Sic itaq; manus paterna ſuper uos, etſi boni filij eſtis. Nolite repellere diſciplinam eius. Det diſciplinã, dũ nõ aufert miſericordiã. Cædat

1 Cor. 11

Loco ob ſcurus. Pſal. 88.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A contumaces, dum tamen reddat hæreditatem. Si promissa patris agnouistis, nō timeatis flagellari, sed exhęredari. Nō tam amarum nobis esse debet q̄d flagellat, quàm dulce quod recipit. Qūo enim non flagellat custodiens paruulos dñs, quos grandes quęrit hæredes? Nec mirū si ipse flagellat eos, q̄a hoc facit oīs pater de filio, quem diligit & sapientē uult esse. Nam *quis est filius, quem non corripit pater* eius, dū errare in alīquo uiderit? Videmus enim holes in filijs suis hoc facere. Aliqñ iam desperatos filios suos dimittunt uiuere qūo uolunt, At qui spem habent, flagellant illos. Quos oīno uiderint sine spe & indomitos esse, dimittunt ut faciant q̄d uolunt. Iam qui dimittunt facere q̄d uolunt, nolunt permittere ad hæreditatem suam. Quem aūt flagellant filium, huic ipsam hæreditatē seruant. Cū ergo flagellat deus filiū, currat ille sub manu patris flagellantis: quia dū flagellat, ad hęreditatē erudit. Nō sit tam uano & puerili sensu, ut dicat, Plus amat pater meus fratrē meum, cui permittit facere quicq̄d uult. Ego si me mouero contra iussionem patris mei, flagella inuenio. Tu gaude sub flagellis, q̄a tibi seruatur hęreditas. Ad tēpus emendat, ne in æternum damnet. Alijs aūt ad tempus parcit, sed in æternū illos damnabit. Oēm filium pater suus flagellat, & uerberibus disciplinæ castigat. *Quod si uos estis extra disciplinam* paternorum uerberum, *cuius* disciplinę *participes facti sunt omnes* filij, *ergo adulteri estis, & non filij estis*, id est, cum nullus filiorum absq̄ disciplina patris sit, si uos in disciplina dei q̄ uos paterna bonitate castigat, nō manetis, tunc nō filij dei estis, sed potius ex adulterino corruptore, q̄ diabolus est, nec iure pater uocatur, genīti. Non em̄ iure pater appellari pōt, quę ex adulterio genuerit. Deus nanq̄ legitimus pater est fidelium. diabolus aūt non pater, sed corruptor est. ideoq̄ non filios, sed adulteros gignit. Talēs sunt q̄ in pręsenti uita flagellum dei non sustinent, q̄uis nomen Christianitatis habeant. Propter has causas debetis in disciplina manere. *Deinde* propter ista, quia *patres quidem*, sed *carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos*. i. reuerentiam exhibebamus in subiectione & obedientia, *ergo non*, id est, nōne *multo magis obtemperabimus patri spirituum?* id est, obediemus deo, q̄ spiritalis pater noster est. Nā obedientia sola uirtus est, quæ hoīem deo conciliat, sicut econtra tumor, id
Genę. 2. est, inobedientia, longe à deo separat. Quid em̄ aliud est inobedientia, q̄ nolle subdi deo, id est, suę uelle esse potestatis? Nōne multo magis obtemperabimus patri spirituum, id est, deo, qui formauit hoīem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ? Non em̄ de materia fecit spūm hominis sicut corpus, sed de nihilo per insufflationem suam creauit, & ita se patrem spiritus esse quodāmodo monstrauit. Ideo etiam pater spirituum dicitur, quia nos in baptismo scām spiritum generauit.
Et huic magis quàm carnalibus parētibus obtemperare debemus, q̄a hoc facientes in æternum *uiuemus*. Carnales autem patres parum utilitatis cōferre possunt. Quid enim tibi potuit præstare pater tuus, q̄a corripuit, quia uerberauit te? Nūquid p̄stare potuit ut uiueres in ęternū? Quod non potuit præstare sibi, quando præstaret tibi? Propter pecuniam suam quantulamcunq̄, quam de labore collegit, erudiebat te flagellis, ne tibi dimissam male uiuendo disperderes. Qm̄ reliquit tibi, quod nec tenere hic poterat, nec auferre. Non enim aliquid tibi dimisit, quod ipsius esse posset. Cessit, ut succederes. Deus autem tuus, C
redemptor tuus, castigator tuus, pater tuus, erudit te ut accipias hæreditatem, ut non esteras patrem, sed hæreditatem habeas ipsum patrem. Ad hanc spem erudiris, & 1 Cor. 4ª
murmuras. Erit enim tunc deus omnia in omnibus. Nec erit ulla infelicitas q̄ nos exerceat, sed felicitas sola quę pascat. Ipse autem pastor noster, dñs noster, ipse portus noster, honor noster, diuitiæ nostrę. Quicunq̄ huc nobis uaria quærimus, ipse nobis unus oīa erit. Ad hanc spem domāmur, & domitor intolerabilis habet. Nā carnales patres antea nos domuerunt, *& illi quidem* uerberibus *erudiebant nos secūdum uoluntatem suam*, id ē, in his quę uolebant, uidelicet in uanis & caducis, *in tempore pauco rum dierum*, dum essemus pueri: *hic autem*, scilicet pater spirituum, erudit nos *ad id quod est utile*, id ē, ad fidem & bonam cōuersationē, *in recipiendo sanctificationem eius*, id est, cum recipimus disciplinam eius, quæ nos non solum à peccatis mundat, sed & sanctificat.

Omnis autem disciplina in præsenti quidem uidetur nō esse gaudij, sed mœroris. postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Propter quod remissas manus & D
soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus uestris, ut nō claudicans quis erret, magis autem sanetur.

¶ Monuit eos in disciplina pseuerare. Sed quia illi poterant obijcere grauem & asperam esse disciplinam, respondet id ipse prior, & occurrit cogitationibus eorum atq̄ soluit obiectionem. Quasi dicat: Hortor uos stare in disciplina, *fateor* uerum esse quod sit aspera. nam *Omnis disciplina*. i. afflictio, quam quisq̄ pro peccatis suis patitur ut corrigatur, *in præsenti quidem*. id ē, inter ipsos dolores molestiæ *uidetur* sufferenti *esse non gaudij sed mœroris*, q̄a corpoream feriendo prurbat lætitiā. Disciplina namque, quam græci appellant παιδείαν, ibi scripturę nīæ ponere consueuerunt, ubi intelligenda est per molestias eruditio, sicut in hoc loco. Pędia quippe in Græco habet iste locus epistolę. Disciplina uero quæ à discēdo uocatur, p̄ quam res quæq̄ discitur, ut sciatur, μάθησις dicitur. Disciplina q̄ flagellando corrigit, uidetur esse mœroris, sednō ita uidebitur, si quis futura cogitauerit. Nam cogitantibus sola p̄sentia, uidet intolerabilis, sed cogitantibus æterna fit exoptabilis. Nūc quidem mœroris esse uidetur, sed *postea*, id est, in alia uita *reddet fructum*. i. fructuosam remunerationem. fructum dico *iustitiæ*. i. quem iustitia meretur. Et ille fructus erit pacatissimus, qm̄ sine ulla uel corporali uel spiritali aduersitate possidebit in omni pace. Et quibus reddetur *exercitatis per eam*. i. per disciplinam. hoc est, ideo tūc alta pace fruentur absq̄ molestia, quia nūc paterna exercitantur disciplina. *Propter quod*. i. quia tanta requies in futuro seculo p̄ exercitationē præsentis disciplinæ acquiritur, uos q̄ mœrore affecti propter flagella disciplinæ corpueratis à bonis operibus, *erigite* iam alacriter ad bene agendum, p̄ superna mercede *manus remissas*. i. pigras in eleemosynis. Vel manus remissas, id est, desideria tepentia sursum erigite ad deū, *& genua soluta*. i. consuetudinem fluxam erigite ad statum rectitudinis, *& gressus*

A *rectos facite pedibus*. i. actiōibꝫ *uestris*. Ad uirtutis em̄ statū dum nūc erigit fluxa cōsuetudo, q̄ desiderīū intuet, illuc gressus operibus efficacię nō sequitur. Pedibus. i. affectiōibus cogitationū uestrarū facite rectos gressus operū bonorū, ut q̄ uocat intētio, se quat operatio. *ut non erret qs* à recta uia fidei *claudicans*. i. incessu cogitationū uel actionū suarū titubās, utille q̄ carnales legis obseruantias simul & euāgeliū tenere uolebat, uel sicut q̄ nūc & i futuro seculo uolebat esse sine flagello. Nō ita claudicet qs, quia tūc erraret à uia rectitudinis exorbitās, sed *magis*. i. potius *sanetur* ab oīi languore pedū cordis, ut fortis & rectus incedat per uiam iustitiæ.
Roma. 12 Pacē sequimini cū oīibus & sanctimoniā, sine q̄ nemo uidebit deū, cōtemplātes ne qs desit grāe dei, ne q̄ radix amaritudinis sursum germinās impediat, et
Gene. 25 p illā inquinent multi: ne qs fornicator aut ,pfanus ut Esau, q̄ propt̄ unā escā
Gene. 27 uēdidit primitiua sua. Scitote em̄ qm̄ & postea cupiēs hęreditare bñdictionē, reprobatus ē. Nō em̄ inuenit pœnitētię locū, quāq̄ cū lachrymis inquisisset eam.

¶ Monet qualiter cum hominibus sit cōuersandum. *Pacem* (inquit) *sequimini* nō cum quibuslibet, B
sed *cū omnibus*. i. iura pacis erga oēs hoies ita sectamini, ut etiam cum illis qui uos persequuntur, pacē teneatis. Nam sunt nōnulli qui dū plus sapere q̄ necesse est student, à proximo pace reuiluntur, dū eos uelut hebetes stultosq̄ cōtemnunt. Quod ꝛc. de duabus his uirtutibus diximus, hoc & de alijs omnibus sentiendū est. Contra qđ discordiæ malum, recte nūc Apostolus monet. Pacē sequimini cum oīibus. i. à pace concordiæ nunq̄ recedatis, ut cū aliquo hoīe discordiam habere incipiatis. & *sanctimoniam* sequimini. i. castitatē mentis & corporis. uel sanctimoniā. i. pfectionem in bonis opibus, *sine qua* pace uel sanctimōia *nemo uidebit deum*. Valde terruit Apostolus, sed non nisi amatores. Non em̄ dixit pacē sectamini cum oībus & sanctificationē, quā qui nō habuerit, æterno igne cruciabitur: sed dixit, sine qua nemo uidebit deum. Amatorē te uoluit esse boni, non formidatorē mali, & ex eo ipso qđ desiderabas terruit. Si em̄ amas uidere deum tuū, si in hac peregrinatiōe illius amore suspiras, ecce probat te deus tuus. Quasi dicat tibi: Ecce fac quod uis, imple cupiditates tuas, extēde nequitiā, dilata luxuriā: q̄quid libuerit, licitum puta. Nō te hinc punio, nō te in gehennam mitto, faciem meam tm̄ tibi negabo. Si expauisti, amasti. Si adhoc qđ dictū est, faciem suā tibi negabit deus tuus, cōtremuit cor tuū, si in nō uidendo deū magnā pœnā putasti, gratis amasti. Ergo pacē sequamur, sine qua nemo uidebit deū. Nā unde uideamus deū nō habebimus, si cōtendendo in nobis ipsum oculū extinxerimus. Quàm stulti essent duo uolentes uidere solem orturū, si cōtenderēt inē se quaparte oriturus esset, & qūo uideri posset, & nata inter se cōtrouersia litigarent, litigādo se cæderēt, cædendo oculos suos extinguerent, ut illū ortū uidere non possent? Igit̄ ut deum uidere possimus, fide corda mundemus, charitate sanemus, pace firmemus: quia hoc ipsum unde inuicē diligimus, iam ex illo est quē uidere desideramus. Sed & sine sanctimonia nemo uidebit deū. Vñ Iohannes cū dixisset, scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, qm̄ uidebimus eum sicuti est, continuo subiecit: Et oīs qui habet spem hāc in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Studendū itaq̄ est paci & sanctitati, ut idonei simus eum uidere. Has (inqt) duas uirtutes sectamini, ut & sāi sitis, & propter sānitatem uām à pace pfectos nō recedatis, sed curā de illis habeatis, *contemplantes ne qs* ex illis uel ex uobis *desit gratiæ dei*, q̄ uobis adest, ut per eam & pacem & sanctimoniam & cætera bona sectari possitis. Prauum est em̄ ualde, si quis uestrum grāe dei se subtrahat, cum ipsa se gratia uobis oībus ingerat. Cui se pp̄tm̄ subtrahit & illam à se reiecit, qui magis delectatiōi suæ q̄ celesti gratiæ cōsentit. Vñ subiungit: Contemplātes *ne qua radix amaritudinis*. i. ne qua inchoatio delectatiōis peccati impediat illā grām. Quæ peccati delectatio uerius dī amaritudo, & ideo est uitāda. Ne q̄ D
radix amaritudinis, id est, ne qua delectationis inchoatio, & ne q̄ cogitatio malitiæ *sursum germinās*, id est, in actionem erumpens, *impediat* iter uestrū ad cælum. Radix enim in malis cogitationibꝫ accipitur, germen autē in malis operibus atq̄ sermonibus: quia q̄ latet in radice, monstrat in germine. Et intelligitur ista radix uel infidelitatis uel peccati delectatio, nascens in corde, uel alia quælibet nequitiæ affectio. Et contēplādum est diligenter, ne sursum in actionem uel in sermonē germinans ut lolium, *impediat* triticum uirtutum eius in quo se germinauerit, *& deinceps per illā inquinentur multi*, accipientes ab eo exemplum nequitiæ uel infidelitatis. Ideo en'm cauendū est, ne talis radix germinet: q̄a q̄ in uno germinauerit, in alios diffunditur. Deinde p partes oīdit Apostolus hæc amaritudinis germina, & aliquos iudæos notat. Con Gen. 25.
templantes, inquit, *ne quis sit fornicator aut profanus*. i. à conuētu fideliū alienus, *sicut Esau, qui* pro amore gentiliū mulierū sequestrauit se à semine Abrae, & offendit pr̄em suū & matrem, atq̄ *propter unam escam*. i. propter lentē quā frater eius coxerat, *uendidit ei primitiua*. i. primogenita *sua*, scilicet dignitatem q̄ illi debebat ex eo q̄ prior natus erat, propter quæ & à pr̄e bñdictionem accipere debebat. Sed ita fuit profanus. i. procul à religione, ut propē uentris ingluuiem uēderet bñdictionē. Quamuis em̄ ex sanctis parētibus esset natus, tamen male uiuendo degenerauit, & à semine Abrahæ (sicut dictū est) se segauit, nec promissiones Abraæ factas hæreditauit. Ita & nunc inter Hebræos intelligit Apostolus in spū uidisse aliquos sectatores Esau, in fornicatiōe & neglectu religiōis & ingluuie uētris. Nā quos lex terrendo cōpescebat à nequitia fornicationis, nūc sub gra quasi libere fornicabantur, quia nō statim puniebant, sed ad pœnitentiā

Universidad de Deusto
Biblioteca

A expectabantur, Vel fornicator erat, quisquis inter eos carnalem legis obseruantiam uelut concubinam cum fide tenebat: profanus uero, quisquis fidem prorsus negligebat, sicq; primitiua sua, id est, primatum quem apud deum habere posset, uendebat minori fratri, id est, permittebat gentili populo ad fidem uenienti, accipiens lentis escam rufam, id est, delectationem peccati, quod per sanguinem designari solet. Et ita more Esau degenerãs à fide & religione spiritualium patrum, à quibus p euangelium in Christo genitus fuerat, promissiones superng hæreditatis consequi dignus non erat. Hæc itaq; timens Apostolus, monet eos blande, ne sit inter eos quis fornicator uel profanus, sicut Esau, qui propter unius uilis esce cupiditatem dedit primatus sui dignitatem. Nec deberis (inquit) esse sicut ille, quia reprobatus est. Nam *scitote quoniam & postea*, id est, postquam primogenita sua uendiderat, *cupiens hæreditare benedictionem* q̃ primogenito debebatur, *reprobatus est* à deo. Licet enim pater eum benedicere uellet, diuina tamẽ dispensatione factum est, ut fratrem eius pro illo benediceret. Sicq; diuinus reprobatus ẽ ab acceptione benedictionis, quamuis parer eum ad bñdicendum elegisset. *Non enim inuenit*
B tunc *locum pœnitentiæ, quanquam inquisisset eam cum lachrymis.* Nam cum de uenatu redisset, & agnouisset quod Iacob benedictionem quam ipse expectabat, accepisset, uehemẽter doluit & fleuit, quod & antea primogenita & nunc benedictionem perdidisset. Sed licet hubertim fleret, tamen pœnitentiq; locum non inuenit, per quam primogenita quę dudum uendiderat, recuperaret: uel benedictionem quam frater eius acceperat, ipse sumeret: quia sero fleuit, & sero pœnitentiam quæsiuit. Impossibile enim iam erat mutari q̃d factum fuerat. Sic & uos præcauete, ne cum post mortem debetis recipere benedictionem, reprobemini, & locum pœnitentiæ tunc non inueniatis, si modo primatum uestrę dignitatis propter breuem aliquam delectationem perdideritis. Tarde enim in illo seculo quæritur pœnitentia, cum iam fratres nostros benedictionem quam sperabamus, accepisse cognouimus, & nos sine benedictione relictos esse. Nunc enim tempus est pœnitentiæ, non tunc.

Non enim accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem, & turbinẽ, & cali-
Exod. 19 & 20. ginem, & procellam, & tubæ sonitum, & uocem uerborum: quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret uerbum. Non enim portabant quod dice-
Exod. 19 batur: Et si bestia tetigerit mõtem, lapidabitur. Et ita terribile erat quod uidebatur: Moyses dixit: Exterritus sum & tremebundus.

¶ Dixi ne quis uestrum desit grãe dei. parata est enim uobis. *Non enim accessistis* ad asperitatem legis quę nunc describitur, ut contra intelligatur suauitas gratiæ. Non accessistis *ad ignem*, qui in uertice Sinai ardebat, *tractabilem*, id est, palpabilem & *accessibilem*, id est, ad quem motu corporis accederetur, sed ad spiritum sẽtũm, qui ignis est cõsumens peccata, & accẽdens in mẽte charitatem qui non palpatur corporaliter, qa spiritus est: nec C ad eum motu corporis, sed affectu cordis acceditur, quia nusquam localiter est. Non accessistis ad ignem *& turbinem & caliginem*, &c. Hæc in datione legis facte sunt, ut corda iudęorum cõcuterentur, ne auderent legẽ transgredi. Sed nõ ita in nouę legis acceptione factum ẽ. Omnia enim suauiter & dulciter mdicantur nobis, ut non ex timore, sed ex amore seruiamus. Et non accessistis (inquit) ad turbinem. Turbo est uis uentorum cum grãdine & pluuia, & significabat impetũ uitiorum, q̃ magis per legem dominata sunt. Sed modo uenitur ad serenitatem uirtutum per gratiam sancti spiritus. Et non accessistis ad caliginem, id est, ad obscuritatem legis, sed ad claram intelligentiam. Et ad *procellam*, quæ tunc facta est, non accessistis, sed ad tranquillitatem. Procella enim, id est, tempestas quæ est maior quàm turbo, & quæ q̃ propellit, ipsa est seruitus peccati secundum operationem, quæ per legem trahebat homines. Modo autem perfecti requiescunt à uitijs. & ad *tubæ sonitum* non accessistis. Tubæ D enim sonus q est signum motionis ad bellum, motus delectationis est, qui non per legem, sed per gratiam sopitur & extinguitur. *& non accessistis ad uocem uerborum, quam q audierunt, excusauerunt se ne eis* à domino *fieret uerbum*, quãdo perterriti pauore cõcussi fleterunt, peccul, dicentes Moysi: Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dñs, ne forte moriamur. Huiusmodi uox est legis præceptio & cõminatio, quam populus grauem putauit & intolerabilem, quia sola præceptio erat sine gratia adiuuante. *Non enim portabant quod dicebatur*, quia sine gra insufficientes erant ad obseruanda precepta. Potest ignis, ira legis intelligi. Ex enim iram operatur. Turbo, cõminatio qua dicitur, si quis hoc uel hoc fecerit, morte moriatur. Caligo, obscuritas ignorantiæ quę in lege erat. Procella, uindicta culpę quam lex faciebat. Sonus tubę, aduentus iudicis q̃ in tuba descendet de cęlo. *Roma. 6* Vox uerborum, aspera loquutio iudicis q̃ peccatores arguet. Et ideo uox ista merito uisa est intolerabilis, quia nemo põt sustinere pondus illud iudicij, si districte iudicatus fuerit. Non enim portabant quod dicebatur, qa uerbum illius iudicis importabile est his qui sine misericordia iudicant. Sed quid dicebatur quod importabile uidebatur? hoc. s. *Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur.* *x. Thes. 4* Sic enim præceperat dñs quasi dicens, Longe state, quia etiam si bestia montem attigerit, lapidibus opprimetur. Ideo p timore non poterant ferre uocem dñi terribiliter loquẽtis, quia, ptinus mori formidabant. Spiritaliter uero, mõs est diuinitas uel contẽplatiõis celsitudo. Bestia, defectus rationis. Quod est, q̃n uerbum blasphemiæ, p fertur in deũ, uel irrationabiliter ad eius contẽplationẽ tenditur. Tãgit ergo montẽ ut bestia, qui offendit in diuinitatem p suam irrationabilitatẽ, dum imprudẽter cogitat uel loquitur de deo id q̃d non oportet. Bestia montem tangit, cum mens irrationabilibus desideriis subdita ad contẽplationis alta se erigit. Sed lapidibus peritur, qnia suprema nõ sustinens, ipsis superni ponderis ictibus necatur. Vnde cum lex accipitur, populus à monte prohibetur, ut uidelicet q infirmis adhuc mentibus terrena desiderant, considerare sublimia non præsumant. Prius enim mens ab appetitu gloriæ temporalis atque ab omni carnalis concupiscentiæ delectatione tergenda

A est, & tunc ad aciem contemplationis erigenda. Deus in igne loquens, minabatur bestiam quoq; lapidandam esse si tangeret montẽ. *Et ita terribile erat quod uidebatur*, quia mõs ardere uidebatur, & dixerunt ad Moysen filij Israel: Vocẽ dei audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie quod loquẽte deo cum homine uixerit homo. Cur ergo morimur, & deuorabit nos ignis hic maximus? Si enim audiuerimus ultra uocem domini dei nostri, moriemur. Quid est omnis caro, ut audiat uocem dei uiuẽtis qui de medio ignis loquitur, sicut nos audiuimus & possit uiuere? Ita terribile erat quod uidebatur. Et uere terribile. Nam *Moyses dixit: Exterritus sum & tremebundus.* Valde enim fuit terribile, quod Moysen potuit exterrere. Et si ille sic timuit, quid putandum est de cæteris? Moyses exterritus est, quoniam tanta erat asperitas, ut etiam perfecti terrerẽtur, quia non erat adiutrix gra-
Mat. 11. tia. Modo autem nec imperfectis grauis est præceptio, quia iugũ Christi suaue & onus eius leue.

Sed accessistis ad Sion montẽ & ad ci
B uitatẽ dei uiuentis Ierusalẽ cælestẽ, & multorũ millium angelorũ frequẽtiam, & ecclesiã primitiuorũ, qui conscripti sunt in cælis, & iudicẽ oĩm deum & spiritus iustorũ perfectorum, & testamẽti noui mediatorẽ Iesum, & sanguinis aspersionẽ, melius loquentem q̃ Abel.

¶ Non accessistis (inquit) ad tractabilẽ ignẽ & ad cætera q̃ descripsit hactenus. Nõ ad illa aspera accessistis, *sed* potius ad montẽ Sion. Non supponit cõtraria quæ ex oppositio intelligunẽ, sed primum quod ex eis sequit, ut p hoc magis suadeat tenendam esse grãm, *accessistis ad montem Sion*, id ẽ ad celsitudinem supernę beatitudinis, in qua deus uidetur. Mons nanq; sublimitatẽ, Sion uero q̃ dicit speculatio, contẽplationem designat. Ad quam p fi-
Psal. 83. dem & per uirtutũ merita accessistis. i. propinqui iam facti estis, ut postmodum ad ipsam peruenia-
Rom. 13 tis, iuxta illud: Ibunt de uirtute in uirtutem, uidebitur deus eorũ in Sion. Sic accessistis proficiẽdo, nunc enim proprior est nra salus, q̃ cum credidimus. Ascẽsiones ergo in cordibus uris disponẽdo, propinquastis q̃dem, licet nondum peruenerit is ad montẽ Sion. i. ad illius ineffabilis beatitudinis altitudinem, in qua sancti deum speculanẽ, *& ad ciuitatem dei uiuentis*, q̃ eius uisiõe percipit, ut & ipsa sine fine uiuat sicut ille. Ad ciuitatẽ dei. s. ad *Ierusalem cælestem*, q̃ dicitur uisio pacis, quia nihil inquietudinis inter se uident in illo cælorum regno, sed quietem & pacẽ æternam. *& accessistis ad frequentiam multorum millium angelorum*, qui ciuitatẽ illam feliciter inhabitant. Et horum omniũ futuri estis socij, q̃n cum pluribus maior erit beatitudo, ubi unusquisq; de alio gaudebit, sicut de seipso, uere diligẽs proximũ suũ sicut seipsum, & accessistis ad *ecclesiã primitiuorũ*. i. apostolorũ & cæterorũ illius cẽporis sctorum, q̃ iã ad supna migrauerunt, & cõ C scripti sunt cum eis, qui sunt in cælis, hoc ẽ, in eorũ ordine sunt, uidelicet in angelorum sorte deputati. Et ideo ne dubitetis ad angelorum frequentiam uos esse uenturos, ad quã antecessores uestri iam peruenerunt. & accessistis etiam ad *deum iudicem omnium*, ut & uos cum eo iudices efficiamini, atq; persecutoribus uestris iustã pœnarũ uicẽ tũc reddatis. & accessistis ad *spiritus*. i. ad aias *iustorum perfectorum*, qui iã de hoc seculo transierũt, q̃n & ipsi post apostolos ad regnũ cęleste puenerunt. Omes enim iusti quicunq; in factis & dictis & cogitationibus perfecti sunt, mox ut animas de corporibus emittũt, cælestibus habitaculis inferunt. Ad horum spũs accessistis, q̃n beatitudini eorũ propinquastis, cũ iã in fide & opere socij eorũ fuistis. Ad hęc oĩa accedere magnũ ẽ iam præmiũ, q̃n ad hæc non pedum incessu, sed uirtutũ pfectu acceditur p Christũ, q uia nobis ad hæc factus ẽ. Vnde subiungitur, *& testamenti noui mediatorem Iesum*. Sed accessistis ad Iesum, p quẽ ad oĩa prædicta potuistis accedere, q̃n ipse ẽ mediator testamenti noui. i. p D seipsum dator euangelij quod à patre acceperat, ut illud peruenientes ad æternam hæreditatẽ. Moyses em (licut longe supradiximus) ueteris testamenti in quo temporalis hæreditas promi- *Deut. 3.* tebat, fuit mediator, q air: Ego sequestrem & medius fui inẽ dñm & uos in tẽpore illo, ut annunciarem uobis uerba eius. Sed dñs Iesus in tẽpore gratiæ fuit medius inter patrem & nos, annũcians nobis uerba eius, & nos ei recõcilians, ac p se mediatorem dans nobis accessum ad eũ & ad oĩa nunc superius denotata. & accessistis ad *sanguinis* eius (inquit) *aspersionem*, per quã à peccatis uestris emundari estis atq; sanctificari, sicut nonnulla quæ in lege erãt mundanda atq; sanctificanda, aspergebant sanguine hostiarũ, ut mundari possent atq; sanctificari. Sic igit & nos oẽs sanguine huius ueri sacrificij sumus aspersi, p quem non solũ à peccatis emundati sumus, sed & sanctificationẽ atq; iustificationẽ accepimus. Aspersionẽ dico, *loquentẽ melius quam Abel*. Loquit em aspersio sanguinis Christi, qa patrem interpellat p nobis. Et ideo loquit melius q̃ sanguis Abel, de quo dictũ fuerat, quia *Genes. 4* uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: qa sanguis Abel mortẽ parricidæ fratris petijt, sanguis aũt Christi uitã psequutoribus impetrauit. Sanguis Abel expetit uindictã, sanguis Christi miam. Ille uni nocuit, iste multis profuit. Et idcir co melius logtur. Vel melius loquitur. i. loquẽtes facit, q̃d Iesus ẽ filius dei, à quo redẽpti sumus.

Videte ne recusetis loquentem. Si em illi non effugerunt, recusantes eum, q super terrã loquebat, multo magis nos q de cęlis loquentẽ nobis auertimus. Cuius uox mouit terrã tũc, nũc aũt repmittit, dicẽs: Adhuc semel & ego mouebo non solũ terram, sed & cælum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Quod autem adhuc ſemel dicit, declarat mobilium translationem tanquam factorum, ut maneant ea quæ ſunt immobilia. Itaq; regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiam p quam ſeruiamus, placentes deo cum metu & reuerentia. Etenim deus noſter ignis conſumens eſt.

Deute. 4

¶ Dominus Ieſus ad quem acceſſiſtis, loquitur (ut dictum eſt) ſanguine ſuo: quia & apud patrem pro nobis interuenit, & nos ad imitationem ſuæ paſſionis incitat. *Videte ergo ne recuſetis loquentem*, dum uos hortatur ut ſequamini veſtigia eius. Recuſabitis etiam eum loquentem, ſi cum ipſe pro uobis interpellet, quæ fieritis p carnales obſeruantias placere deo. Nam & hoc loquitur ſanguine ſuo, quod omnia legis ſacrificia iam ceſſare debēt, & ſolum eius ſacrificium manere loquitur, dum carnalia prohibet & ſpiritualia præcipit. Diligenter itaque attendite ne recuſetis eum loquētem, ſed tanto mentis deſiderio in omnibus quæ loquitur, ample ctimini eum.

B Nam *ſi illi*, id ē, ueteres Iudei *non effugerunt* dignam ultionem, *recuſantes eum q ſuper terram loquebatur*, id eſt, Moyſen, qui licet Chriſto plenus, tamen homo tantum, non autem & deus erat, & inter hōmines conuerſabatur, quibus præcepta dei tradebat, *multo magis nos* non effugiemus, *q auertimus* ab aure cordis Chriſtum *loquentem nobis de cælis*. Nam in cælo iam ſedet, qui de coniuratione nos admonet. & ſi illi dignas perſoluere pœnas, qui Moyſen licet mortalem & in terra poſitum, contempſere, quid nos paſſuri ſumus, ſi Chriſtum immortalem & in cælo ſedentem contempſerimus? Vel ſuper terram loquebatur Moyſes, quia terrenis hominibus carnalia præcepta dabat, & terrena bona promittebat. Super terram loquebatur, qui non ſuper iuſtum ponebat legem ſuam, ſed ſuper quemlibet peccatorem, cui dictum eſt, Terra es & in terram ibis. Chriſtus autem loquitur de cælis, id eſt, de cæleſtibus & ſpiritualibus, quia & ſpiritualia

Gene. 3. dat præcepta, & ſpiritualia, id eſt, æterna bona promittit. Sed ſi illi non euaſere, q Moyſen carnalia iubentem contempſerunt, q̄o nos euademus, ſi Chriſtum ſpiritualia iubētem audire neglexerimus? *Cuius Chriſti uox mouit terram tunc*, cum Moyſes ſuper terram loqueretur, quia ipſe Moyſi legem dedit in monte Sina, & eiuſdem legis decalogum, audiente uniuerſo populo, magna uoce loquutus eſt de uertice montis: & ut maiorem illis terrorem incuteret, terram concuſſit. Tunc quidem ut cōminaretur, ne recuſarent eius dicta, cōmouit ſola uoce terram: *nunc autem* non mō non minatur, ſed blanditur & repromittit: ideo multo minus eū recuſare debemus. Modo repromittit. i. iterum atq; iterum uelut in præmio promittit de nouiſſimo die, in quo omnia elementa commouebuntur, uel iterum poſt illam terræ motionem quæ in datione legis facta eſt, q̄n & cælum intelligitur fuiſſe motum, promittit *dicens* p Haggeum prophetam:

Aggæ. 2 *Adhuc ſemel*, & non amplius futurum eſt. ſ. in die iudicij, *& ego mouebo non ſolum terram, ſed etiam cælum*. Cælum autem non æthereum, ſed aereum: non ſuperius, ſed inferius: non firmamentum, ſed uentis & nubibus peruium. Cuius ſententiæ ſenſum exponit Apoſtolus, ſubdens:

C *Quod autem adhuc ſemel dicit* &c. Ipſe dicit, adhuc ſemel mouebo, quaſi dicens: Iam fuere mota, ſed adhuc ſemel ea mouebo. Sed quod dicit, adhuc ſemel, *declarat translationem mobilium*. Nam per ſemel notat, q̄d ulterius non ſint mouenda, ſed poſt futura ſint immobilia. Per hoc quod dicit, mouebo, declaratur cæli & terræ tranſlatio, id eſt, in alium ſtatum trāſmutatio, ut fiat cælum nouum & terra noua ex iſto ueteri cœlo & ueteri terra. Vñ dictum eſt, quia ſicut ueſtimentum uetuſcent, & ſicut operto- *Supra 1. Pſal. 101*
rium mutabis eos, & mutabuntur. Non ergo alia fient, ſed hæc ipſa quę ab initio facta ſunt, renouabuntur igne iudicij, & poſt ſine fine manebunt. Declarat itaq; tranſlationem mobilium. i. tranſmutationem faciei terræ atq; cœlorum, id eſt, aeris huius uentoſi, non ſuperiorum cælorum, ubi ſol & luna & cætera ſidera conſtituta. Quod aūt in pſalmo dicitur, Opera manuū tuarum ſunt cæli, ipſi peribunt, nullum cælorum uidetur relinquere, quem periturum eſſe non dixerit: quia ſicut nullum eorum ab opere dei, ita nullū eorum à perditione fecit immune. Cui ſimile eſt & quod hic dicitur, declarat tranſlationem mobilium *tanquam factorum*. Nam non ſolum non imobilia ſunt, ſed etiam mobilia, quæ ſunt in creaturis facta à deo. Ne ergo totus mundus periturus eſſe credatur, à toto (ſicut diximus) pars accipiat, in eo quod dictum eſt, cum ſoli cœli infimi periturі ſint, ſaluis illis D
ſuperioribus & in ſua integritate manentibus, in quorū firmamento ſidera ſunt conſtituta. Similiter & hic per factorum, intelligitur, in his q̄ ſunt mobilia & transferenda. Sed idcirco dicuntur à deo facta q̄ ſunt transferenda, ut oſtendatur quia bene poterunt in alium ſtatum transferri, quę potuerunt ex nihilo fieri. Declarat ergo translationem mobilium tanquam à ſe factorum, id eſt, inferiorum cælorum, q quondam in diluuio periere, & eorum elementorum quę in hac una parte mundi ſubſiſtunt procelloſa & turbulenta, *ut maneant* in perpetuum *ea quæ ſunt immobilia*, id eſt, ſuperiores cœli cum habitatoribus ſuis, & terra poſtquam p ignem fuerit immutata. Vel declarat translationē mobilium, ut ea quę nunc ſunt & uariantur, poſtquam tranſlata fuerint, maneant æternaliter immobilia. Nam poſt illam translationem cælum & terra erunt imobilia, ſicut apparet in eo quod ſemel mouenda dicuntur. Et quandoquidem pereuntibus mobilibus ac temporalibus, ea quę ſunt imobilia manebunt, *itaq; regnum dei* quod eſt *immobile*, manebit in æternum, & nos illud ſpetiam *ſuſcipientes*, *habemus gratiam* dei, ſine qua non poſſemus ad illud puenire: & ideo nullus deſit gratiæ dei, quæ ſe nobis ingeſſit. habemus gratiam in qua percepimus fidem, ſpem, charitatem cum bona operatione, p *quam ſeruiamus deo placentes* ei. Seruiamus, inquit, & hoc *cum metu*, q̄a deus eſt: *& reuerentia*, id eſt, tremore honoris, quia pater eſt. Vere per gratiam quā accepimus, ſeruire debemus cum metu & reuerentia. *Etenim deus noſter ignis conſumens eſt*, cui ſeruire uolumus, ſi. ut & Moyſes antea dixit. Deus quippe ignis con- *Deute. 4.*
ſumens dicitur, quia per hunc peccatorum rubigo conſumitur. Rubigo nanq; uitrj non poteſt conſumi niſi igne tormēti. Ignis quatuor ſunt officia, id eſt, q̄m purgat, & urit, & illuminat, & calefacit. Sicq; ſpiritus ſctūs purgat ſordes uitioꝝ, & urit renes & cor ab humore libidinum, illuminat mentem notitia ueritatis, et calefacit incendio charitatis. Et per hæc omnia facit placere deo. Et idcirco per acceptam gratiam ſeruiamus ei placentes. Vel cum metu & reuerentia ſeruiamus, q̄a deus noſter eſt ignis conſumens, qui illos in iudicio conſumet, qui nunc eum nec metuunt nec reuerentur. Nō quod deus ſit ignis, ſed quod ſuſtinentibus pœnas ignis eſſe uideatur. Nam ſicut illuminabit iuſtos, ſic exuret impios.

CAPVT XIII.

1. Pet. 4. Rom. 12. CHaritas fraternitatis maneat in uobis, & hoſpitalitatē nolite obliuiſci. Per hāc em̄ placuerūt quidā, angelis hoſpitio receptis. Memētote uinctoꝝ tanq̄ ſimul uincti, & laborātiū tanq̄ & ipſi in corpore morātes. Honorabile cō nubiū in omnibus & thorus immaculatus. Fornicatores autem & adulteros iudicabit deus.

¶ Nunc moraliter inſtruit. Q̄m deus eſt ignis, accendens in corde charitatem, p quā non ſolum deus, ſed & proximus diligit: ergo uidete ne charitas fratrum quā ignis ille accendit, in cordibꝰ uris

B extinguat, aut recedat à uobis, ſed iugiter *maneat in uobis charitas fraternitatis*. i. ſp diligatis fraternitatem, hoc eſt, fratres q ſunt aqua & ſpū renati, ſicut & uos: nec ſit unq̄ aliquid q̄ eoꝝ amorē auferre poſſit de cordibꝰ uris, *& hoſpitalitatē* quā olim habuiſtis, priusq̄ rebus uris ſpoliaremini, *nolite obliuiſci* p̄pter indigentiā uram, ſed eſtote frequenter memores eius in opere, ut uel hoſpitium p̄beatis eū charitate, etſi copiā alimentoꝝ non ſufficiatis exhibere. Nec debetis p inconſuetudinē obliuiſci hoſpitalitatē, quia *p hanc placuerūt* deo *quidā* nomi-

Gen. 18, 19 natiſſimi pres. i. Abraā & Lot *receptis angelis hoſpitio*. Nā q̄a pio ſtudio cōſueuerāt hoſpites ſuſcipere, meruere & angelis hoſpitium exhibere. Quos quidē hoīes eſſe putabāt, dum eis cibos offerrent, ſed poſt intellexerunt eſſe angelos, uel cum eis uidentibꝰ in cœlum irent, uel p alia aliqua indicia q̄ in ipſis uiderūt. Præter hoſpites autem *memētote uinctorū*. i. memores eſtote eoꝝ qui pro noīe dñi tenent in carcerib. aut uinculis, nec poſſunt ſibi ſubdita q̄rere: & ideo pie de illis cogitate, ut eis neceſſaria miniſtretis. Non ſint uobis obliuioni, q̄uis teneantur in abditis recluſi: ſed mementote eorū *tanquam ſimul uincti*, id eſt, ita iugiter de eis cogitate & eis compatimini & ſubuenite, ac ſi eſſetis uincti cum eis: & ſicut uobis uinctis uelletis ſubueniri, ita illis ſubuenire ſtudete & mementote *laborantium*, id eſt eorum qui uel infirmitate corporis uel aliqua neceſſitate laborant. Mementote frequenter eorum, benefaciēdo illis *tanquam & ipſi* paſſibiles, & ad ſentiendum afflictionis laborem habiles, hoc eſt, quod dicitur, tanquam & ipſi *in corpore morantes*. Per hoc enim quod in corpore moramini, experti eſtis per uos ipſos quid neceſſe ſit laborantibus, & poteſt fieri ut & uos duriorem adhuc laborem q̄ iſti ſuſtineatis, & deſideretis uobis ab alijs ſubueniri, & ideo nunc uos priores ſubuenite, ut & uobis (ſi neceſſe fuerit) ſubueniat. Aliud quoq; uobis notifico. ſ. quia *connubiū* cē *honorabile*. i. legales nuptiæ ſunt honorabiles *in omnibus*, nihil ē in eis q̄d honore careat. *& thorus* talium coniugū eſt *immaculatus*. i. ſine macula criminis. *Fornicatores* aūt q̄ publicis mulieribus commiſcent, & *adulteros* q̄ alienas uxores uiolant, *iudicabit deus*. i. in nouiſſimo iudicio perpetualiter cōdēnabit. Adulterium em̄ in aliena cōiuge perpetrat. Fornicatio aūt in hoc loco nō ſolū cū cæteris mulieribus intelligit, ſed etiā illa q̄ Gomorrhæoꝝ more agitur, uel q̄cunq; mō caſtitas ſpōte uiolet. Et hos oēs qui ſe quacunq; luxuria polluunt, iudicabit deus. Lōge quidē eſt dies iudicij, ſed uniuſcuiuſq; hominis dies ultimus longe eſſe non pōt: & quia breuis ē uita, ipſaq; breuitas ſemp incerta, ita ut nemo noſtrum ſciat quando ſit ultimus dies eius, ideo quicunq; eſt aliqua libidinis immunditia contaminatus, ſtudeat cito mundari per pœnitentiam dū adhuc pōt, ne incipiat uelle cum iam non poterit, et incidat in iudicium æterni dei.

Vide poſt ſit ne Gomorrhæorū legi.

Sint mores ſine auaritia, cōtenti p̄ſentibus. Ipſe em̄ dixit: Non te deſerā neq; derelinquā, ita ut cōfidenter dicamus, *Pſal. 117* Dñs mihi adiutor, nō timebo quid faciat mihi homo. Mementote p̄poſitorū ueſtrorū, qui uobis loquuti ſunt uerbū dei, quorum intuentes exitum conuerſatiōis, imitamini fidem. Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſecula.

Ioſue. 1

¶ Poſtq̄ iſti ſua perdiderant, uolebant iteꝝ cōgregare. Quod nunc phibet Apoſtolus: *Sint* (inq̄t) uobis *mores ſine auaritia*. i. moribus ueſtris nō ſe intermiſceat auaritia. Sed ſine pecuniaꝝ immoderato amore ſacri mores ueſtri ducantur, *contenti præſentibus*, ut non de futuris lucris tractent, nec ad futura tēpora opes ſibi coaceruēt. Sed ne diceret, quid ſi neceſſaria defuerint, ſubdit conſolationē. Non debetis auide cōgregare, q̄ſi timētes ne deus neceſſaria uobis ſinat abeſſe, q̄a ipſe q mentiri nō pōt, dixit oī ſperanti in ſe, Nō te deſerā neq; derelinquā. Ad maiorē fidutiā nobis faciendā ingeminauit promiſſionē nō relictiōis, dicēs: Nō te deſerā neq; derelinquā. Hoc dixit Ioſue tenenti formā dñi Ieſu Chri, & in Chriſto, cuilibet membro Chri. Ita p̄miſit ſe nō derelicturū nos, & *ita* ē nobiſcū, *ut confidenter* dicat unuſq̄ noſtrū: *Dominus mihi adiutor* eſt in cūctis laboribus & tribulationibus meis, & ideo *non timebo quid faciat mihi homo*, etiam ſi res meas auferat, etiam ſi corpus meum pœnis afficiat. Diabolus proprie eſt noſter aduerſarius, ſed per hominē ſpius mala nobis infert. Et idcireco per dei adiutorium non timemus hominem prauum, per quem diabolus operatur. Vt autem uincatis auaritiam, neque timeatis ullum malum hominē, *mementote præpoſitorū ueſtro-*

Pſal. 117

Universidad de Deusto
Biblioteca

A rum defunctorum, *qui uobis loquuti sunt uerbū dei.i.* recogitate q̄ perfecte ipsi reliquerūt oīa propē euangeliū, & q̄ constanter oēs aduersitates per patientiam intrepidi calcauerūt. Horū memētote, ut eos imitemini, & tunc nec paupertatē, nec psequutionē timebitis, *quorū conuersationis exitū intuentes.* i. interioribus oculis inspicientes qūo exierint de p̄senti cōuersatione, & quo fine temporalē uitā terminauerint, transeuntes ad æterna gaudia, *imitamini fidem* eorū, quā usq; in mortē tenuerunt, ut & uos similiter in fide moriamini, & ad fidei præmia perueniatis. Ne aūt dubitetis diuinū uobis adiutoriū adesse, quod illis affuit, scitote quia *Iesus Christus* Mat. 28
heri fuit *& hodie* est, *ipse & in secula* erit. Ac si dicat: Idem Christus qui cū illis fuit, uobiscū est, & erit cum eis qui futuri sunt usq; ad consummationē seculi. Heri fuit cum patribus, hodie est uobiscū, ipse erit & cum posteris uestris usq; in secula. heri enim præteriti tēporis est, hodie præsentis. Quod aūt in secula manet, non uidet habere fine. Heri ergo, omne p̄teritum tēpus & omne spatiū æternitatis, quod aī mundi originem fuit, significat: hodie autem, omne præsens tempus, perdura- Iohan. 1
tio in secula, omne spatiū tēporis & infinitatis q̄d B
futurum est. Itaq; Iesus Christus fuit heri, quia in principio erat uerbū, & ab æterno usq; ad nostra tempora ipse est, hodie quoq; i. nostro tempore Apoc. 1
est. Erit & in secula, quia æternaliter manebit. Vñ & per Iohannem de eo dicit: Qui erat, & qui est, & qui uenturus est. Nam qui uenturus est, potest intelligi qui futurus est per omnia secula. & hæc quidē secundū imbecillitatē humanæ intelligentiæ dicunt. Cæterū diuinitas eius interminabilis plenitudinē totā pariē cōprehēdit ac possidet, cui neq; futuri quicq̄ abfit, nec præteriti fluxerit, qm̄ esse eius totū est & sp est, nescitq; mutabilitatē, q̄d neq; cœpit unq̄, nec aliqū cessabit, insuperabile quoddā ac fine fine essentiæ pelagus, nullis termi, nis limitibusq; circundatum, omnem supergrediens sensum, omne tempus atq; omnē naturam.

Doctrinis uarijs & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabiliri cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis.

¶Quia Iesus Christus sp fuit & est & erit, *nolite* ab eius fide *abduci doctrinis* pseudo p̄dicatorū *uarijs*, id ē, diuersis, & à se inuicē multiciplicitē differentibus ac discordantibus, dum alius alium errorem docet, & alius alium, sibiq; uicissim contraria p̄dicant: *& peregrinis*, id ē, à catholica ueritate alienis. Talibus ergo doctrinis nolite abduci, id ē, ab integritate fidei & puritate religionis Christianæ separari. Nec debetis seductorijs horū falsorū uerbis abduci, quia *optimū est stabiliri cor* in *gratia* fidei & sanctitatis, ut stabiliter persistat in ea, nec in ullum inducaē errorē, sed in gratia dei quā accepit, maneat. Gratia debet cor stabiliri iuxta euangeliū, *non escis* iuxta doctrinā pseudo prædicatorū. Dat enim intelligi, quosdam inter eos fuisse, qui dogmatizarent non eē peccatum escis uacare. Nam C
quia per gratiam licitū est omnibus cibis uti, p̄dicabant non esse culpam cibis affluere, sed bonum esse. Contra quos Apostolus, nolite, inquit, abduci doctrinis stultorū, quæ sunt uariæ. i. à nostris diuersæ & peregrinæ. i. extraneæ. Debetis enim cōfirmare cor gratia, quæ soluendo à lege libertatē tribuit, & non studere escis, quia *non profuerunt* ad salutē, nō dico se sustentantibus ex eis, sed *ambulā-* *tibus in eis*. i. qui uitam suam ducunt in conuiuijs & epulationibus. Vel gratia euangelica stabilite cor uestrum, ut in ea mens uestra maneat, & studeat, non escis quas lex solas edendas docet, prohibitis cæteris uelut immundis, cum sint creaturę dei, qui fecit omnia bona ualde. Quæ legales escæ post Gene. 1.
aduentum domini non profuere, sed potius nocuere ambulantibus in eis. i. illis qui uitam suam in obseruantia discretionis earum duxerunt.

Habemus altare, de q̄ edere nō habēt potestatem q tabernaculo deseruiunt. Num. 19.
Quorū em̄ animaliū infert sanguis p̄ D
pctō in sancta p pontificē, horū corpora cremant extra castra. Propt quod & Iesus ut sanctificaret p suum sanguinē populū, extra portā passus ē. Exeamus Mich. 1.
igit ad eū extra castra, improperiū eius portantes. Non em̄ habemus hic manētem ciuitatem, sed futurā inquirimus,

¶Tangit consuetudinē legis, & ad spiritalem intelligentiā reuocat. legis em̄ præceptū fuit, ut decima die mensis septimi, in festo scilicet propiciationis, acciperēt uitulū & hircū, & immolarent intra castra, quorū sanguinem ferret solus pōtifex in sancta sanctorū, oraturus p uniuerso populo: carnes ꝙo extra castra cremarent, nec esset licitū alicui tabernaculo deseruiēti ex illis comedere. Christus est ille uitulus propter nouellā fortitudinem, quā oīdit in resurrectiōe, & ille hircus propt similitudinē carnis pcti, & iste uitulus uel hircus pro pctō uniuersæ plebis est immolatus. Quē p̄cepto legis acceperūt sacerdotes ad immolandū, quia secūdū legē sibi uisi sunt occidere Christū, qm̄ solebat secundū ipsos sabbatum. Qui immolauere Mat. 26.
eum in castris. i. occiderunt uocibus suis in domo Iohan. 19
Caiphæ, dicentes: Reus est mortis. uel in domo Pilati, clamātes: Crucifige eum. sed post extra castra sunt carnes eus crematæ. i. extra Ierusalem igne passionis consumptæ. Vel concrematio ad signū pertinet resurrectionis, quia natura ignis est ut in supna moueat, & in id conuertit q̄d cremat. Nā & ipm cremare de græco in latinū ductū uerbū ē à suspensione. Sanguis autem eius illatus est, & in sancta sanctorū p pōtificem. i. p ipsum Christum cęlo illatū, q illuc intrauit ut interpellaret pro nobis. Altare uero ubi extra castra crematus est, altare est ecclesiæ, ubi cōsecrat corpus eius, de quo nō habent potestatem edere qui deseruiunt taberna

xpūsio enim uel ereptio seu separatio a populo dere sanguis ferre fine ullo sermone crematio ductū sui spicatur.

culo, id ē, umbræ ueritatis. Vel p tabernaculū in- A
telligitur corpus, & qui deseruiunt tabernaculo, i. corporis uoluptatibus, sicut gulosi & ebriosi & fornicatores & his similes, nō habent potestatem. i. licentiam edere de nostro altari, i. accipere corpus dñi. Dixerat em̄, q̄a escis non est studēdum, & statim apte subdidit: *q̄a habemus altare de quo non habent potestatem edere illi qui tabernaculo deseruiunt.* i. q uoluptuose uiuunt & carnalibus deliderijs satisfaciunt. Nam sicut ille uitulus & hircus extra castra cōburebatur, nec ab aliquo eorū qui tabernaculo seruiebant edebatur, sic memoria passionis Christi apud eos celebrat, atq; corpus sumitur, q extra uoluptates corporis exierunt, nec pōt ab illis accipi q in carnis uoluptatibus morantur, & tabernaculo corporis seruiunt. Possunt & electi p hircum & uitulum intelligi. Per hircum, qm̄ pctā carnis student in seipsis mactare; per uitulum, quia sacrificiū iustitiæ deo student offerre. Qui extra castra cremantur, quia spiritu sancto accensi, extra conuersationem seculariū cōsumunt, quicquid in eis ē carnale, dum seipsos ieiunijs & alijs laboribus B
pie affligunt. *Quorū enim animalium sanguis.* i. uita laudabilis *infertur in sancta per pontificem.* i. præsentatur deo per Christū, & hoc *pro peccato* eorū, q̄a non solū ut deo placeant, sed etiā ut priora pctā redimant, laudabiliter uiuunt. Vel sanguis. i. animæ eorū inferunt in sancta. i. in cælum per pontificem Christū: In altari cordis cremantur. Ad q̄ non possunt propter suā irreligiositatē accedere, qui tabernaculo deseruiunt, id ē, carnales seculū amantes, & uoluptatibus corporis seruientes. *horū* animaliū quorū sanguis in sancta p pontificem *infertur, corpora extra castra cremantur. propter quod* mysteriū implendū. *& Iesus extra portam* Ierusalem *passus est ut sanctificaret* in ueritate *per suū sanguinem populū*, sicut sanguis illorum animalium in umbra sanctificabat. Vel p duplicem allegoriā, unā ueteris & alteram noui testamenti, probauit corpus Christi nō esse celebrandū ab his, qui tabernaculo deseruiunt. Ad hoc em̄ corpora animalium extra castra cremabant, etiā propterea Christus extra portā passus est, ut nos qui corpore & sanguine eius à pctis mundari uolumus, improperia & angustias passuri & delicias tabernaculi deseramus. Vnde mox subdit: *Exeamus igitur ad eum extra castra, improperiū eius portantes.* Qui em̄ uult corpus & sanguinē eius accipere, debet ad locū passiōis eius accedere, ut honores & opes tabernaculi relinquens, improperia & paupertatē noīe eius ferre nō respuat, & de castris & de urbe exiens, ad crucem ueniat. i. peruersos mores multitudinis eorū Matt. 7.
qui latā uiam seculi tenent, deserens, angustā uiā quæ ducit ad uitā, arripiat. Christus em̄ extra portā passus, innuit se in passiōis redemptionem colligere eos, q de carnis desideriis propt eius passiōis imitationem exierint. Exeamus igit ad eum extra castra. i. communem secularium hominū carnis uoluptatibus seruientiū nequitiam relinquentes, ne iam cum illis amplius in illicitis uoluptatibus immoremur, sed relicto prauitatis eorū consortio, ad Christi crucē properemus, portantes im- C
periū eius, ut & nos cum eo derideamur ab impijs & seculi dilectoribus. Exeamus ad eū. i. pia solicitudine & operatiōe tendamus ad exitum uitæ præsentis, quo transeamus ad eum. Semper enim cordis oculos ad exitum ponere debemus, & sine cessatiōe meditari, qn̄ à præsenti uita exeamus, ut ad Chm̄ ueniamus; & debemus ad eū pijs desiderijs sic exire quotidie, mēte meditādo exitū nostrū, q̄a *non habemus hic manentem ciuitatem.* i. in hoc statu corpus manens, *sed futuram* ciuitatem *inquirimus.* i. corpus incorruptibile & impassibile, quod post resurrectionē habere cupimus. Vel exeamus corde & opere de castris. i. de medio multitudinis amatorū seculi, ut cū Chro simus inopes & despecti, cuius regnū nō est de hoc mundo. q̄a non ha- Iohan 18
bemus hic manentem ciuitatem, i. nō sumus ciues Babylonis, q̄ in amore præsentis seculi radicē cordis plantauit, sed peregrini & hospites sumus in hoc seculo. & futuram ciuitatem, i. supernā Ieru- Galat. 4.
salē q̄ mater nra ē, inquirimus. i. intus quærimus, ut interiorē eius beatitudinem inueniamus. Beati em̄ mundo corde, qm̄ ipsi deum uidebunt. Matt. 5.

Per ipsum ergo offeramus hostiā laudis semp deo, id ē, fructū labiorū cōfi- D
tentium nomini eius. Beneficentiæ aūt & cōmunicatiōis nolite obliuisci. Talibus em̄ hostijs promeretur deus.

¶Christus se obtulit sacrificium pro uobis, & nos *ergo per ipsum offeramus semper deo* patri *hostiam laudis*, quia ipse summus sacerdos oēs nos, si mēbra eius sumus, fecit sacerdotes. Offeramus hostiā nō pecoris, sed laudis, ut iā nō carnes brutorū animaliū offeramus & immolemus, sed q̄d scriptū ē faciamus, Immola deo sacrificiū laudis. i. laude- Psal. 46.
mus eū amādo, ut nō seruiliē, sed libenē colamus eum. Timentes em̄ deū hoies ueteris testamenti propt literā terrentē & occidentē, nondū habentem spūm uiuificantem, currebant cum sacrificijs ad tēplum: & cūis in figurā futuri sanguinis q̄ redēpti sumus, tm̄ nescientes q̄d per eas pręfigurarēt, cruentas uictimas immolabant. Nunc p gram̄ noui testamenti ablato legis terrore & dato spiritu sancto, reprobata sunt carnalia illa sacrificia, & p illis instituta sunt spiritalia, ut nō m̄ extra se q̄rat homo q̄d offerat deo, sed piā illi suę mentis deuotionē & dilectionē offerat sacrificiū laudis. Offera- Psal. 33
mus (inq;) deo sp hostiā laudis, hoc ē, incessanē eū laudemus corde & ore, sicut ille q̄ ait, Benedicam dñm in oī tēpore, sp laus eius in ore meo. Offeramus hostiam laudis, *id est, fructū labiorū confitentiū nomini eius*, fructum quem labia nra proferent, quando confitebimur nomini eius, hoc ē, quando uidelicet eius pia deuotione laudantes, confessionem laudatiōis & gratiarū ei reddemus. Hanc ergo laudis hostiam. i. hunc fructum labiorū, scilicet affectum dilectiōis internæ, platum labijs deū laudātibus, sp offeramus, ut q̄d semper mens diligit, os fructuosa laudatione loquatur: quia corde

Universidad de Deusto
Biblioteca

A creditur ad iustitiam, ore autem cõfessio fit ad salutem. Tales estote erga nos dñi confessionem & laudationem, sed erga sanctos *nolite obliuisci beneficentiæ & communicationis*, id ẽ, quãuis dudũ bonis uestris ideo spoliati sitis, qa sanctis inde ministrabatis, tñ nolite obliuisci solitæ bñficentiæ & communicationis, sed ex eo cp post acquiretis, bñfacite sanctis indigentibus, & cõicate illis qd habetis, ut antea faciebatis. Et debetis in eleemosynã sanctis uestra bona communicare, quia *talibus hostijs*, id est, eleemosynis quæ dantur sanctis, *promeretur deus*, id est, ipse deus est merces quam talibus sacrificijs acquiritis: & ideo non iam sacrificia legis, sed sacrificia eleemosynæ: offerte deo, dicenti: Quia
Osee.9 misericordiam uolui, & non sacrificiũ. Quod ẽm
Matt.9. ab hoĩbus appellatur sacrificium, signum est ueri sacrificij. Misericordia autem uerum ẽ sacrificiũ. Quæcunq; igit̃ in mysterio tabernaculi siue templi multis modis de sacrificijs leguntur diuinitus esse præcepta, ad dilectionẽ dei & proximi significandã referũtur. In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Non uult itaq; Deus sacrificium trucidatorum pecorum, sed uult sacrificiũ
B eleemosynarum, sicut præmisimus eum dicere, qa misericordiam uolui & non sacrificium.

Obedite prępositis uestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus uestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes, hoc enim non expedit uobis.

¶ Monuerat eos ne obliuiscerentur bñficentiæ & communicationis, sed semp meminissent bñfacere sanctis, & res suas cõmunicare illis. Qd ad subiectos specialiter dictum est, qui hæc facere
Mat.22. debent maxime prælatis suis. Vñ & adhuc eisdẽ subiectis euidentius modo dicit: *Obedite præpositis uestris*, id ẽ, obtemperate iussis eor̃ in omnibus, nisi fore malum aliquod iusserint, qm̃ malũ per obedientiam nõ est faciendum, sed cætera omia, etiam si non uidentẽ esse bona, & non uos comparate uel superponite illis superbiendo, sed humiliter *subiacete eis*, & debitam reuerentiam exhibete. Quod utiq; debetis facere, qa deo iudici, ratiõem reddituri sunt pro animabus uñis. & *ipsi peruigilãt*, id est, per oĩa uigilant, semp uigilant, hoc est, solliciti sunt pro uobis *quasi rationem reddituri pro animabus uestris*, quas in custodiam susceperunt. Et qa studẽt recte uos ducere per uiam iustitiæ, ut cum uos perduxerint ante tribunal Christi, non accusentur non recte uos duxisse, idcirco nunc obedite illis, ne & uos tunc accusemini deci.asse de uia quã præceperunt uobis. Ideo illis obedite & subiacete, *ut faciant hoc*, id ẽ, uigilent pro uobis *cũ gaudio* de profectu uño, *& non gementes* de detrimento uestro, quia hoc nõ expedit uobis, ut contristẽtur de uobis. Tunc uigilant prælati cũ gaudio, qm̃ uident subiectos suos proficere in Dei uerbo: quia & agricola nunc cum gaudio laborat, qm̃ attendit arborem & fructum uidet, qm̃ attẽdit segetem & fructificare prospicit hubertatẽ. Videt ẽm quia non sine causa laborauit, non sine causa dolorem cuurauit, nõ sine causa manus attriuit, nõ sine causa frigus & æstum tolerauit. Sic est & de spiritalibus agricolis. i. de prælatis ecclesiæ, quia tunc in labore suo gaudent, cũ eos quoq; mores excolunt, proficere uident. hoc est ẽm cp ait, ut cũ gaudio faciant, & non gementes. *Hoc enim non expedit uobis*. Non dixit, Hoc non expedit illis: sed dixit, Hoc non expedit uobis: Nam qm̃ illi præpositi cõ tristantur de malis uñis, expedit illis ipsa tristitia et prodest illis, sed non expedit uobis. Simul ergo prælati & subditi in dominico agro bonum operemur, ut simul de mercede gaudeamus.

Orate ꝓ nobis. Cõfidimus ẽm qa bonã cõscientiã habemus, in oĩbus bñ uolẽtes cõuersari. Amplius aũt deprecor uos hoc facere, q̃ celeriꝰ restituar uobis

¶ Auxiliũ oĩonis eor̃ experit Apostolus, quo uel liberaret̃ à carcere, & ad prædicationẽ redeat, uel martyrio consummatus ad Chr̃m transeat. *Orate* (inquit) *pro nobis* pluraliter numer̃ pro singulari ponens, uel pro se, uel pro his qui secum tenebantur oraripetens. Et debetis orare pro nobis, quia *confidimus* nos bonam conscientiam habere. Conscientia ẽm nos non accusat. Ne ergo sinistre quid arbitremini de nobis. Accusabat Apostolus cp suam gentẽ negligeret, sed oñdit se affectũ habere ad oẽs iudæos & gentiles. Dicebatur etiam à nõnullis aliter docere cꝫ cæteri apostoli, & inimicus legis esse ac templi iudæor̃, quia circũcisionẽ & carnales obseruantias fortius respuebat cꝫ cæteri. Sed oñdit se bonam habere conscientiã & studio placẽdi deo facere quicquid facit, nec peccasse in his q̃ docuit. *Cõfidimus*, inquit, *quia bonam conscientiam habemus*. i. pro certo scimus nos non reprehendi à conscientia nr̃a ex his quæ fecimus uel docuimus, postcꝫ ad fidem uenimus. Et quare? Quia sumus *in omnibus bene uolentes conuersari*, id est non sumus duplices, sed simplices: non sumus uolẽtes in quibusdam bene conuersari, & in quibusdam nõ bñ, sed in omnibus bene, hoc est, non ex parte, sed ex toto studemus bñ uiuere, ideoq; non remordemur à conscientia. Dixi ut oretis pro nobis. Sed *amplius deprecor uos hoc facere*, id est, uestris orationibus impetrare, *quo celerius restituar uobis*, hoc est, amplius ꝓ uestra cꝫ pro mea salute deprecor uos ut oretis pro me, quia hoc rogo uestris precibus fieri, ut celerius à carcere dimissus, restituar non mihi, sed uobis, id est, reddar pristino officio prædicationis, ut in diuersas partes libere pergẽs & uos & alios diligentius instruam.

Deus autẽ pacis, q̃ eduxit de mortuis pastorẽ magnũ ouiũ in sanguine testamenti ęterni, dñm nostrũ Iesum Christum, aptet uos in omni bono opere, ut faciatis eius uoluntatẽ, faciens in uobis

A quod placeat corã se, per Iesum Chr̃m, cui est gloria in secula seculorũ, Amẽ.

¶ Ego quidem hactenus monui uos, & patientiam atq; bona opera suasi uobis, sed deus qui potens est, ipse faciat uos agere quod monui. *Deus pacis* qui pacem & quietem dat suis, quãdo scit oportere, sedans omnes persequutiones & uitiorũ impugnationes, atq; post hanc uitam dat eis pacem æternæ tranquillitatis, qui pro eius nomine patienter aduersa pertulerunt, deus dico, *qui eduxit de mortuis*, i. resuscitauit separans à cõsortio mortuorum, *magnum pastorem ouium*. i. eum qui oues suas, omnes scilicet electas animas, pascit & conseruat. Episcopi ẽm & cæteri custodes dñici gregis, sunt maiores pastores, quia unusquisq; eorum partẽ sibi commissam eiusdẽ gregis fidelium pascit. Hic autẽ maximus pastor est, quia totũ gregem conseruat & pascit. Pascit autem nõ solum uerbo doctrinæ, sed corpore & sanguine suo. Vnde nunc dicitur esse pastor *in sanguine testamenti æterni*: quia
B oues quas redemit, carnis & sanguinis sui sacramento pascit. Qui sanguis est cõfirmator nõ transeuntis, sed æterni testamenti, id ẽ, non ueteris legis quæ præterijt, sed nouæ quæ manet. Nouum enim testamẽtum dicitur æternum, quia aliud ei non succedet, sicut idem nouum successit ueteri. Vel in sanguine testamenti æterni eduxit Deus Christum à mortuis, quia sicut eidem Christo per
Zach.9. Zachariam dicitur, Tu quoq; in sanguine testamenti tui eduxisti uinctos tuos de lacu, in quo nõ est aqua. i. de inferno, sic & ipse Chr̃s in sanguine eodem est eductus de mortuis: quia tanta fuit potentia sanguinis eius, ut non solũ iustos qui in inferno uincti tenebantur eriperet, sed etiam ipsum *dominum nostrũ Iesum Christum* à mortuis suscitaret. Deus qui hæc fecit, *aptet uos*, id ẽ, aptos & uoluntarios uos faciat *in omni opere bono*, *ut* in omnibus bene agentes, *faciatis* atq; compleatis opere *uoluntatem eius*. Ipse dico, *faciens in uobis* quod *placeat coram se*, quia nisi ipso in uobis operante nihil potestis agere, quod oculis eius placeat. Hæc ẽ gratia quæ mentem præuenit & adiuuat, ut homo suæ uoluntatis & operationis obsequium subiungat, & dictum est hoc, ne de liberi arbitrij sui uiribus præsumerent, & quasi ex seipsis hæc posse bene agere putarent. Sic faciat in uobis q̃d sibi placeat, & hoc non per carnalem legis obseruantiam, sed *per Iesum Christum*, per quem mediatorẽ omnia bona nobis à patre dantur, *cui* Christo *est gloria*, non in breui tempore, sed *in secula seculorum*, id est, in æterna secula temporalium seculorum subsequutiua. Illi quem deriserunt in passione iudæi, est gloria, non paucis diebus permanens, sed in æterna secula *Amen*, id est uere.

Rogo autem uos fratres, ut sufferatis uerbum solatij. Etenim perpaucis scripsi uobis.

¶ Hãc uobis epistolam misi, sed ne fastidiosa sit uobis o *fratres*, id ẽ, quibus fraterna charitate con
C sulo, *rogo uos ut sufferatis uerbum solatij*, quod in ea uobis loquutus sum, qm̃ sermo eiusdem epistolæ consolatorius est, præbens uobis in tribulatione solatium, ne deficiatis; & debetis sine tædio sufferre, quicquid in hac epistola loquor, quia ꝓ *paucis*, i. per omnia paucis dictis *scripsi uobis*. Per omnia enim quæ in ea disserui, pauca sunt quæ dixi, q̃niã multa de singulis possent dici. Hoc exemplo suo docet nos magister egregius, ut ea quæ sentimus, & ualde humiliter & sine fastidiosa prolixitate dicamꝰ. Multa enim humiliter hactenus Hebræis est loquutus, sed exhortatiõe humili placare eos adhuc humilius satagit, dicens: Rogo autẽ uos &c. Hinc ergo colligat si qñ aliquid recte sentit, quanta humilitate debet magistro loqui discipulus, si ipse magister gentiũ in his quæ cum autoritate p̃dicat, summisse discipulos rogat: tũ unusquisq; colligat ex his, ut illis à quibus exempla bñ uiuendi percipit, hoc cp bene aut melius q̃ illi intelligit, humiliter dicat, si Paulus illis humili se uoce subdidit, quos ad uitam ipse suscitauit. Curandum quoq; est quantum loquamur, ut si eum qui multa ferre non ualet, longius loquendo traxerimus, ad fastidium perducamus. Hoc tamen infirmis præcipue congruit, ut pauca quidem & quæ capere prævalent, audiant, sed quæ eorum mentem impœnitentiæ dolore compungant.

Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum: cũ quo, si celerius uenerit, uidebo uos. Salutate omnes Prępositos uestros, & omnes sanctos. Salutant uos de Italia fratres. Gratia cũ omnibus uobis, Amen.

¶ *Cognoscite fratrem nostrum Timotheum*, cognoscite quantæ sanctitatis ipse sit, & quanta ei reuerentia debeatur. Timotheũ dico, *dimissum*, id est, euntem iter quod uolebat, uel ad prædicãdum (ut cupiebat) dimissum, aut fortassis à carcere relaxatũ. *Cum quo, si celerius uenerit, uidebo uos*: quia si uelocius uenire festinauerit, habebo facultatem eũdi cum eo ad uos. In hac promissione reddit eos attentos & magis obediẽtes, ne si uenerit, inueniat eos inobediẽtes admonitiõi huius epistolæ, praueq; agentes. Ac deinde, *Salutate*, inquit, *omnes prępositos uestros*, id ẽ, sacerdotes & cæteros qui præsunt uobis in domino, *& omnes sanctos*, id ẽ, omnes subiectos qui baptismi sanctificationem perceperunt. Cum autem subiungit, *Salutant uos de Italia fratres*, oñdit se ab Italia scripsisse. Ideo autẽ quod supra dixit, deprecor uos facere ut celerius restituar uobis, declarauit se uinculis tentum esse, dũ scriberet, atq; colligitur epistolam misisse à Roma ubi uinctus tenebatur. *Gratia* (inquit) *cum omnibus uobis* sit, ut ꝓ auxilium gratiæ possitis bene uiuere, qui per legẽ non potuistis deo placere. Cuius & nos participes efficiamur, ut per eam iustificemur, & ad æternam uitam peruenire mereamur, *Amen*.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca